3-a-1-6

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 2
Tabla
Número 2

Nº 2º

Del Colegio de la Compª de Jesus de Gran^da

R. 1054

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem EXODI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Por Comision de los S.^es ynquisidores corregi este libro conforme al expurgatorio del año de 1632. en granada 27. de Abril. 1632

Al.º de medrano

Consilium S.^tæ Inquisitionis per Expurgatorium anni 1707 precipit, ut omnes notæ et cautiones, quas Index Expurgatorius anni 1632 operibus Abulensis addiberet jussit, aboleantur. Granatæ die 18 Aprilis anni 1712.

VENETIIS, MDXCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

3-a-1-6

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 2
Tabla
Número 3

Del Colegio de la Compª de Jesus de Granª

R. 1054

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem EXODI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.

Por Comision de los Sres ynquisidores corregi este libro conforme al expurgatorio del año de 1632. en granada 27. de Abril. 1632
Aº de medrano

Consilium Stæ Inquisitionis per Expurgatorium anni 1707 precipit, ut omnes notæ et cautiones, quas index Expurgatorius anni 1632 operibus Abulensis adhiberi jussit, aboleantur. Granatæ die 18 Aprilis anni 1712

VENETIIS, MDXCVI.
Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Nº 2º

REVEREN.MI D. DOMINI ALPHONSI TOSTATI DE MADRIGAL HISPANI EPISCOPI ABVLENSIS,

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS, IVRIS vtriusque licentiati, ac olim Collegij S.Bartholomæi Salmanticæ collegialis, eiusdemq; Ciuitatis Cathedralis Scholastici præclara

IN EXODVM COMMENTARIA.

De continuatione libri hui° ad Genesim.

TOTVS LIBER MOYSIS, quem Græcè Pẽtateuchum dicimus, Hebraicè Humas, idest quinarius appellatur, cõtinet secundùm Hebræos quinque distinctiones principales,& quinquaginta tres minores, quas vulgato nomine Ceder vocant. Finita ergo prima distinctione, quę Hebraicè Beresith dicebat, incipit secunda, quam ipsi eodẽ idiomate Veellesemoth vocant, Græcè autẽ Exodus, Latinè verò exitus nũcupatur. Et quia vt supe

Sacra Scriptura duo opa principaliter continet.

riore libro præmõstratũ reor, sacra scriptura duo opera principaliter cõtinet, creationis, s.& redemptionis: de primo opere legislator in pcedentis libri exordio, quantũ decuit, prælibauit: in cęteris, q̃ consecutionis ordine subnectuntur secundũ opus, qd̃ valde longũ, atq; in varias formas diffusum est, inchoauit. Et quia opus redẽptionis ad Messiam, i. Christũ Deũ hominẽ pertinet: oẽs libri ad ipsum, velut ad quẽdam verticẽ inclinati, in ipso quasi in quodam solidissimo cardine deuoluunt. Hunc autẽ quidã venisse denunciant eius mirifica opera enarrantes, in quo totius noui testamẽti librorũ canonicus ordo versat. Cęterorũ autẽ quidã eum futurum pnunciant, secundũ temporũ dĩias, in quo genere totã propheticã seriẽ collocamus. Alij autẽ ad eum suscipiendũ disponunt rectis moribus imbuẽdo: quia solis purgatis animis Deus fide, & spe colitur atq; charitate suscipitur. Ad quã seriẽ sapiẽtiales, & cęteri in hunc modũ pertinere noscuntur, Cũ quibus,& legales primã obtinere positionẽ per se liquet.

Libri legales, sapiẽtiales, & historiales

Qui autẽ residui de tota serie sunt, Messię lineam à rerũ exordio principaliter cõtexentes in ipsum vsq; deueniunt. Ad quos pcedens liber, quẽ Genesim Græco nomine appellamus, pertinere perspicuũ est. In ipso.n. à nasceutis mundi prima origine tẽporũ scribuntur historiæ, Patriarcharũ ordo, lineaq; cõtexit: in eo ẽt promissus Messias sępe describitur, ad quẽ totã librorum congeriẽ pertinere, atq; circũflecti adnotauimus. In illo ẽt antiquorũ, à qbus Dei populus exordiũ sumpsit, gesta narrata sunt. Hic autẽ quodã magno articulo interposito à Moyse legifero, Hebręorũq; duce, qui robustioris, electiq; populi fuit quodã psidiũ, relicta historia quasi de nouo resumit. Et qa superiori libro cõadunauit Hebręã plebẽ legis susceptiuã, hic cõsequenter subnectit eorũ legẽ directiuã. Et sicut in pręcedẽti

Huius lib. cõtinẽtia.

A nascẽtis mũdi dispositiones, factaq; dicunt: ita in hoc renascẽtis Dei populi exordia cõtinentur. Et cũ principaliter in hoc lex directiua intẽdat: linealis tn, atq; consecutiua tẽporũ historia nõ omittitur. Est.n. iste liber sicut,& pcedẽs gestorũ cronographus, cũ ipsa lege seriatim facta,& eũctus continens Hebręorũ. Nec quisq̃ existimet, qp iste liber ex alia parte cãput sortitus multã tẽporũ historiã prętermittat, qm̃ pcedens in morte Ioseph finẽ accepit, iste autẽ à morte fratrũ suiorũ assumpsit initia. Inter q̃ satis breuẽ tẽporis cursum nullamq; rẽ cõmemoratione dignissimã intercidisse rationi satiscõsentaneũ est. Et velut superiore libro cum

B

generationẽ Adę per Cain designasset ad eãdem per Sẽth reliquũ filiũ adnotandã deueniẽs articulũ interposuit, quasi ad aliã pertineat narrationẽ: nõ secus hic antiquorũ serie terminata, cũ nouus populi Dei status recenseri deberet, articulus, magnaq; diuisio interposita est. Totus autẽ iste liber à Moyse legifero exordia auspicatur, cuius natiuitatẽ in secũdo describit capite. Istud autẽ j.c. nõ aliorũ tẽporũ distinctiuã continet historiã, sed eiusdẽ ordiendæ historiæ quandã præponit

Continentia li. Exo

C

à Moysis natiuitate exordia sumẽs, durã Hebręorum seruitutẽ sub ingratis Aegyptijs narrat, eorũq; clamorẽ: deinde Deũ Aegyptios multipliciter punientẽ, & spoliata Aegypto Hebræisq; trãsductis Aegyptios rubri maris fluctib° depressisse. Post hęc deficiẽtib° cibis manna pluit, aquarũ abũdantiã inueniunt, & Amalechitarũ gẽte grauissima superata, legẽ, cęremoniasq; suscipiũt. Ad extremũ pfirmato fędere, tabulisq; legalibus susceptis, ac fractis, pactiq; violatoribus enecatis, in tabernaculi, & varię suppelectilis fabricã totus libri ordo cõcluditur. His.n. veluti quibusdã introductorijs

D

ad libri exordia coaptatis, ipsam libri narrationem aggredi oportet: prius tamen incidẽtales annotationes tẽporũ, vt intẽtionis nostræ ab exordio fuit, breuissimè, velut puntatim apponemus.

De regibus, qui erãt apud Gẽtiles, qñ Iacob, Ioseph in Aegypto mortui sunt: et de Historia Apocripha Asneth vxoris Ioseph.

Tempore, quo Iacob in Aegypto mortuus est, Apis rex argiuorũ, q ex Græcia nauibus in Aegyptũ transfretauerat, mortuus est: quẽ Aegyptij Deorũ maximum fecerunt Serapin nuncupantes, cuius filius Argus successit in regnũ: ex cuius noĩe Argi, siue Argiui quidã populi Græcię in Achaia nũcupati sunt: ante.n. nec locus, nec gẽs hoc noĩe censebãtur. Apud Sicyonios regnabat tũc Erato, apud Assyrios Baleus. Argus quoq;

E

...orũ incidentales annotationes.

Apis qũo i Aegyptũ factus est Deus.

post mortem Deus haberi cœpit, templo, & sacrificijs honoratus: qui honor pauloante cuidam ignoto, & plebeio viro delatus est: quia boues ad aratrum primum iunxit: de quibus Aug. de Ciuit. Dei, lib. 18. c. 6. Deinde apud Assyrios Amito rege duodecimo regnante, & Phaneo Sicyoniorum rege decimoprimo, apud Argiuos manente Argo, Ioseph mortuus est: de quo August. de Ciuit. Dei, lib. 18. cap. 7. Et Historia Asenech, quæ vt Apocriphum quid iudicatur, saltem aliquid ad solatium interferam. Cum vidisset filius Pharaonis Asenech in domo patris sui, exarsit in pulchritudinem eius, & locutus fuit ad Simeonem, & Leui, vt interficerent Ioseph: & ipse susciperet in vxorem Asenech, eisque magnam auri mollem tribueret: qui non intenderunt ad sermones eius, Cœpitque filius Pharaonis Ioseph, apud fratres suos Dan, & Gad filios ancillarum dicēs, se audiuisse à Ioseph, quòd post mortem Iacob interficeret eos, nè essent participes hereditatis paternę, cum filijs liberarum: suasit etiam, vt occiderent Pharaonem patrem suum, quia valde diligebat Ioseph. Cumque illi vellent interficere insidiosè Pharaonem comitantes filium eius, prohibiti sunt à custodibus: qui retulerunt Pharaonem languere, & interdixisse, nè quis ad eum intraret, etiam filius eius. Tunc assumptis quinquaginta viris filius regis stetit cum Dan, & Gad in loco insidiarum, per quem Ioseph, & Asenech transitum facere debebant. Ibat autem Asenech, cum sexcentis viris, qui omnes excepto vno ab insidijs trucidati sunt, qui fugit ad Simeonem, & Leui. Asenech autem fugit in curru suo comitante Beniamin. Simeon, & Leui assumpta copia armatorum persecuti sunt insidias, & plurimos de insidiantibus trucidarunt: Dan vero, & Gad latuerunt inter frutecta. Post hæc cum Asenech sedens in curru, cum Beniamin filium Pharaonis ad se venientem videret, arripiens lapidem percussit eum in tempore dextro in terram vsque deijciens; Beniamin autem videns Simeonem, & Leui confortatus est, qui perquirebant fratres suos Dan, & Gad: vt eos occiderent: eorumque iram emoliuit. Illi autem leuantes filium Pharaonis à terra lauerunt vulnus ligantes illud: duxeruntque ad patrem suum gestorum causam, & ordinem enarrantes. Pharao autem gratias egit, quòd non interfecissent eum: tertio autem die ex vulnere mortuus est: pater verò eius Pharao nō post multum dolore filij diem clausit extremum.

Argi sine Argiui populi vnde dicti sint.

Plebeius vir, quia primo boues ad aratrum iunxit, vt Deo adoratus est.

Asenech Historia Apocrypha.

De testamentis duodecim Patriarcharum filiorum Iacob; & quomodo quilibet filios suos moriens benedixerit, atq; admonerit.

Quindam autem duodecim Patriarcharum filiorum Iacob in Græcis voluminibus reperiuntur, quæ hic placuit adnotare, quia quandam futuri temporis continent prophetiam. Ruben ait posteris suis: Quis noscet legem Dei, & diuidet iudicium, & sacrificia pro omni Israel, vsque ad consumationem temporum principis sacerdotum Christi, quem dominus dixit quia in eo elegit dominus regnare super omnes populos adorare semen ipsius: quoniam pro nobis morietur bellis visibilibus, & inuisibilibus, & erit in nobis rex sęculorum. Testamentum Simeon: Dominus Deus magnus Israel apparebit in terra, vt homo, & saluabitur in ipso Adam: tunc dabuntur omnes spiritus erroris in conculcationem, & homines regnabunt super perniciosos spiritus: tunc resurgam in lętitia, & benedicam altissimum in mirabilibus ipsius: quoniam Deus corpus assumens, & comedens cum hominibus saluabit homines. Et nūc filioli obedite Leui, & in Iuda lętabimini, & non efferamini super duas tribus has; quoniam ex ipsis orietur vobis salutare Dei. Suscitabit enim Deus ex Leui, vt principem sacerdotum, ex Iuda, vt regem Deū, & hominem: iste saluabit omnes gentes, & gentem Israel. Testamentum Leui: Agnoscite, quia faciet dominus iudicium super filios hominum: quoniam petris scissis, & sole extincto, & aquis siccatis, & igne timente, & omni creatura turbata, inuisibilibusque spiritibus liquefactis, inferno spoliato, in passione altissimi homines non credentes permanebunt in iniustitijs, & ob hoc digni punitione iudicabuntur. Et nūc cognoui filij à scriptura Henoch, quoniam in fine impiè agetis, in Deum manum imponentes: & confundentur in vobis fratres vestri, & in omnibus gentibus fiet illusio. Etenim pater noster Israel mundus erit ab impietate sacerdotum, qui imponent manus in Saluatorem Mundi: quid facient omnes gentes, si vos tenebrescatis in impietate, & inducatis maledictionē super genus vestrum, pro quibus lumen mundi datum est in vobis ad illuminationem omnis hominis? Hunc volentes occidere contraria mandata docebitis Dei iustificationibus. Cognoui in librum Henoch, q̄ per septuaginta hebdomadas errabitis in sacerdotio, sacrificia polluetis: legem exterminabitis, & contemnetis sermones prophetarum, in peruersitate persequemini viros iustos, & pios odio habebitis. Sanum sermonem abominabimini, & erroneū appellabitis, & in fine, vt extimastis occidetis eum nescientes ipsius resurrectionem, innocentem sanguinem in malitia super capita recepturi. Propter ipsum erunt sancta vestra destructa vsque ad pauimentum, atque prophanata: & non erit locus vester mundus, & in gentibus eritis in maledictionem, & desperationem: donec ipse rursus visitabit, & miserans recipiat vos in fide, & aqua. Suscitabit dominus sacerdotem nouum, cui omnes sermones Dei reuelabuntur. Et ipse faciet iudicium veritatis in terra, & multitudine dierum. Et orietur astrum ipsius in Cœlo, sicut rex illuminans lumen cognitionis, & lumen Dei, & magnificabit in orbe terrarum vsque ad assumptionem ipsius: iste splendebit sicut sol in terra. Et tollet omnes tenebras de sub Cœlo, & erit pax in omni terra. Cœli exultabunt in diebus ipsius, & terra gaudebit, & nubes lętabuntur, & cognitio Dei fundetur in terra, vt aqua marium, & angeli gloriæ faciei Dei gaudebunt in eo, Cœli aperientur: & mox gloria veniet super ipsum sanctificato cum voce paterna, sicut ab Abraam patre Isaac: & gloria altissimi super ipsum dicetur: & spiritus sanctificationis, & intellectus requiescet super ipsum in aqua. Ipse dabit magnificentiam Dei filijs suis in veritate in ęcculum: ipse aperiet portas Paradisi, & stare faciet minantem gladium adversus Adam, & dabit sanctis comedere de ligno vitę: & Belial ligabitur ab ipso, & dabit potestatē filijs suis, ad cōculcandum super ipsum, & perniciosos spiritus. Tunc exultabunt Abraam, Isaac, & Iacob, & ego gaudebo, & omnes sancti induentur lętitia. Testamētum Iudæ: Visitabit vos dominus in misericordia, & delectatione, & in captiuitate inimicorum vestrorum. Et post hæc orietur vobis astrum ex Iacob in pace, & exurget homo ex semine meo, vt sol iustitiæ, ambulans cum filijs hominum in mansuetudine, & iustitia, & omne peccatum non inuenietur, & aperientur super ipsum cœli ad effundendum benedictionem spiritus sancti, & patris. Et effundet super hos spiritum gratiæ: & eritis ei in filios in veritate, & ambulabitis in præceptis illius primis, & vltimis. Hoc est germen altissimi, & hoc est in vitam omnis carnis. Tunc effulgebit sceptrum regni mei, & à stirpe mea nascetur vas plantationis, & in ea nascetur virga iustitiæ gentibus iudicare, & saluare omnes inuocantes Deum. Testamentum Isachar: Omnem

Testamentū Ruben.

Testamentū Simeō.

Testamentum Leui.

Pulchra Prophetia de Christo.

Nota contra pfidos Iudęos.

Iuxta illud reliquiæ in Israel conuertentur in finem: & illud ps. Conuertetur ad vesperam.

Testamentū Iudę.

Testamentū Isachar.

nem agrestem feram seruituti subijcietis, habetis vobiscum Deum Cœli ambulantem cum hominibus in simplicitate cordis. Testamentum Zabulon. Noui in scriptura patrum meorum, quoniam in vltimis diebus recedetis à domino, & diuisi eritis in Israel, & duos reges sequemini, & omnem abominationem facietis. Et post hoc orietur vobis dominus lumen iustitiæ, & sanitas, & misericordia. In pœnis eius ipse redimet omnem captiuitatem filiorum hominum, & Belial: & omnis spiritus erroris conculcabitur, & conuertet gentes in æmulationem eius, & videbitis Deum in forma hominis, quē iam elegerit, dominus Israel nomen ei. Et rursus malitia sermonum vestrorū ad iracundiam prouocabitis eum, & abiecti eritis vsq; ad tempus consumationis. Testamētum Dan: Dan vero post enumerationē malorum filiorum suorum dicit: Reuertentes ad dominum misericordiam cōsequemini, & ducet vos in sanctificationem suam clamans vobis pacem. Et orietur vobis ex tribu Iuda, & Leui salutare Domini, & ipse faciet aduersus Belial prælium, & vltionem victorię dabit terminis vestris, & captiuitate capiet à Belial animas sanctorum: & conuertet corda incredula ad dominum, & dabit inuocantibus eum pacem æternam: & requiescent in eum sancti. Et in noua Ierusalem lætabuntur sancti, quæ erit in glorificatione Dei vsque in sæculum: & non amplius sustinebit desolationem Ierusalem, nec captiuabit Israel, quia dominus erit in medio eius, cum hominibus conuersatus, & sanctus Israel regnans super illos in humilitate, & paupertate. Et qui crediderit in eum, regnabit in veritate in cœlis. Et nunc timete dominum filij mei, & attendite vobis metipsis à Satana, & spiritibus eius: appropinquate autem Deo, & angelo excusanti vos: quoniam hic est mediator Dei, & hominum: & in pace Israel contra regnum inimici stabit. Ob hoc studet inimicus subuertere omnes inuocantes dominum: nouit enim quòd in qua die credit Israel, consumabitur regnum inimici. Testamentum Neptalim: Ecce filij mei ostendi vobis tempora extrema, quoniam omnia fient in Israel: & vos ergo mandate filijs vestris, vt vniantur Leui, & Iudæ. Per Iudam enim orietur salus in Israel, & in ipso benedicetur Iacob. Per sceptrum enim apparebit Deus habitans inter homines, vt saluetur genus Israel congregabit iustos ex gentibus. Testamentum Gad. Auferte odium ab animabus vestris, & diligite ab inuicem in rectitudine cordis. Dicite, & vos filijs vestris hoc, vt honorent Iudam, & Leui, quoniam ex ipsis oriri faciet dominus saluatorem Israel. Testamentum Asser. Asser loquens filijs suis dicit: Noui quoniam peccabitis, & trademini in manus inimicorum vestrorum, & terra vestra desolabitur, & vos dispergemini in quatuor angulos terræ, & eritis in dispersionem, & despecti sicut aqua inutilis, vsquequo altissimus visitabit terram. Et ipse veniens, vt homo cum hominibus manducans, & viuens, & in silentio conterens caput draconis. Per aquam hic saluabit omnes gentes Deus in virum absconditus. Dicite ergo filijs vestris, vt non discredant ei. Testamentum Ioseph. Vidi quoniam ex Iuda nata est virgo habens Stolam Bissinam, & ex ipsa prodijt agnus immaculatus, & à sinistris eius, idest agni, vt leo, & omnes bestiæ impetum fecerunt aduersus eum. Et vicit eas agnus, & perdidit in conculcationem. Et gaudebunt in eo angeli, & homines, & omnis terra. Hæc autem fient tempore suo vltimis diebus. Vos ergo filij mei custodite mandata domini, & honorate Iudam, & Leui: quoniam ex ipsis orietur vobis agnus Dei gratia saluans omnes gentes, & Israel regnum eius æternum, quod non præteribit. Testamentum Beniamin. Loquens filijs suis ait: Custodite mandata Dei, vsquequo Deus salutare suum reuelet omnibus gentibus. Tunc videbitis Henoch, Noè, Sem, Abraam, Isaac, Iacob resurgentes à dextris in exultatione. Tunc, & nos resurgemus vnusquisque in sceptrum nostrum adorantes regem Cœlorum, qui in terris apparuit in forma hominis humilis. Et quotquot crediderint ei in terra, gaudebunt ei. Tunc quidem omnes resurgent. Hi enim in gloriam, hi autem in ignominiam. Et iudicabit dominus in primis Israel de ea, quæ in ipsum est, iniustitia, quoniam aduenientem Deum in carnem liberatorem non crediderunt, & in terra apparentem, & arguet in electis genus Israel.

Testamentum Zabulon.

Testamentum Dan.

Testamentum Neptalim.

Testamentum Gad.

Testamentum Asser.

Testamentum Ioseph.

Testamentum Beniamin.

Fuit autem Ioseph princeps Aegypti, sub quinque regibus, qui omnes Pharaones dicti sunt, licèt primus, qui eum sublimauit ad veteres cronographos aliud nomen, quàm Pharao non habuisse creditur: licèt Scholastica Histor. eum Nephrem appellet. Anno autem nono sublimationis Ioseph fuit secundus annus sterilitatis. Et tunc intrauit Iacob in Aegyptum, cum tota progenie in septuaginta animabus. Post hunc regnauit Amosis Pharao dictus primus in decimo octauo Dynastia Aegyptiorum, quæ incepit anno decimotertio principatus Ioseph. sed sexto anno sterilitatis. Huius anno decimotertio mortuus fuit Iacob. Regnauit autem Amosis viginti quinque annis. Tertius Pharao, qui in decimo octauo Dynastia Secundus est, Chebrom cognominatus est annis tresdecim regnans. Quartus Amenophis, qui regnans XXI. annis. Quintus Inephres, cuius anno nono mortuus fuit Ioseph annorum centum, & decem, qui tenebat ducatum octuaginta annis, scilicèt ab anno trigesimo, quando factus est præpositus Aegypti, vt patet Gen. 41. capit. vsque ad mortem suam, scilicèt anno centesimodecimo, vt patet Gen. 50. cap.

Quæst. 3. Sub quib. regib. mālit Ioseph viuens in Aegypto.

CAPITVLVM PRIMVM.



HÆC sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum, cum Iacob. Singuli cum domibus suis introierunt, Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, & Beniamin, Dan, & Nephthalim, Gad, & Asser. Erant igitur omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta; Ioseph autem in Ægypto erat. Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione sua, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerunt terram.

Gen. 46.

Hæc sunt. Liber iste, qui apud nos Græcè Exodus, latinè exitus dicitur, Hebræo nomine Vellesemoth nuncupatur, idest hæc nomina. Et intelligitur ibi,

sunt,

Hebræi quomodo à principijs suos libros nominare consueuerunt.

sunt, quia modus loquendi Hebraicus decurtatior est, & sic nominatur, quia Hebræi libros suos à principijs nominare consueuerunt, vt taliter liber vocetur qualis prima dictio, aut oratio in libri capite fuerit, & hunc morem latinorum auctoritas in nominandis psalmis secuta est, vt nominemus. psalmus Beatus vir. vel in psalmo, qui dicitur: Quare fremuerunt: & sic conuenienter in omnibus libris nominandis, aut ex materia, aut ex auctore proprijs nominibus vsa est. Continet autem liber iste, vt prelibauimus, hystoriam à natiuitate Moysis ducis Hebræorum, quæ in cap. 2. inchoauit, ad quam velut prohemialiter huius capituli series ante ponitur. Sed rursus in hoc aliud prohemium est, ad paruam afflictionum narrationem. In superioris libri fine posita fuerat totius stirpis Iacob viuente Ioseph consolatio, in principio huius subinfertur mortuo eo insurgens tribulatio. Et diuiditur in duas partes. Primò breue ponitur prohemium. Secundò incipit narratio consequentium ibi. *Surrexit interea*. Circa primum. *Hæc sunt nomina filiorum Israel*. Idest Iacob, qui dicitur Israel mutato nomine, vt patet supra Gen. 32. & 35. cap.

Quæst. 1.

Quare posuit in hoc libro Moyses nomina personarum, & numerum ingredientiũ in Aegyptũ. Cap. 1.

Ponit autem hic Moyses nomina, & numerum patrum ingredientium in Aegyptum de femore Iacob propter duo. Primò, quia secundũ modum sententiarum, & omnium artium factiuarum, vel cuiuslibet negocij oportet primam considerationem facere de subiecto artis præsupponendo illud esse. Et cognoscendo quid est, quia de illo cœtera, quæ in arte sunt, dicuntur, aut ad illum reducuntur. Sic enim ait Aristoteles, in principio primi Posteriorum, quòd de subiecto in qualibet arte oportet præsupponere: quid est, & quia est. Nunc autem cum iste liber Iudaicorum gestorum, & euentuum cronographus sit, sicut & cœteri: necesse est, vt subiectum habeat, de quo faciat narrationem. Et quia, isti sunt illi, qui de femore Iacob nati in Aegyptum descenderunt, quibus postea multiplicatio diminutio, & afflictio, & liberatio, & alia in hunc modum tanquam quædam passiones de subiecto admittuntur, & prædicantur: Oportebat nos solos tanquam subiectum huius libri principio narrationis apponere, vt sciamus quam liber iste materiam sortiatur. Secunda causa est, quia Moyses intendebat ostendere magnam Dei misericordiam super populum suum filios Iacob: ideo describit ingredientium in Aegyptum exiguam paucitatem, vt egredientium describat multitudinem numerosam. Quibus inter se collatis, satis Diuina benignitas elucebit, quæ tanta angustia, & erumnarum omnium ponderibus aggrauatam in tam paruo tempore spetialiori cura ad tantum adauxit numerum copiosum. *Filiorum Israel*. In Gene. capit. 46. ponebantur singillatim nomina omnium ingredientium in Aegypto: hic autem sola duodecim filiorum Iacob nomina apponuntur. Cœteri autem generali nomine continentur. Et hoc quia non oportet sæpe repetere, aut quia nota sunt, aut quia multoties dicta sunt. *Qui ingressi sunt in Aegyptum*. Tota enim Iacob posteritas in Aegyptum introiuit, ibique habitauit. *Cum Iacob*. Hic differentiam facit inter ingredientes: quia licèt tota posteritas in Aegyptum intrauerit, quidam tamen cum Iacob, alij autem sine Iacob. Et hoc patet infra, quia cùm describit filios Iacob ingredientes cum eo, subticuit Ioseph, & postea addidit: Ioseph autem in Aegypto erat: idest non descendit cum Iacob: sed ante eum erat in Aegypto. *Singuli cum domibus suis introierunt*. Ista distributio non fit inter omnes filios Iacob: sed solum inter illos,

F qui cum Iacob ingressi sunt, quod patet infra, & ex supradictis. *Cum domibus suis*. Vocat autem domos familiam, idest quòd quilibet descendit cum sua familia. Congregationes enim multorum descendentium ab vno domus illius esse dicuntur: sic in sacra scriptura frequenter valde ponitur. Poetæ etiam hoc modo loquuntur. Sic etiam ait Virgilius latinorum caput, & flos poetarum vocans congregationem Romanorum domum Assaraci: quia ab Assaraco Troiano patre Anchise per Aeneam descenderunt, vt patet Aeneidos lib. 6.

Domus quid dicatur.

Cum domus Assaraci Græcia clarásq; Micenæ.
Imperio reget, victis dominabitur Argis.

Sed adhuc magis propriè accipi potest hic domus,
G quia domus, vt vult Phylosophus in primo capitulo primi Polit. est Oeconomica communicatio ex viro, & vxore, & filijs, ac seruis, vel boue aratore, vt ait Esiodus poeta; quia bos, vt ibi vult Phylosophus, pauperibus pro ministro est. Dicuntur ergo isti descendisse cum domibus suis, quia vxores, & filios, & seruos, vel ancillas, & pecora, atque vniuersam supellectilem, cœteraque quæ, in terra Chanaam habere potuerunt, in Aegyptum adduxerunt, iuxta imperium Pharaonis. Gen. 45. & 46. cap. Ioseph autem non descendit cum domo sua in Aegyptum, quia quando illuc venit, solus veniebat, & in seruum venditus est. Deus autem parauit ei ibi domum dando vxorem, & filios, & diuitiarum atque seruo-
H rum multitudinem copiosam. *Rubem Simeon*. Hic non seruatur ordo natiuitatis istorum ad plenum, quia ponuntur omnes filij Liæ primo. Sed manifestum est, quòd ante Isachar, & Zabulon nati sunt omnes filij ancillarum, vt patet Gen. 30. cap. Sed seruatur hic ordo vxorum, quia cum Lia fuerit prima vxor, quam Iacob carnaliter cognouit: licèt Rachelem sibi prius desponsauerit, vt patet Gen. 29. ca. ponuntur primo omnes sex filij Liæ. Cum autem Rachel post hanc in vxorem acquisita fuisset, quantum ad matrimonij consummationem, vt patet Gen. 29. cap. scilicèt vna hebdomada postquam accepta fuit Lia, ponuntur filij eius immediatè, qui fuerunt duo, scilicèt Ioseph, & Beniamin, vt patet
I Gen. 30. & 35. cap. Sed quia Ioseph non descendit cum Iacob in Aegyptum, sed ante descenderat: ponitur hic solus Beniamin. Deinde ponuntur filij ancillarum, quæ post dominas suas in matrimonium assumptæ fuerunt, quarum prima fuit Bala ancilla Rachelis, quæ peperit Dan, & Neptalim, vt patet Gen. 30. cap. Ideo filij eius primo ponuntur: vltimo accepta fuit Zelpha, quæ ancilla erat Liæ; & peperit duos, scilicèt Gad, & Aser, qui ponuntur in fine. *Erant igitur omnes animæ*. Ponuntur animæ pro ipsis hominibus denominando totum à parte. Quod patet quia animæ non egressę sunt de femore Iacob, sed ipsi homines geniti ab eo. *Quæ egressæ sunt de femore Iacob*. Idest quę natę sunt ab eo. Natiuitatis autem
K principium est in femore, cui vasa genitalia annectuntur. Vel signat femur clunes siue nates, quibus adiunguntur lumbi, de quibus semen deciditur ad generationem filiorum: licèt ponantur omnia membra spermatizare, ad conformitatem membrorum in prole genita, quod non fieret, si ab vna parte corporis semen solummodo deriuaretur. Ponimus tamen semen esse in lumbis, quoniam ibi sunt vasa seminaria, à quibus humor ille emmittitur. Sic enim ait Isidorus Eticor. lib. 8. vbi ait de dijs Gentium tractando de venere, quòd liquidum salsum fluit à lumbis in coitu. Et ob hoc tota vis libidinis in viris ponitur in lumbis. Et quando passiones venereę corpus transmutant, vt ait Philosophus in 7. Etic. dicit commentator

Ordo natiuitatis seruatur, nã qui prior est tempore potior iure est.

Natiuitatis principium esse in femore.

Luxuria in viris in qua parte corporis sit. Cap. 11.

mentator, quòd in lumbis fit quidam ardor, & tremor, qui non apparet in cœteris partibus corporis eò, quòd ibi totus impetus libidinis fit. Alia litera habet. *Omnes animæ eorum, qui ingressi sunt de femore Iacob*. Et tunc est litera decurtata: quia cum innuat debere poni duas orationes, solum vna ponitur. Et cum duæ orationes requirant ad minus duo verba, & duo casualia, in ista oratione ponitur verbum vnius orationis, & casuale alterius: vt ambæ orationes intelligantur. Prima oratio esse deberet: Quæ egressæ sunt de femore Iacob. Secunda oratio est: Et ingressę sunt in Aegyptum. Hic ponitur verbum secundę orationis, scilicèt. Ingressę sunt; & casuale primę orationis, scilicèt. De femore Iacob: Vtraque autem satis bona litera est, sed ista secunda magis explicat, quàm prima. *Septuaginta & quinque*. In Hebrço autem ponitur septuaginta, sic ponebatur Gen. 46. capit. & in his numeris est varietas: quia aliquando ponitur sexagesima sexta, aliquando septuagesimo, aliquando 75. de quibus diximus ibidem. Interpretes autem 75. transtulerunt, & sic habetur in actibus Apostolorum. c. 7. Et hoc modo oportet computare nepotes Ioseph, qui postea geniti sunt in Aegypto. Alia tamen litera nostra concordans cum Hebrça ponit animas 70. hic: & tunc facile est computare sicut in superioribus. Et quando hic dicitur quòd omnes animę egressę de femore Iacob, siue ingressæ in Aegyptum erant 70. siue 75. non est computandum secundum modum superiorẽ, scilicet quæ venerunt, vel ingressæ sunt cum Iacob: quia tunc non sunt vltra 66. vt patuit. Gen. 46. sed hic cumulantur omnes, siue ingrediẽtes cum Iacob, siue ante illum. Ponuntur autem hic fuisse 70. vt videatur quãtum in tam pauco tempore, scilicet annis 215. multiplicati fuerunt, quia ita notare vult, cum dicit; Germinantes quasi herba, quia cũ hic ad ingressũ fuissent animæ 70. nec omnes gignere poterant, quia Iacob, qui hic computatur nunquam postea genuit. Fuerunt tamen in exitu de Aegypto viri potentes ad bella procedere sexcenta tria millia, & quingẽti quinquaginta, vt patet Num. 1. cap. Etiam quia in his non fuerunt computati Leuitę, qui essent in tanto numero sicut quilibet de alijs tribubus, scilicet vt haberent quinquagiuta milia pugnatorum, vel plures si computarentur: ita quòd essent circiter septingenta millia peditum. Quidam sic putauerunt conijcientes ex alijs tribubus, in quibus magna pugnatorum multitudo reperiebatur: sed falsum est, quia in tota tribu Leui computando ab vno mensẽ, & supra inuenti sunt viri vigintiduo mille ducenti quadraginta, & tres. Et satis mirabile hoc erat, quia tribus Leui, quę æqualis alijs tribubus esse debebat tam modicum creuerit: vt omnes masculi eius non accederent ad medietatem summæ aliorum virorum pugnatorum, quę in alijs tribubus erant de his Nume. 3. cap. prẽter hoc senes, & paruuli infra 20. annos, & fœminę, de quibus esset copia infinita ita, quòd ad minus essent in duplo, vel in triplo, quàm ipsi numerati ad pugnã. Nec valet si dicas: quòd infra 12. cap. dicitur quòd egressa sunt de Rameße in Socoth sexcenta milia peditum fermè, quia ibi ponitur minor numerus, cum nõ esset magna necessitas omnes numerare in primo capit. Nume. cum omnes per tribus, domos, & capita singula computati sunt, positus fuit numerus prẽcisus, nec magis, nec minus. Et si dicas quòd adhuc non potest stare, quia in ingressu de Aegypto non videntur fuisse tot. s. sexcenti tria millia quingenti, & quinquaginta, immo nec sexcenta millia, quia in litera dicitur fermẽ, quod in diminutionem sonat. Ad textum libri Numerorũ dicetur, ꝙ illud fuit post in alia computatione, postq̃ magis creuerant filij Israel, isti ad tantum numerum

Hebrçorũ maxima multiplicatio in paruo tẽpore.

A deuenirent. Sed hoc non valet, quia ista computatio, quæ ponitur in primo cap. libri Numerorũ citò post exitum de Aegypto facta est, scilicèt vno anno, quia dicitur in principio illius cap. quòd in secundo mense secundi anni facta fuit ista computatio, & sic fluxerant solum menses, in quibus non poterat tanta fieri multiplicatio. Quomodocunque sit, factum est, vt crescerent quasi centum millia peditum computatis Leuitis, qui ibi computantur, hic autem non. *Ioseph autem in Aegypto erat*. Hoc refertur ad superiora, scilicet licèt Ioseph, & filij eius computentur inter istas animas septuaginta, vel septuagintaquinque, tamen non descendit ipse cum Iacob, sed ante descensum eius erat in Aegypto cum prole sua.

B Descendit enim ante patrem suum annis quasi 23. quia ipse venditus fuit in Aegypto anno 16. vitæ suæ, scilicet finito illo, & inchoato 17. vt patet in litera Hebraica. Iacob autem descendit in Aegyptum anno 39. Ioseph: in quibus concluduntur 23. anni, licèt non perfecti: patet antecedens, quia Ioseph stetit coram Pharaone ad interpretandum somnia anno tricesimo, & immediatè secuti sunt anni septem fertilitatis, & consequenter anni sterilitatis, in quorum secundo venit Iacob in Aegyptum, vt colligitur Gen. 45. cap. & sic fluxerunt anni nouem post interpretationem somniorum: ergo fuit annus 39. Ioseph quando venit Iacob. *Quo mortuo*. Vt patet Gen. 50. cap. *Et vniuersis fratribus eius*. Et hoc innitur quòd Ioseph mor-
C tuus fuit ante omnes fratres suos, quia ante eos ponitur hic in ordine moriendi, & sic diximus Gen. 50. cap. Et declaratur ex hoc, quia Ioseph mortuus fuit anno vitæ suæ centesimo decimo, vt patet Gen. 50. homines autem illius temporis communiter magis viuebant, scilicèt centum quinquaginta, vel centum triginta: sic patet infra 6. cap. de Leui, qui vixit annis centum triginta septem: sic autem apparet fuisse de alijs, vel in maiori numero, vel paulominus. *Omnique cognatione sua*. Vocat hic cognationem non omnes, qui erant de illo genere: quia tunc nullus de Hebręis, siue de filijs Israel mansisset, sed dicitur immediatè contrarium, scilicet quòd filij Israel creuerunt post mortem istorum: sed vocatur cognatio istorum, idest
D illi, qui erant de semine horum, & erant istis immediati vt filij eorum. Et hoc patet quia quando isti intrauerunt Aegyptum omnes habebant filios, vt patet Gen. 46. & aliqui eorum habebant filios, qui erant iam satis magni viri, scilicet annorum vigintiquinque, vel trigesimo, & post ingressum horum in Aegyptum fluxerunt vsque ad exitum anni ducenti, & quindecim, vt probatum fuit Genes. 15. cap. & alibi ergo non poterat aliquis tanto tempore viuere de filijs, vt accederet ad tempus illud, in quo Aegyptij inceperunt affligere Iudæos, scilicet ante natiuitatem Moysis pauloante, quæ fuit ottuagesimo anno ante exitum de Aegypto, vt patet infra septem. cap. Quibus detractis à ducentis, & quindecim, manent cen-
E tum triginta, & quinque. Quibus addantur illi anni, quos habebant antequam veniret Iacob in Aegyptum, scilicèt in quibusdam vigesimoquinto, & in alijs vigesimo. Et sic communiter, quòd attingit ad annos centesimum quinquaginta, quam durationẽ nullus in illo tempore sortiebatur. *Filij Israel creuerunt*. Scilicèt nepotes istorum, qui vocantur filij Israel, quia erant de semine eius secundum tamen generationis numerum erant pronepotes, & vltra Iacob, & hoc ad plus, quia in aliquibus lineis de istis erat iam quarta, aut quinta, vel sexta generatio, quia minus quidam quàm alij viuebant. *Creuerunt*. Scilicet per generationẽ, sicut aliæ gentes successu temporum. *Et quasi germinantes multiplicati sunt*.

dest tantum creuerunt, ac si germinarent. Etponit hoc ad designandam admirabilem multiplicationē, quasi dicat: Non crescebant isti sicut alij homines crescunt per generationem, sed tantum multiplicabantur, vt herbæ, in quibus ex vno grano, valde multa grana, & interdum multæ spicæ pullulant.

Quæst.2. An Hebræę mulieres in Aegypto pariebant duos, tres, quatuor, quinque, & sex filios in vno partu.

Volunt enim Hebræi, q̃ mulieres Hebræorum in Aegypto geminos pariebant, & interdum tres, aut quatuor, aut sex, & sic satis notum erat q̃ cito multiplicari possent. Nec est hoc absonum, quia Aug. de ciui. Dei lib. 18. ca. 6. dicit istam multiplicationē fuisse supernaturalem, & non est intelligendum, q̃ fuisset supernaturalis, ita q̃ nihil tale naturaliter fieri possit: quia naturaliter fœmina uno conceptu, & uno partu septem fœtus effundere potest, cum totidem sint cellulæ matricis ad custodiam fętuū, dum sunt in utero. Sed erat hoc supernaturale, q̃ omnes fœminę istum modum concipiendi, & pariendi haberent. Et quod hoc multo tēpore duraret, sicuti de istis dicitur. Etiã quod dum maioribus laboribus prēmerentur, magis gignerent, quia manifestum est q̃ naturaliter contrarium euenire debet. *Ac roborati nimis*. Hoc potest referri ad quodlibet illorum, qui nascebatur, scilicet q̃ esset nimis robustus; quod etiam uidebatur esse supnaturale: quia quando fęmina plures fętus conceptu uno gignit, non sunt omnes perfecti uiribus, aut corpulętia, aut intellectu, quia perfectio totalis seminis, qui in unum transfundi debebat ad plures transit: q̃ autem hic multi essent, & q̃ omnes robusti, ualde mirabile erat. Alio modo potest hoc referri ad totam illam gentem, scilicet q̃ roborati sunt, idest quòd per magnam multitudinem, quam habebant, erant facti robusti, scilicet quòd alij populi non possent eos faciliter expugnare, uel deprimere. Et iste est consonantior sensus ad literam: quia pro primo sensu nō deberet dici, & roborati nimis: sed & robusti nimis: quia roborari est robustum fieri quando non erat, & hoc pertinet ad totam gentem, q̃ autem robusta non erat quādo pauci erant, cum autem multiplicati sunt, erat populus robustior. Robustus autem dicitur non qui uires acquirit, sed qui habet, & hoc pertinebat ad quęlibet: quia illi, qui robusti uiribus sunt, à natiuitate tales sunt, cum à natiuitate habeant membra disposita ad uires: nec sic postea in eis aliqualis magna, uel notabilis mutatio. Ista autē duo, q̃ hic ponuntur, fuerunt occasio, ut Aegyptij opprimerent eos timentes, ut ex multitudine acquisita fiducia iungerentur hostibus eorum, uel insurgerent in eos, ut patet infra. *Impleuerunt terram*. Non terram simpliciter: quia tūc nulli alij morarētur in Aegypto, & alijs regionibus: sed impleuerunt terram, scilicet Gessen, in qua habitabant. s. q̃ licēt illa terra satis ampla esset: quia tamen ipsi tātum multiplicati fuerant, non capiebantur in terra illa. Ex hoc infertur, q̃ Iudæi non morabātur in una ciuitate, ut aliqui uolunt: sed in pluribus ciuitatibus, & oppidis, & uiculis: quia una ciuitas quantacunque, esset non diceretur implere terram Gessen: uel dato quòd implerent unam ciuitatem magnam, non dicerentur implere terram.

Quomodo intelligitur q̃ filij Israel robusti nimis impleuerunt terram.

Surrexit interea Rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph. Et ait ad populum suum. Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum: nè fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egredia-

Actu.7.ca.

tur de terra. Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus. Ædificaueruntque vrbes tabernaculorū Pharaoni Phiton, & Ramesses. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabātur, & crescebant: oderantque filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes, & inuidentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorū operibus duris luti, & lateris: omnique famulatu, quo in terræ operibus præmebantur. Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficite eum, si fęmina, reseruate. Timuerūt autem obstetrices Deum, & non fecerūt iuxta præceptum regis Ægypti: sed conseruabant mares. Quibus accersitis ad se rex ait: Quid nam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ responderunt. Non sunt Hebræę sicut Aegyptiæ mulieres. Ipsę enim obstetricandi habent scientiam, & priusquã veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit Deus obstetricibus, & creuit populus, confortatusque est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ędificauit eis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

Maia Athlãs filia, quæ Maio mensi nomẽ dedit, floret. Mercurius primus vir doctissimus claret.

Mercurius trimegistus Aegyptius vir maximus, & potentissimus claret.

Mercurius Hermes Italus modulãtię inuentor. 22. q. 2. c. si qualibet.

Surrexit. Hic ponitur secundum, scilicèt narratio subsequentium: quod pertinet ad operis executionē: & incipit describi afflictio populi Hebræorum, & diuiditur in quatuor partes: primo ponit dicta afflictio: secundo ducis liberantis prouisio in ca. 2. tertio regis, & Aegyptiorum punitio infra 5. c. quarto Iudaici populi de Aegypto eductio infra c. 12. circa medium, scilicet: vocatis Moyse, & Aaron. Prima in duas, primo ponitur afflictionis occasio: secundo subiungitur actualis afflictio, ibi. *Præposuit itaque eis*. Circa primum ponit hic causas, quare Aegyptij afflixerunt Iudeos, & vnr esse due. I. vna de mutatione regis alia de inuidia Aegyptiorū in eos. Circa primum. *Surrexit itaque rex nouus*. Dicitur rex nouus, vt vult Iosephus: quia iste rex non pertinebat ad eandem domum, vel progeniem, ad quam pertinebant præcedentes. Et si hoc verum est, necesse erat mutari Dynastiam: quia in Aegypto diuidebatur potestas regnatiua per certas domos regni, scilicet per Diapolitanos, per Thebæos, & per Pastores. In qualibet autem istarum domorum manebat potestas regia per certum numerum regū, deinde transibat per aliam domum, & erant ibi alij totidem reges. Tempus autem non erat determinatum cuilibet Dynastiæ: sed secundum quòd accideret regum istarum protelari: ideo aliquando vna Dynastia durabat in duplum, quàm alia, vel magis

Ægyptij quare afflixerunt Iudæos.

Principatus regnatiuus in Aegypto, non manebat semp i eadem progenie: sed erant quatuor domus, ex quibus accipiebantur reges.

Sed

Sed hoc non est necessarium dici: quia satis est, quòd in eadem Dynastia aliquis rex sit gratus alteri, & deinde ueniat alius rex, qui contrario modo se habeat ad easdem domos.

Quis fuit rex nouus, qui primo afflixit Iudæos in Aegypto.

Quæst. 3. Opi. Sãcti Vincentij impugnatur.

Quis autem fuit iste rex dicit Vincentius lib. 1. Speculi Historialis, q̃ fuit Memphers quintus de Pharaonibus: sub quo mortuus est Ioseph. s. anno nono eius. Istum enim asserit afflixisse Iudeos. Sed hoc valde falsum est, nec respexit aliquo modo tex. Biblię Vincentius quantũ ad hoc: quia ipse dicit, q̃ Memphers fuit, sub quo Ioseph mortuus est: & eum, qui Iudęos afflixerit. Textus aūt dicit, q̃ surrexit rex nouus, qui ignorabat Ioseph, & iste afflixit Iudæos: ergo non erat idẽ, sub quo mortuus est Ioseph, & qui afflixit Iudæos. Itẽ quia inter mortem Ioseph, & istam afflictionem trãsierunt dies multi: quia, vt dicitur in litera, iam mortuis fuerat Ioseph, & omnes fratres eius, & tota cognatio eorum, idest omnes, qui ab eis immediate descenderūt. s. filij, ut supra declarauimus. Sed nullus rex tm̃ durare poterat, ut consumerentur duæ generationes, maximè quia rex modicum uiuit, ut cōmuniter: quia ut habet Eccl. 10. Omnis potentatus uita breuis. Item quia iam iste rex Mēphers regnauerat 9. Annis, q̃n mortuus fuit Ioseph, ut ait idem Vincentius, ergo semper ei maneret minus de tempore uitę, ita q̃ non posset ipse pertingere ad tempus, in quo afflicti sunt Israelitæ per Aegyptios. Item quia reges, ut cōmuniter incipiunt regnare, q̃n sunt iã uiri adulti, & magni, cum nunquã potestatem regiam assequantur, donec patres eorū uita defuncti sint, maximè tempore illo, quo homines saniores erãt, & omnes quasi ad eundẽ modum ætatis attingebãt: maximè quia ista afflictio Iudæorum uidetur incepisse ex uerbis tex. paulo ante natiuitatem Moysis, inter quam, & mortem Ioseph multi anni fluxerunt. Concludit ergo non fuisse eundem regẽ, sub quo mortuus fuerit Ioseph, & qui afflixerit Iudæos, qui Memphers nuncupatur. Sed, ut ait Iosephus, iste fuit Armonophis, sub quo ista afflictio facta est, & natus fuit Moyses, & iste dr̃ fuisse octauus rex ab illo, qui Mēphers dicitur, sub quo fuit Ioseph, & hoc nō est intelligendum: q̃ fuerit octauus ab illo, qui dicitur Memphers, sub quo mortuus fuit Ioseph, sed q̃ fuit octauus ab illo, qui dicitur Nefren, sub quo accepit principatum Ioseph, ut prælibauimus in parua temporũ annotatione superiori. Et patet quia non est uerisimile, q̃ octo fuissent reges in 64. Annis, qui fluxerũt inter mortem Ioseph, & natiuitatẽ Moysis, maximè quia in tempore illo reges satis durabãt, magis quã nunc. Quod autem soli 64. Anni fuerint inter mortem Ioseph, & natiuitatem Moysis patet: quia ut probatum fuit Gen. 15. c. mansio filiorum à die, quo intrauit Iacob in Aegyptum, fuit annorũ ducentorũ, & quindecim, à quibus subtrahantur anni 71. quibus uixit Ioseph postquàm uenit Iacob in Aegyptum, qd̃ patet quia Iacob uenit anno 39. uitæ Ioseph, ut probauimus in isto. c. & sepe in Ge. & uixit Ioseph annis cẽtum decem, ut patet Ge. 50. c. ergo manent. 71. Deinde subtrahantur 80. anni, quos habebat Moyses in anno, quo locutus fuit coram Pharaone, & exierunt de Aegypto, qui coniuncti faciunt annos 151. manebũt ad complendum 210. annos, anni 63. siue 64 quia de uno nō est curandum. In hoc ergo paruo spacio temporis non uĩr rationabile, uel satis credibile fluxisse tẽpora 8. regum illius ætatis. Item quia principatus Ioseph in Aegypto fuit annorũ 80. Sed in hoc tempore nõ fluxerunt quinque reges totaliter, ut declaratum fuit in breui annotatione temporũ in principio libri huius. Antecedẽs patet: qa Ioseph factus fuit Princeps Aegypti, quando erat annorum 30. Vt patet Ge. 41. c.

Opinio Iosephi.

Quot reges fuerũt ab anno in quo Ioseph accepit principatum usq; ad natiuitatem Moysis.

An principatus Aegypti fuit ablatus à Ioseph in vita sua.

A & postea uixit usque annum centesimum decimũ, ut patet Gen. 50. ergo manebant anni 80. in quibus dominatus fuit continue Ioseph: quia in tota uita sua nũ quam ei fuit ablatus principatus. Quod patet: quia q̃n mortuus fuit Ioseph, adiurauit fratres suos tanquam dominus, ut portarent ossa eorum in terram promissionis. Item quia dicitur, ibidem quòd conditus fuit aromatibus, & repositus in loculo in Aegypto. Si aūt fuisset ei ablatus principatus, non fuisset ita honorificè sepultus. Item & fortius: quia in hoc. cap. unum de causis afflictionis Hebræorum fuit: quia rex nouus, qui surrexit, non cognoscebat Ioseph: quasi dicat: si cognouisset Ioseph non afflixisset Iudæos. Sed si diceremus, quòd Ioseph fuisset uiuens depositus à principatu, quomodo propter eius memoriam parceretur omnibus Hebræis quando ipsi uiuenti propter beneficia sua nō parcebatur? ualde absonum esset. Item quia tunc non incepisset afflictio Iudæorum mortuo Ioseph, & fratribus suis, & tota cognatione, ut litera innuit, sed uiuente Ioseph incepisset. Dicendum ergo quòd iste rex nouus fuit, quia Monophis octauus à Nefren, sub quo Ioseph factus fuit præfectus Aegypti. Et non sub illo, qui dicitur Memphers, sub quo mortuus est, & tunc nulla est dissonantia in temporibus: quia à tempore, quo Ioseph factus fuit prefectus usque ad mortem suam fuerunt anni 80. præcisi, & fuit duratio regum quinque penè, ut supra in annotatione temporum descripsimus. Tempus autem, quod fuit inter mortem Ioseph, & natiuitatem Moysis fuit annorum 69. in quo fluxerunt penè tempora 4. Regum. Satis ergo hoc concors rationi est. *Surrexit interea*. Scilicet illo tempore paulo ante natiuitatem Moysis: & dicitur surgere, quia tunc assumptus fuit in regnum, & ante rex non erat. *Rex nouus*. Scilicet Armonophis, qui dicitur nouus dupliciter, uel quia pertinebat ad aliam Dynastiam, ut supra declarauimus, uel quia non erat eiusdem conditionis, cuius fuerunt omnes superiores, qui clementes erant Hebræis ob recordationem beneficiorum Ioseph. Fuit autem iste rex octauus ab initio principatus Ioseph, scilicet ab illo Pharaone, qui Ioseph toti præfecit Aegypto, & fuit tertius ab illo rege, qui regnabat, cùm mortuus fuit Ioseph.

Qui ignorabat Ioseph. Idest qui non recordabatur utrum Ioseph fecisset aliqua bona Aegyptijs: uel si recordabatur, non putabat ei gratias referendum, uel posteritati suæ ob hoc benefaciendum. O miserã humanorum actuum conditio: ò infœlix sæuientis fortunæ mutatio Ioseph, qui paulo ante Aegyptijs tantam contulerat gratiam, ut eius interpretatione, & prudenti frugum dispositione tota Aegyptus superstes sit, quæ alias fuerat fame ualida peritura, nec tantę calamitatis ullum aliud poterat habere solamen: cui ob hoc quicquid habebat, & quicquid erat iure debebat, & insuper magnum honorem tanquam dijs, & patribus, quibus non possumus reddere æqualia, ut patet 8. Ethicor. totaliter abolitus est, obliuioni traditus est: ut non modo ei saltem cineri iam defuncto honorem debitum non impenderet, sed etiam miseram eius progeniem indigne subijceret seruituti, iniustis oneribus maceraret, immeritis cladibus trucidaret. Pessimus ergo ille rex, & omni indignitate indignior, qui cum quotidiana in se Ioseph beneficia experiretur, quintam partem prouentuum Aegypti annuatim percipiens, quod dispositione prouida Ioseph reditibus regijs olim fuerat attributum, benefactorem Ioseph, quem ipsa beneficia necessario demonstrabant, ingratæ mentis ægritudine tabefactus nunquam in recordationem suam saltem tenui rimula reducebat,

Exagerato de miseria mutabilitatis fortunæ, & de iniqua retributione factorum.

Cap. 14.

Apostrophe cõtra sęculi amatores, qui omnia ob laudis, & famosę memorię permanẽtiam operantur.

Discant ergo huius sęculi amatores, auribus percipiant, et aliquando cor insipiens ad contemplandam veritatem conuertant: qui nisi ad auras populares, & quorumlibet expectatorum, consectatorumque seruunculos benefacere nesciunt, qui propagandi noīs ac dilatandæ famæ post funera facibus inflamant inquietos dies, & noctes insomnes assidua occupatione deducunt, quam fragile atque falax bonum fama sit, cum de tanto beneficio Aegyptijs impenso, cui nullum vnquam alicuius hominis beneficium ad aliquam gentem exequari potuit, ita cito abolitum est: sic cito pertransit, vt post sexagintaquatuor annos nullum de illo recordationis vestigium manserit. *Et ait ad populum suum*. Persuadendo ei ad intentionem suam deuenire: quia tanta scelera, quanta impius ille rex in Hebręorum miserandam gentem moliebatur sine populi assensu exequi non audebat. *Ecce populus Israel multus*. Ista fuit secunda occasio, quare Aegyptij inuidentes Hebręis duris laboribus oppressérunt eos. Dicit.n. Iosephus ꝙ inuiderunt Aegyptij Iudęis propter virtutem ingenij, & laboris industriã, & affluentiam opum, & sobolis nobilitatem. Erant enim hic duo; inuidia, & timor: quia enim Iudęos prosperari videbant, videndo cruciabantur, & diffecabantur in cordibus suis. Secundò timebant existimãtes, ꝙ Iudęi vel fugerent de terra illa, vel iungerentur hostibus eorum: & expugnarent eos. *Populus Israel multus*. Quia vt supra dicitur multiplicabantur, quasi germinantes. *Et fortior nobis*. Potest intelligi dupliciter: vno modo de quolibet viro p se, scilicet quod viri Hebręorum fortiores erant quam Aegyptij: & hoc quia Aegyptij sunt valde luxuriosi, & in parua ętate vacabant coitibus, quod corporis magnitudinem futuram tollit, vires eneruat, & ad generandum indispositos reddit, & si contingat generare proles inde natę imperfectę corpore, & intellectu sunt, vt declarat Arist. 7. Politi. de quo late diximus. Ge. 29. & 30. c. Hebręi autem è contrario cõtinebant vsque ad tempora debita generationi, & tunc abundabant in prole, & in virtute prolis. Vel vocantur fortiores non ꝙ Iudęi esset singilatim fortiores Aegyptijs: sed ꝙ totus populus Hebręorum ex multitudine tantas vires acquisisset, vt maiora bella facere posset quã Aegyptij. Et licet Israel multiplicatus esset, & fortificatus nimis, magis tũ illud fore reputabãt Aegyptij. Est enim hęc conditio inuidorum, vt eis aliorum bona maiora videantur. Sic ait Ouidius primo de Arte amandi,

Vberior seges alienis semper in agris,
Viciniq; pecus grandius huber habet,

Venite sapienter opprimamus eum. Idest non faciamus vel cladem publicam in eos, quia tunc haberent occasionem fugiendi. Etiam quia nobis hoc vtile non esset. Nunc enim possumus eos subijcere in seruitutem, & magnas inde consequi vtilitates. Si aũt clade publica destruamus eos, non habebimus seruientes. *Sapienter opprimamus eum*. Idest istum populum Israel. Opprimere est subijcere ad aliquam seruitutẽ inuoluntariã. Et hoc intendebãt facere Aegyptij Hebręis: & hoc sapienter se facturos putabant. s. bellum nõ inferendo, sed seruitutibus duris deprimẽdo.

Aegyptij sunt valde luxuriosi: & ideo viribus debiles.

Coitibus in parua ętate incęptus multa mala facit.

Quęst. 4. Sapientia, & prudentia quomodo differũt ab astutia. Cap. 12.

Et hoc non erat sapienter factum: quia sapientia accipitur hic pro prudentia: cum sapientia proprie dicta non pertineat ad agibilia, nec sit principium alicuius operationis, idest nullius actionis directiua est, vt patet in 6. Ethic. circa finem: sed sapientia consistit circa perfectissimũ ens maxime speculabile, prudentia autem humanas dirigit actiones, cum sit habitus cum recta ratione actiuus eorum, quę ad totam vitam, vt patet in 6. Ethic. In prauis autem actionibus quantumcunque suo prauo rectissimè cohęreãt, F prudentia esse non potest: quia inde modica potentia, quę est de agibili ad finem quando est, ad rectam intentionem existimatio laudabilis est, & prudentia est. Cum autem finis malus est, astutia dicitur. Sic ẽt idem Philosophus in eodem libro dixit ꝙ enbulia, q̃ dicitur rectitudo consilij, est de bono fine per rectum medium tempore conuenienti, & aliud bonum totius vitæ simpliciter. Isti autem ad malum finem faciebant, scilicet vt immeritos impiè subijcerent seruituti. Vel intendebant eorum multiplicationem impedire, quod iniustum valde erat: & hoc per malum adipisci volebant medium, scilicet per iniustam oppressionem. *Nè fortè multiplicetur*. Scilicet magis quam multiplicatus est: vel ne fortè multiplicentur, G scilicet tantum, vt possint pugnare contra nos. Et nõ est intelligendum, quòd tunc Hebręi valde multiplicati essent, sicut postea quando exierũt de Aegypto: quia in 80. annis, qui fuerunt à natiuitate Moysi, scilicet Paulo postq̃ incepit ista afflictio vsq; exitum de Aegypto valde magna multiplicatio facta est, cum postea magis multiplicarẽtur in vno anno: quàm tũc in quatuor, vel quinque, quia postea erant valde plures, ideo plures valde generarent: etiam quia quotidie magis premebantur, & dicit tex. quòd dum plus torquebantur, magis multiplicabantur. *Et si ingruerit*. Idest si apparuerit, vel acciderit. *Contra nos bellum*. Scilicet illatum ab hostibus. *Addatur inimicis nostris*. Idest coniungatur hostibus nostris: & adiuuet illos H contra nos. Satis putabãt Aegyptij, quòd Hebręi soli non auderent inuadere Aegyptios modo bellico: qa non erant tot sicut Aegyptij, etiam quia paucas vrbes habebãt, & earundem vrbium fortalitia in potestate Aegyptiorum custodiebantur; sed solum timebant eos ausuros, cum viderẽt hostes ingruere Aegyptijs. *Expugnatisque nobis*. Idest victis, vel deletis, cum adiutorio hostium nostrorum. *Egrediatur de terra*. Idest recedat de terra ista in aliam terrã, quod in magnum Aegyptiorum damnum redundaret: quia Hebręi magna tributa annuatim persoluebant: & pręter hoc cogebantur ad faciẽdum quelibet alia opera publica, vt construere ciuitates, reficere pontes, & instaurare, & similia facere. *Præposuit*. Inito consilio I de affligendo Iudęos hic subiũgitur eorum afflictio, & hoc fuit mandando eis facere opera dura, & vt magis in hoc agitarentur, & inquietarentur præponebãtur eis aliqui Aegyptij, ad quorum imperium necesse erat eos operari. Et isti quia oderant eos affligebant eos nimis. *Præposuit eis magistros operum*. Non erant isti magistri tanquam Architectonici, & artificum manualium directores; quia Aegyptij nihil in hoc laborabãt: sed erant magistri operum, idest mandantes quid facerent, & quantum facerent: & si non velociter operarentur, cogebant eos pęnis duris. *Vt affligerent eos oneribus*. Licet Iudęi facerent ædificia ad vtilitatem regis, & totius Aegyptij, tamen rex non intendebat principaliter illas vtilitates: sed af K flictionem, & debilitationem Iudęorum: ita vt non tantùm multiplicarentur. Et quia inter omnia, quæ vires eneruant, & corpus cõfringunt nihil magis est, quàm onerum subuectio: cogebant illi magistri operum Hebręos portare magna onera laterum, vel lapidum, vel alicuius alterius rei grauis, & ædificauerũt Hebręi vrbes tabernaculorum, q̃ satis magnæ erant, in quibus multos labores, & satis magnum tempus impendere oportebat. Sed adhuc præter hęc multa alia opera facere cogebantur. *Vrbes tabernaculorum*. Idest fecerunt magnas vrbes, vbi antea erant sola parua, & pauca tabernacula, & hoc consonat satis: quia dicitur quòd fecerunt Phiton, & Ramessem: sed Ramesses est ciuitas, in qua Iudęi habitauerũt, & de qua exie-

Nihil est quod magis cõfringat corpus quã onera.

Vrbes ædificate ab Hebręis, quare tabernacula appellentur.

exierunt, cum ibant de Aegypto in terram Chanaan, A vt patet infra 12. ca. vbi dicitur quòd profecti sunt de Ramesse in Socoth. Ante ergo q̃ ipsi facerent istam vrbem, videtur quòd erant ibi aliqua simplicia tabernacula, in quibus tanquam in vinculis, vel tugurijs rusticanis ante homines habitabant. Et sicut dicitur de Ramesse, ita dicendum est de Phiton, cum eodẽ modo vocetur. *Vrbes tabernaculorum*. Vel vocantur vrbes tabernaculorum, idest vrbes in quibus morabantur custodes regni Aegypti, quoniam iste vrbes erant in finibus Aegypti, in quibus posuerat Pharao custodes, vt viderent, quis ægrederetur de Aegypto, vel ingrederetur in illam, & ne permitterent aliquos de Hebręis egredi de terra illa. Et hoc patet, quia istæ duæ vrbes, quas Hebręi condiderunt, erant in terra B Gessen, in qua ipsi habitabant. Ista autem terra est in extremitate Aegypti, ideo viuente Ioseph eis ad habitandum data est, vt declarauimus Gen. 45. & 46. cap. Vel vocantur vrbes tabernaculorum, idest tabernaculorum regalium, scilicet quòd in ciuitatibus illis construxerunt Hebręi magna palatia regi. Vel (vt alij volunt) dicuntur vrbes thesaurorum: quia tanta soliditas murium, & turrium robusta proceritas illis vrbibus inerat: ac si ibidem thesauri recondi deberent, qui nunq̃ nisi in locis tutissimis reponuntur. *Phiton, & Ramesses*. De Phiton, quæ ciuitas sit ignoratur: de Ramesses aũt dicitur quòd ante erat nomen terræ, vt patet Ge. 47. vbi dicitur ꝙ Ioseph tradidit patri suo, & toti cognationi locum habitandi in optimo solo terræ Ramesses: postea vero in extremitate illius Hebręi construxerunt vrbem, quæ diceretur Ramesses à noīe terræ illius: & hoc non obstante semper mansit idem nomen terræ illi, & ciuitati: quia infra 12. ca. dicitur quòd Hebręi in prima egressione de sedibus suis exierunt de Ramesse in Socoth. Sed cõstat quòd non omnes morabãtur in ciuitate illa: ergo accipitur ibi vt nomen terræ. Deinde vocata fuit illa vrbs ciuitas heroum: quia à viris famosis, & strenuis seruabatur. Deinde vocata fuit pagus Arsenoites, idest sine sexu: quia ibi vterque sexus regnare cępit, scilicet tam viri q̃ fœminę nulla facta vtriusque distantia. Postea vocata fuit Thebe, siue Thebaida, de qua fuit legio Thebæa, cui prefuit Mauritius, quę vno animo simul D pro Christi nomine Maximiani Imperatoris seuissimi gladio trucidata est. *Quantoque opprimebant eos*. Subijcientes durioribus operibus. *Tant magis multiplicabantur*. In hoc apparet Dei immensa, admirandaque benignitas huius gentis curam agens spetialem, vt contra aliorum hominum morem insolitum illam mirabiliter adauge ret. Nęc potest intelligi hoc esse naturaliter: quia naturaliter in labore nimio homines indisponuntur ad generationem. Primo quia labor excitat ardorem, & cõsumit non solum humorem seminalem, ex quo fit generatio, quod tanquam aliquid molle faciliter cõsumi potest: sed etiam ipsas partes carneas duras emoliendo resoluit. Cessante ergo principio materiali generationis, scilicet semine: E generatio fieri non potest. Et si contingat fieri generationem, quia semen illud per laborem ad paruam quantitatẽ redactum est, fętus valde minuti corpore nascuntur. Et quia quãtũcũque illud fit: quia premente labore spiritus seminis coguntur exhalare, necesse est fœtus inde natos viribus valde deficere. Etiam cũ semen illud aliqualiter ex ardore laboris resoluente à propria humiditate deficiẽs ad siccitatem quãdam, quæ est præter armoniam corporis declinauit, necesse est fœtus inde genitos distemperatæ esse complexionis: & p hoc necesse est recto intellectu carere, cũ bonitas intellectus fundetur in cõtemperatione phãtasiæ, quam necesse est vacillare, si præter armoniam A siccitas in semine sit. Ex quo inferebatur, vt latè tractauimus. Ge. 30. c. ꝙ filij hominum multùm studiosorum cœteris paribus sunt alijs hominibus mente, & corpore imperfectiores. De his Arist. 7. Poli. ca. 15. vbi ait: qualibus autem quibusdam corporibus existentibus maximè vtilitas erit his, qui generant neq; enim, qui athletarum habitus optimus, siue optimus ad politicam optimã habitudinẽ: nec ad enechiã, nec ad sanitatem, & puerorum procurationem, nec q̃ curis indigens, & male habens valde, sed medius horũ. Oportet quidem igitur habere habitum labores passum, at labores non violentos, nec ad vnum solum sicut athletarum habitus: sed ad actiones liberorum: similiter autem idem oportet existere viris, & mulieribus. *Oderantque filios Israel Aegyptij*. Quia inuidebant eis, & videbant eos quotidie multiplicari: & astutiam, quam contra eos moliti fuerant, nihil valere: sed prorsus in contrariam relabi partem: vt multiplicatiõ, quam ipsi sapienter, vt sibi fingebant, per labores duros impedire volebant, eisdem laborantibus maior fieret. *Et affligebant illudentes*. Cum enim Aegyptij cogerent Iudęos ad opera vilia, scilicet ad portandum stercora, & immunditias vrbium, viderentque eos sub onerum grauitate gementes illudebant dicentes. Ecce miseri nunc multiplicabimini: sic enim vos, vt asinos premi oportet, & videbimus si vt prius coitibus indulgebitis. *Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus*. Idest tantùm præ C mebantur laboribus duris, quòd vitam suam exosam haberent, & amaro animo viuẽtes quietam mortem laboriosæ vitæ præponerent. *Operibus duris*. Vocantur ista opera dura dupliciter. Primo quia ipsa in se difficilia, atque laboriosa sunt. s. vt deportatio terræ, & laterum, & similũ. Secundo modo vocãtur opera dura, quia in eis supra modum ab Aegyptijs inquietabantur, scilicet ꝙ daretur quotidie magnum numerũ laterum, qualis rationabiliter forte sufficeret ad duos dies, maximè quando cogebantur dare solitum laterum numerum, & non dabantur eis stipulæ: quia tũc nullo modo poterant exequi, ideo flagellabantur, vt patet infra 5. c. *Luti, & lateris*. Lutum vocatur calx ad cõmiscendũ lateribus in ædificationibus, & patet, quia coniunguntur ista duo, scilicet lutum, & later. D Vel vocatur lutum quodã genus bituminis, quod est ad modum luti viarum: & illud valde continet fortibus ædificijs. *Omnique famulatus*. Idest omni genere seruitij. *Quo in terra operibus premebantur*. Idest omnia opera, quęcunque de terra fieri poterant, excogitabant Aegyptij, vt opprimerent Iudęos. Faciebant eos trãsportare terrã de vno loco ad alterum, vt planarent vicos, & plateas. Et hanc deportabãt in cophinis, de quo Psal. 80. Manus eius in cophino seruierunt. Imponebantur eis officia multum dura, & vilia, quæ ad solos seruorum vilissimos pertinebant, scilicet vt lutum platearum, & sordes platearum, atq; stercora cloacarum in cophinis deportarent. Addit etiam Iosephus alia opera, scilicet vt Nilum fluuium per multos alueos deriuarẽt: vt aqua eius intrare posset quãdo exundationes fiunt. Etiam vt ciuitates fossa circundarent; vt aqua exundationum non intraret ciuitates, vel vt ibi ad refluxum fluminis aquæ manerẽt ad multos vsus necessariæ. Et præter hoc grauior, ac ceteris intollerabilior labor erat magna illusio, & insultatio Aegyptiorum: quia vt ait versificator.

Est misero peius derisio quam dolor eius:

Dixit autem rex Aegypti. Hic insurgit alia tribulatio: qa videẽs rex Aegypti, ꝙ Iudęi laboribus duris oppressi a multiplicatione non cessabant; sed magis multiplicabantur; excogitauit aliã iniquitatem prioribus grauiorem. s. vt Hebręorum paruulos in partu ipso necarent,

Filij hominum studiosorum multum: sunt imperfectiores mente, & corpore alijs.

Hebręi quãto plus opprimebantur, tãto Dei prouidentia plus crescebant.

Thebe varia nomĩa.

Officia vilia Hebręorum, quæ ab Aegyptijs facere cogebant.

Alia afflictio Iudęorum.

rent,vt ante infans mortuus esset quàm matri, aut parentibus cognitus. Et hoc nitebatur agere ministerio obstetricum, Sed quia hoc grande malum erat,& totius Iudaicę gentis exterminatiuum, proculdubio si maneret, Deus volens eos puniri,sed non deleri,auertit hoc graue malum ponens in mente obstetricibus, nè quicquam tale committerent. *Dixit rex Aegypti.* Idem rex est, qui supra eos laboribus duris presserat, & qui eorum infantes occidi iuberet, scilicet Armonophis octauus ab illo Pharaone, qui Ioseph prefecerat toti Aegypto. *Obstetricibus.* Non fuit istud dictum publicum quasi positum pro edicto, quia tunc mulieres Hebrææ hæc cognoscentes sibi in partu cauerent,nè aliquam reciperent de obstetricibus Aegyptiorum: sed dixit eis rex tacitè,vt sic malum celaret, & mors illatam fetui aborsus esse fingeretur. Nec est putandum, ꝙ rex ad hoc omnes obstetrices vocasset; quia tunc hoc magis cognosceretur: sed vocauit precipuas earum,s.Sephoram,& Phuam,de quibus infra in tex,iubens,vt illę ceteris hoc idē faciendum imperarent. *Obstetricibus Hebraeorum.* Vocantur obstetrices Hebreorum, non ꝙ essent de genere Hebreorum: sed quia obstetricabant feminas Hebreorum.

Quæst. 5. Obstetrices Hebreorū an essent Hebreę.

Non enim videtur quòd istę obstetrices essent de genere Hebreorum. Primo quia rex Aegypti volebat infantes Hebreorum ministerio obstetricum occidere: sed hoc multum erat absurdum, ꝙ vocasset obstetrices de genere Hebreorum,quia sciebat ꝙ naturaliter dolerent destructioni cognationis suę, nec hoc vnquam exequerentur. Item quia dicitur infra ꝙ mulieres istę obstetrices dixerunt non esse tales mulieres Hebreas sicut Aegyptias:quia ipsę habēt obstetricandi scientiam. Et quando ad ipsas veniebant,iam pepererant: ex quo istę innuebant, se non esse de genere Hebreorū. Etiam quia hic dicebant obstetricare se aliquando Aegyptias. Sed si istę obstetrices essent Hebrææ, non est verisimile ꝙ Aegyptię permitterent se obstetricari ab eis, timentes ne aliquod malum in foetus agerent: quia Hebrææ oderant Aegyptios, & Aegyptias, quia ab eis valde premebantur. Nicolaus autem arguit hic aliter hoc non posse stare, scilicet: quia dicitur supra quòd Ioseph, & fratres sui, & tota cognatio fuerant iam mortui, scilicet ꝙ omnes, qui intrauerant in Aegyptum cum Iacob, mortui fuerant. Sed Iudei dicunt Iocabed intrasse cum Iacob, scilicet natam fuisse in itinere, ergo non viuebat: sed ipsi ponunt Iocabed fuisse vnam de obstetricibus,ergo non potest stare. Si autem istud argumentum aliquid concludit, solum concludit quòd Iocabed non erat vna de obstetricibus, sed non concludit, quòd non erant obstetrices Iudææ, licèt hoc etiam nullo modo concludit, vt infra dicetur. *Quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua.* Ista sunt nomina mulierum Aegyptiarum,& ponuntur hic istę duę, non ꝙ istę solę essent, quia tātę multitudini Hebrearum obstetricande vix sufficerēt quingentę: maximè quia in quolibet loco Hebreorū oportebat esse aliquas obstetrices, vt promptę essent,quando aliqua Hebræa parturiret. Hebrei dicunt,ꝙ istę duæ erant Iocabed,& Maria, scilicet mater,& filia: & tamen vocantur hic alijs nominibus: quia erant Binomię,vt sæpe contingit in sacra scriptura: maximè quia quidam Hebræi dicunt ista non esse nomina propria: sed communia, quia vbi nos dicimus. *Sephora.* In Hebræo dicitur. *Sifra.* Et interpretatur cantatrix:quia vna istarum cantabat quando pueri nati nouiter lugebant, vt placaret eos. *Phua.* Hebraice dicitur adornatrix: quia pueros natos adornabat figurando; & disponendo membra, vt postea pulchra manerent: quia pueri nouiter nati teneri sunt, & qualitercunque eis mem-

Ad quid vocentur obstetrices parietib'.

F bra disponantur taliter manent, maximè in capitibus, & naribus. Et ob hoc ex imperitia, & negligentia obstetricum capita valde male disposita in figura habent, vt aliquando sint multum oblonga aliquando multum spherica interdum alijs modis deformata. Et hoc valde nocet intellectui: quia cum intellectus consequatur organa maxime interiora, q̄ ꝓsupponit in sua operatione illis deordinatis, necesse est intellectū indisponi ad intelligere. Organa autem sunt in capite secundū diuersas cellulas, & requirunt debitā magnitudinem, & figuram, & cōplexionem. Cum ergo caput figurā debitam nō recipit, necesse ē organa à debita magnitudine,& figura deficiētia valde indisponi. Patet per Philosophū in Physiognom.
G Vbi figurę capitū diuersę diuersos modos,& cōditiones naturalium effectuū sortiuntur maxime in illis, qui in occipite debitè non figurantur,ita quòd capita eorum à posteriori parte capitis recurua,& quasi sine occipite sunt; quia in his necesse est memoratiuam languere potentiam. Sciendum etiam quòd quando hic dicimus,quòd nomē vnius obstetricis erat Sephora & postea 1.2.c.& 4.dicimus uxorem Moysi uocari Sephoram nulla facta differentia, in Hebreo magna differentia est:quia ista uocatur. *Sifra.* Vxor autem Moysi vocatur. *Cipbra.* Siue propriè. *Cipbora.* Etiam quia ista,de qua hic scripta est in principio, cū litera,sin, uxor autem Moysi scribitur cum litera, cama. Sed hoc quod dicunt hic Iudæi falsum est,scili-
H cet,ꝙ Iocabed,& Maria fuerint obstetrices:quia Iocabed,& Maria erant Hebrææ. De obstetricibus autem probatum est:quòd essent Aegyptiæ. Argumentum autem Nicolai in hac parte nihil cōcludit; immo est contra literam, & ego miror qualiter ipse taliter arguat obmissa litera textus: & adhærens cuidam vanitati Hebræorum:quia infra 6.ca,dicitur ꝙ Amram accepit vxorem nomine,Iochabed: & genuit ex ea Aaron, & Moysen, & Mariam, vt patet etiam infra ca.2. sed natiuitas Moysi fuit post istud mādatum regis ad obstetrices; ergo tunc Iochabed ualde congruenter poterat esse obstetrix, nisi aliquid aliud obsisteret. Quod autem arguit Nicolaus non potuisse vsq; tunc Iocabed superstitem esse, quia intrauit in Aegyptum
I cum Iacob. Dicat obsecro vnde hoc acceperit, nunquid reperit in aliquo textu? Nequaquā sed cuidā vanitati Hebræorum innixus contra textum sacrę scripturæ incautè militat, & offendit. Si autem Iochabed sit patruelis Amram, & quomodo sit filia Leui infra 2.cap.explicabitur. Dicendum autem vt sup. Sephorā, & Phuam obstetrices fuisse de genere Aegyptiorū. *Quando obstetricabitis Hebræas.* Idest quando exhibueritis officium vestrum adiuuando Hebræas in partu. *Et tempus partus aduenerit.* Hic accipitur tempus partus strictissimè, scilicet pro ipsa emissione fetus à ventre, & hoc experiuntur obstetrices applicātes manus suas partibus interioribus parturientis, vt adiuuetur in effusione infantis. *Si masculus fuerit.* Antequam
K foetus in lucem prodeat obstetrices inter ipsa vasa genitalia eum manibus contrectātes: an vir,vel femella sit, ognoscunt perspicuis argumentis. Communis assertio hoc prodidit, masculos, scilicet ore prono, & oculis depressis in terrā nasci: foeminas autem è conuerso oculis suspicientibus coelum emitti. Quod si veritate fulcitur satis facilis cognitionis modus erat. Quicquid autem sit constat quædam manifesta argumenta videri, quibus obstetrices foetum in ipsa effusione cognoscunt. Et hoc satis fundatur ex hoc loco: quia nisi aliquo certo modo perspicuum hoc haberi posset, rex hoc obstetricibus non mandaret. Si enim foetus per visum quantum ad sexū cognosci deberet, non citius obstetrix, quam aliæ præsentes partui conspice-

Figura capitis q̄ faciūt obstetrices valde nocet intellectui & valde ꝓdest maxime ad memoriā iō audiuimus Epm Burgo. de isto Beato Auctore narrantem ꝙ cū Io. 2. regis castelle cancellarius sumus esset puerorum in regia seruientium capita tāgebat, & cum aliquos bene figuratos, & cum magno occipite videret regi dicebat. Domine rex mittatis hunc ad scolā. Et ꝙ de illis plurimi clari euaserunt iter quos.

Quomodo cognoscitur cum foetus à vētre egreditur: an sit foemina vel vir.

spicerent: & tunc non esset locus occidendi masculum natum. Etiam quia si sic non fuisset, dato ꝙ rex hoc putaret, obstetrices assererent nullo mō cognosci posse foetus sexum antequam ab vtero emissus sit: & sic mandatum regis immediate refellerent: quia non procederet tanquam fundatum super falsam regis existimationem. *Si masculus fuerit interficite eum.* Vt tollatur multiplicatio Hebræorum: & si hoc inceptum continuatumque foret ante multos annos, gens Hebræorum necessariò perijsset nullo nascente, qui continuaret gentem suam lege successionis. *Si foemina reseruate.* Quinque rationes mouebant regem ad reseruandum foeminas enecatis masculis. Primò fiebat hoc, vt tollatur hoc machinamentum euidens esse. Quoniam si omnes mortui nascerentur, satis constaret dolose hoc confici si autem foeminę viuentes reseruarentur licet suspicandi locus esset non tamen ita verisimilis coniecturę locus tribueretur. Secundò quia supra dictum fuerat quòd populus Hebræorum multiplicatus, atque roboratus posset adiungi hostibus suis, & expugnare eos, cui rei in foeminis auferebatur timendi locus. Tertiò quia foeminæ Hebreorum pulchriores erant foeminis Aegyptiorum: ideo ipsi Aegyptij,qui libidinosi valde erāt, vt patet Eze.23.ca.scilicet: Quorum carnes, idest mēbra virilia sunt,vt carnes asinorū,& sicut fluxus equorum fluxus eorum: desiderabāt valde Hebræas ad explendam in eis suam libidinem. Quartò quia volebāt eas Aegyptij ad famulatum, vt vxores eorum quasi dominæ essent. Quintò quia cum Hebreæ ingenio perspicatiores essent mulieribus Aegyptijs, faciebant quædam muliebria opera pertinentia ad lanificium, vel subtiles tincturas, vel alia in hunc modum, quę nullatenus Aegyptię faciebāt, & ob hoc nimis eas hābere volebant. *Timuerunt autem obstetrices Deum.* Idest obstetrices dixerunt regi, se libenter quod iusserat executuras: sed postea. *Timuerunt Deum.* Scilicet quòd Deus mouit mentem earum ad horrorem tanti delicti, vt illud summopere abhorrerent, & mouit in eis quendam terrorem, scilicet vt crederent se morte terribili Deo puniente cito perituras, si talia attētassent. Et iste modus valde conformis erat, quia imperfecti magis timore quàm amore mouentur: quoniam facile contēnit omnia qui se existimat moriturum, vt ait Hieronymus in fine Epistolæ ad Paulinum. Facilius autem cūcta deuitat, qui se ob aliqualem causam certissimè periturum formidat. Aliqui dicunt quòd obstetrices fuerunt admonitę per Hebræas qualiter rex eas iniustè affligebat, & quòd valde magnum nefas erat contra eas quicquam durum agi. Et sic illę à malo, quod intendebant destiterunt, quod nō abnuo. Prius tamen rationabilius, & efficatius est: quia motus interiores violentissimi sunt. *Et non fecerunt iuxta præceptum regis.* Licèt à principio se facturas libenter promisissent. *Sed conseruabant mares.* Nihil mali eis magis quàm foeminis irrogantes. *Quibus accersitis.* Idest vocatis. Vidit enim rex post aliquantum tempus quòd infantes, quos Hebrææ pariebant, sospites erant, ideoque cognouit obstetrices eius iussa nō fuisse secutas. Quamobrem vocari eas iussit huius obmissionis causam diligentissimè quæsiturus. *Quidnam est quod facere voluistis.* Idest quomodo hoc fecistis: vel quid intendebatis assequi non complentes iussa mea? *Vt pueros seruaretis?* Quod ego vetueram, quasi dicat: Pessimam rem operatę estis, ideoque supplitio hanc noxam luendum erit. *Quæ responderunt.* Antequam istę obstetrices venerunt ad regem, cognouerūt qd causæ esset, vt à rege vocarentur, & conformiter statuerunt hoc quod sequitur respondere. *Non sunt Aegyptiæ sicut Hebrææ mulieres, ipsę enim obstetricandi habent scientiam, &*

Quinque rationib' motus est rex Aegypti ad occidendum masculos Hebreorū & non foeminas.

Imperfecti magis timore q̄ amore mouentur.

A *prius quàm veniamus ad eas, pariunt.* Idest domine rex non putes nos tuum imperium contempsisse, sed nō potest hoc, quod iubes ita in Hebreis sicut in Aegyptijs perfici. *Quia non sunt Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres.* Scilicèt quia Aegyptię nullo modo nouerunt artem obstetricandi, nec parere possunt, nisi nos iuuerimus. *Hebrææ autem obstetricandi habent scientiam.* Quod potest dupliciter intelligi, vno modo quòd omnes mulieres Hebreę ita edoctę erant, quòd sciebāt se disponere ad tempora partus sine aliqua obstetrice: tanq̄ si obstetrices eis suum ministerium exhiberent. Et hoc nesciunt Aegyptiæ: quia si eis obstetrix non assistat parere nequeunt. Alio modo, & cōuenientius intelligi potest quòd inter Hebræas multę mulieres, immo
B quasi omnes peritiam obstetricandi habebant, & q̄ñcunque aliqua parturire inciperet, quęlibet alia Hebrea, quæ assisteret obstetricis vicem agebat, nec erat necesse aliquam aliam expectari obstetricem. Inter Aegyptias autē nullæ foeminæ erant, quæ hoc noscerent, nisi quædam ad hoc officium deputatę: ideo q̄ñ aliqua Aegyptia parturiebat dato quòd omnes astarent Aegyptiæ, nisi ibi aliqua de illis ad hoc ministerium deputatis prius esset, alię obstetricandi peritiam non habebant. Et hoc idem erat in Hebræis, sed obstetrices mentitę sunt, vt bonum, quod faciebant non impediretur, & ipse capite non plecterentur. Credidit autem hoc istis ille rex, nec vlterius quicquam in hoc inquisiuit: quia Deus vtens eo, vt sua quadā crea-
C tura mouit eum, vt hoc verissimum esse putaret. Vbi nos dicimus. *Ipsę obstetricandi habent scientiam.* In Hebræo dicitur. *Ipsę sunt haijod.* Idest bestiæ, scilicet quòd sicut bestiæ nullo obstetricante foetus effundūt ita mulieres Hebreę nulla obstetrice adiuuāte pariūt, & si verum est: quòd sic dictum fuit regi Aegypti insipientior ipse fuit in eredendo: quia hoc in nulla gēte reperitur, vt feminę nullo adiuuante tanquam bestiæ pariant. Sed dicendum quòd illa litera signat id quod nostra propter æquiuocationem nominis Hebraici; vno modo *Haijod* venit de *Haija*, & idem est quòd bestiæ pluraliter. Alio modo deriuatur de *Hai*, idest viuens: vel de *Hain*, idest vitæ, & tunc *Haijod* significat viuentes pluraliter, & tunc est sensus. *Non sunt Hebrææ*
D *mulieres sicut Aegyptiæ.* Quia ipsę viuentes sunt, idest habentes viuacem intellectum, & industriū ad quodlibet operabile. Et sic cōsueuimus hominem acutum viuum, vel viuacem appellare. Hoc autem modo reddit litera Hebraica in sensum literæ nostrę, scilicèt ꝙ mulieres Hebreę erant viuentes, idest viuaces ingenij ita quòd omnes, vel plures earum obstetricandi habebant peritiam. De mendacio obstetricum dicendum quòd fuit officiosum, quod alicui ꝓderat, scilicèt omnibus Iudæis, & nulli nocebat: quia non erat præiudicium alicui, quòd infantes Hebreorum viuerent. Et si arguas quòd eodem modo quando aliquis fur inquiritur, vel quilibet alius ad mortem, vel punitionem ꝙ non erit peccatum mentiri occultando eum, cum illi
E prosit. Respondetur quòd non est simile: quia de ratione mēdacij officiosi est, quòd alicui prosit, & nulli noceat. Occultare autem latronem mentiendo, qui ad mortem quæritur, est nocere publicæ iustitiæ, & politicę vtilitati: qa totius cōmunitatis vtilitas est: nè crimina remaneant impunita. In isto autem precepto regis Aegypti; quia iniquū erat, non tenebantur obedire, ideo veritatem tali mendacio cogendo officiosum, & nō pernitiosum erat. Occultare autē latrones aut ceteros malefactores mentiendo nō officiosum: sed perniciosum valde est, cum in communem hoc vergat pernitiem, scilicet reipublicæ peiorationem. *Bene ergo fecit obstetricibus Deus.* Scilicet dando eis bona temporalia. *Et ædificauit illis domos.*

Mendaciū officiosum quod dicitur.

An inquirente iudice latrones occultare illos mentiendo sit mendaciū officiosū.

An

An istę domus, quas ædificauit Deus obstetricibus, fuerint domus regiæ, & sacerdotales, vt Hebræi dicunt, aut domus spirituales.

Quæst. 6.

Iudęi, qui ponunt Iocabed, & Mariã fuisse obstetrices: dicunt ꝙ Deus ędificauit istis domos, idest fecit ꝙ duæ domus, quæ erant in Israel, scilicèt domus regia, & domus sacerdotalis fundarentur in istis: quia Iocabed peperit Moysen, & Aaron, qui fuit primus summus sacerdos: Maria autem accepta fuit in coniugium à Caleph, qui fuit princeps in tribu Iuda, quæ erat tribus regia. Sed hoc multipliciter falsum est. Primò quia si istę mulieres non erant Hebrææ, vt probatum est, non erant Maria, & Iocabed, quæ erant de tribu Leui. Secundò quia Maria soror Moysis filij Iocabed non fuit accepta in vxorem à Caleph de tribu Iuda, vt videbitur infra 31. cap. Dicendum ergo quòd istę obstetrices fuerunt Aegyptiæ, vt supra dictum est: & Deus ædificauit illis domos, quæ autem domus fuerint istæ, Beatus Gregorius dicit, quòd ædificauit eis domos temporales, scilicèt quòd locupletarentur nimis in diuitijs, & quòd fortè essent capita aliquarum magnarum domorum, siue cognationum. Beatus Hieronymus super Isaiam dicit, ꝙ istę fuerunt domus spirituales, scilicèt dando eis virtutes pro quibus requiescerent in cœlestibus. Nicolaus aũt dicit vtrumque fuisse, scilicèt quòd dedit eis Deus in mentem, vt ad eum redirent: quia ad motum eius, vel ad monitionem Hebræorum contemnentes mandata regis, cum periculo capitis sui Hebræorum pueros reseruabant. Dedit eis etiam domos temporales, quia receptæ fuerunt inter Iudæos in matrimonium in loco honorato. Ad primum de domo spirituali non obstitit mendacium earum: quia mendacium officiosum veniale est, cum quo gratia Dei satis stat, licèt aliqualiter ex tali mendatio diminuatur: sicut patet in Iudith, quæ in sacra scriptura laudatur, vt sancta fęmina propter illa, quæ egit aduersus Holofernem, suum populum liberando: tamen hæc mediante officioso mendacio, quod habuit ad eum, vt patet Iudith 6. cap. promittendo se monstraturam loca, quibus contra Hebræos faciliter belligeraret: etiam quia finxit se fugisse imploraturam misericordiam Holofernis: quia sciebat Hebræorum gentem citò delendam. Ad secundum de domibus temporalibus inter Iudæos dicit, quòd receptę fuerunt inter Hebræos sicut patet de Raab, quæ erat Ierichontina: & quia abscondit in domo sua exploratores Iudęorum, vt patet Iosue 2. cap. accepta fuit cum tota cognatione sua, vt viueret in medio Israel, vt patet Iosue 6. & licèt ibi non dicatur, quòd ipsa accepta fuit in vxorem à nobilissimo viro totius populi Israel, scilicet à Salmon, qui fuit princeps in tribu Iuda, quæ erat tribus regia, & honoratissima. De hoc Matth. 1. cap. vbi dicitur Salmon, autem genuit Booz de Raab: sicut etiam patet de Achior, qui erat gentilis veniens cum Holoferne: quia tamen conuersus fuit ad Iudaismum receptus fuit inter honoratissimos gentis illius, vt patet Iudith ca. 8.

Confuta Nicolai.

Sed ista non videntur vera licèt aliquem colorem præseferant veritatis: quia similitudo valde distans magis dissimilitudo dicenda est. Quomodo enim quisquam crederet, vt illę obstetrices, quę erãt de genere Aegyptiorum viros quamtuncumque honorabiles in populo Israel accipere vellent in matrimonium, cum omnes quotidianis angustijs, & extremis miserijs angerentur: nec inter eos tunc aliquis altero honorabilior videbatur, cùm omnes cuiuscunque conditionis ab Aegyptijs subire onera cogerentur. Nam licèt Moyses, & Aaron, q inter Hebręos, vt honorabiliores videbant ceteris Iudęis, vel vt iudices præessent; tamen rex mandauit eis ire ad onera di-

F cens, infra 5. cap. Moyses, & Aaron quare solicitastis populum? ite potius ad onera vestra. Quod autem dicitur de Raab, quæ desiderauit accipi inter Iudeos: & inter Iudeos in loco optimo assumpta est, idem causę non subest: quia tunc Iudęi erant extra Aegyptum cunctisque gentibus formidabiles: qa deiecerant atq; deleuerãt reges fortes Ammorreorum Seon, & Og, & Chananeum regem Arad, & quinque reges Madianitarum, & ad eorum auditum tota Iericho cum habitatoribus suis consternata mente elanguit. Sic.n. dixit ipsa Raab exploratoribus, vt patet Iosue 2. cap. noui, ꝙ tradiderit vobis dominus terram; etenim irruit in nos terror vr̃, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quòd siccauerit Deus aquas G maris ad introitum vestrum: quando egressi estis de Aegypto, & quæ feceritis duobus regibus Ammorreorum, qui erant trans Iordanem Seon, & Og: quos interfecistis. Et hoc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, & non remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in Cœlum sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominum, vt quomodo ego feci vobiscum misericordiam, ita & vos faciatis cum domo patris mei. Ecce enim quanta suberat causa permouens, vt Raab desideraret suscipi in plebe Hebræorum. Nunc autem quando istę obstetrices pueros Hebræos eruerunt, quid miserabilius Hebraica gente, quæ tantis angustiarum cumulis angebatur? H Nulla ergo fœmina fuisset libera, quæ illorum matrimonium affectaret, cum sciret filios suos sub capitis periculo nasci. Et si illa discrimina mortis euaderent: necesse erat adultos in Aegyptiacam miserabilem deprimi seruitutem: maximè quia Hebræis euadendi tunc spes aut pauca, aut nulla erat, cũ non audiuissent per Moysen, quòd Deus vellet eos de prędicta eruere seruitute. Et si dicas quòd istę mulieres non fuerunt copulatę in matrimonium cum aliquibus de plebę Iudęorum, fuerunt tamen postea in exitu de Aegypto copulatę, quia tunc exibant ad libertatem, sicut dicitur infra 12. cap. quòd ascendit cum Hebręis vulgus promiscuum Aegyptiorum multitudinis infinitæ. Respondetur hoc stare non posse, qa istę quæ I obstetrices tunc erant, aliqualis ætatis essent, quia hoc ministerium non datur nisi matronis prouectis: Sed inter istud tempus, & exitum de Aegypto interciderunt anni ad minus octuaginta vitę Moysis, quando fuit exitus de Aegypto, vt patet infra 7. cap. Et istę obstetrices faciebãt hoc ante tempora Moysis saltem anno pręcedenti, vt patet hic, & cap. sequenti. Ergo anno exitus de Aegypto, vel non viuebant, vel iam antiquissimę valde erant. Magis tamen credendum est eas tunc non viuere: quia tunc haberent annos cẽtum, & decem, vel centum, & viginti computando triginta, vel quadraginta, quos haberent quando obstetricabant, ad quam etatem rarissimè mulieres accederent: etiam tẽpore illo.

Opinio Auctoris.

Et dato ꝙ viuerent, nulla K earum talis esset, quę virum tunc matrimonialiter accipere posset. Dicendum ergo videtur iuxta intentionem Beati Gregorij, quòd Deus ędificauit istis mulieribus domos, scilicèt quòd eas locupletauerit magnis diuitijs inter Aegyptios, & fecerit eas fortè principia, vel capita magnarum domorum inde nascentium.

Quare fit mentio ꝙ obstetricibus Deus ædificauit domos.

Sed queritur cum istę mulieres manserint in gentilitate, & Deus eis bona temporalia solum contulerit, quare scriptura de hoc facit mentionem, cum scriptura non curet de his, quę sunt parui momenti? Respondetur quòd ideo hic positũ, quia istę obstetrices magnam gratiam cõtulerunt populo Iudeorum omnes eorum pueros ad tempus à morte liberantes: & hoc faciebant timentes Deum, & contemnentes

propter

propter Deum precepta regis. Merebantur ergo ex hoc aliquam gratiã a Deo percipere. Si ergo scriptura hic tacuisset beneficia illis exhibita, benefacere volentium intentio refrigesceret: cum tãto beneficio, quòd in sacra scriptura reperiebant nullum condecẽs premium redditum legeretur. Valde ergo cõdecuit ad beneficos accendendos insinuari bene merita sine congruentibus præmijs non transiri. Satis etiam dici posset, quòd istę obstetrices bonum spirituale acceperint, scilicèt gratiam Dei gratũ facientem, & ꝙ saluatę fuerint obtinentes vitam æternam.

Multi gẽtiles saluati sunt, & quid requirebat ad saluationem eorũ.

Nam multi de gentilibus saluati sunt cum non tenerentur ad obseruationem legis Mosaycę: maximè quia tunc illa non erat: sed credentes solùm quòd Deus vnus esset, & remunerator bonorum, ita tamen quòd eum diligentes cauerent à malis operationibus, à quibus conscientia sine vlla lege dicat esse cauendum, vt patet ad Rom. 2. c. Deus ergo, qui mouit cor istarum, satis verisimile est, quòd eis radicauerit istam credulitatem, & indicauerit ad bene operandum, & sic saluarentur. Quicquid tamen, sit planum est, quòd scriptura solũ loquitur de fęlicitate temporali dicens, quòd ædificauit eis domos. Si attendatur modus loquendi scripturæ, non eam extra propriam significationem torqueamus. *Et creuit populus.* Quia non occidebantur infantes, sequebatur multiplicatio prolis. In hoc videbitur fortassis, quòd non immediatè ante natiuitatẽ Moysis istud de obstetricibus factum est: quia postea subditur, ꝙ populus crescere incepit, & roborari, cum non occiderentur aliqui de eis. Sed isti anni non possunt esse multi propter ea, quæ supra dicta sunt, scilicèt, ꝙ ista persecutio fuit postꝗ mortuus fuit Iacob, & Ioseph, & oẽs fratres sui, & tota cognatio, s. eorũ, q descenderunt cũ Iacob in Aegyptum. Sed isti vel saltẽ minores de eis, vt filij Beniamin, vel Iudæ, & similes non multum ante natiuitatẽ Moysis mortui fuissent.

Filij Israel steterũt in Aegypto an. 215.

Quod satis patet ex computationibus superioribus; & patet sic cum Moyses natus fuerit octuaginta annis ante exitũ de Aegpto, & anni oẽs, quibus stetit populus Israel in Aegypto fuerunt 215. vt sæpe dictum est detractis 80. annis vitæ Moysis ante exitũ de Aegypto manent 135. anni, quibus tunc steterant in Aegypto; si homines illius temporis viuebant 130. vel 140. annis, vt patet infra 6. c. de Leui, qui vixit annis 137. Cum ergo minores filij Beniamin, vel Iudæ nati fuissent fortassis duobus, vel tribus annis ante descẽsum in Aegyptum, vt patet Genesis 45. & 46. vbi vocantur paruuli non potentes per se ambulare, sed indigẽtes plaustris ergo illi poterant viuere, vsq; propè natiuitatẽ Moysis, & sic videtur omnes illos mortuos fuisse ante natiuitatem Moysis per annos 10. vel 15. & tunc incepit afflictio in operibus duris. *Confortatusque est nimis.* Scilicèt populus Hebræorum ex multiplicatione virorũ bellatorum potentium defendere, & pugnare in aliã gentem. *Præcepit autem Pharao.* Videns se rex ex secunda machinatione superatum, rursus tertiam inijt, quæ atrocior quanto manifestior ceteris erat. *Præcepit Pharao.* Tantum enim inuida Regis rabies in Iudęos mãdauerat, vt quos ante vix duris laboribus præmere audebat, & paulopost occultissimo consilio per obstetrices necari iubeat, nunc apertissimo per totam Aegyptũ edicto iubeat in flumine publicæ enecari. *Omni populo suo.* Idest omni populo Aegyptiorum, quia sciebat ꝙ Hebræi in hoc nullo modo obedirent: potius omnem atrocissimã mortem sponte subirent quàm, vt filios suos in alterutrum insanè occiderent. Isti autẽ Aegyptij, ad quos dirigebatur edictum, erant illi, qui in terra Gessen inter Hebræos morabantur: quia ad alios in alteri. Aegypti finibus habitantes nihil ędictũ huiusmodi attinebat. *Quicquid masculini sexus natum*

A *fuerit in flumen proijcite.* Ponitur hic flumen confusè, quia non potest poni determinatè pro Nillo, vel quolibet altero, quia non erat aliquis vnus fluuius, qui tangeret omnia loca, in quibus Hebręi habitarent. Sufficiebat enim in quodcũque flumen proijcere, quia ibi secundum mandatum regis proiecti morerẽtur. Mandauit autem eos in aquas mergi, & non iugulari, vel alia inferre tormenta, quoniam hoc minus horridum erat atque facilius patiebatur. *Quicquid fœminei reseruate.* Feminarum autem reseruatio fiebat ex quinque causis, supra assignatis.

Quæst. 7. Quare Deus permittebat Iudæos tã ta mala pati.

Sed queret aliquis quare tanta mala permittebat Deus pati Iudęos, qui, vt videtur, tunc temporis à vitijs satis immunens erant: ipse autem sine causis fieri nil permittit, cum omnia ab illo B prouidentiæ pacatissimo fonte iusta lege procedant. Respõdetur quòd Hebręi tunc idolorum cultui operam dabant imitãtes morem Aegyptiorum, ideo illos, quos in scelere magistros ac preuios habuerũt, in irrogandis pęnis tortores senserunt.

Hebræi in Aegipto idola coluerunt, & ab ĩitio sẽper mali fuerunt.

Sic enim est in inferno, vt homines, qui dęmonibus suggerentibus sceleribus enormibus se miscuerunt eisdem affligentibus cruciẽtur, sicut ait Beatus Bernardus in libro de contemplatione. Qui autem Hebræi Idola coluerint in Aegypto patet Eze. 23. c. vbi dicitur de fornicatione eorum cũ dijs Aegyptiorum sub quadam metaphora corporalis ac venereę fornicationis in hunc modum: insuper fornicationes suas, quas habuit in Aegypto non reliquit: nam & ibi dormierunt cum ea in adolescentia sua, & C ibi confregerunt vbera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super illam. Et iterum ibidem. Multiplicauit enim fornicationes suas recordans dies adolescẽtię suę, quibus fornicata est in terra Aegypti: & insaniuit libidine super concubitum eorum, quorũ carnes sunt vt asinorũ, & fluxus equorum fluxus eorũ, & visitasti scelus adolescẽtię tuę, quando subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confractæ mammæ pubertatis tuę. Item patet hoc, qa si Hebręi non essent assuefacti cultui idolorũ non petiuerant immediatè, vt exierunt de Aegypto apud montem Sinai absente Moyse ab Aaron dicentes, fac nobis Deos, qui nos precedant, vt patet infra 32. c. & quando viderunt vitulum cõflatum dixerunt: Ecce dij tui Israel, qui eduxerunt te de D Aegypto in eodem c. Item quia si non essent assuefacti ad idolatriam, & prompti valde ad illam: Deus nõ tantopere illis idolorum cultum vetuisset, nec iure, vel verbo aut saltem cogitatione, vt patet in omnibus istis quatuor libris vsque ad finem Deute. maxime in ipso Deutero. Hoc autẽ omnium peccatorum maximũ est, qa nullũ ita Deo directè repugnat; de quo dicemus latius Deutero 5. c. Rationabilius ergo Hebręi tã duris laboribus, ac seruitutibus mancipati sũt, vt qppe q toto hoc tpe ab idolorũ cęreimonijs nõ cessarẽt.

CAPITVLVM II.

E EGRESSVS est post hæc vir de domo Leui, & accepit vxorem stirpis suæ. Quæ concepit, & peperit filium. Et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine, ac pice, posuitq; intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripe fluminis stante procul sorore eius, & considerante euentum rei.

Actu. 7. c.

Asia nympha Asiæ minori imperat, & nomẽ dedit.

Egressus.

Egressus. Postquam descripta est miserandæ gentis Iudaicę dura afflictio, hic consequenter subiungit ducis liberantis prouisio. Et diuiditur in duas partes, quia primò dux iste nascitur. Secundò ad eripiendam plebem mittitur infra cap. 3. Prima in duas, primò ponitur conditio Moysis liberatoris tempore prosperitatis, secundò subiungitur eadem tempore aduersitatis ibi. *Audiuitq; Pharao.* Prima in tres. Primò ponitur Moysis natiuitatis conditio.

Quæst. 1. De natiuitatis Moysis conditione.

Secundò eiusdem nati educatio ibi. *Ecce autem.* Tertiò adulti, & educati conuersatio ibi. *In diebus illis.* Circa primum. *Egressus est post hæc.* Hic ponitur conditio natiuitatis Moysis quantum ad tribum demonstrando q̃ fuerit de Tribu Leuitica. s. filius Amrã, qui erat filius Caath, & nepos Leui: Moyses autem erat pronepos Leui: & dicitur. *Egressus est post hæc.* Idest post mandatum regis demergendis infantibus Hebræorum. Quasi dicat, q̃ durum videbatur, quòd aliquis accederet ad vxorem suam ad gignendum, vel nouiter duceret vxorem, cum filij si masculi essent, in flumen mergendi erant. Sed iste vir quasi contempto regis mandato egressus est, idest ausus est egredi extra prohibitionem, vel extra timorem aliorum, & accessit ad vxorem suam cognoscendo eam ad generandum. *Vir de domo Leui.* Non nominatur hic quis fuerit iste vir: sed infra 6. cap. ponitur, qui fuit Amrã, qui erat filius Caath, & nepos Leui, vt patet ibidem. *Et accepta Vxore.* Non est intelligendũ, q̃ tunc nouiter accepisset vxorẽ, q̃a tribus annis ante hoc genuit Aaron, vt patet infra 7. cap. vbi dicitur, q̃ quando intrauit Moyses coram Pharaone erat annorum 80. & Aaron erat 83. Isti autem erant filij Amram, & Iochabed: vt patet infra 6. cap. etiam, quia ante hos genita fuerat Maria, quæ erat soror Moysis, & Aaron, vt patet infra 15. & ista erat ad minus octo, vel nouem annorum, quando natus fuit Moyses, quia ipsa stabat in ripa fluminis expectando, quid eueniret de Moyse, qui erat in cista scirpea in correcto fluminis, & postea locuta fuit sapienter ad filiam Pharaonis, quasi puella intelligens, vt patet infra in litera. Est ergo sensus, quòd Amram accepit vxorem: non quòd eam tunc nouiter sibi in matrimonium copulauerit: quia ante eam habebat, sed accepit eam, ad cognoscendam matrimonialiter, vt gigneret. Et ponitur accipere quasi de nouo, quia multi dies erant, quibus Amram ab vxore abstinuerat malens carere liberis, quàm eos ad necẽ subitaneam gignere. Nunc ergo ad eam accedens videbatur eam nouiter in vxorem accipere, cum vxor præcipuè assumatur ad generandum. Causa autem huius abstinentię ab vxore erat præceptum regis, vt occiderentur infantes Hebræorum. Cuius etiam causa erat, vt dictum fuit præcedenti capitulo, nè populus Hebraicus multiplicaretur, vel vt ait Iosephus, quia quidam scriba sacrorum dixerat Pharaoni quendam infantem de Hebræis nasciturum esse, qui regnum Aegypti humiliaret, & virtute transcenderet vniuersos, quem rex occidere cupiebat sicut dicitur de Herode, qui audito q̃ quidam puer nouiter natus regnaturus esset in Iudęa, mandauit omnes pueros à bimatu, & infra in Bethlehem, & terminis eius occidi, vt patet Matth. 2. Sed vt ait idem Iosephus, Deus per somnium apparuit Amram, & dixit nè timeret ad vxorem suam accedere, quia puer, quem Aegyptij timebãt, ex ea nasciturus erat: etiam significauit ei de sacerdotio Aaron. Rabbi Salomon dicit hoc fuisse reuelatum à filia sua Maria, quæ vocatur prophetissa, vt habetur infra 15. cap. Cuius modus fuit. Cum Maria sæpe patrem suum Amram adhortaretur, quare ad vxorem suam non accedebat, & ipse responderet, se nolle liberos in perniciem generare, filia intulit: Pater mi durior est sententia tua, quàm sententia regis, quia rex imperauit solos infantes pueros occidi, tu autem, & masculum, & fœminam indifferenter occidis, maximè quia ex te nascetur liberator Israel: confortare ergo, & accede ad vxorem tuam. Iis autem Amram factus constantior, ad accedendum ad vxorem suam egressus est. *Stirpis suæ.* In Hebręo habetur. *Filiam Leui.* Et sic erat ista Iochabed soror patris Amram, scilicèt Caath, & amita Amram.

An Iochabed fuerit filia Leui genita ab eo in anno centesimodecimo. Et quare Beatus Hieronymus mutauit literam Hebraicam in isto cap. & infra in 6. Quæst. 2.

Nicolaus autem multum instat contra istam partem dicendo, quòd non est verum, quòd Iochabed fuerit filia Leui: & primo arguit contra quandam stultam positionem Hebręorum, qui dixerunt Iochabed natam fuisse in itinere Aegypti, cum veniret Iacob in Aegyptum. Tunc arguit, quia sicut dictum fuit præcedenti capitulo tota cognatio Ioseph, & fratrum suorum mortua fuerat, scilicèt omnes, qui descenderunt personaliter in Aegyptum, quando insurrexit ista afflictio: sed Iochabed: vt illi Hebręi ponunt, descendit personaliter in Aegyptum, ergo non erat tunc viuens. Item arguit secundò, quòd dato, q̃ Iochabed, tunc viueret necesse esset ipsam tempore natiuitatis Moysis fuisse annorum cẽtum triginta quinque 15. cap. tota mansio filiorum Israel in Aegypto à die, quò intrauit Iacob cum sua progenie vterque ad annum exitus fuit annorum ducentorum, & quindecim, à quibus subtrahantur anni octuaginta, qui transierunt à natiuitate Moysis vsque exitum de Aegypto, vt patet infra 7. cap. vbi dicitur, quòd quando Moyses intrauit coram Pharaone erat annorũ octuaginta, manebunt 135. anni, & sic satis patet, q̃ Iochabed multum excesserat, nec in tali ætate aliqua fœmina gignebat in tempore illo, nec in tota illa tertia ętate, aut in secunda. Ad quam insanientium illorum Iudęorum pertinaciam nititur respondere dicendo, q̃ Moyses miraculosè genitus est ex matre, quę ætatem gignendi valde excessisset. Et hoc non videbatur valde irrationabile, vt quia tanta miranda operaturus erat ex matre naturaliter concipere non potente, Diuino miraculo gigneretur, vt ex hoc ipso omnibus p̃sumendi daretur auspicium, quis puer ille futurus esset, sicut de Beato Ioanne Baptista legitur Luc. 1. cap. quòd quia de sterili Elisabeth natus est, factus fuit timor super oẽs, qui audiuerant, & super omnia montana Iudęę diuulgabantur hęc: & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit? Sed ex hoc rursus arguuntur: quia licèt mos sit sacrę scripturę non referre omnia, quę gesta sunt; quia quędam modici momenti sunt, aut ab intentione sacrę scripturę remota, tamen tale factum, quod non modici ponderis est, & in quo Diuina bonitas, & magnitudo admirabiliter commendaretur, non videtur rationabile, vel verisimile, quòd sacra scriptura illud tacuisset, cum intentio sit sacrę scripturę Diuinã bonitatem atque magnitudinem enarrare. Etiam q̃a ipse Moyses huius libri scriptor satis diligenter exposuit, vt patet in litera, qualiter in correcto fluminis expositus à Pharaonis filia acceptus, atque nutritus sit. Cum ergo hoc, quod non est tanti miraculi, quod à fortuna factum vulgares fabulari possent, tam diligẽter, & accuratè expositum fuerit nulla ratione concesserim, aliud quod nullus posset nisi Deo, aut causę supra naturam agenti, vt ita dicam, attribuere à diligenti viro spiritu prophetico pleno fuisse supressum. Sed adhuc concesso natiuitatem, & Moysis cõceptionem miraculosè factam, vt puà de tali ac tanto viro;

Nico. opi. contra Hebręę.

Responsio Hebræo.

Impugnatio.

quid

quid dicetur de natiuitate Aaron, qui tribus annis ante Moysen genitus est, vt patet infra 7. capit. vbi cum dicatur Moysen fuisse quando apparuit coram Pharaone annorum octuaginta, subijcitur de Aarõ, quòd erat tunc annorum 83. quem necessariò ipsa Iochabed anno suo 132. genuisset, in quo equaliter ipsa ad cõcipiendum fuit disposita erat. Idem de Maria sorore Moysis, dicendum videtur, quę in natiuitate Moysis puella erat, vt puta annorum 15. ad magis, quę stabat expectans quid fieret de Moyse, qui clausus erat in cista scirpea. Et tunc in natiuitate Marię dicẽdum est, Iochabed fuisse annorum 120. quę ætas, sine magno miraculo ad cõcipiendum, aut pariendum inepta est: & patet, quia tempore Abrahæ, quando homines magis viuebant, Sarra, quæ concepit nonagenaria, pro miraculo habitum est, vt patet, in tex. Gen. 17. & vicesimoprimo cap. Ex aliquibus prædictorum Nicolaus concludit, vt sibi videtur, q̃ Iochabed filia Leui non fuerit vxor Amram, sed quedam alia eiusdem nominis. Ad literam, quę dicitur in Hebręo, q̃ erat filia Leui, dicit, quòd non intelligitur, q̃ Iochabed, fuerit immediatè filia Leui, sed quòd fuerit de stirpe eius, qui omnes vocantur filij Leui. Et dixit exemplum, quia Ioannis mater Elisabeth vocatur de filiabus Aaron, vt patet Luc. 1. Constat tamen ipsam non fuisse immediatam filiam eius. Ad glo. aũt, Hebraicam, q̃ dicit eam fuisse amitam Amrã, respondet nõ esse curandũ de ea, quia maximè repugnat textui: cum dicatur infra 6. cap. Amram accepit vxorem Iochabed patruelem suam. Patruelis autem dicitur filius, vel filia patrui, & sic sunt patrueles filij duorum fratrum, qui vocantur consobrini. Et secundũ hoc Caath pater Amram, habuit alium fratrem, vel sororẽ, cuius filia fuit Iochabed, & fuit neptis Leui, & non filia eius immediata. Item cõfirmat, quia matrimonium, cum amita secundum legem erat prohibitum, vt patet Leui. 18. turpitudinem amitę tuę non discooperies. Et idem patet Leui. 20. cap. Vir autem iustus, qualis erat Amram non esset verisimile, q̃ accepisset amitam. Et si dicatur, quòd lex non erat data, respondet, quòd ante legem multa de legalibus obseruata sunt, vt patet de suscitatione seminis fratris mortui. Gen. 38. capit. sic etiam de alijs eodem modo, putat dicendum de euitatione matrimonij cum amita. Hęc autem, vt putat Nicolaus veritatem firmissimam habent. Sed si respiciantur, falsa sunt, nec ideo putandum est, quòd ex eo, quòd opinionem erroneam quorundam insipientiũ Iudęorum improbauerit conclusum esse Iochabed, non esse filiã Leui, & immediatam; quia non stante illa opinione, stat veritas tex. quia illa opinio non solum est erronea ponendo Iochabed natam esse, cum descenderet Iacob in Aegyptum, quod ipse improbat, in quo satis consentio, sed aliud absurdius valde dicit, scilicèt Iochabed stetisse ad mortem Moysis, & planxisse: ex quo concludit, quòd cum Iochabed, vt supra probatum est, egerit annos 135. in Moysis natiuitate, & Moyses vixerit postea 120. annis, vt patet Deutero. 31. cap. quòd ipsa habęret tunc annos 255. ad quam ætatem, immo nec ferè ad dimidiam nulla de mulieribus illius temporis attingebat. Mihi autẽ in ista parte non curanti de vanitatibus, & insanijs aliquorum Hebręorum, immo nec cõtra illas arguere, vel scrutari, quæ secundum Phylosophũ primo Ethi. ca. 3. omnes perscrutari opiniones maius fortassis est, sufficiens autem maximè eas, quæ superficietenus, aut habent, sue apparent, vel existimantur habere aliquam rationem. Dicendum videtur cum veritate textus Hebraici, Iochabed verè fuisse filiam immediatam Leui: nec ponendum puto eam genitam fuisse in via Aegypti, cum descenderet Iacob de terra Chanaam, sed ponendum est eam fuisse genitam in Aegypto, & hoc sic videtur cum vixerit Leui annis 137. vt patet infra 6. cap. potuerit gignere filiam suam Iochabed anno 100. vel 110. & q̃ potuerit gignere isto tempore, patet, quia Abraham proauus eius genuit post annum 140. sex filios de Cœtura, & patet, quia Sarra mortua est anno 127. vitę suę, vt habetur Gen. 23. cap. sed Abraham habebat 10. annos super Sarrã, quia quando Sarra erat nonagenaria, Abraham erat centenarius, vt habetur Ge. 17. cap. Ergo cum mortua fuit Sarra, Abraham erat annorum 137. sed post mortem Sarrę aliquanto tempore accepit Abraham vxorem Cœturam, & genuit ex ea sex filios, vt patet Gen. 25. cap. Ergo ad minus in anno 144. genuit aliquem de illis sex filijs, cum illi fuerint ex eadem fœmina, q̃ quolibet anno ad plus vnum pareret, in quo etiam non multum refert vtrum duo, vel tres anni excesserint, vel superauerint: satis enim est, quòd in anno 140. genuerit; cum ergo ex tempore Abrahę, vsque ad tempus Leui non tantum fuerit diminuta natura humana, si ille genuit anno 140. potuit gignere Leui anno centesimo decimo, scilicèt triginta annis retrorsum. Nec obstat si dicas, q̃ Abrahã miraculosè genuerit, & ideo non esse trahendum ad consequentiam: quod demonstrabis, quia cum Abraham esset centum annorum genuit Isaac, quòd pro miraculo reputat scriptura Gen. 17. & 21. & ad Ro. 4. cap. vbi dicitur, quòd contra spem credidit Abraham, se futurum patrem multarum gentium, quanto magis quando genuisset anno 140. Dicendum quòd non est verum, quia Isaac natus fuit per miraculum, alij autem filij non nati sunt per miraculum. Et ratio est, q̃a Sarra sterilis erat, & antiquata tatis, ideo ineptissima ad conceptum, Cœtura autem erat puella tenera, & ad prolem apta, ideo faciliter, sine aliquo miraculo genuit ex illa Abraham sex filios, sic ait Aug. de ciuit. Dei, lib. 15. cap. 39. Et hoc idem Apostolus clarè ponit ad Gala. 4. cap. Scimus, quia Abraham habuit filios duos, vnum de ancilla, alterum de libera. Qui autem de ancilla fuit secundum carnem, idest via carnali, & naturali, quasi dicat, sine repromissione, vel miraculo, sicut gignuntur cœteri homines, & sicut fuit in ancilla Agar gignẽte Ismaelem, ita fuit in Cœtura gignente alios, quia illi non erant repromissi, nec necessarij ad complendam benedictionem, sicut nec Ismael. Item patet hoc in Iacob, qui fuit pater Leui, quoniam ipse genuit Beniamin anno vitę suę 106. vel quasi: ergo satis potuerit Leui gignere in anno 110. antecedens pater, quia quando Iacob cognouit primam vxorem Liam, erat annorum 84. vt declarauimus Gen. 29. cap. & quando genuit Ioseph anno 7. post, erat annorum 91. vt patet ibidem: & post genuit Beniamin pauloante, quàm venderetur Ioseph, qui venditus fuit incipiente anno 17. vt patet Gen. 37. secundum literam Hebraicam; secundum nostram, anno 16. ergo Beniamin fuit genitus ad minus anno 15. vitę Ioseph, quos annos addendo ad 91. annum, in quo natus fuit Ioseph, vt dictum est, erit anni 106. in fine quorum Iacob genuit Beniamin. Nõ est ergo irrationale aliquo modo, immo satis verisimile dicere Leui genuisse in anno 110. Hoc autem dato, sequitur, q̃ Iochabed filia Leui erat annorum 18. quando natus fuit Moyses. In ista autem ætate valde bene concipere poterat mulier illius tẽporis, etiam tatis post, cum in isto tempore aliquæ mulieres pariant circa illa tempora: consequentia patet, quia quando Leui intrauit in Aegyptum, cum patre suo Iacob, erat annorum 43. vt patet hic, quia Leui habebat quatuor annos super Ioseph, cum Ioseph natus fuerit in fine secundi septeni, quo seruiuit Iacob Laban, vt patet Ge. 30. ca.

Cõfutatio Nicolai.

Opin. auctoris.

Obiectio toll t.r.

Leui

Leui autem fuit tertius filius Liæ, atque per hoc in tertio anno genita, cum illa conceptio continua fuisset, vt declarauimus Gen. 30. cap. manent ergo quatuor anni inter tertium, & septimum, quibus natus fuit Leui ante Ioseph. Sed quando Iacob intrauit in Aegyptum, Ioseph erat annorũ 39. vt declarauimus sæpe, & patet præcedenti cap. ergo Leui erat tunc 43. annorum, cum ipse excederet Ioseph annis 4. ab isto anno vsque ad annum 110. vitę Leui manent 67. anni, vt patet subtrahendo 43. à 110. qui 67. addantur ad annos 80. quibus natus fuit Moyses ante exitum de Aegypto, vt patet infra 7. cap. facient annos 147. deficiunt ergo anni 68. ad complendum annos ducentos, & quindecim, qui necessario computãdi sunt inter annum 110. vitę Leui, & annum, in quo natus fuit Moyses. Satis ergo ex his sic se habentibus concluditur Iochabed potuisse conuenienter esse filiam veram, & immediatè genitam à Leui, & fuisse matrẽ Moysis; & sic Moyses ex parte matris erat nepos Leui: ex parte patris erat proneepos eius. Ad probationes, & argumenta Nicolai quasi leuissimè responderi potest: primò quando arguitur contra Glosam Hebraicam, scilicèt quòd nullus de illis, qui descenderũt cum Iacob erat superstes, quando natus fuit Moyses, vel quando insurrexerunt istę tribulationes, sed Iochabed descendit cum Iacob, ergo &c. Ad hoc non oportet respondere, quia positio mea non ponit Iochabed descendisse cum Iacob in Aegyptum: sed in Aegypto genitam fuisse anno 110. vitę Leui. Ad secundum quando arguit, quòd dato, quòd viueret Iochabed tunc, tamen esset annorum 130. quando genuisset Moysen, quod absonum esse probatum est, satis patet responsio, quia hoc argumentum procedit ex radice alterius, scilicèt dicendo Iochabed descendisse in Aegyptum cum Iacob, quod negatum est: sed ponendo eam genitam anno 110. vitę Leui, vt positum est, solum reperietur eam esse annorum 68. in natiuitate Moysi, quod rationi satis consonum est. Cum autem concludit Nicolaus ex prædictis Iochabed non fuisse filiam Leui, satis patet consequentiam suam nihil valere, etiam consequens concedendo, quia licèt secũdum illam positionem erroneam, atque distortissimam nulla ratione, aut textus veritate, vel colore subnixam sequatur Iochabed non potuisse filiam esse Leui: poterat tamen esse secundum alium rationabilem modum, qualem supra assignauimus. Nec valet illa consequentia, sicut nec ista: Sortes non currit in campo, ergo non currit, cum arguatur ab inferiori negato ad superius negatum. Idem modus arguendi est hic, scilicèt Iochabed non potest esse filia Leui, tenendo positionem illorum Iudeorũ, ergo non potest esse filia Leui; maximè, quia illa positio non est omnium Hebreorum, sed quorundam ignorantium, quia Rabbi Abraham, Auenz Eera, qui inter eos acutissimus est, hoc irridet. Quando autem Nicolaus respondet ad literam Hebraicam, quæ dicit in isto loco Iochabed esse filiam Leui, dicit non accipi hic, quòd sit filia immediatè, sed quòd sit de tribu sua, & applicat exemplum de Elisabeth, quæ dicitur esse de filiabus Aaron Luc. 1. cap. Illud autem exemplum non multum probat, quia aliud est esse filiam Aaron, & aliud esse de filiabus Aaron, quia esse de filiabus Aaron, manifestè dicit deriuationem ab illo in tribu sua, & non ab eo immediatè: esse autem filiam Aaron magis explicat eam fuisse genitam immediatè ab Aaron. Sed de hoc non multum curo, qa etiam aliquando vocantur aliqui filij Iacob, qui non fuerunt ab eo geniti, sed à posteris suis. Potuisset tamen Nicolaus ponere conueniens exemplum sicut dicitur Messias, siue Christus filius Dauid, vt patet

Ad rationes Nicolai.
Ad primã rationem.
Ad secundam.

F Matth. 22. Sed adhuc non potest dici, quòd non sit verè filia Leui, quia infra 6. cap. dicitur, quòd Iochabed erat amita, siue auuncula Amram, sed Amrã erat nepos Leui, ergo ipsa erat filia ponendo vtrumque esse de stirpe Leui, vt ponit litera nostra, & Hebręa. Et quando cõfirmat hoc, scilicèt quòd illicitum erat accipere amitam in matrimonium: sed Amram erat vir iustus, ergo accepisse eam non est verisimile. Respondetur, quòd illa lex non erat tunc data. Et quando replicat, quòd multa de legalibus obseruabantur ante legem datam, concedo: ergo istud ante legem obseruabatur, consequentiam nego: quia pari modo argueretur, quòd omnia legalia obseruabantur ante legem, quòd non conuenit, vt probauimus Gen. 2. & 8. & 19. cap. Quando autem respondet ad Glosam Hebraicam, in qua dicitur Iochabed esse amitã Amram, dicit istam glo. esse manifestè falsam, licèt satis constet eam esse veram manifestè, vt dicetur immediatè. Et probat hoc, quia infra 6. cap. dicitur, qp Amram accepit Iochabed patruelem suam, idest consobrinam, & nullo modo signat amitam. Respondetur, qp in hac parte sub reuerentia tanti doctoris, ad quem os tanquam ad Cœlum attollere non audeo Beatus Hieronymus à veritate Hebraica detiauit, quod quidem nõ ignorantię, aut inaduertẽtię adscribi potest, quia hic, & infra 6. cap. mutauit sententiam super istã literam quantum ad cõformitatem Hebraicę literæ. Et patet, quia hic dicitur in Hebreo accepit vxorem

Obiectio.
Respõsio.
Confutat Beatũ Hieronymũ.

H filiam Leui: in nostra autẽ litera dicitur accepta vxore stirpis sue, idest Leuiticę, quõniam ipse Amram de tribu Leuitica est, & infra vbi ponitur secundum literam Hebraicam: Accepit Amram Iochabed amitam suam, siue auunculam, Beatus Hieronymus transtulit: Accepit Amram patruelem suam, idest consobrinam, quæ est filia patrui, vel amitę. Quòd autem litera Hebraica posuerit amitã, patet, quia dicit: *Dodaca.* Idest amitam suam. *Dodo.* Idem est, qp patruus suus, & nullo modo signat consobrinam, vel patruelem: & patet, quia Leuit. 20. vbi nos habemus, turpitudinem amitę tuę nõ reuelabis, Hebraica litera ponit eandem dictionem, quæ ponitur infra 6. cap. scilicèt. *Dodaca.* Quare ergo Beatus Hieronymus in ista parte mutauerit sententiam literę Hebraicę, causam certissimè

I ignoro: sed satis coniicio fuisse eandem, cum motiuo Nicolai, scilicèt quòd visum est sibi, qp si Leui genuisset Iochabed, ipsa esset valde antiqua, cum natus fuit Moyses, & sic non potuisset esse mater eius. Nec mirandum est, qp vir tam solemnis quantus est Hieronymus, cuius vestigia semper adoro, ad hoc non attenderit: quia, vt ait Ouidius, interdum bonus dormitat Homerus, idest aliquando magni viri ad aliqua, quæ parua sunt, non respiciunt. Sed hoc paruitati ingenij adscribendum non est. Satis ergo ex præcedentibus apparet sub reuerentia Beati Hieronymi, Iochabed verè fuisse filiam Leui, vt patet in litera Hebraica manifestè. *Quæ concepit, & peperit filium.* Scilicèt Moysen accedente ad ipsam viro suo Amram, qui eam licèt esset amita sua accepit in vxorem: quia mos erat

K sanctis patribus, & omnibus antiquis Iudeis accipere coniuges de tribu sua: & quia Amrã non reperit fortè in tribu Leuitica aliam fœminam pro tunc, quam acciperet in vxorem, accepit eam: maximè, quia talis copula vetita non erat. Solus enim contractus matrimonialis cum matre, aut sorore tũc temporis; & semper fuit prohibitus. Hoc tamen adhuc existente non accepisset eam Amram, si aliquam patruelem suam reperisset. *Et videns eum elegantem.* Idest pulchrum valde. Ista fuit causa quare abscondit eum, quia videdo eius pulchritudinem, & bonam habitudinẽ quasi à Deo specialiter datam, putauit eum esse, qui liberaturus esset

Moysen quare abscondit pater eius.

esset Israel. vel vt ait Rabbi Salom. de facie Moysi exibãt magnę lucis radij, qui futurę virtutis ac magnitudinis insignia præferebant. In quo confortatus pater laborauit, & voluit eum occultare. *Abscondit tribus mensibus.* Hoc tempore securè poterat abscondere pater: sed post tres menses non sine periculo suo & pueri morte. *Cumq; iam celari non posset.* Quomodo non poterat celare pater Moysen, cùm eũ tribus mensibus celauisset? respondetur qp non poterat nunc: quia mandauerat Pharao certo tempore cuiusliber anni, vel forte multis vicibus inquiri domos Hebræorũ, vt viderẽt vtrũ infantes laterent. Cõpleris autem illis tribus mensibus accidit, qp complerentur dies, quibus perscrutatio fieri deberet: ideo non poterat pater abscondere Moysen. Dicit Nicolaus quòd tenuit eum pater tribus mensibus, & non potuit amplius tenere: qa erat statutũ regis, vt cõpletis tribus mensibus fieret scrutatio. Sed non videtur rationabiliter dictum: quia si quibuslibet tribus mẽsibus fiebat inquisitio, & tũc erant completi tres menses, ergo in die, quo natus fuisset Moyses, fuisset facta altera inquisitio, qd nõ cõuenit, vel forte duobus, vel tribus diebus ante: quia tũc cùm viderent locabed partui propinquissimã, expectarent vnũ vel duos dies ad partũ. Sed quæretur quomodo potuit Aaron saluari quando natus est, qui tribus annis ante Moysen ortus fuit, vt patet in f. 7. ca. Respondetur quod edictum regis de mergendis pueris in flumen nõdum factũ fuerat: sed post factum fuit. *Sumpsit fiscellam.* Idest quandam cistam, vt inf. dicitur, quæ est vasculum ad portandum fructus, vel panẽ, vel aliquid aliud: *scirpeam*, idest factã de scirpis. Dicuntur scirpi herba sine nodo, quę semper est apud loca palustria, de qua Terentius in andria in fine ait. Inimicus nodũ quęrit in scirpo: quasi dicat: quęrit inuestigare qd impossibile est: in scirpo enim nunquam nodus reperitur, Vocatur scirpus vulgariter iuncus, & alio nomine vocatur papyrus. Fuit autem facta fiscella de iuncis: quia materia leuis est, vt super aquam faciliter fluctuaret, nec aliquo pondere mergeretur. *Et liniuit eam bitumine, ac pice.* Ista duo posuit, vt fortius solidarent. Fuit autem facta litura, vt aqua nõ subintraret per rimulas iuncorum. Et non dicitur de ista fiscella, qp linita fuerit intus & extra, sicut dictum fuit de arca Noe. Genes. 6. cap. Est est duplex causa. Primo quia ista fiscella non erat multo tempore statura in aqua qualitercunq; res se haberet, sicut arca Noe, quæ magno tempore & magnis fluctibus agitari debebat, ideo indigebat vtraq; litura, ne si exterior aliquo casu quantum ad aliquam partem corrumperetur, aquæ subintrarent obsistẽte interiori litura. Secunda causa, quia odor picis noceret puero adhuc tenero, in quo fortiter reciperentur impressiones quęcunq; essent. *Posuitq; intus infantulum.* Ex hoc apparet quòd ista fiscella erat aperta in parte superiori, per quã mitteret infans, & ista fiscella erat satis magna, vt ibi puer spatiose caperet inuolutus pannis, & erat ista cista a parte inferiori latior, vt tota magnitudo sederet sup latitudinẽ inferiorẽ, & nõ euerteretur. Si aũt fuisset totaliter rotũda aut alta, & ęqualiter ampla in fundo, & in summo, cõtingeret eã declinare in alterũ latus, quod esset ad magnum periculum pueri. *Et exposuit eum.* Exponere est aliquem destitutũ humana cura, vel solatio, & seipsum adiuuare, vel regere non potentẽ, diuinæ dispositioni velut vulgariter dicitur in fortunam suam, vel potius in mortẽ derelinquere: & isto modo videbatur exposuisse

Moysen quare abscondit pater eius.
Nicola'.
Aarõ quo modo saluatus fuit.
Fiscella quare nõ fuit linita intus, & extra sicut arca Noe.

A Amrã cũ posuisset eũ in fiscella ad quẽlibet euẽtũ.

An Amram peccauerit exponendo Moysen in carectio ripæ fluminis.

VIdetur quod peccauerit Amram exponendo filium suum Moysen, quia ille qui exponit aliquem, negat ei viscera pietatis, vt patet extra de infantibus expositis & languidis cap. vnico: sed negare officium pietatis ei, cui obligamur pietatis viscera ostendere, peccatum est: ergo peccat quicũq; exponit. ¶ Itẽ videtur hoc esse Deum tẽtare: quia cum Deus mandauerit cuilibet curam sui ipsius agere, & illos qui Domini sunt, vel Rectores agere

B curam subditorum suorum, vel familiarium, & qui non agit valde vituperatur, & est infidelis, vt patet prima. Timo. 5. cap. Qui suorum maxime domesticorum curam non habet, fidẽ negauit, & infideli deterior est. Qui ergo dimittit agere curam sui totum se ponens ad diuinam dispositionem, vel qui curam suorum non potentium se curare negligit relinquens causę superiori, Deum tentat: quod peccatum magnum est: & in scriprura sępe prohibitum repugnans spei certę, & fidei, quã de Deo habere debemus, vel qa forte deordinate sperامus quod ipse non sperandum esse demonstrat.

Quæst. 5.
Arguitur primo.
Secundo.

Item iura non puniunt sine aliquo peccato, licèt aliquando & raro puniant propter quasdam irre-

C gularitates, quæ non sunt peccata: sed iura puniũt exponentes pueros, vel aliquos languidos, qui se ipsos curare, aut regere nequeunt: ergo isti peccãt. Antecedens patet extra de infantibus expositis & languidis, vbi dicitur quòd pater, qui negato pietatis officio filium exposuerit, caret ex hoc patria potestate, quam antea naturaliter & ex lege humana tenebat &c. Si patronus per ipsum vel per ratihabitionem, quę in maleficijs retro trahitur, libertum exposuerit, ex hoc ipso in præiudicium patroni ingenuitatem acquirit, si aũt Dominus seruum exponat, eodem modo libertatem acquirit. Satis ergo apparet ex his exponere quemquã graue pec

D catum esse. ¶ Ad hoc respondetur, qp Amram non peccauit exponendo Moysen: quia tunc aliquis secundum verba capituli allegati peccare dicitur exponendo, quando negato vel relegato pietatis officio filiũ ad fortunam exponit, & in perniciẽ: tunc aũt aliquis pietatem relegare dicitur, quãdo potẽs aliquo modo pietatem exhibere, hoc vel nõ vult vel negligit, & sic sunt viri, vel mulieres, qui propter verecundiam, vel paupertatẽ, vel ob aliã similẽ causam filios suos in aliquibus locis ad quẽlibet euentũ exponũt. Sed ille, qui nõ potest aliquid vltra agere, non dr exponere, vel non peccat in exponendo, sicut fuit de Agar, quando errabat in solitudine Bersabeę & carens aqua aut quouis potu videbat filium suum Ismaelẽ cito moriturũ, posuit

E eũ sub vna arborũ, & recessit inde dicens, non videbo morientem puerũ, & clamauit flens econtra, vt patet Gene. 21. c. Hęc aũt nulla alia pietatis officia puero poterat exhibere: quia ẽt si apud eũ mansisset nihilominus moreret: quia aqua deficiebat, recedendo ergo ab eo dolorẽ minuebat cui astando nullatenus proficiebat. Sic aũt fuit in Amrã: quia fecit diligẽtiã, quã potuit, vt patet in litera. f. qp seruauit eũ tribus mensibus. Postq; aũt non potuit vlterius seruare, quia seruatio redundabat in certam pueri necẽ, & ĩ periculo Patris, posuit eũ in fluuio, et nõ totaliter exposuit: quia non destituit eũ omnimode officio pietatis: nã Maria soror pueri asta-

Respõsio ad quæst. Exponere quãdo intelligit.

bat respiciens a lõge quid fieret de puero, vt si quē forte aduersum videret, quãtū posset succurreret, & secundū hoc potest responderi ad argumenta.

Ad primū argumentum.

Ad primū exponere est negare vel relegare officium pietatis, quã semper est mortale peccatū. Respondetur ꝙ exponere accipitur dupliciter, aut ꝓprie aut large, accipiendo ꝓprie sic diffinitur in modo, quod est abnegare pietatis officium, & isto modo nõ est verū, ꝙ Amrã exposuit Moysen: qa officia pietatis vsquequo potuit, exhibuit, vt prędiximus: alio modo accipit exponere, idest relinquere aliquē sine subsidio, siue cū possumus aliqualiter cõsolari, siue cum nõ possumus, & isto modo non est peccatū exponere aliquē, & hoc modo cõcedit litera Amrã exposuisse Moysē filiū suū: & hoc modo.

Ad secundum.

Tentare Deū quãdo dicit.

Ad secundum qñ dicitur, ꝙ exponere illo modo videbatur esse tentare Deū, cū totaliter aliquid eius potestati relinquit. Respondetur ꝙ tunc tentare Deū proprie dicimur, cū neglecto eo quod per humanã industriam agere possumus, totos nos diuino regimini subijcimus expectãtes a Deo escam, aut vestem, aut oīum aduersitatū liberationem: si tñ homo agat quantū potest prudentia sua, sufficit: cętera diuinæ dispositioni exponens non tentat Deum, immo fidelis est: quin potius ille, qui parato eo qđ prudentia aut facultate humana cõfici põt, nihil vlterius sperat, sed negocio totaliter cæpto diffidit, quasi infidelis est nullã diuini regiminis rebus causatis moderationē inesse existimans, qđ profecto non modicum subtrahit diuinæ ꝑfectioni & toti statui rationis humanæ: qñ hoc ablato irrita est vniuersa spes nostra, qua secundū patientiã expectamus, donec reueletur in nobis admirabile lumen glorię.

Ille, qui facit eis, q̃ per humanam prudentiã fieri põt totaliter negocio incepto diffidit, multum detrahit diuinæ bonitati & ꝓuidentiæ.

Potest tñ aliquis nihil de his, quæ humanitus fieri possunt curans, sed omnia subijciens diuinę potestati Deū non tentare, qñ potius agēdo aliquid de his, quę humanitus fieri poterant grande peccatum esset, vt patet in mandato Christi ad apostolos Luc. 10. vbi dicit debere eos sine sacculo & pera pergere, & sine pecunia aliqua in zonis suis: quia quocunque ierint nihil eis deficiet. Si aūt aliquis de illis sciens in aliquo loco, ad quē iturus erat gentē durã esse non habentē viscera pietatis, iuxta humanã prudētiam in sacculo suo ad cibos necessaria asportaret, valde ille peccaret, vt qui mandato Christi non confisus inferioribus se regulis commendabat, ēt Christus mandauit Luc. 21. apostolis dicens: dum steteritis ante reges, & præsides, nolite præmeditari qualiter respondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Si aūt aliquis de apostolis corã quouis rege statutus de ratione fidei suæ quæsitus disputare non vellet, donec humano ingenio intra seipsum recogitans quid diceret, inueniret, valde a fide deficiebat. Est ergo regula ꝙ vbi promissio aliqua, aut mandatum Dei intercidit, diuina tentatio interuenire non potest: cū autē nihil horū factum est, Deū nunq̃ inquietare debemus; donec quicquid humana potentia aut prudētia expleri potest peragatur, licèt in omnibus diuinam directionem expetere possumus, & debemus. Hoc aūt facto quicquid superest diuinæ potentiæ totaliter submittendo nulla ratione peccamus. Sic egit Abraham, qui faciens quãtum poterat, ne vxori suæ castitas discrimini subijceretur, cætera Deo cõmittens in Aegyptū perrexit, vbi satis matrimonialis castimonia poterat naufragari: sed nõ peccauit, de quo diximus Gen. 12. c eodē modo fecit hic Amram, vt prælibatum est.

Ad tertiū.

Ad tertiū argumentum quando arguitur, ꝙ iura F nunquã imponunt pœnã nisi propter peccatū: sed exponentibus pueros aut languidos pœnã imponunt, ergo &c. Respondetur ꝙ ibi accipitur exponere proprie, qđ est aliquem priuare humanitatis subsidijs, cum ei possumus misereri: & tunc culpa est, & iura pœnã imponunt: cùm tñ aliquis faciens quantū potest, post puerū aut ęgrotum quemlibet permittat ad diuinã dispositionē, nec peccatū est, nec a iure pœna infligitur. Aliquis ergo isto modo exponens filium non amittit patriam potestatem, aut si patronus libertum, nõ ob hoc ingenuitatem acquirit, vel si seruum Dominus, non ob hoc reditur liberrati. Sic autē fuit de Amram, qui quantū potuit agens quæ regulare non potuit, Deo regu- G landa commisit. *In carecto ripę fluminis.* Carectum dicitur de carex: is: quæ est herba alta in modū gladij facta, & in finibus acuta, & vocat vulgariter espadanam, vel, carlizo. Est ergo carectū locus vbi carices multi crescunt. In illo aūt posuit puella puerū, vel pater eius, ne ĩpetus aquę eū inde labendo aliorsum deduceret: ibi aūt carectū obicibus tenebatur. *Ripę fluminis.* Posuit aūt in ripa, vt rapiditas aquæ medij aluei non deferret velociter fiscellam aliorsum, velut volētes videre si faciliter accipere cistã possent. *Stante procul sorore pueri.* Astabat quidem soror, ne aliqua pietatis cura quanta impendi posset puero deficeret. Stabat tñ procul, ne venientes suspicarentur illam manere in custodiam eius. *Sorore* H *eius.* Ista erat Maria, quæ iam aliquantę ætatis erat, vt puta 12. vel. 13. annorum, quæ iam prudenter speculari euentum posset, & filiæ Pharaonis discrete loqui. *Considerante euentum rei.* Amram credens vel saltem suspicans illum esse puerum, qui liberaturus esset Israel, postquam humano consilio aut facultate nihil facere valuit, diuinæ bonitati cõfidens aliquem bonum euentum expectabat. Manebat autē domi orans cum vxore sua pro paruulo, quem eis donauerat, vt nunc in extrema discriminis angustia eū tueri dignaretur, super quo Maria solicita quod Deus vellet facere prospectabat.

Ecce aūt descendebat filia Pharaonis, vt I lauaretur in flumine: & puellę eius gradiebant per crepidinē aluei. Quę cū vidisset fiscellã in papirione, misit vnã e famulabus suis, & allatã aperiens, cernensq; in ea paruulū vagientē, miserta eius ait: De infantibus Hebræorū est hic. Cui soror pueri; vis ĩquit, vt vadã, & vocē tibi mulierē Hebręã, quę nutrire possit infantulū? Respõdit: vade. Perrexit puella, & vocauit matrē suã. Ad quã locuta filia Pharaonis: accipe ait pue- K rū istū, & nutri mihi; ego dabo tibi mercedē tuã. Suscepit mulier, & nutriuit puerū, adultumq; tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locū filij, vocauitq; nomē eius Moyses, dicens: quia de aqua tuli eū.

De pœ. dist. 2. c. vt cognouerunt. §. apponitur ĩ prin. ĩ gl.

Moysi educatio.

ECce aūt. Hic ponit secundū, scilicet Moysi nati educatio, quæ Deo faciēte mirabiliter ꝓcurata est. *Ecce descendebat.* Domus, in qua manebat filia regis, erat in alto loco sup flumen, tunc aūt descēdebat: qa locus, in quo lauari debebat, humilior erat; ēt qa fluuiorū aluei respectu quarūcunq; terrarū habi-

habitatarum inferiores sunt, cùm aqua, quæ ex se ipsa terminabilis nõ est, ex naturali grauitate terræ proniora loca appetat, ac ibi fluat, sic dicit psalmo. 23. ꝙ terra est super maria, & super flumina: quia semper partes terrę eminent, alioquin futurū erat aquã per totã terrã vndiq; difluere. *Filia Pharaonis, vt lauaretur.*

Quæst. 4.

Aegyptij quare aquam pro Deo habuere.

Magna cura Aegyptiorū erat frequētare aquas: quia sicut Chaldæi ignē, & aliæ gentes terrã, siue Cererem, quę idē est, ita Aegyptij aquas colebãt: quia intentio antiquorū apprehendentium per hoc nomen Deus quicquid in omniū rerū latitudinē melius excogitari poterat, rē sua natura nobiliorē, atq; in effectu vtiliorē Deum vocauerunt. Cū autem apud Aegyptios aqua nihil vtilius inueniretur, quia cęlo nõ pluēte, nec alias impressiones methereologicas ĩmittēte, sola Nili aqua inundãte per planiora Aegypti loca in alueis deriuata rerū omniū copiosa habebat vbertas. Idē fiebat in alijs fluuijs quantū ad loca Aegypti, ad quæ Nilus irriganda nõ attingit, præcipue in terra illa, quæ est ad Septentrionem maris rubri: quo obice Nili fluēta trãsire nõ valent, quoniã rubrū mare magis est ad Aquilonē contra terrã Chanaan quã Nilus: cū Nilus veniat a parte meridiana per Aethiopica deserta, vt ait Solinus in polistor. c. de Aegypto ista etiã flumina licèt non inundēt, quouis possint modo in plures alueos deriuantur, & sic tota irrigatur Aegyptus, vt patet Deutero. 11. c. quam ob rem aquarū Aegyptij ꝑcipui cultores, aquas & nymphas aquarū cultrices frequentabant, quandam reuerētiam fluminibus exhibēdo, et in eis sępissime se lauando. Vel forte frequentabant aquas ad cultum Serapis magni Dei Aegyptiorū.

Taurusq; dã Apis dictus ex Nilo exiens.

Exibat autem de flumine Nilo quidam taurus ex improuiso, qui a quibusdã Serapis dicitur, vel verius Apis Deo Serapi consecratus, habēs in humero dextro candidū ad modū lunæ corniculatę. Ad quē cùm statim confluerent Aegyptij omni genere musicorum vasorum psallētes, leuabatur in aera super eos, & tanquã psallēs ferebatur: ad motū autem & stationē ipsius in terra ipsi mouebantur, & consistebant. Eadē autem die, qua videbatur, euanescebat. Dicunt autē quidam eū quolibet anno in festo Serapis apparere. Vnde ipsum Serapin, aut Serapi consecratū autumãt ob hoc Apin appellantes.

Quid dicat Plini⁹ de Api boue. lib. dis. Cap. 46.

De isto Serapi refert Plinius auctor certissimus, ꝙ in die apparitionis eius quodã semel ipse astiterit, atq; cū cæteris expectãtibus ipse quoq; cõtemplatus fuerit: Nec mansit iste taurus omni tēpore, quo Aegyptus in errore idolorū permansit, sed quodam tempore, maxime tēpore Iusti sacerdotis Eliopoleos: Quamobrem quidã de nostris autumant, Deū permisisse Aegyptios in hãc incidisse insaniã, quia infantes Iudæorum ab eis in fluctibus necabantur, vt peccatum fluminis errore flumineo puniretur.

Cap. 11.

De his Isidorus etym. li. 8. vbi de diis gentium refert: de hoc etiam multa disputat August. 18. de ciuit. Dei. Solinus autē inter antiquos auctores proculdubio certissimus, de Apide Aegyptiorū deo in c. de Aegypto in Polihistor, sic refert.

Quid Solinus de Api.

Inter omnia, quæ Aegyptus habet digna memoratu, pręcipue bouem mirantur, Apin vocant: hunc ad instar colunt numinis insignē albæ notæ macula, quę dextro lateri ingenita cornicularis lunę refert faciem: statutum cui spatium est, quod vt assuit, profundo sacri fontis immersus necatur, ne diem longius trahat, quã licebit: mox alter nec sine publico luctu requiritur, quē repertum centum antistites Memphin persequuntur, vt incipiat ibi initiatus sacer fieri: delubrum, quibus succedit aut

A ĩcubat, mistice thalamos nominat: dat omina manifestantia de futuris, illud maximū si de consulentis manu cibū capiat, deniq; aduersatus Germanici Cæsaris dexterã prodidit ingruentia, nec multū post Cæsar extinctus est. Pueri Apim gregatim sequuntur, & repente velut lymphati futura præcinūt: bos illi ostenditur fęmina in anno semel, & ipsa non absq; certis insignibus, quæ vt inuenta atq; oblata est, neci datur: Apis natalem Memphi celebrãt iactu aureæ paterę quã proiiciunt in Nili statum gurgitem. Hęc solēnitas septē dies agitur, quibus diebus cū sacerdotibus qualdã Cocodrili inducias habent, nec atrectat lauãtes, verū octauo die cęremonijs iã patratis, velut reddita sęuiēdi licentia, B solitã sumunt atrocitatē. Secundū ꝙ vir iste certissimus manifeste asserit, Apis ille bos multis temporibus durauit: quia ēt mortuo Christo habebatur, & colebatur. Nã Cæsar Germanicus (de quo iste dicit ꝙ cõsulente eo, & apponente cibū ad os, Apis ipse manum eius aduersatus fuit, idest deuitauit nolens de manu eius sumere panē, in quo tristis euentus omen agentibus sumebatur, qđ re ipsa cõprobatum est: nã non post multos dies Cæsar Germanicus occisus est) post Christum fuit multis diebus, tēpore quo post mortem Christi beatus Petrus Romã venit. Ab hoc loco vsq; inf. in isto c. nulla gentium scribitur historia, & inter hoc & illud fuit distantia annorū 30. vel pluriū, scilicet quando Moy- C ses fuit ad bellum Aethiopiæ, vbi accepit vxorem. *Descendebat filia Pharaonis.* Ista vocabatur Termuth, vt ait Iosephus. *Vt lauaretur in flumine.* Erat flumen circa palatium suū in descensu, & erat locus secretus ibi, vt puta forte aliqua balnea in quibus ipsa lauaretur: quia non est credendum filiam regis nec aliquam honestam fœminã in loco publico conspicientibus cunctis velle lauari. *Et puellæ eius,* scilicet domicillæ seruientes ei, & concomitantes. *Per crepidinem aluei,* idest per crepidinem, quæ erat apud alueum: dicitur alueus locus, per quē aqua fluit, scilicet cõcauitas illa prona, & decliuis, per quã aqua dilabitur inclusa vndiq; aliquibus tumoribus terræ, ne aqua difluat in omnē partem, sed teneat cer- D tū cursum.

Crepido quid sit.

Crepido dicitur locus pręruptus, vel scissus apud alueum fluminis, scilicet ipsa terra eleuata apud marginem, quę alta & prępupta est scissionibus aquarum, & quotidianis ruinis: & dicitur crepido a crepo, as: quia videtur crepare, cùm aliquid inde frangatur atque tollatur. Est autem ista crepido apud alueum: quia ista terminat fluuium. Duæ enim crepidines ex alterutra parte cõcludunt. Aliquando aūt crepido significat sumitatem, vel altitudinem a qua ad cæteras partes descensus est. Et hoc modo in altari holocaustorum, qđ erat ex quatuor tabularū lateribus, sumitas tabularum dr̃ crepido, & sic mandatur Leui. primo. c. ꝙ quando fiat holocaustū de auibus, sacerdos faciat decurrere sã- E guinem super crepidinem altaris: idest super extremitatem tabularum, & de ipsa extremitate fluebat per parietes altaris ad ꝑna circa basim altaris. *Quæ cum vidisset fiscellam.* Amram nesciens quid ageret de filio suo, quem vlterius occultare non poterat, orauit Deum, vt dirigeret, quid de ipso faceret. Tunc Deus mouit mentē eius, vt poneret eum in flumine, & hoc apud illam partem, per quã regis filia descensura erat, vt ipsa eum acciperet, & adoptaret. Et licèt de hoc Amrã nihil cognosceret, faciebat tamen vt a Deo mouebatur. Apparet etiã ex hoc loco ꝙ in terra Gessen, in qua morabatur Amram manebat tunc rex, quia erat ibi filia eius, vel forte

si ia regis morabatur ibi in aliquibus palatijs, maxi me si iste locus, in quo morabatur Amram erat ali quã de illis duabus ciuitatibus, quas construxerant Iudæi. s. Phiton, & Ramesses: quia tunc maneret ibi rex ad tempus, vel saltẽ filia regis. *In papyrione.* Papyrio dr̃ a papyris. i locus, in quo papyriones crescũt: & dicuntur papyrus. i. vincus, vel scirpus, vt dictũ fuit sup. & papyrio idẽ est q̃ carectũ. *Misit vnam de famulis suis.* Ad educendũ fiscellã, vt videretur quid erat interius. *Et allatam aperiens.* Erat enim appositũ coopertorium in sumitate illius fiscellæ, vt nõ sub intraret aliquod nociũ ad puerum. *Cernensque in ea parvulum vagientem.* i. plorantẽ, quia solatio materno carebat, et lac nõ propinabatur ei tẽpore congruẽti. *Miserata eius.* Ad hoc fecerat Deus poni fiscellã, vt videns eã filia Pharaonis moueret misericorditer super puerũ: quia vidit eum innocentem, & plorãtẽ in signum mortalis miseriẽ, omniq; humano solatio destitutũ, & morti acerbẽ expositũ. *De infantibus Hebrẽorum est hic.* Cognouit aũt hoc filia Pharaonis: quia sciebat mandauisse patrẽ suum oẽs paruulos Hebrẽorũ in flumen mergẽdos, & cogitauit q̃ aliquis de Hebræis timens ne occideret, posuit eũ in loco illo, ne saltẽ videret mortẽ eius, vel forte, et certius: quia vidit eũ circuncisum, qd̃ clarissime indicabat eũ esse Hebrẽũ: quia nulla gens prẽter Hebrẽos circũcidebantur. *Cui soror pueri.* Maria soror, quæ a longe respiciebat euentũ rei, videns fiscellã extrahi de flumine, accessit quasi ex improuiso veniens, & immiscuit se puellis filiẽ Pharaonis. Et in hoc apparet Mariã fuisse iã puellã aliquantẽ ẽtatis circa annũ 15. vel quasi, quẽ talia dicere sciret, & audere corã filia Pharaonis. *Vis vt vadam & vocem tibi Hebræam.* Erat enim tam elegantis formæ Moyses, vt nullus eum videret, qui ad misericordiã & amorẽ eius non moueret. Filia ergo Pharaonis videns eũ, & miserata ei ploranti tanquã deficiẽti lacte fecit, vt ait Iosephus, multas Aegyptias ei p̃bere vberа, quibus auertebat faciẽ nolens de lacte illo sugere, tãquã, quẽ essent, agnosceret. Tunc Maria captata occasione loquẽdi dixit. Vis vocẽ tibi mulierem Hebrẽã, quæ lacter puerũ: quia forsitã accipiet mamillas gentis suæ? Huic dicto assensit filia Pharaonis; quia Maria videbatur loqui rõnabiliter. *Quẽ nutrire possit infantulum.* quasi dicat, Satis constat nũc q̃ iste infantulus non poterit nutriri apud mulieres Aegyptias, cùm nullius earũ vbera lactet. *Perrexit puella.* s. soror Moysi: *& vocauit matrem eius.* s. matrem pueri, & suã: quia utriusq; eadẽ mater erat. s. Iochabed. Sic aũt uocauit Maria matrẽ Moysi, tanquam aliquã extraneam mulierẽ uocasset, & ipsa mater Moysi sic accepit eũ nutriendum tanquã puerũ extraneũ accepisset. *Ad quam locuta est filia Pharaonis.* s. ad Iochabed matrẽ Moysi. *Accipe inquit puerum, & nutri mihi.* i. nutrias eũ pro me: quia ego volo te tenere eũ. Et verisimile est q̃ promisisset ei dare aliquid, & realiter tunc vel postea dedisset, vt diligentem illius curam ageret. *Suscepit mulier.* s. Iochabed. *Et nutriuit puerum.* Diligenter tanquã illa, quæ eũ vt filium cognoscebat, licẽt verbis prodere non audebat. *Adultumque tradidit filiẽ Pharaonis.* Non accipitur hic qualiter nos accipere consueuimus pro illo, s. qui est annorum. 14. vel vlterius. s. in pubertate: sed accipitur adultus. i. ablactatus, vel aliqualiter nutritus, vt qui annos laboriosẽ nutritionis euasisset: perueniens ad tertiũ, vel quartũ annum, in quo pueriã colludere incipiunt: & conuiuere illorũ gratum est. Et ex illo tẽpore accepit eũ filia Pharaonis, vt lẽtaretur cũ eo: quia elegantis formæ erat. *Quem illa*

Papyrio qrid.

F *adoptauit in locum filij.* Filia Pharaonis nõ habebat filiũ, ideo adoptauit istũ in filium, ita complacuit ei. Ista adoptatio & acceptatio Moysi in palatio filiæ Pharaonis, & regis fuit vtilis Moysi ad duo. Primo ad euadendũ mortẽ: quia si filia Pharaonis non accepisset eum de flumine, necesse erat eũ perire: quia alij Aegyptij non nutrirent. Nullus enim auderet in discrimen capitis sui puerũ Iudæum nutrire. Secũdo profuit, vt Moyses vrbanior atque audacior esset: qm̃ homines qui in loco humili nutriũtur, fracti animi sunt nihil audentes: qui autẽ cognoscunt se in magno, & honorabili loco genitos, & semper fuisse in reuerentia habitos, acquirunt audendi vires. Quod rectoribus populorũ valde cõuenit qua-

Vtile fuit Moysi, q̃ acceptus fuerit i palatio filiæ Pharaonis propter duo.

G lis futurus erat Moyses. *Vocauitque nomen eius Moyses.* Ab euentu huic puero nomẽ imponitur, vt sequẽs indicat litera. *Scilicet quia de aqua tulit eum.* Aliqui de nostris volũt hoc nomen interpretari, vel deriuare dicẽtes Moysen a moys, qd̃ est aqua. Sed hoc nõ est rõnabiliter dictũ: quia ad istã deriuationem oportet accipere linguã, i qua huius nominis facta fuit impositio. Constat aũt in litera Hebraica, q̃ ibi ponatur nomẽ istud secũdum aliam formã, & sue originis: quia ibi nõ vocat Moyses secundũ formã dictionis latinę aut Grece: sed Mosse: & deriuatur *de Messian* dictione Hebraica, q̃ est verbũ p̃teriti primę personę, et significat extraxi eũ: & satis cõcorditer se habẽt istę duę voces: qd̃ requirit ad deriuatio-

H nẽ. *Scilicet mosse messian:* & signat mosse. i. extractũ, qa *messian* signat extraxi eum. Sed dices, cũ ista impositio noĩs sit in Hebræo, quo filia Pharaonis cũ esset Aegyptia non imposuit magis in idiomate Aegyptio. Cõstat aũt idioma Aegyptiũ ab Hebræo multũ differre. Rabbi Abrahã Auen Ezra dicit se legisse in libris Aegyptiorũ, & inuenisse q̃ nomẽ Moysi in lingua illa dr̃ Munon, & non Mosse. Potuit autẽ ista impositio fieri dupliciter: vno modo qm̃ illa filia Pharaonis, q̃ aliquas de Hebrẽis famulis ad officia, vel famulatus speciales secũ habebat, didicisset ex eis linguã hebraicã, & qa puer iste Hebrẽus erat, maluit ei nomẽ imponere in Hebræo. Alio modo posset dici q̃ filia Pharaonis imposuit nomẽ in lingua Aegyptia: sed quia ista erat odiosa Hebræis, mutauerũt ad linguam Hebrẽam, vt potuerũt. sed prima positio verior est: quia in textu reddit cã huius impositionis per vocabuli deriuationẽ: sed verũ est, q̃ non esset idẽ verbũ nomẽ, a quo deriuatio fieret in lingua Aegyptia, & Hebrẽa. *Quia de aqua tuli eũ.* Manifestũ est ex hoc q̃ ista impositio nõ fuit facta in latino, quia nullo modo deriuatur ista dictio Mosse, vel Moyses ab aliquo verbo latino, sed eduxi, vel tuli, siue traxi, vel alio idem significante.

Cur Moyses quare a filia Pharaonis nõ fuit nominatus nomine Aegyptio, sed Hebrẽo.

Sciendũ q̃ vt ait Iosephus: cũ Termuth filia regis Aegypti adoptasset Moysen: desiderauit, vt pater suus eũ adoptaret. Tulitq; eum ad Pharaonẽ, cu-

Quæst. 5.

I ius venustatẽ ipse admiratus coronã regiã, quã capiti tenebat, capiti pueri forte appositit, in qua Amonis. i. Iouis arretini figura sculpta erat. Puer aũt coronã proiecit in terrã, & fregit. Sacerdos aũt Elioposeos, qui in domo regia de honoratissimis habebat, a latere regis surgens dixit: Hic est puer, quẽ dij nobis occidendũ esse mandauerũt, vt de cætero timore careamus. Voluitq; in eũ irruere atq; occidere, sed regis auxilio liberatus est. Persuasione aũt cuiusdam sapiẽtis, qui hoc per ignorantiã factũ esse dicebat, ad veritatis argumẽtũ prunę delatę sunt, cuius iudicio experiẽdũ erat vtrũ ex industria, aut ex causa hoc prouenisset. Prunas aũt allatas puer accepit atq; ori applicuit: vnde linguæ sumitas exusta

Iosephus de Moysi adoptione, & coronam regis in terrã proiectione.

est.

est. Ex quo eũ Hebrẽi impeditioris linguę factũ tra-

A dunt. Facto aũt Moyse iuuene robustæ ætatis accidit, ut Aethiopes uastarẽt Aegyptũ usq; ad Memphin, & mare. Quãobrẽ cõuersi Aegyptij ad diuinationes rẽsum accẽperũt, ut i hoc bello auxiliatore uterent Hebrẽo. Vix aũt magnis precibus obtinuerũt a Terimuthe filia Pharaonis, ut exercitui Aegyptiorũ iã parato ducẽ Moysen p̃ponerẽt. Obtinuerũt tũ pri⁹ p̃stitis sacrĩs ne ei nocerẽt. Erat aũt Moyses uir bellicosus, & peritissimus, q̃ fluminis iter tanquã longus p̃termittẽs per terrã duxit exercitũ itinere breuiori, ut incautos, nihilq; tale expectantes Aethiopes præueniret. Sed per loca plena serpentibus iter faciẽs tulit in arcis papyreis super plaustra

B ciconias ægyptias, naturaliter, ut ait Solinus in Polistor. serpẽtibus inimicas, quę rostro per posteriora misso aluũ purgãt. Cũ aũt castrametandũ esset, eas de arcis proferebãt: ut serpentes abigerẽt, & uorarẽt ne exercitui quicquã nocere possent. Sic per nocẽs ubicũq; manendũ esset, securus erat exercitus. Inuẽtos aũt Aethiopes expugnãs inclusit in ciuitatẽ Saba regiam, quã postea Cãbises ex noĩe sororis suæ Meroẽ noĩauit, quamq; quia inexpugnabilis esset, cũ diutius obsedisset, inijecit oculos suos in eum Carbis filia regis Aethiopũ. Et ex pacto ei tradidit ciuitatem, si eã duceret in uxorẽ, qd̃ sic factũ est. Et de hoc dictũ esse quidã autumant, qd̃ habet num. 12. c. rixati sunt Maria, & Aaron cõtra Moysen pp uxorẽ eius Aethiopissam, de quo ibidẽ dictũ est. Cũ aũt Moyses in Aegyptũ redire uellet: & ipsa nec il luc cũ Moyse tendere nec Moysen solũ abire con-

C sentiret, & Moyses redeundi desiderio flagrans tanquã uir peritus astrorũ duas imagines sculpsit in gẽmis huius efficaciæ, ut altera memoriam altera obliuionẽ conferret: æqualibus annulis imprimẽs alterũ uxori tradidit, alterũ sibi ipse seruauit, ut sicut amore pari, sic paribus annulis insignirẽtur. Annulũ aũt memoriæ efficacẽ sibi retinuit, ne unquã eã uxorem suã esse obliuisceretur. Alterũ uero, cuius potẽtia erat obliuionem inducere, uxori tradidit. Quæ cæpit amoris eius obliuisci, & sic libere in Aegyptũ reuersus est. De his Iosephus in libris antiquitatum. Ab hoc loco usq; ad finẽ huius c. nulla gen-

D tium interponitur historia, quæ autem ibi dicuntur his contemporanea sunt, ut quibusdam placet.

De duobus imaginibus Moysi.

22. qõ. 3. c. non inferenda.

In diebus illis postquã creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos, viditq; afflictionem eorum: & virum Ægyptiũ percutientem quẽdam de Hebrẽis fratribus suis: cũque circunspexisset huc atq; illuc, & nullũ adesse vidisset: percussum Ægyptiũ abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebrẽos rixantes: dixitq; ei, qui faciebat iniuriã: Quare percutis proximũ tuũ? Qui respondit: Quis constituit te principẽ, et iudicẽ super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit

De pẽ. di. 2. c. vt cognouerunt.

32. q. 4. ca. nimium. De cõsec. d. 1. cap. 1. Act. 7.

E Moyses, & ait: Quomodo palã factum est verbũ istud? Audiuitq; Pharao sermonem hũc, & quẽrebat occidere Moysen. Qui fugiens de cõspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum. Erant autẽ

A sacerdoti Madian septẽ filiẽ, quæ venerant ad hauriẽdam aquã: & impletis canalibus adaquare cupiebãt greges patris sui. Superuenere pastores, & eiecerunt eas: Surrexitq; Moyses, & defensis puellis adaquauit † oues earũ. Quæ cùm reuertissẽt ad Raguel patrẽ suum: dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Responderunt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquã nobiscum, potumq; dedit ouibus. At ille, Vbi est inquit? Quare dimisistis

B hominem; vocate eum, vt comedat panẽ. Iurauit ergo Moyses q̃ habitaret cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius vxorem: Quæ peperit ei filium, quẽ vocauit Gersan dicẽs: Aduena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multũ ve-

C ro tẽporis mortuus est rex Ægypti; & ingemiscẽtes filij Israel, pp opera vociferati sũt; Ascẽditq; clamor eorũ ad Deum ab operibus; et audiuit gemitũ eorũ, ac recordat⁹ est fęderis, qd̃ pepigit cũ Abraã, Isaac, et Iacob. Et respexit dns filios Israel, & liberauit eos.

Aliastgreges.

De pẽ. di. 2. c. vt cognouerunt.

Apollo Delphic⁹ phitonicæ inuentor claret. Diana virgo claret. Esculapi⁹ medicus claret. Pluto & Neptun⁹ reges clarent.

IN diebus illis. Hic ponitur tertium. s. adulti conuersatio: hoc fuit post bellum factum cõtra Aethiopes, quia post istud factum, quod narrauit hic, modico tempore mãsit Moyses inter Aegyptios. *Egressus ad fratres suos.* idest, post quam fuit magnus uir, motus fuit pietate suorum cognatorum, & to-

D tius populi Israel, ideo uoluit uidere, quõ in laboribus uexarẽtur. Dicitur autẽ egressus ad illos, quia Moyses manebat i urbe regia i palatio regis: labores autẽ Hebrẽorũ erant in alijs locis construendo urbes, et reficiendo alia ẽdificia. Exiuit ergo tunc de ciuitate regia, & iuit ad locum illum, ubi præcipui Hebrẽorum labores erant. Erat Moyses anno rũ quadraginta, quando ista fecit, quia immediate perrexit ad terrã Madian, in qua etiam mansit alijs quadraginta annis, & quando redijt, & intrauit primo ad Pharaonẽ erat annorũ octoginta, ut patet inf. ca. 7. De his habet clare Actũ. c. 7. & satis late, vt ibi recitauit beatus Stephanus. *Vidit afflictionem eorum*, quia vidit eos affligi laboribus irrationabili-

E bus, & compassus fuit eis toto corde, atque opere expleuit quod sequitur. *Et virum Aegyptium percutientem quẽdam de Hebræis.* Iste Hebræus percussus, vt Hebrẽi autumant, fuit maritus Salomith, et habent ex eo quod dicitur Leuitici 24. de viro blasphemo filio mulieris nomine Salomith, quem peperit de viro Aegyptio inter filios Israel. Dicunt ergo, quòd Salomith erat pulchra, quamobrem præpositus vnus Aegyptiorum ex his, qui præerant operibus, exarsit in eam, qui vt eius frueretur concubitu, quadam die valde diluculo, cum adhuc tenebræ essent, vocauit ille præpositus maritum Salomith, fecitque eum tendere ad laborem,

Hebræorum adiuentio.

prępositus autem relinquens illum in opere ad Salomith vxorem eius redijt. quæ cum adhuc tenebrę essent, eum non cognoscens putans esse virum suum, recepit eum, atq; accedēs ad eā genuit virū illum blasphemum, de quo dr̄ in Leuitico. Quo cōperto maritus Salomith ex relatu vxoris Aegyptium īfestabat, ꝙ rē detestabilē operatus esset. Vnde & Aegyptius ex hoc eū durius affligebat. Hoc autē vidēs Moyses accensus corde ob atrocitatē facti captata oportunitate occidit Aegyptium. *Quēdam de Hebræis fratribus suis.* Vocanť Israelitę Hebræi propter duo. primo: quia erant descendentes de linea Heber, vt patet Gen. 11. c. secundo dr̄ Hebręi, quia Heber secundum linguā Hebraicā significat duo, vno modo est nomē ꝓprium: alio modo est ꝑpositio significās idē qđ trans, vel vltra, & hoc quia Israelitę erāt oriundi de trās fluuium Eufratem: sic enim dr̄ Iosue. 24. c. trans fluuium habitauerunt patres vr̄i ab initio Thare, & Nachor. Vnde sicut nos vocamus aliquas gentes transmōtanas, vel cisalpinas, idest citramontanas, ita vocabanť Israelitę Hebræi, & transfluuiales. De hoc latius diceť. inf. 21. c. *Fatribus suis.* Vocat fratres largo modo ꝓ oībus, qui sunt ab eodē populo geniti, & sic oēs Iudęi vocanť inter se fratres. sic patet. inf. 21. c. Vbi dr̄. Si emeris seruum Hebræum, q frater tuus est; non distinguit ibi magis de vna tribu q̄ de alia: sed oēs indifferēter vocat fratres. Non erat autē iste Hebræus, qui affligebať, de familia, aut tribu Leui, de qua erat oriundus Moyses, qa Salomith vxor istius erat de tribu Dan, vt patet Leui. 24. c. Verisimile ergo erat hunc fuisse de tribu Dā: quia Hebræi semper habuerunt istā cōsuetudinē ēt ante legē datā, vt acciperēt vxores de stirpe sua, vt patet in Abrahā: & in Abrahæ filio Isaac, & in Iacob: postremo autē in Amrā patre Moysi, q oēs acceperunt vxores de mulieribus valde coniunctis lege cōsanguinitatis. *Cumq; circunspexisset huc atque illuc.* Videns Moyses ꝙ iste merebatur mortē, & ꝙ ipse iuste eā infligere poterat, voluit infligere. Sed timens ꝙ si Aegyptij scirent, vergeret in periculum capitis Moysi, habuit circa hoc diligētiā quantā potuit captata oportunitate loci ad occisionē. *Nullūque adesse vidisset.* Qui huius rei testis, aut publicator esse posset, ꝑter illū Hebreū, qui affligebatur, corā quo nō timuit Moyses occidere Aegyptium: qa satis credidit illum nunq̄ dicturum, cum in fauorē eius ista fecisset. Ex hoc apparet ꝙ Moyses solus atq; incomitatus de regis aula recesserat, quia alijs comites eius factum viderent atq; ꝓpalarent. Etiā patet qa nullus de Aegyptijs, vel Hebręis in loco illo aderat: qa pari modo Moyses Hebræos huius facti conscios esse sicut Aegyptios formidabat. *Percussum Aegyptium abscondit in sabulo.* Idest percussit, vel occidit Aegyptium, & abscondit in sabulo idest arena. Est enim Aegyptus terra multū arenosa: & hoc generale est in oībus terris, quorum appropinquatio est versus ęquinoctialem, quia ibi nimius calor solis terram solidam, & glebosam in viuas resoluit arenas Sic est in Libya, sic ī tota Aphrica, maxime autem in extremis montibus interioris Aethiopię, vbi terra nulla est, qualiter nos terrā appellare consueuimus: sed viuę, & ardentes arenę omnium animalium habitationem excludunt, præcipue hominum, qui in puris arenis vitam nulla possent conditione protrahere. Ibi tamen serpentum atque draconum copiosissima sunt habitacula, qui pro eo quod frigidissimæ sunt naturæ, calidissimum orbem inhabitant, vt ait Solinus in Polistor. c. de Aphrica, & capitulo de Aethiopia.

Israelitę quare vocētur Hebræi.

Fratres dicuntur q sūt ab eodē populo geniti.

An Moyses peccauerit occidendo Aegyptium.

Quæst. 6.

SEd quæretur, qūo Moyses propria auctoritate Aegyptium illum occidit: quia ad occidendum aliquē iuste, dum tñ nō fit indefensionē, nō solum requiritur scelus mortis promeritorium, sed ēt auctoritas iudicantis, qui talē possit pęnam infligere.

Secundū.

Item dato ꝙ Moyses fuisset iudex, tñ videbatur iniuste punire, cùm pro sola percussione, quæ erat ad incitandum in opere, dato quòd iniuste fieret, non debuisset mortis pœnam infligere.

Tertium.

Item dato quòd aliud crimen maius obijcereť, tñ ad executionē, & prolationē sententiæ capitalis oportebat causam diligenter examinari: quia vita vnius hominis non paruipendenda est.

Quartū.

Item ꝙ Moyses non ageret vt iudex satis patet, qa iudex publice profert sententiā, & executioni demādat. Moyses autē tanq̄ male agens a nullo videri volebat: ideoq; circunspexit vtrum quisquam astaret, qui huiusmodi rei conscius esse posset, veluti malum perpetrans, & lucem exosus in abscondito tenebrarum loco hoc confecit.

Responsio.

Moyses iuste occidit Aegyptium.

Ad hæc respondetur, quòd Moyses iuste occidit Aegyptiū, & ꝓ causa iusta, & iusto ordine, & ꝓcessu: qa nō esset de tāto viro, q sic cōtinue cū Deo facie ad faciē loquebať ꝑsumēdū, vt qcq̄ iniustū, aut ī ordinata passione agēre mouisset: sed qcquid gestū est, vt decuit factū fuisse opinari, rōni ꝯsentaneū est.

Ad primum.

Ad primū qñ arguis, ꝙ Moyses huiusmodi pęnā īiuste inflixerit: qa iudiciaria auctoritate carebat: rñdeť, ꝙ licèt ꝑ hoīes iudex cōstitutus nō esset, erat tñ a Deo ad hoc missus, & potestas ei tradita: ideo licèt alijs nō cōstaret, cū tñ ipse hoc verū esse cognosceret, Deo sic in mēte eius dictāte, satis erat actus licitus, cū cōtra cōscientiā nō esset. Qui ergo liberator Israelitici populi a Deo cōstitutus erat, auctoritatē vindicandi iniurias illi populo factas habebat: sed ille Aegyptius iniuste ꝑmebat Hebreū, idcirco quātū ad hoc rōne delicti efficiebať de foro eius. Et hoc ītelligebat Moyses putās se à Deo missū ad liberationē populi sui: & qñ ascēdit ad vidēdū afflictionē populi sui, Deo monēte cor eius factū fuit: sic declarat late beatus Stephanus, vt patet Actuū. 7. c. dicēs. Cū aūt impleret tēpus quadraginta annorū, ascēdit in cor eius, vt visitaret fratres suos filios Israel. Et cum vidisset quendā iniuriā patientē: vindicauit illum, & fecit vltionē ei, qui iniuriam intulerat ꝑcusso Aegyptio: existimabat autem intelligere fratres, qm̄ Deus ꝑ ipsius manum daret salutem illis. At illi nō intellexerūt: idest ꝙ Moyses cognoscebat se missum a Deo ad liberādum Israel, & ita exequebať punitiones q̄madmodū liberator. Existimabat ergo ꝙ alij Hebręi in hoc intelligerent eū liberatorē eorum, tñ ipsi non intelligebant: sed solū putabāt eum facere hoc ex quodā amore, vel zelo eorum. Erat ergo Moyses iudex, & liberator Israelitarum, qui in hac parte hāc, & quamlibet aliā punitionem licite poterat cuilibet peccanti infligere.

Ad secundum.

Ad sm̄ qñ arguiť, ꝙ licèt esset Moyses iudex, tñ ista pœna iniuste inflicta est mortē ferēdo ꝓ simplici ꝑcussione. Respōdetur ꝙ Moyses puniuit Aegyptiū non solū pro percussione, sed magis pro adulterio, qđ sic dolose cōmisisset, qđ vitium capite plectēdū est maxime apud Aegyptios, qui maius malū adulterium quā homicidium reputabāt. Vnde melius putabant esse virum occidere, vt vxore fruerētur, quā viuēte viro ad eā carnaliter accedere, sicut declarauimus Gen. 12. ca. vbi dicitur: Dicturi sunt Aegyptij

Aegyptij vxor eius est: & te seruabunt, me autem occident.

Ad Tertium.

Ad tertium quando dicitur ꝙ non conuenienter stat, quòd dicatur Moysen eū puniuisse ꝓ adulterio: quia tunc oportebat ꝙ accusaretur, & probaretur illud crimen aduersus illum: quia aliàs nō debebat condemnari. Respondetur ꝙ in notorijs nō est necesse seruari ordinem iudiciarium secūdum quòd iura humana volunt: quia non oportebat testes induci. Hoc autem crimē adulterij iam notoriū erat Moysi ꝑ cōfessionē Aegyptij: quia qñ maritus Salomith īcreparet Aegyptiū, quod accessisset ad vxorē suā: Aegyptius ille cōfitebatur, & ex hoc insultabat Hebræo: quia nō putabat ex hoc sibi malū aliquod euenturū. Moyses hoc cognito occidit Aegyptium. Nec seruabatur hic totalis ordo iuris, quia secundū iura humana ēt in notorijs oportet proferri sententiā: sed Moyses non protulit aliquā sentētiā, sed ipse per scipsum occidit, ratio est: quia Moyses nō solū erat Iudex filiorū Israel, sed etiam erat Dux, vel liberator, quod importat quādā violentam operationem expugnatiuam: non ergo cōpetebat Moysi solum, vt Iudici sententiam concipere & proferre: sed etiam cognita iusta causa tāquam Dux iudicans, & inferēs iustum bellum qualitercunq; posset reos occidere.

Ad quartum.

Ad quartū qñ confirmať, ꝙ Moyses nō egit hoc vt iudex: quia iudex publice sentētiat: Moyses aūt quæsiuit locū, in quo nullus videret tanq̄ in tenebris aliquid malū operans. Respōdetur ꝙ Moyses iudex erat a Deo positus, sed quia de ista potestate iudiciaria collata a Deo Aegyptijs nihil cōstabat, imo nec Hebræis, vt patet Act. 7. ca. nolebat in publico hoc exequi: quia sciebat sibi immediatè obsistendum: imo dato ꝙ Aegyptij scirent ꝙ Deus misisset eum, non curarent: sic patet infra c. 5. qñ stetit Moyses corā Pharaone petens ex mandato Dei, vt dimitteret Israel ad sacrificādū in desertū: & respōdit Pharao: Quis est Dn̄s vt audiam vocem eius, & dimittā Israel. Nescio Dn̄m, & Israel non dimittā. Sic ēt fit nunc secūdum iura humana: quia si iudex timeat aliquos viros potentes obstituros executioni sententiæ, si in publico fiat, vt puta in occisione malefactorū: iudices tunc in secretò pronūciāt in domibus suis, vel aliàs, & ibi sententias executioni demandant. Istum ergo modum iudicādi atq; vindicandi tenuit Moyses quousque omnibus Iudæis notum factum est, quòd Deus eum misisset.

Et egreßus die altero. Quando ista faciebat Moyses erat annorū quadraginta, vt patet Act. 7. cap. & postea recedens in terrā Madiā māsit ibi alijs quadraginta annis, vt patet Act. 7. & hoc apparet in anno, quo venit Moyses de terra Madiā stetit coram Pharaone: quia tūc erat annorū octoginta, vt patet in 7. ca. *Die altero.* Vtrum iste dies alter esset immediate post diem, in quo percussit Aegyptium, aut post per aliquos dies non constat in litera: sed Act. 7. ca. dicitur quòd egressus fuit die sequenti. *Egreßus.* scilicet quia die illo, quo occidit Aegyptiū redijt ad vrbem regiam, vel ad aliquem alium locū, in quo hospitabatur. *Conspexit duos Hebræos.* Iudæi dicunt istos duos fuisse Dathā, & Abirō: et hoc nō patet ex aliquo loco, sed ipsi coniiciūt: quia sicut isti duo repugnauerūt hic, ita repugnabāt ei postea ī deserto, vt patet Nu. 16. c. nolentes Moysen esse iudicē sup se, sicut hic dixerūt; qs te cōstituit iudicē inter nos. *Dixit ei qui faciebat iniuriam.* In hoc notať ordo iudicialis, quē aliqualiter tenebat ꝓ tunc Moyses inter Iudæos: quia primo cōspexit quis eorū iustā, iniustā ue litē foueret: & hoc ex verbis eorū cognito,

Iudæorū adinuētio.

quia nōdū tm̄ processerāt in malo, vt quispiā eorū corporalē pœnā incurrisset, charitatiue admonuit iniuriantē vt a malo cępto discederet. *Quare percutis proximum tuum?* i. nullā iustā causam habes, vt debeas ꝑcutere proximū tuū. s. Hebræū? *Qui respondit: quis te constituit.* Ille q iniuriā patiebať videns ꝓ se bñ sn̄ari, nō reclamauit, alius aūt qui iniuriā īferebat sentiēs malæ volūtatis suæ intercludi propositū superbiēs eū vt iudicē recusauit. *Principē & Iudicē.* Ista duo posuit quia mādare, vel vetare quēadmodum Moyses faciebat, ad iudices solos, vel principes ꝑtinet. *Super nos.* quasi dicat; Tu nō potes mandare nobis aliquid nisi sis princeps, aut iudex nr̄: sed neutrū horū potes habere, nisi aliquis id tibi tribuerit: q̄riť ergo qs tibi tribuit: sed nullus tibi tribuit, ergo non potes nobis aliquid imperare. *Nuquid occidere me vis?* Quia iste aut vidit, aut sciuit ab aliquo quid heri egisset Moyses Aegyptio, quia affligebat aliū, iō timuit, ꝙ eū ēt vellet occidere, sicut Aegyptiū occiderat: *sicut occidisti heri Aegyptium.* Rab. Salo. dicit ꝙ Moyses occiderat Aegyptiū proferendo sup eū nomē Dn̄i Tetragrāmatō, quod Iudęi vocāt semenameforas: & hoc dicūt sciuisse Moysen: & hoc modo putabat ille Hebreus, ꝙ vellet eū occidere. Sed hoc falsum est, quia si Moyses sola prolatione diuini noīs Aegyptiū occidisset, nō respexisset huc atq; illuc: vt videret si quisq̄ esset huius rei testis: qa dato ꝙ ibi essent mille, & Aegyptius perijsset, sine aliquo vulnere Moyse nō tāgente eū, nullus putaret Moysen occidisse illū, nec oportebat ad hoc inq̄ri locorū oportunitatem: quia vbiq; erat locus occidēdi taliter. Itē si Moyses taliter occidisset, Aegyptius ille aut igne cęlesti, aut aliqua punitione desuper, vel sine vulnere aliquo cecidisset: quocūq; aūt horū dato nō oportebat eū sepeliri sub arena, sed insepultū relinquere: quia satis pateret ꝙ ipse ꝑ se nullo alio agēte cōcidisset. Itē qa cū tūc nullus posset cognoscere, qs occidisset eū; nullus diceret Pharaoni Moysen occidisse illū: sed dictū est Pharaoni Moysen occidisse vnū de Aegyptijs, vt patet infra: ergo nō occidit sic, sed totaliter ꝑcutiēdo gladio, aut lapide, vel ligno. *Timuit Moyses.* Quia cū cognouit ꝙ aliquis huius rei cōscius erat, credidit ꝙ cito veniret ad aures Pharaonis, q eū occideret, & sic factū est: qa cū cognouit id Pharao, voluit occidere eū. *Et ait, qūo palā factū est verbū istud?* Admiratus fuit in hoc Moyses: qa qñ ipse occidit Aegyptiū circūspexit huc atq; illuc, & neminē vidit. Ex hoc ēt vr̄, ꝙ null' de Hebręis viderat ꝑter illū, cū quo rixabať Aegyptius: qa qñ nūc ille Hebreus dixit, ꝙ Moyses occiderat Aegyptiū miratus est: si autē ipse fecisset corā Hebræis absētibus Aegyptijs, nō miratus fuisset ꝙ postea iste Hebreus hoc ei dixisset. *Verbū istud.* i. istud factū vocat verbū occisionem Aegyptij. Sic enim sępe est modus loquendi sacræ scripturę s̄m modos loquendi antiquorū res ipsas enunciabiles verba nūcupare. sic patet. 2. Reg. 1. ca. vbi q̄siuit Dauid, qđ est verbū, qđ factū est ī castris Israel. i. qs euētus fuit in castris. *Audiuitq; Pharao sermonē hunc.* Hic poniť qualiter se habuit Moyses in aduersitate. *Audiuitq; Pharao.* Quia ꝑuenit ad aures eius ꝑ famā: vel qa aliquis de Iudæis, q erat maliuolus Moysi retulit hoc regi. *Et quærebat occidere Moysen.* Quia nunc Pharao vidēs ꝙ Moyses in defensionem hebræorū Aegyptios occidebat, credidit qđ dictum fuerat a sacerdote Eliopoleos, quādo fuit Moyses in infantia portatus coram Pharaone, & confregit coronā eius: voluitq; eum sacerdos ille trucidare tanq̄ Aegypti futurum destructorē. Rex aūt tunc eum liberauit, de quibus Iosephus libro primo antiqui-

Quæst. 7.

An Moyses Aegyptiū occiderit vulnere, vel noīe Dei tetragrammaton.

tatũ. Nunc autẽ ꝗa videbat verba, factis cõprobari voluit occidere eũ, nec tñ ideo putandum est ꝙ iste fuerit rex Pharao, cuius coronam confregit Moyses, quia cũ Moyses nũc esset annorũ quadraginta, patet Act. 7. c. & illud factũ fuisset, quando Moyses erat valde infans, transierant iã a tempore illo quasi quadraginta anni. Sed nõ est credendũ. ꝙ aliquis de illis regibus tantũ regnauerit: quia in descriptionibus temporũ, in quibus ponũtur reges Aegypti, secundum Iosephum, & alios cronographos nullus de istis reperitur, q̃ regnaret vltra annos triginta, maxime quia iste Pharao, cuius coronã Moyses cõfregit, illo tẽpore iam regnauerat forte per decẽ annos, aut plures: quia iste fuit, qui incepit affligere Iudæos operibus duris mergendo eorũ infantes in flumine, & mandãdo obstetricibus, vt masculos Iudæorũ in ipsa alui effusione necarent. Dictus fuit autẽ Armonophis. Etiã quia eo tẽpore, quo Moyses cõfregit coronã, debuisset esse ętatis prouectę, quia tantam filiã habebat, quæ Moysen adoptaret. Dicendum tñ est: ꝙ id dictũ sacerdotis Eliopoleos, & aliorũ sacerdotũ augurantium, & coronæ confractio non solũ ab ipso Pharaone, sub quo gestũ fuit, sed etiã ab aliquibus sequentibus consideratũ est: ideo ipsi persequebantur Moysen. Et patet hoc quia illi, qui quærebant animã Moysi mortui sunt paulo antequã mitteretur ipse a Deo de terra Madiã, vt patet infra in litera: sed Moyses venit de terra illa anno octogesimo vitæ suæ, ergo vĩ, ꝙ nõ solũ ille rex, sub quo natus fuit Moyses, & cuius coronã confegit, vel etiam immediate sequens, sed etiã omnes alij, qui duraueruntper illos annos octoginta, vsquequo venit Moyses in Aegyptũ, persequebãtur Moysen, & cognouerãt atq; notauerãt istud factũ. *Qui fugiens de conspectu eius.* i. fugiens ne Pharao videret eum. Iudæi autem ponunt quẽdam modũ miraculosum, p̃ quẽ Moyses fugerit, Dicunt enim ꝙ ad mandatũ regis Moyses corã eo ductus est, & decapitari iussus. Moyses autẽ confidenter locutus est se iustè Aegyptiũ occidisse. Qd̃ vĩ Apostolus innuere ad Hebrę. 11. c. dicẽs: Non est veritus animositatẽ regis. Tunc cũ poneretur Moyses, vt decapitaretur spiculator aurisia percussus est. i. quodã genere cæcitatis, quo aliqui vident omnia alia præsentia sibi præter id qd̃ præ oculis est: & illud qd̃ videre desiderat, minime videt, vt ait Aug. de Ciuit. Dei lib. 22. de quo Gen. 19. c. diximus: nõ potuit ergo videre speculator Moysen, nec aliquis de alijs præter Pharaonẽ, qui ita stupidus factus est: vt non potuerit dicere seruis suis, ꝙ Moysen apprehenderent, & tunc est sensus. *Fugiens de conspectu Pharaonis.* i. ꝙ Moyses steterit in conspectu Pharaonis positus ad decapitandũ, sed recessit eo videntę, & retinere non potente. *Moratus est in terra Madian.* Terra Madian non est de terra Aegypti, vt patet inf. cũ filiæ sacerdotis Madian dixerunt ei: vir Aegyptius liberauit nos Si autẽ ipsę fuissent in terra Aegypti, non vocauissẽt Moysen virũ Aegyptiũ, quasi per hoc discretionẽ, & cognitionẽ demonstrantes. Est autẽ terra Madiã denominata a quodã filio Abrahę de Cethura nomine Madian, vt patet Gen. 25. c. Et erat terra ista propinquior terrę promissionis quã Aegyptus: est autẽ in quadã parte deserti circa Arabiã, per quam venerũt Iudæi de Aegypto, & patet inf. 3. c. quia ipsa est conuicina monti Sinai, in quo tunc pascebat gregẽ Iethro. Moyses postea autẽ in exitu de Aegypto transiuit per illum montẽ, & ibi fuit data lex, vt patet inf. 19. & 20. c. *Et sedit iuxta puteum.* Hic est ordo mutatus, quoniam prius Moyses vt aduena nesciens ad quẽ locum ipse deberet ire, sedit apud puteum, & postea liberatis filiabus sacerdotis Madiã, & inito pacto cum patre earũ moratus fuit in terra illa. *Sedit iuxta puteum.* Ille puteus erat in agris ad adaquãdos greges, sicut patet Gen. 29. de puteo Mesopotamię. Satis verisimile est, ꝙ Moyses qui vir tã sanctus erat, & quẽ Deus ad tantã celsitudinem dispositerat, orauerit Deum, vt dirigeret iter eius, & Deus oratus posuerit ei in mente, vt sederet apud puteũ: ꝗa ibi habiturus esset ea, q̃ ei necessaria erãt. *Erant sacerdoti.* Supra descripta fuit Moysi fugientis tribulatio, hic consequẽter ponit eiusdẽ consolatio. Et hoc dupliciter, primo ĩ eius grata susceptione: secũdo in hostis populi sui morte ibi. *Post multum autem. Erant sacerdoti Madiã septem filiæ.* Andreas dicit, ꝙ accipitur hic sacerdos. i. princeps. Et sic dicitur. 2. Reg. 8. c. ꝙ filij Dauid erant sacerdotes. i. principes, vel maiores: vel accipitur proprie sacerdos ministro Dei, vel dęmoniorum.

Pharao ꝙ persecutus est Moysen non fuit ille cuius coronã fregit in infantia.

Iudæorũ inuentio.

Madiã terra vbi, & a quo denominat.

Et dicunt quidam Iudęi, ꝙ iste erat vnus de tribus consiliarijs, quorum vnum dicunt fuisse Iob, alium Balaam ariolum, & istud dicũt tertium. Volunt etiam ꝙ ex eo, quod iste coleret verum Deũ, & consuleret pœnas non debere infligi Iudæis, a Pharaone relegatus est. Horum autem motiuum est: quia Moyses declinauit ad hunc quasi esset suorum contribulium adiutor. Sed ista falsa, & friuola sunt: quia Iob non potuit esse consiliarius regis huius, cum fuerit ante, vt sup. declarauimus Gen. 36. c. & super prologum, qui est epistola ad Paulinum. c. 8. & Gen. 22. c. Etiã quia ipse erat rex in terra Idumeorum: quomodo ergo veniret, vt esset consiliarius regis Aegypti. Item quia Iob erat vir valde iustus, vt patet in toto libro suo, non est verum, aut verisimile ꝙ tam atrocia scelera in Iudæos expleri mandaret. Item quia Iudæi auctore Moyse recipiunt librum eius: sed si ipse fuisset talią contra eos consiliãs, & idolis seruiens, non recepissent ipsi librum eius. Item de Balaam ariolo non est verisimile, quia ipse habitabat in Haran in montibus oriẽtalis partis, vt patet Nume. 22. & 23. c. scilicet apud Mesopotamiam, quæ valde distat a terra Aegypti: non est ergo multum credẽdum, ꝙ ipse veniret in Aegyptum, vt esset consiliarius Regis Pharaonis: maxime quia in terra sua inter Reges Madian, & Moab erat multum honoratus, vt patet Nume. 22. c. vbi Balach Rex Moab loquitur ad Balaã dicens: Veni & maledic populo huic &c. Noui enim ꝙ benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledictum congesseris. Item quia Balaam multũ iuuenis esset tempore isto, quo isti ponũt eum fuisse consiliarium Regis Pharaonis, ita ꝙ illa ætas nõdum erat totaliter apta cõsilio: quia inter tempus istud in quo ista consilia de infligendis malis in populo Israel, & tempus, in quo ipse venit de terra Haran ad Regem Moab, vt patet Nu. 22. c. transierunt anni plures q̃ cẽtum viginti: quod patet, quia illa mala consilia, vt de mergendis paruulis, & occidendis fuerunt data ante natiuitatem Moysi, vt patet pręceden. c. sed Moyses vixit annis 120. vt patet Deut. 31. ca. & in anno, quo ipse mortuus est, venit Balaã de Harã in terrã Moabitarũ ad consulendũ contra Hebræos, ergo trãsierant plures q̃ centũ, & viginti anni, in quibus continue ipse erat ætatis dispositę ad consulẽdum. Quod est absurdum, & impossibile, maxime quia tempore, quo ipse venit ad Regem Moabitarum, non debuisset esse valde senex, cũ ipse tantũ iter super Asinã ambulare posset, & tã fortiter Asinã verberare, vt patet Nu. 22. c. Antecedens patet, quia ætas cõgrua ad cõsulendũ, maxime in factis Regalib. quæ ardua sunt, est senectus.

Quæst. 8. Tres consiliarios Pharaonis fuisse qdã opinati sunt & qui fuerint.

ctus. Dum adhuc aliquis iuuenis est, vel solum vir nondum maturuit: ꝙ ergo aliquis pluribus q̃ centum & viginti annis duraret in senectute tẽpore illo, absurdũ est: quia ad hoc requirebat eum vixisse pluribus q̃ ducentis annis, qd̃ nullĩ hoĩ post Thare patrẽ Abrahæ legit cõtigisse: si tota descriptio annorũ in libris sacrę scripturæ requiratur. Qd̃ autẽ dicunt istum sacerdotẽ Madian esse sacerdotem Dei veri, falsũ est: quia ille erat sacerdos terræ Madian, quasi princeps aliorum sacerdotum: sed Madianitæ non colebant Deum verum, ergo ille sacerdos non immolabat Deo vero, sed idolis. Fundamentum autẽ horum qd̃ habet inf. 18. c. potius est contra eos, scilicet, ꝙ cum venisset Ietro sacerdos Madian socer Moysi ad eum, dixit: Benedictus Dñs, qui liberauit vos de manu Aegyptiorũ, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suũ de manu Aegypti. In is verbis Iethro laudat, & benedicit Deum verũ, ergo videt, ꝙ ipse colebat eũ. Sic enim cõcludunt. Sed textus, qui sequit repugnat, cũ dĩ; Nunc cognoui, ꝙ magnus Dñs sup oẽs Deos: quasi dicat, ꝙ ante nõ cognoscebat Iethro Dei potẽtiã, nec putabat eum venerãdum esse sup alios Deos. Ergo tẽporibus p̃cedẽtibus nõ cognoscebat Deũ Hebræorum, Deum verum esse, qd̃ necessariũ erat ad hoc, ꝙ esset sacerdos eius. *Quæ venerunt ad hauriendum aquam.* Honorabilis occupatio erat tpe illo pascere greges: qd̃ patet, quia Abrahã, & Isaac, & Iacob, filij q; sui, & Laban cum filiabus suis, qui viri potẽtes, & diuites valde erãt, occupabant in pastu pecorum: & sic licẽt pr̃ istarum puellarum vir honoratus esset, tñ filiæ suæ nõ dedignabant pascere gregẽ. Sic ẽt patet de Rachele, quę erat filia Laban viri honorabilis, tñ pascebat gregem, vt patet Gen. 29. ca. *Venerunt ergo istę puellæ ad hauriendum aquã.* Pro gregibus. *Et impletis canalibus.* Quia istę puellæ nõ poterant resistere viris pastoribus volentibus adaquare: ipsę primo ibãt, vt nullus eas occuparet, & haurientes aquã canales implebãt. Impletis autẽ canalibus veniebãt pastores, & nõ p̃mittebant eas adaquare gregẽ suum vsq; ad vltimum, & sic cogebãtur bis implere canales, qd̃ patet cum sequit. *Cupiebant adaquare gregẽ patris sui.* Quasi dicat. Impletis canalibus adhuc cupiebãt adaquare gregẽ suum, donec alij adaquarẽt, et sic impletis canalibus adhuc cupiebãt adaquare gregẽ. Si autẽ impletis canalibus mox adaquãdi gregẽ eis potestas esset, nõ diceret, ꝙ impletis canalibus cupiebant adaquare gregẽ: sed ꝙ adaquabant: qm̃ qui cupit nõdum fruit cõcupito. *Superuenerunt pastores, & eiecerunt eas.* Quæ erant volentes adaquare gregẽ impletis canalibus. *Surrexitq; Moyses, & defensis puellis.* A molestijs, quas inferebãt eis pastores: vilis cõditionis, & abiecti animi est in fœminã velle cõtendere, quæ infirmioris sexus est, nec viro resistere potest. Moyses autẽ, qui erat vrbanus vir, & cordis generosi, quippe qui inter vrbanos viros in aula regia enutritus fuerat, puellis condolens, & pastorum iratus vilitati surrexit, vt eas defenderet auctoritate obiecta periculis. Et licẽt Moyses esset vnus, & pastores essent multi, ita reuerendus erat, & elegantis formæ, & diserti eloquij, vt eo insurgente omnes tanquam Domino cesserint. *Adaquauit oues earum.* Idest fecit oues accedere ad canales, vt ibi adaquarentur. *Quæ cum reuertissent.* Idest reuersæ fuissent, est grammatica antiqua. *Ad patrem suũ Raguel.* Aliqui dicunt, ꝙ ponit hic pater pro auo: quia Raguel non erat pater earum, sed auus: quia inf. 18. ca. socer Moysi vocatur Iethro & non Raguel. Sed hoc non videt bene dictum: quia cum isto eodem Raguele habitauit, vt patet immediate, & iste dedit ei filiã suam Sephoram vnam de puellis illis, ergo iste erat socer Moysi. Constat autem, ꝙ Moyses habitauit cum socero suo, & non cum socero sui patre: quia quando venire debuit in Aegyptum, petiuit licentiam a socero suo, vt patet inf. 4. c. non ab alio. Videt ergo magis dicendum, ꝙ iste qui dicitur Iethro vocatur etiam Raguel: quia multa nomina habet. Primo enim vocatur Raguel, vt patet hic. Secundo vocatur Iethro, vt pater inf. 4. c. & inf. 18. Tertio vocatur Hobab, siue Houaph secundum Hebręos, vt patet Nume. 10. ca. vocatur etiã Cinæus, vt patet iudi. 4 ca. Quidã Iudæi dicunt, ꝙ aliqua nomina istorum ei a casu imposita fuerunt, scilicet Iethro, qd̃ interpretatur adijciens: quia propter ipsum additum fuit vnum caput in lege, scilicet de ordinatione tribunorum, cẽtutionum, quinquagenariorum, atque decanorum. De quo inf. 18. Vocatur autẽ Hobab i. amans: quia legem Dei amauit conuersus ad Iudaismum, vt innuitur. inf. 18. cap. Hoc tñ non obstante verum est ꝙ pater Iethro, qui erat auus istarum puellarum vocabat Raguel, vt patet Nume. 10. vbi dixit Hobab Moysi filio Raguel Madianitidi cognato suo. Hic tamen nõ accipitur Raguel pro auo, sed pro patre. *Cur velocius venistis solito?* Miratus fuit pater: quia alijs diebus sero veniebãt de pastu ouium, nunc autem valde cito. *Vir Aegyptius.* Istę mulieres non erant Aegyptię, quia Madian nõ est in terra Aegyptĩ, ideo vocabãt Moysen virum Aegyptium ad quandã discretionẽ. Cognouerunt autem istę puellæ Moysen esse Aegyptium, quia terra ista erat confinis Aegypto, & cognoscebant istę gentes aliquid de lingua Aegyptiaca. Moyses autem aliquid de lingua Aegyptiaca quã Hebręa loquebat, ex quo facile cognitum fuit eum Aegyptium virum esse. *Liberauit nos de manu pastorum.* Qui arcebant nos a carnalibus aquarum ne adaquaremus greges. *Insuper hausit aquam nobiscum.* Idest iuuit nos ad hauriendum aquam. Hic mutatur ordo, scilicet quia prius Moyses iuuit eas ad hauriendum aquã quam defenderet eas a pastoribus: quia defensio fuit in adaquatione pecorũ: nam impletis canalibus, superuenerunt pastores, qui arcerent eas, sicut cõsueuerant ab adaquatione pecorum. *At ille: vbi est, inquit?* Videns enim Iethro, ꝙ magnum bonũ homo incognitus filiabus suis fecisset, q̃ fuit eũ tanquam gratias acturus, vel aliquid simile tributurus. *Quare dimisistis hominem.* Idest cum tñ bonũ vobis fecisset, quare sic eum reliquistis, vt non potius adduceretis eum vobiscum ad ministrandum ei aliquod solatium. *Vocate eũ, vt comedat panem.* Idest vt cęnet nobiscum Nomine panis omnia cibaria quotcunq; sunt ĩtelligunt, vt patet 4 Regum. 6. ca. vbi nomine panis apponitur magna ciborũ præparatio. Moyses autem licẽt in palatio reginæ, & Pharaonis delicate nutritus foret, tñ ciborum ĩediam virtute tollerantiæ superabat, vt ait Iosephus, & hoc fuit maxime in itinere de Aegypto in terram Madian, qd̃ satis desertũ atq; cibis carens erat. *Iurauit ergo Moyses, vt habitaret cum eo.* Idest cum Iethro. Hic subijcientur alia, quę scriptura exprimere nõ vult: quæ ex superioribus satis intelligi dantur, scilicet quomodo vocatus fuerit Moyses, & quomodo comederit cum Iethro: deinde interpositis alijs verbis locuti sunt, vtrum Moyses vellet habitare cum Iethro, quod cõsensit Moyses, & tunc Iethro promisit se daturum ei filiam suam Sephorã maiorem, si tamen cum eo manere vellet, & loco eius, quod

Tpe antiquo filiæ magnorũ virorũ pascebant greges.

Vilis animi est cõtẽdere cũ fęmina.

Raguel an fuerit patet vxoris Moysen.

Iosephꝰ.

quod dare debebat Moyses ad sustentanda onera
matrimonij recepit Iethro seruitiũ eius, sicut La-
ban promisit se daturum Iacob filiam suã Rache-
lem, si seruiret eis annis septem, vt patet Gen. 29. c.
Sed in hoc magna differentia fuit: quia Laban no-
luit tradere filiam suam Rachelem, donec Iacob
seruiret ei annis septem, Iethro ante seruitium de-
dit Moysi filiam suam: sed vt ipse securus esset fe-
cit iurare Moysen, vt habitaret cum eo, idest vt nõ
recederet ab eo immediate, vt accepisset filiã eius,
& tunc Moyses iurauit, ꝙ habitaret cum eo, idest,
ꝙ non recederet ab eo sine licẽtia eius: signũ huius
est, quia inf 4. cap. post multos annos, quando Deus
mandauit Moysi redire in Aegyptum, petiuit licẽ
tiam redeundi a socero suo Iethro. *Accepitq; Sepho-
ram filiam eius.* Vtrum aũt ista fuerit maior illarum
septem puellarũ, certũ non est: sed satis videtur, ꝙ
fuerit maior, quia mos fuit antiquorum primoge
nitas, & maiores filias primo nuptui tradere, sicut
patet Gen. 29. cap. in responsione Laban ad Iacob.
Quę peperit ei filium. Non videtur ꝙ immediate ge-
nuit Moyses filium, quia tempore quo venit Moy-
ses in terram Madian vsquequo in Aegyptum re-
uersus est, fluxerũt anni quadraginta quia Moyses
Moyses nõ habuit filios ĩmediate post q̃ venit in terrã Madian.
erat annorũ quadraginta quando interfecit Aegy
ptiũ, & fugit inde in terrã Madian, vt patet Actuũ.
7. & postea fluxerũt alij quadraginta anni, vsque-
quo Deus apparuit Moysi in monte Synai: & man
dauit ei regredi in Aegyptum, vt patet eodem. c. Si
ergo Moyses immediate genuisset, vt iuit in terrã
Madian: primogenitus eorũ esset annorum qua-
draginta vel fere quãdo redijsset in Aegyptum: sed
inf. ca. significaẽ quõ redeunte Moyse in Aegyptũ
filij eius erant parui, quasi nõ poterant ꝑ se ambu-
lare, cum dicaẽ ꝙ Moyses imposuit eos sup asinũ.
Dicendum est ergo ꝙ Moyses genuit paulo anteq̃
rediret in Aegyptum. *Quem vocauit Gersen.* Causa
huius impositionis immediate patet. *Aduena fui in
terra aliena.* Scilicet terra Madian, quæ erat aliena,
cum non fuisset ibi natus Moyses, sed venisset ad
habitandum fugiendo a facie Pharaonis. Ista est ra
tio deriuationis huius partis: quia ĩ Hebræo, guer,
siue, gur, interpretatur peregrinus. Alium quoque
peperit: non debuit esse magna distantia cõceptus
inter vnum, & alterum, quia quãdo Moyses reuer
sus fuit in Aegyptum ambo erant ita parui, ꝙ im-
positi fuerunt super asinum, quasi non potẽtes am
bulare. Si aũt magna distantia tẽporũ fuisset inter
vnum & alterum, dato ꝙ vnus non potuisset am-
bulare alius posset, sed neuter tunc poterat. *Quem
vocauit Eliezer.* Causam huius subdit dicens. *Deus pa
tris mei adiutor meus eripuit me.* Iste fuit mos omnium
antiquorum sanctorum semper inuocare Deum
patrum suorum. Licẽt idẽ esset Deus illis, & patri-
bus suis; quando tñ aliquod bonum a Deo recipie
bant, nõ nominabant eum Deum suũ sed Deũ pa-
tris sui, idest ꝙ ista, quæ a Deo recipiunt non meri-
tis suis, sed patrum suorum suscipiunt, qđ ad vere
humiles pertinet, scilicet sua merita tanq̃ nihilum
apreciari. Deriuatio autem huius nominis est com
positio duorum nominum Hebræorũ: & transfor
matio eorum, vt plura signantia sint: & componiẽ
de, el, quod significat Deum, &, ezra, quod adiuto-
rium notat: sed transmutata forma plura signifi-
cant scilicet heli, Deus meus, ezer, adiutor meus,
vel adiutorium meum, scilicet Deus meus adiutor
meus: in expositione tñ dicitur Deus patris mei,
quod ad idem pertinet. *Eripuit me de manu Pharaonis.*
In cuius memoriam voco istum filium sic. Fuit au

A tem ereptus de manu Pharaonis: quia Deus fecit
eum fugere, cum Pharao inquireret eum ad occi-
dẽdum: vel eripuit eum de manu Pharaonis idest
ꝙ stante ipso corã Pharaone, & mandãte eum oc-
cidi Deus liberauit eum de manibus Pharaonis ex
cęcando spiculatorẽ, & reddendo stupidum Pha-
raonẽ. *Post multum vero tempus.* Hic ponitur Moysi
cõsolatio in hostis populi sui morte: quando scili-
cet nunciatum est ei, ꝙ Rex Aegypti, qui perseque
batur Moysen erat mortuus. *Post multum vero tem-
pus.* Hoc fuisset post annos quadraginta postquã
venerat Moyses de Aegypto, scilicet anno, quo re
dire debuit, qui erat annus octogesimus vitæ Moy
si. *Mortuus est Rex Aegypti.*
B Secundum literam istam videtur ꝙ iste Rex fuit Quæst. 9.
ille, qui pueros mersit in flumine, & imposuit dura
opera Iudæis, sub quo Moyses natus fuit: quia non
videtur fieri distinctio aliqua in littera de alio Pha
raone, nec mentio. Sed dicendum est ꝙ nõ fuit idẽ
Pharao, quia nunquam aliquis de regibus tantum
regnauit, vt sup. declarauimus, ideo secundum Io-
sephum in libro primo antiquitatum, dicendum
est fuisse quinque reges ab illo, sub quo natus est
Quinqꝫ regis Aegypti a natiuitate Moysi vsque ad reditũ eius in Aegyptum.
Moyses vsque ad istum. Nam Moyses natus fuit
sub rege Armonophis, vt prædiximus præcedenti
c. Et iste fuit, cuius filia eum adoptauit, & cuius co-
ronam ipse confregit. Post natiuitatem autẽ Moy
si mortuus fuit iste Rex anno septimo Post istum
C successit Herus Rex annis trigintaocto regnans:
huius regni anno trigesimotertio fugit Moyses
in Madian occiso Aegyptio. Deinde regnauit
tertius dictus Acẽtres annis duodecim. Post hunc
successit Achorus regnans annis septem. Deinde
Centrus quartus successit annis decem et octo re-
gnans. Sub isto regnante Moyses redijt in Aegy-
ptum, & fecit coram isto signa. Iste ẽt fuit qui cum
curribus, & equitibus in mare extinctus est: vt pa-
tet ĩs. 15. c. Iste ergo Rex, de quo hic dr̃ ꝙ mortuus
fuisset fuit Achoinus, qui p̃cessit Centrem, & ipse
cum alijs duobus regibus immediate supradictis
exosum habebant Moysen ad instigationem Iusti
sacerdotis Eliopoleos. Et mortuo isto mãsit Phua
D filius eius, qui eodem modo instigabat ad mortẽ
Moysi mandato patris sui. Mortuo aũt rege Acho
ro, etiam mortuus fuit Phua filius Iusti sacerdotis
Eliopoleos. Ideo licet Centres Rex sequẽs Iudęos
satis affixerit, sicut cęteri Pharaones, tamen hostis
Mozsi specialiter nõ erat. Hoc autem tempore de
cuit Moysen redire in Aegyptum ad loquendum
corã Pharaone, quia si tempore alicuius trium Pha
raonum præcedentium venisset de cęteris nõ cu-
rando ipsum Moysen ad mortem spicialiter in se-
querent: & tunc nõ posset cõuenienter Dei mãda-
ta proponere Pharaoni, nec facere signa secundũ
successionẽ dierum, vt fecit corã eo. *Et ingemiscentes
filij Israel.* Nouũ gemitũ habuerunt: qa licẽt Cẽtres
E Rex nouus, qui tũc dominari incipiebat non ad-
uersaretur Moysi, incepit tñ durioribus laboribus,
& oneribus populum affligere. *Propter opera vocife-
rati sunt.* Conquerentes publice ꝙ iniustissime tor-
querentur coram Deo, & hominibus: & petebant
quòd Deꝰ liberaret eos ab hac quotidiana morte.
Ascenditq; clamor eorum ad Dominum. Iste est modus lo
quendi humanus, veluti si Deus esset qdã Rex val
de potens habitans in altitudine cęli: & qñ nos for
titer clamaremus, ipse audiret: tunc diceretur cla-
mor noster ascendere: quia versus superiorem par
ẽt cęli incipiebat clamor insonare. Nũc aũt secũ-
dũ veritatẽ sic nõ est, qa Deus quãtũ ad essẽtiã suã
non

non magis est in cęlo, q̃ in terra, q̃ in inferno, vbiq;
enim est: quia nulli loco deest: ideo nec boni, ac ma
li quicquã facere, aut saltẽ qs põt cogitare, ꝙ Deus
ipse nõ videat, nõ audiat, melius q̃ nos ipsi qui agi-
mus intelligat. Sed quia Deus oĩa audiens non oĩa
exaudit, cum interdum peccatores in pęnis, vel pra
uis desiderijs clament, & Deus nõ assentiat: dicitur
illum clamorem audire, qui in eum iuste tẽdit: quẽ
ipse miseratus attẽdit, & vt petitur assentit. Et huic
modo loquendi consonat sacra scriptura, quæ di-
cit orationes, & clamores nostros, aut cętera defer
ri in cœlum, aut præsentari Deo manibus angelo-
rum, vt patet Tho. 12. c scilicet. Qñ orabas cum la-
chrymis, & sepeliebas mortuos, & relinquebas prã
dium, & mortuos abscõdebas ꝑ diẽ in domo tua, et
nocte sepeliebas: ego obtuli orõnem tuã Domino.
Deus nõ audit orationẽ peccatorum ambulantiũ in suis desiderijs.
Et audiuit gemitum eorum. Orationẽ peccatorum nõ
exaudit Deus, qñ in desiderijs suis manere volunt.
Isti autẽ Israelitę licẽt ꝑ multa tpa ante quasi per.
nonaginta annos laboribus duris cruciati essent, &
licẽt forte Deum inuocarent, tñ nõ exaudiebanẽ:
quia vt diximus p̃cedẽti. c. ipsi colebant idola, quæ
Deus maxime detestaẽ. Ideo licẽt aliqñ gemerent
ad Deum patrũ suorum, nõ exaudiebanẽ: qa Deus
neminẽ audit, nisi totaliter cõuersum. Sicut patet
Iohel. 2. ca. Conuertimini ad me in toto corde ve-
stro: idest nullo modo speretis ĩ idolis: sed totaliter
in me, & tunc exaudiam. Tẽporibus autẽ transactę
afflictionis Iudæi fuerãt, vt Samaritani, qui Deum
verum timent: & nihilominus deos suos idest ido-
la colunt, vt patet. 4. Regum. 17. c. Qđ non acceptat
Deus: vt testimonio Eliæ cõprobaẽ: qui dixit sacer-
dotibus idolorum: Quousq; claudicatis in duas par
tes? Si Dñs est Deus, sequimini eum: si autẽ Baal, se-
quimini eum, vt patet. 3. Re. 18. c. Quasi dicat: Non
oportet duos deos, aut plures diuersos simul cole-
re, quia sic colẽdo nullus colitur. Nunc autẽ Iudęi
nullũ fructũ sentiẽtes in dijs, quos colebãt, vexatio-
ne dante illis intellectum ad Deum verum redie-
runt, clamantes toto corde, & tunc audiuit Deus
gemitum eorum. *Ac recordatus fœderis, quod pepigit.*
Recordatio in Deo nunquã est: qa nullius rei obli-
uio ei vnq̃ inest: sed scriptura seruat morem huma
num. Cum enim aliquis homo ꝓmisit alterũ adiu-
uare, quem nunc in laboribus videt, & nõ adiuuat,
promissi oblitus dr̃: cum aũt adiuuare vt promise-
rat incipit, dr̃ pacti prioris recordari. Cũ ergo Deus
cum vidisset eos temporibus effluxis sub onere ge-
mere, nec vnquã eos ad liberãdum respexisset, obli-
tus eorum videbatur. Nunc autẽ eos iuxta antiqua
promissa liberans, fęderis sui dr̃ recordari. *Fęderis
quod pepigit cum Abrahã, Isaac, & Iacob.* Pactum istud
vel fędus principaliter cũ Abraham initum fuit, li
cẽt postea fuerit cõfirmatum cum posteris: de con
firmatione facta ad Isaac habetur Gen. 26. c. De cõ
firmatione facta Iacob habeẽ Gen. 28. & 35. ca. Fuit
autẽ fedus istud, quòd Deus multiplicaret gentem
Hebræorum sicut arenã maris, & puluerẽ terrę, &
stellas cęli: vt patet Gen. 13. & 15. & 17. & 22. c. Et ꝙ
reges Iudæ exirent. Pręnunciauit etiam ꝙ semen
Abrahę futurum esset peregrinum quadringentis
annis in terra non sua: & ꝙ afflicturi essent eum.
Deus autẽ iudicaret idest puniret gẽtem, que eum
afflictura erat. Et post exirent inde cum auro, & ar
gento, & diuitijs multis: de quibus Gen. 15. c. Nunc
autem effluxerant anni quadringẽti peregrinatio-
nis eorum. Dura ẽt afflictio, vt p̃dictũ erat, venerat
super eos: solum ergo restabat, vt Deus iuxta fœ-
dus, quod pepigerat, eriperet eos. *Et respexit Dominus*

A *filios Israel.* Oculis pietatis ad cõpatiendum eis, quia
ante semper eos aspiciebat, sed nõ ad miserendum.
Quia vt dr̃ Prouer. c. 15. In omni loco oculi Domi-
ni cõtemplanẽ bonos, & malos. *Et liberauit eos.* Hoc
refertur ad inferiora, quia postea misso Moyse, &
factis prodigijs multis, atq; portentis, per mare ru-
brum demersis Aegyptijs liberati sunt,
Cronica temporalium incidentium eo tempo- Cronica eorũ quæ acciderũt tẽpore natiuitatis Moysi.
re quo natus fuit Moyses, de quo ĩ isto. c. actum est:
apud Assyrios. 14. Rex erat nomine Safrus. Apud Si
cionios autẽ qui regnum in Græcia tenebant deci-
mus Rex erat nomine Ortopolis. Apud argiuos, q̃
vltimo regnatiuã potestatẽ in Achaia assumpserãt,
Rex quintus Triasus noĩe apicẽ regni tenebat. Eo
B tpe vt qbusdã placet Atlas astrologus claruit. Qui
qa de primis astrologis fuit, occasionẽ fabula inue-
nit, vt eũ assereret cęlũ humeris sustẽtasse. Prome-
theus ẽt eo ꝙ de rudibus doctos effecerit, aut qa si-
mulacra ĩ formã humanã de luto formauerit, ho-
mines fecisse dictus est, de quo Ouidi. Meta. lib. j. in
principio. Multa quoq; alia hoc tpe in Græcia artis
poeticę inuẽtione cõfingi cęperũt. Hæc tñ de At-
lãte, & Prometheo, vt verius loquamur, prioribus
tẽporibus acciderunt, de qbus diximus Gen. 38. ca.
de his autem Augu. 18 de ciui Dei. ca. 8. Ab hoc lo-
co vsque ad c. 9. nulla gentium continetur historia.
vbi ea, q̃ facta sunt, quasi cõtẽporanea his fuerunt.

C Capitulum III.

MOyses autem pascebat oues De pę. di. j. ca. sũt q. in vers. ministerij.
Iethro soceri sui sacerdotis
Madian. Cumque minasset
gregem ad interiora deserti,
venit ad montem Dei Ho-
reb. Apparuitque ei Dominus in flamma
ignis de medio rubi: & videbat quòd ru-
bus arderet, & non combureretur. Dixit Deut. 24.
ergo Moyses: Vadam & videbo visionẽ
D hãc magnam, quare non comburatur ru-
bus. Cernens autem Dominus, quòd per- Iosue. 5.
geret ad videndum, vocauit eum de me-
dio rubi, & ait: Moyses, Moyses? Qui respõ Actu. 7.
dit: Adsum. At ille: Ne appropies, inquit, De pę. di. j. c. sũt q.
huc, solue calceamentum de pedibus tuis:
locus enim in quo stas, terra sancta est. Et 32. qõ. 4. ca. recurrat.
ait: ego sum Deus patris tui, Deus Abrahã,
Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moy
E ses faciem suam: non enim audebat aspice
re contra Deum.

MOyses. Postquam descripta est ducis libera-
toris prouisio, hic subiungitur eius ad liberã-
dum missio. Et diuiditur in duo. Primo ponitur po
testatis huius commissio. secũdo incepit executio
in 4. cap. circa medium. *Abijt itaque.* Prima in tres.
Primo præponitur diuina apparitio.
Secundo annectitur facta confirmatio, ibi.
Cui ait Dominus.
Tertio circa agenda subiungitur instructio, ibi.
Dixitque Moyses.
Ad primum. Quæst. 1.

Moyses

Moyses autem pascebat oues.

Sic enim cõuētū fuerat ĩter Iethro, & Moysen, vt Iethro daret Moysi filiā suā, & Moyses morarēt cū Iethro pascens gregē eius, & hęc pactio fuerat iūramento firmata, sicut dr̃ pręcedenti. c. q̃ iurauit Moyses habitare cū eo idest cū Ietro. Sed iā magno tēpore seruierat Moyses Iethro, scilicet quadraginta annis. Quod patet, quia iste fuit annus, ĩ quo recessit in Aegyptū; sed tunc Moyses erat annorū octoginta, & qñ fugit in Madian de Aegypto, erat annorum quadraginta, vt declarauimus pręcedenti c. Etiam quia Actu. 7. c. dr̃ q̃ quadragesimo anno postquā venit Moyses in Madiā, apparuit ei Deus in Sinai monte, & ob hoc qñ Moyses volēs redire in Aegyptū petijt licentiā a Iethro socero suo, libēter ei cōcessit, vt patet inf. 4. c. *Ietro soceri sui.* Ex hoc patet, q̃ Raguel & Iethro sint nomina eiusdē p̃sonę, qa supra vocauit Raguelē patrē vxoris Moysi, nūc vocat eū Iethro. *Sacerdotis Madian.* Idest q̃ erat sacerdos ministrās, & sacraficia faciēs idolis ĩ terra Madiā. *Cunq; minasset gregem.* Hic ponit locus, in quo facta fuit apparitio diuina. Minare est baculo dirigere: & pertinet proprie ad pastores: qa minor. is. deponens p̃tinet ad minitantes: mino. as. pertinet ad dirigentes, vel abigētes pecora. Sic ait Ebrardus.

Pastor oues baculo minat: lupus ore minatur.

Ad interiora deserti. Idest quòd Moyses introduxit tunc gregem ad loca interiora montis. Et in hoc recessit Moyses a cęteris pastoribus. Alij enim non ascendebant montem Sinai, tū quia excelsus erat, tū quia fama erat Deū habitare in monte. Recessit aūt Moyses in partē interiorē deserti, vt volunt q̃dā, ne greges sui depascerent blada aliena. Sed hoc nihil est, quia Moyses annis præteritis non depascebat blada aliena, tñ non erat solitus intrare ad interiora deserti versus montē Sinai. Ascendendo de Aegypto versus orientē aliqualiter, & aliqualiter declinādo in latus septētrionis est terra Madian ad extremitatem Arabiæ cōiuncta mari rubro. Mons aūt Sinai est in Arabia, vt ait Apostolus ad Gala. 4. c. ideo eit ad partē sinistrā terræ Madian aliqualiter versus occidētem, & septentrionē. Ascendit ergo Moyses ad interiora deserti propter duo. Primo vt ibi meliora pascua reperiret: quia alij pastores loca illa nō frequentabāt. Secundo qa Moyses erat iam vir deueniens ad perfectionē, ideo vacabat cōtemplationi, cū pastorale officium ad hoc valde conueniat. Et quia attentio, quę requirit in cōtemplatione deperibat, qñ manebat inter alios pastores: ideo vt liberius Deo, vacaret, abscondita loca, inacessa, vel non frequentata ab hoĩbus requisiuit. *Et venit ad montē Dei Oreb.* Oreb idem est quod Sinai; ideo aliqñ habet vnum nomen aliquando alterū: vel vt quidā volunt, vocatur Oreb pars superior montis Sinai. Et vocatur mōs Dei: quia ibi postea apparuit Deus in rubo, vel postea qñ dedit legē sic ēt vocat mons Dei Oreb. 3. Reg. c. 19. vbi dicitur q̃ comedit Elias panē subcinericiū: & ambulauit quadraginta diebus. & quadraginta noctibus: in fortitudine cibi illius vsq; ad montē Dei Oreb. Vel vocatur mons Dei: qa fama erat in terra illa Dñm habitare in mōte illo. *Apparuitque ei Dominus in flamma.* Dominus vocatur hic angelus: nō enim erat Deus ille, qui loquebatur in rubo de medio ignis: sed angelus, vt patet Act. 7. c. sed apparuit ei angelus in medio flammę rubi. Sic ēt sępe vocatur Deus angelus eius, qui nomine eius loquitur. Et vt quasi generaliter dixerim, Deū nemini vnquā in veteri testamento apparuisse: sed angelū loco Dei: quia ĩ ipsa datione legis,

Moyses ascēdit ad interiora deserti, propter duo.

Mons Sinai, et Oreb idem.

Mons Sinai quare diuersis nominib' appellet.

Deum nū quam apparuisse

F quæ fuit maximum, qd̃ factum est ĩ veteri testamēto, cum per illā vniretur Israel Deo in populum peculiarē, nō loquebat̃ Deus ipse, sed angelus eius, vt patet ad Gal. 3. ca. scilicet lex ordinata p̃ angelos in manu mediatoris. Et tñ ille angelus locutus fuit, quasi esset Deus dicēs. Ego sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis: non habebis deos alienos coram me.

Veteri testamento sed Angelum loco Dei.

In flamma dicitur apparuisse dupliciter, aut quia ibi Deus specialē effectū demōstrabat, scilicet, quia faciebat ardere rubum & nō consumi: ideo ibi esse specialiter videbatur, & apparebat. Secundo modo

Quæst. 2. In flāma apparuisse dupliciter dicit.

G & proprius: quia aliquis ibi esse dr̃, vbi loquit̃: Deus aūt loquebat̃ de medio rubi, vel potius angelus gerens vicē Dei, ideo ibi apparere, vel esse videbat̃, & verissime ibi esse dicebatur, qñ ibi erat, & nō in alio loco. Angeli enim licèt incorporei sint, & leges corporis, & loci nō sequant̃, scilicet circūscriptionē, & motus cōtinuitatē ad acquisitionē loci: tñ eo modo, quo in loco esse dr̃, in vno loco est, & nō in pluribus qa infinitus non est. Locatio autē p̃prie conuenit corpori: Deus aūt & angelus in loco esse dicuntur: sed non per eundem modū secundum regulā philosophorū: quia oēs transferentes, secundū aliquā similitudinem transferunt, vnde nęcesse est, vt qñcunq; aliquid dr̃ de pluribus æqualiter, vel eodē modo, omnia habeāt reductionē ad illud vnum, de

Nō bene dicitur locū Angeli esse indiuisibilem: quia Angelus est indiuisibilis.

H quo oĩa dr̃, cui proprie tale esse cōuenit, & ſm aliquā cōformitatē, quā habent ad illud, sortientur illud nomē. Cum ergo dicatur locatū esse de corpore proprie, oportet q̃ Deus, & angeli, q̃ aliquo modo dr̃ esse in loco, dicant̃ per aliquā cōformitatē ad locationē corporis. Corpora enim locari dr̃ p̃ cōmensurationē, & applicationē quātitatis suæ ad locū. Deus aūt & substātię spirituales dr̃ locari p̃ applicationē nō quātitatis, quā non habent: sed virtutis siue potētiæ operatiuę ad locū. Sicut enim in corporibus quantum aliquod corpus occupat, tñ dicimus locum eius: ita quātum occupat virtus alicuius substantię specialis, tñ dicimus locum eius:

Deus & Angeli secundū extensionē suę virtutis in loco nō sūt p̃prię sed per analogiam.

I quia secundum essentiā, vel quantitatē nullum locum habet. Si autē aliqua spiritualis creatura esset, cuius operatio ad nullā partē loci se extenderet, illa nullum locum habere diceretur. Nec aliquis credens se subtiliter loqui dicat, proprie locum angeli in indiuisibili esse: quia ipse indiuisibilis, secūdū substantiam est: quoniam hoc est contra naturam loci proprie, vel metaphoricè sumpti: qa locus quomodocunq; siue proprie, siue analogice dicatur, semp̃ dicit formaliter extensionem continentem. Indiuisibile autem nihil horum est. Ideo dicendum quòd Deus, vel angeli secundum quòd indiuisibiles sunt per substantiam suam non quantum nec proprie, nec improprie locum habent: secundum autem q̃ in eis reperitur aliqua extensio licèt non vera: sed

K metaphorica, scilicet secundum virtutem, vel operationem, dicuntur improprię vel metaphoricè in loco esse. Deus autem, vt communiter loquuntur, dicitur esse vbique secundum essentiam, & potentiam, & præsentiam. Quod autē dicitur secundum præsentiam valde superflue dictum est: quia qui alicubi est, illi loco prius est, cùm illum locum aut occupet, aut repleat, aut teneat: nec quisquam in aliquo loco est, qui illi loco prius non sit. Cum ergo Deus vbique esse dicatur siue secundum essentiam, vt dicunt, vel potentiam: oportet vt omni loco prius sit. Nec oportet dici Deum esse vbique per præsentiā per quemdā modum eius essendi ĩ loco, q̃ distinguat̃ cōtra esse p̃ potentiā, vel essentiā. Etiā

cum

Superflue dicit̃ Deū esse vbiq; per præsentiam.

cū dicimus Deū vbiq; esse secundū essentiā, valde improprius modus dicēdi est: quia iste nec capitur sub proprio loco, nec sub metaphorico. Quia cùm locus dicat continuiratem, & extensionem, vt prædictum est: oportet ad hoc q̃ aliquis locus nominetur, eam reperiri ibi propriè, vel secundū metaphorā. Sed essentia Dei nullo modo habet respectum intrinsecus, vel extrinsecus denominantem ad ipsa corpora, in quibus est continuitas, vel extensio, secundū quę deberet dici in aliquo loco, vel vbiq; nisi accipiatur secundum accidens vniuersale, scilicet secundum potentiā, vel operationē, eo q̃ operatio Dei est in continuitate creaturarū: quia cùm sint corpora continua, & Deus in qualibet parte illorū operetur conseruando, vel aliquid causando: necesse est operationem Dei esse continuā denominatione extrinseca. Et huic modo cōpetit localitas. Et quantū ad istum modū bene diceret̃ Deus esse in omni loco secundum essentiā: sed iste non esset modus distinctus ab eo, qui est esse secundum operationem vel potentiam vbique. Ergo non bene dicitur quòd Deus est vbique per essentiam.

Impriè Deus est ĩ loco secūdū essentiā, quia sic Deum esse in loco est impossibile.

Itē quia tunc nō proprie diceret̃ Deū esse vbiq; per essentiā, vel secundum essentiā: quia per, vel, secūdum, denominant habitudines causę formalis. Sed non est diuina essentia aliquid, per qd̃ Deus dicatur in loco aliquo, vel omni metaphoricè: sed p̃ operationē, qñ abstracta diuina operatione, quam in aliquo loco, & vbiq; sentimus, nō dicimus Deū esse in loco. Et ab isto modo tota locutio humana de Dei localitate cępit exordiū: quia cū Deus sensibilis per se non sit, homines, nec eū esse, nec eū in aliquo loco esse putarent, nisi per quandā eius operationem, quam sentiūnt, & coguntur fateri ipsius esse: quia eam reducere nō possunt in aliā causam. Et quia secundum conditionem rerū naturaliū, a quibus videtur motus interius capi exordium, res vbi operatur ibi est: sic nos vbi diuinam operationem sentimus, ibi Deū esse asserimus. Sic enim Iacob videns in Bethel angelos ascendētes, & descendentes per scalā, & alia mirabilia fieri, iudicauit ibi Deum esse. Vnde locum illū Bethel, idest domum Dei nūcupauit, vt habetur Gen. 28. c. & magi Pharaonis videntes Moysen fecisse cinifes, quos ipsi facere non poterant, cognoscentesq; illā operationē diuinā esse, dixerūt: Digitus Dei est hic. Ecce qualiter localitatem Deo, vel digito eius attribuerunt eo modo, quo Deus locatus esse dicitur: quia videruntoperationem, quam eius esse necessario confiteri cōpulsi sunt. Non ergo dicitur conuenienter Deū esse in loco secundum essentiā: quia denotat causam formalē, per q̃ conueniat ei localitas, scilicet q̃ Deo non conueniat localitas per se, & q̃ esse sit aliqua ratio, vel forma, secundū quam conueniat Deo esse in loco, siue proprie, siue methaphorice: sicut dicimus, homo est in loco secundū quantitatē, idest, quia homo est quantitas, sed q̃ homo, non est in loco: sed homo secundum quantitatem est in loco, idest, quia quantus est: & sic quantitas est ratio existendi in loco. Sicut ergo cōmuniter propriè sunt in loco: & quia dicuntur esse secundum quantitatē, quantitas est eis propria ratio existendi in loco, ita si Deus est in loco p̃ essentiā, metaphorice necessariū est Dei essentiā esse causam formalē, propter q̃ cōueniat Deo esse metaphoricè in loco: sed falsum est: quia p̃ essentiā non cōuenit Deo p̃prie, aut metaphorice esse in loco, cū essentia Dei nō sit aliquid sequēs leges loci, scilicet cōtinuitatē, & extensionē, esse in loco vere, p̃prie conuenit me

Vnde humana locutio de localitate Dei cœpit.

A taphorice: secundum quæ ergo non conuenienter dicitur vllo modo, Deum esse in loco secundum essentiam. Ex his ergo appret non bene dici Deum esse in loco secundum essentiam, nec propriè, nec appropriatè: sed vere & methaphorice dicetur Deum esse in loco, vel diuinam essentiā esse in loco. Multū enim inter ista differt: quia dicere diuinā essentiā esse in loco, est ponere diuinā essentiā vt subiectum, cui aliqua passio siue proprietas proprie, vel appropriate conuenire potest: & tunc poterit esse quid, secundū qd̃ diuinę essentię cōueniat esse in loco saltē methaphoricè, vt dicēdo, Deū esse in loco, vel vbiq; ſm operationē. Si tñ dicat̃ Deum esse in loco ſm essentiā, nō ponit̃ ibi diuina essentia, vt subiectū passionis alicuius, sed vt aliquid formaliter denominans: & tunc falsum est: quia diuina essentia nec proprie, nec appropriate sit causa essendi Deū in loco, sed ipsa operatio. Dr̃ tñ Deus

B vbiq; esse secundū essentiā, & consentit̃ iste modus loquēdi ad excludendū errorē quorundā, qui suboriri possit: quia Phylosophi, licèt primā causam, quā nos Deum dicimus, secundum durationē, infinitā concesserint, non tñ secundū essentiā, vt apparet in 8. Physi. quia ergo, si nos negaremus Deū esse vbiq; secundū essentiā, aliqui putarent essentiā Dei esse alicubi, & nō vbiq;, & per hoc finitā essentiam putarent, licèt in hoc male arguerent, vt oē fundamentū apparens erroris tollatur, cōiter contendūt

Quare dicatur Deū esse vbi secundū essentiā, cū tamē nullo modo sit verū. Et quare apud catholicos consuetū ista locutio.

C Theologi Deū esse vbiq; secundū essentiam: quod, vt ad veritatē saltē methaphoricā reducatur, idē intelligi dat, & in eodē sensu accipitur, q̃ Deū esse vbiq; vel diuinā essentiā esse vbiq; p̃prie, cum vel appropriate idest metaphorice loquendo, Deus secundum essentiam nec est alicubi, nec vbique.

Postremo Deus dr̃ esse in loco vel vbiq; ſm potentiā. Qui modus satis calūniabilis est ex vi sermonis: quia cùm esse, & potentia idē sint in Deo, nec potētia secūdū se aliquā relationē habeat ad creaturā, nisi secundū actū saltē quantū ad nostrū intelligere, cū potentiā eius nunq̃ intelligamus, nisi per actionē diuinā denominantē extrinsecus. Dicēdū ergo, q̃ qñ dr̃ Deus esse vbiq; ſm potentiam, est sensus, q̃ Deus vbiq; pōt operari. Secundū cōditionē ergo operationis diuina potētia vbiq; est. Et qñ sacra scriptura Deū vbiq; esse denominat, nō ab esse, vel potentia denominat, sed ab operatione. Ierem.

Quomodo intelligat̃ Deus pręsens esse vbique per potētiam.

23. ca. cū dicit. Nunquid non cęlum & terram ego impleo, dicit Dominus: ibi autē dicit, se omnia loca explere: quia in omni loco operatur, scilicet videt. Quod patet ex pręcedentibus cū dicitur. Si occultabitur vir absconditus, & ego nō videbo eum, dicit Dominus? Nunquid non cœlū, & terram ego impleo dicit Dominus? Quod autem Deus per operationem in loco sit, non potest intelligi de nominatione extrinseca, nō prout dicit Deū operātem, sed factionem passiuam rei, aut ipsam rem, quę fit,

E & est Deo extrinseca; & tunc Deus dicit̃ esse in loco nō quidem proprie, quia tunc oporteret quòd Deus quantus esset, secundum q̃ res proprie locatur, & operatio Dei esset aliqua ratio essendi in loco, quemadmodū est extensio, & continuitas quātitatis. Sed erit in loco per suam operationem metaphorice, scilicet si habeat operatio Dei denominatione extrinseca aliquā similitudinem ad rationem essendi in loco: quia operatio Dei, quæ ad omnia est denominatione extrinseca extensa est secūdum extensionem rerū continuatarum: quia totā rem, & quamlibet eius partem perficit, & conseruat: & sicut hoc est in vna parte rerū naturalium,

ita

ita est in toto vniuerso: quia totũ conseruatur ab ipso. Et tamẽ adhuc non est operatio Dei in rebus, vel in loco sicut res locata in loco: quia res locata tenetur, & conseruatur a loco: diuina autem operatio non tenetur a loco: sed ipsa tenet, & conseruat locum, sicut & rem locatam. Deus enim ita influit ad conseruationem locorum, sicut rerum locatarũ: quia omnis locus est aliquid alicuius rei locatæ cũ sit vltima superficies corporis ambientis.

Respõsio tacitę obiectioni.

Nec valet si arguas ꝙ superficies vltimi cęli est locus ipsius, & tamen non est aliquid rei locantis, sed locati: quia vltimum corpus magis locatur ꝑ centrum quàm per circunferentiam. Sicut ergo ipsa res conseruatur per Dei actionem, ita quęlibet pars rei, vel quodlibet, quod est aliquid, licèt nõ sit pars rei. Quod dico propter accidẽtia rei, quæ sunt aliquid rei, tamen nõ sunt partes rei. Concluditur ergo ex superioribus, Deum non esse in loco proprie, sed metaphorice. Et hoc non per præsentiam, & potentiam, & essentiam, vt dicitur: sed per operationem, semper intelligendo sanè, & catholicè De angelo autem quomodo sit in loco quasi cõformiter dicendũ est. Non enim potest dici angelus esse in loco propriè, cùm non sit quantus, erit ergo metaphoricè: & non dicitur angelus esse in loco secundum essentiam sicut de Deo diximus: quia essentia, vel substantia angeli est spiritualis, & indiuisibilis, ideo locus eam nõ recipit, cùm sit locus quoddam continẽs continuũ, & extensum; indiuisibilis autẽ ad diuisibile nulla est proportio, vt vnum in altero esse possit, vel vnũ alterũ in se capiat: quia sicut chimera non est in loco, quia nihil est; ita nec substantia angeli est in loco, quia secundum se indiuisibilis est, nec aliquis habens granũ intellectus dicit angelũ esse in loco ſm essentiã; sed solũ per operationem. Ex quo ẽt incidentaliter concluditur qđ premittebatur de localitate Dei, scilicet ꝙ nõ sit Deus per essentiã vbiq;; immo nec in aliquo loco: quia non poterat in eo dari mediũ, quando esset vbiq; per essentiã, vel nullibi: quia sicut se habet Deus ad vbiq;, ita se habet angelus ad alicubi: sed angelus auctoritate sapientum in nullo loco ſm essentiam est, ergo Deus ſm essentiã vbiq; non erit, nec in aliquo loco, non ꝙ omnia non repleat, sed quia nec vnũ, nec oĩa essentiam eius recipiunt. Cũ ergo conceditur Deũ secundũ essentiã vbiq; esse, cõceditur ex causa supra tacta, scilicet vt abscindatur oĩs errãdi occasio. Erit ergo angelus in loco ſm applicationem virtutis. Sicut enim res corporea in loco est: quia partes rei locatę applicantur partibus loci: ita angelus dicẽt esse in loco ꝑ operationẽ, vel virtutem: quia virtus operatiua angeli applicatur loco. Habent autem angeli virtutem operatiuã, vel motiuã naturaliter, & valde magnã, quã ẽt ſm philosophorũ positionem ipse intelligẽtię sunt cęlorũ motrices, vt patet. 12. meta. Est aũt illa tanta vis, vt omnes homines coniuncti non possent cœlũ vnũ mouere, vel potentia eorum collata in vnũ ad hoc non sufficeret. Angelus aũt non potest esse in vniuerso toto simul: quia nullus angelus habet tãtam virtutem, vt possit operari in toto orbe simul. Nõ potest etiam vnus angelus esse in tota cęlorũ mole: quia nullius angeli virtus omnes cęlos mouere posset imò ſm positionẽ philosophorũ nullus angelus siue intelligentia duos orbes simul mouere posset: quia potentia cuiuslibet est adæquata orbi moto, & excedit in tantum ꝙ possit mouere: quia nunquam motus proueniret a proportione æqualiter. Est tamẽ talis excessus, ꝙ si apponeretur aliqua quantacunq; moles illi orbi, iam intelligentia mouere nõ posset. Istam aũt adæquationẽ ponunt ad conseruationem regularitatis motus. Nam si aliqualiter excederet potentia motoris ad potentiam moti, interdum contingeret motum esse velociorem: interdum autem esse tardiorem: vel sequeretur discordia in armonia motus inter illum orbem motum, & alios orbes; vel oporteret tenere quamlibet intelligentiam excedere orbem suũ secundum eandem proportionem, & hoc erat ponere in natura aliquid superfluum, qđ Deus, & natura non recipit. Vel enim illę intelligentiæ habẽtes vires valde maiores, quã sit resistentia orbium motorũ ab ipsis, aliquando mouere deberent fortius, q̃ nunc mouent, aut non. Si autem aliquo tẽpore fortius mouere deberent, ergo erit irregularitas cęlestis motus, qđ est contra sacram scripturam ponentem cœlum regulariter semper moueri: & maxime cõtra phylosophiã, quę hoc impossibile indicat. Si aũt nunquam velocius mouere debeant, ponetur aliquid frustra, scilicet illa potẽtia motiua, quæ ad mouendũ non est: immo est contra naturam, ꝙ secundũ illã fiat motus: quia tunc esset irregularis. Non potest etiam vnus angelus esse in tota terra; quia operatio sua non se extendit ad mouendum totam terram, quoniam ſm phylosophũ maioris potẽtiæ est mouere terram, quã cęlos, ideo dicit in secundo de cęlo & mundo, ꝙ terra moueri non potest: quia nulla potentia est, quæ possit eam pellere extra medium mundi. Erit ergo locus angeli secundum extensionem virtutis suæ: sed in hoc differt locus angeli a loco rei quantæ: quia locus rei quantæ determinatus est, nec potest esse maior, vel minor, q̃ sit sua quantitas extensa: locus aũt angeli põt esse maior, vel minor: quia interdũ potest applicare totam virtutẽ, interdũ aũt partem virtutis, cũ sit agens non naturale, sed voluntarium: sicut nos interdum possumus vnam rem mouere toto conatu, interdum autem cum parte conatus. Non potest autem angelus maiorem locum tenere quàm sit sua virtus naturaliter determinata, potest tamen tenere minorem locũ: quia potest mouere, vel conseruare rem minorem, quàm sufficiat sua potentia naturalis. Et sic est: qa non est credẽdum, quod quãdo vnus angelus mouit Abacuc portans illũ ꝑ capillũ verticis de Iudæa in Babylonem, vt daret cibos Danieli, de quo Dani. 14. ca. & qñ angeli panem, & cibos ad manducandũ Christo ieiunanti detulerunt, & sic de alijs: cum quanto impetu & conatu mouet vnum cęlestem orbem, portauerint. Angelus ergo qui apparebat in rubo in flamma, solùm habebat locum in illo spatio rubi, & aeris ardentis: quia ibi operatio sua erat.

Quomodo Deus sit in loco.

Angelum esse in loco quomodo cõcedi debet.

Maioris potentiæ est mouere terram, q̃ quodlibet cęlũ.

Terra nõ potest moueri.

Oẽs homines cõiuncti nõ possẽt vnum cęlũ mouere, & tamen Angelus mouet.

De loco angeli hæc dicta sufficiant. Et quia motus est ad locum, de motu angeli dicendum fuerat cõsequẽter: quia in eo multa satis subtilia sunt: sed ad præsens non dicam: quia non est propositi nostri rerum naturas propheticè inuestigare, sed sacræ scripturę breuiter, vt potuerimus expositioni intendere: etiam quia longus valde, ac cuilibet fastidiosus viderer; immo in hoc quod dictum est, puto aliquos delicatos valde fastidituros, & mordaciter tanquam prolixitatem inutilem arguturos. Sed videant quia hoc rationale fuit. Nam in sacra scriptura sæpissime de loco Dei, & angelorum commemoratur. Non fuit ergo superfluum illud semel pro tota scriptura explicare, vt quandocunque de loco Dei, aut angelorum agamus, ad hanc partem lectorem transmittamus.

An ignis in quo apparuit Angelus, vel Deus fuerit verus ignis, vel similitudo veri ignis.

Quæst. 3.

Sed quia hic dicitur Angelum, siue Deum apparuisse in igne, de illo igne an verus, vel sola similitudo fuerit veri ignis non paruum dubium est.

Posset aliquis dicere, hunc non fuisse ignem: sed speciem ignis, sicut dicitur de igne, qui apparebat super castra filiorum Israel: quia per diem erat eis columna nubis, per noctem vero columna ignis, vt patet. inf. 13. c. & tamen ille non erat ignis, sed figura, vel apparentia ignis, vt patet Nume. ca. 9. vbi dicitur quod per diem erat nubes super castra, pernoctem vero quasi species ignis.

Hoc autem nõ obstare videtur magis dicendũ ꝙ ille fuisset verus ignis: quia nusquam de eo reperitur ꝙ vocatus sit ignis similitudo, sed ignis. Sic ẽt vocatur Act. 7. c. Ignis flammę rubi: maxime quia hoc pro miraculo accipitur a tota ecclesia, & omnibus doctoribus. Si autem non fuisset ignis verus, sed sola figura non fuisset miraculum: quia species ignis non poteſt comburere, cùm apparentia non sit forma actiua: Deo autem nõ erat difficilius causare ibi verum ignem, quàm similitudinem, licèt secundum se multum distet: quia arte maleficorum potuisset ibi ignis species causari, quę non combussisset: ignis autem verus, qui non combureret, nullo modo causari poterat. Et si dicatur ꝙ ita accipiẽtur hic ignis pro similitudine, vel apparentia ignis, sicut in columna ignis apparente super castra, quæ non erat ignis, sed species ignis. Respondetur ꝙ non est simile: quia ibi non ponebatur ignis columna ad miraculum: sed solum ad lucendum, ideo non referebat an ignis verus esset, an similitudo ignis veri, scilicet lux ignea: quia æqualiter vtrunque luceret: in igne autem rubi demõstrabatur miraculum, ideo oportebat esse ignem verum.

Instantia soluitur.

Obiectio remouet.

Sed adhuc dices ꝙ non oportebat esse ignem verum: quia hoc fiebat ad apparentiam hominum tantum, ergo iudicarent existente ipso vero igne, sicut si esset similitudo ignis.

Respondetur ꝙ hoc non valet: quia opera Dei vera sunt, idest verum esset habẽt, sicut ab ipsa summa veritate & exemplari perfectissimo prodeunt. Cùm ergo Deus faceret hoc, vt videretur mirabile ad significationem futurorum: oportebat ꝙ vere mirabile esset, quod esse non posset, nisi ponatur esse uerus ignis.

Alia instãtia tollitur.

Sed adhuc argues, ꝙ eodẽ modo oporteret dici ꝙ columna ignis apparens super castra esset verus ignis, cum uideretur ignis, & esset a Deo factus. Respõdetur ꝙ omnia quæ facta sunt a Deo, uera sunt: & sic illa columna ignis uera columna erat nõ quidem ignis, sed lucis igneæ. Sicut enim ignis ueritatem habet correspondentem, ita lux ignea ueritatem habet: quia non apparenter est lux, sed uere est lux: sed non apparenter est similitudo ignea, sed uere est similitudo ignea, licèt non uere ignis; quia alia est ueritas ignis, & alia ueritas similitudinis ignis. Veritas autem rei, quæ non est ueritas propositionis, quam uocamus conformitatẽ signi cõplexi ad signatum secũdũ modũ loquendi philosophi in primo Periermę, scilicet ab eo ꝙ res est uel nõ est, oratio uera, uel falsa dicitur esse: sed ueritas cuiuslibet rei incomplexę, et simpliciter sumptę dicitur ueritas est, proprietas siue passio entis: quia cuilibet enti, in eo ꝙ ens est, ueritas correspondet. Nõ enim potest esse ens, quin sit uerum ens, & ista ueritas attenditur in duobus. Primo autem attenditur in assimulatione ideati ad ideam, vel exemplati ad exemplar: est enim Deus idea vel exemplar omniũ rerũ: quia cùm sit perfectissimus continens eminẽtem omnem gradũ perfectionis ad similitudinem aliquorũ graduum perfectionis existentis in eo, immo qui est ipsemet, qui species singulas rerũ produxit, licèt ista similitudo longe distans est, vt dissimilitudo magis quã similitudo esse videatur: vt patet extra de summa Trinit. c. damnamus; illę tamẽ res quæ deficiũt ab illa qualicunq; similitudine, res veræ non sunt, sic homo lapideus verus homo nõ est; quia similitudinẽ perfectionis specificę nõ habet, quã in Deo habet sua idea, & sic de singulis. Et quãtũ ad hoc ignis verus est, qui illã conformitatẽ ad illam ideã habet, & lux ignea vera est, quæ conformitatem habet, non ad ideam ignis, sed ad ideam lucis igneæ. Si autẽ respiciatur ista origo veritatis bene, sciẽtur quæ res sit vere homo, vel vere ignis, & sic de alijs: nesciẽtur tamen quãdo est vera simpliciter, quia quælibet res vera est, cũ ens est, & necesse est habere aliquã veritatẽ: tunc tamen nesciẽtur, vtrũ ille ignis, aut illa flãma ignea simpliciter vera essent: quia quodlibet eorũ veritatem habet in sua specie. Ideo datur secundus modus, scẽdm quem cognoscatur veritas rei simpliciter. s. conformitas ad finẽ: quia res proportionari debent scẽdm finem, ad quẽ sunt. Quia in artificialibus & in quibuscunq; præsupponitur finis, ipse ponit necessitatẽ his, quæ sunt ad finẽ, vt si aliquis vult facere domũ ad defensionẽ ab hostibus, finis imponit necessitatem, vt sit de materia forti, & non de stipulis aut frondibus. Si autẽ aliquis vellet habere equũ ad ambulandũ, et detur ei equus ligneus, vel ferreus, siue lapideus, ille nõ est verus simpliciter, licèt sit verus equus ligneus: quia nõ consonat fini, ad quẽ petitur. Sic ergo ad propositũ, licèt ignis sit verus ignis in sua specie & scẽdm suam ideã, & lux ignea in se vera sit, tamẽ similitudo veri ignis nõ est aliquid verũ simpliciter ad finẽ miraculi faciendi, sed ipse ignis: quia non est miraculũ, ꝙ similitudo ignea non cõburat arborem: nec valet si dicat; ꝙ tantũ homines iudicarent esse miraculũ dato ꝙ esset similitudo, quã ꝙ esset ignis: quoniam si esset similitudo ignis, non esset verũ miraculum, sed solũ apparens, qđ non est dicendũ: quia in hoc differunt miracula facta a Deo a miraculis factis a maleficis, vel dęmonibus: quia Dei miracula vera sunt, miracula aũt maleficorũ solũ sunt apparentia. Sic enim dicitur in vituperiũ Antichristi, ꝙ ipse apparebit scẽdm operationẽ satanę in signis, & prodigijs mendacibus, vt patet. 2. ad Thessa. 2. c. Nunc aũt erit hic duplex veritas, si ponatur ignis verus, qui fuit in rubo. Primo ponitur veritas in sua specie, quæ est conformitas ad suam ideam, vel exemplar: secũda veritas erit cõpletiua, quæ est conformitas ad finẽ: quia verus ignis cõperit ad miraculũ, & non similitudo ignis. In colũna aũt ignis ponitur etiã duplex veritas dicendo eã esse lucem igneam, vel similitudinem ignis, & non ignem. Primo ponitur veritas suæ speciei: quia lux ignea specificam veritatem habet cum sit ens. Secundo ponitur ens secundum conformitatem ad finem: quia solum ponebatur ad lucendum, & nõ ad miraculũ, & sic manent vera opera Dei quantũ ad vtrumq;; sed in vno erat verus ignis, in alio nõ: quia non erant ad eundem finem. Conclusum ex superioribus aliqualiter videtur, non fuisse similitudinem ignis in rubo, sed verum ignem. *In flamma ignis.* Coagrue valde apparuit Deus in his duobus. s. in flamma, & in rubo, prouisurus infirmitati

Quæst. 3.

Instantia soluitur.

Obiectio remouet.

Alia instãtia tollitur.

Veritas rei

attenditur in duob.

Iudæorum, qui ad idolatriã valde proni erant. Et si vidissent aliquã similitudinem, in qua Deus apparuisset, illam sibi figurassent, & pro Deo coluissent. Ignis enim nec linealẽ, nec superficialem figuram fingendo recipit, minus aũt statuam habere potest: rubus aũt non potest statuificari, licet possit aliqualiter pingi. Tunc aũt statuis, & non picturis vtebantur: rubus aũt propter figurę suę varietatem, & partes in frondibus, aculeis, & fructibus statuificari nõ posset, maxime ab illis qui adhuc in hac arte rudes erant, ideo in datione legis factũ est: quia apparuit Deus in medio ignis, vt patet inf. 19. & Deuter. 4. & 5. ca. q̃ aũt appareret in igne, vt nulla imago vel effigies videretur, declarauit diligẽter Moyses Deuter. 4. c. cũ dixit: Locutus est dominus ad vos de medio ignis: vocem eius audistis, & formã penitus nõ vidistis. Iterũ eodẽ. c. de hoc loquẽs magis declarat dicens: Custodite aĩas vr̃as. s. a faciẽdis imaginibus ad cultũ: non vidistis aliquã similitudinem in die, qua locutus est vobiscum Deus in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptã similitudinem, aut imaginem masculi vel fęminæ similitudinem oĩum iumentorum, quæ sunt super terrã. *De medio rubi.* Quare Deus dr̃ apparuisse in medio rubi, cum ignis ille totum rubum occuparet.

Deus quare dicitur apparuisse de medio rubi, cum ignis totum rubũ occuparet.

Respondetur q̃ vox angeli loquentis audiebaẽ in rubo. Et licet Deus diceretur esse in rubo vel angelus, quia ibi specialis fiebat operatio, tamẽ specialius erat angelus ibi, vbi loquebatur: quia aliquis dicitur esse vbi operat̃, & operatio certior magis manifestat. Locutio aũt magis manifestabat angelũ, quã incensio rubi, & in particulari circũstantia sic & magis proprie ab ipso quã incensio. Et quia vox Dei, vel angeli non audiebatur a latere rubi, vel super rubum: sed quasi in medio rubi, & medio ignis formaretur, dicebatur angelus apparere in medio rubi, vel loqui de medio rubi: sic dicitur Deuter. 4. & 5. c. q̃ Deus loquebatur de medio ignis: quia in illa magna mole, & spatio ignis erat medium, in quo videbatur formari vox illa, quæ perstrepebat.

Quomodo potuit esse ignis verus in rubo, & quòd non exureret: & quomodo causatus fuit.

Quæst. 4. SEd adhuc de isto igne quæretur, cũ dictum fuerit, quòd erat verus, quomodo ibi erat.

In quo duo quæruntur.

Primo qũo ibi erat, & non comburebat: & quantum ad hoc manifestũ est q̃ miraculose fiebat solo Deo operante, & suspendente actionẽ naturæ a se creatę, sicut suspẽdit actionẽ ignis, qñ tres pueri ambulabãt in igne bñdicentes Deũ, vt patet Dan. 3. c.

Suspẽsio, ne ignis rubum cõbureret, qualiter facta fuit.

Qualiter aũt fiat ista suspensio, satis patet modus: quia non fit hoc violentando naturã: sed desistendo ab influentia in illã, secundum quam ipsã poterat esse, & agere. Nã secundum phylosophorũ omniũ, & catholicorũ doctrinam planum est, esse sub ordinationem causarũ, secundum quas cuncta esse habent in fieri, & in facto esse. Quoniam sicut sol & homo generãt hominem, ita homo genitus habet esse & operari sc̃dm virtutem decisam in semine ab homine generante, licèt ipse homo suppositaliter non conseruet, satis est q̃ conseruet in virtute. Sol ẽt conseruat nos in esse: quia per influentiã suam cuncta vegetãtur. Et sic est de alijs corporibus cęlestibus, & omnibus causis subordinatis. Si ergo ista faciunt ad conseruationem, quãto magis cã prima? Sic enim dr̃ in prima propositione libri de Causis, q̃ cã primaria plus influit in effectũ quã causa sc̃daria. Sicut ergo in generando aliquã rem Deus est cã prima, a qua omnes causæ virtutem influendi accipiunt: & ipsa causata magis de esse recipiunt: sicut videmus, q̃ res naturales habent virtutem ad operandũ aliquid vno tempore, qd̃ nõ possunt operari alio tẽpore ex sola diuersitate influentię corporũ cęlestiũ: sc̃dm q̃ aliqua arbor crescat influente sole super eã per calorem, & eadem naturaliter crescere desistat, si sol influere desinat calorem super illã: ita cũ Deus magis influat in quamlibet rem, quã omnes causæ eius simul, ipso desinente ab influentia illa necesse est ipsam rem ab operatione desinere nulla violentia ei facta: sed solũ subtracto ei illo, per qd̃ erat & operabatur. Et sic ignis ille cõburere non poterat, nõ q̃ Deus ei aliquid apponeret, per qd̃ impediret ab actione: sed q̃ desistat ab aliquo, qd̃ ad agẽdũ Deus ei ministrabat. Et hoc modo omnis suspensio rei a sua operatione non fit per aliquod positiuum, sed per priuationem.

Instantia respõdet.

Sed tunc argues: si Deus desisteret a conseruatione illius ignis, cũ Deus conseruet ignem in esse, & in operari, nõ solũ non operabitur cõburendo, sed ẽt deficiet ab essendo, ergo non fit isto modo suspẽsio ab actu. Rndetur q̃ res quælibet habet duas perfectiones. s. actum primũ, & actum sc̃dm. Actus primus est forma, vel essentia rei: actus sc̃ds vel secunda perfectio est aliquid consurgens a forma. s. operatio. Et istæ duæ perfectiones non se habent æqualiter ad rem, cũ esse sit ei immediatissimũ tanquã idem existens cũ ipsa essentia rei: agere autẽ, qd̃ est aliquid deriuatum a forma, est vt aliquid magis extrancũ, de quibus diximus Gen. 2. c. in principio. Licet ergo conseruatio Dei, qua conseruat in qualibet re esse, & operari sit vna: tñ quia ipsum esse & operari in re sunt duo realiter distincta, vnũ cõseruari põt sine altero: licèt ĩ hoc sit quidã ordo: quia cũ agere deriuetur ab esse, non põt conseruari operatio rei sine essentia eius: esse aũt sine operatione satis põt conseruari. Distinguere aũt vnam conseruationẽ ab alia quantũ ad ipsam rem cõseruatã, a volũtate Dei depẽdet. Angelus aũt nõ poterat hoc mõ suspẽdere actionẽ ignis: qa non cõtinet naturã in virtute, cũ non depẽdeat ab eo tanq̃ a cã totali.

Duplex rei perfectio seu duplex actus, scilicet primus & secundus.

Secundum erat quomodo ille ignis ibi fuit, scilicet quomodo causatus fuit, vel unde uenit.

Ignis apparens de medio rubi quomodo causatus fuit.

Aliquis forte diceret q̃ angelus, qui stabat in rubo causauit illũ ignem cõuertendo aerem in igne.

Sed hoc non potest dici: quia angeli non possũt gignere formas substantiales: quia hoc pertinet ad cõtinentem naturã in virtute, cuiusmodi nõ est angelus: licèt angeli, et quilibet hoĩes possent cõuertere ignem in aerem, uel aerem in ignem applicãdo actiuã passionibus Qd̃ autem ignem conuertamus in aerẽ hoc patet qñ ignem extinguimus: quia nõ põt dici q̃ ignis redeat in nihilum cũ habeat materiã, & tñ ibi perdit forma, ergo oportet uel q̃ ignis transeat ibi in aerẽ, uel q̃ maneat materia prima sine forma, qd̃ secundum naturam non est possibile. Ex aere ẽt ignem facere possemus, si sciremus tantũ calefacere aerẽ, ut rediret ad subtilitatem igneã: subintraret enim tunc forma ignis, quẽadmodum cũ ignis turbo inflammat aerẽ sibi conuicinum, ut efficiatur flãma. Angeli aũt hoc facere faciliter possunt: quia isto modo malefici Pharaonis adiuuantibus dęmonibus sanguinem, & ranas fecerũt, & colubros. Poterat ergo isto modo fecisse angelus, qui de rubo loquebatur. Sed q̃ ipse nõ fecerat manifestat̃ in hoc: qa ignis, quẽ ipse causaret, uel quilibet infra Deum necessario naturaliter existeret, cũ per natu-

naturalia instrumenta actiua, & passiua consisteret: sed ignis naturaliter tantus non poterat infra suam spheram manere in materia tam rara, nisi haberet materiam grossam, vnde alimentaretur. Sicut apparet, siquis velit carbones ignitos magnam flammam emittentes totumq̃ aerem in circuitu in flammam vertentes tota flamma subito peribit: quia vnde sustentetur, non habet. Et hoc est quod dicit Boetius de consolatione lib. 3. prosa. xj. Ignis prorsus omnem refugit sectionem. Sed ille ignis mansit in rubo non accipiens materiam, vel fulcimentum nutritionis alicuius rei grossæ, ergo a solo Deo erat. Sed vtrum per creationem, vel aliàs sit, adhuc dubium est. Posset aliquis dicere quòd Deus illum ignem de cęlo adduxerit, scilicet de spera ignis, & posuit ibi. Sed hoc non multum conuenit: quia ignis ille cęlestis non lucet, iste aũt lucet: quia Moyses vidit eum. Nisi dicas q̃ Deus condensauit eum reducendo in minorem extensionem: & tũc poterat lucere: sicut astra in cęlo lucent, & non orbes: quia astra sunt densiores partes sui orbis, vt ait phylosopus in primo de cęlo, & mundo. Sed quia oporteret ponere miracula plura isto modo, non est ista congrua positio. Primum est facere descendere ignem de sphera sua, quod est contra naturam suam. Secundum condensare ad tantam densitatem, vt luceret, & a nobis videretur. Tertium quia dato q̃ ille ignis descenderet, non posset transire sine miraculo per interstitia frigidissima aeris, quin extingueretur: & quia pluralitas non est ponenda sine necessitate, vt patet octauo Topicorum, cum fit peccatum per plura facere, quod potest fieri per paucioria. Ponendum videtur ergo, quid Deus illum ignem creauerit, non quidem proprie creauerit: quia hoc fit non prę̃supponendo materiam: sed produxerit subito conuertendo aerem propinquum illi rubo in ignem, & postea illum conseruando. *Et videbatur q̃ rubus arderet & non combureretur.* Ardere est flammas emittere, comburi est consumi, vel deficere esse. Et sic rubus ardebat idest emittebat flammas cum in circuitu eius esset ignis circunfusus occupans totam viriditatem: quia super folia, & corticem viridem erat ille ignis, tamen non deficiebat propter hoc viriditas rubi, nec deficiebat aliquod folium eius. Sed dicet aliquis q̃ iste ignis non erat verus, cum dicatur hic q̃ rubus ardere videbatur, & non comburebatur. Si autẽ verus ignis fuisset, non solum apparet ardere immo vere arderet. Respondetur q̃ ardere est ex se flammas emittere, & tunc aliqua res ardet, cum de substantia sua flammas emittit, & tũc talis res cibus ignis est. Sed non erat sic in rubo: quoniam videbat Moyses: quia nõ emittebat ille de se flammas, sed Deus illum ignem verum circumposuit rubo, ita q̃ sicut aer locare debebat rubum ambiendo, & circunscribẽdo immediate partes eius: ita ignis locabat rubum ambiendo eum cum omnibus partibus suis coniunctione immediatissima: ita q̃ cuicunque videnti appareret, non q̃ ignis esset circunfusus, sed q̃ ipse rubus illum ex se emitteret, quod est ardere, tamen rubus non emittebat, nec erat cibus ignis. Et tamen quia Moysi sic videbatur, dicitur q̃ videbatur ardere, non tamen vere ardebat; ideo nec ardebat nec conburebatur. Sed nec tollitur miraculũ propter hoc: quia licèt ignis ille verus erat, & applicitus imediate rubo, q̃ non combureret miraculum erat, scilicet in suspẽdẽdo actionẽ ignis: quia nullus demon, vel angelus poterat hoc exequi cum nõ possit mutare naturam: sed specialiter, & varijs modis eam ministrare. Hoc ponebatur in signum liberationis Iudęorum, scilicet q̃ sicut ignis ille verus circũdabat rubum, qui erat materia satis leuis, & cito combustilis; & non cõburebatur: ita ipsi existentes in igne laboris Aegypti non consumerentur, sed illęsi inde cito liberarentur: fuerunt autem illęsi ab illo igne, quia in tempore exitus de Aegypto omnes erãt sani, & fortes ad itinerandum, vt patet psalmo. 104. scilicet Lętata est Aegyptus in profectione eorum: quia timor incubuerat super eos; & eduxit illos cum auro & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus. *Dixit ergo Moyses, vadam.* Idest proposuit ire. Nec ponitur hic dicere, idest verbo tenus proferre: quia Moyses cùm solus esset, nulli ista loquebatur: sed solum intra se concipiebat. Sed illa conceptio interior cùm sit formatiua verbi, quod gignitur, cum respectu dictionis patientię, & intra nos sit dictio, patientia, scilicet ipsa patientia, obiecti conceptio, vel potius ipsius verbi intranea enunciatio, quæ est dici suum, potest proprie dici verbum, & competit ei verbum esse, vel dici, sicut & in diuinis verbum est similis conceptione, & patientia dictione: idem enim qui filius ille verbum est: sed filius, vt gignitur, verbum autem vt a formante, vel concipiente dicitur, & in ipso pater dicens se ipsum, & omnia alia dicendo manifestat. *Vadam, & videbo.* Moyses stabat longe ab illo rubo, qui ardebat, ideo, vt melius iudicaret, quid esset, vel qualiter fieret, voluit appropinquare. *Et videbo.* Videbat hoc Moyses ex loco, in quo ante erat sed quia aliquid mirabile erat, specialius causam rei iudicare voluit, & inspicere, & hoc nõ videbat a loco, ĩ quo erat: sed intellexit se posse videre propinquius accedendo. *Visionem hanc magnam.* Idest Rem istam magnã siue mirabilẽ, quam video. Et nempe mirabilis erat, vt quippe qui solo Deo operante supra naturam fieri posset, scilicet ignem verum, rei cõbustibili immediate applicatum, nõ consumere rubũ. *Quare non comburatur rubus.* Putabat enim Moyses quod accedendo ad rubum causam cognoscere posset, quare non comboureretur rubus. Et hoc quia forte existimauit non esse ignem verum: sed apparentiam ignis. Et hoc poterat experiri apponendo alia ligna, vt videret si comburerentur, vel apponendo manum ad videndum, vtrũ aliquis calor ibi appareret. *Cernens autem Deus quòd pergeret ad videndum.* Deus a sęculo sciebat, & cernebat Moysen velle pergere ad videndum quando Moyses actualiter illud pergebat visurus, & faciet scriptura effigiem quandam tanquam Deus vel ille angelus stare in medio rubi, & videret oculis corporalibus quemadmodum homines, & tunc non videbat Deus, vel angelus velle pergere Moysen ad contẽplandum rubum; donec incepit pergere, & tunc mandauit ei ista, quæ sequuntur. *Vocauit eum de medio rubi.* Angelus ille vocauit Moysen non vt ad se veniret: sed vt ad ea, quę dicturus erat attenderet, scilicet ad mandatum de non accedendo propius. *De medio rubi.* Quia videbatur quòd illa vox, quæ formabatur procedebat de medio rubi in medio illius ignis, sicut dicitur Deutero. 4. & 5. cap. q̃ in datione legis Deus loquebatur de medio ignis, *Moyses Moyses.* Duplex vocatio ponitur ad significandam attentionem, vt Moyses diligenter attendat, & vltra pergredi non audeat. *Qui respondit, adsum.* Idest, ecce domine paratus sũ, iube quod velis. *At ille.* Idest Deus vel angelus loquens de medio rubi. *Ne appropies.* Idest non accedas. *Huc.* Scilicet ad locum, in quo sum in rubo. Volebat enim Moyses magnam illam visionẽ contemplari, & in hoc erat aliqualiter irrueiens, volens accedere ad secreta Dei. Mandauit ergo ei Deus ne vltra accederet, idest ne præsumeret diuina secreta rimari: quia perscrutator maiestatis, opprimet a gloria, vt patet Pro. 25. c. & in ps. 63. accedet ho ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Nullus n. ptũmat Dei iudicia, aut secreta scrutari: quia scrutãdo deficiet, & tradet in reprobũ sensũ, cũ dicat scriptura, Altiora te ne q̃sieris, & maiora te ne perscrutatus fueris. Ecclesiast. c. 3. & de

Ignis rubi an fuerit a deo creatus.

Ardere, comburi quomodo differunt.

Rubus an vere arderet, & q̃ fuit figura liberationis iudęorum.

Secreta dei rimari nullus debet.

licti sui pęnam non effugiet. Ideo Moyses nunc diuina voce correctus, postea in datione legis ad locum caligi nis, vbi Deus erat accedere non audebat, vt patet infra c. 24. *Solue calciamentum de pedibus tuis.* Idest auferas a pedibus sotulares. Iste fuit mos antiquorum non intrare loca sacra calciatis pedibus: & sic faciebant Iudęi post istam ammonitionē angelicam. Sarraceni etiam hodie generaliter hoc obseruant: quia non intrant phana sua, & delubra, nisi calceos ante fores reliquerint. Gentiles etiam istum modum tenuerunt. Nam vt patet infra Reg. c. 5. quādo apposita arca in tēplo Dagō repertus fuit Dagon in limine portę cōfractis brachijs, & pedibus: quia ex tunc fuit statutū, vt nullus intrās tēplum Dagon, siue de sacerdotibus, siue de laicis pedē ponat super limen templi Dagon, & ista maior reuerētia est: quia nec calciatis pedibus, nec cū calceis calcare audēt limen Dagon. *Locus in quo stas terra sancta est.* Terra in se sancta non est: sed sancta dicitur, quia ibi Deus apparuit, & postea legem dedit. Et sic illa terra quam benedicti pedes Iesu calcauerūt sācta dicitur, maxime quia illa caro mundissima nudis vestigijs terram tangebat. Et ait, Ego sum Deus patris tui. Non mentiebatur in hoc angelus: quia a Deo positus eius personam repręsentabat, & sic Deus dici volebat. *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.* Vocat se Deū istorum: quia isti eum vere, & toto animo coluerunt: vel quia istis beneficia specialia promisit. *Abscondit Moyses faciem suam.* Propter diuinam reuerentiam apparentem in rubo. *Non enim audebat respicere contra Deum.* Quia indignum se reputabat ista visione, ideo velauit faciem suā pallio, vt sicut antea nimis excesserat volēdo irreuerenter sacreta in diuina videre, ita nunc multum deprimeretur lando faciem suam.

Antiquorum mos fuit nō ingredi loca sacra calciatis pedibus.

Christus discalciatus incedebat.

Quæst. 5. Et istam reuerētiā sibi Deus teneri voluit in veteri testamento: quia adhuc ipsa vasa ministerij sanctuarij nolebat videri nuda a Leuitis Chaatitis: sed prius ea sacerdotes velabant: & velata Chaachibitis deportanda tradebant: quia aliàs Deus illos repente morituros pręd icebat, vt patet Nume. 4. c. Etiam quando arca domini venit de terra Philistim in agrum Bethsames: Bethsamitę obtulerunt victimas. Et quia viderunt arcam, percussit dominus septuaginta mille viros de populo, & quinquaginta milia plebis, vt habetur. 1. Reg. 6. cap. In nouo testamento non est tam terribilis: quia corpus suum nobis ministrandum tradit, quantumcunq; indigni sacerdotes simus, & illud omnibus videndum sub illa effigie pręb et specierum panis, & vini.

Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiā eorū, qui pręsunt operibus: & sciens dolorem eius descendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonā, & spaciosam: in terrā, quæ fluit lacte, & melle, ad loca Chananęi, & Hethęi, & Amorręi, & Pherezęi, & Heuęi, & Iebusęi. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionē eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Aegypto.

Infra q. 1. cap. teneamus.

Cui ait Dominus. Ille angelus, q̃ loquebatur in rubo, *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto.* Silicet quo modo premantur duris operibus, & filij eorum occidantur, vel saltem aliquandiū occisi fuerint. Notandum est F mirabiliter, ꝙ quando Moyses voluit irreuerenter se ingerere ad conspiciendum diuina secreta, ab angelo accedere vetitus est: cum autem stupuit, & velauit faciem suam indignum valde se existimans, angelus ei declarauit mysterium magnum de ardore rubi, & ꝙ nō cōbureretur, quia vt diximus signabat, ꝙ ille ignis tribulationis, quem Iudęi sustinuerant, & tunc iusti nebant, non erat consumpturus eos, & deleturus vsq; ad fundamētum. Et hoc designat cum dicit se vidisse afflictionem, & denunciat. Qui de suo igenio multū præsumentes omnia se posse cognoscere existimant, nihil ad Deum referentes, qui finxit cor, & tribuit intellectum, interdūm a Deo deijciuntur, & euanescūt in cogitationibus. Putātes enim se sapiētes stulti valde G fiunt: quia tradit eos Deus in reprobum sensum malitia eorum exigente, vt patet ad Rom. 1. cap. Illi autem qui intellectu suo nihil cōfidentens omnia quæcūq; intelligūt, Dei munere se intelligere iudicant, eiq̃ pro illo gratias īpendūt, sēper se in suis oculis paruos existimātes nulliusq; eorū quæ recipiunt dignos arbitrātes, ad magna secreta Dei attollūtur cōtēplāda. Et talium intellectus magnus, & certus est, pro quibus Christus gratias agit patri Mattheus 11. cap. dicens. Quoniā ipse abscōdit hęc secreta a sapientibus, scilicet qui in oculis suis sapientes videbantur: & reuelauit ea paruulis. *Et clamorem eorum audiui.* Scilicet compatiens eis ad liberandū eos. Clamabant enim, quia premebantur valde operibus duris, vt patet præcedenti cap. *Propter* H *duritiam eorum, qui præsunt operibus.* Prępositi operum affligebant Hebręos valde, imponentes tam dura, & magna opera, quæ nullus posset facere. Et quando nō finiebant, flagellabant eos, vel alias cedebant. Sic patet infra 5. cap. quando flagellati sunt præpositi: qui erant de generatione Iudęorum. *Et sciens dolorem eius.* Quia valde durus est: & eum tolerare non potest. *Descendi, vt liberarem eum de manibus Aegyptiorum.* Deus autem qui vbique est, nec locum dimittere aliquod, nec nouiter acquirere potest ideo nec ascendere, vel huc atq; illuc diuertere aut flecti pōt: sed condescēdit scriptura modo intelligendi nostro maxime pro simplicibus: quia sacra scriptura ideo Spiritu Sancto dictante condita est, vt a nobis legatur & intelligatur. Cum er- I go modus nostri intelligendi non extendat se vltra corpora, vel per modos, & a penditia corporum, quicquid illud fuerit, quod contempletur si sacra scriptura vellet exprimere, quæ Deus facit per modum, quem ipse facit, aut ineffabilia essent, aut nobis nullo modo intelligibilia. Et sic frustra scripta eēnt. Oportuit ergo sacram scripturam modum tenere corporeum in assignationibus Dei, vt quid saltem sub tenebra, & metaphora intelligere valeamus: quoniā ipsa diuina secundum claram veritatem hic concipi non valent. Et hoc est quod ait Philosophus 2. Meta. sicut se habet oculus noctuæ ad lumen solis, sic habet intellectus noster ad ea, quæ sunt notissima in natura. Notissima autem in natura vocat Deum, & alias substantias separa- K tas, quę quia multum de entitate habent multum cognoscibiles sunt. Cum enim sit ratio intelligendi, & ipsum obiectum intellectus: modicum tamen nos cognoscimus, aut nihil per modum, per quem sunt ex defectu potentiæ cognitiuę: sicut solem magis quam terram de se esse visibilem ipsa natura nullo mōstrante demonstrat, noctua tamen terram videt, lumen autem solis intueri non valet: quia potentiam visiuam debilem habet ex teneritudine organi. Dans ergo scriptura nobis modum intelligendi planum, & naturæ nostræ conformem statuit Deum, vt quendam magnum regem in cœlo altissimo reuerendo solio sublimatum, & in illo audisse voces Hebræorum ascendentes de terra: & iustam causam attendens nunc de-

Confidentes pprio ingenio a Deo deijciunt, & e contrario.

scendis-

scendisse ad terras, vt vindictam reddat, & liberet de manu tribulantium. *Et educerem de terra illa.* Quia licèt Deus in terra Aegypti potuisset Hebræos liberare deprimendo Aegyptios seruituti Hebræorum, non tamen sic fecit: quia promiserat prioribus eorum se daturum aliam terram meliorem Aegypto. *In terram bonam, & spatiosam.* Terram bonam vocat, scilicet meliorem Aegypto: quia Aegyptus dura, & odiosa videretur Hebræis, cum ibi mala multa tolerarent. *Spatiosam.* Idest in qua possent dilatari. Dicit hoc, quia in terra Aegypti data fuit eis quædam pars Terræ Gessen', quæ valde parua erat tantę multiplicationi Hebræorum, quanta tunc erant, quoniam indiguissent dimidia terra Aegypti, aut amplius. Erat autem alia causa quare Aegyptus non esset terra spatiosa: quia licèt magnam terrā contineat, cum non pluat ibi, aut fiant rores, & aliæ impressiones, quibus fruges, & arbores nutriantur: sed inundationibus Nili, aut deductionibus laboriosis aquarum in alijs fluminibus terra colatur: non poterit esse ibi habitatio, nisi in parte illa, quę fluuijs contermina est, aut ex altera parte maris rubri versus meridiem in planioribus locis Aegypti: quia illa sufficienter Nilaicis inundationibus irrigantur. Quamobrem necesse est magnam partem Aegypti inhabitatam relinqui, scilicet eam, quæ montuosa est, & ista vocatur desertum magnum inter Aegyptum & Arabiam: & in alijs partibus. *Quæ fluit lacte, & melle.* In hoc declaratur bonitas Terræ Chanaam, ad quam volebat introducere eos super terram Aegypti, scilicet in vbertate. Etiam in spatiositate, quia in terra promissionis vbique poterat fieri habitatio tam in montibus, quam in vallibus, vel campestribus, cùm aquam de cœlo expectet, quæ indifferenter campos, & montes irrigat: & non ducitur aqua ad irrigandum iacto semine in modum hortorum, vt patet Deutero. 11. c. Et non est intelligendum, quòd ista terra fluat lacte, & melle: quia hoc in nulla terra est: sed dicitur ad notandam abundantiam rerum delectabiliū ad vescendum, vel dicitur abundare lacte, quia est terra ad pascua opportuna. Dicitur abundare melle: quia est terra montuosa abundans floribus, & lignis, ex quibus apes mella conficiunt. *Ad loca Chananæi, & Hethæi.* Hic nominantur istę gentes, quas expulsurus erat Deus de Terra Chanaam ad introitum filiorum Israel: & cum debeant esse septem gentes, solū sex nominantur hic: quia subticentur Gergessæi, qui fere vbique tacentur, cum fit memoria de alijs, nisi Gen. 15. & Deuter. 7. ca. Quare autem taceātur Iudęi dicunt causam esse: quia libēter cessit de terra ante ingressum filiorum Israel, nec eis restitit, sicut alij populi per bellum. Sed non videtur hoc verum esse: quia infra in Deuteronomio designatur, quomodo cum omnibus istis septem gentibus bella gesturi erant, & magis patet actuum 13. c. in recitatione Beati Pauli, vbi dicitur, quòd Deus expulit septem populos, vt eos collocaret in Terra Chanaan, scilicet Israelitas. Sed de septē populis vnus erat Gergessæus. Sed videntur subticeri: quia fortè iste populus minor atque debilior alijs populis erat: aut quia alicui de cœteris commixtus erat, ita vt pęne nomen perdidisset. Isti omnes septem populi erant de stirpe Chanaam nepotis Noè, quem maledixit ipse, vt patet Gen. 9. cap. licèt vocatur vnus de istis specialiter Chananęus, & aliquando omnes generaliter Chananæi. Quare autem vnus vocetur specialiter Chananæus, cum omnes æqualiter descendant de stirpe Chanaan, causa redita fuit Gen. 10. cap.

Terra spatiosa quare dicatur.

Quare hic non nominātur Gergessæi.

Quæst. 6. Quare autem Deus promittat eis dare hic septem populos, cum Gen. 15. c. promiserit dare decem gentes dubium est. Ad quod respondetur, quòd ali tręes gentes datæ fuerunt alijs, qui aliquo modo pertine- A bant ad semen Abrahæ, in quo facta fuit promissio, scilicet vna gens Moabitis filijs Loth consobrinis Abrahæ, alia gens Amonitis filijs Loth: tertia fuit tradita Idumęis nepotibus Abrahę per Esaù, septem autem relictę sunt Iacob, & posteris eius tāquam in quo benedictio principaliter impleri debebat. Quomodo autem ista fuerint latius declarauimus Gen. 15. cap. *Clamor ergo filiorum Israel venit ad me.* Ista dictio, ergo, non ponit hic, vt coniunctio illatiua, siue nota consequentiæ: sed ponitur, vt cōiunctio inceptiua, & idem est de ista dictione igitur: quia in multis narrationibus ponitur in principio, cum nihil pręcessit, quod est contra naturam nostræ cōsequentiæ. *Clamor filiorum Israel.* Hic fit repetitio superioris. Erat autem iste clamor de B paruulorum extinctione in aquis, & de dura in operibus afflictione. *Et vidi afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur.* Idest valde premuntur, vel suppeditantur in impositione tantorum operum. *Sed veni, & mittam te.* Moyses erat distans ab Angelo, qui loquebatur in rubo de medio ignis, quia mandatum fuerat ei, nè appropinquaret. Et quia Deus volebat confortare Moysen, quem ad tam ardua negotia missurus erat dando de se bonam spem, & demonstrando aliqualem familiaritatem, vt sic libentius exequeretur. Familiaritas autem demonstratur faciendo cū venire apud se, sicut inter homines illi, qui habent maiorem dominorum familiaritatem, apud eos magis appropinquant. Istam familiaritatem postea tenuit C Moyses semper cum Deo: quia loquebatur ei ore ad os, sicut homo loqui solet ad amicum suum, vt patet infra 33. cap. *Et mittam te ad Pharaonem.* Renunciaturum ei verba mea, & facturum coram illo, & seruis eius signa mea, & portenta, quæ ego dabo in manu tua. *Vt educas populum meum de Aegypto.* Idest istam renuntiationem verborum meorum facies, vt permittat te educere populum meum de Aegypto. Vel aliter. Ego mitto te ad duo. Primò te constituo nuncium verborum meorum ad Pharaonem. Secundò te constituo ducem filiorum Israel, vt dirigas eos, & educas de Aegypto.

Quare hic Deus promittit Indæis dare sepetē populos Ge. autem decem.

Dixitq; Moyses ad Deū: Quis sum ego, D vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum, & hoc habebis signum, ꝙ miserim te, cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi; quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysen: Ego sum, qui sum. Ait: Sic dices E filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Dixitq; iterum Deus ad Moysen: Hęc dices filijs Israel: Dominus Deus patrum vestrorū, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternū, & hoc memoriale meū in generatione, & generationē. Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus patrū vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob dicens: Visitans

Dirrachiū conditur. Calcis Cuboęę insulæ ciuitas, quę Nigro pons dicitur conditur.

 visitaui

Infra 8.

Infra 11. & infra 12 37. diſt. ca. legimus. 14 q. 5. ca. ſcriptum. Item c. dixit dominus, ue diuori. cap. Gaudem⁹.

viſitaui vos, & vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Ægypto: & dixi vt educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Heuęi, & Iebuſæi: ad terram fluentẽ lacte, & melle: & audient vocem tuam: ingredieriſque tu, & ſeniores Iſrael ad regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebręorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus domino Deo noſtro. Sed ego ſcio quòd non dimittet vos rex Ægypti vt eatis, niſi per manum validam, extendamque manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum. Poſt hoc dimittet vos. Daboque gratiam populo huic coram Ægyptijs. Et cum egrediemini, non exibitis vacui, ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, ac veſtes, ponetiſque eas ſuper filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.

Dixitque Moyſes. Hic ponitur tertium, ſcilicet inſtructio circa agenda, quia iſtud negotium magnum erat, & indigens magna prudentia, & inſtructione ad exequendum illud. *Dixitque Moyſes ad Deum*. Ideſt ad Angelum, qui loquebatur ei excuſando ſe ne mitteret eum. *Quis ego ſum, vt vadam ad Pharaonem*. Quaſi dicat. Domine iſtud negotium valde magnum eſt. Ego autem valde paruus, nec ad particulam huius negotij ſufficiens. *Et educam Iſrael de Aegypto*. Quaſi dicat. Quodlibet iſtorum eſt ita magnum, quòd indigebat valde magno viro. Quomodo ergo domine committis mihi omnium virorum inexpertiſſimo. *Qui dixit. Ego ero tecum*. In hoc cõſenſit Deus cum Moyſe, quòd nec ipſe nec aliquis hominum ſufficiens erat per ſe ad faciendum iſta, niſi Deus dirigeret eum: ideo dixit. *Ero tecum*. Ideſt licèt tu non ſis ex te ſufficiens, ego te iuuabo. *Hoc habebis ſignum, quòd miſerim te*. Verbum Dei ita certum eſt, quòd non oportet, vt det aliquam ſigni, vel probationis certitudinem. Sed quia adhuc populus Hebraicus erat imperfectus, & Deus volebat eos mouere ad magna, dabat eis quædam ſigna, vt crederent: quia ſimplici verbo ſciebat non eſſe credituros. Dat ergo hic ſignum Moyſi, vt credat ſe certiſſime à Deo miſſum, ſcilicet. *Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis ſuper montem iſtum*. Ideſt in hoc cognoſces, quòd ego miſi te, quia cum exiueris de Aegypto cum populo meo, ego faciam te venire per locum iſtum, & immolare ſuper mõtem iſtum. Et nunc ego prędico hoc tibi antequam fiat, vt quando factum fuerit, non poſſis dubitare te miſſum eſſe à Deo.

An iſtud ſignum datum de immolatione ſuper montem, cum ſit poſterius ipſa re potuerit eſſe ſignum futuri: & vtrum ſit ſignum prænoſticatiuum, vel rememoratiuum, aut demonſtratiuum: & an ex iſto textu poſſit argui contra Iudæos, quòd auctoritas Iſaiæ: Ecce virgo concipiet: intelligatur de Meſſia, & Beata Virgine.

Quæſt. 7. Et in hoc arguitur communiter contra intentionẽ Hebræorum ſuper illud Iſaię 7. vbi Deus prædixit Acham, quòd eſſet liberandus à duobus regibus, ſcilicet rege Syrię, & rege Iſrael coniurantibus contra re-

F gem Iudę, & ad hoc dedit ei ſignum de Meſſia naſcituro, quæ natiuitas fuit poſt illam liberationem per plures quam ſexcentos annos, dicens: Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum, ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Iudæi autem nolunt hoc ſignum intelligi de Meſſia naſcituro, ſed de quodam alio euentu propinquo ante liberationem Acham ab illis regibus, de quo Deo dante ibi magis dicetur. Et arguunt quia ſignum eſt aliquod argumentum faciens venire in cognitionem alicuius rei. *Signum quid ſit.* Id autem ꝑ quod aliud cognoſcitur prius eſt illo, ſicut via ad terminum: futurum autem cum poſterius ſit, non poteſt reducere in cognitionem pręteriti: ideo ſignũ conuenienter dicitur eſſe ante rem,

G quæ notificatur, & non poſt rem. Sed ad hanc reſponſionem ſuam ſatis repugnat iſta litera, quę dat ſignum de futuro, ſcilicet quòd ſignum cognoſcendi, quòd Deus miſiſſet eum ad Pharaonem, ſcilicet quòd poſtquam ipſi exirent de Aegypto euntes in terram Chanaam venirent per montem illum, & ſacrificarent in eo. Conſtat tamen quòd miſſio ad Pharaonem, & liberatio de Aegypto longe priora erant quàm ſacrificare ſuper montem illum. Et quando dicitur quòd ſignum nunquam datur de futuro, ſed ſemper datur ante ipſam rem, vt ſic cognoſcamus rem: non eſt conuenienter dictum: quia quædam ſunt ſigna ante ipſam rem, & vocantur prænoſtica, quia rem antequam ſit elucidant euenturam. Quædam ſunt ſigna demon-

H ſtratiua, quia rem in præſenti demonſtrant eſſe, ſicut pendulus tabernæ vini ſignum eſt, & vexillum præcedens ſignum regis, aut militis ibi venientis eſt. *Diuerſa ſigna. ſ. de futuro de ꝑſenti, & de præterito.* Quoddam eſt ſignum rememoratiuum, & pertinet ad pręterita, quando per aliquod ſignum reducimur in memoriam rerum geſtarum, ſicut Crux eſt ſignum Paſſionis Chriſti, non ſignum futurę Paſſionis, quia vt ait Paulus Apoſtolus, Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, ſed eſt ſignum reducens nos in memoriam paſſionis eius præteritę. Et ſic iſtud ſignum quod hic ponitur, poteſt eſſe ſignum rememoratiuum, licèt non ſit prænoſticum, aut demonſtratiuum. Sed adhuc melius dici poteſt, quòd non ſolum ſit ſignum rememorati-

I uum, ſed etiam ſit manifeſtatiſſimum: hoc modo, ſcilicet quandocunque aliqua res fit, & neſcitur vnde proueniat, poteſt cognoſci per aliquod ſignum à poſteriori. Vt ſi aliquis diceret; ſi tale vel tale mane eueniet: ſcias quòd id quod hodie tibi euenit, fuit ex tali, vel tali cauſa. In propoſito enim nunc quando Deus mittebat Moyſen ad Pharaonem, ſi Moyſes dubitaret, vtrum Deus eſſet, qui eum mitteret, vel non poterat hoc cognoſci per ea, quæ futura erant, ſed nunc prædicerentur; ideo Deus congruenter eum certificabat dicens; ſi forte nunc dubitas tu Moyſes, quòd ego ſum Deus, qui mitto te: ego dico tibi, ꝙ in exitu de Aegypto immolabitis mihi ſuper montem iſtum. Et qñ immolaueritis ſuper montẽ iſtum, cognoſces

K certiſſime, ꝙ ego te miſerim, ideſt ꝙ Deus miſit te. Et ſic non mandabat, ꝙ qñ exirent de Aegypto immolarent ſuper montẽ iſtum, ſed futurum eis ꝑdicebat. ſ. ꝙ ſic eueniret, ꝙ in exitu de Aegypto ibi immolarẽt. Et talia ſigna dabat Chriſtus diſcipulis ſuis dicens: Hæc dico vobis anteq̃ fiant, vt cum factum fuerit credatis. Volebat. n. certitudinẽ verbi eius apperire non ante ipſam rem factã, ſed poſtq̃ fieret. Hæc autem ſatis bene dicta ſunt: ſed non multũ militant cõtra Iudęos ſi ipſi reſpondere ſciant, quãtum ad ſignũ datum de Meſſia naſcituro ꝑ Iſaiam, de quo infra dicam. Sed adhuc põt poni, ꝙ non ſit hoc ſignũ repręſentãs aliqd ꝑteritũ, ſed futurũ prĩcipaliter: qa duo mãdabat hic Deus Moyſi, ſ. vt nũciaret verba ſua Pharaoni; ſecundũ vt educeret,

&

& liberaret filios Iſrael. Quantum ad primum non poteſt eſſe ſignũ de futuro, quia prius fuit nunciatio verborum Dei facta Pharaoni per Moyſen, q̃ immolatio ſuper montem Sinaì. Quantum ad ſecundum, ſ. liberationem de Aegypto, etiã alicui videbitur, ꝙ prius fuit quam immolatio ſuper montem illum: qm̃ liberatio de Aegypto fuit in eductiõe filiorũ Iſrael de terminis Terrę Aegypti, & præcipue in mari rubro, vbi ſubmerſis Aegyptijs cũ rege ſuo, & toto exercitu, & tota ꝑtãte curruum, & equorum Aegypti, quę conuenerat ad ꝑſequendum Hebręos, vt patet infra 12. cap. Hebręi nõ timuerũt vltra Aegyptios, quaſi nullus maneret in Aegypto, q eos ꝑſequi poſſet. Et dato ꝙ manerent aliqui, nullus auderet perſequi illos territi tanta ſuorũ à Deo immiſſa ac facta clade. Sed iſta oĩa fuerunt anteq̃ venirent, & ſacrificarent in mõtem Sinaì, ergo etiam illud ſignum fuit poſt liberationem de Aegypto. Ad hoc reſpondetur, ꝙ liberatio Iſrael de Aegypto non attenditur in ſolo exitu de Aegypto, vel tranſitu maris rubri: quia quid erat, vel proderat liberatio de Aegypto, ſi reliquiſſet Deus cadere Iſraelitas in manus Amalechitarum, de quo infra 17. Quid etiam illud proderat, ſi liberando illos de illo periculo, ꝑmiſiſſet eos fame, aut ſiti mori, aut hoſtilib⁹ vulneribus cadere, aut ſerpentũ venenatis morſibus interire, quę oĩa erãt in deſerto: nihil inquam eſſet: qa melius eſſet eis mori in Aegypto ſup ollas carniũ, vt ipſi murmurabant, & patet Num. 11. c. q̃ prędictis incõmodis in deſerto miſerabilem vitã terminare. Et hoc eſt qđ clamabat Moyſes ad dominũ, vt patet infra cap. 32. ſ. Nè queſo dicant Aegyptij, callide eduxit eos, vt interficeret ĩ mõtib⁹, & deleret de terra. Etiam Nume. 14. c. Non poterat introducere populũ in terra pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in ſolitudine. *Determinatio quę.* Dicendum ergo quòd liberatio Iſraelitarum de Aegypto dependebat ex fine omnium aduerſitatum, & introductione in terrã, pro qua Deus eis iurauerat. *Alia reſpõſio, & melior.* Hoc autem nõ erat conſumandum vſq; poſt mortem Moyſi, cum introducerentur in Terrã Chanaã. Et tũc verũ eſt, quòd iſtud ſignũ ꝑcedebat illam liberationẽ. *De his dixit latius Auctor in libro ſup Ecce virgo concipiet.* Hęc autem bene poſita, & fulta sũt, ſed adhuc videtur melius mihi dicendum, & conformius intentioni, & punctuationi literę: ꝙ iſtud ſignum datum eſt ꝑcedẽs ad iſta duo, ſ. ad miſſionem ad Pharaonẽ, & ad liberationem de Aegypto: ſed non eſt ſignum iſtud, qđ ſeq̃t de immolatione ſuper montem Sinaì: ſed ſignum eſt illud qđ ꝑceſſit. ſ. viſio ardentis rubi. Et non debet punctuari litera, vt nos legimus nũc, vt legat̃ totũ ſub vno contextu. ſ. *Hoc habebis ſignum, quòd miſerim te; cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum*. Quia ſi totum hoc claudatur ſub vno verſu, erit ſenſus ſupradictus. Et talem punctuationem non facit litera noſtra, nec litera Hebraica: ſed illud primũ ponit ſub vno verſu. ſ. *Hoc habebis ſignum, quòd miſerim te*. Et tũc ly. hoc. refertur ad ſuperiora. ſ. ꝙ ardor in rubo, & ſine cõbuſtione erit ſignum, ꝙ Deus mittit te ad denunciandum iſta Pharaoni, & ad educẽdum Iſraelitas de Aegypto. Et ſatis conueniens ſignum hoc erat: qm̃ nullus talia facere poterat, niſi Deus q nunq̃ mẽtitur. Sicut enim ſi ille Angelus, q loquebatur in rubo, ſuſcitaſſet aliquem mortuum ad demonſtrãdum ſe dicere hoc ex parte Dei, vel dicere hoc vt Deus, credendum ſibi eſſet: ita ſi nunc faciebat rubum ardere, & non cõburi, qđ ad ſolum Deum pertinet, ſibi credendum eſt. Et eſt ſenſus. Si tu dubitas quòd ego qui mitto te, ſim De⁹: poteris hoc cognoſcere per iſtud ſignũ, qđ vides de rubo ardente, & non conſumpto. Quod aũt ſeq̃tur, ad alium ſenſum pertinet, & tam in litera noſtra, q̃ in Hebręa ſub alio verſu locat̃. *Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum*. Hoc non ponitur per modum ſigni prenuntiati, ſed per modũ

A imperij mandando, quòd qa Moyſes iam certificatus erat de miſſione ſua, & de eductione de Aegypto, qñ tranſiret ad Terram Chanaam per montem iſtum, vt immolaret Deo. Et iſto modo exponendo faciliter reſpondere poſſunt Iudęi ad argumentum, quod ſupra fiebat ad probandum ſignum datum de natiuitate Meſſiæ dicentes, quòd hic nõ ponitur ſignum factum poſt ipſam rem cuius eſt ſignum, ſed ante ipſam, vt patet in expoſitione. Ideo probatio quæ inducebatur de hoc non valet. *Signi natiuitatis Meſſię probatio ex illo: Ecce virgo concipiet.* Sed adhuc non ſtante iſta probatione manet alia fortior probatio ex ipſo textu Iſaię 8. cap. ſ. Dixit dominus ad me. Voca nomen eius accelera ſpolia detrahe, feſtina prædare, quia antequam puer ſciat inuocare patrem, aut matrem ſuam, auferetur fortitu-

B do Damaſci, & ſpolia Samarię coram rege Aſſyriorũ. Illud ſignum eſt, quod præmittebatur in cap. præcedenti. 7. eiuſdem Iſaiæ, ſcilicet propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Ergo nulla alia probatione apparente ex ipſo textu Iſaię manifeſtè concluditur, ſignum dari ibi de futuro: quia ille puer, quem concipere virgo debebat in ſignum poſt deſtructionem Samarię, & Damaſci naſciturus, & locuturus erat. Superior expoſitio valde conſonat literę: ſed indifferenter ipſa, vel ſuperiores teneri poſſũt. Doctores aut noſtri communiter aliam ſuperiorem ſequuntur. Sed data quacunque illarum, oportet dare quomodo Iſraelitę ſacrificauerũt ſuper montem Sinaì: ſiue litera illa de immolatione *Iſraelitæ quomodo ſacrificauerunt ſuper montem Sinaì.*

C legatur per modum enunciationis de futuro, aut per modum mandati. Et dicendum quòd Iſraelitę multotiens immolauerunt ſuper montem Sinaì. Primò in cõfirmatione legis datę, vt patet infra 24. c. quando Moyſes fecit occidi. 12. vitulos, & ſanguinem fudit partim ſuper altare, & ſuper librum legis, & partim ſuper populum, quia ſic fedus componi debebat, vt patet ad Hebr. 9. c. Deinde immolauerunt ſępius in conſecratione Aaron, & filiorum eius, & in dedicatione tabernaculi, & poſt aliquot diebus, ſ. per duos menſes, & vltra obtulerũt victimas in monte Sinaì. Patet quia erectio, & dedicatio tabernaculi fuit facta in principio anni ſecundi exitus de Aegypto, ſ. menſe primo die prima menſis, vt patet infra 40. cap. & tunc fuerunt ſacer-

D dotes conſecrati: ſed arca Domini, & totus Iſrael non mouit caſtra de monte Sinaì, vſque ad annum ſecundum, menſe ſecundo eiuſdem, & die 20. eiuſdem mẽſis, vt patet Nume. 10. c. *Ecce ego vadam*. Quia Deus dixerat Moyſi: Ego ero tecum, ideſt adiuuabo te, quaſi confidens in benignitate, & ꝑtãte Dei, noluit ſe amplius excuſare, ſed promptum ſe exhibui, dicens. *Ecce ego vadam*. Scilicet iuxta mandatum tuum. *Ad filios Iſrael*. Non dixit ſe Moyſes iturum ad Pharaonem, licèt Deus dixiſſet, quòd volebat eum mittere ad Pharaonem, ſed ſolum ad filios Iſrael: quia vidit ſe non eẽ eloquentem ad proponendum coram rege, ideo poſtea aliqualiter repugnauit Deo mittenti, vt patet 4. c. cum dixit; Non ſum eloquens ab heri, & nudiuſter-

E tius. *Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos*. Scilicet ad annunciandum liberationem veſtrã de ſeruitute Aegyptiorum. *Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius? quid dicam eis?* Sciebat Moyſes, quòd Hebręi non cito crędunt, niſi ſigna aut experimenta viderint, vt patet primę ad Corint. primo, vbi dicitur. Iudęi ſigna quęrunt, Gręci autem ſapientiam. Ideo volebat certificari in aliquo, ſaltem in nomine Dei, nè dicerent Hebręi, Moyſen fuiſſe ſtulte locutum. Et quia Deus cognoſcebat conditionem Hebręorum, dedit ſigna, quę faceret Moyſes coram eis, quando iſta diceret, ſcilicet conuerſionem virgę in colubrum: & mutationem coloris manus leproſę, vt patet infra quarto capitulo, & hęc fecit coram eis, vt patet in fine eiuſdem capituli.

C 3 Dixit

Dixit dominus ad Moysen: Ego sum, qui sum. Per hoc vocatur Deus esse summum in entibus. *Ego sum qui sum.* Idest ego sum, qui vere sum, vel cui proprie esse conuenit. Vere enim sum quia id quòd sum ex me sum, & nō ab aliqua alia natura, vel essentia esse recepi. Aliæ autem res non sunt, quæ sunt, quia suū esse non ex se, sed ex Deo habent. Ideo quod sunt non sunt, quia id quod sunt, non ex se sunt, sed ab alio, idest a Deo sunt. Et hoc dicit Isaias 41.c. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrū ex eo, quod non est. Etiam notatur in hoc æternitas Dei, & immutabilitas in essendo. Deus enim est quod est: quia id quod est perditurus nunquam est. Cętera autem non sunt, quę sunt, quia id quod sunt, aut perditura sunt, aut de se perdere patent, nisi ipse, qui esse dedit illud gubernet. Et istum modum loquendi sequitur Philosophus in 6. Ethicorum, ubi incorruptibilia, & ęterna, de quibus est sapientia, uocat per se entia, & uere entia: cętera autem, quæ mutabilia sunt, non proprie esse habent. De isto esse Dei infra 6.c. quando aget de magno Dei nomine Adonay magis dicetur. Secundum Andream ista litera debet legi quasi irrisoriæ, idest quòd Deus irrideat illam interrogationem tanquā superfluam, quia cum ipse sit Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, & tam familiaris eis fuerit non indigeret nomine ad cognoscendum eum. Ideo dicitur, *Ego sum qui sum.* Idest ego sum qui sum Deus vester; nec indigetis alio nomine ad cognoscendum me. Et tunc tantum valet dicere: ego sum qui sum, sicut ego sum ego. Et iste modus vsitatus est in locutiōibus vulgaribus: quia quando aliquis paterfamilias, vel domesticus alicuius domus clamat ad fores, vt sibi aditus cōcedatur, & quispiam ab intra querit: quis ad nostra ostia clamat? respondet qui ad fores manet, ego, non manifestans nomen suum, quasi per seipsum ex familiaritate notum. Sic nec etiam indiget Deus nomine: quia nomen imponitur ad denotandum differentiam, & faciendam discretionem inter indiuidua similia cum autem Deus vnus sit, vt patet Deuteron. 6.cap. scilicet: Audi Israel, Deus tuus vnus est, non indiget nomine, quia non sunt plures pares essentiæ diuinæ, vel plures pares dij, licèt sint plura diuina supposita: quod longe aliud est. *Sic dices filijs Israel.* Si quærant nomen meum. *Qui est misit me ad uos.* Idest ille qui esse suum ex se habet & non ex alio, misit me ad vos.

Dominū esse summum ī entibus vnde accipiat Deus est q est, quia à seipso, & nō ab alio est, & omnia alia ab ipso sunt. Aeternitas & immutabilitas Dei.

Quæst. 8.

Multa perfectio denotatur, cū dicitur qui est. Nam inter omnes formas perfectissima, & simplicissima est esse: quia in qualibet alia forma includitur. In hoc enim qđ est esse oīpotentē includit esse & in hoc qđ est esse sapientē, bonū, ęternū, infinitū, immēsum, immortalē &c. Dicēdo ergo simplr Deus est qui est attribuit ei esse sine aliqua limitatione aut restrictione eē, qđ includit eminenter oīum pfectionē. Et hoc est in Deo, cui oīs perfectio reperta in quocūq; genere attribuit, nō vt reperitur in illo genere, sed eminentius, tāquā in exēplari perfectissimo, in quo res pfectius, & verius sunt, q̄ in se ipsis, vel in suo genere. Istud ergo nomen cōuenit proprijssime Deo, nec est inter alia noīa eius aliud, qđ maiorē designet perfectionē, licèt sub quodam vniuersitatis, & eminentię inuolucro. Et hoc dicitur infra, hoc est nomen mihi, hoc est memoriale in ęternum. *Hæc dices filijs Israel.* Ista est annūciatio, quā mandauit Deus fieri Israelitis. *Dominus Deus patrum vestrorum.* Idest quem ab antiquo coluerūt patres vestri. *Deus Abraham, Deus Isaac.* Alios patres habuerunt Hebræi, qui fuerunt cultores veri Dei, vt Noe, & Sem, de Noe patet Gen. 8.c. & 6. de Sem apparet Gen. 14.c. Vbi vocatur sacerdos Dei altissimi, tamē Deus non denominat se hic deum istorum: quia populus eius specialiter electus incepit in Abrahā, cui factę sunt repromissiones, & semini eius, vt patet ad Galā. 3. c. Et omnes

In Deo multa perfectio denotat cum dicitur, q̄ est.

Deus spāliter se appellat Deū Abraham Isaac, & Ia-

F descendentes per lineam Abrahæ directè ad Isaac, & Iacob pertinebant ad populum Dei. Quod non fuit in linea descendenti a Noe per Sem, vsque ad Abraham. *Misit me ad nos.* Ideo recipere debetis me. Et facere vel recipere quæ annuncio tanquam ipse mandaret per se ipsum. *Hoc est nomen mihi in ęternum.* Scilicet Deus Abraham, & Deus Isaac. Et hoc verum est quia vsque in hodiernum diem vocatur Deus Abraham et cetera, vt patet in exorcizādis paruulis in baptismo in orationibus, quibus ecclesia vtitur. Vel pōt hoc referri ad superiora, scilicet. *Qui est misit me ad vos. Et hoc est nomen Dei in ęternum.* Quia semper ei hoc nomen proprijssime conuenit. *In generatione, & generatione.* Idest in ęternum, scilicet φ istud nomen durat mihi in vna generatione, G deinde mortua illa in alia generatione, & sic vsq; in ęternum. Vel manet in generatione, & generatione, quia nunc vna generatio vocat me isto nomine, deinde sequens generatio appellabit me eodem nomine, & sic in æternum. *Vade, & congrega seniores Israel.* Ista verba Dei licèt ad totum populum dirigerentur, non poterant toti populo renunciari, quia tanta multitudo cōgregari non posset, & dato φ congregaretur, audire non posset. Satis ergo erat vocari aliquos de eis, qui postea ceteris referrēt: & isti sunt seniores Israel. Nō vocantur seniores illi, qui maioris ętatis erant in toto populo, quia sicut magna iuuētus, vel pueritia prudentię inexpers est, cū fiat prudētia secundū tēpus multū, φ in iuuenibus nō est, vt patet. 6. Ethicorum: ita senes valde H ad prudentiam apti non sunt, quia propter frigiditatē distemperatam cerebri indisponuntur ad opera intellectus organa Phantastica, & logistica, & existimatiuę, a quibus dependebat fundamentaliter opus prudentiæ, quod reducitur ad particulare cognitum non qui propriorum, idest non per sensum de proprijs obiectis, vt per visū, aut auditū, siue alios: sed qualiter sentimus in Mathematicis extremū trigonū, idest per quē sentimus particularia artiū Mathematicarū, vt triāgulum, aut pentagonū particularem, qm̄ isti per intellectum cognoscibiles nō sunt, sed per sensū, qui est imaginatiua. Sic ad particularia prudentiæ pertinet extimatiua, quę est sensus particularis. Vocantur autē hic seniores, homines magnę auctoritatis in populo, qui I in omnibus causis tāquam sapientiores consuluntur. Isti senes congregati fuerunt: quia totum populum in virtute continebant: nec enim oportebat ad concilium vocare totam rusticam concionem: quia isti aut nihil loquuntur, aut cęteros recte iudicantes quadā rusticana pertinacia impediunt. Satis ergo ęrat φ isti homines magnæ auctoritatis vocarentur, & postea isti cęteris dicta, & cōcordata referrēt. *Visitās visitaui vos.* Isto modo loquendi vtitur, quia sic dixerat supra Gen. 50. ca. Ioseph, visitabit vos Deus post mortem meam, & ascendere vos faciet de terra hac. Non intelligas visitare, idest liberare, quia nondum liberauit eos Deus, sed liberare volebat. Visitare aliquē est venire ad videndū eum, vt patet ex modo vulgari. Sic enim Deus licèt oīa K semper, & vbique videat, quia omnia abscōdita, & nō abscondita, sunt nuda ante oculos eius, vt patet ad Hebræ. 4.c. tñ qñ aliquē in miseria videt, & nō eripit eū, videre nō dicit. Qñ autē ad adiuuandū festinat, tūc dicitur visitare. Cū ergo Deus hactenus Hebręos intollerabiles angustias tollerantes, & sub duris oneribus gementes conspiceret, & non liberaret sæpe vocatus, nec audire nec videre dicebatur. Nūc autem quia eos oculo pietatis aspiciēs liberare voluit, eos visitare dicitur: sic enim supra dixerat ipse: Vidi afflictionem eorum, & descendi, vt liberarem eos. *Et omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto vidi.* Quia nil est quod Deum lateat, sed hactenus adiuuare, & eripere dissimulaui. *Et dixi, vt educam vos.* Idest proposui, vt vos educam.

Dei

cob. & nō aliorum p̄cedentiū patrum.

In iuuenibus, & in antiquissimis nō potest esse prudētia.

Quid est aliquē visitare.

Dei autem propositum non ex tempore est, quia nūc Deus nihil proponit, quod ab æterno propositum nō habuerit, cum propter infinitatem suam, & omnifariam perfectionem nihil ei allici, aut deperire potest. In suo tamē æterno simplicique intuitu omnia simul punctarieque disponens legibus fati certis temporibus executioni acommodat, vt ait Boetius de Consolat. lib. 4. prosa. 6. Ista ergo varietas dispositionis, & cōpletionis rerum non est in ipso creatore disponente, sed in ipsis rebus ex illo immutabili principio mutabilitatis suæ legem trahentibus. Non prius ergo Deus in suo consilio mundum facere disposuit, quam liberare Hebræos de Aegypto, vel malos in die iudicij vniuersaliter condemnare, & sic de cœteris, cum in Deo adintra omnia vnius totaliter ac simpliciter sint, in eodem autem totaliter nulla temporis, aut æternitatis prioritas, aut præcessio, vel posterioritas siue successio est. Res autem mutabiles, quæ fatalibus legibus explicantur, inter se istam temporum distantiam, alteritatemque recipiunt. Deus ergo ab æterno nō pro æterno Hebræos de manu Aegyptiorū liberare disposuit: ipsi autem pro tunc liberati sunt. *Vt educam vos de afflictione Aegypti.* Qua iniuste affligimini. *In terram Chananæi.* Iam expositum est. *Et audient vocem tuam.* Idest libenter recipient verba tua, & credēt illis. Hoc enim clare sciebat Deus. Quod autem Hebræi libenter audirent vocem Moysi causa erat, quia eis maximam lętitiam annunciabat: quòd autem verbis eius fidem accommodarent libenter, & sine magna inquisitione causa fuit, quia multi de viris sapiētibus in populo, & considerantes promissiones factas patribus suis sciebant quomodo Deus dixerat Abrahæ, vt patet Gen. 15. cap. quòd semen eius futurum esset peregrinum quadragintis annis in terram non suam, & in quarta generatione redirent in terram Chanaam. Computantes ergo generationes, & annos, reperiebant tunc compleri, ideo expectabant auxilium eis à Deo illo tēpore futurum. Quamobrem denuncianti Moysi ista sine magnis assertionibus ante signa facta plures eorū crediderunt, licèt postea ad confirmationem, vt Deus mandauerat, signa coram eis fecit, vt patet infra quarto capitulo. *Ingredierisque.* Consolatur Deus Moysen dando ei societatem, quia magnus timor, & horror erat ei soli coram rege intrare, & ista proponere. *Ingredierisque tu, & seniores Israel.* Non legitur quòd postea intrauerint cum eo seniores Israel ante Pharaonem, nec unquam intrauerunt. Et hoc fuit, quia quando Deus ista dicebat, volebat, vel demonstrabat, se velle, quòd Moyses, vt principalis proponeret: & quòd seniores Israel irent cum eo ad honorandum eum, & sic maior audientia daretur ei coram rege. Etiam vt illi ratum habeāt pro se quod Moyses ex parte Dei ad eorum vtilitatem proponebat. Sed quia Moyses dicit se esse impeditioris linguæ ad proponēdum ista, vt patet infra 4. ca. Deus dedit ei Aaron, vt loqueretur pro eo, & sic Aaron erat vt principalis in proponēdo, & Moyses faciebat signa maiora: ideo tunc non oportebat ire seniores Israel cum Moyse: quia ipse ibat cū Aaron. *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos.* Cui obedire tenemur; quia Deus est, & quia dominus est. *Ibimus viam trium dierum per solitudinem.* Idest vt eamus viā trium dierum per solitudinem: quasi dicat: Ipse mandauit nobis, vt eamus per desertum tribus diebus, & sacrificemus ei. Vel potest introduci ista litera, quòd sit hic sensus decurtatus, sicut consueuit sępe fieri in litera Hebraica. Et erit ista responsio replicatiua Moysi ad responsionem primam Pharaonis. Nam posset esse quòd Deus videns qualiter responsurus esset Pharao, instrueret Moysen de responsione replicatiua. Nā diceate Moyse, quòd Deus eorum vocauerat eos, vt

Deus omnia præterita, plenaria, & futura simul disponit.

Causa q̄re Hebrei cito crediderūt Moysi eorum liberationem prædicenti.

A sacrificarent ei in deserto: responderet Pharao: sacrificate Deo vestro in terra hac: tunc non contentus Moyses responderet: non sic, sed ibimus viam trium dierum in solitudinem. Et licèt Pharao in principio aliter responderit, vt patet infra 8. cap. intentio autem huius est, quia Deus volebat educere Israelitas de Aegypto, & volebat vt permitteret eos Pharao exire. Et quia sciebat quòd non permitteret, & Deus erat facturus in eo terribilia prodigia, noluit, vt peteret Moyses primo eductionem simpliciter totius populi Israelitici de Aegypto, vt irent ad alias terras, quia hoc satis graue erat Pharaoni, cum perderet magnam partem redituum suorum: ideo si non consentiret non videbatur mirandum, & postea si Deus propter hoc eum B puniret, & seruos suos, non viderentur punitiones valde iustę. Petiuit ergo modicum, vt quia concessurus non erat Pharao, & Deus puniturus erat eum, punitio valde iusta videretur. Nō petiuerunt, quòd permitteret eos sacrificare Deo suo in terra illa, vel ad mediam dietam, vel ad vnam, quia hoc permitteret Pharao, vt ipse dixit, & patet infra 8 cap. Sed ad hoc Moyses poterat respondere, quod ibi respondit, scilicet quòd nō poterant in terra illa immolare Deo abominationes Aegyptiorum. Si autem vellent sacrificare de animalibus, quæ Aegyptij colunt coram ipsis, lapidibus eos obruerent, vt habetur infra 8. cap. non petiuerunt etiā licentiam 6. vel 7. vel plurium dierum, quia tunc perspicuum esset, quòd ipsi recedere vellent totaliter de C terra illa: quoniam ipsis petentibus tres dies dixit Pharao: Cui dubium est, quòd pessime cogitetis. Non fiet sic, sed ite tantum viri, & maneant paruuli, & vxores, vt patet infra 10. cap. *Per solitudinem.* Terra Gessen est in finibus Aegypti versus confinia maris rubri contra Madian, & est ibi solitudo magna, per quam petebant Iudei, vt permitterentur ire ad immolandum. *Sed ego scio, quòd non dimittet vos rex Aegypti.* Scilicet libenter, Deus enim omnia immobiliter cognoscens sciebat rerum contingentes, liberosque euentus. Et quoniam ipse considerabat cor regis Aegypti durum valde, satis cognoscebat, φ nollet dimittere Hebræos ad mandatum Dei, sed nec in hoc imponebat ei aliquā necessitatem dimittendi, vel non dimittēdi, vt declarauimus. D Gen. 50. cap. *Nisi per manum validam.* Idest nisi quando senserit super se magnam potentiam meam in grauitate penarum illatarum. Vocatur autem potentia magna Dei manus valida: qa sicut nos per manum fortē, vel brachium durum fortiter operamur: sic Deus per suam magnam potentiam operatur, quantum vult. *Extendam manum meā, & percutiam Aegyptū.* Metaphora est, quasi Deus sit vir pugnator, habens ante pugnam manum collectam, & deinde extēdat eam ad fortiter pugnandū, & sic dicitur infra 15. ca. in cantico Moysi. Dominus quasi vir pugnator. *In cunctis mirabilibus meis.* Idest ad faciendū omnia miracula mea: non est intelligendum in omnibus miraculis simpliciter, quia Deus non fecit omnia miracula illa in Aegypto, cūm Deus E infinita possit facere. Infinitum autem nunq̄ est factū: quia tunc infinitū aliqñ esset finitum, φ includit contradictionem: ideo litera subiunxit. *Quæ facturus sum in medio eorum.* Quasi dicat: Non in omnibus simpliciter, sed in illis solis, q̄ facturus sum in medio illorum, idest inter illos. Et est sensus, in cunctis mirabilibus punitionibus, quas ego faciam in Aegypto, q̄ mirabiles erūt, quia naturaliter fieri non possunt. Extendam manum meā, idest fortiter, vel dure puniam, quasi manus mea sit extenta ad dure percutiendum. *Post hæc.* Idest factis omnibus punitionibus meis. *Dimittet vos.* Non gratis, sed violenter. Ipse tamen vos ad festinanter exeundum incitabit, vt patet infra 12. cap. *Daboque gratiam populo huic coram Aegyptijs.*

Quare Deus voluit, quod Moyses peteret à Pharaone, φ permitteret populum Israel exire Aegyptum p viam triū dierum, & non plurium, vel paucorū.

Dei potentia vocatur manus.

Quæst. 9. Gratia dupliciter accipitur.

Gratia significat duo: vno modo gratia est libera affectio, vel amor, siue tributio, siue meritis eius, cui fit sola benignitate amantis, vel tribuentis. Et isto modo communiter loquimur de gratia. Sic autem accipiendo, gratia erat in Aegyptijs, quia ipsi libenter mutuabant Hebræis omnia, quæ petebant. Alio modo accipitur gratia pro quadã qualitate reperta in aliqua parte, secundum quam placet alteri. Et isto modo gratia erat in Hebræis. Et sic loquitur hic scriptura: tãtam enim gratiam imposuerat Deus Hebræis, scilicet tribuendo eis quandam qualitatem, secundum quã ita placebant Aegyptijs, ꝓ si omnia, quæ habebant petiuissent libenter tunc concessissent. *Et cum egrediemini.* Recedentes totaliter à terra Aegypti animo nunquã redeundi. *Non exibitis vacui.* Scilicet portantes solum res vestras, sed etiam portabitis res Aegyptiorum. Vacuos enim exire dicit: si solum cũ rebus suis egrederentur; quia eis plura iure debebantur, quam tunc actualiter possiderent. *Sed postulabit mulier à vicina sua.* Sicut viri afficiuntur in conuersatione sua ad alios viros: ita mulieres afficiuntur ad alias mulieres. Et cum Hebræi habitarent inter Aegyptios: licèt ab eis, scilicet à præpositis operum, & rege dure affligerentur, habebant tamen de alijs amicos, & Hebræę habebant Aegyptias amicas à quibus petebant. Solum mandatur hic, quòd mulieres petant: de viris autem subticetur: sed infra 11. cap. mandatur ꝓ vir petat ab amico suo, & fœmina ab amica sua. Quando autem ista petitio facta fuerit: dicitur infra 12. cap. scilicet antequam recederent. *Et ab hospita.* Hebræi erant multiplicati valde in Aegypto. Et quia modica terra eis data fuerat ad habitandum, non capiebantur in ea: & cogebãtur multi illorum cum vxoribus suis habitare in domibus Aegyptiorum: & tunc ipsę Aegyptię domine domus vocabantur hospitæ, à quibus petere debebãt. *Vasa aurea, & argentea, & vestes.* Ista petebant Hebręi ad honorandum solemnitatem sacrificij sui quasi immediate venturi essent. *Ponetisque super filios, & super filias vestras.* Vt ipsi portent: quasi dicat. Vestra iumenta, & asinos onerabitis rebus vestris: illa autem, quæ ab Aegyptijs receperitis, portabitis super filios, ac filias vestras. *Et spoliabitis Aegyptum.* Idest tolletis multas diuitias Aegypti, non de tota Aegypto, sed de illa terra, in qua morabantur cum Aegyptijs.

An Iudæi furtum commiserint, vel peccauerint auferendo bona Aegyptiorum.

Quæst. 10. Opinio Iudæorum.

Sed circa hoc dubium est vtrum Iudæi furtum cõmiserint, vel aliquid in hoc peccauerint. Dicunt aliqui Iudæi, ꝓ non peccauerunt, quia mulieres Aegyptię proprio motu, sine aliqua instantia Iudæorum donauerunt eis vestes, & vasa præciosa. Sed hoc falsum est, quia in litera dicitur. *Postulabit mulier ab amica sua.* Idem ponitur infra 11. Sed postulabit vir ab amico suo, & mulier à vicina sua: & infra 12. cap. vbi hoc factum fuisse narratur, dicitur ꝓ petierunt ab Aegyptijs vasa aurea, & argentea, & vestem plurimam. Aliqui autem dicunt, quòd licèt Iudæi petiuerint ab Aegyptijs, ipsi Aegyptij non commodata, sed donata omnia ista concesserunt. Et tunc non erat peccatum donata tollere; quia per donationem transfertur proprietas à donatore in donatarium, idest in illum, cui donatur. Et tunc non est differentia vtrũ aliquis tollat res, quas iuste emit, aut quæ ei donatæ sunt. Sed hoc falsum est, quia infra 12. cap. dicitur. Dedit autem Deus gratiam populo coram Aegyptijs, vt commodarent eis. Commodare autem, & donare multum differunt: quia in commodato non transit dominium in commodatarium, idest in illum, cui commodatur; in donatione autem sic. Item, quia in re donata furtum cõmittere non potest donatarius, idest is cui donatur;

Alia opinio.

Differẽtia inter donatum, & commodatum.

in commodatione autem commodatarius furtum committere potest, si commodata fuerit ei res ad certum vsum, & ipse fuerit vsus ad alterum, vt si commodatus fuit alicui equus vsque ad certum locum, vltra eundo furtum cõmittit. Item, quia dicitur hic; Et spoliabitis Aegyptum, & infra 12. cap. dicitur: Et spoliauerunt Aegyptum. Nullus autem alium spoliat, cùm donata tollit, sed quando commodata, aut non commodata aliqua fraude, vel violentia surripiat, vel auferat. Dicendum ergo ꝓ Hebręi acceperunt rem alienam, & commiserunt furtum materialiter, quia furtum consistit in contrectatione rei alienæ inuito domino animo lucrandi facta: quę omnia hic reperiuntur saltem materialiter: quia Hebræi tulere illa, quæ Aegyptij vt sua possidebant, pro quibus etiã poterant aduersus Iudęos agere actione furti. Hoc autem fuit inuitis dominis: quia Aegyptij tradiderunt istas res cõmodatas ad certum locum, & tempus. Cum autem Hebræi reduxerũt ea ad alia loca, & maiori tempore, fecerunt cõtra voluntatem Aegyptiorum. Etiam fuit hoc animo lucrandi: quia non faciebant Hebræi causa illudendi Aegyptios, sed vt ista pro se reciperent. Quidam ergo de nostris respondent, quòd Hebręi verissime furtum commiserunt, cũ reperiantur ibi omnes conditiones furti, tamen non peccauerunt, quia Deus hoc mãdauit. Diuinum autem mandatum omnem prorsus culpam excusat, & id quod secundum se damnabile valde erat, diuino mãdato licitum satis efficitur. Sic dicunt esse de fornicatione, quæ est contra præcepta decalogi secundæ tabulæ, tamen mandato Dei Oseæ fornicatus est, & nõ peccauit, vt patet Oseę primo cap. Idem dicunt de homicidio, quod eodem modo est contra p̃cepta secundæ tabulæ, tamen Deus mandauit Abrahæ, quòd immolaret filiũ suum Isaac, & non peccabat in hoc, immo valde laudatur à Deo, quia voluit eum immolare, vt patet Gen. 22. cap. Sed iste modus loquendi valde inconueniens est, & falsũ, scilicet quòd Deus faceret quòd aliquid, quod erat vere furtum, nõ esset vere peccatum, quia hoc videtur implicare contradictionẽ. Nam licèt Deus de potentia absoluta: quemlibet male agentem, & in malo finientem possit ad vitam æternam adducere: de potẽtia tamen ordinata hoc repugnat, quia sic stabili Dei iuditio fundatum est, vt bene agẽtes æternam vitam, mali autẽ gehennam in perpetuum assequantur. Contra hanc autem legem Deus nunquam agit nec factus est. Cum ergo ha lege sancitum sit fornicationẽ malum esse, & furtum, includit contradictionem, ꝓ Deus fecerit aliquando id, quod est vere, & proprie furtum esse bonũ, vel non esse culpabile, cum sit contra Dei ordinatam potẽtiam, qua Deus semper vtitur. Etiam id quod dicitur, scilicet ꝓ Hebręi vere furtum commiserint falsum est: quia diffinitio facti non competit isti actioni Hebræorum. Nam furtum est contrectatio rei alienæ: Hebręi autem non contrectabant rẽ alienam, sed rem suam: quia sicut per donationem proprietas rei donatæ transit ad donatarium, idest ad illũ, cui aliquid donatur, ita quòd in illo non potest ipse donatarius committere furtum, vel rapinam siue fraudem: ita fuit in ista acceptione Hebræorum. Nam sicut si ipsi Aegyptij libere donauissent Hebræis res, quas tulerunt, clarũ esset nullo modo commisisse furtum, ita cum proprietas omniũ rerum verius sit apud Deum, quam apud aliquem hominem, vt patet psalmo 23. scilicet: Domini est terra & plenitudo eius: & ipsi homines non sunt domini, sed procuratores rerũ: ipse Deus poterit res quascunque, quę nunc apud vnũ hominem manent, alteri donare: cũ illę res sint Dei, & non eius, qui possidet. Hebræis autem sic factum est: quia Deus mandauit eis accipere res, quæ tunc ab

Responsio auctoris.

Furtum quid sit.

Opinio quorundã ex nostris.

Proprietas rerum verius est apud Deũ, quã apud quemcunque hominem.

Aegyptijs

Aegyptijs vel iniuste possidebantur, vel iniuste detinebantur: ergo nihil peccauerunt, nec furtum commiserunt res Aegyptiorum auferẽdo, quia illas à Deo donatas receperunt. Quando autem obijcitur applicando cęteras particulas diffinitionis, scilicet inuito domino: & animo lucrandi facta: false applicatur, quia fundatur ista applicatio ex supposito, scilicet ꝓ res alienas contrectauerint, qui non rem alienam sed suam contrectat, domino inuito contrectare non potest, quia ipse maet dominus est. Etiam animo lucrandi non fit, quia lucrum est ad res, quæ nondum in nostrum titulum deuenerunt, quæ autem nostræ sunt, eas lucrari non possumus. Et quando inducunt similitudinem de fornicatione, quia fornicatio vera peccatũ aliquando non est, vt patet in Oseа, quia Deus ei fornicari mandauit. Dicitur sicut antea ꝓ falsum est, & includit contradictionẽ, fornicationem veram esse, & peccatum non esse. Hic autem dicendum est non fuisse fornicationem. Licèt in hoc duplex est modus dicendi. Nam beatus Thomas de Aquino in prima secundę dicit, ꝓ licèt fornicatio secundum se mala sit, tamen quãdo Deus mandat acedere ad aliquam fęminam, & quæcunque illa sit, facit ꝓ ille accessus sit licitus, sicut matrimonialis. Cum ergo mandauit Oseæ accipere vxorem fornicariam, siue mandasset acedere suę vxori, siue alienæ, ex mandato illo fiebat, ꝓ ille actus non sit fornicatio: & consequenter quòd non sit peccatum. Sed hoc non multum teneo, quia textus ipse Oseę primo capitulo videtur dicere oppositum: cum ait accipe vxorem fornicariam. Mandabat ergo Deus ꝓ illam mulierem, ad quam accederet in vxorem acciperet, quia non dixit accipe fęminam fornicariam: sed accipe vxorem fornicariam: vxor autem nomen coniugij dicit. Cum vxore autem sua nemo fornicari potest qualitercunque cum ea se habeat. Licèt quidam dicat quòd ardens amator vxoris in propria vxore adulter est. Et non valet si dicas, quòd accipitur hic vxor pro muliere, vel fęmina, quoniam sicut hic ponitur vxor, quod est nomen signatiuum coniugij, & non sexus, ita ponitur in Hebræo: quando ergo dicitur Oseę accipe vxorem fornicariam, non est sensus, quod Deus ei mandet fornicari, sed quod mandet ei accipere in vxorem illam, que fuit fornicaria. Licèt in hoc quibusdam videatur dubium, vtrum fuerit fornicaria cum dijs falsis vero deo relicto: aut fornicaria coniungens se multis viris. De his autem magis dictum fuit in prologo, qui est epistola hieronymi ad Paulinum cap. 7. Ad aliud quando inducit simile de immolatione, quam volebat facere Abraham de filio suo Isaac, non est verum, quòd ex illaĩ molatione esset homicidium, quia Abraham nõ ex causa sua, sed solo mandato Dei volebat occidere Isaac. Et tũc stat quod Abraham non ageret contra legem, quia non occidebat innocentem. Nam esse innocentem est, vel malum non egisse, vel malum non habere. Quod stat dupliciter, aut quantum ad Deum, aut quantum ad homines. Quia autem aliquis sit innocens coram hominibus, bene stat, quia multi sunt qui nulla mala, aut nocumenta alijs hominibus intulerunt. Esse autem innocentem quãtum ad Deum, in nullo reperitur, quia omnes nocentes sunt ei vel peccato mortali, vel venia li, vel originali, vel saltẽ pęna peccati originalis. Nam & ipse Christus, qui peccatum nullum egit, aut contraxit, subiectus erat necessitati moriendi, vt ait Apostolus ad Hebræ 8. cap. quia statutum est vnumquemque hominem semel mori. Et per illam legem Christus moriturus erat: & hoc ex preuaricatione primi parentis. Cum ergo Isaac nocens esset coram Deo, quantum ad peccata venialia saltem, & originale, vel etiam de mortalibus, si qua fuerunt taceatur: quantum ad ista debitor erat mortis quãtum ad Deum, & poterat eam repetere ab eo, quandocunque vellet, & vbicunque, & per quamcumque personam. Abraham ergo volendo immolare Isaac, volebat immolare nocentem Deo, & qualiter oportebat, secundum mandato illius, qui mandare poterat, scilicet Dei: ergo homicida vocandus non erat in hoc, sed executor iustitiæ. Alij autem respondent conuenientius, scilicet ꝓ vere furtum semper peccatum mortale est, & quod Deus nunquam dispensat quòd vere furtum, aut vere homicidium non sit malum: sed solum interpretatur, scilicet in tali casu accipere rem que ab alio possidetur non esse furtum, & accedere ad fęminam non coniunctam sibi matrimoniali fędere non esse fornicationem. Et iste est modus dispensandi in legibus humanis, & ecclesiasticis: quoniam summus pontifex condens canonem, non dicit quòd aliquis concedens ordinem, vel beneficium esse symoniacum, vel non esse symoniacum. Etiam nunquam dicit quòd incidere voluntarie in excommunicationem per communicationem excommunicatorum non sit peccatum, vel quod sit bonum, sed interpretatur in tali, vel tali casu communicando excommunicato non incurrere excommunicationem. Et isti non dicunt quòd Hebræi vere furtum commiserint, sed quòd actio eorum fuit talis, qualis est actus furandi: sed Deus interpretatus fuit non esse illam actionem furtum dando eis potestatem accipiendi illa bona, quæ Aegyptij tunc possidebant, & hoc fuit mutando dominia rerum ab Aegyptijs in Hebręos: quod satis facile Deus agit, cum omnia Dei sint, vt supra dictum est. Alio modo potest dici adhuc magis excusando Hebręos, quòd dato quod Deus mãdauisset eis accipere ista ab Aegyptiis, potuissent ipsi facere hoc iure suo: quia Aegyptij abstulerũt multa bona Iudęorum per exactiones extortas, & irrationales pensiones impositas: maxime quia cùm liberi essent, cogebant eos laborare in multis laboribus, in quibus nihil eis soluebant. Erant ergo Aegyptij debitores pro omnibus his Hebręis. Insuper quia filios eorum in flumine merserant, quod poterat redigi in pęnam pecuniariam. Et quia nullus debet accipere debitum sibi ab altero sua auctoritate, vel rem suam inuentam apud alterum recipere violenter, non poterant Hebręi rapere violenter ista ab Aegyptijs, nisi prius ab eis coram iudice petijssent: & quia non erat idem iudex Iudęis, & Aegyptijs, non poterant Hebręi cum Aegyptijs iudicio contendere. Etiam quia dato quod Hebręi vellent contendere coram iudicibus Aegyptiorum, tamen ipsi non libenter audiuissent, aut contra eos Hebręos iudicassent, eos durius affligentes. Habentes ergo Hebręi iudices Aegyptiorum suspectos, non obligabantur coram ipsis ventilare suã actionem: sed magis requirentes Aegyptios, vt redderent eis res suas, si nollen, tpoterant indicere bellum, & repetere damna, & iniurias per iustum bellum: quousq; sufficienter satisfactum sibi esse putarent. Et isto modo vna gens, vel vnum regnum quando damna, aut iniurias ab alia gente recipit: si gens inferens damna admonita non vult damna, aut iniurias resarcire, bellum iustum indicit, & agit, in quo iuste potest facere prædas vsquequo damna, & iniurias illatas resarcitas esse putent, & expensas belli sufficienter acquisitas, more litigantium corã iudicibus, in quibus fouenti causam iniquam expensę soluendę imponũtur. Possunt etiam cędes strages & facere, vel in vindictã iniurię, vel in resistentes eis tanquam in eis, qui obstant executioni iustitiæ, cùm iustum bellum iustitiæ quædam executio est. Hebręi autem non poterant Aegyptijs indicere bellum, quia pauciores eis erant, & pene inermes, atque omnibus bellicis subsidijs destituti. Poterant ergo

Osęę accipiẽdo fornicariam, non fecit fornicationem.

Opi. tho. 12. q. 94. ar. 5.

Impugnatio.

Secunda responsio aliorum.

Dupliciter intelligitur aliquem esse innocentem.

Tertia responsio melior & est auctoris

Propria auctoritate nulli licet accipere violenter debitum ab alio.

quo-

Iustũ bellum est iustitię executio.

quocũq; alio modo propria auctoritate res suas apud Aegyptios detentas, aut labores suos iuste inuadere, & accipere, siue hoc clandestine, siuè publice exerceatur. Sed forte dicet aliquis, quòd licèt Iudæi possent iuste surripere res suas apud detinentes eas, aut apud detinentes labores eorum: sed hoc faciebat rex Aegypti, & non ipsi subditi, inter quos morabantur. Hebræi ergo non poterant aduersus Aegyptios hæc facere. Respondetur, quòd ipsi Iudęi si potuissent directe contra ipsum regem hæc facere, recipiendo res suas iniuste per extorsiones ablatas, & labores impie detentos, magis licuisset eis: sed non poterant aduersus regem, ideo sufficiebat quòd aduersum subditos agerent. Sic enim licèt vnus rex damna inferat alteri regno, aut regi non petentur damna ab ipso rege solum, sed in regni illius quacunque parte prædę vsque ad satisfacta damna iuste agentur. Et hoc quia mala, quę subditis inferuntur, regi inferuntur, cum rex nulla alia bona habeat præter ipsum regnum. Sed licèt ista potuissent facere Iudæi propria auctoritate: diuinum mandatum valde eis conueniens fuit, vt nõ agerent aliquid contra conscientiam: quia si Iudęi hoc in mandatis à Deo non recepissent: forte putarent se nõ posse licite rapere res subditorum, cùm rex ipse grauamina intulisset. Cum autem Deus mandauit postulare ab Aegyptijs, & tollere, certificati sunt. Item quia licèt Hebræi scirent se posse recipere clandestine, vel qualitercunque res Aegyptiorũ, tamen forte ignorabant quantitatem vsque quam accipere deberent; ideo abstinerent ab accipiendo: nunc autem qa Deus mandauit eis accipere vestes, & vasa aurea, & argentea ab Aegyptijs nulla posita taxatione, certificati sunt, quia quantumcunque acciperent, non peccarent. Et per hoc poterant scire Hebræi non solum generaliter, quòd ille actus bonus erat, vel saltem non malus, quia Deus mandabat, sed etiam scire poterant spetialiter de quolibet Aegyptio, à quo aliquid accipiebant, quòd iuste illud accipiebant. Et hoc quia erat eis certum signum, per quod vllo modo dubitare possent. Nam si Deus mandasset Iudęis, quòd occiderent multos de Aegiptijs, licèt istum actum licitũ scirent: quia à Deo mandatum: nescirent tamen quos Aegyptios Deus occidi mandabat, & quandocunque aliquẽ occiderent, de illo dubitarent, quia signum datum non erat: hic autem erat datum signum certum, in quo Hebræi de nullo Aegyptio, a quo aliquid reciperent, dubitare possent se iuste, aut ex voluntate Dei ab illo recipere, quia Deus dixerat quòd daret eis gratiam in conspectu Aegyptiorum, vt darent eis, quecunque postularent. Sciebant enim Hebręi, quòd si Deus istã gratiam non daret eis contra Aegyptios, quòd Aegyptij nullo modo eis aliquid comodarent, maxime res tam præciosas, & ad longinquam terram extra Aegyptum. Cum ergo videbant quòd Aegyptij, a quibus petebant, libentissime eis omnia postulata concedebant, nõ dubitabant, quando Deus mouisset corda illorum Aegyptiorum, & dedisset eis gratiam coram illis ad auferendum bona illorum. Non ergo magis dubitabãt quòd Deus ab illo Aegyptio accipere mandasset, quam ab Aegyptijs generaliter accipere iussisset. Sicut ergo primum mandatum, quia explicitum, faciebat opus licitum, ita secundum, quia tacite Deus ab isto Aegyptio, vel illo accipere mandabat, cum signa suę generalis promissionis, & mandati ostenderet. Item valde proficiebat istud diuinum mandatum, quia licèt Hebręi scirent, quòd possent accipere a subditis regis Aegypti res suas loco regis Aegypti, tanquam si ab illo acciperent, tamen non erant totaliter certi, a quo, vel a quibus recipiendum esset. Deus autem per istud mandatum cum signo dato certifica-

Responsio tacitæ obiectioni.

F bat Hebreos, a quibus ipse res illas accipi vellet: maxime quia Iudęi putarent hoc iustissime fieri, quia nõ dubitarent Deum scire aliquas causas, ex quibus illa punitio magis ad illos Aegyptios quam ad alios deuolvenda erat. Postremo mãdatum istud Dei valde proderat: quia licèt Hebręi scirẽt se iuste rapere posse bona Aegyptiorum: tamen timebant quòd forte magis concitarentur Aegyptij cõtra eos ex isto furto, & persequerentur capientes eos, & occidentes. Non audebant ergo hoc sine diuino pręcepto aggredi, ne forte liberationi suę hoc impedimentum alquod tribueret.

CAPITVLVM IIII.

G RESPONDENS Moyses ait. Non credent mihi, neq; audient vocẽ meã: sed dicent: Non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum. Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit. Virga. Dixitque dominus: Proijce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Dixitque dominus: Extende H manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit & tenuit, versaque est in virgam. Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi dominus Deus patrum tuorum: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Dixitq; dominus rursum: Mitte manum tuã in sinũ tuum. Quam cum misisset in sinum protulit leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manũ tuam in sinum tuũ. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. Si nõ cre- I diderint, inquit, tibi, neq; audierint sermonẽ signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidẽ his signis crediderint, neq; audierint vocem tuam, sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem.

Alias habet Deus.

De conse. dist. 2. cap. re vera. De hæreti. ca. cum ex iniuncto.

Respondens. Descripta Moysi potestate, & missione: hic describitur de eius perfecta informatione, & per diuina miracula confortatione. Et diuiditur principa- K liter in tres partes. Primò ponitur Dei confortatio. Secundò Moysi excusatio, ibidem. *Ait Moyses.* Tertiò. eiusdem mandati accelerata executio, ibidem. *Abijt itaque Moyses.* Circa primum. *Respondens Moyses ait.* Ad missionem diuinam, & anunciationem eorum, quæ dicta sunt. *Non credent mihi.* Dicet aliquis.

Quæst. 1. Respõsio Hebręorũ

Quomodo Moyses dixit non credent mihi, cum supra Deus dixisset ei, quòd seniores, ad quos loqueretur, audirent vocem eius. Respondent quidam Iudæi, quòd Moyses dixit hoc diffidens verbis diuinis. Et propter hoc dicunt, ꝙ Deus non introduxit eum in terrã promissionis vltra Iordanem, & allegant ad hoc illa, quæ dicuntur infra 6. cap. in principio, scilicet. *Nunc videbis, quæ facturus sum.* Sed non videbis postea in in-

gressu

Improbatur respõsio Hebręorum.

gressu terræ trans Iordanem, quæ facturus sum regibus, quos Iosue occidet. Sed hoc non conuenit, quia pęna illa inflicta Moysi, & Aaron, ꝙ non transirent Iordanem, solũ fuit propter peccatum, quod fecerunt ad petram Cades in aquis contradictionis, vt patet Numeri 20. c. & eadem causa exprimitur Numeri 27. & 32. & Deut. 3. c. & alibi multotiens, & textus quẽ inducunt nihil de hoc probat: quia solum dicitur in eo, ꝙ videbit Moyses ea, quę faciet dominus nũc Pharaoni, nec in hoc aliquid de futuro excluditur: maxime qa quando aliqui peccant in sacra scriptura, & eis punitio danda est aut immediate fit, aut denuntiatur quę pœna infligenda erit: aut saltem in generali comminatio fit. Hic autem nihil huiusmodi fuit. Ergo non sunt alia astruenda. Dicendum ergo quòd Moyses in hoc nõ discredidit verbis Dei, quia deus dixerat quòd seniores, ad quos locutus erat Moyses, audirẽt verbũ eius: & hoc credidit Moyses. Sed quia in terra illa in populo Hebręorum multi de aliis rebelles, & pertinaces erant, qui non crederent verbis eius, de quibus Deus fuerat locutus, ad hoc ergo videbantur signa necessaria esse. Et hoc fuit motiuum dandi signa in manu Moysi, quæ faceret coram Hebręis. *Nec audient vocem meam.* Idest nolent audire tanquam loquentem insana, vel non audient, idest non exaudiẽt: quia licèt audiant, tñ non intelligent verum esse, vel non cõsentient facere, quę fieri debent ad hanc liberationem.

Respõsio Auctoris.

Quęstio 2.

Quare Deus dedit signa Moysi facienda in Aegypto conformia triplici statui Hebræorum.

Ad hanc credulitatẽ Deus dedit Moysi tria signa, vt plenius contentaret omnes de populo: & quia sicut est in naturalibus, & artificialibus, & generaliter in tota rerum vniuersitate, fini debent proportionari omnia, quę sunt ad finem: cum ergo ista signa darentur ad designandam liberationem Hebręorum de Aegypto, debebant conuenire illi liberationi. Et sic est, qm̃ ista signa designant totum statum Hebręorũ, qui fuit sub tribus conditionibus, scilicet. Aut quantũ ad ingressum. Aut quantum ad statum medij temporis. Aut quantum ad exitum. Primum signum tangit principaliter introitum in Aegyptum: quia in introitu, Ioseph erat præpositus totius terræ Aegypti, & gestabat virgam quasi dominus post regem. Et hoc designatur Gen. 47. scilicet vbi postquam concessit Ioseph ducere patrem suum in terrã Chanaam, Iacob conuersus ad lectuli caput adorauit Deum litera autem septuaginta interpretum habet, adorauit fastigiũ virgæ eius, idest adorauit super virgam sui filij Ioseph, quam portabat in signum dominij. Hæc autem tenebatur in manu dum tempore Ioseph Hebræi honorifice sustentati sunt nemine affligente. Fuit autem proiecta in terram: cum post mortem Ioseph deductus fuit honor Iudæorum vsq; ad puluerem, cogentibus eos Aegyptijs in laboribus luti, & lateris, & alijs operibus vilibus. Postquam autem virga in terram proijcitur vertitur in colubrum, vel draconem, quia draco, vel coluber insidiantur, vt mordeant, & veneno latenter diffuso totum corpus commaculant, & inficiunt: sic enim rex Aegypti imposuit Hæbreis, dicens, ꝙ concepissẽt magnum malum cõtra regnum eius, scilicet, vt iungerent se hostibus eorum, & expugnata terra recederent, vt dictum fuit primo c. Coluber autem per caduam apprehẽsus vertitur in virgã, quia in cauda, idest in fine illorum malorũ, quæ tunc Aegyptijs facientibus Hebræi patiebantur ipsi conuerterentur in virgam, idest rursus acciperent potestatẽ regnatiuam. Quod factum fuit ingressis eis in terram Chanaam: quia reges sibi subiiciebãt, & colla eorum calcabant, vt patet Iosue 10. c. Quando mandauit illis, qui cũ eo ad pugnam iuerant imponere pedes super

Hebręorũ status fuit ĩ Aegypto sub tribus cõditionibus.

Primum signum cõforme introitui in Aegyptũ.

A colla quinq; regum captorum, vt patet ibidem. Considerabatur secundo status Israelitici populi in Aegypto: vbi medio tempore crudos acerbosque dolores perpessus est: inter quos maximus fuit ille, cum ex mandato regis pueri in flumine necarentur, vt patet supra primo c. Et hoc designatur per aquam versam in sanguinem. s. ꝙ in aquis sanguinis humani fiebat extinctio, & Deus monstrabat se ista acriter vindicaturũ faciendo de illis specialem in signo hoc recordationem. Consideratur tertio status populi Israelitici, quantum ad exitum de Aegypto. Fuit autem iste exitus, & progressus factus dirigente Moyse, & curam populi agente, quia sic mandauerat Deus præcedenti c. vt diceret ista Pharaoni, & vt educeret Israelitas de B Aegypto, sic etiam dicitur Numeri 11. c. Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum. Hoc autem est mittere manum in sinum, idest diligenter custodire, quia non est alius locus secretior quàm sinus, ex missione tamen manus in sinum ipsa leprosa redditur, & fœtida: quia Aegyptij quando viderunt Moysen recipere Hebręos sub cura sua, & procurare pro eis coram Pharaone habuerunt eos magis exosos tanquam fœtidos, & leprosos. Ideo dixerunt prępositi filiorum Israel Moysi & Aaron, quando exierunt a Pharaone. Videat dominus & iudicet: quoniam fętere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius, & prębuistis ei gladium, vt occideret nos, vt habetur infra 5. ca. Sed in secunda missione in sinum C manus sanata est, quia licèt ad principium, quando suscepit curam Hebręorum, ipsi redditi sunt leprosi fœtidi, vel infirmi: tamen in secunda vice, idest post agẽte Moyse curam eorum sanati sunt: quia mare rubrũ ipso dirigente trãsierunt: aquas & cibos in deserto habuerunt, hostes suos deleuerunt, & nouissime vsq; ad terram eis promissam deducti sunt. Ex his satis faciliter inducitur sensus literæ sequentis. *Sed dicent: Non apparuit tibi dominus.* Idest dicent: tu fingis hoc, vt inter nos tãquam Dei nuncius honoreris, vel recipias inde quæstum: sed non est verum quòd tibi apparuerit. *Dixit dominus ad eum. Quid est quod tenes in manu tua?* Non dixit hoc Deus inquirendo quasi dubitaret: sed vt ex respõsione Moysi conuenientius induceretur signũ, D quod Deus facere destinabat. *Respondit: Virga.* Hęc.n. erat virga pastoralis, quam tenebat Moyses ad minandum oues per pascua. *Proijce illam in terram.* Quid autẽ signet proiectio in terram, & quid conuersio in colubrum & cętera quæ sequuntur, supra dictũ fuit. Quidam autem Hebręi aliter exponunt: vt Rabi Abraham, Auenezra dicentes: Virgam signare Pharaonem, qui in principio ingredientium Hebræorum in Aegyptum fuit vt virga mollis, nihil eis nocens, & ducibilis ad quamlibet partem secundum voluntatem Ioseph. Postea fuit conuersus in draconem, quia mortuo Ioseph incepit insidiari Hebręis, vt tolleret multiplicationem eorum duris laboribus: deinde per obstetrices mãdando occidi paruulos Hebręo- E rum in partu, & postea submergendo in flumine. Et sic vocatur Rex Aegypti draco, vt patet Ezech. 29. ca. vbi dicitur: Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem Regem Aegypti, & prophètabis de eo, & dices: Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magnæ, qui cubas in medio fluminum tuorum. Postea autem versus fuit in virgam: quia in exitu eorum mollis fuit, non solum permittens eos exire, sed etiã compellens ad festinanter exeundum, vt patet infra duodecimo ca. Sed prima expositio melior est, quia directius consonat verbis signi quàm ista secunda. *Et versa est in colubrum.* Subito, quia diuinę operationes in instanti fiunt, nec tempore vllo modo mensurantur. *Ita vt Moyses fugeret.* Coluber est abominabilis,

&

Secundũ signũ conforme statui Hebræorũ in Aegyptũ. Tertium signum conforme exitui de Aegypto.

Hebręorũ expositio.

Quare coluber sit abominabilis homini

& terribilis omnibus hominibus. Quod fuit inflictum ad inimicitias ex eo tempore, quo diabolus loquens per eum Euam seduxit, & genus humanum ad omnia miseriarum genera prolapsum est. Moyses enim fugiendi occasionem habuit, quia subito timore pauefactus cernens magnum colubrum sibi appropinquare secundum magnitudinem virgæ præexistentis, & quia moueri illum vidit ad notandum; quòd erat animal viuens, habens in se principium sui motus, & non erat aliquid phantasticũ, se continere non potuit. *Dixitque dominus: Extende manum tuam.* Erat enim Moyses in se collectus, & procul a colubro. Tunc mandauit ei Deus manum extendere, idest accedere ad colubrum. *Et apprende caudam eius.* Coluber fluxibilis erat, & circum torquebatur: & per caudã teneri non poterat: sed oportebat teneri aut per medium, aut per caput. Quia tamen mox, vt tangeret eum Moyses in virgam vertendus erat tanquam aliquid durum per caudam teneri poterat. Et non mandabat Deus Moysi tenere colubrum per caudam, quasi sic minus timeret: quia ipse eum ad tenendum confortabat: sed mandauit tenere caudam propter significationem supra positam. *Extendit, & tenuit.* In hoc notatur obedientia Moysi, qui colubrum, quem ante fugiebat ad mandatum Dei nuda manu tenere non dubitauit. *Vt inquit credant, quòd apparuit tibi dominus.* Idest hoc signum ideo feci, vt tu etiam facias coram eis: & sic credant omnes, quòd ego Deus eorum miserim te. Quod satis concluditur. Quia conuertere subito rem vnius speciei in rem alterius speciei infinitę potentiæ est, quæ Deum solum operantem necessario arguit. Nam ad hoc naturalis causa nulla sufficeret. Cum ergo aliquis missus a Deo ista faceret, cum Deus nunquam mentiatur, nec falsitati testimonium perhibeat, quæcunque aliquis dicat confirmans ea tali signo, necessarium est esse vera. *Dominus Deus patrum vestrorum.* Scilicet quem illi coluerunt: nam Hebræi nullum alium Deum reciperent, vel audirent. Et dato quòd aliquis faceret miracula, quæ solus Deus faceret: si tamen diceret se missum ab alio Deo gentium: vt a Ioue, vel Priapo, siue Marte, nullo modo reciperetur dictum eius: immo ab eo tanquam ab aliquo execrabili aures auerterent. *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* Ponuntur isti specialiter, quia isti fuerunt a quibus incepit electio populi Dei. *Dixitque dominus rursum.* Hic ponit signum secundum de manu leprosa. Et licèt primum sufficeret: voluit tamen secundum adiungere ad maiorem abundantiam. *Mitte manum tuam in sinum tuum.* Ad faciendum secundum miraculum. Cuius significatio patet ex superioribus. *Qui cum misisset.* Quia mox Deo mandanti obediuit. *Protulit leprosam.* Non solum mandauit Dominus quòd Moyses mitteret manum in sinum, sed etiam postquam misit mandauit, vt proferret eam, & sic videretur, an leprosa esset. *Instar niuis.* Idest ad aliqualem similitudinem niuis. Ista enim est vna cognitio lepræ, de qua Leuitici decimotertio capitu. Quia ad cognoscendum lepram, oportet inspici verum colorem, & si eum mutauerit. Color autem mutatus attenditur cum a colore viuo & naturali caro degenerat in alborem. Et quantum ad hoc dicitur instar niuis, idest sicut nix. Non q̃ in leprosis sit albedo intensa, vt in niue: sed quia sicut in niue est quidam candor vel lux quantũ ad quasdam partes planas, & velut lapideas, & duras: sic in leprosis desiccata cute manent quædam partes deficientes propria humiditate emittentes quendam candorem. Situs autem facit hoc, & vocatur iste fulgor non albedo, qui est proprius color naturalis, sed albor,

Signa facta supra naturaliter confirmat dicta propter q̃ fiunt.

F qui est quidam color infectus degenerans a viuido colore. Situs vero consideratur inspiciendo vtrum carnis particula, in qua talis macula cõspicitur, cętera humilior carne sit aut ęqualis: quia si inferior est, lepra iudicatur: de quibus plene Leui. 13. cap. *Retrahe ait manum tuam.* Idest mittas iterum manum tuam in sinum. *Retraxit.* Idest secunda vice misit. *Et protulit iterum.* Idest eduxit eam secundario de sinu. *Et erat similis carni reliquę.* Scilicet in colore, & figura situs, scilicet de perdito albore redierat natiuus color, & situs, qui humiliatus fuerat, cętera carni adæquatus est. *Si non crediderint inquit tibi.* Sciebat Deus certissime quòd seniores, & totus populus libenter audirent vocem Moysi a Deo, tamen loquebatur conditionaliter, tanquam ignorãs

G euentum, & volens omnibus conuenientijs remediũ adhibere. Et hoc faciebat ad satisfaciendum Moysi, quia Deus nouit corda, & figmentum nostrum, quoniam leue est. Sic enim multotiens loquitur Deus in scripturis, vt patet primo Regum 16. cap. quando misit Deus Samuelem in Bethleem, vt vngeret regem vnum de filijs Isai. Cui Samuel humano more contremiscens Saul regis furorem ait: Sciet Saul, & interficiet me. Deus autem licèt sciret q̃ Saul non occideret Samuelem, tamen, vt contentaret eũ, dedit ei quendam paliatum modum, scilicet vt tolleret vitulum de armento, & diceret se venisse ad immolandum domino. *Nec audierint sermonem signi prioris.* Idest si non audierint vocem tuam propter signum prius. Signum

H factum a Deo, vel a Moyse vocem non habet, quia nõ est animal, sed accipitur sermo, vel vox pro ipsa re, sicut sæpe vocatur verbum ipsa res, quæ fit, & sic dicitur secundo Regum primo cap. Quod est verbum, q̃ factum est in castris Israel, idest quid est quod accidit in bello? Et est sensus. *Neque audiuerint sermonem signi prioris.* Idest si non crediderint, vel non consenserint tibi propter primum signum. *Credent verbo signi sequentis.* Idest credent verbis tuis propter signum sequens, scilicet secundum. Vel credent verbo signi sequentis. i. ipsi signo sequenti, quod vocatur verbum, idest res. *Quod si nec audierint.* Hic ponitur tertium signum, quod ad superabundantiam est, cum satis demonstret primum. *Nec his duobus signis crediderint.* Non loquitur

I Deus sub dubio, quasi nesciens an alicui istorum crederent: sed more humano ad valde contentandum Moysen loquitur: quia sciebat Deus, quòd cuicunq; soli crederetur: Moyses tamen sicut a domino accepit, ita coram Hebræis egit omnia tria, non inquirens an primo, vel secundo crederent: quia etiã si ipsi verbis Moysi simpliciter crediderint, scientes tempus pro missionis diuinę ad liberandum completum esse, ipse tamen omnia successiue egit, & sic magis populus cõfortatus est. *Nec audierint vocem tuam.* Expositum est supra. *Sume aquam fluminis.* Istud signum factum fuit existentibus senioribus cum Moyse in litore fluminis. Et forte hoc fuit, quia sciens Moyses, quòd hoc signum facturus esset, vocauit senes extra ciuitatem in margi-

K ne fluminis, & ibidem consedentibus facta sunt omnia ista signa. *Et funde eam super aridam.* Idest super terram extra fluuium. Hoc autem nomen est valde proprium hic: quia licèt totum istud elementum terra vocetur tam illa, quæ est separata ab aquis, quàm illa, quæ sub aquis latet: specialiter tñ arida signat terrã separatam ab aquis. Sic patet Gen. primo cap. vbi dicitur. Appellauit Deus terram aridam, congregationes autem aquarum appellauit maria. *Quicquid hauseris de flumine, vertetur in sanguinem.* Idest quicquid de aqua acceperis de fluuio, & ieceris super terram, vertetur in sanguinem. Hoc autem pertinebat ad paruulorũ occisionem in fluuio, de qua supra diximus.

Ait

Ait Moyses: obsecro domine: non sum A eloquẽs ab heri, & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuũ: impeditioris, & tardioris linguæ sum. Dixit dominus ad eũ: Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est mutũ, & surdum, videntẽ, & cęcũ? Nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboq; quid loquaris. At ille: Obsecro domine, inquit, mitte quem missurus es. Iratus dominus in Moysen ait: Aaron frater tuus leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egre B dietur in occursum tuum, videnq; te, lętabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendã vobis quid agere debea

De pę. dis. 2. ca. vt cognouerũt. §. item op ponitur.

tis: Et ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Virgam quoq; hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

Ait Moyses. Obsecro domine. Hic ponitur secun- C dum. s. Moysi excusatio, valde enim videbatur durum Moysi, q̃ ipse istum nuncium apportaret Pharaoni, & causam subdit. *Non sum eloquens.* Idest non sum bene aut prompte loquens. Hoc autem valde indecẽs erat, quia si male loqueretur ante Pharaonẽ, irrideretur: nec alicuius ei daretur audientia. Quod ad magnam dehonorationem Moysi, & eius qui mittebat eũ vide

Quęst. 3.

batur redundare. Dicit Nicolaus q̃ ista dixit Moyses, vt mitteretur cum eo Aaron frater suus, qui eloquẽtior erat: etiam quia erat maior eo tribus annis. vt pa-

Improbatur opinio Nicolai de Lira.

tet infra 7. c. Sed non videtur hoc multum consona- re litterę. Magis enim videtur q̃ Moyses se totaliter excusaret, & petebat mitti alium cum dixit, non sum eloquens: quasi dicat: Ego non sum prõptus ad exe- D quendum hoc. Et subiunxit: Mitte quẽ missurus est, idest mitte aliũ qui ad istã missionem magis idoneus sit. Etiam si Moyses peteret q̃ alius mitteretur cũ eo, hoc videbatur esse superfluũ, quia hic solum erat annunciare ista verba Pharaoni, & facere signa. Cũ ergo ipse se clamaret inhabilẽ, & peteret alium mitti, nihil videretur sibi manere, ad quod ipse mitti deberet: qa signa facere ad eum, qui loquebatur pertinebat. Nec valet si arguas ex eo quod factum est: quia licèt postea ipse & Aaron missi fuerunt, Aaron ad loquendum & ipse ad faciendũ maiora signa, quia Aaron non erat dignus ad totam familiaritatem cum Deo, quia Deus non elegerat eum ad tanta bona sicut Moy E sem: hoc enim Deus iudicabat, quia id quod de Moyse facturus erat sol° cognoscebat: Moyses autem, qui humilis & mitis valde erat, nõ iudicabat de se aliqua magna. Et dato q̃ ipse videret se facere aliqua maiora alijs, tñ ex conditione humilitatis se indignissimũ reputabat. Nunquam ergo ipse de se existimare, & a fortiori nec petere auderet, vt mitteretur alius tanquam proferens verba: ipse autem tanquam prodigiorum operator, & secretarius Dei, qui audita a Deo alteri loquenti recitaret. Erat ergo intentio Moysi excusantis, quòd ex quo ipse eloquens non erat, & consequenter ad istum nuncium ineptus, quòd mitteretur alius eo modo, quo Deus eum mittere volebat. *Non sum eloquens.* Causa autem quare Moyses non es-

Quęst. 4.

Opinio quorundã.

set eloquens, secundum quosdam est, quia ista verba Dei referri debebant Pharaoni idiomate Aegyptio: Moyses autem linguam istam oblitus fuerat cũ mansisset quadraginta annis extra Aegyptum in terra Madiam, vt patet Act. 7. cap. Sed hoc non videtur verum: quia q̃ aliquis, qui in vna lingua ab infantia sua, & ab vberibus enutritus est maxime manens in ea vsque ad annos quadraginta, ętatis suæ nõ videtur, quòd aliquo modo obliuisci potuisset: Huiusmodi autẽ erat Moyses, vt patet Actu. 7. c. Alij autem volunt q̃ Moyses bene nouerat adhuc linguã Aegyptiam: tamen vox sua erat valde exilis, & delicata ita q̃ bonum sonũ reddere non valebat. Hoc autem valde dissonat, quia pronun-

Opinio secunda.

ciatio cõformis, & corporis gestus est vna pars eloquẽ- B tię, vt ponit Tullius in 3. lib. Rethoricæ nouæ: quia eloquentia est congrua, ornataque orationũ cõtexio cũ pondere sententiarũ conueniens persuasioni. Ad hoc autẽ quòd persuasioni cõueniat, nõ solũ oportet dul-

Eloquentia diffinit.

cia esse, & sententiosa, sed etiam conuenienti voce proferri: quia aliquid acute aliquid graui sententia oportet moderari: acomodari etiam singulis oculorũ vigorẽ & corporis proprios gestus. De quibus Valer. max. libro 8. ait de Demosthene, & Eschine. De hoc et multa Horatius in satyra ad Pisones, vbi agit de instructione poetarum: de hoc diximus in expositione prologi primi super Gen. cap. 2. & 8. Aliqui autem volunt

Tertia opinio.

quòd Moyses erat impediræ linguæ, quia quando præsentatus fuit Pharaoni, & deiecit coronam eius, & fregit eam, de consilio cuiusdã sapientis appositę fuerunt C prunæ, quas Dei motu, atque instinctu Moyses acceptas ori applicuit, & linguæ extremitatem exussit: vnde non ita expedite sicut ceteri homines proferre valebat. Et hoc satis conuenit. Vel potest dici quòd ipse erat naturaliter impeditus, quòd non poterat quasdã literas, aut quasdam dictiones idiomatis Aegyptij bene proferre, sicut accidit nunc, quia in quolibet idiomate sunt homines nõ potentes recte proferre aliqua verba illius idiomatis, licèt in illo nati, & nutriti sunt. *Non sum eloquens ab heri, & nudiustertius.* Ista sunt aduerbia temporis de se nihil certum designantia, sed limitanter ex additione termini numeralis, scilicet nudiustertius nudiusquartus, & consequenter, idest ante

D tres dies, ante quatuor dies, & sic de alijs. Est sensus, quòd ipse erat impeditus in lingua non accidentaliter, vel ipsa die solum, ita quòd posset cito tolli, sed istud impedimentum erat ab heri, & nudiustertius, idest a multis diebus retro, vel a natiuitate sua. Et hoc verius. Quia licèt istud aduerbium, nudiustertius, signet spatium trium dierum ante: tamen in sacra scriptura solet poni pro valde magno tempore præterito: & aliquando pro æterno a parte ante: sic patet ad Hebre. 13. capit. cum Apostolus vellet ostendere Christum, quia dicit suppositum diuinum, & non humanum esse ab æterno, sicut quelibet personarum diuinarum, & durare in æternum dixit: Iesus Christus ab heri, & hodie ipse, & vsque in sæ- E cula.

Quomodo intelligitur, quòd Moyses erat impeditioris linguæ ex die, quo locutus est ei dominus. Quæst. 5.

Et ex die, quo locutus es ad seruum tuum impe- Opinio primo.

ditioris linguæ sum. Aliqui volunt quòd Moyses dixisset: domine, ego non eram eloquens antequam comparerem ante te, nunc a multis diebus: sed nunc comparendo ante te ex comparatione ad te videor inde magis impeditus esse. Sed ista sententia valde inepta est, quia non solum Moyses, comparatus ad Deum minus eloquens erat, quàm ante, immo nec aliquid erat in conspectu eius, quia cũ Deus infinitus sit, Moysi ad ipsum nulla poterat esse collatio, vt ẽ ex natura finiti ad infinitũ, q̃ nullo mõ cõ-

parari

parari valent, ut ait Boetius de consolat. lib. 2. prosa 7. Nec Moyses tam stultus erat, vt aliquo modo se Deo compararet. Ridicula est ergo talis sententia. Alij dicũt ꝙ ex quo apparuit ei Deus loquẽs de medio ignis in rubo, stupuit, vt patet Act. 7.c. & ex hoc mansit minus prompta locutio, & sic patet Dan. 10.c. quãdo apparuit Angelus Danieli dixit; Domine in visione tua dissolutę sunt compages meę, & nihil remãsit in me virium. Hanc solutionem tenet Nicolaus: sed non videtur verum, quia licèt in apparitione Angeli contremisceret Daniel, tamen recedente ipso confortatus mansit: quia ista est conditio bonorum angelorum, qui primò aliquo modo terrent, vel stupidos homines reddunt ad insinuandã suam excellẽtẽ reuerẽtiã, & hoĩs infirmam naturã, sed postea cõsolanẽ, vt se bonos esse demonstrent. Et ista ponitur ab oĩbus catholicis esse conditio angelorũ bonorũ. Et si dicas ꝙ istud impedimentũ linguę tm̃ in Moyse cito abolitum est, & sic abolendum erat, rm̃sio Moysi nihil valeret, s. ꝙ alius mitteretur, ex eo quòd ipse non erat eloquẽs cũ mox reditura esset eloquentia. Sed hoc falsum est, cum postea Moyses nunquã eloquens fuerit, qa Aarõ semper loquebat̃ pro eo, qd̃ non contingeret, si Moyses postea fuisset eloquens. Non erat ergo ista nõ eloquentia, siue indispositio ad loquendũ ex visione Dei, vel angeli, sed non ineloquentia, vel dispositio mala, quam tenuerat ab antiquo, quia aliàs daretur, ꝙ ex apparitione angeli, vel Dei causaretur aliqua pęna manens. Et cum pœna semper sit ob culpã aliquã, sequeretur ꝙ oporteret poni in Moyse aliquam culpã pp q̃ infligeretur ei illa pœna, alioquin iniusta eẽt. Sed hoc non vr̃ verũ, nec per hoc asserimus Moysen illo modo aut peccasse, aut peccare potuisse, pp qd̃ pęnã mereretur. Sed quia nunq̃ scriptura sacra describit alicuius punitionẽ specialiter si non adiungat culpã generaliter, vel specialiter, sed nullo mõ aliqua Moysi culpa describitur, ergo ꝑns est dicere istam non esse pęnam inflictam: sed aliquã a natura, vel aliàs maculã ẽt, quia nunq̃ legitur in sacra scriptura, ꝙ angelus bonus apparens alicui ex sola apparitione ei pęnã aliquã remanẽtem inflixerit. Nec valet si arguas de Iacob, qui recedẽte angelo, qui luctabatur cum eo, adhuc claudicabat, vt patet Gen. 32.c. quia post valde modicum claudicare cessauit, vt ibidẽ declarauimus. Alij aũt, vt Andręas dr̃t. *Ex die, quo locutus es ad seruum tuum tardioris linguæ sum.* Facientes hoc sub vno contextu. Et licèt isti bene exponant vt infra dicemus, tm̃ errant in punctuatione literæ. Illi autem, qui supra exponebant istam literam codẽ modo punctuãtes, & dicentes Moysen fuisse impeditiorẽ in lingua post apparitionẽ Dei, q̃ ante, valde errant contra veritatẽ literę Hebraicę: & verã punctuationẽ istius, quia litera Hebraica habet. *Non sum vir verborum, nec heri, nec nudiustertius, nec ex die, quo locutus es ad seruum tuum.* In omnibus istis ponitur in Hebręo, Gaz, quæ est dictio Hebraica negatiua, & additiua, sicut est apud nos ista dictio, nec. Et quantum ad hoc oĩa ista ęquantur, scilicet ꝙ Moyses non erat eloquens, nec ab heri, nec a nudiustertius, nec in die, quo Deus apparuit ei. Et hoc idem sonat ista litera si punctuetur, vt iacet, & non corrumpatur in prolatione, vt quidam faciunt de punctis nihil curantes, dum tamen veritatem literæ teneant. Quod valde absonũ est, cum tota scripturæ vis in punctuatione dependeat, quia ablatis pũctis aliam vnionem dictiones, & orationes habebunt, quã ante tenuerant, & cõsequenter resultabit alia sententia, ex quo sequitur duplex fallacia, s. compositionis, & diuisionis: & interdum alij errores. Debet ergo litera ista pũctuari sub duobus versibus sic. *Non sum eloquens ab heri, & nudiustertius: Et ex quo locutus es ad seruum tuum.* Et tunc ista negatio non cadit super omnia ista

Apparentes hoĩb̃ boni Angeli prio eos terrẽt postea cõsolantur.

Tertia opinio.

Tota scripturæ vis in pũctuatione consistit.

tria. Et est sensus, qui ante, s. ꝙ Moyses nõ est eloquẽs, idest bene proferens ab heri, & nudiustertius, idest a multis diebus retro, vel a natiuitate sua, & ex quo locutus es ad seruũ tuũ, idest etiã ex tempore illo, quo locutus es ad me. Quasi dicat. Licèt non esem eloquẽs ab heri & nudiustertius, tm̃ nunc ex collocutione tua putaui me fieri bene loquentem: sed non factum est. Nec litera Hebraica potest consentire aliam sententiam præter istã. Tunc sequitur alius versus, scilicet. *Impeditioris, & tardioris linguæ sum.* Ista est per se alia snĩa, quæ aliquo mõ supioris expositiua est, scilicet Dñe nõ sum eloquẽs: quia ĩpeditioris linguę, idest impeditæ, & tardæ sum. q.d. Quæ proferre debeo malè profero, & tardè. Nec valet si arguatur: quia ponitur ibi impeditioris linguæ, Quasi pĩsupponat linguam non fuisse ante tãtum impeditã: quoniã hic ponitur cõparatiuus pro positiuo, vt sepe fit in scripturis. Et apparet hoc ex litera Hebræa, vbi non ponitur cõparatiuus in hac parte. *Dixitque dominus ad eum.* Hic redarguit aliquo modo Deus Moysen, quasi non perfecte confidat in eo: vt patet ex responsione. *Quis fecit os hominis?* q. d. Maius est facere os hominis, & dare ei loquelam, quam post malã loquelam bonam facere. Sed ego feci os, ergo potero dare tibi eloquentiam. *Aut quis fabricatus est mutum, & surdum?* Idest quis fecit mutum, & surdum Q.d. Ego. Si ergo ego dedi os, idest loquelã, & ego feci aliquem mutũ loquela carentẽ, & dedi auditũ, & feci aliquem surdum, quanto magis potero dare eloquentiam alicui linguam impeditam habenti. Ideo nihil dubitare deberes mandatum meum suscipere. Aliter exponunt Iudæi quidam. vt Rabbi Salomon, scilicet quòd Moyses accusatus fuit de occisione Aegyptij, & præsentatus Pharaoni, qui respondit se iuste illud egisse. Deinde cum rex mandaret illum decapitari spiculatore iussa cõplere parante decidit super ipsum aurisia, ita quòd cetera videns, solum Moysen coram se constitutum non videbat. Quod cernens Moyses incepit de manibus eius elabi videntę ipsum solo Pharaone, qui ita stupidus factus est, vt nunquam loqui potuerit seruis suis, quòd Moysen fugientem apprehẽderent. De quo magis dictum fuit sup. 2.c. Et vocatur hic cęcus spiculator, qui cęcitate percussus est, non cęcitate vera, sed aurisia. Vocatur mutus, & surdus Pharao, qui videns fugientem loqui non potuit, vt comprehenderetur Moyses. Et tunc est sensus. *Quis fecit os hominis.* Idest quis dedit tibi, vt loquereris ita constanter coram Pharaone, quando comprehendit te. *Aut quis fabricatus est mutum, & surdum.* Idest quis fecit Pharaonem esse mutum non potente iubere seruis suis, vt comprehenderent te. *Cæcum, & videntem.* Idest spiculatorem, qui te non vidit, quando iugulare voluit. *Nonne ego?* Quasi dicat sic. Si ergo ego potui te liberare de domo Pharaonis faciendo omnia ista: & dedi tibi os, vt loquereris cõstanter coram Pharaone, quomodo dubitas posse tibi deficere nunc eloquentiam me volente? Sed prima expositio melior est: quia ista non potest totam literam ordinare, sed quasdam particulas. *Perge igitur, & ego ero in ore tuo.* Mouendo linguam tuam: quia ea quæ corã Pharaone loquuntur, non a seipsis, sed a Deo loquuntur, ideo non ipse, sed Deus loquitur, sicut patet Luc. vigesimosecundo. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: quia non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. & secundæ Petri cap. primo. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt sancti dei homines. *Doceboque te quid loquaris.* Quasi dicat. Non putes quòd errabis in loquendo aliquid falsum proferendo: quia ego docebo te omnia. Ille autem, quem Deus erudit errare non põt.

Hebreorũ expositio.

Prophetę nõ ex se ipsis sed ex Deo loquuntur.

At

At ille inquit: Obsecro Domine. Licèt Moyses videret rationes Dei conuincentes, & non posset aliquid respondere obijciendo: respondit tamen negando: nè Deus eum mitteret. *Mitte quem mißurus es.* Idest: Domine non mittas me, quia alium magis idoneum reperies; mitte ergo illum, quẽ mittere debes, idest: qui ad hoc magis idoneus est, vt mittatur, scilicet fratrem meum Aaron, vt quidam volunt, quia eloquentior est me, & antiquior. Aliqui volunt dicere, quòd Moyses petebat à Deo: vt mitteret Messiam: quia ei pertinebat talis liberatio de Aegypto: qa dicitur. *Quem mißurus es.* Quasi per excellentiam. Hoc tamen valde longum est à litera: quia si Moyses talia petijsset, respondisset ei Deus ad illud. Sed nihil tale in litera ponitur. Non fuit ergo illa intẽtio Moysi aliquo modo: sed solum quòd mitteretur aliquis alius idoneus. *Iratus Dominus in Moysen ait.* Quia nimis videbatur repugnare Deo. Sicut n. quando alicui rationes euidentes conuincentesque proponimus, quibus consentire non vult, pertinacię eius irascimur: ita cum Deus dixisset Moysi tanta signa facta sue potestatis, & manifestè monstraret nuncium istum rationaliter esse suscipiẽdum: & ipse non susciperet, videbatur Deus illi quasi iratus.

An Moyses peccauerit se difficilem exhibendo Dei iussioni.

Quæst. 6. Pro parte affirmatiua primo arguitur.

Sed nunquid Moyses peccauit in hoc? Et videtur ꝙ peccauerit. Primò quia dicitur quòd Deus iratus fuit in Moysen: sed Deus non irascitur, nisi rationabiliter, ergo Moyses cui dominus iratus est, peccauit. Minor patet, quia Deus est iustus iudex iustus, fortis, & patiens, nec irascitur per singulos dies, vt patet ps. 7. vbi Deus commendatur de mansuetudine more nostro tanquam multum patiens: ergo quando ipse irascitur, iuste irascitur immo valde iuste, quia non semper irascitur, quando iuste irasci potest: quia vt ait Phylosophus 4. Ethicor. cap. de mansuetudine, mansuetus magis est cõdonatiuus, idest remittens iniurias, quàm punitiuus. Ille ergo cui irascitur peccauit: quia alias non iuste iraseceretur ei. Item qui non obedit mandato Dei valde peccat: quia si principi terreno mandãti non obedientes mori iubentur secundum leges humanas, etiam secundum leges diuinas, qui non obedierit summi sacerdotis imperio, aut decreto iudicis morte moriatur, vt patet Deuter. 17. cap. & extra. Qui filij sunt legiti. cap. per venerabilem. Quanto magis mori debent, vel peccabunt non obedientes Deo? quia lõge magis est ęternã, quam temporalem offendere maiestatem: vt patet extra de Hæreticis. cap. vergentis. Si Moyses non obediuit Deo: quia Deus mandabat ei nuncium istum suscipere, & ipse non suscepit, ergo peccauit. Item si non obedire mandato principis in abominentia, vel per interpositam personam culpabile est: quanto magis non obediens principi psonaliter mandanti: quia tunc mandatum suum contemnitur ex persona sua: quod longe deterius est: sed Moyses videtur contempsisse mandatum Dei personaliter iubentis, cum nõ assensit, ergo valde peccauit. Antecedens patet quandocunque præcepta legis scripta in lege contemnimus illa transgredientes mortaliter peccamus: etiam si Deus illa actualiter non mandet quanto magis vere ipse Deus actualiter aliqd imperat. Item sicut in speculatiuis declinare ab aliqua veritate cognita est decidere in falsitatem oppositam: & est magnus error, ita praticis deuiare à bona, & rationabili actione est deuiare, & cadere ad oppositã malã actionẽ, quod valde malum est, & peccatũ: sed ea quę mandat Deus semper sunt rationabilia. Qui ergo non assentit illis, declinabit in oppositam malitiã: sed Moyses dicto Dei non assensit quod erat aliquid agibile, & bonum ergo, declinauit in malum sibi oppositum. Respndetur ꝙ Moyses non peccauit mortaliter; quia

Secundo arguitur.

Tertio arguitur.

Quarto arguitur.

Rẽsio ꝙ Moyses nõ peccauit.

peccatores non exaudit Deus, vt patet Io. 9.c. sed exaudiuit petitionem Moysi dando ei Aaron fratrem suũ, vel socium iuxta petitionẽ eius, ergo non peccauit. Itẽ si peccasset, Deus non fecisset eum ducem Hebręorũ in liberatione: nec dedisset in potestate eius facere ista signa, quę infra scripta sunt. Etiã qa sicut orabat Moyses de ablatione plagarũ a Pharaone, ita faciebat Deus, vt patet inf. 8. & 9. & 10. c. Item quia si Moyses peccasset, valde multum peccasset, s. contemnẽdo Deum in propria persona, quod erat peccatorum maximũ, vel forte quam maximum. Non ergo sic transiuisset inultum: sed maxima fuisset punitio subsecuta: sed nihil huiusmodi fuit, ergo non peccauit. Sed dicendum ꝙ Moyses venialiter peccauit, quia aliqualiter pusillanimis, siue timidus fuit, cùm ei Deus diceret non esse timendum recipere nuncium, ipse autem aliqualiter timuit. Non tamen fuit valde magna pusillanimitas: quia talis mortale peccatũ esset, cum declinaret multum a medio rectę rationis. Modica declinatio a medio virtutis, quia latet, peccatum non est, nec vitupera bile: magna autem deuiatio peccatum est, & vituperabile: vt patet in fi. 2. Aethi. Ad argumenta autem faciliter responderi potest. Ad primum, deus iratus fuit Moysi propter hoc, & ipse nunquam irascitur nisi iuste ergo &c. Respondetur ꝙ Deus iuste iratus est, tamen non sequitur ex hoc Moysen mortaliter peccasse, nam ira dei erat, quia Moyses Deo demonstrãti eui dentia signa, quæ Moyses agere deberet, non consensit: sed iste non consensus non fuit deo repugnando, sed obsecrando, ne sibi tale mandatum imponeret: nec deus totaliter determinabat se dicẽdo, volo quòd totaliter vadas: quia si sic dixisset, Moyses teneret exequi nulla obstante exceptione: sed non erat sic, quia deus non se habebat vt pure mandans, sed magis vt persuadens, & recipiẽs excusationes Moysi. Et si Moyses recte se excusaret, deus nullo modo irasceret: quia tamen ei recte suadenti non assensit, sed obstabat deprecando aliqualiter, dicitur contra eum iratus. Ad secundum quando dicitur, ꝙ non obediens deo peccat, sed Moyses non obediuit, ergo peccauit. Aliquis forte respondere posset ꝙ obedire mandato stat dupliciter, aut obedire mandato pure mandato in his, q̃ sunt de necessitate salutis: aut obedire mandato, quod est magis consilium in his, quę non sunt de necessitate salutis. Primo modo peccatum graue est, sed secundo modo nõ obedire peccatũ nõ est, quia ad hęc non tenemur nisi ex certis conditionibus. Sed ista responsio nulla est, quia ista distinctio pręceptorum, & consiliorum locum habet: quia pręcepta sunt ad omnes directa, consilia autem non sunt ad omnes directa, sed ad aliquos, ideo nullus ad ea obligatur, nisi qui ex conditione virę sue ratione status, vel professionis ad ea se obligauerit. Sed qñ directe aliquid pręcipit vni psonę, qualecunq; illud sit, illa persona illud agere tenetur, cũ Deus mandet. Nec oportet dici ꝙ est de necessitate salutis, vel ptinet ad sup erogationẽ. Vnde si Deus alicui homini laico, q ad nihil tenetur, nisi ad p̃cepta, & habet vitã satis laxã, mandaret erogare oĩa sua pauperib̃, & postea exponere se duro martyrio, tenet̃ illud agere tanq̃ vnum de p̃ceptis primę tabulę. Et rõ est, qa licèt ista facere secundũ se erat superogationis. Postquã tm̃ Deus specialiter alicui illud mandat, nullo mõ potest mortale peccatũ euitare, nisi illud agat. Si ergo Moysi Deus mãdasset suscipere istam legationẽ, qualiscunq; ipsa esset, tenebat̃ eã recipe sub pęna mortalis peccati. Dicendũ ergo ꝙ Deus non mandauit Moysi recipere ista simpliciter, vt dictũ est: sed solũ dicebat esse suscipiendum rationibus manifestis. Ille autem qui aliquo mõ deuiat à persuasione, etiam si recta sit, non peccat eo modo, quo peccaret deuiando à iusto mandato,

Ad primũ argumentum in oppositum.

Ad primũ.

Ad secundum.

Duplex obedientia mandati.

Quando Deus alicui personę aliquid particulariter præcipit tenetur illud facere sub pęna peccati mortalis.

Item

Item non poterat Moyses in hoc non esse obediens, dato quòd per modum mandati ista dicta fuissent, quia ille non obedire dicitur, qui mandato imposito repugnat exequi nolendo: Moyses autem non repugnabat Deo, sed solum obsecrabat, vt ei non imponeret. Multum autem distat nolle recipere mandatum, aut rogare, nè imponatur: quia rogare secundum se non est peccatum, nisi in eo, quòd aliquis desiderat irrationabiliter effugere honestum iugum. Et quātum ad hoc Moyses aliqualiter peccauit non quidem non obediendo, quia nihil de inobedientia habuit nec saltem minimum: sed magis quam debebat ne imponeretur mandatum orando, quod ad aliqualem timiditatem, vel pusilanimitatem pertinebat. Ad aliud quando dicitur, quòd maius peccatum est nō obedire Deo, vel principi personaliter mandanti, quam per interpositam personam aut aliàs: hoc conceditur. Et quando dicitur quòd Moyses videtur contempsisse Deum in propria persona iubente, ergo peccauit mortaliter: Negatur, quia Moyses Deum contempserit nec personaliter, nec absentem: quia contemptus est cum mandantis, aut mandati auctoritate neglecta in aliud quodcunque volumus, effrenate deuoluimur. Oportebat ergo præcessisse mandatum, vt vel ipsum, vel etiā mandans contemni potuissent. Sed hic non fuit mandatum, vt declaratum est, ergo nec contemptus: sed solum fuit obsecratio de non imponendo mandatum. Et quantum ad hoc non magis differt, quòd aliquis obsecret Deum non imponi mādatum, cum eum in aliqua effigie cernit, aut cum eum tanquam absentem sensitiue non conspicit. Ad aliud qñ dicitur, quòd in moralibus, qui deuiat à recta ratione decidit in oppositam prauam actionem: sed Moyses deuiauit ab eo, quod Deus mandauit, quod erat iustū ergo decidit in iniustum; respondetur, q̄ si iustum, & iniustum, vel actio secundum rectam rationē, & contra rectam rationem essent contraria immediata tam secundum formam, quam secundum subiectum, teneret consequentia: quia tunc dato quocunque bono, quod aliquis agere posset, & non ageret, illud necesse erat declinare in aliquod malum: sed nunc non est sic: quia licèt iustum, & iniustum secundum formam cōtraria immediata sunt, tamen secundum subiectum non sunt: quia licèt inter iustum, & suum oppositum iniustum nō sit aliqualiter forma media, tamen inter istud iustum, & suum oppositum, scilicet istud iniustum dabitur aliquid operabile, scilicet alterum iustū. Et ideo non est necesse, q̄ quandocunque aliquis declinat ab vno actu, qui est secundum rectam rationē, quòd incidat in aliquid, quod est contra rationem: quia sequi Christum in arctissima paupertate bonum est, tamen non sequi primum in paupertate non est contra rectam rationem. Tenet autem hoc verum in præceptis, sed non consilijs: quia si aliquis deuiet à recta ratione, q̄ est non fornicari, necesse est male agere: vel si deuiet à recta ratione, quæ est non furari. Moyses autem licèt declinauerit ab illa recta ratione, quia illud de se non erat sub præcepto, non cogebatur cadere in malum. Rabbi Salomon aliqualiter videtur velle, quòd Moyses peccauerit quasi mortaliter, vel mortaliter, & dicit propter hoc Moysi fuisse pœnam inflictam. Ponit enim regulam, quòd in sacra scriptura nunquam ponitur, quòd iratus fuerit Deus in aliquem, qn subiūgatur immediate pena. Et hoc multa exempla habet in libris veteris testamenti. Hic autem non videtur poni aliqua pœna Moysi; ideo dicit quòd pena fuit data in ablatione sacerdotij, & hoc notatur, vt ipse vult cum infra dicitur Leuites Aarō, quoniam sacerdotium, quod dari debebat Moysi, datum fuit fratri suo Aaron. Sed istud valde ridiculum, & ineptū

Ad tertiū.

Cōtēptus quid sit.

Ad quartū

Opinio Iudæorum an Moyses peccauerit.

F est, quia sacerdotium non potest demonstrari, quod pertinuisset ad Moysen, & sic q̄ transfertur ad Aaron; immo magis videbatur pertinere ad Aarō secundum legem antiquissimā, scilicet quòd primogeniti essent sacerdotes, cum poneretur sacerdotalis potest vnum de iuribus primogenituræ. Item quia dato quòd sic esset, textus nihil horum innuit, quoniam nominādo Aaron Leuitem, non designat ei aliquam sacerdotalem potestatem: quia istud nomen Leuites nunquam significat sacerdotes. Nam duo sunt propriè significata eius, aut significare tribum, scilicet vt dicatur Leuites, qui est de tribu Leui, aut dicatur Leuites, qui est in ministerio inferiori sacerdotibus. Et isto secundo modo filij Aaron, non vocabantur Leuitę: quia erant

G sacerdotes. Rabbi Abraham, & Auenezra dicit, quòd licèt illa regula teneat vt communiter, tamen nō semper, quia nume. 12. cap. dicitur de Aaron, & Maria, q̄ iratus fuit dominus in eos, tamen non fuit aliqua pœna inflicta Aaron: sed solum Marię. Ista respoufio calumniabilis est; ideo videtur dicendum, quòd licèt verum sit quantum ad aliqua magna peccata mortalia: tamen in paruis, vt in venialibus licèt Deus irascatur, tamen non semper poni oportet pœnam, cum non semper infligatur, huiusmodi autem fuit hic, qa Moyses solum venialiter peccauit: vt declaratum est. *Aaron frater tuus Leuites.*

Responsio auctoris ad opinionē Iudæorum.

Multa dixerat Moysi suadendo accipere hanc legationem, quia ante ipse se indignum reddens, solus re-

H cipere noluit, dedit ei socium ipsum Aaron fratrem eius, qui vocatur hic Leuites, idest de tribu Leui sicut etiam erat Moyses, quia tunc non erat distinctum officium sacerdotale, & Leuiticum: sed postea fuit distinctum, data lege in monte Sinaì; de quo nume. 3. & 4. & 8. cap. & 18. *Scio quòd eloquens sit.* Idest quod habeat linguam bene sonātem, & proferentem, quia dicit: Tu excusas te, quia nōn es eloquens: ecce ille est eloquens, & ibit tecum. *Ecce ipse egredietur in occursum.* Quia poterit Moyses de hoc rursus dubitare, vtrum Aaron suscipere vellet legationem, vt loqueretur coram Pharaone; dedit ei signum, per quod crederet Deum mouisse cor Aaron, vt hoc suscipiat, scilicet vt Aaron veniret in occursum Moysi. Et hoc satis

I erat congruum signum quantum ad ipsum Moysen. Cum ante prędiceretur quam fieret. Etiam quantum ad Aaron: quia non est verisimile, quòd Aaron qui nesciebat aduentum Moysi habitantis in terra longinqua, nec hoc miserat Moyses ad dicendū in Aegyptū: quia immediate, vt recepit iussionem domini rediit ad Iethro, vt licentiaret eum ad eundum, moueretur sciens q̄ venturus esset Moyses. Et sic videtur q̄ antequam moueretur Moyses ad recedēdum de deserto, vt veniret in Aegyptū exiuit Aaron de Aegypto. Nec potest dici q̄ ipse veniebat ad inquirendū Moysen fratrem suum: quia in textu dr̄, q̄ veniebat in occursum eius, idest ad recipiendum eum. Et sic videtur q̄ Deus reuelauerat Aaron, quòd veniret Moyses, & mouit eū

K vt iret in occursum eius. *Videnśque te lætabitur corde.* Quia valde desiderabat videre eum: maxime quia forte Deus indicauerat ei quòd Moyses liberaturus esset Israel. *Loquere ad eū*, scilicet qualiter tibi apparuerim: & quid tibi dixerim. *Et pone verba mea in ore illius.* Idest dicas ei verba mea, quę ego tibi dicere mandabam, ita vt ipse sciat dicere: & ego ero in ore tuo mouens linguam tuam ad dicendum ea, quæ ei debes annūciare. *Et in ore illius.* Mouendo linguam eius, vt ista verba valde dicat apposite ad persuadendum congrua vocis, & vultus, & totius corporis motus seruata habitudine. Etiam faciam ne lingua eius, vt fieri assolet, in aliquo deuiet non bene proferendo, vel aliud proferat quam proferre voluisset. *Et ostendam vobis quid agere debeatis.*

Quæst. 7.

Quia

Quia diceret Moyses, domine licèt nunc nouerimus, quid facere debeamus: tamen postquam locuti fuerimus ad populum Israel, & ad Pharaonem: si nobis aliter quàm volumus responderit, nescimus quid tūc agere debeamus. Ad quod dicit Deus, quòd etiā postea docebit quid agere quātum ad signa & prodigia: aut quid dicere quantū ad responsiones, & verba eorū ad quos mittuntur, debeant. *Ipse loquetur pro te ad populū.* Quia tu impeditum lingua te dicis. *Et erit os tuum.* Quasi dicat: Non loquetur Aarō ex se sed ex te: quia sicut os non loquitur ex se, sed est organū loquendi, scilicet quod quæcunq; corde cōcipiantur, ore proferātur: ita Aaron erat os Moysi. s. vt quęcunq; Moyses mādasset tanquā intellectus concipiens, Aaron loqueretur tanquā os suum exequēs. *Tu autem eris ei in his, quæ ad Deum*

B *pertinent.* Idest tu prēeris ei quantū ad ea, quæ pertinēt ad Deū, scilicet quantum ad reuelationes, & operationes magnorū prodigiorū: ita quòd ipse solū sit vt os, tu autē sis ei, vt mandans quid dicere debeat. In Hebræo dicitur *Tu eris ei Deus.* Idest tu eris ei quasi Deus reuelās, quid dicere debeat. Et sic patet infra 7. c. Ecce dedi te Deum Pharaonis, idest dedi tibi potestatem super Pharaonem, scilicet ad inferendum ei pœnas, vt Deus: quia Deus, vt hic ponitur, in litera Hebraica. s. Elohim multum generale nomen est, & significat iudices, & dominos temporales, & omnes maiores sic autem habetur in translatione Chaldaica. *Tu eris ei maior.* Idest mandās quid loqui debeat. *Virgam quoque hanc.* s. quam tenebat Moyses in manu, quando Deus mādauit, vt ia

C ceret in terrā, & versa est in colubrum. *Sume in manu tua.* Idest porta tecum. *In qua fasturus es signa.* Idest per quàm, vel cum qua: quoniam per istam virgam percussit aquam fluminis, quādo versa est in sanguinem, & diuisit mare rubrum in exitu & proiecit coram Pharaone, vt in colubrum verteretur.

Abijt Moyses, & reuersus est ad Iethro so

8. q. j. in scripturis. Matthę. 2. Deucalion promethei filius claret in Thessalia.

cerū suum, dixitq; ei; Vadam, & reuertar ad fratres meos in Aegyptū, vt videa si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moysen in Madian: Vade, & reuertere in Aegyptum: mortui sūt enim

D omnes, qui quærebant animam tuam. Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinū: reuersusq; est in Aegyptum portās virgam Dei in manu sua. Dixitq; ei dominus reuertenti in Aegyptū. Vide, vt omnia ostenta, quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo cor eius, & non dimittet populū. Dicesq; ad eum: hæc dicit dominus: Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi: dimitte filium meū, vt seruiat mihi, & noluisti dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. Cunque esset in itinere in diuersorio, occurrit ei dominus, & volebat occidere eū. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit pręputium filij sui: tetigitq; pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquā dixerat sponsus sanguinum tu mihi es: ob circuncisionem,

A Dixitq; dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obuiā ei in montē Dei, & osculatus est eum. Narrauitq; Moyses Aaron omnia verba domini, pro quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. Veneruntq; simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel. Locutusq; est Aarō omnia verba, quæ dixerat dominus ad Moysen, & fecit signa coram populo, & credidit populus. Audierūtq; quòd

B visitasset dnś filios Israel, & quòd respexisset afflictionem illorum, & proni adorauerunt.

Tertia pars.

Abijt Moyses. Hic ponitur tertium, scilicet mandati executio. Et describitur ista pars executiua penes tria quæ considerantur. Primò in motu, scilicet terminus a quo Moyses recessit. Secundò penes mediū, per qd̄ processit, ibi. *Cumque essent in itinere.* Tertiò penes terminum, ad quem accessit, ibi. *Veneruntque simul.* Circa primum. *Abijt Moyses.* Recepto mandato Dei volens illud cōfestim tradere executioni, recessit de deserto, in quo tunc erat cum gregibus. *Ad Iethro cognatum suum.* Locus, vbi erat Moyses pascēs gregem in mōte Sinai, satis distabat a loco, in quo manebat Iethro socer sū: & antequā recederet Moyses de terra illa volebat pe-

C tere licentiam a Iethro socero suo. Primò quia, vt patet supra 2. c. Moyses pepigerat, & iuramento firmauerat habitare cum Iethro pro filia sua Sephora. Non erat ergo licitum, vt recederet sine eius licentia, vt patet, licèt in hoc non tenebatur seruire amplius Moyses socero suo: quia iam manserat apud eū annis quadraginta, vt patet Act. 7. vbi dicitur quòd Moyses anno vitæ suæ quadragesimo, occiso Aegyptio fugit in Madian, & post alios quadraginta annos, scilicet anno octogesimo vitæ suæ apparuit ei Deus in monte Sinai in rubo ardenti: in istis autem quadraginta annis satis poterat seruiuisse pro vxore. Secundò petiuit licentiā, vt daret ei suam vxorem, & filios, qui erāt cum ipso Ie

D thro in ciuitate: volebat enim portare eos in terram Aegypti secum: quia sciebat quòd in breui liberandi essent, & volebat eos secum educere in terram Chanaam. Tertiò, quia forte putabat non visurum vltra socerum suum, ideo decuit ei loqui in recessu. *Cognatum suum.* Cognatum, & socerum pro eodem accipit litera nostra: quia cognatus non est hic nomen cognationis, vel consanguinitatis, sed affinitatis: ideo aliquando vocat litera nostra, Iethro socerū Moysi, vt patet sup. 3. c. aliqñ vocat eū cognatū ei⁹, vt patet hic, & inf. 18. & nume. 10. & Iudi. 4. cap. *Vadam & reuertar ad fratres meos in Aegyptum.* Non est intelligendum, vt aliqui imperiti volunt, q̄ Moyses diceret se velle ire in Aegyptum, & quòd postea esset recessurus: sed ire, & reuerti idem

E actus sunt. Hic licèt dicantur duo nomina respectu diuersorum, idem tamen sit actus. Nam respectu Iethro existentis in terra Madian, a qua Moyses recedebat dicitur, vadam: respectu terræ Ægypti, de qua ipse olim venerat illa itineratio dicebatur reuersio, *In Aegyptum.* Ex hoc etiam patet quod supra dicebamus 2. capit. quòd terra Madian non est pars terræ Aegypti, nec eiusdē idiomatis, quia hic dicit se reuersurum in Aegyptum, tanquam non esset in Aegypto: etiā qa Madianitę erāt de genere Abrahæ de filio suo Madian per Cethuram, Aegyptij autem erant de genere Cham, vt patet Gene. 10. cap. vbi dicitur Chus, & Mesraym filij Cham, quia Mesraym, vel Mizrayn, Hebraicè, dicitur Aegyptius. *Vt videam si adhuc viuāt.*

Causę quare Moyses petiuit licentiam a Iethro cognato suo.

Quia quadraginta anni erant, quibus recesserat Moyses de Aegypto: quadraginta autem annis multæ mutationes fiunt, & multi moriuntur. Et ista satis racionabilis causa erat, scilicet redire in terram suam ad habitandum inter cognatos suos. Et licèt Moyses istam causam expresserit, aliam subticuit, quæ magis vrgebat, scilicet diuina missio, & apparitio.

Quæst. 8. Et in hoc apparet Moysi nobilitas, qui noluit gloriari apud homines declarando sibi Deum apparuisse, nisi illis quibus Deus declarari mandauerat. Sic etiam beatus Paulus, cùm maximam visionem accepisset, scilicet videns diuinam essentiam, & vidit multa arcana, quæ mortalibus reuelare nefas erat: tamen istam missionem per annos quatuordecim subticuit, vt patet 2. ad Corinth. duodecimo cap. vbi etiam patefecit eam: quia sic temporis opportunitas exigebat propter pseudo Apostolos falso nomine gloriantes. In quo instruuntur viri contemplatiui, qui interdum a Deo recipiunt visiones, & admirabiles consolationes, quasi incipientes degustare, quàm dulcis est dominus, quòd hæc non cuilibet patefacere debeāt, nisi cum magna difficultate, & vbi multum prodesse senserint, aspiciētes tamē ne diuina beneficia specialia contemnantur, si ea quibuscunque vulgaribus, & imperfectis viris exponāt: vel nisi ex speciali Dei mandato: quia quendam laudis appetitum protestatur vel le de se talem magnitudinem cuilibet propalare. *Cui ait Iethro: vade in pace.* Licèt Iethro aliam vrgentiorem causam non audierit: quia tamen erat vir rationabilis, videns quòd tanto tempore Moyses ei seruiuisset iudicauit iustum esse dimittere eum cum vxore sua, & liberis ire, quò vellet. Et hoc cognoscebat Moyses, scilicet Iethro esse rationabilem, & mansuetum virum, ideo petijt licentiam. Iacob autem quādo recessit de Mesopotamia non petiuit licentiam, quia nouerat Laban esse virum fraudolentum, & non concessurum, immo si sciuisset eum velle recedere, omnia, quæ possidebat, abstulisset ab eo. Gen. 31. cap. *Dixit ergo dominus ad Moysen in Madian.* Idest dum adhuc staret in Madian, apparuit enim ei iterum. Et hoc dū maneret apud Iethro socerum sum: quia cùm Iethro dedisset licentiam Moysi redeundi in terram Aegypti, secumque vxorem, & filios, scilicet filiam, & nepotes Iethro aduecturus esset, voluit autem Iethro quiescere aliquibus diebus cum eis celebrando grandia festa. Et quando Deus vidit Moysen in his aliqualiter morantem, admonuit eum iterum in Aegytum redire, *Vade, & reuertere in Aegyptum.* Supra expositum fuit. *Mortui sunt omnes, qui quærebant animam tuam.* Habebat Moyses hostes in Aegypto, qui desiderabāt eum occidere, propter quos non audebat regredi in Aegyptum. Nunc autem quia omnes illi mortui erāt poterat secure redire.

Reuelationes, & diuina secreta non sūt passim omnibus reuelanda: sed pro loco, & tempore, & ex spāli Dei mandato.

Quæst. 9. Qui autem fuerint isti quærentes animam eius: dicunt quidam Iudæi, vt Rabbi Salomon, quòd isti erant Dathan, & Abiron, qui pugnabant quando Moyses dixit vni eorum, quare percutiebat proximū suum; & ipse dure respondit. Et vt Rabbi Salomon ait, ille diuulgauit mortem Aegyptij factam per Moysen. Sed istud valde ridiculum est. Primò quia non videtur quòd ambo isti peterent animam Moysi. Nā ille in cuius fauorē locutus fuit Moyses, & tunc quasi assentiens tacuit, non videtur, quòd vellet mortem Moysi. Item quia hoc falsum est. Nam Dathan, & Abiron non fuerant tunc mortui: quia postea in deserto terra eos viuos absorbuit in seditionem Chore concitata contra Moysen; & hoc patet nume. 16. & 26. cap. Aliqui tamen Iudæi respondent ad hoc, quòd Dathan, & Abiron non fuerunt mortui corporaliter;

Qui erāt illi qui quærebant animam Moysi.

Iusaniæ Iudæorum.

F sed solum quantum ad diuitias, quia eas perdiderunt. Ex quo ipsi arguunt pauperes mortuos vocari. Sed hoc etiam ridiculum est: quia dato, quòd isti diuitijs caruissent: tamen si ipsi quærebant animam Moysi, non minus poterant eum nunc quam antea persequi, scilicet vel insidiose occidendo, vel apud regem diffamando. Non erat ergo magis tutus nunc Moyses, quàm quando isti diuites erant. quod absonum valde est, nec Deus talem securitatem præstaret Moysi. Dicendum ergo quòd mortui fuerant illi Aegyptij, qui quærebant animam eius. Nam vt diximus supra 2. c. cum esset Moyses paruulus, & fuisset adductus ad Pharaonem, vt eum adoptaret, impositam capiti suo coronam a Pharaone in terram proiecit, & fregit ipsam.

G Quod videS iustus sacerdos Eliopoleos, qui tunc regi assistebat, voluit Moysen adhuc infantulū gladio, transfodere, nisi Pharao obstitisset: qa a dijs suis audierat, ex Hebræis puerum nasciturum, qui regnum deprimeret Aegyptiorum. Post mortem autem huius māsit Phua filius eius sacerdos Eliopoleos: qui paternū odium aduersum Moysen obseruauit. Iste autem mortuus fuerat paulo ante quam rediret Moyses in Aegyptū. Mortuus etiā fuerat rex Aegypti, qui inquirebat animam Moysi. Nam vt supra 2. cap. diximus, Moyses natus fuit sub Armonophi, qui regnauit annis septem nato Moyse. Deinde suscepit principatum Horus, cuius tempore Moyses occidit Aegyptium, & iste voluit occidere Moysen. Postea regnauit Acentris, qui odium prædecessoris seruauit. Post hunc regnauit Achoris, qui eodem modo recordatus occisionis factę a Moyse, cum odio habebat. Post hunc regnauit Acentres, cuius anno nono redijt Moyses, in Aegyptum: quia iste nō recordabatur occisionis factę a Moyse, & huius tēpore fuerat mortuus Phua filius Iusti Sacerdotis Eliopoleos, qui ad mortem Moysi reges sollicitabat. Non manebat ergo ist. mortuis aliquis hostis Moysi. *Tulit Moyses vxorem, & filios.* Quia non disponebat vltra redire in terram Madian, ideo omnia ad eum pertinentia inde portare volebat. Nec legitur, quòd Moyses portaret aliqua pecorā, in quibus erant diuitiæ antiquorum, nec aliqua supellectilia; sed solam vxorem cum duobus filijs super asinum: etiam quando postea Iethro reduxit ad Moysen Sephoram vxorem suam, & duos filios suos dum essent Israelitæ in deserto Sinai, vt patet infra decimo-ottauo capitu. non legitur aliquid præter filios, & vxorem ad eum detulisse, & forte tunc Iethro delaturus erat ei aliqua de bonis suis, vel saltem filiam suam ei indotatam tribueret: quia tamen cognouit Moysen esse ducem, & dominum tantę multitudis, existimauit illum nullo horum indigere. *Et imposuit eos super asinum.*

An oppinio Rabbi Salomon, quòd asinus, in quo Moyses tulit filios, & vxorem, erat asinus, in quo Abraham portauit ligna holocausti pro Isaac: & quòd super eum veniet Messias habeāt aliquem colorem.

K Rabbi Salomō, dicit quòd iste asinus est ille, in quo Abraham tulit ligna ad incendendum holocaustum, vt patet Gene. 22. cap. Dicit etiam, quòd iste est asinus, super quem veniet Messias, vt dicitur Zachariæ c. 9. Ecce rex tuus venit tibi, & ipse pauper, & sedens super asinam. in Hebræo, dicitur asinum. Motiuum autem eius est duplex: Primum quòd iste asinus non potuisset tantum onus portare, s. vnam mulierem, & duos filios, nisi fuisset asinus specialis, scilicet ille q̄ sustentaturus esset Messiam. Secundū motiuū est pp articulum, qui reperitur præpositus isti dictioni in Hebræo, & vocat aliquid speciale. Articulis autem carent Latini, Greci habent, & Hebræi, de quo Priscianus in minori volumine libro primo. Nec est iste articulus, vt

Quæst. 10.

Nota diffinitionem idiomatū circa articulos dictionales.

vt vulgares grammatici putant, istę dictiones hic, hęc, hoc: quia istę dictiones deriuatiuæ sunt, & non articulares, licèt eas articulos vulgariter nominem⁹: quia dictionibus latino vsu præponuntur ad notificandum genus. Est autem articulus quædam limitatio addita dictioni, quæ non est aliqua specialis qualitas superadditа: sed aliqua proprietas specialitatis suppositi, & sic dixit Priscianus articulum secundum suppositorū notitiam demonstrare, apparet hoc in vulgari nostro: nā si dicam, ombre viene, ponitur ibi dictio nominalis sine articulo, & non significat aliquam specialitatem: sed pōt teneri ibi, homo, p quocunq; homine determinate tamen, & nō confuse, vel distribute: si aūt ponatur articulus, & dicatur, el ombra viene, limitatur illa dictio, homo, per illum articulū, el, ad significandū certū hominem: de quo specialē cognitionē habuerimus: & quātū ad hoc cōmunicat aliqualiter articulus cū dictione relatiua: sed adhuc multū distat: & sic dicit Priscianus, quòd articulus secundā notitiā suppositorū demonstrat, & sic est iste articulus in obliquis, nā multū differt si dicatur, ombre veo, vel, al ombre veo: quia in primo nihil speciale vocatur, in secūdo autem sic; & differunt isti articuli a conceptibus prępositiuis, qui sunt habitudines casuales deseruientes obliquis in vulgari. Nam dicendo, esta casa es de ombre, li. de. dicit conceptum prepositionalem conuenientē genitiuo, & non est articulus, quia nullum hoīem specialiter significat. Si aūt dicatur, esta casa es del hōbre, aliquid spetiale denominat, & sic. del. est articulus, & non cōceptus prepositionalis: immo, vt verius dicā, est cōpositum ex vtroq; dicendo, casa de el honbre, & eo dē modo reperitur in datiuo, & accusatiuo habitudo, siue cōcepta prepositionalis, qui est. a. & articulus, qui est. al: & sic aliud est, a prouecho a honbre, aliud est, a prouecho a al onbre: Idē de accō, veo a nōbre, vel, veo a al onbre: vocatiu⁹ autē caret articulo, quia repugnat ei ex natura rei, cùm articulus faciat secundam notitiam suppositorum, qui necessario est in tertijs personis, vocatiuus autem semper est secundæ personæ, & determinatæ ad quam dirigitur sermo: ideo apud illam gentem habet articulum, sed ponitur ei quidam conceptus excitatiuus, scilicet o. qui articulus dicēdus non est Ablatiuus autē articulum habet, & cōceptum prepositionalem nō, el, &, la, sed, de: el aūt, &, la sunt articuli: nam si dicat, vēgo de casa, nullā domum specialem dico, si autem dixero, vengo de la casa, aliquā specialem domum expressi, de qua cognitio iam prēcesserat. Sciendum autem quòd in solis rectis siue suppositis personalibus ponitur in modo loquēdi articulus sine conceptu prepositionali, vt, el onbre corre: ibi. el. est articulus: & non est aliqua habitudo prepositionalis: in obliquis autem nunquam ponitur articulus sine conceptu prepositionali; quia nullo modo possemus ponere, dato q̄ vellemus: quia significatio nulla esset, & idioma nō consentiret, licèt nos interdū ioquentes corrupte aliquas literas intercipimus, & sic videmur articulos sine conceptibus prepositionalibus posuisse, vt cum dicimus veo al honbre, ibi ponitur articulus. s. al: & non ponitur prepositionalis conceptus, sed intelligitur, & deficit, quia dicere deberemus ad perfectè exprimendum, veo a al onbre, & ita in literis scribimus, cum perfectè secundum significationem oratiōnum, & naturam idiomatis dirigi volumus. Possunt tamen poni conceptus prepositionales sine articulis, vt tamen dicitur, vengo de casa, & non, de la casa. Sic autem ad propositum cùm multum differat preponere articulum alicui dictioni, aut sine articulo proferre: quia cum articulo proferentes aliquid speciale signamus, & in Hebræo ponatur hic articulus, vt vulgariter dicam, quia in latino non sunt verba æquipol-

Quid est articulus.

Honbre viene, i lingua Hispanica signat homo venit.

A lentia eis *Puso Moysen los hijos sobre el Asno.* non dixit, *Sobre Asno.* Solum: quia tunc non vocabatur aliquid speciale: cum ille articulus faciat secundam notitiam, vt ait Priscianus, oportet nos intelligere per Asinum non quemlibet asinum: sed aliquem, de quo specialis mentio facta fuit. Et quia nullus videtur similis nisi asinus, qui portauit ligna holocausti, & asinus Messię, qa isti ponuntur cū articulo: ergo ad istos congrue referēdū videtur. Hęc aūt de articulis dixi, quia attinebāt ad propositum, vt vis fondamenti Rabbi Solomonis intelligeretur. Etiam quia articuli cū in idiomate cōmuni latino non sint, apud plerosq; latinorum quid sint, tota liter incognitū est: nec nouerint qualiter illis vtamur, cū tamen magna pars certitudinis maternorū idiomatū ab articulis dependeat, Ista compositio Rabbi Salomonis, valde ridicula est, quia secundū eam oporteret eundē asinum durasse per annos plures quā quatuor mille, quia, vt ipsi volunt, nondū venit Messias, qui super eū æquitaturus est. Oportet ergo adhucillū asinū viuere. Ad fundamenta sua facile est respondere. Ad primum quādo dicitur, q̄ non posset vnus asinus portare tot personas, quidam respondent, q̄ nō fuit vnus asinus, sed duo, vel tres, quia frequenter ponitur in scriptura singulare pro plurali, vt patet infra 8. c. venit musca grauissima, & tamen erant muscę innumerabiles. Sed licèt hoc posset dici, tamē si respiciatur, nō est hic locus ad ponendum singulare pro plurali, quia quādo sic ponit, accipitur nomen speciei pro noīe indiuidui, vel suppositi, nomen autem speciei etiā in singulari significat oīa indiuidua sua, licèt nō coniunctim ex modo supponendi: hic autem magis videtur denominari indiuiduum, quàm species; ideo videtur vnicus fuisse asinus. Nec est difficile vnum asinū fortē portare vnā feminā, & duos paruulos, maximè quia femina interdum pedes incederet, & vnus paruulus alium super asinum teneret. Ad alterum quando arguitur de Articulo. Respondetur q̄ de vi vocis necessarium erat nos intelligere per asinū illum aliquē specialem asinū, tamē nos aliquando nō obseruamus, qa volentes de aliquo cōmuni loqui, articulos ex vsu loquendi corrupto, vel improprio apponimus. Et sic stat hic asinus pro aliquo asino, quicunque ille fuerit. Nec accipitur specialiter, licèt litera ipsa de se hoc significaret. *Reuersus est in Aegyptum.* Idest incepit reuerti in Aegyptum, quia nondum totaliter reuersus fuerat. Nam primo occurrit ei Aaron in itinere, & postmodum dimisit vxorē, & circuncisus fuit filius. *Portans virgā Dei in manu sua.* Ista est virga, quæ versa fuerat in colubrum iubente Deo, & vocatur virga Dei, quia mandante Deo in Aegyptum deferebatur, vel quia Deus in illa miracula facturus erat, scilicet conuertendo illam in colubrum coram Hebręis, & coram Pharaone, & postea vertendo fluuium in sanguinem ad tactum eius, & aperiendo mare Rubrum percutiente ipsa. Alij dicunt quòd ista vocatur virga Dei, quia nomen Dei in ea scriptum erat. Volunt enim quòd ista virga esset quadrangulata, vel laterata, & in quolibet laterum habebat vnam de quatuor literis nominis domini Tetragrammaton. Dicunt etiam hanc virgam natam fuisse in viridario Iethro in Madian: cunque sępius multi eam euellere tentauissent immobilis permanebat, donec Moyses eam euulsit, tanquam cui diuino munere virga illa erat profutura, & hanc secum gerebat Moyses in pascuis, in hac gregem minabat, quo volebat. *Dixitque ei dominus reuertenti in Aegyptum.* Idest apparuit ei dominus iterum, cum reuerteretur in Aegyptum. Ista fuit tertia apparitio. Nam primo apparuit in monte Sinai mandans, vt veniret. Secundo apparuit in Madian Moysi, manente apud socerum suum mandans, vt aduentum festinaret. Tertiò appa-

Resellitur insania.

Responsio ad primū eius motiuum.

Responsio ad s. cūdū.

Virga Dei quę fuerit vel qualis.

Quatuor vicibus apparuit dns Moysi ante quam iret.

apparuit ei hic venienti mandans, vt omnia signa, quę ab eo acceperat coram Pharaone demonstraret. Quarta autem apparitio, infra subditur cum volebat eum Deus occidere.

An Deus apparuerit per noctem, vel per diem Moysi in his quatuor vicibus. Et an in somno vel vigilia.

Quæst.11. De istis apparitionibus an fierent per noctem in sõnis an per diem, dubium est. Forte aliquis dicet, quòd fiebãt per noctem, quia sic consueuerat antiquis patribus fieri. Nam Deus Abraham dormienti, & per noctem apparuisse narratur, primo quando ei mandauit quòd exiret de domo, & aspiceret astra cęli: hoc autem necessarium erat fieri per noctem, de quo Gen. 15. cap. Etiam quando apparuit dominus Abimelech regi Philistinorum, vt patet Gen. 20. c. Item quando mandauit Abrahę, vt iret ad immolandum filiũ suum de nocte apparuit, vt patet Gen. 22. cap. Item apparuit Isaac filio eius per noctem, vt patet Gen. 26. cap. quando volebat descendere in Aegyptum, & iussit vt maneret in Gerara. Item apparuit de nocte Iacob, quando erat in Bethel: vt patet Gene. 28. cum dormiret super lapides. Item quando erat in Mesopotamia, & monstrauit ei arietes varios, & maculosos, vt patet Gen. 31. cap. & sic dicitur Iob 33. c. per somnum in visione nocturna, quando irruit sopor sup homines, & dormiũt in lecto, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina. Et sic manifeste innuitur: quòd diuina instructio siue reuelatio prophetica, quod idem est fit per noctem. Ad hoc respondetur quòd de istis quatuor apparitionibus, quas legimus in hoc ca. non est æqualiter dicendum, quia de duabus earum constat ex littera, quòd factę fuerint in vigilia: de alijs autem duabus nihil constat. De prima. n. scilicet quando apparuit Deus Moysi intranti ad interiora montis Sinai satis patet, quòd fuerit facta per vigiliam, quoniam non poterat Moyses per somnium pascere gregẽ, aut minare oues, aut videre rubum ardentem, & ire ad videndum: & calciamenta de pedibus tollere, vultum veste contegere, interroganti domino, respondere, & cętera, quæ ibi in hunc modum recitantur, vt fugere cõlubrum, & proijcere virgam, & deinde tenere colubri caudã. De alia apparitione, quæ fuit quarta, scilicet quando volebat eum occidere in diuersorio satis patet q̃ fuerit in vigilia. Nam cũ Deus, aut Angelus vellet Moysen occidere, & eum premeret, Sephora videns accepit acutissimam petram, & circũcidit preputium filij sui Eliezer. Et dixit Moysi: spõsus sanguinis tu mihi es. Si autem fuisset per noctem in somno, non uidisset istam afflictionem Sephora, nec circuncidisset filium suum. De alijs autẽ duabus apparitionibus medijs non apparet clare ex littera: quia nihil describitur, ex quo alterutra pars argui, aut conuinci possit. Videtur tamen dicendum quòd in die fuerint: quia quando fit apparitio per noctem, apponitur semper aliquis verborum apparatus Dei excitare volentis: hic autem nihil horũ est, sed simpliciter dicit, dixit Deus ad Moysen. Item quia non fuit idẽ modus apparendi Moysi, & cęteris antiquis, vt patet Num. 12. c. Si quis iter vos fuerit propheta domini, in visione apparebo ei, aut per somniũ loquar ad illũ. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, & palam & non per ęnigmata Deum videt. *Vide, vt omnia ostenta.* Vocatur ostentum, siue portentum, quod idem est, signum magnum atq; mirabile, vt patet in litera Hebraica, licèt secũdũ proprietatem linguæ latinæ ostentum, aut portẽtum dicitur, quòd aliquid signat in futurum, dicta ab ostẽdẽdo, vel procul tendendo. *Quæ posui in manu tua.* Idest quę posui in potestate tua, vt illa faceres: quoniã manus proprie organũ operatiuũ est, & q̃ ipsam omnis operatio designatur. *Facias coram Pharaone.* Admonet eum hic ne prætermittat facere aliquod signum de prædictis, aut negligentia, vel verecundia, siue timore. *Ego indurabo cor eius & non dimittet populum.*

Ostẽtum, & portentum quid sint.

Quæ dicatur anima obstinata, vel indurata. Et quomodo Pharao dicatur induratus: Et an sequatur inconueniens dicendo, quòd Deus induret nos: & an per hoc tollatur libertas arbitrij.

Pro hoc notandum, quòd durum, & molle propriè accipiuntur in corporibus, vt sunt quædam proprietates, scilicet durum ad non faciliter patiendum, vel impressiones recipiẽdũ, molle dicitur naturalis proprietas, siue quędam dispositio ad nullo modo resistendũ, sed cuilibet agenti cedendum. Anima autem secundum metaphoram dicitur mollis, vel indurata: quia sicut corpus non cedens volẽti imprimere in eo aliquã formam dicitur durum, & cedens volenti imprimere vocatur molle, ita anima cõm se habeat ad formas vel impressiones spirituales. s. ad assentiendum rectę suasioni, dicitur mollis, vel dura. Nam aĩa, quæ persuadentem ad optima claris rationibus non recipit, indurata dicitur: quia in eo forma talis qualis deberet ipsa fugrente non imprimitur. Anima aũt cùm suadentibus, vt decens est, liberũ assensum accomodat, vt in ea, q̃d suggeritur imprimatur, mollis est. Sic aũt Pharaonis cor indurari dicebatur: quia tantis signis visis, quæ sol? Deus agere poterat, non assentiebat, vel si ad modicũ prementibus angustijs assentiret, mox rediuiua pertinatia resumptis viribus dissentiebat, vt nequaquam quòd peteretur impleret. Deus autem istam obduationem futuram prædixit, vt cõm in actu eam respiceret, tanquam de aliquo inopinato nõ admiraretur. Q̃d autem cor Pharaonis induraretur, nullum dissonum videtur: sed quòd illud Deus induraret, valde videtur inconueniens. Nam sicut lapis, quia durus est, volentem formã leuiter imprimere non permittit: ita & qui obdurat? est, bonũ recipere nõ potest: q̃a taliter dispositus est: ergo Deus in nobis efficiet, per q̃d malisimus, & nullo modo ad bonum vertibiles, tunc autẽ satis inculpabiles nos erimus quęcunque faciamus: q̃a aliud nihil præter illud facere sinimur: sicut nullus rationabiliter culpatur, quia sitit aut esurit, quia naturaliter ad hoc dispositus est. Respondetur q̃ Deus dicitur cor Pharaonis indurare nõ quidẽ malitiam apponendo, sed suam gratiam nõ apponẽdo, aut appositã non conseruando. Gratia Dei est aliquid mollificatiuũ aĩæ nostrę, q̃ cũ insit, aĩa nostra mollis valde effecta ad quãcunq; partem faciliter vertibilis est. Hac autem deficiente, anima nr̃a dura, & immobilis redditur, atque in malo radicatur. Dicendũ cõmuniter q̃ Deus neminẽ indurat malitiam apponendo, aut quamlibet alteram formam positam inducentem ad malum causando: sed gratiam mollificantem subtrahendo: non tamen intelligendum est quòd Deus aliquam gratiã, quã nobis apposuit tollat remouendo: quia gratia, cũ sit quasi eius respectiuum, non est aliquid tale, quod migrare possit, & apponi, & tolli: sed in illo, in quo erat esse deficit: gratia autem est a Deo causante, ita ad permanendum indiget Deo conseruante in esse: tamẽ gratia dependet a duobus. Primo a Deo eã in aĩa nr̃a causante; secundo a libero arbitrio ipsi se conformanti. Quando aũt liberum arbitrium gratiæ se conformat, manet: quando autem non se conformat, volens magis peregrinis hospitibus assentire carnalibus, aut temporalibus desiderijs prouocatum, gratia p̃ditur: quia ipsa gratia, licèt liberũ arbitrium perficiat, tamẽ ad operandũ non violentat. Ideo possumus nos gratiam habentes ei repugnare. Et forte alicui durum videbitur, & quasi incredibile: quòd cùm intellectus, & ratio semper deprecentur ad optima, vt patet in fine primi Aetyc.

Quæst.12.

Quomodo Deus cor Pharaonis dicitur indurasse.

Gratia a duob? dependet.

quomodo anima nostra quando gratiã habuerit desiderat ad mala venire, cum videamus interdum ipsos gratiam non habentibus noxijs tentationibus compugnare, & ipsis non assentire, quantomagis, qui gratiã acutaliter habent, quæ ad bona semper inclinat? Ad hoc satis patet responsio: nam si liberum arbitrium nostrum semel in gratia informatum nulla extrinsecus impedimenta sentiret, quæ illud ad mala distraherent, aut ex nihilo factum non esset, vt ex se ipso cadere non posset teneret istorum argumentum. Sed dato quòd gratia animam informet, & ad bonum inclinet sunt tamen extrinsecus impedimenta tentationum, ad quas naturaliter inclinamur, & quanto naturalius tanto intensius in illas prolabimur. Et forte istę tentationes fortius mouent quàm gratia: aut sensibilius. Ideo nec interdum valde mirandum est si labamur, etiam si vituperabile sit; immo quod deterius est, aliqui gratiæ Dei volũtarie resistunt: sic patet Iob. 21. capit. qui dixerunt Deo. Recede a nobis sciẽtiam viarum tuarum nolumus. Quid est omnipotens, vt seruiamus ei: & quid nobis prodest si adorauerimus illum? Et quod magis plangendum quàm dicẽdum est, quidam magis spiritus sancti gratiam, quàm dœmonis astutiam formidantes, atque ab ea fugientes, cùm carnalibus tota mente, aut secularibus fruantur illecebris, ne Dei benignitas ad id quod fugiunt ducat inuitos, verba persuasoria prædicantium, aut singulariter ad bona exhortantium, aut deuotam lectionẽ, aut in hunc modum singula, quæ a vitijs humanam mentem inrerdum diuellere solent, toto mentis conamine fugiunt, ne ab eo quod diligunt, vllatenus abstrahantur. Heu heu: ecce vere deflendos voluntarie infęlices: immo ipsa infęlicitate peiores: quos nisi, vt raro assolet, attollat immensa benignitas creatoris ipsa vita, quàm cernunt viuentes domibus tartareis tumulabit. Si ergo isti spontaneæ gratiam reijciunt, non est mirandum quòd alij tentationum duris oneribus fatigati Dei gratiam non totaliter voluntarij eiiciant: immo necesse est sic fateri: quia nihil communius est quàm hoc. Nam manifestum est, quòd ille, qui iustus est, in gratia est: sed illum contingit iterum in peccatum mortale prolabi: ac iterum resurgere, & iterum, & pluries ruere, quod non potest fieri sine gratiæ perditione: quia Dei gratia non stat cum peccato mortali. Ergo sicut iste voluntariè peccauit, ita voluntariè gratiam repulit, cùm ipsum peccatum sit causa expulsionis gratiæ, natura, aut origine, licèt vtrunque sit simul tempore. Nec est dicendum quòd Deus tollat a nobis gratiã antea quã peccemus: quia tunc nos nihil mali mereremur quęcunq; agẽtes: quia nullus sine gratia bene quicquã agere potest, vt patet Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed hoc falsum est: quia tũc Deus mandaret nobis impossibile: quod irrationabile valde est, & puniret nos iniustissimè, quorum vtrũq; absonũ est satis. Manet ergo gratiã perdi ex peccato mortali. Sed cũ omne mortale peccatum voluntariũ sit, restat quoq; ipsam gratiã perdi voluntarie, quia in bona cõsequẽtia si antecedẽs est volitum, cõsequens est volitum, licèt antecedẽs sit per se volitũ consequens autẽ est volitũ p̃ antecedens. Cum autem aliquis per mortale peccatum a recto & bono decidit, nisi Deus eum iterum per gratiam mouentem ad statum boni relictum incitet, manebit durus quasi lapis, ita quòd quantacunq; persuasoria verba ab extra dicantur, aut quantalibet ingruant affligentia mala, mori quidem poterit, conuerti tamen minimè. Manet tunc liberum arbitrium ad bonum, malumque vertibile: sed id, quo ad bonum vertatur, non habet. Solet autem Deus peccantibus post casum gratiam ad bonum motricem impendere, vt ad rectitudinem conuertantur: & sic fit in omnibus, qui post lapsum vitam renouant. Impossibile enim erat, quòd quisquam postquam semel peccasset de se ad bonum verteretur: immo nec bonum vellet, aut cogitaret, nisi Deus eum sua gratia preueniret: & hęc est prima gratia, de qua dicunt doctores, quòd primam gratiam nullus meretur, quoniam ipsa precedit omnem motum liberi arbitrij. Huic autem gratiæ si liberum arbitrium cõsentiat secundã promeretur, & illa est, quę in contritione peccati infunditur. Si aũt illi gratię motrici liberũ arbitriũ consentiat, hoc ipsũ in dolorẽ male gestorum flectitur: qui motus contritio vocatur. Si autem aliquis sit, quẽ Deus post lapsum non moueat, aut tam leuiter moueat, vt ad surgendum a malo non sufficiat, ille induratus obstinatusque manet in malo finiturus. Et quia ista induratio fit Deo non apponẽte gratiã, aut modicam, quanta nõ sufficiat: ideo Deus indurare aliquẽ dicitur, non quidẽ positiue, sed priuatiue. Sed dices quid magis est, quòd Deus aliquem induret aliquã malitiam apponendo, aut gratiã nõ cõferẽdo? quoniã ista æqualia sunt. Nã sicut existẽte in aliquo malitia impossibile est bonum esse, ita impossibile est, gratia Dei nõ mouente, bene agere: sic. n. ipse dicit Io. 15. c. Sine me nihil potestis facere. i. sine grã mea motrice. Et patet exẽplũ, quid magis est q̃ aliquis aliũ gladio trãsfodiens occidat, quã q̃ eũ carcere includẽs, nullaq; cõferens alimẽta per famẽ morte conficiat: si enim Deus gratiã non conferret, & per motũ liberi arbitrij sine gratia aliquis bonus eã posset, ualeret quidẽ quod dicitur sed nunc ambo æqualia sunt. Respondetur quòd verũ est: quia licèt aliquid in se differat, ad nostrã tamen vtilitatẽ nihil sic, quã aliter, multũ interest. Sed dicendũ q̃ ob hoc cũ aliquis peccat, Deus eum ad bonũ intellectũ mouet: q̃a scit sine eius motu impossibile esse istũ esse bene agentẽ, cũ tamẽ aliquis ad tantã venit malitiã, vel totiẽs frequentatã, quanta Dei iudicio digna, & magis quã digna videtur ad perditionẽ, vel Deus eũ non mouet, vel debiliter mouet, ita quod ad bonũ ille nunquam flectetur: & istos, vt sic necessariũ est perire, sicut prescitus, vt prescitus necessario dãnabitur. Nec ex hoc libertas aliqua adimitur volũtati, q̃a ademptio esset, si ista essẽt vera in sensu diuiso, ubi aliquid simpliciter enunciatur, in cõposito autẽ nihil differt: quia ibi fit enũciatio cũ reduplicatione, nec Deus istã non appositionem gratiæ necessariã ad benefacere agit, vt aliquis peccet, aut ęternaliter dãnetur: sed, vt malum, quod egit, puniatur, licèt per accidens ad talẽ punitionem inflictam sequatur æterna perditio. Sciendũ autẽ q̃ peccato cuilibet pęna debetur, & secundum quantitatem peccatorũ, ita debet esse mensura dolorũ vt patet Deu. 25. c. Iuxta mensuram delicti erat plagarum modus. Idẽ Apoc. 18. c. Etiam cũ malũ pęnę sic se habeat, q̃d secundũ speciẽ minus quolibet malo culpę erit, sic, q̃ cũ aliquis peccauerit modicũ merebitur pęnam, quæ est dolor aliquis. Cum autẽ magis peccaueri, magis dolere merebitur. Et intãtum deueniet ista deordinatio, vt aliquis tantum, vel totiẽs peccet, vt iam nulla pęna, quę sit dolor ei sufficiens sit. Datur ergo ei pęna, q̃ nec est inflictio doloris, sed mitior omni dolore; nec est culpa, vel peccatũ, sed minor peccato: est tamen occasio ad peccandum, vel ad non resurgendum a malo. Et quando ista pęna alicui infligitur, tantũ est, ac si actualiter in infernũ demergatur, vel si tũc in peccato mortali moriatur, quoniã sic finiturus est. Quantus autẽ sit numerus peccatorũ, ex quibus pmeretur aliquis, vt gratia ei nõ apponatur, aut quãta sunt, aut quotiens repetita humanę cognitioni non subest, quia hoc secretum altissimũ Deus sibi soli sciendum seruauit. Constat tamen quòd illi, qui prędestinati sunt, nunquam talia, aut tãta peccata cõmittet, vt sibi

Quomodo possibile sit quòd habẽs gratiã ad malum inducatur.

An differat quòd Deus malitiam apponat, vel quòd gratiam non conferat.

Deus peccãtib? primam gratiam motricem ad bonum dare solet.

Qualiter Deus, & qua ex causa non apponat, vel conferat gratiã alicui peccãti.

Totiẽs q̃s potest peccare, quòd Deus ei gratiam suam non conferet.

non apponi gratiam totaliter, vel terminatè mereantur: quia vt ait Apostolus ad Rom.9.Scimus quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum ptoposirum vocati sunt sancti, idest illis, qui secundum propositum immutabile diuinæ voluntatis ad bonum æternum, & ad sanctitatem tēporalem saltem in vltimo vitæ prēordinati sunt. Nunc autem de Pharaone hoc dicendum est, quòd ipse tāta mala fecerat, ac totiens iterauerat, quòd demerebatur gratiam apponi, ideo deus ei in pēnam malorum prēteritorum gratiam non appositurus erat: & sic eū sciebat nunquam signis, ac mirabilibus faciēdis per Moysen consensurum. Et quia vt prēdictum est, istam non appositionem gratiē Deus in pēnam ei faciebat, eū in durare dicebatur, & ob hoc prēnunciauit eum nunq̄ auditurum vocē Moysi. *Et non dimittet populum.* Scilicet ad primū dictum tuum, sed postea dimisit: immo recedere cōpulit, vt patet, infra 12. c. *Hæc dicit dominus.* s. Deus Hebrēorum, qui est Deus verus, & dns oīum: quia omnia fecit, & possidet, vt patet Deute. 32.c. Nec declarauit Moyses in speciali quis dominus esset iste, quasi loqueretur de aliquo, qui oībus notus esset. Et propter hoc indignatus fuit Pharao: quia eū vocabat dominum simpliciter, quasi esset dominus oīum, etiā ipsius Pharaonis. Vnde ait infra 5.c. Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel. Nescio dominum, & Israel non dimittam. *Filius primogenitus meus Israel.* Omnes homines filij Dei dicuntur: quia a Deo in esse p̄ productionē, & generationis adiutoriū processerunt; specialiter tamē Israel primogenitus dicebatur: quia eū cēteris populis anteponebat, & eū ad maiora bona cōseruabat, in quo primogenitus assimilatur, qui maiorē partē hēreditatis capit, vt colligitur Gen.49. cap. Vocatur etiam primogenitus Dei: quia inter populos, quos Deus sibi amore speciali coniunxit, Israel fuit primus. Nam primo vocauit Abraham, cum mandauit ei quòd egrederetur de terra sua, & de cognatione sua, vt patet, Gen.12.c. cēteris gentibus declinantibus tunc ad idolatriam. Etiam aliqualiter potest vocari Israel primogenitus Dei: quia de populo Israel natus fuit filius Dei, qui vnigenitus eius dicitur, ac primogenitus omnis creaturę, vt patet ad Colo. j. capit. *Primogenitus meus Israel.* Scilicet scias quòd Israel est primogenitus meus: ideo habeo causam diligendi eum specialiter, & adiuuandi eū: prēmittitur. *Dixi tibi dimitte filium.* Istud dictum non erat ad principium annunciationis, quam fecit Moyses coram Pharaone: quia dicitur hic. *Dixi tibi.* Ergo oportebat prēcessisse alias de hoc narrationes. Et dicendum quòd hic dabat Deus Moysi verba, quę prēponeret Pharaoni ad vltimam plagam, in qua perierunt primogeniti, & patet ex eo, quod sequitur, scilicet ego interficiam filiū tuum primogenitum, *Vt seruiat mihi.* i, vt eat ad sacrificandum mihi in deserto itinere dierū triū, sic enim proposuerat Moyses Pharaoni in principio narrationis, vt patet supra 3. cap. *Et noluisti dimittere eum.* Licèt punitus esses nouem plagis. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitū; quasi dicat ista mors, quę requiritur in primogenitis totius Aegypti non eueniet ex aliqua causa naturali: sed ex sola voluntate diuina. Nam nullo prēcedente infirmitatis insigni vna nocte omnes primogeniti in Aegypto mortui sunt, ita quòd non esset domus, in qua non esset mortuus, vt patet infra. 12. capit. In hac autem strage fuit etiam primogenitus Pharaonis: sic enim prēnunciatum fuerat, scilicet, morietur omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius vsque ad primogenitum ancillæ, quę est ad molam, & omnia primogenita iumentorum, vt patet infra 11. capit. *Cunque esset in diuersorio.*

Quare populus Hebrēorum dicatur primogenitus Dei.

F Hic ponitur secundum, scilicet medium, per quod Moyses processit. *Cunque esset in itinere in diuersorio.* Idest cum ambularet Moyses, & venisset ad quoddā diuersorium. Vocatur diuersorium domus, q̄ est in itinere: dicta a diuertendo, idest deuiando, vel declinando: quia viatores quando ambulant declinant ad illas, vt ibidem maneant ad sumendos cibos, vel dormiendum. *Occurrit ei dominus.* Idest Angelus, qui vocatur dominus: quia vt diximus prēcedentī cap. in testamento veteri licèt ponatur Deus apparuisse, semper intelligēdum est Angelum esse, vt ibi dictum fuit, & multotiēs alibi: quia aliàs mutaretur ordo ministrantium, & assistentium Deo sine aliqua necessitate, aut vtilitate, qd̄ non est dicendum: sicut Deus nunquam mutat ordinem

Angelus ī testamēto veteri sem per apparebat, & non Deus.

G naturæ faciendo miracula, nisi ex aliqua causa vtilitatis, aut necessitatis, vt ipse īdicauit, & aliqualiter nobis apparent. *Occurrit ei dominus.* Quasi veniens ex aduerso ad inferendum malum. Sic enim apparuit Angelus, qui volebat percutere asinam Balaam veniens ex aduerso in angustia viarum, dicens: Ego veni, vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua mihi, quia contraria. Et nisi illa declinasset de via dans locū resistenti, te occidissem, & illa viueret, vt patet nume. 22.c. *Et volebat occidere eum.* Idest Moysen.

Causa autem erat: quia non circunciderat filium suum Eliezer tempore debito. Sciendū, vt patet supra 2.c. quòd Moyses genuit duos filios, scilicet Gerson, & Eliezer, Gerson natus fuerat aliquanto tempore ante,

Quæst.13.

H vt qui forte esset quatuor, vel quinq; annorū, & iste circūcisus fuerat tpe debito: Eliezer autē natus fuit paulo ante recessum de terra Madian, ita q̄ circuncisio faciēda erat in exitu de terra Madiā, & quia sciebat Moyses prēceptū esse, infans dierū octo circuncidetur, vt patet Gen.17. c. Ex opposito videbat quòd si tunc Eliezer circunciderētur, cùm pater agressurus esset iter, & filius cū eo, posset puer periclitati ex effusione sanguinis, ideo distulit circuncidere: quia licèt dati essent octo dies, tamen aliquando differebatur tempus, quādo ipsi paruuli erant debiles valde, vt aliquando circūciderentur post duos menses, vel tres, siue plures, sicut rabini sui viderint expedire. Præuentio autem tēporis non fit in viuentibus: quia nullus ante octo dies,

Quare Angelus volebat occidere Moysen.

I qualitercunque se habeat, circunciditur: si tamen aliquis mortuus fuerit ante octo dies, post mortem antequam tradatur sepulturæ circunciditur, licèt hęc quędam abusio est: quia circuncisio fiebat in ipso homine propter duo: primo ad distinctionem populi Dei a populo infidelium: qui autem mortuus est, cum non sit in numero hominum, non oportet vt fiat aliquod signum in eo distinctiuū. Secundo fiebat circuncisio ad delectionem peccati originalis in ipso homine, vel in ipsa anima si adhuc viueret homo: nunc autem ad hoc nihil proderat ista circuncisio: quia nō erat homo, cui deleretur istud crimen. Si autem dicas quòd licèt non esset homo, erat tamen anima, cui adhuc deleri posset hoc crimen, respōdetur q̄ hoc non

Quare circūcisio fiebat in homine.

K potest stare. Nam animę humanæ aut bonū, aut malū ex corpore nō euenit, nisi secundū q̄ habet esse in corpore: cùm aūt anima post mortē nō habeat esse in corpore, circuncisio, aut quęcunq; alia facta in corpore nihil proderūt: q̄a nihil magis post separationē aīę a corpore aīa pertinet ad illud corpus, quā ad aliud corp̄ humanū mortuum, aut viuens: sed circuncidendo aliqua alia corpora, nihil prodesset aīæ, vt manifestum est, ita nec circuncidendo istud corpus. Hoc autem dicto dicendum q̄ Moyses putauit se posse licite portare filium suum incircuncisum ratione viæ. Fuit tamen aliqualis negligentia, quæ erat culpabilis. Quamobrem volebat Deus eum puhire, nisi circuncideret. Et hoc maximè, quia ipse erat futurus legislator

Hebræo-

Hebræorum, & nunc mittebatur, vt nuncius Dei, & vt dux ad liberandum, ideo decebat vt legem ipse perfectius quā cęteri obseruaret: quia turpe est doctori, cū culpa redarguit ipsum, vt ait Cato: quia bonus prēdicator primo debet agere quàm docere: quia incepit Iesus facere, & docere, vt patet Act. 1.c. Et beatus Paulus: Castigo corpus meū, & in seruitutem illud redigo, ne cum alijs prēdicsuerim, ipse reprobus efficiar, vt patet prima Cor. 9.c. Aliqui autem volunt dicere q̄ Angelus domini non volebat occidere Moysen: sed Eliezer filium suum, quia incircuncisus erat. Sed hoc irrationale est, quia pēna infligitur pro culpa: Eliezer autem nihil peccauerat: quia nondū venerat ad ætatem, vt petere posset circuncisionem: ergo puniri nō

A sit ista dictio significare lapidem. *Et circuncidit præputium filij sui.* Scilicet Eliezer, quia Gersen iam circuncisus erat. Ipsa autem circuncidit: quia Moyses repentina præuentus angustia circuncidere non valebat. *Et tetigit pedes eius.* Aliqui vt Nicolaus exponunt hoc, scilicet quòd ipsa Sephora tetigit pedes filij sui Eliezer: quia sanguis fluens ex circuncisione decurrendo tangebat pedes pueri, & præputium etiam ad pedes eius dimissum est. Alij volunt quòd ipsa tetigit pedes eius. idest Moysi proijciens præputium ad pedes Moysi quasi irata, quòd propter eum cogeretur circuncidere filium suum. Et hoc erat quasi quoddam improperium. Et tunc irata, vt isti volunt, dixit ei. *Sponsus Sanguinum tu mihi es.* Idest

B tu es talis vir, propter quem ego cogerer circuncidere filium meum. *Et dimisit eum.* Sed non videtur ista conueniens expositio. Nam non est rationale quòd Sephora: tunc irasceretur Moysi: quia cogebatur propter eum circuncidere filium: quia si iste esset primus filius, in quo insolita erat circuncidere, & de quo magis dolere posset, & timere: quia neminem vnquam circuncidi viderat: sed in isto secundo non videtur, quòd aliquid istorum dixisset, cum esset assuefacta ex primo. Ideo dicendum aliter, quòd Sephora tetigit pedes Moysi præputio filij sui, vt tingeret eum sanguine, vt si aliquis sanguis effundendus erat ab eo, in illum soluereturq̄, vel quòd ille pro eo sufficeret. Simile patet infra duodecimo

Insania Iudæorum.

C capitul. quando mandauit Deus quòd sanguis agni immolati poneretur in superliminari domus, & super vtrunque postem, vt Angelus transiens, & videns illum sanguinem transiret vltra, & non percuteret in illa domo, quasi ille sanguis sufficesset pro sanguine, qui effundendus erat de domo illa. Sic Sephora intelligebat, scilicet domine Deus si aliquis sanguis effundi debet a viro meo, sit iste, quem super eū effundo, scilicet sanguis circuncisionis, & quòd pœna paruuli circuncisi sufficiat pro pęna, quàm pater debet tolerare. Et hunc morem seruant Iudæi moderni, & ab antiquo, vt in mēse Septembri luna decima eiusdem mensis conputando a lunatione propinquiori

Ritus Iudęorū modernorū.

D equinoctio, quod est in primo gradu libræ quem sol intrat eodem mense, accipiunt ad vesperum aues aliquas, & iugulant effundentes sanguinem super capita illorum quos tenere diligunt, imprecantes, vt si Deus tunc aliquem sanguinem iudicat venturum super illum, sit ille, qui aspergitur & non alius. Et motiuum eorum est: quia in illis diebus dicunt sedere Deū ad iudicandum omnes gentes, omnia regna, omnes populos, & singulariter quemlibet hominem, & distribuit vnicuique, quod ei euenturum sit. Sed istud ridiculum, & erroneum valde est, non solum contra fidē catholicam, sed ēt cōtra philosophos alte sentiēntes: quoniā hoc magnam Deo attribueret imperfectionē. s. successionem actuum, & nouas volitiones, & intellectiones: quod non totaliter perfecto conuenit:

Deus non habet successionem actuū, nec nouas volitiones.

E quia nouam volitionem, aut intellectionem recipere pertinet ad illum, qui non habet omnia. Ergo non est infinita, quod est contra rectam fidem. Etiam non est perfecta: quia perfectio rei est, quando potētialitas sua est redacta ad actum. Si ergo Deus quolibet anno noua iudicia dat, & nouas volitiones habet, iudicia, & volitiones, quas habebit anno sequenti, non habet nunc, & potest postea habere, ergo est in potentia; si autem in potentia, ergo non perfecta: quia actus est qui perficit. Etiam quia cum quęlibet forma adueniens perficiat ipsum, cui aduenit: sed quolibet anno secundum istorum positionem Deo noua iudicia, & volitiones aduenunt. Ergo perficitur per illas: quę omnia obsurdissima sunt, & repugnantia

Quæst. 18.

Cum quo instrumento fieri debebat circuncisio.

Alph. Tost. super Exodi

D 4 naturę

naturæ deitatis. Consilium autem Dei, & iudicium, & volitio coeterna sunt ipsi Deo, immo realiter sunt ipse Deus. Et secundũ q̃ substantiam Dei minime alterari aut aliquo modo mutari concedimus, ita nec volitio, nec iudicium. Nec valet si obijciatur quod habetur Hiere. 18. c. scilicet, Subito loquar de gente, & aduersus regnum, vt eradicem. & destruam, & dispersdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, & ego pœnitentiam agam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei, & subito loquar de gente, & regno, vt ædificem, & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei, in quibus monstrari videntur iudicia, & cogitationes Dei esse volubiles secundum merita actuum humanorum: sed hoc longe aliter est, quia ista mutatio non est in sententia Dei, vt declaratum fuit Gen. 20. cap. & Deutero 18. Sunt ergo apud Hebræos quædam superstitiosæ obseruationes a quodam errore procedentes, vt patet in hoc, & in multis alijs, & quia sacram scripturam nec perfectè, & verè intelligunt, nec circa humanas disciplinas aliqualiter experti sunt. *Et ait: Sponsus sanguinum tu mihi es.* Ecce quia secundum illos, qui dicunt quòd Sephora tetigit pedes Eliezer, oportebat dici quòd ipsa vocaret eum sponsum sanguinũ, quia ad eundem diriguntur istæ duæ locutiones: sed conuenit hoc dici Eliezer, ergo litera superior solum exponi debet de Moyse, scilicet quòd eius pedes tetigerit: & habet ista litera duos sensus: vno modo intelligitur quòd Sephora dixerit Moysi. *Sponsus sanguinis tu mihi es.* Idest tu es mihi maritus talis conditionis, scilicet talem deum colens, vt propter te effunderem sanguinem filij mei, quasi dicat: Si ego accepissem virum Madianitam, non oportuisset effundere sanguinem filij mei: sed quia accepi virum siuè sponsum Hebræum: secundum morem illius gentis, oportet effundere sanguinem filij mei. Sed ista sententia non multum conuenit: quia videtur improperatiua, & supra improbata fuit. Sed est sensus. *Sponsus sanguinum tu mihi es.* Idest tu es maritus acquisitus per sanguinem, quasi dicat: Angelus Dei volebat te occidere, & occidisset, nisi circuncidissem filium meũ, ergo per sanguinem filij mei liberatus es, & quasi nouiter te nunc in virum acquisiui. *Et dimisit eum.*

Iudei superstitiosi, & idocti circa sacram scripturã.

Quæst. 15

Nicolaus, & omnes doctores nostri referunt hoc ad ipsam Sephoram, scilicet quòd ipsa Sephora indignata contra Moysen dimisit eum, & recessit reuertens ad patrem suum in Madian, cum filijs suis, & patet quia infra 18 c. dicitur q̃ Iethro venit ad Moysen in monte Synai, & duxit secum Sephorã ad Moysen, & duos filios eius. Sed hoc nõ potest stare: quia litera Hebraica repugnat. Nam vt diximus Gen. 38. cap. lingua Hebraica in hoc valde certa est, quia in personis verborum dato quòd non apponatur suppositum, apparet ex ipso verbo an suppositum masculus, vel fœmina sit, quod nullo modo est in latino. Nam ista persona verbi, scilicet dimisit, ita conuenit masculino sicut fœminino, verbũ tamen quod ponitur hic apud Hebræos, nullo modo conuenit fœminę, vt patet ex mutatione, & differentia magna literarum. Nam ponitur in Hebræo *Vayyn*: & si fœminę pertineret, solum poneretur *Natheref*. Dicendum ergo necessario quòd hoc refertur ad genus masculinum, scilicet ad Angelum, qui dimisit Moysen, scilicet quòd Angelus torquebat ante Moysen aliquo de modis supra assignato. Cùm autem Sephora circuncidit puerum, & tetigit pedes Moysi dicens, sponsus sanguinũ &c. cæt. cessauit Angelus torquere Moysen, & recessit ab eo. Item patet hoc magis, quia in Hebræo dicitur *Nayyrefe nimenu*, Idest relaxauit ab eo, & non signat dimisit eum, idest recessit ab eo: sed solum significat relaxare, vt quando aliquis torquebat alterum vel stringebat eum, & relaxat, vel non puniendo, vel nõ stringendo. Fundamentum apparens istorum omniũ est: quia dicitur in litera. *Dimisit eum postquam dixit, sponsus sanguinis tu mihi es.* Quia ista videntur pertinere ad idem. Sed manifestum est, quòd Sephora dixit Sponsus sanguinis tu mihi es, ergo etiam ipsa fuit, quæ dimisit Moysen. Si autem non staret in oppositum veritas literæ Hebraicæ explicita, satis coloratus modus esset iste, sed nunc non stat, ideo dicendũ quòd Angelus dimisit, vel relaxauit Moysen postquam Sephora dixit, sponsus sanguinis tu mihi es: non tamen est intelligendum quòd Angelus relaxauit propter ista verba: sed propter circuncisionem factam, quæ fuit simul cum his verbis. Etiam non potest stare quod dicebatur, scilicet quòd Sephora irata percussit pedes Moysi præputio filij sui, & dimisit eum: quia tunc quæritur, an Sephora dimisit Moysen irata de eo, quia Angelus voluit eum occidere, aut quia ad liberandum eum a morte coacta fuit filium suum circuncidere. Non propter primum: quia tunc valde irrationabiliter mota fuisset Sephora, cùm afflictis non sit danda afflictio. Moyses autem in hoc quòd ab Angelo torquebatur, nihil peccabat aduersus Sephoram, ergo nullam causam irascendi ei haberet: quia mala passis non irascimur, sed naturaliter compatimur, vt ait Boetius de Consola. libro quarto prosa sexta. Nec irata fuit Sephora aduersus Moysen, quia propter eum coacta fuit filium suum circuncidere: quia tunc magis irasci debuisset quando primus filius, scilicet Gersom circuncisus est, & magis tunc debuisset recedere ab eo: quia nihil tale vnquam viderat, sed tunc non recessit ab eo, ergo nec nunc ob hoc recessit ab eo, maxime quia cum ipsa diligeret Moysen, quod apparet, quia vt dicitur supra in litera: illico, idest immediate vt Sephora vidit Moysen cruciari ab Angelo, circuncidit filium, non solum ipsa non irasceretur circuncidendo filium, quia aliàs tale fecerat de Gerson primogenito: sed etiam si nunquam fecisset, & non esset talis conditio Moysi, vt circunciderentur filij eius solum, vt Moyses mortem euaderet, ipsa libenter filium circuncidisset. Et quando magis fundatur: quia ipsa fuit reuersa ad patrem suum, & ipse eam ad Moysen postea duxit in desertum Synai in exitu de Aegypto: respondetur quòd verum est eam reuersam fuisse: sed nec tunc fuit reuersa, nec ob istam causam: sed magis ipsa reuersa fuit mandato Moysi Postea, quando occurrit ei Aaron, & cum annunciauit ei verba domini, Aaron videns vxorem, & filios Moysi, quos in Aegyptum ducere intendebat: increpauit eum leuiter, dicens, non fieri hoc decenter: quia cùm alij Hebræi, qui tunc manebant in Aegypto sub captiuitate, viderent, quòd Moyses adducebat illuc vxorem, & filios, non crederent, quòd ibat ad liberandum eos de Aegypto: sed ad manendum ibi inter eos, & sic verba Dei dicta a Moyse minus credulitatem haberent. Videns autem Moyses, quòd Aaron recte diceret, remisit vxorem, & filios ad patrem suum in Madian vnde recesserat: maximè quia filij, & vxor magis onerarent eum in expediendis istis negocijs, quàm adiuuarent. Etiam quia facilius vxor, & filij Moysi post liberationem de Aegypto adducerentur de terra Madian in terram Chanaan, quàm quòd portarentur in Aegyptum, & deinde cum alijs irent in terram Chanaan: quia terra Madian propinquior est terræ Chanaan, quàm Aegyptus, cum

Contra Nicolaum de Lira.

Quare Moyses remisit vxorem suam ad patrem suum.

cùm terra Madian sit in deserto in finibus Arabię circa mare rubrum, & montem Sinaì. *Ob circuncisionem.* Idest propter circuncisionem: Quasi dicat. Per sanguinem effusum in circuncisione filij fuit liberatus Moyses sponsus, siue maritus Sephorę. *Dixit Dominus ad Aaron.*

Quæst. 16.

Omnes, ad quos Deus loquiẽ, prophetas more scripturæ nuncupamus, etiam si de futuris nihil dicant. Cum autem Aarõ Deus apparuerit, vt hic patet: ergo propheta nuncupari poterat, & istam occasionẽ murmurandi habuit ipse, & Maria soror eius contra Moysen. Quia cùm Maria, & Aaron essent prophetę, sicut Moyses, q̃re magis Moyses separabat se ab vxore sua, q̃ Aaron à sua, vel Maria à viro suo? vt patet Num. 12. Quibus Deus respondit faciendo differentiã inter statum prophetarum: quia non omnes eundem gradum teneãt, ideo nec eodem mõ prõptos esse necesse est. Quando autem apparuit dominus Aaron, an quando Moyses erat in diuersorio, vt veniret ad occurrẽdum ei, an ante: dicendum quòd scriptura sacra, & cœterę humanæ scripturæ narrantes gestorum ordinem coguntur aliquando postponere, & anticipare, nè si rem quamlibet in suo loco, & tẽpore enarrare velint, vtrãque alterutrum implicent. Nam contingit duas res eodem tempore fieri, & interdum eam, quę prius incepit, posterius terminari. Cùm ergo ista simul gesta, simul narrari nõ possunt, necesse est mutari ordinem quãtum ad aliquid. Nam si ea, quę prius inchoata est, & posterius terminata, prius enarrari incipiat, & ne fiat implicatio, tota consumetur, temporum mutatio fit, cùm postea alia res gesta narratur, quę ante istam consumata est. Si autem quę prius consumata est, prius referri incipiat, ordo ẽt mutatus erit, cũ id quod posterius fieri inchoatũ est, primo narrari incipiat. Necesse est ergo eum, qui plura eodem tempore, vel quasi eodem tempore gesta narrare voluerit, tempora variare. Quia si aliquis enarrator rerum gestarum tempora diligẽtissime obseruare voluerit, cuilibet rei suum tempus adaptando necesse est rerum historias minutatim concidi, vt nunc pars vnius narretur, & immediate alterius particula subiungatur. Et sic per ordinem, ita vt in narratione ipsa tanta obscuritas, & ad intelligẽdum ineptitudo sit, vt ipsa diligens ordinis obseruatio omni inordinato processu deterior sit. Nunc ergo Deus apparuit Aaron in Aegyptum iubens, vt iret in occursum Moysi, & videtur quòd eodem tempore, vel quasi, apparuerit Aaron, & hoc ei mandauerit, quo apparuit Moysi. Quod conijci daturex eo, quod infra dicitur, scilicet quod Aaron occurrit Moysi in mõte Dei, scilicet in monte Sinaì, qui est valde coniunctus terræ Madiam, cum in eo Moyses pasceret oues, vt patet præcedenti capitulo. Aegyptus autem magis ab illo monte elongata est, ideo videtur quòd quasi simul exierint isti, scilicet Moyses à loco, vbi habitabat socer suus, & Aaron à loco, in quo habitabat in Aegypto, vel quasi eodem tempore. *Vade in occursum Moysi.* Nesciebat Aarõ, vtrum Moyses veniret, dominus autem annunciauit ei, quòd veniret, & mandauit, quòd exiret in occursum eius; & hoc fuit ad consolationem Moysi. *Qui perrexit ei obuiam.* Idest immediate, vt Deus mandauit, Aarõ in occursum Moysi exiuit. Erat enim Aaron Propheta, & Deo cognitus. *In montem Dei.* Idest in montem Sinaì, qui vocatur mons Dei: quia dominus ibidem apparuerat Moysi, & ibidem daturus erat legem. Inuenit autem Aaron Moysen in monte Dei: quia venientibus de Madian in terra Gessen, iter erat per latus montis Sinaì, qui magis porrigitur contra Aegyptum. Nam Madian magis orientalis est aliqualiter, quàm mons Sinaì. Et patet hoc: quia Aegyptus, & mons Sinaì, sunt magis occidentales, quàm Terra Chanaan, vt sępe probauimus, cum Abraham volens descendere in Aegyptum, declinauerit versus terram Occidentalem terrę Chanaan per latus meridianum, quę est terra Palestinorum: sicut apparet Gen. 12. c. in descensu Abrahę in Aegyptum. Sed Madian est aliqualiter magis Orientalis, quàm Terra Chanaan, vt patet Gen. 25. cap. vbi dicitur, quòd Abraham diuisit filios concubinarum ab Isaac, & fecit eos habitare ad plagam Orientalem Terrę Chanaã. Sed Madian erat vnus de illis filijs concubinarum: quia erat natus de Cethura, vt patet ibidem: ergo Terra Madian erat magis Orientalis, quàm mons Sinaì, & Aegyptus. Item mons Sinaì magis orientalis erat, quàm Aegyptus, quia cùm recta via de Terra Chanaan in Aegyptum fit per Terram Philistjin, vt patet infra 13. Terra autẽ Philistijn est contra Orientem Terrę promissionis, vt patet ex descensu Abrahę Gen. 12. cap. & tunc non oportet transire mare rubrum, & filij Israel venientes in terram promissionis, per montem Sinaì ascenderunt per partem Orientalem Terrę promissionis, vt patet Nume. 32. vbi filij Ruben, & Gad accipientes possessionem in itinere antequam transirent Iordanẽ, dixerunt se accepisse hæreditatem in oriente terrę promissionis. Ergo mons Sinaì, per quem tunc ascenderunt erat magis orientalis, quàm Aegyptus: quia venientes recto itinere ex Aegypto intraturi erant per occidentem Terrę Chanaan: venientes autem per montem Sinaì, intrabant per orientẽ Terrę Chanaan. Patet autem consequentia: quia mons Sinaì, aut erat magis orientalis, quàm Aegyptus, aut magis occidentalis, aut in directo, scilicet in via pergendi de Aegypto in Terram Chanaan: Non potest dici, quòd sit in via recta, quia infra 13. ca. dicitur quòd Deus quando eduxit Israelitas de Aegypto, non eduxit eos per viam breuem, & rectam Terrę Philisthinorum: sed circunduxit eos, sed perducti sunt per montem Sinaì, ergo non erat via directa per montem Sinaì. Nec potest dici, quòd Aegyptus sit orientalior monte Sinaì: quia tunc euntes per montem Sinaì in Terram Chanaan, intrarẽt per partem multum occidẽtalem, cùm ipsa via recta sit per partem occidẽtalem, quanto magis via, quę declinaret ab illa via recta magis contra occidentem: sed per montem Sinaì transeuntes intrant in Terram Chanaan per partem Orientalem, vel quasi, ergo mons Sinaì, magis orientalis est quàm Aegyptus, sed Terra Madian est magis orientalis adhuc, quàm mons Sinaì, & Aegyptus, ergo descendens de de Terra Madian in Aegyptum rectè descendit per latus montis Sinaì. *Et osculatus est eum.* Quia diligebat eum, cum essent fratres. Osculum autem dilectionis signum est, ideo sponsa in canticis amore flagrans, primum quod à sponso petit, est osculum dicens. Osculetur me osculo oris sui. *Narrauitque Moyses omnia verba Domini Aaron.* Sic enim mãdauerat Deus supra. *Loquere ad eum, & pone omnia verba mea in ore eius.* Et ratio erat, quoniam Aaron prolaturus erat ea coram senioribus Israel, & coram Pharaone. *Pro quibus miserat eum.* Idest ad quæ narranda miserat eum Deus. *Et signa, quæ mandauerat.* Tria signa suprapposita, scilicet de virga versa in colubrum, & de manu leprosa, & de aqua versa in sanguinem. Non est autem intelligendum, quòd fecerit Moyses ista signa in itinere coram Aaron: sed solum dixit ei, quòd Deus mãdauerat sibi ista tria facere. Et ratio est, quia ista signa erant ad manifestandam diuinam magnitudinem, Aaron autem, quia Propheta erat cum Deo loquens, satis constabat sibi de magnitudine Dei, nec indigebat signis, atq; portentis. Et patet hoc in litera, quia nõ dicit litera, & fecit coram eo signa, quę Deus mandauerat: sed dicit; narrauit ei oĩa verba, & signa, quę mandauerat. Solum ergo fuerunt

Quare Moyses inuenit Aaron in mõte Dei: quia iter de Madian in Aegyptũ erat per Sinaì.

narrata

narrata qualiter fieri deberent, sed non facta fuerunt. *Veneruntque simul.* Scilicet in Aegyptum ad principaliorem locum habitationis Hebrœorum. Et hoc fuit iam remissa vxore ad Iethro in Madian terram suam. *Et congregauerunt cunctos seniores.* Idest omnes maiores, & honorabiliores Hebræorum, & hoc mittendo ad eos nuncios nominatim, vt venirent ad certum locũ: quia verbum factum fuerat à domino: quod oportebat in commune referri. *Locutusque est Aaron.* Quia Moyses erat impeditæ linguæ, & sic Deus mandauerat supra dicens. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum. Nec in hoc erat aliquis defectus Moysi; quia seniores filiorum Israel putabant, quòd esset data potestas loquendi Aaron: quia senior erat annis tribus Moyse, vt patet infra 7. cap. Etiam quia Deus dixerat, quòd Aaron esset, vt os, & Moyses esset ei in Deũ, vt habet litera Hebraica, vel in his, quę ad Deum pertinent, vt habet litera nostra, ideo sicut domini per se non loquuntur ad omnes: sed per suos relatores, aut secretorum conscios, ita Moyses tanquam cum Deo loquens non loquebatur immediate ad populum, vel Pharaonem: sed ipse Aaron. Et patet hoc in operatione signorum, quia Aaron faciebat parua signa, Moyses autem prodigia magna. *Omnia, quæ dixerat Dominus ad Moysen.* Incepit primo dicere qualiter apparuisset ei, & deinde quid locutus fuisset, & post ad cõfirmationem istorum, scilicet quòd apparuisset ei Deus, & quòd mandauisset illa, quæ nunc recitabat Aaron, subiunxit signa, quæ Deus mandauerat. *Et fecit signa coram populo.* Scilicet Aaron omnia tria signa, vt euidentius pateret dictorum veritas: licèt vnum de his tribus signis aperuisset sufficienter veritatem. *Et credidit populus.* Scilicet illi seniores, qui erant congregati, quoniam isti propter multitudinem populus vocari poterant. Et hoc, quia signa, quæ fecit coram eis Moyse mandante Aaron frater suus, erant sufficienter probantia.

Quæst. 17. An Aaron fecit signa.

Nicolaus tamen dicit, quòd non fecit Aaron signa, sed Moyses: & probat, quia non potuisset Aaron facere signum de manu leprosa, potest autem esse fundamentum suum, ex eo quòd dicitur Leuit. 21. capit. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam non accedet ad offerendum panes Deo suo, si cœcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si ingem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus, omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron, non accedet offerre hostias domino, nec panes Deo suo. Sed ista positio videtur contra literam manifestè: quia litera dicit, quòd locutus fuit Aaron omnia verba, quę dixerat dominus ad Moysen, & fecit signa coram populo. Illa coniunctio, &, identitatem notat suppositi, nec ipsa aliquo modo referri potest ad Moysen, nisi nos violentius eam ponentes extra naturam terminorum, quod nunquam fieri debet, nisi ex magna necessitate: scilicet quando litera implicaret contradictionem; nisi sic exponeretur, vel forte reperiretur alibi contradictorium eius, vel conuinci posset euidenti ratione. Hoc autem non est in hac parte: quia dato quòd manus Aaron fuisset leprosa, non inhabilitabatur ad summum sacerdotium: quia habentes tales maculas, vel qui dudum eas habuerunt, erant inhabiles ad sacerdotium propter scandalum horroris; & ne vilipenderetur, aut dehonestaretur sacerdotale ministerium in eis. Non erat autem ista causa in præsenti: quia Aaron non incurreret lepram magno tempore: sed subito venit, & subito retracta manu secundo de sinu sanata est. Etiam quia lepra Aaron non fuit aliquid horribile, nec ex hoc reddebatur ipse cuicunque contemptibilior, quia non fuit lepra tanta ex vitio corporis, scilicet carne infecta, & corrupta, nec fuit ei data à Deo in pœnam vitiorum: sed solùm supernaturaliter causata est ad monstrandum diuinam magnitudinem, & veritatem verborum eius: ideo ex hoc, nec quantum ad homines, nec in seipso vilior, vel inhonestior reddebatur. Item quia ille, qui leprosus fuisset, non erat ex natura rei, vel ex se ipso inhabilis ad sacerdotium: sed inhabilitabatur ex lege: sed tempore, quo ista facta sunt, vel quo Aarõ in sacerdotium assumptus est, non erat illa lex, ergo non obligabat eum: quia constitutio solùm datur ad futura, nec vnquam se extendit ad præterita, nisi in ea specialiter caueatur, vt patet extra de constitutionibus in capitulo. Cognoscente, & capitulo vltimo. Item ista constitutio secundum verba sua non se extendit ad Aaron: sed ad posteros eius: quia dicitur in ea: Homo de semine Aaron, &cętera. Ergo solùm se extendit ad eos, qui erant de semine Aaron: sed Aaron non erat de semine Aaron, ergo non ligabatur ipse hac lege. Dicendum ergo videtur rationabiliter valde, & ex verbis textus, quòd Aaron fecit ista tria signa coram senioribus. *Audiuerunt.* Scilicet isti seniores. *Quia visitasset Dominus, & respexisset afflictionem eorũ.* Hoc aut audiuerunt, quia Aaron coram eis hoc referebat: sed magis videtur, quòd ponatur hic audire, idest credere, vel intelligere: scilicet. *Audierunt.* Idest certificati sunt, quòd Deus vellet eos liberare. Et hoc patet: quia infra sequitur, quòd propter hoc adorauerunt Deum proni. Ex sola tamen auditione, scilicet si non certificati essent signis, vel saltem credidissent simplicibus verbis, non moti fuissent ad reddendum gratias tanquam pro beneficio dato, vel prænunciato siue certe promisso: quòd respexisset afflictionem eorum, scilicet volendo eos liberare: quia si accipiatur large respicere, idest videre, vel ad aliquid aspicere, Deus semper respiciebat eos: quia in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos. Prouerbiorum capitulo decimoquinto. *Et proni adorauerunt.* Idest inclinauerunt se vsque ad terram, extendentes manus suas, adorando Deum. In Hebręo ponuntur hic duo verba; primum quod signat inclinationem capitis, & loco huius ponitur proni in litera nostra, idest humiliantes se: secundum verbum signat manuum extensionem, & loco huius ponitur in litera nostra adorauerunt: quia ista duo complent adorationem Dei, scilicet inclinatio, & manuum expansio: ista adoratio fuit in actionem gratiarum pro tanto beneficio: quia non decet ingratos esse benefactoribus, prœcipuè tantis beneficijs. Et quia Deo nihil alterum possumus retribuere, vt contra passum, vt ait Phylosophus 8. Ethyc. Dijs, & parentibus non possumus ęqualia retribuere, solas ergo gratiarum actiones, & adorationes in testimonium magnitudinis, & bonitatis summe reddere debemus. Sic enim facit ciuitas, quæ nõ potens dare regi virtuoso aliquid ęquale: honorem illi tanquam bonorum maximum tribuit, vt patet 5. Ethyc.

CAPITVLVM V.

POST HÆC ingressi sunt Moyses, & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israel: dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. At ille respondit: Quis

Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio dominum, & Israel non dimittam. Dixeruntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus domino Deo nostro: nè forte accidat nobis pestis, aut gladius. Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyses, & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis: Ite ad onera vestra.

Post hæc. Descripta prouisione ducis liberatoris, hic subiungitur flagellatio Pharaonis. Et diuiditur in tres partes. Primò ponitur admonitio Pharaonis, vt dimitteret Israel in solis verbis. Secundò subiungitur alia admonitio in verbis subsequentibus signis, infra 7. cap. Tertiò ponitur pœnarum inflictio, infra circa medium 7. cap. ibidem. *Dixit autem Dominus ad Moysen: ingrauatum est.* Prima in duas. Primò ponitur regis monitio, & eius responsio. Secundò populi Israeliticia grauatio, ibidem. *Dixitque Pharao.* Circa primum. *Post hæc.* Idest postquam Aaron, & Moyses steterũt coram senioribus Israel recitantes verba domini, & facientes signa, & populus credidit. Nam tunc concordatum fuit inter eos, quòd Moyses, & Aaron irent immediate coram Pharaone: quia non oportebat dilatari istud negotium. *Ingressi sunt Moyses, & Aaron.* Scilicet in domum regis, vt proponerent ibi mandata suæ legationis. *Moyses, & Aaron.* Non ponitur hic, quòd aliquis de alijs intrauerit cum eis, scilicet de senioribus, quos Deus cum Moyse ire mandauerat, vt patet supra 3. ca.

Quęst. 1. *An intrauerint seniores, cùm Moyse ad Pharaonem.*

Prima opinio Hebręorum.

Nicolaus quærit hic, vtrum intrauerint seniores cũ Moyse ad Pharaonem. Et respondent quidam Hebręi, quòd non intrauerunt timentes regem irasci in eos. Et propter hoc dicunt, quòd puniti sunt, nè accederent ad Deum cum Moyse ad adorandum prope, vt patet infra 24. cap. Sed ista ratio non conuenit, quia ibi non solum prohibiti sunt seniores accedere ad Deum cum Moyse, sed etiam Nadab, & Abiu, qui erant filij Aaron, & satis iuuenes. Etiam quia Aaron prohibitus fuit ibi accedere cũ Moyse. Dicitur enim Moysi, dixit Deus: Ascende ad dominũ tu, & Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul, soluśque Moyses ascendet ad dominum, & illi non appropinquabunt, & populus non ascendat cum eo. Constat tamen, quòd Aaron stetit cum Moyse coram Pharaone, ergo non fuit illa prohibitio accessionis propter hoc. Alij dicunt, cùm quibus videtur tenere Nicolaus, quòd isti seniores steterunt coram Pharaone cum Moyse, & Aaron, tamen scriptura solum facit mentionem de Aaron & Moyse, tanquam de principalibus. Sed nec hoc videtur verum. Magis enim dicendum est, quòd seniores non intrauerunt cum Moyse, & Aaron, quia quando respondit Pharao durè istis, vt patet infra, solum Moysen, & Aaron nominauit, dicens: quare Moyses, & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? Ite potius ad onera vestra. Si tamen hic fuissent alij seniores, etiam locutus fuisset ad eos. Nec potest hic responderi, quòd Pharao locutus fuerit ad istos duos tanquam ad principales, quia tunc nullus ibi quicunque aut agebat, aut dicebat prętęr Aaron. Quare autem non intrauerint seniores cum Moyse & Aaron, sicut supra Deus mandauerat, ratio fuit posita supra 3. cap. scilicet, quia illud dictum fuit à Deo, quando ipse mittere volebat solum Moysen, tanquam loquentem, & facientem signa; & ad conuocandum mittebat seniores: sed quia Moyses rogauit, vt non mitteretur ipse, quia erat impeditę linguæ, & dominus misit cum eo Aaron tanquam loquentem, cessauit prius mandatum; quia iam sufficiebat Moysen & Aaron simul ire. *Hæc dicit Dominus.* Ista locutio multum fuit dura Pharaoni, sicut & cuilibet superbo fuisset. Nam dominus relatiuum est ad seruum. Cùm ergo dominus exprimitur, oportet seruum exprimi, vel subintelligi. Magis tamen exprimi debet, vt cuius sit dominus, videatur. Hic autem Aaron & Moyses posuerunt dominum simpliciter, non nominantes cuius esset dominus, ideo intelligebatur, quòd omnes serui eius essent, nulla facta differentia: quod valde displicuit Pharaoni, quia etiam ipse sub tali dominatu comprehendebatur, cùm nullum vt dominum cognoscere vellet, vt patet in sua responsione. *Deus Israel.* Vocauit dominum simpliciter: Deum tamen vocauit Israel. Ratio fuit, quia dominus nomen seruitutis est subiectionis cuiusdam est. Et quantum ad hoc non est differentia: quia totus orbis æqualiter ei subiectus est; immo qui bonus est minus seruus est, quàm qui malus est: quia seruitus, & dominatio duritiem quandam important. Qui autem voluntariè Deo, subijcitur, & vult libere id, quod Deus vult: & non vult, quod Deus non vult: non seruus propriè, sed liber est. Ideo quantum ad rationem proprij dominij magis sunt mali sub dominio Dei, quàm boni. Si autem accipiatur dominus, vt inducit quandam potestatem, non concernentem vim coactiuam, æqualiter potẽs, & dominus in bonos, & malos est. Et hoc exprimit Seneca in epistolis ad Lucillum: Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Vocat autem Fata diuinã dispositionem in his inferioribus, quæ volentes ducit, idest moliter mouet: nolentes trahit, idest si aliquis repugnet illi dispositioni diuinæ, magis violentabitur. Deus autem est nomen creationis, cui debetur cultus, & adoratio. Et quia ista adoratio præcipuè dabatur ab Hebręis, qui erant familiaris populus Dei, vocatur Deus Hebręorum. Et sic vocat se Deum Abraham, & Isaac, & Iacob. Et hoc dicit esse nomen suum: & memoriale in æternum in generationem, & generationem. *Dimitte populum meum.* Populus Israel vocatur populus Dei, quia patres sui coluerant Deum specialiter. Et ipse promiserat eis accipere gentem illam in populum, vt patet sępius in genesi. *Vt sacrificet mihi in deserto.* Licèt Deus intẽderet educere populum suum de Aegypto, & introducere in Terram Chanaan: tamen solum petebat à Pharaone per Moysen, vt permitteret eum ire ad sacrificandum: quia sciebat Deus, quòd Pharao dimittere nollet, & ipse eum acriter punituru esset. Et vt punitio iustior appareret petuit Moyses loco Dei à Pharaone id, quod modicum erat, scilicet dimittere populum ire ad sacrificandum in desertum; quia non acquiescens in modico iustius puniretur; quàm si non acquiesceret in magno. *Quis est Dominus.* Multum fuit Pharao indignatus in verbis Aaron: quia si dixisset; Dominus Hebręorum dicit, vt dimittas populum suum: irrisisset Pharao tãquam nolens obedire imperio domini alieni. Sed quia dixit, dominus simpliciter, vocans illum etiam dominum Pharaonis: qui necessario includebatur sub generalitate omnium hominum, valde indignatus fuit: quia nunquam quisquã hominum ei talia dixerat, scilicet nominando eum habere dominum, & dixit ira repletus. *Quis est Dominus.* Quasi dicat. Quis est dominus, qui possit mihi mandare talia? quia ego non cognosco aliquem dominum superiorem. *Vt audiam vocem eius.* Idest vt eius obediam mandato. Non dicit hoc,

Secunda opinio Nicolai.

Mali magis sunt serui Dei, quàm boni accipiẽdo seruitutem propriè.

vt

vt finem, scilicet quòd quæreret Pharao quis esset dominus, vt ipse cognoscens eum obediret ei: sed magis debet legi irrisorie, & mordaciter animo irato. *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius?* Quasi dicat. Quis poterit esse talis dominus, vt ego tenear obedire ei? *Et dimittam Israel?* Scilicet ad mandatum eius: *Nescio Dominum.* Idest non cognosco aliquem superiorem, qui mihi quicquam imperare possit.

Quomodo Deum esse sit per se notum, & ab omnibus cognitum, cum Pharao hic dicat; nescio Dominum.

Quæst. 2. Quæritur quomodo dicitur, quòd Deum esse, est per se notum, cum hic dicat Pharao, quòd ignorat esse aliquem dominum? Id autem quod per se notum est, ab omnibus cognitum est: quia est ista ratio per se noti. Etiam quia dicitur in psalmo decimotertio, & psalmo quinquagesimo secundo, Dixit insipiens in corde suo: non est Deus, idest putauit, quòd Deus non erat. Ad hoc respondetur, quòd Deum esse est per se notum. Quod patet auctoritate Damasceni in primo libro Sententiarum suarum, scilicet cognitio Dei existendi omnibus naturaliter innata est. Item quia per se nota dicuntur, quæ cognitis terminis, cognoscuntur: vt patet primo Posteriorum, vt totum esse maius sua parte. Cognito enim significato complexo istius termini pars, & huius termini totum nullus intellectus est, qui immediatè clare non videat veritatem totius complexionis: & sic in cæteris: sed cognito quid significat iste terminus, Deus, necesse est cognoscere Deum esse, ergo Deum esse, est per se notum. Antecedens patet, quia iste terminus, Deus, secundum conceptionem omnium apprehendentium significat id, quo nihil melius est: sed necesse est aliquid melius esse, & per se notum est aliquid melius cæteris esse, ergo manifestum est esse Deum. Patet consequentia: quia cuilibet intuenti apparet, quòd non sunt omnes res æquales, sed vna est melior altera, & sic per ordinem est: ergo oportet dare vnam meliorem cæteris: Et sic non valet, si dicas, quòd hoc est verum, si in rebus non ponatur processus in infinitum: quia tunc deuenietur ad vnum, vltra quod non procedatur, & illud tenebit summum gradum in bonitate. Sed quia non est per se notum apud omnes, vtrum sit status in ordinationibus causarum, cùm in hoc laboret sepius Aristoteles, ergo posito, quòd sit processus in infinitum, vt aliqui putant, sequitur quòd Deus non sit per se notus, aut Deum esse. Respondetur quòd siue ponatur processus in infinitum, siue processus in causis teneat statum ad aliquid, semper est per se notum, Deum esse: quia non ponendo processum in infinitum, satis patuit qualiter dicatur, Deum esse, quòd sit per se notum. Si autem sit processus in infinitum, tunc oportebit dare aliquam rem infinitè perfectionis, alioquin stabitur in aliquo finito secundum primum modum. Si autem detur aliqua res infinitè perfectionis, illa erit perfectissima, vt Deus: quia infinito nihil maius est; & sic manebit, quòd sit per se notum, Deum esse: quia secundum vtrumque modum necesse est dare aliquid, quo nihil melius sit. quod designat iste terminus, Deus. Hoc tamen non obstante, in rebus non est dare processum in infinitum: quia processus dicit quendam ordinem: ordo autem est in rebus secundum quandam causalitatem, vt vna res aliquo modo dependet ab alia, vel attinet ad eam. Iste autem ordo causalitatis quadruplex est secundum quatuor genera causarum, & in quolibet ordine causalitatis ponimus statum. Nam in ordine causarum efficientium incipientes à causa particulari in generatione Socratis, qui est vnus homo particularis, ascendimus per alias causas agentes paulo vniuersaliores, scilicet actiones elementorum: deinde ad magis vniuersales, scilicet ipsos orbes per motum influentes: deinde ad vniuersaliores causas, scilicet intelligentias motrices orbium: deinde ad vltimam causam, scilicet ad primam intelligentiam, quæ mouet cœteras intelligentias, vt causata sua immediatè, sibi subdita in ratione amati, & desiderati, vt assimilentur ei cœtere, & participent esse diuinum, vt ait Aristo. 12. Meta. In ordine causalitatis finalis etiam statum assignamus. Nam ad eandem rem primum efficiens, & vltimum finem statuimus. Et ratio est, quia prima causa dicitur esse aliquid secundum causalitatem, & efficientiam vniuersaliorem, vltimus finis vocatur propter bonitatem pleniorem: quia causa efficiens est aliquid secundum potentiam influendi: causa finalis est aliquid secundum rationem bonitatis in eo repertam. Igitur secundum regulam Aristotilis, secundo Topicorum, si simpliciter ad simpliciter, & magis ad maximè, idest si aliquid est causa efficiens propter esse potentem ad aliquid influere: ergo erit maior causa, vel vniuersalior propter posse magis, & in plura influere, & erit maxima, & vniuersalissima causa propter maximè, atque in plurima influere, quæ vocatur efficientia plenissima, atque vniuersalissima. Sic dicere possumus de causa finali: si aliquid propter esse bonum est finis, ergo propter esse magis bonum est maior, & vlterior finis, propter esse optimum est maximus & vltimus finis. Et quia contingit ista duo reperiri in eadem re, scilicet vniuersaliorem efficientiam, & pleniorem bonitatem, illa res erit secũdum efficientiam vniuersalissimam primum efficiens, & secundum bonitatem pleniorem causa finalis; & sic in duobus generibus causarum extrinsecarum fit reductio ad ipsum Deum. Ideo iuste vocatur primus, & nouissimus Alpha, & Omega, primus quidem in genere efficientis, vltimus quidem, vel nouissimus in genere finis, vt patet Apocalipsi primo capitulo. Nec dicit in Deo maiorem perfectionem esse primum, quàm esse nouissimum. Ista autem duo reperiri simul in eodem, facit altissimum gradum entis diuini. Quod autem in hoc genere causalitatis sit status tam in finibus naturalibus, quàm in finibus à proposito, patet: quia finis est, qui mouet agentem, & ad consecutionem illius tota agentium cura laborat. Et quia non volumus omnia propter seipsa immediatè, sed quædam propter alia: si illa rursus propter alia vellemus, & alia propter alia, daretur processus in infinitum: & quod deterius esset, frustra esset omne humanum desiderium; cum nunquam attingere posset bonum, quod optaret, quo nihil deterius, nihilque absurdius. Quia cum ipso totius naturę insurgit destructio, & vniuersitatis rerum maxima deordinatio. Sic enim arguit Aristoteles in prohœmio primi Ethycorum dicens: Si vtique est aliquis finis operabilium, quem propter ipsum volumus, alia autem propter illum, & non omnia propter alterum desideramus, procedit ens in infinitum: sicque esset vacuum, & inane desiderium. In causalitate materiali eodem modo ordo tendit ad aliquem statum: quia sicut in causis efficientibus accipimus magis particularem incipientes; ita accipiamus hic materiam magis particulatam per dispositiones. Et ista est materia, quæ pluribus dispositionibus informata iam nata est, vt sit materia vltima speciei; vt corpus humanum vltimate organizatum est materia hominis, vt sic interdum aliqualiter loquamur, sed ante hanc materiam est materia sub paucioribus dispositionibus, scilicet embrio: deinde est alia materia sub paucioribus dispositionibus, q̃ est sanguis, & lac: & sic p ordinem. Et istæ materię dum sunt sub paucioribus dispositionibus tanto sunt vniuersaliores, nõ quidem secundum essentiam, sed secundum indifferentiam; quia quanto aliqua materia habet pauciores dispositiones, tanto potest esse materia formarum magis differentium. Et ratio est, quia dispositio est de natura formæ substantialis venturæ, ideo dum talis dispositio est in materia, non patitur aliam substantialem formam educi de potentia materiæ, vel induci in potentiam materiæ: nisi illam cui conata est. Deinde sequitur materia sola quantitate, & elementalibus qualitatibus disposita. Vltimate sequitur quidam gradus materiæ carentis omni dispositione quãtitatis, aut qualitatis, sed in sua simplicitate existens, & potentialitate; de qua dicit Commentator in libro de Substantia orbis, quòd materia substantiatur per suum posse. Hanc Ylen, aut materiam primam appellamus, quia in assignatione materiæ non sit vlterius procedere. Et iste gradus materiæ nunquam datur secundum actum, sed considerandus est propter naturales transmutationes. In ordine causalitatis formalis idem modus tenendus est, scilicet vt deueniamus ad aliquam vltimam formam: licèt in hoc est bipartitus modus assignandi. Nam illi, qui pluralitatem formarum in eodem indiuiduo substantialiter asserentes formalistæ à formis dicuntur, ponunt in formis, quæ sunt partes compositi ordinem, vt primo ponatur in Socrate forma humanitatis, deinde animalitatis, deinde corporeitatis, vsque ad formam entis, si quis ens vniuocè prædicari velit. Illi autem, qui vnitatem formæ substantialis sequuntur, ponunt ordinem in formis secundum ordinem entium prædicamentalium: quia entia prædicamentalia dicunt formas; quia sunt naturalia, quæ necessario sunt formæ: non formæ, quæ sunt partes compositorum, sed ipsamet composita signata inexplicitè, & per modum naturæ. Quis tamen istorum duorum modorum sit conuenientior, satis patet, quòd vnitas formæ. Sed hoc stabilire enucleando subtiles veritates latentes alterius erit negocij. Nunc autem redeuntes vnde disgressi sumus, dicendum est, etiam Deum esse, per se notum esse: quia veritatem esse per se notum est, quia si veritas est, per se notum est, quòd veritas est, aut falsitas est: & tunc verum est, quòd falsitas est, & sic quocunque modo notum est, quòd veritas est, sed Deus veritas est, vt patet Ioannis decimoquarto, vbi dicit Christus, qui Deus est: ego sum via, veritas, & vita: ergo per se notum est Deum esse. Aliquis tamen obijciet, quia illud, quod cum difficultate probationis stabilitur, & cognoscitur, non est per se notum: sed Deum esse cum magna difficultate cognoscitur, ergo non per se notum erit. Antecedens patet, quia Phylosophi cognoscentes res naturales per subordinationem causarum deuenerunt in cognitionem primæ causæ, quæ Deus est, de quo in septima Phylicor. Item quia Apostolus ad Romanos primo capitulo, ait: Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur: sed illa, quæ per alia cognoscuntur, non sunt per se nota, sed sunt scita, vt conclusiones, vel argumentatiuè, & probabiliter cognita, vt opiniones, ergo Deum esse non per se notum, sed per alia cognitum. Respõdetur ad primum, quòd Deum esse per se notum est, quia ex natura terminorum incomplexorum notum est, si aliquæ proprietates, siue attributa diuina sunt, quæ per se nota non sunt, vt Deum esse infinitum, esse beatificatorem animarum, & remittentem vita, esse trinum & vnum, & sic de cœteris. Magna enim differẽtia est cognoscere aliquid esse, vel cognoscere tale, aut tale esse: quia cõgnoscere esse solum promptius est, quàm cognoscere esse talem, vel talem. Quando ergo dicitur, quòd Phylosophi argumentatiuè cognouerunt primam causam, quæ est Deus, ergo non per se nota erat: dicendum quòd esse Deum primam causam, est quoddam attributum, sicut esse summe potentem: quia à maxima influentia, & potentia nascitur esse primam causam æqualiter, ergo dubium erat Deum esse primam causam, aut vltimum finem, aut infinitum, & sic de cœteris. Deum ergo esse per se notum erat, nec hoc inquirebant Phylosophi: sed Deum esse primam causam, non erat per se notum, quia erat quoddam attributum, & hoc cognoscere non poterant Phylosophi per se, sed argumentatiuè. Ad argumentum de dicto Apostoli eodem modo dicendum est, quòd verum est, quòd homines Gentiles cognoscebant inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, sed Deum esse, non cognoscebant per ea, quæ facta sunt, sed per se notum erat. Vocantur autem inuisibilia Dei, aliqua attributa Dei inuisibilis, vt summa bonitas, summa potentia, incorruptibilitas, summa delectatio. Hęc enim per ea, quę facta sunt in Deo conspiciuntur. Quia autem ibi intelligatur de attributis Dei, patet ex eo, quod sequitur in litera Apostoli, scilicet: Sempiterna quoque eius deitas. Vbi vult æternitatem Dei, quæ attributum est esse naturaliter cognitam. Sciendum autem vlterius, quòd aliquid esse per se notum stat dupliciter. Vno modo per se notum dicitur quo ad se, vel sumitur alio modo per se notum quo ad nos. Primo modo per se notum simpliciter dicitur illa propositio, cuius prædicatum includitur in ratione subiecti: contingit tamen, quòd illa propositio non erit nota quantum ad nos, quia nos ignoramus diffinitionem subiecti illius propositionis: sicut ista propositio; Homo est rationalis, est per se nota secundum se, quia quæ dicit hominem, dicit necessario rationale; ignoranti tamen quid sit homo secundum diffinitionem erit non per se nota. Et ideo vt dicit Boetius in libro de Hebdomadibus, quòd quædam propositiones sólis sapientibus per se notæ sunt, sicut scienti, quòd Angelus est incorporeus, per se notum est, quòd non est in loco: hoc tamen rudibus non est manifestum. Illę autem propositiones sunt per se notę quantum ad nos, quarum terminorum signata, & habitudines concipimus. Vnde ista; totum est maius sua parte, quantum ad nos nota per se est. In his autem per se notis, quarum termini cadunt in apprehensione omnium, est quidam ordo secundum ordinem, qui reperitur in terminis ipsarum propositionum. Et quia iste terminus, ens, est cuius significatum ob omnibus primo concipitur, quia vt ait Auicenna ens, & essentia sunt, quæ prima apprehensione concipiuntur: ideo Maximę, vel propositiones per se notæ, quę fundantur super ens, sunt simpliciter priores, scilicet. De quolibet esse, vel non esse, quia hoc primum principium immediatè fundatur super ens, vt patet quarto Metaphysic. & collocatur inter regulas ęternas, deinde secundum ordinem terminorum resolubilium in lineis prędicamentalibus, quorum cognitionem habemus, erit ordo propositionum per se notarum, vnde diffinitio animalis erit prius per se nota, quàm diffinitio hominis, quia iste terminus, animal, est prius cognitus, quàm iste terminus, homo, cùm sit irresolubilior. Et sicut reperitur ordo propositionum per se notarum in ratione speculatiua, quæ fundatur super ens, ita erit ordo propositionum per se notarum in ratione practica, quę fundatur super bonum, cùm bonum sit, quod primo cadit in apprehensione practica, & ordinatur ad opus. Omne enim agẽs agit propter bonum. Ideo primum principium in ratione practica est, quod bonum est appetendum. Super hoc fundantur immediatè duo præcepta rationis practicæ, scilicet quòd bonum debemus

Idem est primum efficiens, & vltimus finis.

Cur Deus vocatur Alpha, & Omega.

In rebus nõ est dare processũ in infinitum in aliquo genere causalitatis.

Dispositio præcedens in materia ẽ de natura formę substantialis venturæ.

Materia substantiatur p suũ posse.

Quomõ formalistæ, q ponunt pluralitatem formarũ, ordinent cãusas.

Argumenta contraria.

Secũdum Argumentum.

Ad primũ

Deum eẽ est per se notũ, sed aliqua attributa nõ sunt de eo p se nota.

Ad secundum.

Quid Apostolus p inuisibilia Dei.

Propositio per se nota dupliciter dicitur.

Quæ sint ppositiones per se notę quãtũ ad nos.

Ordo propositionũ per se notarum.

bemus velle, & facere, & malum debemus fugere. Et quia quælibet natura, sive essentia generationis, vel speciei habet quandam inclinationem ad bonum, secundum ordinem rerum erit ordo inclinationum, super quas fundantur præcepta iuris naturalis. Et quia homo communicat cum omnibus superioribus, reperientur in eo omnes istæ inclinationes, & omnia ista præcepta naturalia. Post appetitum boni in vniuersali, conuenit omnibus rebus, quòd desiderent se conseruari: quia conseruatio in esse est maximum bonum, & secundum hoc inest omnibus rebus, quòd fugiant sua contraria, & nociua: & ex hoc nascitur secundum præceptum naturale, scilicet vim vi repellere, & est hoc aliquid per se notum valde vniuersale in practicis, licèt legistę illud ponunt sub iure Gentium, quod pertinet ad solos homines, vt patet. ff. de Iustitia, & iure in l. vt vim. Magis tamen videbatur sub lege naturali ponendum, etiam secundum eorum positionem: quia natura docuit hoc ius cœtera animalia: quia & hoc rebus inanimatis conueniat. Potest tamen dici specialiter pertinere ad ius Gentium: quia oportet esse cum moderamine inculpatæ tutellæ, quod solis rationem habentibus conuenit. Res autem inanimatæ desiderant suam conseruationem fugiendo sua contraria, & tendendo in loca naturalia. Res autem animatę super hoc desiderant suam conseruationem quodam alio modo speciali, scilicet per generationem: & ab hoc venit commixtio maris & fœminę, quam matrimonium vocant. Et procreatio liberorum, & educatio, & similia. Hæc autem in ordine per se notorum tam secundum rationem practicam, quàm speculatiuam patent. Nunc autem dicitur, quòd Deum esse, est per se notum, quantum ad se: quia prædicatum includitur in ratione subiecti, scilicet esse includitur in Deo, vnde propriè dicitur de eo, vt supra tertio capitulo. Ego sum, qui sum, & qui est misit me ad vos. Ratio est, quia Deus est suum esse propter simplicitatem suam, & omnimodam carentiam compositionis, scilicet esse, & essentię, actus, & potentiæ, materię & formę, generis & differentię. In nulla autem alia re esse est idem totaliter, quòd essentia, vel res non est suum esse. Ad argumentum quod inducitur de litera quando dixit Pharao: Dominum nescio, & Israel non dimittam; dicendum, quòd Pharao non negauit se nosse Deum: sed negauit se cognoscere Deum. Et sic bene stabat apud eum per se notum esse, Deum esse, & dubitare, vtrum Deus Dominus esset; quia esse Dominum est quoddam Dei attributum, vt importat quandam relationem ad subiectam creaturam, & hoc ita poterat ignorari de Deo, sicut vtrum Deus esset prima causa, vel esset æternus, vel peccata remittens, vel nos glorificans. Dominus enim importat quendam respectum ad creaturam, vt ipsa creatura Deo mandante sic, aut sic mouetur, vel operatur. Et hoc est, quòd Deus habet prouidentiam istorum, & regat ea. Quod apud plerosque dubium est. Nam apud omnes antiquos ventilatum fuit, & plurimi cernentes mala, quę fiunt inter homines, quę à Deo procedere non possent, cum esset iustissimus, negauerunt Deum curare ista, sed dixerunt solum curare de cęlestibus, vt patet Iob. capitulo vigesimosecundo. Circa cardines cœli ambulabat, & inferiora non considerabat. Alij autem attribuebant Deo regimen omnium, quę naturaliter mouentur tam in Cœlo, quàm in natura elementali, solos hominum actus ab eius prouidentia, & regimine subtrahentes: quos fortunę temerario motu agi credebant. Et sic est opinio omnium miserorum, & afflictorum de Deo conquerentium. Quod deplorat Boetius de Consolatione, libro primo, quinto

Quare legislæ præceptum de repellendo vim vi sub iure gentium collocarũt

Cur aliqui dubitauerũt, vel negauerunt Dei prouidentiam in terrestribus.

F Metros. Vbi cum multa de Dei regimine circa res cœteras posuisset subiunxit.

Omnia certo fine gubernans.
Hominum solos respuis actus.
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? Premit insontes.
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi residet cælso
Mores solio: sanctaque calcant.
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris: iustusque tollit
Crimen iniqui.
Nil periuria nil nocent ipsis.
Fraus mendacij compta colore.
Sed cum libuit viribus vti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudent subdere reges.
O iam miseras respice terras,
Quisquis rerum fœdera nectis.
Operis tanti pars non vilis,
Homines quatimur fortunę salo.
Rapidos rector comprime fluctus,
Et quo Cœlum regis immensum
Firma stabiles fœdere terras.

Simile etiam suspicati sunt aliqui de antiquis Philosophis. Vnde de quodam dicit Boetius de Consolatione libro primo prosa quarta. Vnde haud iniuria quidam tuorum familiarium quęsiuit, si quidem Deus, inquit, est, vnde mala? bona vero vnde, si non est? Non iniuste ergo dubitare poterat Pharao, vtrum aliquis dominus esset, quia licèt crederet, immo, vt vsitatiori loquar modo, sibi per se notum esset Deum esse, tanquam quoddam bonum maximum, vtrum tamen esset illud summum bonum dirigens omnes res, & pręcipue actus humanos, secundum quam directionem oritur respectus dominationis, nesciebat: quia non solùm iste, immo omnes antiqui hoc tenuerunt, maximè Phylosophi, qui posuerunt Deum exteriora nec curare; immo nec intelligere: nè vilesceret intellectus eius. Alij dicunt, quòd licèt Pharao cognosceret Deum dominum esse, tamen ignorabat an esset ille, qui coleretur ab Israel, & crederetur. Et hoc aliqualiter dici posset, tamen pręsupponit, quòd Pharao cognosceret dominationem Dei vniuersaliter, quòd erat habere cognitionem vnius veri Dei, & qualiter ille omnia regeret: quod valde magnũ erat pro antiquis. Rarissimi enim de antiquis talem existimationem habebant. *Et Israel non dimittam.* Scilicet ad pręceptum eius, quia non cognosco aliquem talem habere auctoritatem mandandi. *Dixerunt.* Scilicet Aaron & Moyses, quia licèt vnus loqueretur, tamen ex consensu vtriusque loquebatur. Et ex diuino instinctu sic dixerat Deus, capitulo pręcedenti. Ego ero in ore tuo, & in ore illius, & docebo vos, quid agere debeatis. *Deus Hebræorum.* Vocauit hic Hebręos non omnes, qui descendunt de stirpe Heber, sed solùm omnes descendentes de stirpe Iacob, quia Madianitę, Moabitę, Ammonitę, Hidumei, Ismaelitę, & innumeri alij populi descendebant de Heber, quia omnes hi erant de Abraham, & Thare patre suo, vt sępe declaratum est in Genesi: erant tamen omnes isti Idolatrę. *Vocauit nos.* Per Prophetam suum Moysen; ideo ei obedire tenemur. *Vt eamus viam trium dierum in solitudinem.* Idest vt exeamus de terra ista, in qua habitamus, & ambulemus intrantes ad interiora deserti, quantum ambulare potuerimus diebus tribus, & ibi sacrificemus ei.

Aliqui

Quæst. 3. An opinio Hebręorũ q̃ per tres dies intelligant tres menses sit vera.

Aliqui Hebræi volunt, quòd per istos tres dies intelliguntur tres menses. Et est ratio sua, quia Deus dixerat Moysi, cum apparuisset ei in monte Sinaì, quòd quando exirent de Aegypto sacrificarent ei in monte illo: sed ad montẽ illum non accesserunt, vsque ad ttes menses post exitum de Aegypto; ergo debent intelligi tres menses. Antecedens patet infra decimo nono capitulo, vbi dicitur, quòd mense tertio prima die mensis ab egressione de Aegypto venerunt in montẽ Sinaì. Et simile habetur in scriptura: Ezechiel. quarto capitulo, Diem pro anno dabo tibi. Sed hoc non est multum rationale, quia ipsi petebant à rege ire per tres dies, si autem intelligerent, quòd deberent ire per tres menses, esset petitio deceptoria, quod non conueniebat, quia Deus non mandasset taliter proponi. Et si dicas, quòd Deus intendebat non solum ducere Hebræos in desertum per tres dies, sed totaliter de terra illa auulsos deducere in Terram Chanaã: respondetur, quòd verum est: tamen hoc non obstante, quia sciebat Deus Pharaonem non esse hoc concessurum, immo nec in spacium dierum trium, hoc solùm mandauit peti, vt Pharao, qui ob repugnantiam puniendus erat, iustius videretur esse punitus. Item isti fundant se super falsum, scilicet quòd Iudæi accesserunt ad montem Sinaì in tribus mensibus. Nam licèt in prima die mensis tertij accesserint ad montem Sinaì, vt patet infra decimo nono capitulo: tamen non ambulauerunt illud iter in tribus mensibus, sed in mense, & dimidio, quia die quintadecima mensis primi recesserunt Israelitæ de Aegypto, vt colligitur infra decimosecundo capitulo, & numeri trigesimotertio, & accesserunt ad montem Sinaì in prima die mensis tertij, vt patet infra decimo nono capitulo: ergo manebat eis ad ambulandum istud iter medietas primi mensis, & totus secundus mensis, & tunc in primo die mensis tertij accesserunt, & sic falsum est fundamentum, scilicet quòd in tribus mensibus illuc accesseruut. Ideo non stat illa expositio. Dicendum ergo, quòd solum tres dies petiti sunt, licèt Deus aliud intenderet, vt experiretur, & puniret pertinaciam Pharaonis. *Vt sacrificemus Domino Deo nostro.* Noluerunt sacrificare in Terra Aegypti, vt dixerat eis Pharao: quia excusabantur, quòd Aegyptij eos lapidibus obruerent si viderent mactari animalia quæ ipsi colebant, vt patet infra octauo capitulo, & magis fuit declaratum supra tertio capitulo. *Nè forte accidat nobis pestis, aut gladius.* Idest nos volumus facere ista sacrificia, vt liberet nos à malis, & nominauit hic duo mala maiora, scilicet pestem, & gladium; quia pestis generaliter inficit, & cito consumit: gladius autem vndique vorat, & clades malas facit. Etiam signantur omnia mala per hæc: quia mala, quæ nobis infliguntur, aut sunt à Deo, aut ab homine: si à Deo, sic est pestis, & per eam intelliguntur omnia alia mala pœnę à Deo inflicta? si ab hominibus infligantur, sic est gladius, qui est ab hostibus, & per hunc cœtera nocumenta, quę hominibus perpetimur infligentibus. Aliter potest exponi, *Nè forte accidat nobis pestis, aut gladius.* Idest Deus vocauit nos, vt iremus ad sacrificandum, & si forte nos non obediremus ei, posset nobis euenire in hanc inobedientiam pestis, aut gladius: ideo, vt non eueniant, volumus ire ad sacrificandum. *Ait ad eos Rex Aegypti.* Scilicet ad Moysen & Aaron, qui ibi soli erant, vt innuitur ex eo, quod subditur. *Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum.* Idest quare vos magis, quàm cęteri commouetis populum. *Ab operibus suis.* Scilicet inducentes eos, vt relinquant labores suos, & eant ad sacrificandum? *Ite ad onera vestra.* Idest non sollicitetis amplius populum: sed magis eatis ad labores vestros sicut cœteri. Ecce qualiter licèt Moyses & Aaron essent viri venerabiles valde, tamen nihil eis Pharao honoris super cœteros impendebat, mandans eis ire ad conficiendos lateres, vel faciendum alia opera vilia sicut faciebant alij Hebræi. Licèt Pharao mitteret Moysen & Aaron ad labores illos, tamen non laborabant in talibus, quia certus numerus laterum imponebatur toti populo quotidie, quem explere debebant, & partem horum quæ Moysi, & Aaron, & cęteris honorabilioribus venire debebant, reliquus populus inter se diuidebat, vt hi à laboribus vilibus atq; seruilibus immunes essent.

Responsio Auctoris.

Mala quę nobis infliguntur, vel à Deo, vel ab homine.

Dixitque Pharao: Multus est populus terræ, videtis quòd turba succreuerit: quanto magis si dederitis ei requiem ab operibus? Præcepit ergo in die illo pręfectis operum, & exactoribus populi, dicens: nequaquam vltra dabitis paleas populo ad cõficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant stipulas, & mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos: nec minuetis quicquam. Vacant enim, & ideircò vociferantur, dicentes: eamus & sacrificemus Deo nostro. Opprimantur operibus, & expleant ea, vt non acquiescant verbis mendacibus. Igitur egressi præfecti operum, & exactores ad populum dixerunt, sic dicit Pharao: non do vobis paleas: ite & colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere vestro. Dispersusque est populus in omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. Præfecti quoque operum instabant dicentes: Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis, quando dabantur vobis paleæ. Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israel ab exactoribus Pharaonis dicentibus: Quare non implestis mensuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie? Venerunteque præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cœdimur, & iniuste agitur contra populum tuum. Qui ait: Vacatis ocio, & idcirco dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino. Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum. Videbantque se præpositi filiorum Israel in malum, eo quòd diceretur

Helles Deucalionis filius vir insignis claret.

retur eis: non minuetur quicquam operis de lateribus per singulos dies.

Dixitque Pharao. Ista dixit ad famulos, licèt quidam Hebræi velint dicta fuisse ad Moysen & Aaron. Et hoc quia litera Hebraica obscurior est hic quàm nostra. Et ponitur hic secundum, scilicet populi aggrauatio. Et ponuntur duo; primo tangitur afflictio totius populi in generali: secundo afflictio Moysi in speciali, ibi: occurreruntque. *Multus est populus Terræ.* Idest populus Hebræorum habitans in terra ista. Satis enim multus erat, quia licèt infra decimosecundo capitulo, ponantur fermè sexcenta milia peditum fuisse illo anno, quo exierunt de Aegypto, quod paucis post hoc diebus euenit; tamen plura fuerũt, quàm septingenta milia adhuc præter paruulos, infra viginti annos, & senes ineptos ad bellum, & omni copia fœminarum, vt declarauimus supra primo capitulo. *Et videtis, quòd turba succreuerit.* Idest videtis, quòd quotidiè multiplicatur iste populus: quanto magis si dederitis eis requiem à laboribus? Quasi dicat. Aegyptij intendebant impedire multiplicationem Hebræorum, & ob hoc premebant eos laboribus duris: vt patet supra primo capitulo, nunc autem Moyses & Aaron petebant, vt permitterentur ire ad sacrificandum. Et si hoc concessum fuisset, daretur eis aliqualis occasio cessandi ab operibus, & quiescendi, & consequenter magis multiplicarentur: quia si multiplicabantur quando operibus premebantur, quanto magis si quiescere finerentur. Et quia Pharao videbat seruos suos tacentes, quando ista proponebantur à Moyse, & Aaarone: & quasi ex taciturnitate petitioni eorum assentientes, conuertebatur ad eos, incitando eos, vt maioribus laboribus gentem premerent Hebræorum. *Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi.* Andreas vult, quòd præpositi, & exactores sint idem.

Secunda pars.

Quæst. 4.

Sed falsum est, quia infra dicitur, quòd præpositi flagellati sunt ab exactoribus. Idem autem non flagellatur à seipso. Etiam dicit, quòd isti præpositi, & exactores erant Aegyptij. Quod non est verisimile, quia Aegyptij non flagellarent Aegyptios. Ideo dicit Nicolaus, quòd exactores erant qui populum cogebant verberibus ad explendum numerum laterum. Præpositi autem erant, qui sollicitabant populum in laboribus explendis. Sed Nicolaus vult solum ponere exactores, qui habebant vim coactiuam, esse de filijs Aegyptiorum, præfectos autem esse de Hebræis: quia ipsi flagellabantur ab Aegyptijs. Sed dicendum, quòd exactores solum erant de Aegyptijs, qui affligerent Iudæos. Præpositi autem, siue prefecti erant duplices: quia quidam erant de Aegyptijs: quidam autem de Hebræis. Et erat iste ordo: quia præfecti, qui erant de Aegyptijs constituebant quid, aut quantum Hebræi facerent, aut in quo loco. Exactores erant quidam constituti sub præfectis, qui verberarent Hebræos, quando debitum numerum laterum, aut labores reliquos non complerent. Præpositi autem Hebræorum erant ad incitandum populum, vt compleret labores suos. Et ista distinctio inter præfectos Aegyptiorum, & Hebræorum patet, quia præfecti Aegyptiorũ vocantur semper præfecti: præfecti autem de filijs Israel vocantur semper præpositi, vt patet per totum istud capitulũ. Item quia quando loquebatur Pharao ista de afflictione populi, loquebatur seruis suis, & tamen dicitur, quòd locutus fuit ad præfectos, & exactores populi. At si dicatur, quòd etiam locutus fuit ad præfectos, qui erant de genere Hebreorum faciens

An prepositi, & exactores Aegypti sint idem, & q. erant.

F eos vocari, non valet, quia hic dicitur: nequaquam dabitis populo paleas, sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant. Sed manifestum est, quòd præpositi de genere Hebræorum paleas non habebant, cum reciperet eas populus ab Aegyptijs congregantibus illas præcepto regis, & dantibus ad confectionem laterum; ergo isti erant præpositi de genere Aegyptiorum. Item quia dixit Pharao ad istos præfectos, & exactores. Mensuras laterum, quos prius faciebant, imponetis eis. Sed vt ipse Nicolaus vult, præpositi Hebræorum nihil constituebant, quod faciendum esset, sed solum instabant, vt populus compleret labores suos, ergo oportet esse alios præpositos Aegyptios, & alios Hebræos. Item quia præfecti dicebant complete opus

G vestrum quotidie, vt prius facere solebatis: sed constat, quòd isti non erant præfecti de genere Hebræorum, sed de genere Aegyptiorum; quia Hebreorum præfecti non dicebant ista, immo eis dicebantur, vt patet infra, scilicet. Videbant se præpositi filiorum Israel in malum, eo, quòd diceretur eis, non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. Non erant ergo soli præfecti de Hebræis, sed etiam de Aegyptijs. *Et exactoribus populi.* Idest quibusdam Aegyptijs, qui erant positi ad cogendum populum ad labores duris verberibus. Exactor enim, idest coactor, vel afflictor dicitur. *Nequaquam vltra dabitis paleas populo.* Quia magnus labor erat inquirere paleas per totam terram Aegypti, & magna distractio ab ope-

H ribus, præcipiebat Pharao Aegyptijs, vt colligerent paleas, & ponerent eas sub potestate præfectorum, & exactorum: & isti dabant Hebræis quantum eis de paleis opus erat: nunc autem, vt durius affligeret vetuit eis paleas dari. Et non faciebat hoc Pharao, vt maiorem numerum laterum facerent, vel vt Aegyptios à labore colligendi excusaret, quia sciebat impossibile esse paleas colligere, & numerum laterum consuetum reddere: faciebat tamen, vt eos valde affligeret ducens ad magnam perplexitatem, & non peterent ire ad sacrificandum Deo suo. Hæc autem permittebat Deus fieri populo suo, vt magis desiderarent exire de Aegypto, nec vnquam desiderarent illuc redire, sicut fecerunt postea resipiscentes, quare exierant de Aegypto, infra decimoquarto capitu-

I lo, scilicet. Nunquid non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine? & infra decimosexto capitulo. Vtinam mortui essemus in Aegypto: & Numeri vndecimo. Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cœpe, & alia: anima nostra arida est: & nihil vident oculi nostri, nisi manna. Et Numeri decimoquarto capitulo. Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Et Numeri vigesimoprimo capitulo. Quare eduxisti nos de Aegypto? Erat etiam hoc ad maius deside-

K rium Terræ promissionis: quia sicut quando aliquis festijs est, vmbra sibi est gratior: & quando siti consumitur aqua fluminis salientis dulcior, vt ait Virgilius in Bucolicis, egloga quinta, quæ incipit.

Cur non Mopse, boni: quoniam conuenimus ambo.
Tale tuum carmen nobis diuinæ Poeta.
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ salienti riuo restinguere sitim.

Quare permittebat Deus Hebræos affligi plus solito tempore, quo petebant exitum de Aegypto.

Dulcior est requies, & quodlibet bonũ post assumptas amaritudines, & angustias.

Ita quando aliquis laborauit multum pro aliqua re, desiderabilius eam accipit: ita dicit Boetius de Consolatum, libro tertio. Metro primo.

Dul-

Dulcior est apium mage labor.
Si malus ora prius sapor edat.
Gratius astra nitent, vbi Nothus
Desunt imbriferos dare sonos.
Lucifer vt tenebras pepulerit,
Pulchra dies roseos agit equos.

Si enim Deus introduxisset Hebreos in terrã Chanaam nullo præcedente labore, cito illam terram fastidirent, cùm gens esset valde instabilis, quia etiã post finitis laboribus eam faciliter fastidiebant. Proderat etiam hoc ad monstrandam Dei instam punitionem: quia quanto Pharao Hebreos iniustius affligeret, tanto eum Deus iustius puniret cum pœna & culpa opposita sibi fronte respondeant. *Ad conficiendos lateres.* Idest ad faciendos. *Sed ipsi vadant, & colligant stipulam.* Non est intelligendum q̃ colligerent stipulam, & illam sic lateribus conficiendis miscerent, quia maiores essent stipulæ, quàm lateres, nec aptissime cohæreret propter magnam corpulentiam stipularum; sed colligebant stipulas, & post conuertebant eas ad minutum, & sic luto commiscebant. Ex quo innuitur, quòd non erant isti lateres, vt nos vocare consueuimus, scilicet factos ex fortissimo luto, & deinde igne coctos ad solidationem maximam, quia in istis paleæ non miscentur, nisi forte tunc miscerentur propter paucam tenacitatem luti Aegypti, & hoc forte esset, quia cùm ipsi ædificarent ciuitates fortes ex his, non est verisimile, quòd essent lateres non cocti, quia tunc ædificia fragilia valde essent, atque modica aqua concussa diruerent. *Et mensuras laterum.* Posuerat rex quandam summam laterum, quos Hebræi quotidie facere deberent, & hos faciebat totus populus. Hebræi autem dicunt, quòd ista mensura fraudulenter imposita est, scilicet quòd rex Aegypti volens scire, quantum numerum laterum quotidie Hebræi facere possent, mandauit, quòd omnes in regno suo lateres facerent, siue Hebræi, siue Aegyptij: & quòd pro quolibet latere, aut pro certo numero laterum certum pretium daretur. Tunc omnes Hæbrei ardenti animo fecerunt lateres, & mandauit rex eadem die numerari quantum quilibet de Hebreis fecisset, & tantam summam postea cuilibet ad quamlibet diem imponebat. Sed hoc videtur fictum, quia hoc posset stare si cuilibet Hebræo certus numerus præfigeretur conficiendorum laterum, sed non erat sic, sed toti populo vna summa imponebatur, quam complere deberent, & sic leue erat videre, vtrum compleretur summa. Si autem cuilibet per se imponeretur summa, difficile esset à quolibet exigere quotidie rationem laboris sui: & oportebat esse valde multos præfectos exactores, tam ex Hebræis, quam ex Aegyptijs. *Imponetis super eos.* Hoc erat valde irrationale; quia cum mandaretur eis, quòd colligerent paleas, imponebatur eis nouus labor, quòd autem adderetur nouus, & non minueretur antiquus, iniustum erat. *Nec minuetis quicquam.* Scilicet de numero laterum, & de mensura magnitudinis eorum. *Vacant enim.* Idest quiescunt habentes otium, & hoc valde falsum erat, quia vix cum duro labore quotidie implere poterant numerum laterum paleis datis. *Et iccirco vociferantur.* Idest clamant. *Eamus & sacrificemus Deo nostro.* Quasi dicat. Ociositas impellit eos ad petendum ista. *Opprimantur operibus.* Idest valde premantur imposita magnitudine operum. *Et expleant ea.* Idest cogantur per verbera adimplere. *Vt non acquiescant verbis mendacibus.* Idest

Quales erant lateres Aegypti.

Quæst. 5.

Opinio Iudæorũ.

Reprobatio opinionis Iudæorum.

A verbis Moysi, & Aaron inducentibus eos, vt eant ad sacrificandum. Quasi dicat. Si populus videret se premi intollerabili labore, non peteret ire ad sacrificandum. Vocauit autem Pharao verba illa Moysi, & Aaron verba mendacij: quia putabat quòd ipsi illa confinxissent, & Deus non apparuisset eis. Et hoc erat quia Pharao non viderat aliqua signa, in quibus manifestaretur eos à Deo missos. Nam in prima vice, qua comparuerunt Moyses & Aaron coram Pharaone, non fecerunt aliqua signa, quia Pharao immediate dure respondit, & ad hoc aliqua signa non petijt. Postea Pharao petijt signa, vt patet infra 7. c. Vbi dicitur: Cunque dixerit vobis Pharao, ostendite signa, dices ad Aaron: Tolle virgam,

B & tunc ibi inceperunt facere signa. *Igitur egressi præfecti operum.* Idest illi, qui constituebant quid esset faciendum, aut quantum, aut vbi. Et non erant isti præfecti Hebræorum, sed Aegyptiorum: quia vt supra diximus non loquebatur Pharao ad præfectos de populo Israel, sed ad præfectos, qui erant Aegyptij: Ad populum dixerunt: *Sic dicit Pharao.* Idest istud est mandatum Pharaonis. *Non do vobis paleas.* Idest antea dabam vobis paleas mandando Aegyptijs, quòd colligerent, & darent vobis: nunc autem mando, quòd vobis non dentur. *Colligite sicubi.* Idest si alicubi; est dictio composita de, si, &, vbi, & interponitur litera, c, vt sint vna pars, sicut in ista dictione, hæccine, & in quibusdam

C alijs adiectionibus syllabicis, de quibus Priscianus in maiori volumine libro decimotertio. *Nec minuetur quicquam de opere vestro.* Quod facere solebatis. *Dispersusque est populus.* Scilicet Hebræorum: nam, vt dictum est, toti populo imponebatur certa summa laterum conficiendorum pro quolibet die, quando autem dabantur paleæ omnes laborabant ad complendum illud opus: cum autem non datę fuerunt paleæ, pars populi iuit ad lateres conficiendos, reliqua missa est ad colligendum paleas per Aegyptum. *Per omnem terram Aegypti.* Multæ paleæ expendebantur in conficiendis lateribus, cum totus populus Hebræorum illi operi insudaret, & paleæ, quæ erant in terminis Hæbreorum iam consumptę fuerant: ideo cogebantur Aegyptum to-

D tam peruagari ad inquirendas paleas. *Præfectique operum instabant.* Non erant isti præpositi de filijs Israel, sed de Aegyptijs; & patet quia præpositi de genere Hebræorum non dicebant Hebræis, quòd complerent opus, sed præfecti Aegyptiorum dicebant hoc præpositis Hebræorum, vt patet infra, scilicet, Videbantque se prepositi filiorum Israel in malum, eo quòd diceretur eis, non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. *Complete opus vestrum.* Idest opus vobis assignatum. *Sicut prius facere solebatis.* Quia nihil minuitur vobis de labore. *Flagellatique sunt, qui præerant operibus.* Quia positi erant quidam prepositi de genere Hebreorum,

E qui preessent operibus, & illi dabant rationem de laboribus quotidianis prepositis, & exactoribus, qui erant de genere Aegyptiorum. Et quando non complebat populus labores suos, periculum erat super prepositos de genere Israel, quia illi erãt reddituri rationem, & non populus. *Filiorum Israel.* Nõ intelligas q̃ illi, qui preerant solũ filijs Israel, flagellati sunt, quia etiã Aegyptij preerant operibus Hebreorum, dicentes, quid fieri opporteret: & isti nõ flagellati sunt, sed illi, qui de filijs Israel erant, & preerant operibus, flagellati sunt. *Ab exactoribus Pharaonis.* Isti erant, qui fuerant positi, vt reciperent rationem quotidianorum operum, & verberarent He-

bræorum præpositos, quando opera non complerent. *Quare non impletis mensuram?* Idest numerum laterum. *Sicut prius.* Scilicet quando paleæ dabantur vobis. *Nec heri, nec hodie.* In prima die, qua Hebræi non compleuerunt opus, non flagellauerunt eos exactores Pharaonis expectantes forte, vt sequenti die complerent: cum autem neutra die compleuerunt, irati exactores flagellauerunt præpositos populi Israel. *Veneruntque præpositi filiorum Israel.* Idest illi, qui eos incitabant ad opera, & erant de genere eorum. *Vociferantes ad Pharaonem.* Vt liberaret eos à graui seruitute, & magna iniuria. *Cur ita agis contra seruos tuos.* Scilicet tanto iugo premendo. *Paleæ non dantur nobis.* Quæ olim dari consueuerant, & sic innouatum est contra nos. *Et lateres similiter imperantur.* Idest in eodem numero, & mensura imponuntur nobis, sicut ante, licèt minui deberent ex labore colligendi paleas nouiter imposito. *En famuli tui.* Idest nos, qui sumus famuli tui. *Flagellis cædimur.* Idest verberamur: quia cædo, vt est verbum transitiuum signat percutere, & scindere, & decidere: quando est verbum absolutum significat dare locum, vel recedere. *Iniuste agitur contra populum tuum.* Scilicet, quòd flagellemur nihil male meriti. Caute locuti sunt rethoricè ad captandum amorem, & misericordiam. Nam non dixerunt: iniuste agis contra populum tuum, quia dicerent iniuste agere regem, ex quo ipse offenderetur, & detraheretur honor eius; quamobrem ipse iratus eos durius flagellaret, sed dixerunt: Iniuste agitur contra nos, idest Præpositi tui agunt nobis iniuriam præter tuam intentionem. Sed rex etiam ex hoc non flexus est: quia prædixerat Deus, quòd non dimitteret eos nisi in manu valida, & prodigijs multis. Sed dicet aliquis, quòd non dixerunt sic Hebræi ad non offendendum regem, sed fuit a casu, quia supra dixerant: Cur ita agis contra seruos tuos? quod directe tendebat in regem. Respondetur, quòd hic fiebant duo mala, scilicet quòd laborum numerus augeretur. Secundum, quòd non complentes flagellis cæderentur: Quantum ad primum, quod non erat valde magnum, nisi secundum sequeretur, dixerunt præpositi: Cur ita agis contra seruos tuos? Quod autem sic intelligatur, patet quia dicitur: Paleæ nobis non dantur, quod pertinebat ad primum grauamen: secundum autem erat difficilius, scilicet quòd flagellarentur, quando complere non possent. Et hoc dicebant ipsi non de voluntate regis, sed de suorum exactorum procedere arbitrio. *Vacatis otio.* In hoc concessit Pharao, quòd ista iniuste fiebant, ita quòd planum erat eos tolerare non posse, sed fiebant ista, vt non incitarentur ad eundum, vt sacrificarent Deo suo. *Vacatis otio.* Idest quiescitis: quasi dicat: Priora opera vobis imposita parua erant: ideo quiescebatis, & ociabamini valde: & ideo petebatis, vt permitteremini ire ad sacrificandum, quasi nihil habentes, quid faceretis. Nunc autem, vt hoc non petatis, oportet vt maioribus laboribus opprimamini. *Ite ergo, & operamini.* Idest non veniatis ad conquerendum coram me: quia vos promeruistis malum vestrum. *Paleæ vobis non dabuntur.* Licèt antea vobis darentur; quia tamen tunc vocabatis otio, nunc non dabuntur. *Et reddetis consuetum numerum laterum.* Nihil minuendo propter defectum palearum. *Videbantque se præpositi filiorum Israel in malum.* Idest videbant

F se positos in perplexitate: quia vtrinque eis in angustia vertebatur. Videbant enim, quòd populus Hebræorum nihil vltra facere poterat, etiam si occideretur. Cæterum ipsi si non redderent quotidie numerum laterum consuetum factorum à populo flagellabantur, nesciebant quomodo effugerent nisi Deus remedium adhiberet. *Eo quòd diceretur eis.* Scilicet a præpositis Aegyptiorum, de quibus dicitur supra, quòd instabant dicentes; Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis. *Et non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies.* Idest singulis diebus dabitis tantum, quantum dare consueueratis: Ex hoc insurgebat angustia, quoniam si aliquid G fuisset diminutum, potuissent tolerare aliquo modo Hebræi.

Occurreruntque Moysi, & Aaron, qui stabant ex aduerso egredientes a Pharaone, & dixerunt ad eos: Videat Dominus, & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius, & præbuistis ei gladium, vt occideret nos. Reuersusque est Moyses H ad Dominum, & ait: Domine cur afflixisti populum istum? Quare misisti me? Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum, & non liberasti eos.

Phaethon cuius tpe magnum fuit incendiũ, claret.

Occurreruntque. Hic ponitur afflictio Moysi in speciali insurgens ex afflictione populi, qui videbatur habuisse occasionem in dictis eius. *Occurreruntq; Moysi.* Isti præpositi filiorum Israel ingressi fue- I rant ad Pharaonem, vt conquererentur de malo, quod patiebantur, & cum egrederentur de Palatio Pharaonis.

Occurrerunt Moysi, & Aaron, qui stabant ex aduerso egredientes à Pharaone.

Quæst. 6. Qui erant egrediẽtes a Pharaone an Moyses & Aaron, vel p̄positi.

Aliqui Hebræi dicunt, quòd Moyses & Aaron egrediebantur tunc de domo Pharaonis facta prima monitione, scilicet vt dimitteret Pharao Israel, & in exitu inuenerunt præfectos filiorum Israel, qui ingrediebantur ad regem. Sed hoc non videtur verum, quia præpositi filiorum Israel intrauerunt ad Pharaonem, vt conquererentur de malis, quæ infligebant eis exactores. Sed istæ pœnæ datæ fuerant ex præcepto regis, scilicet quòd K populus Israel premeretur durioribus laboribus, vt non peterent se dimitti ire ad sacrificandum, ergo cum ista pœna fuerit imposita propter dictum Aaron & Moysi, aliqui dies interciderunt inter exitum Aaron & Moysi à Pharaone, & inter tempus, quo iuerunt præpositi ad conquerendum. Patet enim, quia dicitur supra, quòd flagellati sunt præpositi filiorum Israel, quia non reddebant numerum debitum laterũ postquàm ablatę sunt eis paleæ: ergo ad minus isti dies, in quibus flagellati sunt, interciderunt inter egressum primum Moysi & Aaron à facie Pharaonis, & introitum istum prepositorum conquerentium de flagellatione.

ne. Nam postquam egressi sunt Moyses, & Aaron à facie Pharaonis, misit Pharao præpositos, qui dicerent Paleæ vobis non dabuntur, & complebitis numerum laterum, & post hæc flagellati sunt, non potentes complere laborem impositum: & post hoc conquesti sunt. Oportuit ergo ad minus esse tres, vel quatuor dies inter diem, qua exierunt primo à facie Pharaonis Moyses, & Aaron, & diem istam, in qua intrauerunt præpositi operum, patet hoc, quia cum exactores Aegyptiorum flagellauerunt præpositos Hebræorum, dixerunt eis, quare non impletis mensuram, sicut prius, nec heri, nec hodie, ergo isti duo dies laboris ad minus interciderent, & aliquis alius dies prior, in quo populus admoneretur, vt non datis paleis compleret numerum laterum.

Determinatio q̄st.

Nec potest dici, quòd Moyses, & Aaron, tunc exiuissent de faciendo aliam admonitionem proximam; quia nulla facta est, quousque dominus iterum mandauit Moysi, apparere coram Pharaone, vt patet infra 6. & 7. cap. Dicendum ergo, quòd non egrediebãtur tunc Moyses, & Aaron à Pharaone, sed præpositi Hebræorum, & inuenerunt Moysen, & Aaron stantes in portis, vt viderent quale responsum rex dedisset. Et confirmatur, quod supra dictum est, quia dixit Moyses, vt patet infra. Domine cur afflixisti populum istum? Quare misisti me? Ex eo die, quo locutus sum ad Pharaonem in nomine tuo, afflixit populum istum, & non liberasti eos. Item quia dicitur, quòd Moyses, & Aaron stabant ex aduerso; sed in litera ponitur, quòd præpositi tunc steterant coram Pharaone, oportet quòd esset in exitu de domo Pharaonis, nec potest dici, quòd præpositi egrediebantur, & Moyses & Aaron etiam egrediebantur, quia tunc non possent sibi occurrere, cum progrederentur versus eandem partem, occursus autem fit ab oppositis, maxime, quia in textu dicitur: Ex aduerso. Et confirmatur ratio superior, quia dicitur; Occurrerunt Moysi & Aaron, qui stabant: quasi dicatur: Moyses, & Aaron, non mouebantur tunc, cum occurrerrunt eis præpositi filiorum Israel: stare autem conuenit expectantibus, & non egredientibus. Et si dicas, contra: quia in litera dicitur; Occurrerunt Moysi & Aaron, qui stabant egredientes à Pharaone, ergo Moyses & Aaron erant, qui egrediebantur.

Obiectio tollitur.

Respondetur, quòd ista litera non debet sic punctari, vt dicatur: Qui stabant egredientes; ita quòd istud participium, egredientes, determinet istud verbum, stabant. Tunc enim referentur ad Moysen & Aaron, sed illud participium, egredientes, determinat verbum illud, occurrerunt. Et tunc est sensus. Præpositi filiorum Israel, egredientes à Pharaone occurrerunt Moysi & Aaron, qui stabant ex aduerso. Quia autem sic debeat punctuari patet, quia istud participium, egredientes, non potest determinare istud verbum, stabant, cum repugnet ex natura rei; quia egredi motus est: stare autem quietem notat, quietis autem dictio abusiue, & contra veritatem rei determinaret dictionem significantem motum. Dicendum ergo, quòd, quando Moyses & Aaron sciuerunt, ꝙ præpositi ibant ad Pharaonem, secuti sunt eos, vt scirent, quid diceret Pharao expectantes ad portam palatij Pharaonis, quando egrederentur præpositi. *Et dixerunt ad eos.* Scilicet præpositi ad Moysen & Aaron. *Videat Dominus.* Scilicet afflictionem, quæ ob causam vestri nobis euenit. *Et iudicet.* Idest iuste distribuat dando vobis malum, quod meremini, quia tantam nobis angustiam intulistis. *Quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone.* Metaphora est, scilicet ꝙ Pharao, & serui sui ante ingressum Moysi ad Pharaonem non multum premebant Hebræos,

A tractantes eos bene, quasi essent boni odoris. Cum autem Moyses, & Aaron intrauerunt ad Pharaonem incepit Pharao, & serui sui durius persequi Hebræos tanquàm fœtidos, & abominabiles, velut fœtor ex odore pristino mutatus fuisset. *Et præbuistis ei gladium, vt occideret nos.* Idest dedistis eis occasionem opprimendi nos durius vsque ad mortem, quia ante hoc Pharao non inueniebat occasionem, qua premeret Hebræos: nunc autem occasione inuenta desęuiebat in eos. *Reuersusque est Moyses ad Dominum.* Ad rogandum pro afflictione populi tollenda, & quasi ponenda quærimonia apud eum de hoc, quod fiebat. Et non locutus fuit quicquam præpositis istis dura verba habentibus Moyses, nec correxit eos cum potuis- B set: sed patienter tolerauit illatam amaritudinem, & hoc, quia vidit eos passionatos, donec sine passione essent expectans. Nam Pharao afflixerat eos verbis duris prouocans ad dolorem, ideo amaro, & concitato animo egrediebantur ab eo, nec poterant quicquàm pacifice loqui.

Quęst. 7. Prælati debēt obseruare tpa correctionis conueniẽtia exẽplo Moysi.

Ex hoc prælati, & omnes maiores doceri debent obseruari tempora correctionis, quia quandoq; corrigere non prodest, immo valde pestiferum est: quia exarcebatur ipse, qui corrigi deberet, & perditur auctoritas castigantis. Et hoc est dum passio fortis in aliquo est. Ratio est, quia correctio est, quando aliquis verbis alterius persuasus, malum se egisse iudicat, & dolet. Iudicare autem male egisse, pertinet ad C intellectum pacatum, & recte se habentem, dolere autem de malo commisso voluntatis dispositę, atque imperturbatæ est: passio autem vtrumque destruit. Nam sicut malitia habitualiter corrumpit iudicium, & mentiri facit circa principia pratica, vt patet circa finem 6. Ethicorum: sic passio secundum actum corrumpit iudicium: quia incontinens, qui ante passionem iudicabat non esse fornicandum, in passione existens iudicat esse fornicandum, vt patet in 7. Ethicorum, c. 2. Et sic dicitur incontinens penitiuus, & non obediens electioni rectę, quia ipsa passio perturbat intellectus aciem, & limpidum verumque animi intuitum. Corrigens ergo expectare debet quousque is, qui corrigi debet, pacato animo sit, nisi forte in mo- D ra magnum periculum timeatur: quia tunc, & si non propter eum, qui monetur, saltem propter eos, qui vident correctio facienda est. Hoc autem verum est, quando ille, qui passionatus est, non recipiet castigationem: si tamen aliquis castigans tantæ auctoritatis sit, & potestatis, vt quilibet audiens cum quantuncunque passionatus sit, propter auctoritatem, & potestatem eum recipiat, & hoc cognoscitur, tunc etiam in passione existentes corrigi decet. Hoc etiam verum est, quando in correctione attenditur principaliter bonum ipsius castigati. Si tamen corrigens magis attendat vtilitatem aliorum, coram quibus corrigit, vtpote quia peccauit publice, & redarguitur publicè, satis conueniens est eum in E passione existentem corripi, seu redargui, vt alij similia facta deuitent, scientes talium fieri redargutionem. *Reuersusque est Moyses ad Dominum.* Quomodo fuit ista reuersio ad Deum? Nunquid Deus manebat in aliquo loco, ad quem Moyses reuerti posset eundem ibi inuenturus? Vel nunquid Moyses nunc vidit Deum, vel qualiter se habuit? Respondebit quispiam forte, quòd ista reuersio Moysi ad Deum fuit, quòd Moyses videns populum in perplexitate conuertit se ad auxilium diuinum petens orando, vt eos eriperet. Sed dicendum, quòd non solum hic, immo postquàm Moyses missus fuit à Deo de terra Madian ad procurandam liberationem Israelitarum, Deus apparebat ei quandocunque

Quo tpe quis deat corrigere delinquentem.

que Moyses volebat, & necessarium esse censebat, ideo quando volebat Moyses, vt ei Deus appareret egrediebatur Moyses extra ciuitatem ad aliquem locum secretum a consortio hominum, & ibi Deus apparebat, & loquebatur cum eo. Non quidem ipse Deus, sed angelus eius, vt prælibauimus supra 3. ca. Et sic nunc videns se amaritudine circundari, iuit ad videndum Deum, & quærendum, quare ista sic tristia acciderent. Quia autem nunc Moyses non solum orasset, sed etiam Deus ei apparuisset patet, quia cum Moyses locutus fuisset ad Dominum ista dura, quę nouiter euenerant, Deus consequenter respondit, vt patet in principio sexto capitu. scilicet. Dixitque Dominus ad Moysen. Quod non esset, nisi Deus ei tunc apparuisset. *Reuersusque est Moyses ad Dominum*. Idest conuersus fuit ad quærendum a Deo auxilium, cùm humana via angustiæ populi succurri non posset. Vel dicitur. *Reuersus est Moyses*. Quia forte Moyses habebat aliquem certum locum in illa ciuitate, in qua manebat, & in illo consueuerat ei Deus apparere, & loqui cum vellet, & quando reuertebatur ad illum locum dicebatur reuerti ad Deum, qui quasi in illo loco habitabat secundum corpoream apparentiam. *Ait. Domine cur afflixisti?* Non locutus fuit Moyses quousque vidit Angelum incorporea effigie repræsentantem Deum, & tunc tanquam ad aliquem præsentem locutus est. *Cur afflixisti?* Deus non afflixerat, sed Pharao, qui imposuerat onera duriora. Quare ergo dicit, quòd Deus afflixit? Dicet aliquis, quòd Deus dicitur afflixisse, quia permisit Iudęos afflixi. Sed hoc non conuenit, quia tunc eodem modo diceretur Deus fornicatus fuisse, & superbiisse, quia aliquem fornicari, aut superbire permisit. Nam eo non permittente nihil boni, aut mali fit. Sed dicendum, quòd Deus dicitur afflixisse, quia non solum permisit, sed etiam occasionem, & incentiuum ad affligendum tribuit, quoniam ex eo, quòd mandauit Deus Moysi petere a Pharaone, vt dimitteret populum ire ad sacrificandum, Pharao iratus Populum opprimere cœpit, & patet per verba Moysi, infra cum dicitur. Quare misisti me? *Ex die enim, quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum istum, & non liberasti eos. Quare misisti me?* Quasi dicat. Si aduentus meus non prodesse, sed obesse debebat frustra misisti me. Sic enim dicebat Rebecca, cum videret infantes collidi in vtero, & timeret abortum. Si sic mihi futurum erat, vt quid necesse fuit concipere, vt patet Gen. 25. quasi dicat. Si conceptus meus non prodesset ad partum, & liberorum editationem, non opportebat, quòd Deus motus precibus dedisset mihi conceptum. Ex hoc apparet mirnia caritas Moysi, quia de verbis mordacibus, & amaris in eum iactis non curabat: sed magis ipsorum pungentia, & amaricantium eum miserias apud dominum deplorabat. *Ex eo enim die, quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo.* Idest tunquàm missus a te, & nuncians verba tua, & dicens Deus Hebræorum vocauit nos, vt patet supra. *Afflixit populum tuum*: Scilicet magis quàm ante afflixerat. Quia licèt ante afflixisset, non erant onera ita intollerabilia, sicut nunc, quia paleas populo colligere mandauit solitum laterum numerum non diminuens. *Et non liberasti eos*: Ab hac afflictione monens cor Pharaonis ad reuocandum sententiam datam. Sed aliquis fortassis quæret, quare Moyses ista dixit ad Deũ, cum sibi iam dixisset Deus, quòd Pharao non dimitteret populum nisi in manu valida, & Moyses de hoc certus esse debuisset, nec talia inquirere? Respondetur, Moyses credebat secundum verba Dei, quòd Pharao non dimittent populum, nisi in manu valida: putauit tamen, quòd ob reuerentiam Dei, cuius nomine loquebatur aliqua pars operis remitteretur Iudęis, sed econtrario res lapsa est, nam maiora onera eis ex die illa imposita sunt, ideo admirabatur Moyses.

An Deus Dicatur facere aliqd quia permittit.

Obiectio.

Respõsio.

Capitulum VI.

DIXIT Dominus ad Moysen: Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo Omnipotente: & nomen meum Adonai non indicaui eis. Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanaam, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Aegyptij oppresserunt eos, & recordatus sum pacti mei. Ideo dic filijs Israel: Ego Dominus qui educam vos de Ergastulo Aegyptiorum, & eruam de seruitute, ac redimam in brachio excelso, & iudicijs magnis, & assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: & scietis quia ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de Ergastulo Aegyptiorum, & induxerim vos in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: daboque illam possidendam vobis, ego Dominus. Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel: Qui non acquieuerunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Ingredere, & loquere ad Pharaonem Regem Aegypti, vt dimittat filios Israel de terra sua. Respondit Moyses coram Domino: Ecce filij Israel non audiunt me, & quomodo audiet Pharao, præsertim cùm incircumcisus sim labijs? Locutusque est dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem Regem Aegypti, vt educerent filios Israel de terra Aegypti.

Corinthus conditur i Achaia.

Iob patientissim⁹ hoc tempore claret.

Ioannes, & Mãbres Pharaonis malefici viri doctissimi claret.

Dixitque Dominus. Descripta Moysi angustia de populi afflictione: hic agitur eius consolatio ex diuina consolatione: & diuiditur in duas partes. Primo ponitur consolatio diuina. Secundo enarratur Moysi genealogia ibi. *Isti sunt Principes*. Prima in duas, primo ponitur dicta consolatio, secundo subiungitur eius enarratio ibi. *Narrauit ergo Moyses*. Circa primũ. *Dixitque dominus*. Moyses proposuerat quærelam suam coram domino, quare ipse non eriperet populum, & narrauit totius populi intollerabilem angustiam, ideo dominus respondet hic ei consolando eũ ex malo, quod infligetur Pharaoni, per quod cogetur dimittere Israel. *Nunc videbis*. Idest immediate, quia immediate mandauit Deus Moysi, quòd iret coram Pharaone, & peteret, quod ante petierat, & faceret signa, vt patet sequenti cap. Interponuntur autem hic quædam alia incidentaliter, quæ faciunt ad historiam istam aliquo modo. *Quæ facturus sum Pharaoni*. Idest quas plagas missurus sum in eum. *Per manum fortem dimittet eos*. Idest liberatio ista vestra per magnam potentiam, & pœnam inflictam Pharaoni, quia ipse non libenter vos dimittet. *Per manum fortem dimittet eos*. Idest per potentiam meam fortiter flagellantem ipsum Pharaonem. Et facit hic metaphoram de viro bellatore, qui in fortitudine manus suæ deijcit hostes, quia sic dicitur infra 15. c. Dominus vir pugnator. *Et in manu robusta eijciet eos de terra sua*. Ista idem sunt, sed ponitur replicatio ad maiorem expressionem. *In manu robusta*. Ista manus robusta non attribuitur Pharaoni, ita quòd ipse in magnitudine potentiæ suæ eijceret Iudęos de Aegypto, quia non indigebat potentia ad eijciendum eos, sed magis ad retinendum, quia ipsi desiderabant exire de terra illa, ideo solum, vt ipse consentiret eos exire spontaneè exirent, sed attribuitur ista manus robusta Deo, scilicet quòd Pharao eijciet Israelitas de terra sua in manu robusta, idest per magnam potentiam Dei fortiter punientem. Satis fuit magna potentia, vt Pharao, qui ante rogatus & ex parte Dei admonitus extiterat, vt populum dimitteret, & nolebat, nunc ipse cogeret eos exire velocius, quàm ipsi vellent, vt patet infra 12. c. vbi Aegiptij territi morte primogenitorum, putantes totã Aegyptum subito perituram, si ibi Hebræi permanerent, coegerunt eos vrgentes media nocte, vt recederent immediate. *Locutusque est ad Moysen*. Tota ista fuit vna continuata locutio, sed quia hic incipiebat alterius rationis caput. Ponitur hic hoc, quasi distinctiuum superioris rationis ab ea, quæ sequitur. *Ego sum Dominus, qui apparui Abraham*. Idest manifestaui me ei, vt patet Gen. 12. 13. 15. 17. 18. 22. *Isaac*. Huic etiam manifestatus est, vt patet Gen. 26. c. *Et Iacob*. Huic apparuit, vt habetur Gen. 28. 31. 32. 35. 36. *In Deo Omnipotenti*. Deus volebat consolari Moysen positum in angustia, ideo promittit ei clariorem cognitionem de se ipso, quàm concessa sit antiquis patribus.

Diuisio cap.

Quando Deꝰ apparuit Abraham, Isaac & Iacob.

Quęst. 1. *An Deus promittat hic Moysi se demonstraturum maiorem potentiam, quàm patribus antiquis.*

Aliqui doctores catholici exponunt literam istam, dicentes, quòd Deus promittat hic Moysi, se demonstraturum maiorem potentiam, q̃ indicauit patribus antiquis, & hoc in mutatione rerum de sua specie, vt in conuersione virgæ in colubrum, & conuersione aquæ in sanguinem, & in alijs pœnis infligendis, quarum quælibet considerata diuinam importat potentiam, & non potest expleri per aliquod agens potentiæ finitatæ. Et dicunt ad hoc, q̃ hoc nomen Adonay secundum Hebręos, significat generale dominiũ rerum, secundum quòd omnia sunt subiecta Deo, tam in potentia naturali, quàm in potentia obeditiua, scilicet, quòd potest vti re iuxta naturam institutam, scilicet ex homine gignendo hominem, & ex cãpra capram: aut in potentia obeditiua, scilicet, vt faciat ex quacunque re quicquid voluerit, sicut ex quolibet ligno artifex facit, quod vult, ita quòd Deus ex homine faciat arborem, vel ex arbore faciat ferrum, & sic de alijs. Istud autem generale dominium, secundum vtranq; potentiam soli Deo conuenit, ideo hoc nomen Adonay, quod illud signat, dicitur nomen magnum non realiter, vel formaliter, sed signatiue, & tunc applicant literam. *Apparui Abraham, Isaac, Iacob, in Deo Omnipotente*. Idest ego demonstraui me istis antiquis patribus in magna potentia, promittendo eis magna futura. *Et nomen meum Adonay non indicaui eis*. Idest: Licèt monstrauerim istis antiquis magnam potentiam: tamen non indicaui eis nomen meum magnum Adonay, Significatum autem huius nominis, vt isti volunt, est vniuersale dominium rerum, quod apparet in obedientia omnium creaturarum. *Et hoc non indicaui eis*. Miracula magnæ potentiæ, sicut nunc monstraturus sum in mutatione rerum de suis speciebus, quod ad infinitam potentiam attinet. Sed ista non videntur vera, primo quia fundamentum istorum peccat, cum dicunt, quòd istud nomen Adonay, significat vniuersalem Dei potentiam, quia tunc solum prædicaretur de habente vniuersalem potentiam, scilicet de ipso solo vero Deo. Sed falsum est, quia etiam prędicatur de quocunque homine, & ita est istud nomen appellatiuum apud Hebræos, sicut istud nomen dominus in latino. patet Gene. 24. c. vbi Eliezer, cum peteret Rebeccam a parentibus suis, & faceret mentionem de Abraham, domino suo, vocauit eum Adonay. Etiam mali homines, dum tamen sunt domini temporales, vocantur Adonay singulariter, & Adonin pluraliter, vt patet Esaię 19. c. vbi vocantur reges Aegypti Adonin, siue Adonay. Nam vbi litera nostra dicit; Ponam Aegyptum in manu dominorum crudelium, litera Hebraica habet. *Adonin qualet*. Sed constat istos non habere vniuersale dominium, ergo istud nomen Adonay, non designat singularium rerum vniuersale dominium. Et eodem modo se habet istud nomen Elohym, quod nõ solum Deo conuenit, sed etiam angelis, & sacerdotibus, & iudicibus, & viris sanctis, & multis alijs, vt patet in locis scripturæ. Secundario errant isti dicentes falsum, scilicet quòd Deus non monstrauit antiquis patribus suam magnam potentiam. Quia tempore Abrahæ, de quo fit hic mentio, Deus fecit mirabilia demonstrantia infinitam potentiam, scilicet missionẽ ignis sulphurei de cœlo, & subuersio totius vallis Sodomorum cum quatuor ciuitatibus. Tunc etiam aliud magnum factum est demonstrans Dei immensam potentiam, scilicet mutatio subita vxoris Loth in statuam salis. Maius est enim hoc quàm mutare virgam in draconem, & aquas in sanguinem: quodlibet enim istorum infinitæ potentię est, tamen secundum se aliqua sunt maiora alijs, quia secundum naturam inter ea, quæ sunt magis symbolica, facilior est transmutatio, vt ait Arist. secundo de Generatione, & corruptione. Dicuntur autem symbolica ea, quæ habent inter se similes qualitates. Illa ergo, quæ in pluribus qualitatibus conueniunt, facilius inter se transmutantur: quæ autem in paucioribus qualitatibus conueniunt, difficilius vnum mutatur in alterum. Vnde, quia vinum, & acetum, quia multa symbola, idest qualitates similes habent, licèt differant in specie, cito fit transmutatio de vno ad alterum. Inter hominem autem & vinum valde pauca symbola sunt, ideo difficulter vnum mutabitur in alterum; Sic ergo cum sanguis & aqua plura symbola inter se habeant, quasi

Prima expõ quorũdã catholicorum.

De nomine Dei Adonay, q̃d significet

De noĩe Elohym

Secunda causa erroris.

baculus, & draco, licèt quatũ ad Deum nihil differat, tamen secundum se maius miraculum est, mutare virgam in colubrum, quàm aquam in sanguinem; vbi autem sint plura symbola, vel pauciora, patet ex gradu speciei, quia quanto species sunt sibi magis cõiunctæ in linea perfectionis specierum, tanto sunt magis symbolæ: quanto autem magis distant secundum gradum perfectionis, tanto habent pauciora symbola. Magis distant in linea perfectionis gradualis homo & aqua, quàm arbor & aqua, ideo facilius transibit aqua in arborem, vel econtrario existentibus pluribus symbolis, quàm homo in aquam, vel econtrario propter pauca symbola. Cum ergo sint pauciora symbola inter hominem & lapidem, quàm inter virgam & draconem, facilius secundum se erit mutare virgam in draconem, quàm hominem in lapidem: sed tempore Abrahę fuit mutatus homo in lapidem, scilicet vxor Loth in statuam salis, vt patet Gene. 19. ergo maior Dei potentia monstrata fuit tempore Abrahæ, quàm tempore Moysi. Item ante tempora Abrahæ, tempore Noe, qui fuit de antiquis patribus, & cui Deus reuelatus est, vt patet Gene. 6. c. fuit diluuium excedens altissimos montes quindecim cubitis, vt patet Gene. 7. c. hoc autem diuinæ potentiæ est solius, vt ibidem probatum est, nam nulla causa naturalis hoc operari posset: ergo fuit diuina potentia reuelata patribus antiquis. Item tempore Adæ, cui Deus reuelatus est, fuit maior ostensio diuinæ potentiæ, quàm in omnibus istis, scilicet creatio rerum; creatio maior est oĩbus alijs miraculis, quia fundatur super non ens, & deducitur aliquid ad esse, ista etiam demonstrata fuerunt omnibus patribus antiquis, scilicet quòd Deus creasset omnia, ergo non demonstrata fuit vniuersalis Dei potentia magis tempore Moysi, quàm alijs temporibus, immo tempore Moysi minus, quàm temporib. antiquis monstratum est. Tertiò peccant isti, quia faciunt contradictionem in litera, quod impossibile est recipi in sacra scriptura. Nam in litera dicitur, quòd Deus apparuit Abrahæ, Isaac, & Iacob, in Deo Omnipotenti, idest vt Deus Omnipotens, scilicet demonstrando eis omnipotentiam suam, quomodo ergo poterit stare, quòd Deus non monstrauerit eis nomen suum magnum, si hoc nomen significat vniuersale dominium rerum: Non potest ergo stare, quòd Deus demonstrauerit antiquis paruam potentiam, & Moysi totam. Quartò peccant, quia putant, quòd istud nomen Adonay, apud Hebræos sit nomen magnum Dei, sed falsum est, quia si esset nomen magnum Dei, nulli nisi Deo conueniret: sed hoc etiam hominibus conuenit, vt supra probatum est. Item quia ipsi putant, quòd in Hebræo est scriptum istud nomen, Adonay in isto loco. sed falsum est, quia non scribitur Adonay, sed nomen Dei Tetragrammaton, idest quatuor literarum, quod aliàs literas habet quàm nomen Adonay, vt patet scienti aliquid in Hebræo, litera tamen nostra posuit hic nomen Dei Adonay, quod tamen non ponitur apud Hebræos. Et ratio est, quia nomen Dei Tetragrammaton, vt quidam volunt, tantæ sanctitatis est, ꝙ a nullo nominari debeat, nisi a sacerdote magno in benedictionibus nubentium, ideo quantũcunque scribatur in Hebręo, nunquàm legitur, sed solũ ponitur istud nomen Adonay loco eius, licèt sit nomen commune signans Deum: vel magis loco illius nominis Tetragrammaton legitur Adonay, quia secundum se non potest legi, quia tales quatuor literæ coniunguntur in eo. Quę vix quicquã significare possunt.) Possent aũt poni ad constituendũ aliquã dictionem, & ideo vocatur istud nomen ineffabile, quia legi, aut dici non potest, sed solum scribi: si tamen legatur significat esse, quia tales literæ fere ibi ponuntur, sicut in verbo, quod significat esse secundum linguã Hebræam, & hoc propriè conuenit: quia supra 3. ca. dictum est, quòd esse est nomen propissimum Dei, cùm ipse dixerit, Ego sum, qui sum, & postea: Qui est misit me ad vos. Non potest ergo stare ista positio, quæ procedit ex ignorantia literæ Hebraicę putans, quòd ponatur ibi nomen istud Adonay, cum ponatur nomen Tetragrammaton. Ad sciendum autem intentionem Hebræorum considerari oportet, quòd vt ait Rabbi Moyses, inter nomina, quæ in sacra scriptura de Deo reperiuntur, quædã significant Deũ p relationẽ ad creaturas, vt creator, dñs, & misericors, & dominator: & similiter alia significant Deum per modum qualitatis, vt sapiens, benignus, fortis: alia per modum quantitatis, vt immensus incircunscriptus, æternus, & sic de terminis significantibus alias proprietates pertinentes ad modum aliorum prædicamentorum, licèt omnia ista prædicamenta transeant in diuinam substantiam, quantum ad rem significatam, licèt non quantum ad modum significandi, & prædicandi: nomen autem Dei quatuor literarum, quod Græce vocamus Tetragrammaton, signat diuinam essentiam puram, & nudam ab omni attributo, prout in se existit. His suppositis dicit Rabbi Salomon, quòd hoc nomen significat diuinæ esse veritatem, ad veritatem autem pertinet completio promissorum, & quia tempore Moysi completa sunt, quæ antiquis patribus promissa fuerant, ideo nomen magnum Tetragrammaton, dicitur ei demonstratum, & sic applicat literam. *Apparui eis in Deo Omnipotenti.* Idest ego solum demonstraui me antiquis, vt omnipotentem, promittendo ea, quæ nullus, nisi Deus Omnipotens reddere posset. *Et nomen meum magnum non indicaui eis.* Idest non demostraui significatum nominis mei magni, scilicet veritatem meam, quæ est in reddendo promissa, quoniam in tempore eorum non fuerunt completa promissa facta de possidenda terra Chanaam, sed tibi demonstraui, quia in tempore tuo complebo hæc; quia tunc educti sunt de Aegypto, & transeuntes per desertum venerunt in terram promissionis, & huic expositioni satis concordat sequens litera, cùm dicitur, quòd Deus pepigit cum eis fœdus, vt daret eis terram Chanaam, & semini eorum, & non dedit vsque in præsentem diem. Nunc autem videns afflictionem populi sui, voluit ęducere eos de terra hac, & inducere in terram Chananæorum, quam promisit. Ista tamen expositio licèt bona, & literalis videatur, deficit tamen in applicatione fundamenti. Quia nomen Dei Tetragrammaton, quod hic ponitur, non signat veritatem promissorum, sed veritatem essentiæ, vel naturæ: veritas enim promissorum, quam accipit Rabbi Salamon, est veritas complexorum, quæ est conformitas signi mentalis, aut vocalis, vel scripti ad rem signatam; veritas autem, quam signat hoc nomen Dei, est veritas diuinæ essentiæ, quæ se habet, vt in alijs rebus veritas entis, & hoc reperitur tam in complexis, quam in incomplexis: & magis tamen in incomplexis, quæ sunt magis entia per se: complexa autem per accidens sunt. Etiatu quia ista expositio, non potest bene applicare primam partem, scilicet qualiter Deus se demonstrauerit antiquis in Deo Omnipotenti, quia si nomen domini dicatur secundum completionem promissorum, quæ est quædam veritas, oportet quòd referatur Deus Omnipotens ad solam veritatem promissorum istorum, quod non conuenit, quia in promissione nulla omnipotentia demonstratur, cùm quilibet possit promittere infinita, promittere enim cuilibet facile est, reddere

Secunda ratio ad eandẽ cõfutationẽ.

Tertia ratio confutandi.

Tertia eã erroris est per cõtradictionẽ in litera.

Quarta eã causa erroris.

Sacerdos magnus vtebatur noie magno Dei solum in benedicẽdis nubẽtibus.

Secunda expo litera secundum Rabbi Salomon.

Prehabita expositio est defectuosa.

Incõplexa sũt magis quia p se p accides.

autem

autem difficillimum. Item quia completio diuinorum promissorum, de qua intelligit hic Rab. Sal. non fuit tempore Moysi: nam completio dependet ex vltimo rei, maxime cum ipsum vltimum est maximum nunc autem in promissione facta antiquis patribus præcipuum erat ipsa introductio: in terram promissionis. Tempore aut Moysi, licèt fuerit Israel eductus de Aegypto, & transductus per desertum, tamen non intrauit terram promissionis vltra Iordanem præuento Moyse per mortem: sed hæc per Iosue completa sunt. Alij autem exponunt istam literam aliter, scilicet quòd Deus apparens antiquis patribus Abraham, Isaac, & Iacob manifestauit se eis sub isto nomine Omnipotens, & non sub nomine suo magno Tetragrammaton: sed hoc falsũ est, quia in Genesi, quando Deus loquebatur ad Abraham, Isaac, & Iacob reperitur sæpe istud nomen: & patet Gen. 15. c. Vbi quando Deus apparuit Abrahæ dicens; Ego sum Deus, qui eduxi te de Hur Caldęorum loco huius nominis ponitur in Hebræo, nomen domini Tetragrammaton: maxime quia iudicare aliqd nomen quantum ad materiale illius nominis, scilicet quantum ad ipsam vocem aut parum, aut nihil est: quia nomen ex se non habet aliquam excellentiam: sed solum ex rebus signatis: dato ergo, ꝙ Deus istud nomen suum Tetragrammaton nunquàm dixisset Abrahæ, & dixisset illud Moysi: non erat in hoc magna differentia: quia nec Abrahæ multum diminuebatur: nec Moysi multum excellentiæ addebatur. Si enim quid per nomen importatur ignoretur, nihil magis refert dicere lapis, quàm dicere Angelus, & sic in cęteris: immo quędam barbaries est nomina alicui ignota proferre. Sic enim ait apostolus: prima ad Corin. c. 14. Si ergo nesciero virtutem vocis ero illi, cui loquar barbarus. Aliter autem dicendum videtur, scilicet ꝙ Deus antiquis apparuit sub nomine Dei Omnipotentis monstrando magnitudinem suam, tamen nomen magnum Adonay, vel potius Tetragrammaton non indicauit eis; quia non demonstrauit eis signatum huius termini, qui est nomen Dei magnum. Nam licèt in Deo potentia eius sit eius bonitas, & bonitas est eius æternitas, & sapientia, & sic de cæteris diuinis attributis, quia omnia in Deo sunt idem, & vnũ, nisi obuiet relationis diuersitas, idem ergo est materialiter in Deo signatum huius termini fortis, quod est huius termini sapiens, & huius termini, quod est nomen magnum, uec importantur per istos diuersos terminos diuersæ res: licèt signata istorum terminorum differant secundum rationem, vel formaliter, & non solum in se ipsis, sed quantum ad nos, quia si nobis demonstretur signatum huius termini, Fortis, in Deo non propter hoc demonstratur significatum huius termini, Sapiens, aut, misericors, & etiã in nostro modo ꝙnoscendi ista diuersa sunt, quia nos cognoscimus vnum, non cognoscentes reliquum. Nam cũ omnia, quæ sunt in Deo, inter se idẽ sunt, qui cognoscant de Deo vnum attributum, cognoscent omnia, quę in Deo sunt, quod falsum est: quia omnes de Deo sciunt, ꝙ bonus est: quia nomen hoc importat omnibus concipientibus id, quo nihil melius excogitari poterat; ait Anselmus. Non tamen cognoscit aliquis homo omnia attributa diuina, dico autem saltem deuiatoribus, quia de comprahensoribus alia est speculatio: Deus autem licèt se demonstrauerit antiquis patribus sub nomine, & ratione Omnipotentis: tamen nõ demonstrabat eis suam maximam perfectionem saltem in confuso, quæ importatur per nomen suum magnum Tetragrammaton, ita quòd licèt Deus se reuelaret antiquis patribus, nihil tamen de eo cognoscebant, nisi quia omnipotens erat: alias autem perfectiones singulariter signatas, vel sub quodam inuolucro, aut pelago, vt importatur in hoc nomine Dei magno quatuor literarum non cognouerunt: ideo non dicitur eis fuisse ostensum nomen magnum Tetragrammaton. Moysi autem demonstratum fuit nomen Dei magnum Tetragrammaton, quia signatum eius cognouit, & hoc dupliciter: primo sub quadam vniuersalitate, & inuolucro, scilicet sub hoc nomine est. Cum dictum fuit ei ego sum, qui sum, & subiunctum fuit responsum ad filios Israel, scilicet qui est misit me ad vos. Secundo demonstratum fuit ei clarius: quia cognouit Deum per essentiam saltem sub quoddam raptu, vt videtur Numeri 12. c. scilicet non sic seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est; ore ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Deum videt; de quibus ibi dictum est diffusius. Eodem modo declarat Augu. 12 super Gen. ad literam: & ad Paulinam, & in libro de videndo Deum: sic enim tenẽt omnes doctores. Deus autem non ostendit ista antiquis patribus, quia successiue dabat Deus cognitionem maiorem in Patriarchis, vt dictum fuit Gen. 49. benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, idest plura de benedictionibus Deus reuelauit Iacob, qui fuit vltimus inter tres Patriarchas, quam reuelauerat patribus eius, nec etiam Deus consuetus fuit loqui ad antiquos patres verbis; sub quibus loquebatur ad Moysen. nam nulli antiquorum dictũ est; Ego sum, qui sum; vel qui est, est nomen meum: nec frequentabatur apud eos nomen Dei Tetragrammaton; Et si aliquando ponebatur, magis ponebatur secundum vocem, scilicet vt solum intelligeretur Deus per illum, quàm vt cognosci daretur ratio propria signati eius. Sed loquebatur Deus ad antiquos, sub quibusdam alijs nominibus inducentibus respectũ ad creaturas, & signantibus quasdam speciales perfectiones solum in Deo, vt istud nomen fortissimus: nam quando Deus apparuit Iacob descendenti in Aegyptum, dixit ei: Ego sum fortissimus Deus patris tui: vt patet Gen. 46. Et postmodum cum ipse beneficeret filios suos Gen. 49. c. hoc nomine vsus est, dicens de Ioseph: Dissoluta sunt vincula brachiorum eius per manum fortis Iacob, idest per manum Dei, vel potestatem, qui est fortis Iacob: aliquando vocabat se Deum Omnipotentem, quia Omnipotentia est nomen importans respectum ad creaturas, & isto nomine communius vtebatur ad eos, vt patet quando apparuit Iacob in Luza, vt habetur Gene. 35. dixit ei, ego sum Deus Omnipotens, cresce, & multiplicare. Sic etiam dixit quando apparuit Abrahæ, vt patet Gene. 17. ca. Ego Deus Omnipotens ambula coram me, & esto perfectus. Considerandum autem, quòd Deus est vna essentia, vel natura simplicissima, in qua sunt infinitę perfectiones: quia omnis perfectio, quæ reperitur in quocunque genere, aut specie creaturæ est reducenda in Deum eminentius, & præter perfectiones, quæ sunt in creaturis, quas finitas esse necesse est, sunt & aliæ in finitę perfectiones in Deo, quas nos non cognoscimus, cum nihil horum viderimus, aut sensitiue, aut arguitiue cognouerimus; omnes autem hęę perfectiones sunt vnica res, indiuisa numero propter simplicitatem diuinæ essentiæ in ipso Deo, licèt in creaturis quando reperiuntur aliquæ istarum, realiter distinctę sunt. Et quia Deus vnica res est, vnicũ ei nomen competebat: sed quia nomen imponitur ad notificandum, & in Deo sunt plures perfectiones notificabiles, imponimus ei diuersa nomina, & secundum quòd istæ perfectiones in Deo sunt idem realiter: ita signata nominum diuinorum sunt, idem realiter, sed per alium, & alium modum importa-

Tertia expositio literæ.

Omnem excellẽtiã quam habet aliqd nomen nõ habet ex se sed ex rebus signatis.

Quarta expositio auctoris.

Nota primo quomodo fuit Moysi nomen Dei demõstratum.

Moyses quam Deũ vidit per essentiam.

Quod Deus ẽ quid simplicissimum, in quo cõgregãtur perfectiones omnium creaturarum.

tur deus per illa, quia quædam important deum, sub maiori perfectione, alia sub minori, secundum quòd ipsa nomina ex seipsis dicunt maiorem, vel minorem perfectionem: nam hoc nomen omnipotens secundum seipsum maiorem designat perfectionē, quàm istud nomen misericors, Et ideo maiorem perfectionem in deo assignare cum volumus eum omnipotētem nominamus quàm si eum misericordem appellemus. Sciendum autem, ꝙ inter ista nomina quædā important deum per modum formæ, quædam verò per modum subiecti, per modum formæ importatur in his nominibus attributorū, scilicet bonus, sapiens, æternus, infinitus, creator, increatus immutabilis, & sic de cæteris: per modum subiecti importatur in his nominib. deus, & in nomine magno Tetragrāmaton, quia nomen Tetragrammaton, nō est nomē alcuius proprietatis attributalis, sed puram notat essentiam diuinam, essentia autem per modum subiecti designatur, vt quoddā receptaculum perfectionum, quia licèt idem realiter sit, quia in deo non est subiectū, nec forma subiecti, hoc tamen importatur ex modo significandi nominum: & quia ista nomina diuina non important deum sub eadem perfectione, necesse est dare inter ea nomē magnum, quod perfectius signet deum, & quia sunt duo genera nominum diuinorū, scilicet, quæ signāt deum per modum subiecti, & per modum formæ, ideò in quolibet istorum generum necesse est dare nomen magnum dei in genere enim nominum signantium deum per modū subiecti nomen istud deus, non est magnum, quia solum importat deitatem confusè, nō explicando aliquid alterius. Nomen autem domini Tetragrammaton signat perfectius, quia ipsam puram essentiam notat, sub quadā excellentia maxima, vt est pelagus omnium perfectionum, & sunt ista duo nomina, quasi duo specula, quorum vnum imaginem perfecte, & lucide repræsentat, aliud illam obfuscate reddit. Ideo istud nomen Tetragrammaton, quod reperitur apud Hæbreos, vocatur nomen magnum dei. Idem est dicendum de nominibus significantibus deum, vt formam, vel per modum formæ, quia cum non omnia æqualiter signent; sed quædam per modum maioris perfectionis, quedā per modum minoris, erit dandum aliquod nomen perfectius deum exprimens per modum formæ, & quia inter formas perfectissima est esse, vt patet in libro de causis, cum includatur in omni forma, & contineat eminenter omnem perfectionem formarum: nomen quod imponitur deo ab essendo, erit perfectissimum inter omnia nomina designantia eum per modum formæ, & hoc est nomen, scilicet ego sum, qui sum, & hoc importat quoddā pelagus perfectionis diuinæ essentiæ, vt ait Damascenus. Hæc autē duo nomina magna tam secundum formam, quam secundum subiectum fuerunt notificata Moysi, Nam nomen quod signat deum secundum formam, expressum fuit ei supra 3. c. Cum dictum fuit; Ego sum, qui sum, & cum subiungitur; Qui est misit me ad vos. Nomen autē magnū, quod signat deū p modū subiecti, s. nomen sumptū a subiecto, quod est Tetragramatō, exprimitur hic, & multotiens alibi, signatum autem vtriusque nominis horum tam secundum formam, quàm secundum subiectum, quantum ad perfectionem importatam per ea, ostensa fuit Moysi, quando vidit deum secundum essentiam, vt dictum fuit, vt patet Numer. 12. c. Et secundum hoc applicatur litera, *Apparui in Deo Omnipotenti*. Ponit hic duo nomina dei, quæ monstrata fuerunt antiquis, quia istis nominibus vtebatur deus loquens ad antiquos, scilicet deus, & Omnipotens, & pertinent ad duo genera nominum diuinorum, quia deus signat deum per modum subiecti, & Omnipotens signat eū per modum formæ: sed nec istud nomen, Deus, est nomen Dei magnum, s̄m subiectum, nec istud nomen, Omnipotens, est nomen Dei magnum s̄m formam, quia deus signatur per hoc nomen deus, sub quadam ratione confusa deitatis, & istud nomen, Omnipotens, significat Deū secundum formam nō quantum ad suam maximam perfectionem, sed quantum ad respectum ad creaturas. Signata autem horum nominum deus demonstrauit antiquis secundum modum significandi horū nominum, deus enim seipsum demonstrauit eis obscure, & sub quodam inuolucro, sicut istud nomen, Deus, confuse illum significat. Demonstrauit etiam signatum huius nominis, Omnipotens, quia ostendit eis aliqua opera fortia, quæ nullus nisi Omnipotens, & potentiæ infinitæ facere posset. *Et nomen meum Adonay*. Idest Tetragrammaton, sic enim transtulit Hieronymus, quia nomen dei magnum quatuor literarum inefabile est, sed cum legi debet, loco eius dicitur Adonay, & sic ponitur id, quod voce profertur pro eo, quod scribitur, sic enim decuit, nam aliàs aut oportuisset poni in latino literas illas, quatuor Hebræas, quæ complent nomen domini magnum, aut illud subticeri, quorum neutrum conueniens fuit. *Non indicaui eis*. Quia non indicauit eis signatum illius nominis secundum modum illius nominis, scilicet diuinam essentiam clare cognitam, nec etiam demonstrauit eis signatum alterius nominis magni, scilicet, Qui est, Sum qui sum, quoniam non demonstrauit eis perfectionem importatam per istud nomē eo modo, quo importatur, nec etiam vsus fuit ad eos loquens istis nominibus, Moysi autem vtrunque indicatum est. *Pepigi cum eis fœdus*. Idest feci cum eis pactum. *Vt darem illis*. Ista promissio, quæ infra dicitur licèt sæpe fuerit dicta Abrahe, vt patet Gen. 12. & 13. & 17. & 22. c. & Isaac fuerit facta, vt patet Ge. 26. & Iacob Gen. 28. c. Tamen pactum nunquam fuit factum nisi cum Abraham illa vice, qua apparuit ei, de qua dicitur Gen. 15. c. Quia tunc ad faciendum fœdus mandauit ei Deus occidere vaccam, & arietem, & capram, & aues; & diuisit alterum secus partes istorū animalium, & transibat dominus inter diuisiones, & Abraham, quia iste erat modus hominum componentiū fœdus, & sequitur in eodem ca. In die illo pepigit dominus cum Abraham fœdus, dicens; Semini tuo dabo terram hanc, quasi dicat, ꝙ ante illum diem nunq̄ pepigerat fœdus, tamen promissiones factę fuerant, vt patet Gen. 12. & 13. c. *Vt darem illis terram Cahanaan*. Idest terram, in qua habitabant septem populi de stirpe Chanaan: de quibus infra dicitur. *Terram peregrinationis eorum*. Idest illa terra Chanaam erat terra, in qua tunc ipsi morabātur quando ista promissio facta fuit: sed nō vt indigenę, sed quasi alienigenę. Et hoc patet, quia in prima promissione facta ad Abraham, de qua dr̄ Gen. 13. ca. Leua oculos tuos, & vide a loco, in quo nunc es, ad aquilonem, & ad meridiē, & ad orientē, & ad occidentē, omnē terram, quā conspicis, tibi dabo, & semini tuo post te: sic enim cū confirmaret pactū, quod fecerat Abrahę, ad Isaac filium eius ait, Gen. 26. ca. Tibi, n, & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentū, quod spopondi Abraham patri tuo. *In qua fuerunt aduenę*. Aduena dicitur ab aduenendo, & est ille, qui de vno loco venit ad habitandum in alio: sic enim fuit Abraham, & posteri eius, s. filius, & nepos, quia venit Abrahā de Hur Chaldeorū cum patre suo in Aran, vt patet Gen. 11. ca. Deinde mandante domino exiuit inde: quia ibi erat tunc domus patris sui, vt patet Gen. 12. c. & tunc incepit peregrinari, & aduena esse, & sic ipse dixit ad Hetheos in Hebron cum precaretur ab eis vendi sibi aliquem locum

Nota distinctionē de aliqbus diuinis nominibus significantibus p modū formę, & aliquib. per nomē subiecti.

Ego sum q̄ sum est nomē magnam importans essentiam.

Quæst. 2. Quare ista promissio sepe facta fuit.

Terra Chanaam. i. septem populorum.

cum ad sepulturam tanquā non habens de suo. Aduena sum, & peregrinus apud vos, vt habetur Gen. 23. c. *Ego audiui gemitum filiorum Israel*. Idest exaudiui consentiens eos liberare: semper Deus omnia videt, omnia audit: sed quando ad preces nostras non mouetur, tanquam non audiat dicimus eum non audire, & non videre. Et sic conqueritur Habacuc de deo, quasi non audiat, aut non videat mala, quæ boni patiuntur a pessimis, vt patet Habacuc primo. c. Quare non respicis super inique agentes, & taces deuorante impio iustiorem se, & facies hominum quasi pisces, & quasi reptile non habens principē. *Quo Aegyptij oppresserunt eos*. Idest quem gemitum fecerunt eos habere Aegyptij durè eos opprimendo. *Et recordatus sum pacti mei*. Quasi non habuisset deus pactum conuentum inter se, & Hebræos, ita permittebat eos premi, & sic videbatur oblitus pacti: sed postquam incepit eos liberare, dicitur recordatus pacti sui, quo eos liberare promisit, non quòd in eo proprie cadat obliuio, aut recordatio, & recte dicitur deus tunc recordatus, quia tunc complebatur pactum factum ad Abraham. Dictum namque fuerat Gen. 15. c. quòd semen Abrahæ futurum esset peregrinum in terra non sua quadringentis annis, & post liberationem abirent inde, nunc autem complebantur anni quadringenti, ideo tunc liberatio fieri debebat, ideo, scilicet quia recordatus sum pacti mei. *Dic filijs Israel*. Annunciando eis bonum. *Ego dominus qui educam eos*. Idest ego sum dominus potens eos liberare de Aegypto, & certissime liberabo. *De Ergastulo Aegyptiorum*. Idest de carcere, quem habent in Aegypto. Ergastulum dicitur locus in quo captiui coguntur laborare, in Aegypto autem sic erat, quia exactores Pharaonis cogebant eos per verbera laborare, vt patet præcedenti cap. Et dicitur Ergastulum ab erge quod est labor, & termino quod est status quasi status laboris. *Et eruam de seruitute*. Ducendo vos in aliam terram, in qua non seruiatis, sed liberi sitis. *Atque redimam*. Idest emā vos, dicuntur empti, quia cum labore inde liberabantur. *In brachio excelso*. Idest per brachium excelsum, est metaphora viri pugnatoris, qui eleuat brachium suum ad percutiendum, sic deus eleuabit potentiam suam super Aegyptios, vt premeret eos in exitu Hebræorum. *Et iudicijs magnis*. Idest pœnis admirabilibus quoniam, horrescent omnes homines: quando audierint talia fuisse Aegyptijs inflicta, & sic quando videmus aliquas punitiones magnas inflictas dicimus illas esse iudicium dei. *Et assumam vos mihi in populum*. Scilicet vt sitis mihi populus peculiaris de cunctis populis terrę, vt patet infra 19. & Deuter. 7. cap. quia licèt omnes populi sunt populi dei, quia eos creauit, & continue gubernat, tamen Hebraicus populus dicebatur specialiter populus dei, quia eū speciali fide, & amore, & actu exteriore culturus erat. Et licèt deus ex tēpore Abrahę assumpsisset gentem Hebręorum ad specialē amorem, & speciales promissiones, tamen nunquam accepit eos in populum, nunc autem dicit se accepturum eos in populum. Et ratio est, quia in temporibus prioribus, cum viuebat Abraham, & Isaac, & Iacob, non erant tanti, qui facerent populum: ideo, in populum accipi non poterant, nunc autem cum in Aegypto erant, idola coluerunt vsque ad tempus pene, quo educti sunt: ideo accipi non debuerunt vsq; ad exitū. Causa autem potissima est, quia accipere aliquam gentem in populum est per specialem pactionem, & leges viuendi, tanquam ipse, qui illos in populum accipit eos dirigat, sed deus non dederat legem Hebręis vsque ad tempus, quo eduxit eos de Aegypto, vt patet infra 20. c. ideo tunc accepit eos in populum, & sic antequam dedisset legem, cum mandaret eos parari ad recipiendum legem, dixit ꝙ volebat eos recipere in populum peculiarem de cunctis populis terræ, vt patet infra 19. c. *Et ero vester dominus*. Oportet ꝙ quando aliqua conuentio, vel pactum fit ex alterutra parte, aliquæ conditiones, vel res obseruandæ proponantur, vt quem ad modum vna pars aliquid obseruat alteri, ita altera alteri, sed deus faciens hic pactum cum Hebræis assumebat eos in populū. Ergo oportet quòd Hebrei aliquid obseruarēt ad deum, scilicet quòd acciperent eum in deum. Accipere autem in populum est, quòd deus haberet specialem curam de benefaciendo Iudęis magis quam alijs gentibus: quòd autem Hebræi acciperent eum in deum erat quòd præberēt ei specialiorem cultum quam ceteræ gentes. Et obedirent legibus eius specialibus, ad quas non obligabantur cętere gentes. Et hoc voluntarium erat, & non naturaliter debitum, quia tunc eodem modo tenerentur ad hoc cœterę gentes, qd̄ falsū est. Et sic loq̄batur Iacob vouens, quādo ibat ī Mesopotamiā, vt patet Gen. 28. c. dicēs. Si fuerit Deus me cū, & custodierit me in via, p quā ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi dominus in deum, & lapis iste, quem erexi in titulū, vocabitur domus dei, cunctorumque, quæ dederis mihi decimas, offeram tibi. *Et scietis*. Idest cognoscetis per experientiam. *Quod ego sum dominus Deus vester*. Idest vos videbitis quomodo ego habeo de vobis specialē curam, quando senseritis beneficia, quæ ego facio vobis. *Qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum*. Hoc erit postquam ego eduxero vos de Aegypto, quia tunc cognoscetis, quòd nullus vobis tantum præstaret beneficium, nisi esset deus vester. *Et induxerim in terram*. Hoc etiam futurum erat, postquā deus induxisset eos in terram promissam, quia tunc compleretur fœdus, & appareret veritas dei, & ꝙ non decidisset de verbis eius, nec minimum, omnibus his adimpletis satis poterant euidenter cognoscere, quòd deus esset vere deus eorum. *Super quam leuaui manum meam*. Vt darem vobis, idest quam iurauí dare vobis: quia iuramentum apud antiquos fiebat cum eleuatione manus contra cęlum, quasi deus inuocaretur in testimonium, qui habitabat in cęlis. Et hoc quia ista promissio non fuit simplicibus verbis facta: sed iuramento vallata, vt patet Gen. 22. c. Vbi dixit deus: Per metipsum iurauí dicit dominus. *Vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob*. Quia licèt isti non fuerint in ea, vt indigenę, tamen deus dedit eis ius ad illam terram ex promissione sua, postea vero successores sui tenuerūt eam a tempore Iosue. *Daboque illam vobis possidendam*. Idest illis solis dedi eam, quātum ad ius quoddam, siue titulum, sed non quantum ad possessionem, vobis autem dabo eam possidendam. Hic loquitur ad totum Israel, & saluata fuit ista promissio in pueris, infra 20. anno, qui intrauerunt in terrā promissionis, & in Leuitis, quos non compræhendit diuina sententia, cęteri autem de his, ad quos loquebatur, non introierunt in terram promissionis, vt patet Nume, 14. c. *Ego Dominus*. Ista appositio sit ad confirmationem cęterorum, quasi dicat, sciatis quòd ego, qui promitto vobis ista, possum dare, quia sum dominus, l. osum rerū, & possum eas ad meum mouere arbitriū. *Narrauit ergo Moyses*. Hic ponitur secundum, scilicet consolationis diuinæ narratio. *Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel*. Fuerat Moyses consolatus in verbis dei, quia ista non solùm erant ad consolationem dei, sed etiam ad consolationem filiorum Israel, narrauit eis illa, vt æquanimiter tolerarent labores impositos nouiter vtcunque possent, vsquequo deus eis velociter remedium adhiberet. *Qui non acquieuerunt ei*. Idest non fuerunt contenti in verbis his, nec lętati sunt, vt Moyses lætatus fuerat, & hoc quia vulgares magis attendunt ea, quæ in presenti cernuntur,

Quomodo dicim' Deum nō videre neque audire.

In pacto semp cōditiones aliquę obseruandę ponuntur.

Ergastuli quid.

Quid sit accipere aliquā gēt̄em in populum.

Quomodo iuramentum apud antiquos fiebat.

nuntur, quam ea, quæ in futurum ventura dicuntur, ſeniores autem, qui videbant ſigna dei præterita, & tẽpus completionis pacti credebant verbis iſtis. *Propter anguſtiam ſpiritus.* Ideſt amaritudinem cordis, & perplexitatem, quia neſciebant, quid facerent. *Et opus duriſſimum.* Quia noui labores fuerãt impoſiti, ſcilicet paleæ colligendę, & ſolitus numerus laterum. *Locutus eſt dominus.* Iſta fuit alia locutio, poſtquam Moyſes enarrauit verba Domini, & nõ acquieuit ei Iſrael. *Ad Moyſen. Ingredere, & loquere ad Pharaonem.* Hic mandat ſoli Moyſi ingredi ad Pharaonem, vt ſi quo modo conſentiret Moyſes ſolus intrare ad Pharaonem. *Vt dimittat filios Iſrael de terra ſua.*

Queſt. 3.

Vtrũ Deꝰ Moyſi mãdauerit vt a Pharaone peteret quòd ſimpliciter dimitteret filios Iſrael exire de Aegypto.

Forte aliquis dicet, quòd Deus mandabat Moyſi, vt peteret a Pharaone quòd ſimpliciter dimitteret exire filios Iſrael de Aegypto, quia ſic videntur ſonare verba. Et ſi dicatur, contra, quia ſupra ſolum petebatur, quòd permitteret eos ire ad ſacrificandum. Reſpondebitur quòd primo petitum fuit, quòd permitterentur ire ad ſacrificandum itinere dierum trium, ſed quia Pharao non acquieuit, hic petitur magis, ſcilicet vt dimittat eos totaliter de terra ſua exire. Sed non eſt verum, dicendum eſt enim quòd ſolum petijt hic Moyſes ſicut ante, ſcilicet quòd permitterentur ire ad ſacrificandum itinere dierum trium ſicut ante, & patet, quia infra 8. c. Eodem modo petitur ſolum quòd permittantur ire ad ſacrificandum: & ſi diceretur, quòd hic petebatur, quòd ſimpliciter recedere permitterentur, dabitur ꝙ qualibet vice mutaretur petitio. Quod non eſt dicendum, quia talis narratio, & mutabilitas faceret petitionem ineptam, & ſtultiſſimam. Et ſi dicas quòd in litera dicitur. *Vt dimittat eos de terra ſua.* Dico quòd non petebant ſe dimitti de terra Aegypti, ita quòd totaliter irent cum intentione nũquam reuertendi, ſed quòd permitterentur exire de terra Aegypti ad ſacrificandum, & iſto modo petebatur a principio: nam cum dicitur ſupra 3. & 5. c. ꝙ irent ad ſacrificandum domino Deo ſuo in ſolitudine itinere dierum trium, non intelligitur quòd iſtę tres dietę computarẽtur intra Aegyptum, ſed extra. Et patet quia dicitur in ſolitudine, ideſt in deſertum, erat autem deſertum extra Aegyptum inter Arabiam, & Aegyptum. *Reſpondit Moyſes coram Domino.* Quia quando iſta loquebatur ei Deus apparebat ſub quadam formam viſibili, & coram eo immediate, vt locutus eſt Moyſes, ſubintulit iſta. *Ecce filij Iſrael non me audiunt, quomodo audiet Pharao?* Tenet conſequentia: quia, ſcilicet quod magis videtur ineſſe, & non ineſt, nec id, quod minus, magis enim videbatur ineſſe, ꝙ Iſraelitę audirẽt verba Dei, qui eos volebat liberare, quàm ꝙ audiret ea Pharao, contra quem iſta verba tendebant: ſed filij Iſrael non audiebant eum, vt patet ſupra quomodo ergo audiret eum Pharao? Quaſi dicat nullo modo, & ſic in iſta parte Moyſes amaro animo, quia non audiebant eum filij Iſrael, excludebat diuinum mandatum, tanquam inutile eſſet illud facere. *Præſertim cum ſim incircunciſus labijs.* Hic allegat aliam cauſam, quare non debeat mitti, ſcilicet quia eſt incircunciſus labijs. Circunciſio accipitur proprie in membro genitali, & ab illo fit tranſumptio ad alia membra. Et ſic dicitur incircunciſum cor, & in circũciſa labia, vel oculi. Sic dicitur incircunciſa mẽs, vt patet Leui. 26. c. Donec erubeſcat incircunciſa mẽs eorum, ſicut enim in genitali membro circunciſio dicitur amputatio cutis ſuperfluæ, ita in corde aut labijs, vel oculis, aut cęteris partibus dicitur aliquid incircunciſum, quando ſuperfluitates non ſunt ablatæ, & ſicut incircunciſus membro genitali pro abominatione, & vituperio habebatur apud Hebreos, vt patet infra Reg. 17. c. vbi vocauit Dauid Goliath Gethæum incircunciſum, volens ei improperare: quia dehonorabat caſtra

Circunciſio ꝓprie accipitur ĩ membro genitali in alijs autẽ membris tranſumptiue. Incircunciſio ſuperfluitatem denotat.

F Dei viuentis. Ita quandocunque aliqua pars incircunciſa dicitur, accipitur in malum. Vocantur labia Moyſi incircunciſa non ꝙ ſuperfluitatem aliquam continerent, ſcilicet in verbis, aut alijs: ſed quia impedita erãt ad loquendum, & tarda vocantur incircunciſa, quia accipitur incircunciſum generaliter pro omni defectu, & ſic in malum, & vituperium tanquam promptę ad libidinem improperat Deus Iudææ tanquam cuidam mulieri dicens Ezechie. c. 16. quando nata es in die ortus tui, non eſt pręciſus vmbilicus tuus. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron.* Iſta fuit alia locutio, quia Deus mandauerat ſupra ſoli Moyſi, vt loqueretur coram Pharaone, & quia excuſauit ſe ex rõnibus ſupradictis, hic mittit eum & Aaron, vt loquatur Aaron ſicut cõ-
G ſueuerat coram Iſrael, & coram Pharaone. *Et dedit mandatum ad filios Iſrael, & ad Pharaonem.* Ideſt dedit eis mãdatum, ut irent ad filios Iſrael, & ad Pharaonem. *Vt educerent filios Iſrael de terra Aegypti.* Iſtud fuit ſecundum mandatum, ſcilicet quod præcepit eis, ut eſſent duces educendo filios Iſrael de Aegypto. Alio modo poteſt intelligi. *Dedit eis mandatum ad filios Iſrael.* Ideſt dedit eis mandatum, ut conſolarentur filios Iſrael anguſtia, & deſolatione oppreſſos. *Et ad Pharaonem.* Vt comminarentur ei pęnas mox ſecuturas, niſi dimitteret Iſraelitas: prima tamen expoſitio melior eſt.

Iſti ſunt principes domorum per fami-
H lias ſuas. Filij Ruben primogeniti Iſraelis, Henoc, & Phallu, Heſron, & Charmi. Hæ cognationes Ruben. Filij Simeon Iamuel, & Iamin, & Iami, & Ahod, & Iachin, & Saber, & Saul filius Chananitidis. Hæ ꝓgenies Symeon. Et hęc nomina filiorum Leui per cognationes ſuas: Gerſon, & Caath, & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta ſeptem. Filij Gerſon Lobni, & Semei per cognationes ſuas. Filij Caath Amram, &
I Iſaar, & Hebron, & Oziel. Anni quoque vitæ Caath centum trigintatres. Filij Merari Moholi, & Muſi. Hæ cognationes Leui per familias ſuas. Accepit autem Amram vxorem Iochabeth patruelem ſuam, quę peperit ei Aaron, & Moyſen & Mariam. Fuerũtque anni vitę Amram centum triginta ſeptem. Filij quoque Iſaar Core, & Napheg, & Zechri. Filij quoque Oziel, Miſael, & Eliſaphã, & Sechri. Accepit autem Aaron vxo-
K rem Eliſabet filiam Aminadab ſororem Naaſon: quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar: Filij quoq; Chore Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. Hæ ſunt cognationes Choritarum. At vero Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel, quę peperit ei Phinees. Hi ſunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes ſuas. Iſte eſt Aaron, & Moyſes, quibus pręcepit Dominus, vt educerent filios Iſtael de terra Aegypti

Supra 1. age. 46. b nu. 26. a. 1. Paral. 5. b.

1. Paral. 23

Supra 2. a. Nu. 26. g.

gypti per turmas ſuas. Hi ſunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educant filios Iſrael de Aegypto. Iſte eſt Moyſes, & Aaron in die, qua locutus eſt dominus ad Moyſen in terra Aegypti. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Ego Dominus, loquere ad Pharaonem regem Aegypti omnia, quæ loquor tibi. Et ait Moyſes coram Domino: En incircunciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?

Iſti ſunt Principes. Hic ponitur ſecundum principale, ſcilicet Moyſi genealogia, & deſcribitur hic proceſſus generationis Moyſi, & Aaron, ſcilicet a quibus parentibus ortum traxerint, ne facta eorum alijs poſtea ex identitate nominis attribuerentur, ſicut ſępe fit in hiſtorijs, quia non explicantur plene origines, ac conditiones perſonarum. *Iſti ſunt Principes domorum.*

Quæſt. 3.

Vtrum domus vocetur cõgregatio vniꝰ populi vel vnius familię.

Quæritur quid vocat hic domum, nunquid totam congregationem Iſraelitarum, vt hoc dicebatur Gen. 46. c. & Pſa. 112. vbi ponitur domus Iſrael. Aut nũquid vocatur domus tota congregatio vnius tribus, ſcilicet quòd omnes filij Rubem vocentur vna domus: aut vocatur domus cõgregatio vnius familiæ ſub Tribu: aut vocatur domus vna œconomia, quæ componitur ex viro, & vxore, & filijs, & ſeruo, vel boue aratore: iuxta poſitionem Heſiodi poetæ, & Ariſt. 1. Pol. c. 1. Dicendum quòd non poteſt accipi hic domus pro tota congregatione filiorum Iſrael: quia domus nunquam habet plures œconomos, vel dominos regentes, ſed hic ponuntur principes multi: ergo non erat vna domus filiorum omnium Iſrael. Item quia dicitur in litera per domos, ergo non erat vna domus, nec poteſt hic accipi domus pro congregatione omnium, qui ſunt in vna tribu: quia tunc quot ſunt tribus, tot eſſent domus, & ſolum poneretur in qualibet Tribu vnus princeps, ſed hic ponuntur multi, quia de Ruben ponuntur omnes filij ſui, vt principes familiarum, & domorum, & ſic in tribu Simeon, & Leui, nec poteſt accipi domus pro vna œconomia, & tunc non oporteret ponere principes, cum dicatur princeps ad multos, & ſi acciperetur domus iſto modo, quot eſſent viri vxorati, tot eſſent domus. Dicendum ergo quòd accipitur hic domus pro congregatione vnius familiæ, ſub qualibet autem tribu erant multæ, ſcilicet quot erant filij illius, a quo tribus denominatur, ſcilicet quot filios habebat Ruben, tot erant familiæ eius, & quot filios Simeon, tot familiæ eius, de quibus Nume. 26. c. vbi ponitur cathalogus familiarum. *Iſti ſunt principes domorũ.* Ideſt principes congregationum ſpetialium, quæ vocantur familiæ ſub vna tribu. *Per familias ſuas.* Scilicet quòd in qualibet familia aſſignabatur vna domus, & vnus princeps. Et iſtud pronomen demonſtratiuum, Iſti, non demonſtrat Ruben, & Simeon, & Leui: quia iſti non erant principes famialiarum. Sed demonſtrat filios eorum, qui enarrantur in litera. *Filij Ruben.* Incipit numeratio a Ruben: quia intẽdebat ſcriptura principaliter computare genealogiam Moyſi & Aaron, qui erant de Tribu Leui, ſed quia in ordine natiuitatis priores erant Rubem, & Simeon, quàm Leui, præpoſuit eorum narrationem. Et quando ſecundum ordinem deuenit ad cõputandum genealogiam Leui, ibi ſtetit, nec computauit aliquid in alijs tribubus. Secunda ratio eſt, quia Iacob pater iſtorum quãdo mortuus eſt, & locutus fuit ad omnes filios ſuos, vt patet Gen. 49. locutus fuit contra Ruben multa propter coitum

A cum Bala vxore patris ſui, & contra Simeonem, & Leui propter occiſionem Sichimitarum; contra alios autem nihil: ideo videbãtur iſti tres filij cum ſua poſteritate reprobati. Ne autem hoc crederetur, ſcriptura nominauit eos hic. *Primogeniti Iſraelis.* Ideſt Iacob, qui vocatus fuit Iſrael mutatione, vt patet Gen. 32. & 35. vocatur hic Ruben primogenitus ſecundum carnẽ, quia primo natus fuit, quàm cęteri: tamen non retinuit iura primogenituræ, de quo diximus Gen. 48. & 49. c. *Henoc, & Pallu.* Hic ponuntur quatuor filij Ruben, qui erant principes familiarum, & iſtos genuit antequam veniret in Aegyptum, vt patet Gen. 46. c. vbi ponuntur illi qui intrauerunt in Aegyptum cum Iacob, & ponuntur iſti quatuor filij Ruben, & totidem familię re-
B manſerunt poſtea in Tribu Ruben vſque ad introitũ terræ promiſſionis, vt patet Nume. 26. c. *Hę ſunt cognationes Ruben.* Ideſt iſtę quatuor familiæ denominatę ab his quatuor, ſcilicet familia Henochitarum, familia Phalluitarum, familia Eſromitarum, familia Carmitarum, vt patet Nume. 25. c. & iſtę vocantur cognationes Ruben, quia ſunt quædam ſpetiales lineæ generationum deſcendentes a Ruben. *Filij Simeon.* Iſte ponitur poſt Ruben, quia immediate natus fuit poſt eum, vt patet Gen. 29. c. *Iamuel, Iamin.* Hic ponuntur ſex filij Simeon, & nati ſunt antequam intraret in Aegyptum, vt patet Gen. 46. c. quia ibi ponuntur omnes iſti inter intrantes in Aegyptum cum Iacob, ſed de iſtis defecit poſtea vna familia de Ahod, de quo magis diximus
C ſupra Gen. 46. c. *Saul filius Chananitidis.* Iſte nominatur ſpecialiter filius Chananitidis, quia cęteros filios ſuſcepit Simeon de vxoribus, quæ erant ex progenie Abrahe, ſiue de Idumæis, ſiue Madianitis, vel Moabitis, aut Amonitis, hunc autem ſuſcepit ex vxore Chananæa, quæ autem ſit iſta vxor Chananitis, diffuſius dictum fuit Gen. 46. c. *Hæ progenies Simeon.* Ideſt familiæ denominatæ ab his dicuntur progenies, ideſt quædam ſpetiales lineæ Simeonis, & ſunt quinque familiæ, ſcilicet Iamuhelitarum, Iaminitarum, Iachinitarum, Zareitarum, Saulitarum, vt patet Nume. 26. c. *Et hæc nomina filiorum Leui.* Iſte fuit tertius filius Iacob, natus immediate ex Lia, vt patet Ge. 29. c. *Per cognationes ſuas.* Quia tres ſunt cognationes ſecundum tria nomina filiorũ,
D qui ponuntur hic, ſcilicet cognatio vel familia Meraritarum, cognatio Caathitarum, cognatio Gerſonitarum, vt patet. Nume. 3. & c. Iſtæ ſunt principales domus, & cognationes Leuiticæ, a quibus oriũtur rurſus alię ſpetialiores ſecundum nomina filiorum iſtorum, quæ infra ponuntur. *Anni autem vitæ Leui fuerunt centũ triginta ſeptem.* Iſte fuit poſt Ioſeph mortuus annis viginti tribus, & patet, quia Ioſeph vixit annis centum decem, vt patet Gen. 50. c. Si autem Leui, & Ioſeph nati fuiſſent eodem anno, fuiſſet mors Ioſeph ante mortem Leui annis viginti ſeptem quia Leui vixit annis. 137. detrahãtur autem ab his. 27. anni, illi anni, quibus præceſſit natiuitas Leui natiuitatẽ Ioſeph, qui ſunt, 4. anni: manebunt. 23. anni: patet, quia Leui natus fuit
E tertio anno poſtquam accepit Iacob vxorem, cùm ille fuerit tertius filius natus continuata generatione. Ioſeph autem natus fuit anno ſeptimo poſtquam cœpit Iacob vxorem, vt colligitur Gen. 30. c. ergo fuerunt quatuor anni medij inter natiuitatem vnius, & alterius. Vixit etiam Leui ab introitu in Aegyptum annis. 93. quod patet quia quando intrauit Iacob in Aegyptum cũ omnibus filijs ſuis, erat Ioſeph annorum triginta nouem, quia quando ſtetit coram Pharaone ad interpretandum ſomnia, erat annorum triginta, vt habetur Gen. 41. c. Deinde tranſierũt nouem anni vſque ad tempus, quo intrauit Iacob, ſcilicet ſeptẽ anni vbertatis, qui inceperunt immediate poſt interpretationem ſomnij Pharaonis, & duo anni ſterilitatis, vt colligitur

Quatuor filij Rubẽ ante Aegypti introitum geniti.

Sex filij Simeonis ante Aegypti ingreſſum geniti.

Leui poſt Ioſeph mortuus annis 23.

...ECA UNIVERSITARIA

Leui post patris mortem annis 76. mortuus est.

Moyses natus est post mortem Leui annis 42.

Moyses natus est post ingressum Iacob in Aegiptum annis 135.

Gitur Gen. 45. c. sed quando Ioseph erat annorum triginta nouē, erat Leui annorū 43. qa excedebat eū in 4. annis, vt supra probatum est: ergo anno, quo Leui intrauit in Aegyptum cum Iacob, erat 43. annorū, qui si subtrahuntur a tota summa annorum, scilicet a 137. manebunt 93. anni. Item mortuus fuit Leui post mortē Iacob annis 76. quod patet, quia mortuus fuit post ingressum in Aegyptum annis 93. vt supra probatum est. Iacob autem mortuus fuit post introitum in Aegyptū annis 17. vt patet Gen. 47. qui si subtrahantur a. 93. annis quibus mortuus fuit Leui post introitum in Aegyptum, manebunt anni 76. Mortuus fuit etiam Leui ante exitum de Aegypto annis 112. quod patet, quia duratio filiorum Israel in Aegypto fuit 215. annis, vt patuit Gen. 15. c. a quibus si subtrahātur, 93. quibus mortuus fuit Leui post introitum in Aegyptum manebunt, 122. mortuus fuit Leui ante natiuitatem Moysi: annis 42. quod patet, quia a morte Leui vsq; ad exitū de Aegypto fuerunt anni 122. vt supra probatum est, a quibus subtrahantur anni 80. quibus natus fuit Moyses ante exitum de Aegypto, vt patet infra 7. c. manebunt anni 42. *Filij Gerson.* Iste Gerson fuit primogenitus Leui, & descenderunt ab eo duę familiæ a duobus filijs, quos habuit, scilicet familia Leuitica, & Semeitica, vt patet Nume. 3. c. *Per cognationes suas.* Quia isti duo filij fecerunt istas duas familias, quæ vocantur duæ cognationes. *Filij Caath.* Iste erat secundus filius Leui, & istos tres filios, scilicet Gerson, Caath, Merari genuit Leui antequam intraret in Aegyptū, quia isti fuerunt de intrantibus cum Iacob, vt patet Gen. 46. c. *Amram, Isuar Hebron, & Oziel.* Ab his descenderunt quatuor, scilicet familia Amramitarum, Isuaritarum, Hebronitarum, Ozielitarum, vt patet Nume. 3. c. *Anni vitæ Cahath centum trigintatres.* Cahath fuit mortuus ante natiuitatē Moysi, & antequam inciperet afflictio filiorum Israel in Aegypto: quia supra 1. c. dicitur, quòd postquam mortuus fuit Ioseph, & fratres sui, & tota cognatio illa, scilicet illi omnes, qui intrauerunt cum Iacob in Aegyptum, surrexit rex nouus, qui non conoscebat Ioseph, & incepit affligere iudeos, sed Cahath fuit de his, qui intrauerunt cum Iacob in Aegyptum, ergo iam mortuus erat, ex quo concluditur, quòd Caath erat ad minus decem, vel duodecim annorum, quando intrauit cum patre suo in Aegyptum, quia a tempore, quo intrauit Iacob in Aegyptū cum domo sua vsque ad natiuitatē Moysi fluxerunt anni 135. quod patet, quia tota mansio filiorum Israel in Aegyptū fuit ducentorum quindecim annorum, a quibus subtrahantur, 80. quibus Moyses natus fuit ante exitū de Aegypto manent, 135. anni ab ingressu in Aegyptum vsque ad natiuitatem Moysi. Si ergo poneretur quòd Cahat natus fuisset anno, quo intrauit Iacob in Aegyptum, cùm ipse vixerit annis 133. relinquitur quòd post natiuitatem Moysi tribus annis mortuus fuisset, tollantur ergo isti tres anni, qui reliquerentur post mortem Moysi, & alij septem vel octo quibus incepit tribulatio ante natiuitatē Moysi, erunt anni 11. vel 12. qui apponentur vitę Cahat ante ingressum in Aegyptum, quia necesse fuit Cahat mortuum fuisse antequam inciperet illa Hebreorum tribulatio. *Filij Merari.* Iste fuit vltimus filius Leui. *Moholi & Musi.* Ab istis descenderunt duę familiæ, scilicet Moholitę, & Musitæ, vt patet Nume 3. cap. *Hæ cognationes Leui.* Idest omnes istæ generationes nominatæ sunt quædā lineę spetiales descendentes de Leui. *Per familias suas.* Idest quòd in istis lineis descendentibus erant diuersæ familiæ, quia in qualibet linea vna familia, totidem ergo sunt familiæ, quot cognationes. *Accepit Amram.* Propter istum describitur tota ista genealogia, quia genuit Moysen, & Aaron. *vxorem Iacobed patruelem suā.* Patruelis est filia patrui, & vocatur patruelis, idest consobrina, & sunt patrueles filij duorum fratrum. Et secundum hoc oportebat, quod Iochabed esset filia Hebron, vel Oziel, vel Isuar, quia isti erant fratres Amrā. Sed in Hebræo non dicitur patruelem suam, sed amitam suam, vel auunculā suam, scilicet quòd soror patris sui, & esset filia Leui, vt diximus diffusius, supra 2. c. *Quę peperit ei Aaron, & Moysen.* Prius ponitur Aaron, quia natus fuit tribus annis ante Moysen. Et patet quia anno quo Moyses erat 80. annorum, erat Aaron annorum 83. vt patet infra 7. c. Et non ponitur inter istos Maria, quæ fuit soror Moysi, & Aaron, vt patet infra 15. c. & Num. 12. & ipsa nata fuit ante Moysen, & Aaron per decem annos, vel forte plus, quia quādo Moyses fuit positus in fiscella scirpea i carecto fluminis ipsa obseruabat eum stans a longe, & locuta fuit prudenter ad filiam Pharaonis, vt patet supra 2. c. quod non posset esse, nisi puella esset ad minus duodecim annorum, vel plus. *Fueruntque anni vitæ Amram centum trigintaseptem.* De isto non potest constare quoto anno ante exitum de Aegypto mortuus fuerit, vel vtrum de Aegypto cum ceteris exierit, quia non ponitur quoto anno eum Caath genuerit, iste vixit totidem annis, quot auus suus Leui, vt patet supra. *Filij quoque Isuar.* Iste fuit frater Amram, vt patet supra, & computatur hic progenies eius. *Filij quoque Oziel.*

Patrueles sunt filij duorū fratrum.

Aaron tribus annis natus fuit ante Moysen.

Maria Moysi, & Aaron soror per decē annos vel plus orta est ante eos.

Quæst. 4.

Quare hic non ponitur progenies Hebron.

Iste est alius frater Amram, & non ponitur hic progenies Hebron, sicut aliorum trium fratrum, de quibus supra. Forte dicet aliquis quod hoc factū est: quia Hebron nō habuit filios, & cito mortuus est. Vel quia filij sui in deserto perierunt, sicut fuit de quibusdam filijs Simeonis, & Beniamin, a quibus non determinantur familiæ, quare vel mortui sunt sine filijs, vel filij eorum in deserto varijs cladibus perierunt, de quibus diximus Gen. 46. & Nume. 26. c. Sed hoc non potest stare, quia infra in libro Numerorum c. 3. vbi ponitur Cathalogus Leuitarum ponitur familia Hebronitarum, quod esse non posset si Hebron sine posteris obijsset, vel filij eius in deserto perijssent. Sed dicendum quòd scriptura non multum curauit hic enarrare eius progeniem. *Accepit autem Aaron vxorem.* Hic ponitur progenies Sacerdotalis, quæ deriuata fuit per Aaron, & posteros suos. *Elisabeth filiam Aminadab sororem Naason.* Ista Elisabeth fuit de tribu Iuda. patet, qa Aminadab erat de tribu Iuda, vt habetur in genealogia Christi. Mat. 1. c. & vocatur soror Naasōn ad notandam excellentiā eius, quia Naasōn fuit princeps filiorum Iuda primus, qui in deserto preerat tribui Iudæ, & toti cohorti magnæ sub vexillo suo, vt patet Nume. 1. & 2. & 7. c.

Quæst. 5.

Tribus sacerdotalis & regalis erant conuēte.

Tribus leuitica dei voluntate ad sacerdotium assūpta est.

Ex hoc aliqui probant quòd tribus sacerdotalis, & regalis erant commixtæ propter dignitatem Sacerdotij summi. Et hoc verum est, sed non accipitur conueniens fulcimentum ex loco, quia Aaron accepit istam vxorem antequam Sacerdotium esset in tribu Leui: nam a casu, & ex diuina voluntate, quæ nōdum constabat hominibus tribus leuitica ad Sacerdotium assumpta est, quia ipsa vindicauit scelus idolatrię in cæterum populum quando adorauerunt vitulum, vt patet infra 32. c. Quod ergo accepisset Aaron mulierem de tribu Iuda, & de principibus eius, non fuit hoc ex dignitate sacerdotali, quam ipse tunc non tenebat, nec erat in sua tribu: sed fuit per accidens, sicut quilibet de alia tribu potuisset eam accipere in vxorem. *Quæ peperit ei Nadab, & Abiu.* Isti erat maiores filij eius, & mortui sunt in monte Synai, quando offerebant coram domino ignem alienum in die octauo consecrationis suæ, vt patet Leui 10. & 16. Nume. 3. & 26. c. *Eleazar, & Ithamar.* Eleazar successit patri suo Aaron in Sacerdotium vt patet Nume. 20. c. vbi mortuus fuit Aaron in mōte Hor apud fines Edon, & induit filium suum Eleazar ante-

antequā moreretur: filij Ithamar fuerunt sacerdotes minores, vt in diuisione Leuitarū in primo lib. Paral. in multis locis. *Filij quoque Core.* Iste Core concitauit seditionem contra Moysen, vt patet Nume. 16. c. & cōbustus est, & a terra absorptus. *Aßer. Elchana, & Abiasaph.* Isti fuerunt viri boni non consentientes seditioni patris sui ideo cum absorberetur a terra pater, cum ipso tabernaculo manserunt filij pendentes in aere donec ingēs illa terrę vorago, quæ disiluerat in se reclusa est: sic dicitur Nume. 26. c. Grande miraculum factum est in Israel, vt Core pereunte filij eius non perierint, & ideo isti laudantur postea in scriptura, & habuerūt officia in templo inter alios Leuitas, quia Choritæ erant principes eorum, quæ frigebātur in sartagine, vt patet 1. Parali. 6. c. & erant ianitores, vt patet primo Parali. 26. c. & condiderunt isti multos Psalmos qui intitulantur filiorum Chorē. *Hæ sunt cōgnationes Coritarum.* Tres cognationes, vel familię fuerunt in Coritis secundum q̄ fuerunt tres filij. *At vero Eleazar filius Aaron.* Iste accepit vxorem antequam exiret de Aegypto, vt hic inuitur: ex quo incidentaliter inducitur quòd illa sententia, quæ data fuit Nume. 14. c. scilicet quòd omnes numerati a. 20. annis supra morerētur in deserto nec quisquam de eis pręter Calēph, & Iosue intrarent terram promissionis, quia Elezar intrauit terram promissionis, quia factus fuit summus Sacerdos anno quadragesimo quo exeuntes de deserto intrauerunt in terram Chanaam, vt colligitur Num. 20. & 33. c. & postea fuit iste multo tempore sacerdos in terra promissionis, vt patet Iosue 21. c. & 24. vbi agitur de eius morte, & sepultura in terra Chanaan in monte Effrain. Sed iste habebat plures quam 20. annos quando data fuit illa sententia, quæ fuit in secundo anno exitus de Aegypto, vt patet Nume. 10. iuncto 13. & 14. non est autem verisimile, quòd Eleazar accepisset vxorem anno 18. qa valde erat cito, maxime, quia eodem anno, quo egressi sunt de Aegypto, facto tabernaculo in principio sequentis anni Sacerdos effectus est. Quod non est verisimile, si esset tunc 19. annorum, tamen sententia illa de non intrando terram promissionis vltra Iordanem Leuitas non comprehendebat, quia illi non numerati sunt cum reliquo populo per eandem computationem annorum, sed Leuitæ computati sunt per se, & cęteri per se, vt patet Nume. 1. & 3. c. *Quæ peperit ei Phinees.* Iste fuit Sacerdos post prędentem suum, & cōfirmata fuit dignitas summi Sacerdotij in stirpe eius, quia placuit iram Dei occidendo Zambri principem tribus Simeon, & Madianitidem cōeuntes, vt patet primo Macha. c. 2. *Hi sunt principes familiarum Leuiticarum.* Scilicet omnes supradicti, quia licēt non describantur isti tāquam capita familiarum infra Nume. 3. c. tamen primo Paralip. c. 23. & 24. & 25. & 26. describuntur, vt principes familiarum. *Per cognationes suas.* Idest quòd quilibet istorum faciebat vnam familiam, & vnam cognationem, quia ista duo idem sunt. *Iste est Aaron, & Moyses, quibus præcepit Dominus.* Hoc ponitur ad notificationem istarum personarum, quia vt dictū fuit interdum ex identitate nominum gesta vnius personę alteri attribuuntur, ideo descripta genealogia Moysi, & Aaron sufficienter, ita vt cognosci posset, additur. *Iste est Moyses, & Aaron.* Idest nō putetis quòd Moyses, & Aaron, qui eduxerunt ad mādatum Dei Israel de Aegypto, sint de alia tribu quam de Leuitica, nec sint alij in tribu Leuitica, qui vocantur his nominibus; sed hi, quorum nunc Genealogia enarrata est. Et præponitur hic Aaron Moysi, & interdum ecōuerso, quādo vero præponitur Aaron Moysi, si fit, qa Aarō primogenitus erat natus tribus annis ante Moysen, vt patet infra 7. c. Item ex dignitate sacerdotali, & si dicas quòd hoc non potest stare, quoniam ista ante

Eleazar multo tēpore fuit Sacerdos in terra promissionis.

Aarō quare preponitur Moysi.

Sacerdotium Aaron facta sunt. Respondetur quòd licēt eductio filiorum Israel fuerit ante sacerdotium Aaron, tamen ista narratio Hystorica fuit facta per Moysen post sacerdotium Aaron, quia iste liber Exodi in deserto scriptus est, de quo magis diximus Deute. 31. c. Quando autem Moyses præponitur Aaron causa est, quia ei cōmissa fuit cura de educendo Israelitas de Aegypto. Secundo quia Moyses recipiebat verba dei immediate, & postea tradebat ea Aaron. Sic dicitur supra 5. c. Ipse loquetur pro te ad populum, tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent & infra 7. c. & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. *Quibus præcepit dominus, vt educerent filios Israel.* Idest vt essent præcipientes, & incitantes ad exitum, & postea in progressu: fuit tamen ista cura commissa principaliter Moysi: Aaron autem minus principaliter. *De terra Aegypti per turmas suas.* Idest per congnationes tribuum suarum aut familiarum: nam in exitu de Aegypto nō erant omnes Hebræi indifferenter mixti, quia multitudo confusa difficulter regitur, sed quælibet tribus procedebat segregata ab alia tribu, & rursus in illa tribu quot familię erant, tot diuisiones fiebant, & sic procedebant. Erat autem ordo iste valde congruens ad minus litigandum: quia homines incogniti difficilius cōmuuicāt, & necesse est magis turbari &c. Quia proficiebat hoc ad maiorem lętitiam, & concordem communicationem. Naturaliter enim illi, qui pertinent immediate ad eandem radicem, vel sunt inter se multum consanguinitate conuncti magis gaudēt in mutua communicatione, quam si communicent ad extraneos. Et iste modus, qui erat in procedendo obseruabatur in castrametando, ne orirentur dissensiones, quod interdum euenisset. Qualiter aut castrametarentur secundum ordinem suum sub quatuor vexillis, patet Nume. 2. *Hi sunt.* Scilicet Moyses & Aaron. *Qui loquuntur ad Pharaonem.* Non loquebantur ambo, sed Aaron præcipue loquebatur, cum diceretur, os Moysi, vt patet supra quinto capitulo, & infra 7. vbi vocatur Propheta eius Moyses, tamen interdum aliqua pauca verba in responsionibus interserebat, vt patet infra 10. c. & in alijs locis. *Vt educant filios Israel.* Idest sua legatio ad Pharaonem erat, vt pmitteret ipse eis educere filios Israel de Aegypto, licēt ipsi non sic proponerent, sed dicerent se velle sacrificare domino deo suo in deserto itinere dierum trium. *Iste est Moyses, & Aarōn in die, qua locutus est dominus ad Moysen.* Idest isti duo quorum genealogię descriptæ sunt Moyses, & Aaron exequentes mandatum Dei Coram Israel, & Pharaone ex die, qua locutus est Dominus ad Moysen, vt ista proponerent coram populo, & Pharaone. *In terra Aegypti.* Idest istud ministerium vtriusque nō incepit ante Diem, quia locutus fuit Deus Moysi in Aegypto, & hoc fuit postquam venit de terra Madiā. Deus enim sępe apparebat Moysi per Angelū suum, dum ista negocia tractabantur, Ideo ad confirmationem maiorem missionis Aaron cum Moyse apparuit Deus iterum Moysi venienti de terra Madian, dum esset intra Aegypto, vt Aaron iret cum eo, loquerentur ad seniores, & deinde ad Pharaonē. *Et locutus est Dominus ad Moysen.*

Moyses quare preponit Aaron.

Quomodo in exitu de Aegypto Hebrei incedebant ordinate.

Deus per Angelum suum Moysi sępe apparebat.

Quæst. 6. An ista apparitio sit alia a priori.

Ista fuit alia apparitio quam prior, vt quidam volūt. Sed magis videtur, quòd fuerit illa, de qua ante dictū est: sed hic iteratur, vt incipiat tanquam a capite narratio, cum supra interposuerit Genealogiam Moysi, & Aaron. Quia autem sit eadem missio, patet quia eadem dicuntur hic & ibi, nam ibi se excusauit Moyses, quia erat incircumcisus Labijs, ita se excusat hic. Item quia si essent duę missiones, vel locutiones ponerentur in eis distincta mandata Dei, alias enim frustra erat apparere, & loqui, nisi aliquid speciale mandasset: sed non

non ponitur in superiore locutione aliquod mandatum Dei, ergo non fuit aliqua distincta apparitio ab ista. Nec valet si dicas quòd ibi dictum fuit, vt educerent filios Israel de Aegypto, & vt loquerẽtur ad Pharaonem. Quia frustra erat mandare loqui ad Pharaonem, nisi diceretur quid loqui deberent: hic autem non ponitur quid loqui deberent, ergo non fuit per se aliquod mandatum sed inceptio scriptoris, deinde facta interruptio, & rursus ad idem redditur. Etiam mandare quòd educerent filios Israel de Aegypto nõ erat aliquod speciale mandatum, quod per se dari debuisset, quia mandatum Dei erat principaliter de his, quæ pertinebant ad finem, de fine autem non oportet dari specialiter mandatum. Cum ergo finis omnium istorum, quæ dicebantur, & fiebant esset eductio Israelitarum de Aegypto, oportebat reliqua, quæ ad finem, mandari ante eductionem non tunc: maxime quia mandatum Dei ordinatum est, id ergo quod prius mandat, prius fieri debet, sed exitus de Aegypto erat posterior, ergo non debebat prius mandari, maxime per se mandari non debebat, quia nõ erat aliquid per se factibile, nisi præcessissent alia. *Ego Dominus.* Idest ego qui dico tibi hoc, sum Dominuus tuus, ideo mihi obedire debes. *Loquere ad Pharaonem:* Mandabat ei, ꝙ ipse per se loqueretur ad Pharaonem sine Aaron. *Omnia, quæ ego loquor tibi.* Idest omnia, quę dicam tibi ĩmediate. *Et ait Moyses coram Domino.* Idest immediate respondit, nec petiuit deliberationem ad respondendum, quia satis constabat sibi, quòd ipse ineptus esset ad loquendum coram Pharaone. *En incircuncisus labijs sum.* Idest habens labia impedita ad pronunciandum, quare autem dicantur labia incircuncisa, supra dictum est. *Quo audiet me Pharao?* Non vult audire fratrem meum Aaron, qui eloquens est super ista re, quanto magis me abijciet, qui valde impedite linguæ sum. Aliam causam suæ excusationis posuit supra, scilicet quòd non conueniebat eum mitti, quoniam si filij Israel, quorum liberationem ipse procurabat, eum audire nolebant, quantomagis Pharao, cui mala comminaturus erat. Istam autem hic subtiecit, tanquam sufficienter supra explicitam.

CAPITVLVM VII.

DIxitque Dominus ad Moysen. Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quę mandabo tibi, & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Israel de terra sua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa, & ostenta mea in terra Ægypti, & non audiet vos. Immittamque manum meam super Ægyptum, & ducam exercitum, & populum meũ filios Israel de terra Ægypti per iudicia maxima. Et scient Ægyptij, quia ego sum Dominus, qui extẽderim manum meam super Ægyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaque Moyses, & Aaron sicut præceperat Dominus, ita egerunt. Erat autem Moyses octoginta anno-

Alias loquere.

rum, & Aaron octogintatrium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Dixitque Dominus ad Moysen, & Aaron. Cum dixerit vobis Pharao, ostẽdite signa, dices ad Aaron, Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum. Ingressi itaque Moyses, & Aaron ad Pharaonem, fecerunt, sicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos, & fecerunt etiã ipsi per incãtationes Aegyptiacas, & Arcana quædam similiter. Proieceruntq; singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat dominus.

26. q. 5. ca. nec mirũ. 2. thi. 3. j. q. j. ca. teneamus. 26. q. 5. ca. nec mirũ de conse. di. 2. c. reuera. infra c. 23. q. 4. ca. Nabuchodonosor.

Dixitque. Descripta monitione Moysi ad Pharaonem in simplicibus verbis, hic subnectitur alia monitio in verbis, & signis, & diuiditur in duas partes. Primo ponitur monitio in signis. Secundo apponitur monitio in penis inflictis ibi, dixit autem Dominus ad Moysen. Prima in duas. Primo ponitur mãdati impositio. Secundo eiusdem executio ibi. *Ingressi itaque.* Circa primum. *Dixit Dominus ad Moysen.* Istud dictum continuatur cum locutione Dei, quę incepta fuit præcedenti. c. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.*

Non dicitur quòd Deus fecerit Moysen Deum, sed quòd fecerit eum Deum Pharaonis accipiendo cum adiectione, quia istud nomen Deus alicui conuenit cum adiuncto, cui sine adiuncto nullo modo cohereret: sic enim vocantur quædam loca ex nomine Dei, cũ conotatione, vt patet Gen. 22. c. Vbi vocatur mons Moria mons Dominus videt, vel dominus videbit, & non vocatur simpliciter Deus, vel dominus: sic etiam habetur Ezechi. vltimo ca. in fine vbi dicitur, & nomen ciuitatis illius ex tunc Dominus ibidem, vocatur enim ciuitas illa Dominus, vel Deus ibidem, ista autẽ sic nominantur a quibusdam effectibus. Si tamen vocaretur aliquis Deus simpliciter, diceretur de eo istud nomen secundum essentiã. Deitas autem intra se cõmunicabilis est per generationem, & inspirationem, sicut communicauit pater filio in diuinis esse Deum gignendo eum, & pater, & filius, vt unicum principium communicauerunt Spiritui Sancto esse Deum per spirationem, & processionem actiuam. Ad extra tamen diuina natura non est communicabilis, sed vnibilis, vel potius aliquid sibi vnire potens ad suppositi identitatem. Sicut verbum diuinum assumpsit hominem Christum ad vnitatem suppositi, vel Hypostasis, quod idem est in lingua Græca. Moyses tamen nec effectus fuit Deus, nec alicui personæ diuinæ per assumptionem vnitus, ideo Deus simpliciter dicendus non est, si acciperetur proprie istud nomen Deus. Aliquando tamen accipitur large, & significat Dominos temporales, vel iudices, vel Sacerdotes, vel viros Sanctos, sic patet Ps. 81. Ego dixi dij estis. Et hoc cõfirmat Saluator noster Ioan. 10. c. Deos illos, ad quos sermo Dei factus est, dixit Dominus: & in predicto Psal. dicitur Deus stetit in synagoga deorum, & in medio Deos dijudicat ibi accipitur pro sacerdotibus. Aliquãdo accipitur pro iudicibus, sic patet infra 22. c. Applicabitur

Qnæst. 1. Moyses Deus Pharaonis cõstitutus est non simpliciter.

Deitas ad extra vnibilis est.

ad

ad Deos, idest ad iudices, Vocatur autẽ Moyses Deus Pharaonis, idest dominus Pharaonis, quia tenebat potestatem super eum ad infligendum plagas, & minas, & sic ponit translatio Chaldaica, scilicet constitui te dominum siue maiorem Pharaonis, vel potest accipi pro Deo figuratè, scilicet. *Constitui te Deum Pharaonis.* Idest non solum dedi tibi potestatem super eum, vt Dominus tenet super seruum suum, sed etiam te feci Deum eius idest dedi tibi potestatem super eum talem qualem solus Deus habet, scilicet inferendi in eũ plagas, quæ solum virtute diuina infligi possunt. In Hebręo autem ponitur hoc nomen pluraliter, scilicet Elohim, & in Latino secundum illam corresponden tiam. *Constitui te Deos Pharaonis.* Sed non curauit litera nostra & rectissime factum est, quia in litera Hebraica consueuit, vt communiter poni istud nomen in plurali pro singulari, sic patet Gen. 1. In principio creauit Deus, in Hebręo ponitur Elohim pluraliter, & in multis alijs locis. Nec magis mouentur Hebræi, quòd ponatur in plurali, quàm in singulari, quia in hoc lingua Hebraica multum abusiua est in habitudinibus suppositi, & appositi, & adiectiui, & substantiui Latina tamen lingua, quæ hoc strictissime seruat non consueuit plurale pro singulari ponere, nisi in quibusdam locis, vbi ipsa rerum natura exposcit: cùm tantum videtur significare singulare, sicut plurale. Si ergo in litera Latina poneretur in talibus locis Deus pluraliter, scandalum quodam, & abusio vocũ, & signatorum esset, ponendo tamen pluraliter, vt litera Hebraica facit est sensus. *Constitui te Deos Pharaonis.* Idest posui te magis timendum, & terribilem Pharaoni, quàm dij, quos colit, quia tu poteris ei inferre supplicia, quæ dij sui nec intelligere, nec tollere poterunt. Dicebat autem Deus ista Moysi, vt confortaretur ad apparendum coram Pharaone, & auderet facere ista signa, quę infra ponuntur. *Et Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* Solus Moyses ponitur Deus Pharaonis, Aaron autem non, licèt ipse fecisset coram Pharaone ista signa, quæ sequuntur, & quasdam de plagis infra positis, quia tamen Aaron faciebat ex mandato Moysi vt minister, potestas istorum videbatur progredi a Moyse tanquam a Deo solo potente ista. Vocatur Aaron Propheta Moysi, quia sicut Deus, qui per se omnibus hominibus nõ loquitur, habet quosdam speciales, qui sunt Prophetę sui reuelantes dicta diuina gentibus, ita Moyses tanquam Deus non loquens reuelabat intentionem dei Aaron, & sic Aaron reuelabat intentionem illam Pharaoni, & ceteris audientibus. Et dicitur. *Erit Propheta tuus.* quasi dicat non meus, quia tu eris Propheta meus, & ipse erit Propheta tuus, quia tu a me audies, ipse autem a te.

Quod Deus in lingua Hebræa pluraliter sepe ponitur.

Aarõ Propheta. Moysi vocatur.

Quęst. 2.

Vtrum Aaron fuerit Propheta.

Aliqui volunt probare Aaron fuisse Prophetam ex hoc loco, quia dicitur erit Propheta tuus. Sed ex hoc magis infertur oppositum, quia omnis Propheta est Propheta Dei, sed Aaron non vocatur hic Propheta Dei, sed Propheta Moysi, ergo non colligitur ex hoc loco. Sed dices quòd licèt Aaron non audierit immediate verba a Deo, tamen erat Propheta, quia audiebat verba diuina a Moyse, & proponebat Pharaoni, & ceteris auditoribus. Sed hoc non sufficit, quia necesse est, vt ille, qui Propheta vocari debet inspiretur a Deo, vt patet Pet. 2. c. 1. vbi dicitur, Non enim aliquando voluntate humana allata est Prophetia, sed Spiritu Sãcto dictante locuti sunt Sancti Dei homines: sed Aaron non inspirabatur hic a Deo, sed solm a Moyses, ergo Aaron non erat in hoc Propheta. Item quia sequeretur hoc dato quoddam valde absurdum, scilicet quòd si Aaron eo quod recitabat verba Dei dicta per Moysen, esset Propheta, ita quilibet nostrum, quia recitat verba dicta per Moysen, aut per Esaiam, vel Hieremiã vocaretur Propheta, quod nullo modo consentiendũ est. Concludendum ergo, ꝙ Aaron Propheta erat, vt patet supra 4. c. quia dicitur, quòd apparuit ei Dominus, & mandauit quòd exiret in occursum Moysi. Et patet 1. Reg. 2. c. cum Deus loqueretur contra Heli sacerdotem dicens. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cũ essent in Aegypto in domo Pharaonis. Quod non potest intelligi de Moyse, quia non erat Heli de domo Moysi, sed de domo Aaron. Et patet ibidem manifestius in litera, cum dicitur, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel, vt esset mihi in Sacerdotem, & ascenderet ad altare meum, adoleret mihi incensum, & portaret Ephod coram me. Quæ de Moyse intelligi non possunt, quia non fuit ipse sacerdos, sed Aaron. Nec potest intelligi de alio, quam de Aaron, quia dicitur, quod in Aegypto reuelatus fuit ei in domo Pharaonis, licèt enim postea fuerunt aliqui prophetantes de filijs Aaron, tamen dum in Aegypto essent, non legitur de aliquo de filijs eius, quòd prophetauerit. Ex hoc autem loco non probatur, ꝙ Aaron fuerit Propheta, sed ꝙ fuerit interpres Moysi, cum ipse non loqueretur, quia erat impeditæ linguę. Concluditur tamen ex hoc loco, quòd Propheta accipiatur in sacra scriptura dupliciter. Vno modo pro illo, qui immediate audit aliquid a Deo, & vocatur propriè Propheta. Alio modo accipitur pro illo, qui verba ista proponit. Et hoc valde large, vt patet ex supradictis. Erat ergo Aaron isto secundo modo Propheta, scilicet interpres verborum Dei, quæ dicebantur primo ad Moysen. *Tu loqueris omnia, quæ tibi mando.* Idest tu dices ea, quæ tibi dico ad Aaron. *Et ille loquetur ad Pharaonem.* Proponendo aliquando tamen respondebat Moyses, vt patet infra, & ratio est, quia propositiones requirunt multa dicta. Et quia Moyses aliquo modo erat tardus, siue balbus, non poterat ea dicere. Responsiones autem breues erant, ideo poterat respondere Moyses interdum, alia etiam erat causa potissima, quia Aaron nihil unquam dicebat, nisi quod primo mandabat ei dicere Moyses. Et quia propositiones ante Pharaonem, erant ex deliberatione, scilicet ea quæ Moyses ante dixisset Aaron, ideo poterat proponere Aaron, responsiones autem, quæ dari deberent Pharaoni, interdum erant deliberatæ, antequam venirẽt ad Pharaonem, interdum verò sine deliberatione. Quando enim primo deliberabant responsiones, tũc respondebat Aaron, quando autem non deliberatę erant, respondebat Moyses, quia Aaron tunc nesciebat, quid responderet. *Vt dimittat filios Israel de terra sua.* Vt dimittat eos exire de Aegypto itinere dierum triũ ad sacrificandum Deo suo in solitudine, sic fuit expositum supra præceden. c. Non est enim intelligendũ quòd peteret Moyses dimitti illos totaliter, quia sic variaret in petitionibus, & nõ esset audiendus. *Sed ego indurabo cor eius.* Idest ego non apponam ei gratiam, quę mollificat cor, & disponit ad bonam operationem, & consentiendum rectę actioni, & persuasioni, Ista autẽ non appositio fiet ex demeritis Pharaonis, quia malitia eius tanta est, vt secũdum Dei iudicium mereatur gratiam non apponi, & ex hoc sequitur induratio eius tanquam ex defectu eius, quod mollificabat. Et quia Deus non apponit istam gratiã, ex cuius defectu fit induratio, Deus dicitur indurare. De hac autem induratione diffusius dictum est supra 4. c. & ibi requirantur, quia multa ibi vtilia sunt. *Et multiplicabo signa.* quasi dicat. Si Pharao nõ esset induratus, ad primum signum assentiret, quia tamen induratus est, oportet multa signa fieri. *Et ostenta mea.* Signum proprie dicitur aliqua operatio mirabilis contestans esse Deum operantem, & loquentem, & vocatur signum idest argumentum apo-

Aaron vere fuit propheta.

Propheta in Sacris literis bifariam sumitur.

a posteriori: sic enim loquitur Arist. in primo Posteriorum, & in alijs locis vbi probationes a priori demonstrationes vocat, probationes autem aposteriori vocat signa. Sic dicuntur hic solum signa illa mirabilia, quę ponebantur ad probandum quòd Deus misisset Moysen, & ista signa non infligebant aliquam pęnam, sicut fuit cõuersio virgę in draconem, & conuersio draconis in virgam. Alia dicuntur ostenta, quę sunt magna signa demonstrantia diuinam potestatē, & infligētia pęnam, cuiusmodi erat conuersio aquæ in sanguinem, quia non poterant bibere Aegyptij, & generatio ranarum & muscarum, & vessicarum turgentium, & mors primogenitorum, & similia. Vel aliter possunt distingui quòd signum est paruum miraculum, ostentum, vel prodigium dicitur magnum miraculum, & sic signa non pertinebant ad Moysen, sed Aaron. Ostenta vero pertinebant ad Moysen, & illa, quæ vocantur hic ostenta aliquando vocantur portenta, & aliquando prodigium, vt patet infra in multis locis, prima tamen distinctio melior est. *In terra Aegypti.* Idest super terram Aegypti, quia ista signa, & portenta, vel ostenta fiebant ad pęnam Aegyptiorum, vt dimitterent Hebreos. Dicuntur autē ostenta ab ostēdendo; vel quia ostendunt se esse a Deo, quia a nullo alia talia fieri possent, & per hoc demonstrant veritatem eius ad quod inducebantur probãdum. Vel quia ostendunt magna esse peccata eorum, quibus infliguntur, & magnam atque exardescentem iram Dei super eos, quia aliter tanta mala non imponerentur. *Et non audiet vos.* Idest non exaudiet faciendo quod petitis, licèt audiat quod dicitis. Communiter enim audire pro exaudire ponitur, tãquam auditio inutilis sit, vbi non sequitur exauditio. *Immittamque manum meam super Aegyptum.* Idest ponam potentiam meam operatiuam, quæ signatur per manum, & hoc ad puniendum Aegyptum. *Et educam exercitum, & populum meum filios Israel.*

Differentia inter signum, & ostentum. Alia distinctio inter ostentum & signũ. Ostentum vnde dicitur.

Quęst. 3. Quare Israelitę vocantur exercitus Dei, & populus Dei

Vocantur hic Israelitæ exercitus Dei, & populus Dei, exercitus quantum ad viros aptos ad pugnam, qui tunc exierunt de Aegypto, sic dicitur infra 12. c. Profecti sunt filij Israel de Ramesse in Sochot sexcenta ferme milia peditum virorum. Vocatur autem populus quantum ad reliquam multitudinem paruulorum, & fęminarum, & senum, qui ad bellum apti nõ erant, sic dicitur infra 12. c. absque paruulis, & mulieribus, sed & vulgus promiscuum innumerabile ascēdit cum eis. *Per iudicia maxima.* Illa, quæ ante vocabantur ostenta, & signa, vocantur hic iudicia, & ratio est, quia quandocunque alicui aliqua pęna magna infligitur, nullo homine faciente, dicimus quale Dei iudicium. Idest quanta pœna inflicta a Deo. *Et scient Aegyptij quòd ego sum Dominus.* Idest cognoscent per experientiam quòd ego sum vniuersalis Dominus, qui talia facio, quoniam nullus alius talia operari posset, nam hæc ad omnipotentiam pertinent. Hoc autem non cognoscent per argumentorum violentiam, sed per malorum inflictorum sęuitiam. *Quia ego sum Dominus.* hoc dicit, quia Aegyptij, vel saltem rex eorum negauerat se nosse aliquem Dominum, sic enim dixit, vt patet supra 5. c. Quis est Dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Israel, nescio Dominũ, & Israel non dimittã, qui ergo ignorare voluit impunitus, scire cogetur acriter verberatus. *Qui extenderim manum meam super Aegyptum.* Idest in hoc quòd ego extenderim manum meã ad percutiendum Aegyptum, cognoscent ipsi me esse Deum, quia illa punitio talis erat, qualis esse non posset ab aliquo minore Deo vero. *Et eduxerim filios Israel de medio eorum.* Sicut manifestabatur diuina potestas in percussione admirabili Aegyptiorum, ita demonstrabatur in stupenda eductione Hebræo-

Aduerte diuinam potẽtiã in vlciscẽdo.

F rum: Quis nõ stuperet quòd Aegyptij qui pauloante Hebræos nullo modo dimittere volebant totiens exorati, instarent nunc vehementissime, vt Hebræi velociter de Aegypto exirent. Videbant etiam Aegyptij Hebręos deportantes vasa aurea, & argentea sua, & vestes pręciosas, & præ stupore in eos moti non sunt, sepelientes mortuos suos, quos occiderat Dominus, vt patet Nume. 33. c. Quis etiam non stupeat mare rubrum ad mandatum Moysi in plures diuisiones fuisse seiunctum, & stetisse aquam immobilem quasi murum? Et profundum maris, quod humidum, & limosum valde ante extiterat, mox dissiccatum Hebręorum populo promptum aditum atque exitum tribuisse, hostibus eorum diuina vltione submersis: G quis enim hoc a seculis in auditum magnum celebrãdumque miraculum non stupeat? Stupebit inquam omnis, quia hoc tale verbum est, vt omnis qui audierit, tinniant ambę aures eius. *Fecere itaque Moyses & Aaron.* Quid est hoc quod fecerunt? respondetur, quod illud quod Deus antea imperauit, cum dixit, loquere ad Pharaonem. Et dicitur hic quòd Moyses & Aaron hęc egerunt, quia vterque a Deo aliquid faciendum accepit, scilicet Moyses, vt audiret a Deo, quæ facienda erant, & reuelaret ea Aaron, rursus autem Aaron ea Pharaoni proponeret, & ponuntur ista hic per anticipationem, quia facere sicut Deus mandauerat, erat loqui ad Pharaonem, sed hoc nondum factum erat, cum ponatur infra apparatus, & verba Domini, H quæ mandauit, & signa, & quomodo accesserunt ad Pharaonem: sed quia illa complectio aliqualiter tenditur, vt videatur quomodo isti compleuerunt sibi dicta, ponitur immediate quòd compleuerint, & postea subditur quomodo compleuerint. *Sicut præcepit Dominus ita egerunt.* Ista est pura repetitio eiusdem rei, & nihil omnino significat vltra præcedentem orationem. *Erat autem Moyses.* Licet superius Moyses incepit procurare istùd negocium cũ Aaron coram Pharaone, vt patet supra 5. c. quia tamen non fecerãt signa vsque nunc, & portenta, hic, vt in capite hystorię, ponitur quantę ętatis erant Aaron, & Moyses, quando ista procurare inceperunt. *Annorum octoginta, & Aaron octoginta & trium.* Et sic Aaron excedebat Moysen annis tri- I bus. Ex hoc etiam patet, quia illo anno, quo primo Aaron, & Moyses comparuerunt coram Pharaone exierunt Hebræi de Aegypto, quia in deserto morati sunt filij Israel annis quadraginta vt patet Deute. 8. c. & nunc Moyses erat 80. annorum, vt patet in litera, & erat annorum centum viginti, quãdo exierunt de deserto filij Israel, & transierunt Iordanem, & ipse mortuus est, vt patet Deute. 31. c. Ergo oportet quòd quãdo Moyses erat annorum 80. egressi fuissent de Aegypto, & intrauissent in desertum alias si postquã Moyses compleuit annos 80. quòd fuit, quando primo apparuit coram Pharaone, morati fuissent aliquo anno in Aegypto faciẽdo ista signa cũ mora in deserto fuerit annorũ 40. necesse esset ꝙ cõpleuisset Moyses an- K nos 120. antequam cõplerentur 40. anni. quibus mansit Israel in deserto saltem per vnũ annum, aut annũ, & dimidiũ, quod falsum est, quia ĩmediate post mortem Moysi fecit Iosue transire Israel Iordanem, vt patet Iosue 1. c. *Quando locuti sunt ad Pharaonē.* Licèt in hoc modica differētia est, quia modicũ tẽpus fuit inter vnã locutionē, & alterã. *Dixit Dominus ad Moysen.* Hoc fuit in eadē locutione, de qua ante dicebatur, & patet, quia quando Deus aliqd mandabat Moysi & Aaron, ibant ad Pharaonē, sed inter pręceptũ superius & istud non ponitur, ꝙ irent ad Pharaonē, vel aliquid facerēt, ergo vnũ pręceptũ erat, ꝙ cõcise ponitur. *Ad Moysen & Aaron.* Nõ est intelligendũ ꝙ Deus loqueretur ad Moysen & Aaron simul, sed solũ ad Moysen, sic enim di-

Nota plures diuisiones maris rubri.

Aetas Moysi quando exijt de deserto.

ctum

ctum fuerat supra quarto capitu. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, & tu eris ei in his, quæ ad Deum pertinent: sic dictum fuit supra isto capit. Et Aaron frater tuus erit Propheta tuus: quia si Deus loqueretur ad Aaron, Moyses superfluus esset: quia Aaron audiret a Deo, & proponeret coram Pharaone, & cum dicitur hic. *Ad Moysen, & Aaron.* Est sensus quòd Deus loquebatur ad Moysen solum: sed dicebat ea, quæ ambo respondere deberent Pharaoni, & proponere. Sicut quando aliquis loquitur ad vnum gerentem vicem plurium, vel communitatis loquitur ei pluraliter, tanquam ad omnes loqueretur simul. *Cum dixerit vobis Pharáo.* Sciebat Deus, quòd Pharao petiturus esset, vt signa demonstrarent, qualiter Deus eos misisset, & si non possent ostendere, eos tanquam mendaces argueret, nec vltra audiret, infra tamen non ponitur quòd Pharao petiuerit signum, ponitur tamen quomodo Moyses & Aaron fecerunt signa. Tenendum tamen est, quòd Pharao petiuerit: quia Deus prænunciauit illum petiturum, cum dixit. *Cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa.* Nec dicitur quòd dixerit Deus si dixerit vobis Pharao, quasi conditionaliter posuisset: sed cum dixerit quòd assertionem ponit: & hoc manifestatur, quia prima vice, qua apparuerunt Moyses, & Aaron coram Pharaone, de qua patet supra quinto capit. Non fecerunt signa, licèt signa a Deo facienda recepissent: quia non legitur in litera, quòd Pharao illa petiuisset. Immo monstratur, quòd postquam Aaron locutus fuit, immediate Pharao iratus remisit eos ad onera sua. *Ostendite signa.* Nunc autem fecerunt signa, vt patet in litera, ergo videtur, quòd Pharao illa petiuerit. *Ostendite signa.* Idest faciatis aliqua signa, vel mirabilia Diuina, vt pateat quòd Deus misit vos. *Dices ad Aaron.* In hoc patet quod supra dicebatur, scilicet Deus non locutus fuit ad Moysen & Aaron simul, sed ad Moysen solum: quia si ad vtrunque locutus fuisset, non dixisset hic Deus Moysi: dices ad Aaron, tanquam Aaron absens esset: sed diceret Aaron tollat virgam, & proijciat in terram; nunc autem Moyses ista edicere debebat, Aaron ergo ipse tunc præsens non erat. *Tolle virgam tuam.*

Quæst. 4. Vtrum Aaron, vel Moyses proiecerit virgam coram Pharaone.

Mandauit Deus, quòd Aaron virgam proijceret, & non Moyses, vt quidam volunt: quia Moyses magno tempore, scilicèt quadraginta annis manserat in terra Madian extra Aegyptum, vt patet Act. septimo capitu. Et credebant eum potuisse magicas artes didicisse. Si ergo ipse proiecisset virgam, putarent magica arte hoc factum fuisse, & non inclinarentur ad petitionem eius, quia Aegytij etiam circa artes istas instructissimi erant: de Aaron autem non poterat hoc præsumi, quia tota vita sua manserat in Aegypto, nec potuisset addiscere artes maleficorum, nisi Aegyptij hoc nouissent, ideo ad signa facta ab eo libentius assentirent. Sed hoc licèt aliqualiter coloretur, non videtur consistere, quia dato quòd Aaron non potuisset addiscere artem magicam ab Aegyptijs, quin ipsi nouissent; potuisset tamen didicisse eam a Moyse postquam venit de Madian, saltem quantum ad illam partem de conuertendo virgam in colubrum, & econtrario, ideo nec sic crederent. Dicendum ergo quòd ista fecit Aaron, vt alia, quæ videbantur maiora relinquerentur facienda Moysi, qui videbatur operari ex maiori potestate. Et patet hoc, quia ista, quæ fecit Aaron, fecerunt etiam malefici, licèt non eo modo, quo Aaron, quia

A Aaron fecit ea verè, malefici autem sub quibusdam apparentiis inanibus: ea autem, quæ Moyses fecit, non potuerunt facere malefici, vt patet infra nono, & decimo capitulo. Vnum tamen quod fecit Aaron non potuerunt facere malefici, scilicet gignere cyniphes, vt patet infra octauo capitulo. *Virgam suam.* Aliquando vocatur ista virga Moysi: aliquando virga Aaron: aliquando virga Dei. Vocatur Virga Moysi, quia Moyses portauit illam de terra Madian; aliquando vocatur virga Aaron, quia Aaron faciebat signa habens illam virgam in manu, vt patet hic. Vocatur aliquando virga Dei, quia Deus mandauerat illam adduci de terra Madian, vt patet supra quarto capitulo. Vel B quia diuina miracula fiebant per illam virgam. Vel quia nomen Dei scriptum erat in illa, de quibus diximus supra quarto capitulo. *Et proijce eam coram Pharaone.* Mandatur proijci, vt ibi in terra conuerteretur in colubrum, & non in manu Aaron: vt verus coluber sicut erat videretur per motum, & non crederetur, quòd Aaron per aliquas species, quas manu tenebat faciebat sic apparere. *Ac vertetur in colubrum.*

Virga per quam miracula fiebant multipliciter nominabatur, & cur.

De hoc non dubitabat Aaron, quia iam fecerat ipsa ista signa coram Populi Israelitici senioribus, vt patet supra quarto capitulo. Ingressi itaque Moyses & Aaron. Hic ponitur secundum, scilicet mandati Diuini executio. *Ingressi itaque Moy-* C *ses, & Aaron.* Manebat tunc rex in palatio suo, & Moyses & Aaron, vt loquerentur ei, ingressi sunt domum eius. *Fecerunt sicut præcepit Dominus.* Scilicet vt primo peterent ex parte Dei, vt dimitteret populum Israel ire ad sacrificandum in desertum itinere dierum trium. Deinde cùm Pharao peteret ab eis signum Diuinæ missionis: quia dicebat Pharao non esse missos a Deo, sed hoc ipsi confingebant, inceperunt facere signa, videlicet quæ Dominus imperarat, cuius modus subiicitur. *Tulitque Aaron virgam.* Hic non ponitur quòd Pharao petiuerit signum, tamen manifestum est, quòd petiuerit: quia aliès ipsi non darent, cum esset superfluum facere impertinentia. patet etiam hoc: quia D Deus dixerat. *Cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa.* In quo innuebatur Pharaonem petiturum esse signa. Aliàs Moyses, & Aaron excessissent mandatum Dei, quod non est dicendum; patet consequentia, quia Deus mandauit, quòd quando Pharao peteret ab eis signa, quòd facerent ista, quæ sequuntur: sed ipsi fecerunt ea, ergo Pharao mandauit eis facere. Item si propter hoc non crederetur, quòd Pharao petiuerit signa, quia in litera non scriptum est, eodem modo non est credendum, quòd Moyses, & Aaron petiuerint a Pharaone, quòd permitteret Iudęos ire ad sacrificandum Deo suo: quia hic non est scriptum. Sed hoc ridiculum est: quia tunc Moyses, & Aaron tanquam stulti ni- E hil proponentes coram Pharaone incepissent facere signa. Et hoc esset valde stultum, & signa inutilia: quia signa semper inducuntur ad probationem alicuius dicti, aut facti: si ergo ipsi nihil proponerent, signa sua fierent in vacuum. Item sequeretur, quòd facerent contra voluntatem Diuinam, quia Deus mandauerat eis ista vice, vt patet in principio huius capituli, quòd loquerentur ad Pharaonem, vt dimitteret filios Israel de terra sua ire. Dicendum quòd ipsi locuti sunt ista coram Pharaone, & Pharao petiuit signa, ipsi autem dederunt. Sacra tamen scriptura aliquando loquitur compendiose, vbi pôt haberi cognitio rei ex cõiecturis, vel

Non bene arguitur dicendo hoc non est scriptũ ergo non est factũ.

certis articulis a superioribus. *Tulit Aaron virgam.* Postquam proposuit, quòd intendebat coram Pharaone, & petiuit Pharao signa, ipse incepit facere ea. *Coram Pharaone, & seruis suis.* scilicet valde publicè, & apertè, vt videretur illud esse verum; illa.n. quæ falsa sunt, in abscondito fieri desiderant, ne eorum falsitas deprehendatur. *Quæ versa est in colubrum.* Non versa est in colubrum immediate, vt Aaron cœpit eam sed postquam, eam iecit in terram. Fuit autem ista conuersio virgę in colubrum vere, & non apparenter, solùm quia fiebat ad attestationem diuinæ missionis, & voluntate diuina, ideo verè fieri debebant: quia omnia opera Dei vera sunt, virgę autem magorum quantum ad apparentiam versæ sunt, et non veraciter. *Vocauit autem Pharao sapientes.* Dicuntur sapientes illi, qui cognouerunt multa in naturalibus, & ex speciali cognitione naturarum possunt facere aliqua, quæ videntur mirabilia, & sunt secreta naturæ, isti autem sapientes sunt, quos nos Philosophos vocamus ex impositione Pythagoræ quia cEm ante tempora sua omnes qui quodam statu viuendi, aut cognoscendi cęteros præcedebant sapientes dicebantur: Pythagoras autem cùm tantum nomen non sustineret, interrogatus quid se profiteretur, non se sapientem sed Philosophum, idest sapientiæ amatorem esse professus est, vt ait August. octauo de ciuita. Dei cap. secundo. Sapiens tamen, vt accipitur a sapientia propriè dicta dicitur, qui cognoscit causas altissimas, vt ait Philosopus sexto Ethic. & isto modo sola cognitio de diuinis sapientia dicitur: scriptura tamen non obseruat hic istam proprietatem. *Et maleficos.* Idest vtentes artibus magicis per quasdam demonum occultas pactiones, & quibusdam mendacijs habent autem ista maleficia valde multas species, de quibus magis dicitur Deute. decimo octauo cap. *Et fecerunt etiam ipsi.* Idest sicut Aaron conuerterat virgam in colubrum, ita malefici conuerterunt: isti malefici facientes ista præcipue fuerunt duo, scilicet Iannes & Mambres, vt patet secundę ad Thi. 3. cap. vbi dicitur, Quemadmodum Iannes, & Mambres restiterunt Moysi. *Per incantationes Aegyptias.* Incantatio dicitur a cantando, & est cùm aliqua verba, vel carmina dicuntur super aliquam remissiue animatam, siue inanimatam, siue super cibum, siue super potum, vt possit mutari a sua natura ad aliquem nociuum effectum, scilicet vt occidat vel stultos reddat, vel ad amorem, vel aliam passionem moueat assumentes, sic patet per Boetium quarto de consolatione Metro. 3. scilicet.

Sola cognitio de diuinis sapientia dicitur.

Iannes & Mambres malefici Pharaonis Incãtatio vnde dicitur, & qd faciat.

Vela Naritij ducis,
Et vagas pelago rates,
Eurus appulit insulę.
Pulchra qua residens dea,
Solis edita semine,
Miscet hospitibus
Aonis tacta pocula carmine.

Aliquando autem animalia incantantur, idest per carmina, vel verba a suis viribus cohibentur, vt patet Psal. quinquagesimoseptimo, vbi dicitur. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. De viribus autem istarum incantationum, & vtrum verè an falsè operentur infra magis dicetur. *Incantationes Aegyptias.*

Quæst. 5.

Dicuntur Aegyptię, quia in Aegypto primo inuentę sunt, vt quidam volunt. Sed nõ est hoc verum quia

F Zoroaster rex Bactrianorum, qui testimonio antiquorum cronographorum ridendo natus est, vt ait Solinus in Polistor. cap. de his, quæ mirabilia fuerunt in homine: artis magicæ repertor fuit, sic ait Isidorus Ethy. libro tertio iste: Zoroaster per multa tempora ante mortuus fuerat, scilicet tempore Nini regis. Ninus enim rex Babyloniorum, & Assyriorum, cuius regnum morte eius cessauit in principio vitæ Abrahę cum pugnaret aduersus multas gentes ipsum Zoroastrẽ Bactrianorum rex bello impetitum interfecit. De quo Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. Vocantur ergo incantationes istę Aegyptiæ, quia in Aegypto magis frequentabantur. *Et arcana quædam.* Istud non habetur in Hebræo. Et vocantur istę incantationes arcana quædam, quia secretè verba illa dicuntur, ne ab alijs audiantur. Vel quia quidam motus specialiter facti ibi non videntur. Vel vocantur arcana quędam idest quædam secreta, quia effectus istarum incantationum sunt secreti, quia nescitur quomodo procedant. Vel vocantur arcana quædam quidam processus secretus naturæ. Et correspondet hoc sapientibus, nam positum fuit hic quòd Pharao vocauit sapientes, & maleficos, & isti fecerunt quòd potuerunt quibuslibet correspondet vnus actus. Sicut ergo maleficis competit incantare, ita sapientibus, qui rerum naturas specialiter nouerunt aliquid correspondet, scilicet operatio per modum secretum naturæ. Et

Vbi incantationes primo inuentę fuit. Zoroaster rex ridendo natus est, & artium magicarũ inuẽtor fuit

H fic dicitur quòd isti nouerunt per quosdam modos secretos, vel occultos naturæ operari. *Proieceruntque singuli virgas suas.* Vtrum autem isti fuerint valde multi, non patet, satis apparet, quòd erant ad minus duo. Et sic ponit Apostolus secundę ad Thi. 3. c. scilicet Iannes, & Mambres. Nec ibi negat fuisse plures, ideo non est inconueniens, quòd omnes sapientes & malefici congregati a Pharaone, & electi ad hoc, opus proiecissent virgas singulas, & omnes illę virgę fuerunt versę in dracones: differenter tamen, quia virgę maleficorum versæ sunt per incantationes: virgę autem sapientum per arcana quędam, idest per quædam naturæ secreta commenta: *Quæ versæ sunt in Dracones.* Idest in colubros secundum longitudinem virgarum, & penè ad eandem grossiciem. Isti dracones, in quos dicuntur mutatę virgę non fuerunt ex mutatione virgarum vera: sed ex apparenti. Quis autem modus huius mutationis fuerit, infra tangetur. *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Idest coluber conuersus ex virga Aaron deuorauit dracones factos arte maleficorum, qui videbantur fecisse dracones ex virgis. Ex hoc patet, quia deuorare pertinet ad res animatas vegetabiles, & habentes stomachum, vel os stomachi, pertinet etiam ad rem habentem potentiam nutritiuam: virga autem potentiam nutritiuam eo modo habendi, quo habet animal non habet: ideo ad eam non pertinet deuorare, aut deuorari propriè. Volunt autem Hebræi, quòd virga Aaron versa fuit in colubrum, & deinde

Dracones a magis Pharaonis facti non fuerũt veri sed apparentes.

K conuersa fuit in pristinam naturam virgæ: & tunc facta virga deuorauit virgas incantatorum, & sapientum Pharaonis. Et licet videatur loquendi modus proprior alius quã iste: tamẽ iste non est impossibilis, quia qualitercunque factum fuerit, constat diuina virtute factum esse, & quia non est impossibile apud Deum omne verbum, vt patet Luc. primo, & Gen. decimo septimo cap. Aequaliter Deus poterat vnum, vel alterum facere, cum subdatur omnipotentiæ: virtute enim diuina quodlibet corpus conuerti potest in alterũ, cùm ergo virgę maleficorum essent quędam corpora, poterant conuerti in aliam virgam. Nec valet si arguatur quòd virga deuorare non potest quicquã, quia hoc pertinet ad rem habentẽ virtutẽ nutriti

uam

uam: quoniam si propriè assumatur deuorare verum est: includit enim contradictionem virgam vnam existentem virgam aliquid deuorare, ideo per nullam potentiam potest tale fieri: quia nulla potentia est ad contradictoria pro eodem tempore: sicut per nullam potentiam causari posset, quòd simul aliquis homo esset, & lapis: licèt satis subiiciatur Diuinæ potentiæ conuertere hominem in lapidem, cui rei testimonium perhibet vxor Loth versa in statuam salis, vt patet Genes. decimonono capitulo. Accipitur autem hic deuorare large secundum quandam metaphoram: sicut dicimus, quòd ignis deuorat ligna, vt consueuit interdum loqui Isaias. Est autem analogia duplex in hoc: quia qui proprie deuorat, rem deuoratam consumit, nihil de ea relinquendo. Secundo quòd ipsa res deuorata transit in substantiam rei deuorantis. Cum.n. dicimus q̃ ignis deuorat ligna, solum seruatur vna analogia, s.q̃ ignis ipsas res, quas comburit totaliter destruit, quia quod combustum est, non est iam quod erat. Dicendo autem quòd virga Aaron existens virga deuorauit virgas maleficorum, obseruatur duplex Analogia, prima quòd ipsę virgę maleficorum consumptæ fuerunt, ita quòd de his nihil mansit. Secunda Analogia est, quia virgæ transierunt in substantiam virgæ Aaron, quia forte ipsa fuit facta maior secundum vtramque dimensionem: vel Deus eam densiorem fecit redigendo magnam quantitatem sub minori loco, quàm manere deberet. Prior tamen modus videbatur melior, sed non multum refert cum vterque satis consistat. *Induratumque est cor Pharaonis.* Duricies ista fuit, quia resistebat rectę impressioni: sicut enim corpora dura non cedunt volentibus imprimere aliquam formam: ita cor Pharaonis non assentiebat euidenti probationi, ad quam omnis intellectus dispositus inclinatur, signum enim istud de conuersione virgæ satis erat demonstratiuum diuinæ potentiæ, ideo viso illo debuisset assentire, sed non fecit, iste autem dissensus fuit ex obduratione cordis. Obduratio autem est ex defectu gratiæ, quæ in Pharaone non apponebatur, quia eius demerita hoc exposcebant, vt declarauimus supra 4. c. *Et non audiuit eos.* Faciendo quod petebant. *Sicut præceperat Dominus.* Deus enim mandauerat Pharaoni, quòd dimitteret Israelitas ire ad sacrificandum, ipse autem non permisit: vel dicitur. *Sicut præceperat Dominus.* Idest sicut prędixerat, quia Deus prædixit Moysi & Aaron, quòd non audiret eos Pharao.

Nulla potentia est ad contradictoria pro eodẽ tempore.

Cor Pharaonis ex defectu gratię indurati est.

Dixit autem Dominus ad Moysen: Ingrauatum est cor Pharaonis, & non vult dimittere populum. Vade ad eum manè: ecce egredietur ad aquas, & stabis in occursum eius super ripam fluminis, & virgam, quæ conuersa est in Draconem, tolles in manu tua, dicesque ad eum: Dominus Deus Hebræorum misit me ad te: dicens. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto: & vsque ad præsens audire noluisti. Hæc igitur dicit Dominus: In hoc scies, quòd sum Dominus, ecce percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Pisces quoque, qui sunt in fluuio, morientur, & com-

A putrescent aquæ, & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum, & riuos, paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem, & sit cruor in omni terra Aegypti tam in ligneis vasis, quam in saxeis. Feceruntque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus. Et eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius. Quę versa est in sanguinem, & Pisces, qui erant in flumine, mortui sunt. Computruitque fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis. Et fuit sanguis in tota terra Aegypti. Feceruntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat Dominus. Auertitque se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice. Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletique sunt septem dies postquam percussit Dominus fluuium.

1. q. j. cap. teneamus De consec. di. 2. c. reuera.

Dixit autem Dominus. Hic ponitur secundum principale, scilicet ammonitio Pharaonis in pœnis inflictis: & diuiditur in nouem partes principales, secundum quòd fuerunt nouem pœnę inflictæ, quæ patent ex hoc loco, vsque ad cap. 12. inclusiue: vbi autem incipiant satis patet. Deus autem in infligendis pęnis habuit se, vt bonus medicus, quia, vt patet secundo Ethycorum, pęnę sunt quædam medicinæ, ideo oportet fieri ex contrarijs, sicut medicina præbetur ex contrarijs causis morborum: quia ergo isti Aegyptij peccauerant male vtendo Dei creaturis: ita in ipsis creaturis puniti sunt, vt per quæ quis peccat, in his torqueatur. Et sicut creaturæ Deo nobis propitio ad seruiendum, & proficiendum subordinantur: ita eodem nobis irato contra nos armantur, sic patet Sapien. 5. c. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & infra. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. *Dixit Dominus.* Ista fuit locutio, & apparitio postquam Moyses & Aaron iuerunt ad Pharaonem, & non exaudiuit peritionem eorum. *Ad Moysen.* Non ponitur hic Aaron, quia Deus soli Moysi apparebat, & loquebatur, vt dictum fuit supra quarto, & sexto capitu. Deinde Moyses reuelabat verba Dei fratri suo Aaron, vt postea ille diceret ea coram Pharaone. *Ingrauatum est cor Pharaonis.* Idest valde graue factum, ita quòd ad verba mea non facile inclinetur, ideo ad commouendum eum, durioribus & acrioribus remedijs vtendum est. *Non vult dimittere populum.* Licèt petiueris, & signa feceris demon-

strans

ſtrans hoc eſſe ex voluntate Dei. *Vade ad eum mane.* Quia illo tempore Pharao egrediebatur ad aquas. *Ecce egredietur ad aquas.* Ad aquas, ideſt ad flumen Moyſes & Aaron expectaturi erant Pharaonem, quia rege videntе aquas fluminis in ſanguinem conuerſuri erant. Egrediebatur autem Pharao ad aquas in mane, quia ſanum eſt valde in maneire ad aquas, quia viſio illa multum reficit. Reges autem multum curant de ſanitate. Vel forte ibat ad ſpaciandum in campis, & apud flumen. Vel forte ibat ad patrandũ aliquẽ cultum aquis: quia Aegyptij aquam Deum reputabãt ſicut Chaldęi ignem. Aqua nanq; ſuper omnes alias terras magna commoda præbet Aegypto, cum per ſe frutecta, & agros ſeminatos irriget, & fecundet. Ali qui volunt quòd exibat ad aquas ad adorãdum Apin taurum Deum magnum Aegyptiorum Serapi conſecratum, de quo diximus ſupra 2. c. Sed non eſt verum, quia Apis ſemel in anno apparet, & eadem die mactatur, ſed rex non ſolũ iuit iſta die ad aquas, ſed quotidie pergebat ad aquas, vel multotiens, patet infra 8. c. Modicum poſt hoc mandauit Deus Moyſi, quòd iret ad Pharaonem diluculo, cum iret ad aquas: dicendum ergo, vt ſupra. *Et ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis.* Ideſt ſtabis ex oppoſito, & non ibis poſt eum, ideo mandabat Deus Moyſi, quòd antequam Pharao iret ad aquas, ipſe ſtaret in ripa fluminis in illa parte, per quam ſciebãt quòd acederet Pharao ad aquas. Et hoc erat, vt Pharao cum accederet ad aquas, videret Moyſen & Aaron ſtantes in ripa fluminis in occurſũ eius, quaſi expectantes eum: ſi autem irent a parte poſteriori ſequentes regem, non videret eos. Item ſi vellent accedere ad regem, non permitterentur, qa multi circunſtabant ex vtroque latere regis, & a parte poſteriori a parte autem anteriori nullus, quia ipſe Pharao equitans accedebat ad aquas. Item quia ſignum ipſum fieri debebat in aquis, oportebat ergo ꝙ Moyſes & Aaron, qui facturi erãt, ſtarent in margine aquarum in conſpectu regis, & ſeruorum ſuorum. *Et virgam, quæ verſa eſt in Draconem.* Scilicet coram Pharaone, vt patet ſupra, & coram ſenibus Iſrael, vt patet ſupra 4. c. & coram Deo in monte Synai, vt patet eodem cap. Hanc enim virgam diligenter cuſtodiebat Moyſes, qa Deus iuſſerat ei deportare eam in Aegyptum de terra Madian, vt patet ſupra 4. c. *Tolles in manu tua.* Scilicet quando iueris de domo tua ad flumen. *Dominus Deus Hebræorum.* Ideſt Deus verus, qui eſt Dominus omniũ rerum generali dominio, cùm omnia conſeruet, & dirigat in ſuos fines, & imperet eis, vt uult, & eſt Deus Hebræorum per cultum ſpecialem. *Miſit me ad te.* Ideſt non putes quod ego venio a meipſo, quia Deus mitit me, ideo verba mea contẽnenda non ſunt. *Dicens.* Ideſt mandans mihi, quòd dicam. *Dimitte populum meum.* Scilicet Iſraelitas, qui ſunt populus meus per amorẽ ſingularem, & beneficia eis, & patribus eorum partim promiſſa partim exhibita, ſicut ego ſum Deus eorum per ſpecialem cultum, & reuerentiã. *Vt ſacrificet mihi.* Ideſt vt eat ad ſacrificandum mihi itinere dierum triũ in ſolitudine, ſacrificare enim ſolum permittebat Pharao in terra Aegypti, vt patet ſequenti cap. ſed non permittebat quòd irent extra Aegyptum. *Et uſque ad præſens audire noluiſti.* Ideſt exaudire, vel conſentire petitioni, nam bis ab eo hoc iam petitum fuerat. Primo ſine aliquo ſigno, vt patet ſupra 5. c. Secundo cum ſigno conuertendo colubrum in virgam, & e contrario, vt patet ſupra iſto cap. *Hæc igitur dicit Dominus.* Ideſt, quia verbis Dñi noluiſti aſſentire, cogeris pęnis ab eo inflictis hoc quod petebatur efficere. *In hoc ſcies.* Ideſt in hoc cognoſces per experientiam, *Quia Dominus ſim.* Quaſi dicat tu antea hoc negaſti dicens, Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? nęſcio Dominum, & Iſrael non dimittam: ideo nunc etiam inuitus cognoſces. *Ecce percutiam virga, quæ in manu mea eſt.* Antequam iſta plaga infligeretur, Moyſes admonere debebat Pharaonem, vt ſi forte non punitus conſentiret petitioni audiendo Moyſen mala cominantem percutiam virga. Iſta verba mandabat Deus dici Pharaoni, & Moyſes dicit ſe percuſſurum, quia licèt ipſe percuſſurus non eſſet, ſed tamen Aaron ex mandato ſuo percuſſurus erat, ideo videbatur ipſemet percutere. *Virga, quę in manum mea eſt.* Debebat enim tunc Moyſes tenere virgam in manu ſua, & oſtendere Pharaoni, vt ſi forſitan timeret, quia videbat Moyſen ad malum inferendum paratum, & quia iterum videbat illam virgam, quæ verſa fuit in colubrum. *Et vertetur in ſanguinem.* Subito ad tactum virgæ. *Piſces quoque qui ſunt in flumine morientur.* Quia fluminis aqua in verum ſanguinem verſa erit, & piſces, qui ſunt de natura aquatili non poterunt viuere in aqua iam ingroſſata ad ſanguineam conditionem, & naturam. *Et computreſcent aquę.* Ex morte piſcium in aquis cum reſoluatur tabes peſtifera cadauerum in aquam. *Et affligentur Aegyptij.* Et non Hebræi: quia terra Geſſen in qua manebant Hebræi ab hoc liberi fuerunt. Ex hoc non tollitur, ſcilicet quòd in terra Geſſen non fieret aliqua iſtarum plagarum, quia tunc Aegyptij ibi exiſtentes non punirentur: ſed intelligitur quantum ad Iudęos, ſcilicet quòd nihil horum patiebantur, vt infra declarabitur. Erat autem illa afflictio, quia Aegyptij ſitiebant, & non poterant potare aquam fluminum conuerſam in ſanguinem. *Dixit Dominus ad Moyſen.* Iſtud etiam pertinet ad eandem apparitionem: ſupra enim dixerat quid ipſe Moyſes facturus erat; nunc ponit ea, quæ Aaron ordinate geſturus erat dicente Moyſe. *Dic ad Aaron.* Iſtud ſignum Aaron fecit, & ponunt Hebræi duas rationes, quare non percuſſit Moyſes. Prima fuit, ne crederetur quòd Moyſes artem Magicam nouerat, & per hanc iſta miracula, & hominibus ſtupenda faciebat: Aaron autem de ſuſpitio nulla innaſci poterat: quia non potuiſſet addiſcere artem maleficorum Aaron. Alia cauſa eſt, quia Moyſes fuerat liberatus de aquis, vt patet ſupra ſecundo capitulo. Ideo non erat rationabile, quòd percuteret aquas: ſed iſtę rationes non multum videntur: quia infra decimoquarto capitu. dicitur quòd Moyſes percuſſit mare rubrum virga illa, & diuiſum eſt. *Tolle virgam tuam.* Ideſt virgam, quam tenebat Moyſes in manu tunc quando ſtabat coram Pharaone, quæ fuerat verſa in colubrum, vt patuit ſupra, & tunc eſt ſenſus. *Tolle virgam tuam.* Ideſt accipe eam: quia Moyſes tenebat eam tunc. *Virgam tuam.* Vocatur virga Aaron, quia Aaron operabatur per illam: aliquando vocatur virga Moyſi, aliquando virga Dei, vt diximus ſupra. *Extende manum tuam.* Eleuando virgam in manu. *Super aquas Aegypti.* Ideſt contra omnem partem Aegypti, in qua eſt aqua, & ſic ex illo loco maledicebat omnibus aquis, mandando voluntate Dei, quòd conuerterentur in ſanguinem. Nec eſt verum quod quidam dicunt, quòd ſolus Nilus, qui magnus erat, & diuiſus in multas parte s Aegypti aquas multas habebat, conuerſus fuiſſet in ſanguinem: quia non ſolum flumina, ſed etiam riui, & paludes, vt patet infra conuerſi ſunt. *Super fluuios eorum.* Ideſt ſuper omnes magnos fluuios, qui continue fluunt. Et riuos, ideſt torrentes; vt patet in litera Hebraica. Et dicitur riuus a ruendo; quæ aquę torrentum non durãt toto anno, ſed tempore pluuioſo, vel humido ex copia imbrium, cum impetu fluunt, tũ ex conditione aluei inęqualis, tũ ex paucitate aquę aluei offenſę vorticibus,

Quæſt. 6. Sanum eſt valde mane ire ad fontes vide infra c. ſeq. q 11.

Aegyptij.

Aquam Deum putabant ſicut Chaldęi ignem.

Quare Iſrael erat populus Dei.

Quæſt. 7. Quare Aaron & nõ Moyſes aquas percuſſit.

Riuus a ruendo dicitur.

cibus, & neceſſe eſt apparere talem ebullitionẽ, qđ in magna aqua non fieret comprimẽte eminentia aquarum inferiorũ eleuatione. *Paludes.* Ideſt aquas congregatas ad aliquem locum, quæ tamen ex aliquo fonte deriuantur. *Lacus.* Ideſt congregationes aquarum pluuialium. *Et fiat cruor.* Ideſt ſanguis. *In omni terra Aegypti.* Ideſt quòd in qualibet parte in Aegypto, vbi erat habitatio hominum, & erant aquę, conuertebantur in ſanguinẽ: præterquã in terra Geſſen, vt aliq volunt. Sed falſũ eſt, vt infra declarabitur. *Tam in vaſis ligneis.* Ideſt non ſolũ conuertantur in ſanguinẽ aquæ, quæ extra domos ſunt: ſed etiã aquę, quas Aegyptij in domibus ſuis habent reconditas ad bibendũ, & hoc ſiue ſint in ligneis vaſis, aut lapideis vel teſtеis. *Feceruntque ita Moyſes & Aaron.* Nõ fecerũt ambo hęc, qa ſolus Aaron eleuauit virgã, vt verterẽtur aquę in ſanguinẽ, ſic.n. Deus mandauerat, vt Aaron percuteret aquã coram Pharaone. Sed dicũtur ambo feciſſe, quia Moyſes nũc loquebatur Pharaoni prædicens iſtã pęnã infligendam, Aarõ autẽ eleuata virga eam infligebat. Vtrumque autẽ Deus mandauerat, ideo ambo fecerũt, ſicut præceperat Dominus, quia quilibet fecit aliquã particulã de eo qđ mãdauerat Dominus. Vel poſſet hoc referri ad ipſã virgę eleuationẽ, & conuerſionẽ aquarũ, quia vterque hoc egit, quia cũ Moyſes mandauerit, & Aarõ executus fuerit. *Et eleuans virgam.* Scilicet Aaron. quia ei mandatũ fuerat. *Et percuſſit aquam fluminis coram Pharaone.* Vt ipſe videns ad mandatũ, & percuſſionem Moyſi & Aaron cõfeſtim aquas in ſanguinem verſas, crederet a Deo inflictã punitionẽ, & non veniſſe a caſu, vel ex ſpeciali influẽtia tẽporis. *Quæ verſa eſt in ſanguinem.* Cõfeſtim, vt tacta fuit, in quo diuina potẽtia oſtẽditur, quia naturales potentię ſubito non operantur. *Et piſces, qui erant in flumine mortui ſunt.* Iſta mors piſcium potuit dupliciter euenire, aut ex voluntate Dei punientis, ſcilicet vt ſicut aquã conuertebat, ita vellet piſces occidere. Et tunc dicetur quòd piſces mortui ſunt mox vt aqua percuſſa fuit, & ſimul, & ſemel fuit conuerſio aquarum in ſanguinem, & piſciũ mors. Vel poteſt dici, ꝙ iſti piſces mortui fuerint per conſequentiam. ſ. quia non poterant viuere, niſi in aqua cum de complexione aquatili ſint, & quia nunc conuerſa fuit in cruorem, qui eſt alterius cõplexionis, cum ſit calidior, & condẽſatior non poterant viuere piſces. Et iſto modo nõ oportet, ꝙ ponantur piſces immediate mortui cum aqua conuerſa fuit in ſanguinem, ſed interciderет aliqua mora cum actiones naturales temporũ continuitatibus menſurenẽt. *Computriuitque fluuius.* Quia multa piſciũ cadauera in eo erant, in quibus fętidę exhalationes reddebãtur, & quia humor ille ſanguineus craſſior erat, & multũ ſuſceptiuus putrefactionis. Item ex copia admirabili piſciũ in fluminibus Aegypti magis quam in alijs terris, vt patet Numc. 11. c. cum.n. torquerentur Iſraelitæ in deſerto, ꝙ reliquiſſent delitias Aegypti, & in deſerto ſolum manna comederent, dixerunt. Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto gratis, ideſt ſine aliquo precio, quod non fieret niſi ex multitudine immenſa. *Et non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis.* Quia iam non erat aqua, ſed verus ſanguis, & erat eis talis potus horribilis, quia craſſus, & quaſi concretus erat. Etiam quia cum ſit naturę calidę ſitim non extinguebat, & ſuper hoc nõ conueniebat complexioni humanæ. *Et fuit ſanguis in tota terra Aegypti.* Replicatio ſuperioris dicti eſt. *Feceruntque ſimiliter malefici Aegyptiorum.* Scilicet conuertendo aquam in ſanguinem, ſicut fecerant Aaron & Moyſes, vt ſupra diximus. Aegyptij puniebantur in eo, in quo deliquerant, vt pœnę fierent per contraria, ſicut medicinæ, licèt igitur malum infictũ Hebræis ab Aegyptijs, ſcilicet mors primogenitorum non fuerit primum, quia antea eos duris laboribus afflixerant, vt patet ſupra primo cap. quia cùm iſta fuit maior alijs de iſta prius fuit facta memoria hic, & prius inflicta punitio: vt ſicut illi in aqua ſuffocauerant pueros Hebræorum, ſanguinem humanum vndis extinguentitas ita eis aquæ ſuæ in ſanguinem verterentur, vt bibere non poſſent. Sed nec iſta pœna tanto ſuffecit ſceleri perpetrato, quoniam ſolum hic incepta fuit, & poſtea in mari rubro conſumata, vt ſicut ipſi Hebræos in flumine extinxerant, ita ipſi maris fluctibus necarentur, & ibi erat totalis correſpondentia.

Palus q. l ſit.

Lacus qd ſit.

Naturales potentię ſubito nõ operãtur.

Actiones naturales temporis continuitate menſurantur.

Quare Aegyptij in eo in quo deliquerant puniebantur.

Quomodo Aegyptiorum malefici poterant aquam in ſanguinem conuertere, cum tota fuiſſet conuerſa ante per Moyſen & Aaron.

Sed quæritur quomodo malefici Aegyptiorum potuerunt conuertere aquas in ſanguinem, quia tota aqua fuerat in ſanguinem verſa. Quidam Hebræi reſpondent, quòd adhuc manebant multæ aquæ, quæ in ſanguinem verti poſſent: quia ſolum aquæ fluminum, & riuorum, paludum, & lacuum verſæ ſunt, & quæ erant in vaſis: manebant ergo aliæ aquæ quæ adhuc conuerti poſſent in ſanguinem. Sed hoc non eſt verum, quòd dicitur in litera, ꝙ fuit ſanguis in tota terra Aegypti, ergo vbicunque erat aqua in terra Aegypti erat ſanguis. Et ſi reſpondeas, quòd licèt dicatur in tota terra Aegypti fuiſſe ſanguinem, tamen manebant aliquæ aquæ non conuerſæ in ſanguinem, quia iſta dictio, Omnis, non diſtribuit in ſcriptura ſemper, ſicut in dialecticis, ſecũdum totam ſuã vim, & patet multotiens, quia ponitur, omnis, ideſt multus, ſic dicitur Gen. 41. c. Omnes prouincię veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, tamen, vt ibi dictum eſt, nõ veniebãt omnes, & Pſal. 64. Ad te omnis caro veniet, & tamẽ non venit ad Deum caro aſinina, aut taurina, ſed ſoli homines, & in multis alijs locis ſcripturæ, quæ cuilibet prę multitudine nota ſunt. Sed adhuc hoc nõ poteſt ſtare, quia ſi Deus ad punitionẽ Aegyptiorum conuertebat aquas in ſanguinem, ſi aliq aquę manerent, non eſſet totaliter pęna, quia adhuc haberent vnde biberent. Item Iudæi præſupponunt falſum, ſcilicet ꝙ præter aquas fluminum, & torrentium, & lacuum, & paludum, vel vaſorum domeſticorum eſſet alia aqua, quia omnis aqua, aut colligitur ab imbribus & ſic ſunt lacus, vel ciſternæ, vel aqua recondita in vaſis domeſticis, ciſternæ namque lacus dicuntur licèt in Aegypto hoc non contingat, quia ibi non pluit. Dices ergo, vnde ſunt lacus Aegyptiæ? Reſpondetur ꝙ quando Nilus inundat ſuper terram per alueos ſuos ſunt facta quædam receptacula aquarũ, vt ibi maneat pars aquarum inundantium, & illa vocantur lacus, vel paludes. Si autem aquę ſint fluentes ab origine terrę ſcilicet a fontibus ſic ſunt flumina aut torrentes, & ipſa capita fontium, & aquæ fluuiales, vel fontales reconditæ in ligneis, aut lapideis vaſis ad vſum domeſticum. Nec obſtat ſi dicas, quòd hic non ponuntur fontes, quia neceſſario intelliguntur, nàm omnis fons deriuatur in fluuium, aut torrentem. Et cùm torrens aut fluuius capiti ſuo, ſcilicet fonti continuentur, ſicut flumina, & torrentes in ſanguinem vertebantur, ita neceſſe erat verti fontes, qui ſunt origines. Nec valet ſi arguas de puteis, qui non ſunt aliquid predictorũ, quia reducuntur ad paludes, aut lacus, cum ſit aqua collecta, & ſtans, licèt fontalem habeat originem. Sed etiã dictum iſtud non poteſt ſtare, quia infra dicitur, quod Aegypti foderunt per circuitum fluminis, vt inuenirent. Et dicit Ioſephus hãc in ſanguinẽ verſam eſſe. Sit autem quodcunque, quia non refert hic ſatis, tamen apparet, ꝙ ſi fontes in Aegypto manſiſſent in natura aquæ, non oportuiſſet fodere aquam fluminis in circuitu. Sed forte aliquis dicet, quòd malefici Pharaonis

Quæſt. 8. Opinio Hebręorum.

Omnis in ſacra ſcriptura non ſemper diſtribuit.

Reſp ōſio ad tacitã obiectionem.

nis conuerterunt de aqua fluminum conuersorum in sanguinem aliquam aquam, & postea illam in sanguinem, vel potius sanguinis imaginem conuerterunt. Sed hoc non potest stare, quia si malefici Pharaonis potuissent saltem duas guttas aquę verse in sanguinē vertere in aquam, potuissent vertere totam, vel simul, vel paulatim accipiendo in vasculis, sed hoc falsum est, quia tunc nulla pęna fuisset Aegyptij, cum possent omnes fluuios versos in cruorem, in aquam rursus deducere. Item quia hoc eis impossibile erat, quia volūtate Dei conuersi fluuij in sanguinem, potestate dęmonum, & arte qua malefici utuntur, non poterant reduciri aquam, cū nulla sit potestas, quæ militet cōtra Deum: immo dato quòd non fuissent aquæ Aegyptiorum conuersę in sanguinem, sed in sanguinis similitudinem, tamen quia Deus illud fecerat, non possent malefici illam similitudinem aquæ sanguineam auferre. Item dato quòd Deus permisisset maleficos, & ipsos dęmones cum eis operari quantum possent: tamen non possent conuertere aquam fluminis, quę in cruorem versa fuerat, rursus in aquam conuertere, quia verè fuerat aqua conuersa in sanguinem, cùm opera Dei vera sint, & sic erat in alia specie: conuertere ergo indiuiduum vnius speciei in indiuiduū alterius soli Deo pertinet ex pura potentia, & ad ipsas res naturales tanquam ad instrumenta eius. Dęmones tamen, vel angeli boni non possent, de quo magis infra dicemus. Et si forte dicatur quòd malefici non cōuerterint sanguinem, qui erat in fluuio in verā aquā, tamen conuerterint in similitudinem veræ aquę, quia hoc sufficiebat, & tunc desinēdo talia operari, ille qui erat verus sanguis appareret sanguis, vt erat: hoc autē faciliter fieri poterat per quandam ludificationē, quā faciunt aperitores, vt cum faciunt videri quòd vnus gallus portet trabem magnam in ore. Et quòd vnus homo ascendat in cęlum per quendam funiculum, & sic vt interdum aliqui reddunt se alijs inuisibiles, licèt pedum motu, aut tactu, aut vmbra solis deprehendūtur: sic ergo Magi Pharaonis ludificando oculos Aegyptiorum, possent facere videri sanguinem, qui erat in fluuio esse aquam, & rursus tollendo illam ludificationem videretur sanguis, vt erat, & sic putarentur cōuertere aquam in sanguinem, licèt nulla alia aqua esset. Sed hoc non potest stare, quia dato quòd aliàs malefici per tales ludificationes possent hoc facere: Deus tamen nullo modo permitteret eos in hoc casu, ne viderentur agere contra potentiam eius, saltem in conspectu Aegyptiorum, & sic contemnenda esset opera illa, vel ne putaretur quòd Moyses & Aaron per artes magicas hoc fecissent, & alij, quia sapientiores eis erant in arte illa, preualuissent aduersus eos destruendo effectus eorum, sed magis econtrario, si aliquam aquam isti vertissent in sanguinem, Moyses & Aaron posset eā reducere ad similitudinem, & veritatē aquę sicuti ipsa erat. Et patet hoc ex superioribus, quia licèt conuersa virga Aaron in serpētem, & similiter versis virgis Aegyptiorum maleficorum æqualitas miraculi videretur, tamen vt rursus factum per Aaron verum videretur, & magnum, deuorauit virga sua virgas maleficorū. Aliqui autem de doctoribus nostris dicunt q̄ maleficia portauerunt istam aquam de terra Gessen, in qua habitabant Hebręi, quia ibi non fuit versus fluuius in sanguinem. Sed hoc non multum videtur; qa Iosephus dicit totum Nilum, & omnes egyptias aquas tam in terra Gessen, quam in cętera Aegypto in sanguinem versas, & apparet hoc rationabiliter, quia aliter Aegyptij, qui morabantur inter Iudęos in terra Gessen non fuissent afflicti, quod est inconueniens, quia forte illi, vel aliqui eorum magis puniebant eos, quam alij, qui semoti habitabant in alijs partibus Aegypti: q̄ autem Aegyptij habitarent inter Hebręos, patet supra 3. c. vbi mandauit Dominus, quòd quando exirent de Aegypto postularent mulieres Hebrææ a vicinis mulieribus Aegyptijs, quę erant etiam hospitę suæ, vasa aurea, & argentea, & vestes præciosas, idē infra 11. & 12. c. Ergo Hebręi inter Aegyptios habitabant, & hoc multum conueniebat Pharaoni, ut nullo sciente recederent de Aegypto, cum essent in finibus Aegypti versus Aquilonem. Idem patet infra 12. c. vbi mandauit Deus poni sanguinē agni pascalis super postem vtrumque domus, & in superliminari, vt cū transiret Angelus percussor, qui vastabat domos Aegyptiorum occidens primogenitos, videns illas domos sanguine tinctas relictis illis trāsiret ad alias domos nōlitas sanguine: si autem Hebręi soli in terra Gessen habitarent, non oportuisset talia signa poni ad differentiam domorum Aegyptiarum. Item quia si Aegyptij sciuissent ibi aquā esse, de loco illo adducerent aquas, & non tantum affligerentur. Dicendum autem quantum ad hoc, quòd in terra Gessen, sicut in tota alia Aegypto, aqua fuerat versa in sāguinem ad afflictionem Aegyptiorum, tamen quando Hebræi illam bibere volebant, vertebatur in propriam naturam aquę, & saporem, & colorem. Et conijcitur ex hoc, quia non dixit hic Moyses quòd Deus faceret mirabile conuertendo omnes aquas Aegyptias in sanguinem præter aquas terræ Gessen, sicut dixit infra 8. c. quòd faceret mirabile, scilicèt quòd in terra Gessen, in qua erant Hebræi non essent muscæ grauissimę sicut essent in tota Aegypto. De aqua autem, quam malefici cōuerterunt in sanguinem, aut verius in sanguinis speciem, dicendum videtur, quòd misterio dęmonum, quibus malefici adiuuabantur, aliunde allata sit, & conuersa ibi videntibus cunctis. *Incantationibus suis.* Idest quibusdam verbis aut carminibus tacito ore prolatis super aquam conuertendā. Dicuntur autem incantationes a cantando, quia per verba aut carmina fiunt, vt magis supra diximus in hoc c. *Et induratum fuit cor Pharaonis.* nolens consentire petitioni iustæ, & signo demonstranti diuinam potentiam, *Nec audiuit eos etiam hac vice.* quia alijs duabus vicibus petiuerant, & non exaudiuerat. Primo qñ simpliciter petierunt nō dato aliquo signo, de quo supra 5. c. Secūdo qñ petierunt demonstrando signū. s. conuertēdo virgā in colubram, vt patet supra isto. c. Motiuū aūt aliquale fuit qa vidit, q̄ malefici sui similia fecerāt, & nō credidit Aaron & Moysen fecisse hoc diuina potestate, sed artibus magicis. Ioseph tamē dicit q̄ dubitās in ista plaga vtrū a Deo esset, mādauit, q̄ Hebræi recederent: cū tñ aqua fluminis ad naturā suā redijt, sñiam permutauit. Sed ex litera non multū hoc videtur. *Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam.*

Nulla potestas cōtra Dominum militat.

Opinio doćto. propria.

Incantationes vt de dicuntur.

An inuenerint Aegyptij aquā, qū fodiebāt in circuitu flumis. Iosepuhs dicit q̄ ista fossio eis nō pfuit, quia etiā reperiebatur sanguis in locis fossionū, Sed dices cōtra, quia dicit in litera: foderunt in circuitu fluminis aquā; ergo aquā repererunt, aliàs nō dicerētur fodisse aquā. Item quia dicitur in litera: nō enim poterāt bibere de aqua fluminis: quasi dicat q̄ quia nō erat potabilis aqua fluminis, cū esset verus sanguis, potabant de aqua, quam in circuitu fluminis fodiebāt, quę potabilis erat. Ergo nō conuersa in sanguinē. Itē quia si in circuitu fluminis nō reperissent aquā, cū oēs aquæ verse essent in sanguinē in septē illis diebus, & non possent potare de illis, vt dicitur in litera, moterentur siti tā Aegyptij, q̄ iumenta eorum. In contrariū ex parte Iosephi: satis patet rō, qa si aquę, quas fodiebāt Aegyptij in circuitu fluminis, essent verę aq̄, nō fuisset pęna Aegyptiis cōuerti fluuios in sanguinem, vel fuisset satis modica, cum in circuitu fluminis sufficienter sibi, & iumentis suis

Quæst. 9. Iosephus.

Obiectio contra Iosephum.

Pro Iosepho.

Doctoris mens.

suis aquam foderent. Dicendum ergo q̄ aqua, quam fodiebant Aegyptij in circuitu fluminis, non erat vera aqua, sed erat sanguis, qui colabantur de sanguine fluminis inter arenas, & in hoc aliqualiter grossitiem sanguineam perdebat angustissimis colatus meatibus, colorem etiam aliqualiter: quia color ille inter se rubeus fundatur in grossitie sanguinea, si autem reducatur ad raritatem aqueam non manebit ille color ita intensus, sed declinabit ad quendam alborem. Sapor etiam aliqualiter mutatus est colatione per terram, sicut videmus interdum, quòd aqua, quæ salsiginosa, aut amara est, transiens per aliam terram perdit aliqualiter saporem, videtur etiam hoc manifestissime in mari, quia aqua marina, quæ salsa valde est, si ponatur in vasis factis de cęra in ipso mari perdet saporem, & erit dulcis sicut aqua fluuialis, quia cęra totam salsedinem imbibit, & consumit. Et confirmatur hoc quia illa aqua, quam fodebant Aegyptij in circuitu fluminis, aut emanabat per arenas de flumine, aut nascebatur de fontali origine: non est dicendum quòd nasceretur de fontali periuatione, quia tunc non magis foderent in circuitu fluminis, quam alibi, quia non essent magis fontes ibi quam alibi. Item quia non est verissimile, quòd tot fontes essent in circuitu fluminum, quoniam in tota Aegypto fodiebāt ad inueniendam aquam fontalem: sed vt aqua fluuialis colaretur per arenas aliqualiter potabilior, & sic fuit quia sanguis ille attenuebatur, & fiebat melioris conditionis, & saporis: licèt ergo retineretur ibi quædam coloris decoloratio, & diuersitas a vera aqua, & saporis grauitas, & amaricatio, tamen non erat tanta quanta fuisset in vero sanguine fluuij. Et hoc dato non potest dici quòd isti inuenirent aquam in circuitu fluminis, quia cum hæc aqua emanaret de alueo fluminis, qui erat verus sanguis, non poterat sic naturaliter subito mutari in colatione arenarum, vt esset vera aqua. Et sic responderi potest ad argumenta quę fiebant contra dictum Iosephi. Ad primum quando dicitur quòd foderunt aquam in circuitu fluminis, dicendum quòd non foderunt Aegyptij aquam ita quod fodientes aquam inuenirent, sed foderunt aquam idest foderunt, vt aquam inuenirent, non tamen inuenerunt veram aquam: sed aquarū similitudinem quandam magis quàm in flumine. Ad secundum quando dicitur q̄ Aegyptij foderunt aquam in circuitu fluminis, quia non poterant bibere de aqua fluminis, ergo videtur q̄ aqua, quā fodiebant potabilis erat: dicendum q̄ Aegyptij ideo foderunt in circuitu fluminis, non q̄ ibi aquam inuenerint, sed quia aquā fluminis, q̄ verus sanguis erat bibere non poterant, putantes se apud flumen bonam aquam inuenturos, sed non inuenerūt, quia etiā sanguis verus erat deposito tamen sapore, & colore, & crassitudine aliqualiter, & licèt non esset aqua vera, erat tamen potabilior, quam sanguis per fluuij alueum labens. Ad tertium quando dicit q̄ si in circuitu fluminis non inuenissent aquā in septē diebus, cū non possent bibere de flumine morerentur siti, dicendū q̄ licèt non inuenirent verā aquā in ripa fluminis: inuenerūt tñ sāguinē similiorē aquę, q̄ sanguis de currēs per alueum fluminis, & hoc extinguebant sitim homines, & iumēta vtcunque poterāt, & sic non moriebantur: immo dato q̄ sanguis solus talis qualis in fluuio erat reperiret, tamen de illo potarent, ne sitis discrimina paterentur, quia nihil est ad q̄ necessitas non subigat, hec aliqua est detestabilis esca, aut horridus potus, quē mortis necessitas nō honesta uerit. Aducti ergo mortis angustia hoies, & iumenta de liquido fluuio sanguine siti restinguerēt, ne sitibū di morerētur. *Foderunt autem omnes Aegyptij.* Quia istud malum in tota Aegypto erat: ideo oēs cogebantur ne cessitate sitis foderē sibi, velus puteos circa fluuiū. *Per circuitum fluminis.* Non erat vnū flumen hoc, sed multa flumina, licèt vnū ibi principale esset. s. Nilus, quia hoc in tota Aegypto erat: Aegyptus autem non tota Nilo irrigatur, sed solū planiora Aegypti citra mare rubrū ad meridianam partem, vt Paulus Oroſi. lib. 1. de Ormesta Mundi; cętera autem alijs fluminibus artificialiter, & per laborem humanum irrigantur. *Non enim poterant bibere de aqua fluminis.* Idest de aqua, quæ fuerat versa in sanguinem, quia assueti erant ante bibere bonam aquam, si tamē nihil aliud potabilius illo sanguine reperissent eum degustare cogerentur. Inuenerūt tamē in circuitu fluminis sanguinem, qui magis aquę gestaret imaginem, ac per hoc potabilior esset. *Impleque sunt septem dies. Postquam percussit Dominus fluuium.* Idest durauit ista plaga per septem Dies, & quia Pharao non redibat ad Moysen, & Aaron petens plagæ dimissionem, Deus mandauit Moysen & Aaron ad Pharaonem ire: aliam ei duriorem annunciantes, & confestim efficientes plagam, nisi petitioni eorum consentiret. Et est ista oratio principium sequentis capituli quantum ad sentētiam, licèt non sic ordinetur: quia in hac ponitur postquam, q̄ nunquam stat cum vna oratione, sed necessario secundam infert sub eodem contextu sicut relatiuum quam cum anteceden te ad eandem pertinet orationem, sed ad diuersas, nec tamen sine illo stare potest, quia necesse est vtrunque ad eundem redire contextū, distinxit tamen litera nostra hic capitulum, quia sequitur alia plaga in reuelatione, & locutione diuina, & isti septem dies qui hic ponuntur ad priorē pertinent. s. quantū illa durauerit.

Respōsio ad argumēta cōtra Iosephū.

Nihil est ad quod mortis necessitas nō subigat.

Quęst. 10.

Vtrum dęmones possint vnam naturā vere in aliā conuertere & vera miracula facere, & de potētia dęmonū, & Angelorū.

Sed quia in superioribus dictum est qualiter malefici, & sapientes Pharaonis fecerint signa duo, quæ fecit Moyses & Aaron, scilicet conuersionem virgarū in dracones, & aquarum in sanguinem, quærendum est qualiter hoc factum sit, an dęmones facere talia possint. Et vī q̄ malefici, & ipsi dęmones quorū vtuntur auxilio nō potuerint facere talia signa veraciter, & primo sic. Quia dicitur secunda ad Thesalo. c. 2. quòd Antichristus veniet in signis mendacibus secundum operationem Satanę, idest quòd Satanas illa operabitur ergo videtur, quòd diaboli non possint efficere vera signa, cum Satanas princeps eorum non possit vera efficere, sed falsis vtetur. Nec valet si aliquis dicat, q̄ Satanas potest efficere vera signa, tamen Deus nō permittet eum facere vera signa. Hoc falsum est quia illa signa fient ad euersionem Christianorum, vt assentiāt errori eius recedentes a vera fide, ad hoc autem cautū est quòd illa signa vera sint quamquam vera videantur, tunc autem vera videbuntur, ergo non est ponendum quòd Deus tollat potestatem eius naturalem, si quam habet ad hoc inutiliter. Item quia si nō permitteretur tunc agere signa vera, hoc est quia ligabit eius potentia, vt non agatur secundum totam vitu suā, sed hoc rursus falsū est, quia tēpore Antichristi nō ligabit potentia dęmonis, immo magis soluetur Satanas, vt patet Apoc. 20. c. Nā cū positū fuisset quòd post Christi passionē potestas Satanę ligāda esset, cū dicitur, & apprehendit draconē serpentē antiquum, qui est diabolus Satanas, & ligauit eū per annos mille, & misit eū in abyssum, & clausit, & signauit super illū, vt non seducat amplius gentes donec consumentur mille anni, tunc oportet eum solui modico tempore. Et deinde interpositis paucis, cum velit facere sermonē de tēpore Antichristi ait: Et cùm consumati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit & seducet gentes, quæ sunt super quatuor Angulos terra: nō erit ergo potestas eius tunc ligata, sed multum soluta.

Ratio prima quòd non.

Secunda.

Item si diceremus quòd tunc esset potestas satanę ligata, opporteret dici quòd alio tempore fuisset soluta. Et tunc arguitur sic diabolus desiderat nocere, qa inuidus est, quãtocunque magis permittitur, plura mala agit, sed nunquam tanta in seculo mala fuerunt, quantam erunt tempore Antichristi: ergo tũc magis erit potẽtia eius soluta, & libera antecedẽs patet Mat. 24. c. vbi loquitur de hoc, vt satis patet ex serie textus dicens: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: non salua fieret omnis caro, sed propter electos breuiabũtur. Non potest ergo diabolus vera signa facere, quia si facere posset, in illo tempore maxime faceret, sed non faciet, vt probatum est.

Quarta. Item illum, ex quo confirmatur fides nostra, non dẽt dari aduersario fidei nostræ qui eam totaliter euertere studet, sed miraculorum, & signorum corporalium operationes datæ sunt sicut robur, & cõfirmatio fidei nostrę, vt patet Mar, vltimo c. scilicet. Illi autem profecti sunt, & prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis: ergo non debet hoc concedi diabolo, qui totam fidem nostram nititur euertere, cũ sit rex super omnes filios

Quinta. superbiæ, vt patet Iob. 41. c. Item quia materia ista corporalis non subest potestati dęmonis, vt ait Augu. 3. de Trini. Non est putandum istis trangressoribus Angelis ad nutum seruire corporalium materiam rerũ.

Sexta. Item omnes alterationes reducuntur ad motum localem, vt patet in 7. Poli, sed inter hos præcipuus est motus cęli, ad quem omnes reducuntur, & per quem alij regulantur: ergo cùm dęmones hunc cęli motũ pro sui voluntate variare non possint, quia soli Deo conuenit, ut ponit Hierony. in epistola ad Policarpum, nõ poterunt aliquam transmutationem facere de forma

Septima. in formam. Item illud quod subijcitur virtuti corporali, nõ potest influere in corpora, sed dęmones subijciuntur virtuti cęli quantum ad operationem suam in his corporalibus, & ob hoc malefici seruant certas cõstellationes, & a dęmonibus iubẽtur colere aliquos planetas, & constellationes temporum, ergo non pos-

Octaua. sunt mouere cęlum. Item dęmones operantur per modum artis: sed ars non potest transmutare naturales effectus, aut formas rebus inducere, nisi naturalia agentia, & passiua sibi debite applicando, ergo nõ possunt aliquid aut mutare, aut alterare. Antecedens patet, quia ars non habet aliquas res ad se subiectas in potentia naturali, sed obeditiua. Et dicitur sic de Alchimistis, quòd speties transmutare non possunt, quia

Alchimistæ species transmutare non possunt. nec verum aurum, nec verum argentum efficere possunt quia licèt: Alchimistæ possint inducere in aliquã materiam accidentia aliquã auri, vel argenti: non tamen possunt inducere formam substantialem auri, cum omnibus suis dispositionibus, quia ad hoc non requiritur calor ignis quo utuntur Alchimistæ, sed calor causatus per radios solares, & quod hoc fiat, vbi est virtus mineralis. Item aurum quod Alchimistę efficiunt, nõ habet operationes consequentes verum aurum secundum proprietates speciei. Nec est dicendum, quòd Alchimistæ possint inducere omnes qualitates accidentales in materiam, de qua volunt facere aurum, & non possint inducere formam substantialem auri, quia hoc penè includit contradictionem, cũ forma substantialis non sit aliqua dispositio, ad quam generans specialem laborem, aut actionem habeat sicut ad causanda cœtera accidentia, quia forma substantialis naturaliter educitur de potẽtia materiæ, materia vltimatè disposita. Nec est possibile secundum Philosophorum positionem esse materiam vltimatè dispositam, quando sequatur immediate substantialis forma, siue de potentia materiæ educatur, siue in

F ducatur in materiam a datore formarum, vel secundum quãlibet aliam variam positionẽ materiarum, & formarum, de quibus Arist. primo Phy. licèt nos dicamus per Deum posse istum effectũ impediri. Circa operationem tamen dęmonum est diuersitas opinionum. Quidam enim de antiquis dicentes dęmones esse animalia corpore aerea, mente rationalia, & æterna tempore, animo passiua, de quibus Apuleius in libro de Deo Socratis, putauerunt dęmones Deos esse, & causare in rebus effectus per modum creationis, sed iste tantus error est tam per se notus, & multiplici ratione, & scripturæ, & sapientum auctoritate, quod eum improbari non conuenit. Alia fuit opinio Auicẽnæ, quod dęmones, & omnes intelligentiæ poterãt

G inducere formas tam substantiales, quam accidentales rebus. Cuius ratio est, qa materia multo efficatius obedit conceptioni, & voluntati substantiæ separatæ, scilicet intelligentiæ, quã qualitatibus cõtrarijs agentibus, quæ sunt disponentia quædam ad formam, quę est ex influentia substantiæ separatæ: ideo dicit, ad conceptionem, & volitionem substantiæ seperatæ, vel prę-ter aliquem motum cęli, & ordinem eius sequi effectum aliquem in his inferioribus, & ponit exemplum de anima humana, ad cuius apprehensionem, & conceptionem tota corporis magnitudo mouetur. Vt patet maxime in amantibus apprehensa forma pulchritudinis desideratę, fiunt in eis terribilis mutationes, & hoc satis dicit Arist. 7. Ethi. in amantibus aduenientę

H passione fieri magnos motus, de quo satis diximus Gen. 30. c. sicut autem in hoc motu accidit, & in apprehensione mali per timorem, ita vt totum corpus obrigeat, & vertatur in pallorem, & apprehensò tempore iugulationis rubor subitaneus causatur in vultu: sic velut in cęteris effectibus naturalibus: Et videtur hoc valere, quia anima, quæ infimũ gradum tenet inter substantias spirituales, hoc potest, quantomagis poterit hoc dæmon, aut quælibet iutelligentia separata, quę maioris potentię est. Sed ista positio satis errat, primo in fundamento, a quo tota deuiatio procedit, nam ponit qualitates cõtrarias dispositiõe ad formã, & formã ipsã substãtialẽ influi a datore formarũ, ꝙ attribuit intelligẽtijs separatis. Hoc aũt est ꝓtra positionẽ oĩum

I Philophorũ rõnabiliter loquentiũ, & cõtra Arist. quia ipsa forma de potentia materię educitur, & non influitur a datore formarũ. Errat etiã quia ponit intelligentias illas sine motu cęli, vel aliquo alio prę-supposito sola conceptione sua formas quasdam, aut effectus producere, quia secundum positionẽ communem omnium Philosophorum intelligentię non agunt, nisi mediante motu cęli, tanquam quodam instrumento, sic enim habetur 12. Metha. ꝙ intelligentiæ mouent ad participandum esse diuinum per motum, vt amantia, & desiderantia, si autem possint sine motu cõmunicare esse diuinum, scilicet diffundẽdo bonitatẽ suã causando vniuersaliter in inferiora, sicut Deus facit sine prima intelligentia, vt ipsi dicunt, non oporteret eos mouere cęlũ ad participandũ illud esse, cũ Deus, &

K natura nihil faciãt frustra, vt patet in 1. Politicorũ. Et peccatũ sit per plura facere qd̃ põt ꝑ vnũ fieri, vt patet 8. Ethicorũ. Nec valet ratio sua. s. ꝙ anima nostra, quæ est infima ex sola cõceptione facit multos effectus in corpore, qa corpus est instrumẽtũ animæ, ĩmo magis cõueniens ei q̃ instrm̃ si pars speciei, licèt Plato potuerit totam rationem, vel essentiam hominis consistere in anima, corpus autem esse instrumentum. Vnde diffiniuit esse hominem animam in corpore viuentem: quia ergo corpus ei cognatissimum est, seruit ei ad nutum: & potest in quibusdam rebus producere in eo effectus quosdam sine aliquo alio instrumento extrinseco. Nullam tamen operationem potest

Rationes istę a Docto. non soluuntur qua tenẽt per se oppositum.

Diuersitas operationum de operatione dęmonum.

Confutatio opinionis Auicẽnę.

Intelligentie non agunt nisi mediante motu cęli.

Top.

Quid sit homo secundum Platonẽ.

A est anima nostra per solam cõceptionem suam causare in rebus extra; quia propter nostrum affirmare, vel negare nihil immutatur in re: vt colligitur primo Periermenias. Intelligentiæ ergo cœlestes magis possunt, quia per instrumenta possunt operari in res exteriores causando formas substantiales, quas nullo modo anima nostra sine instrumento, aut cum instrumento causare potest. Dæmones autem non habent coniuncta talia instrumenta: quia non monent ipsi cœlestes orbes: sed boni angeli. Quia etiam secundum positionem Phylosophorum antiquorum, vt Porphyrij, & Apulei dæmones inferiores sunt corporibus cęlestibus habitantes in aere, de quo Augu. de ciui. Dei lib. 19. Vbi ponit operationes eorum secundum opinionem antiquorum. Theologi etiam B repugnant huic positioni dicentes formas esse ex influentia solius Dei, qui eas in potentia materię posuit. Sed nec per hoc ponunt eas latere in materia secundum esse perfectum, vt voluit Anaximander, & Anaxagoras: vt ait Phylosophus primo Metaph. Nec ponunt eas dari à Deo tanquam datore specialiter secundum intentionem Auicennæ. Sed quòd Deus imposuit materiæ virtutem, vt formæ substantiales possint educi de potentia eius siue illa virtus vocetur potentia materiæ, siue ratio seminalis, non differt, dũ tamen sane intelligatur quid sit ratio seminalis, de quibus magis dicetur infra 23. ca. & ibi vide. Istas tamen formas exire in actum, vt informent sine actione qualitatum contrariarum directarum ab agenti- C bus naturalibus intelligentibus per motum cœli impossibile est. Auicenna autem opposito modo volebat, scilicet quòd ipsę formæ substantiales disposita materia per qualitates contrarias a Deo influantur, siue ab ipso datore formarum qualitercunq; ponatur.

Doctoris ad qõnẽ responsio. Dicendum ergo quòd Dæmones formam aliquam, aut accidentalem, aut substantialem ex propria virtute causare non possunt, patet quia vtraque educitur de potentia materiæ, præter ipsum intellectum, scilicet animam rationalem, qui excedit materiam, & diuinus est quantum ad quendam modum non ad essentiam, vel naturam, & solus educitur ab exteriori, vt ait Phylosophus. Omnes autem aliæ formæ corporales de potentia materię educuntur: de substantialibus D autem satis patet, quia disponitur ipsa materia actione qualitatum contrariarum vsque ad vltimam dispositionem, & tunc sequitur eductio instantanea formæ substantialis de potentia materiæ. Formæ autem accidentales corporum (Quia de accidentibus animæ non est hic qõ) educuntur de potentia materiæ: licèt paucioribus dispositionibus, vel vt verius loquamur, & proprius causantur in materia, quia dispositiones accidentales corporum sunt, vt quædam passiones materiæ, hæc etiam ex actione naturalium agentium inferiorum, quorum virtus deriuatur a motu cęli facto per angelos, generãtur, ita vt dęmones virtute sua nec albedinem, nec nigredinem causare possunt; immo nec similitudines horum, ita vt fallant oculos no-

Qualiter dęmones operãtur. E stros nisi ex actione naturali non ex potentia sua, sed in modum artis, scilicet quòd dæmones ex subtilitate sua innata cognoscunt omnia naturalia: sciunt enim virtutem actuam cuiuslibet rei, scilicet quid agere possit, & quid, & a quo pati posset, & vbi hoc fieri debeat, & quo tempore; & quia ipsi vident aliquando aliquam materiam, quasi dispositam ad suscipiendũ vnam formam, applicant id, quod velociter possit cõplere dispositionem, ita ꝙ naturaliter consequatur eductio formæ de potentia materiæ. Et sicut est in substantialibus formis, ita est in accidentalibus, & interdum aliqua tam velociter faciunt, vt videantur per potentiam solam diuinam hoc egisse, vt generare vnã herbam in vna hora, quæ secundum cursum communem gignitur in duobus, vel tribus mensibus, & ad illam magnitudinem deducitur. Non ergo valde miranda est operatio ista dęmonum, quia non est operatio eorum, sed naturæ: sed scientia est admiranda; eadem enim, quæ ipsi faciunt, & nos facere mus, si tantã cognitionem, vt ipsi de naturalibus haberemus. Est ergo operatio eorum, vt artificum, & non vt virtutẽ aliquam influendi, aut causandi habentium. Et isto modo possunt dęmones facere aliqua signa siue mirabilia saltem in aspectu nostro.

Operatio dæmonũ non est ad miranda, sed scientia.

Quęst. 11.

Sed differunt signa facta à Deo à signis factis ab angelis malis tripliciter. Primò ex efficacia virtutis operantis, quia signa, quæ à Deo fiunt, fiunt in his ad quæ potentia creaturæ nullo modo accedit, vt suscitare mortuos, & illuminare cæcos, & similia: mirabilia autem facta per dęmones fiunt in his, quæ naturali virtute fieri possunt, sed arte dęmonum diriguntur, & conficiuntur: est enim, vt minister non tanquam interius operans: sicut est in medico, qui non sanat laborantẽ agendo virtute sua aliquid in eum: sed applicando ei ea, quę naturaliter tal'r pñt operari. Secundò differũt quantum ad vtilitatem signorum, quia signa facta à Deo principaliter, & ministratiue a bonis hominibus, vel angelis sunt de bono, & vtili nobis, vt de sanatione morborum, & alijs similibus. Operationes autem ad mirabiles dęmonum sunt de aliquo inutili: & superuacuo, vel nociuo, vt volare per aera, & reddere membra humana stupida, vel facere hominem immotum loco, & huiusmodi. Istam differentiam assignat beatus Petrus in itineratio Clementis. Tertiò differunt quantum ad finem mirabilis operationis: quia signa facta a bonis hoĩbus, vel angelis ministerialiter sunt ad laudem diuinam, vel fidei corroborationem, vt patet Mar. vltimo cap. vbi dicitur: Prædicauerunt vbique sermonem, confirmante Deo, sequẽtibus signis. Sciendum etiam ꝙ dęmones faciunt quędam mirabilia assumentes corpora, quę sibi vniunt ad motum, & nunquam possunt assumere corpora animata, licèt possint ea localiter mouere impellendo, sicut non dicitur, ꝙ angelus, qui mouit organa vorantia asinę Balaam assumpsit linguam asinę, sed solum ꝙ mouet, de quo Numeri 22. c. in istis autem corporibus assum ptis non possunt comedere. Nec valet si arguas de angelis bonis, qui comederũt in domo Abrahę, vt patet Gen. 18. c. & de eisdem angelis, qui comederunt in domo Loth; vt patet Gen. 19. c. Quia de ratione comestionis proprie dictę non solum est cibi diuisio ad partes minutas qualiter in stomacho digeri debeat, vel eius traiectio ad partem interiorem: sed ꝙ ille, qui comedere debet habeat potentiam nutritiuam, ita ꝙ cibum illum transmutare possit in substantiam suam. Dęmones autem, vel angeli licèt vere cibũ frangant, & ad interiora illius assumpti corporis traijciãt, tamẽ quia corpus illud vim nutritiuam non habet, vt transire possit in substantiam illius, comedere proprie nõ dicitur. Et si objicias de Christo, ꝙ post Resurrectionem suam comederit, vt patet Luc. vltimo c. quando obtulerunt domino fauum mellis, & partẽ piscis assi, & Actu. 3. c. dicitur. Dedit eum Deus manifestum fieri non omni populo, sed testibus prœordinatis a Deo, qui manducauimus, & bibimus cum illo. Sed sicut se habent angeli, & omnes substantię separatę, ita se habent corpora glorificata post mortem, quale corpus Christus habebat, ergo si ipse comedit, etiã dęmones comedere possunt, vel angeli boni. Respondetur, ꝙ non est idem iudicium de Christo, sicut de angelis, qa licèt cibum illum acceptum post Resurrectionẽ non fuerit conuersum in corpus eius benedictũ, quia iam perfectum erat, nec indigebat cibo, sed conuersum

Tripliciter differunt signa facta a Deo, & ab angelis malis.

An angeli possint comedere.

Quid sit de ratione comestionis proprie dictæ.

De comestiõe Christi post resurrectionem.

fuit

fuit in aliquam materiam pіacentem virtute Dei, in quamcunq; ipſe voluiſſet, ſicut angeli comedẽtes cũ Abraham,& cum Loth: tamen Chriſtus magis propriè poſt Reſurrectionem ſuam habebat vim nutritiuam, & potuiſſet tranſmutare illum cibum in ſubſtantia ſua tam ad nutritionem, quam ad augmentationem: ita.n.ad hoc potentiæ corporis promptę erãt, ſicut antequam moreretur: tamen non factũ fuit ſic, quia ipſe præordinauerat vltra non nutriui, nec augmentari. Dicendum ergo ꝙ veriſſimus Chriſtus comedit poſt Reſurrectionem. Nec valet ſi obijciatur, ꝙ non tranſiuit cibus in ſubſtantiam eius. Nam non requiritur hoc: ſatis.n.eſt ꝙ Chriſtus habebat potentiam nutritiuam ad digerendum,& tranſmutandum in ſubſtantiam ſuam. Etiam experiebatur ſaporem cibi,& potus,& frigidum,aut calidum,& cęteras qualitates: hoc autem ſatis erat ad hoc,ꝙ vere comederit. Alioquin diceremus, ꝙ ſi aliquis homo aſſumpſerit cibum,& poſtea non digeſto illo, nec mutato in ſubſtantiam corporis euomuerit eum, ꝙ iſte non comedit, ſed hoc nullus homo dicet. Idem autem fuit in Chriſto, quia quod eſt in iſto homine euomere non conuertendo in ſubſtantiam ſuam,eſt in Chriſto conuertiſſe in aliquam præiacentem materiam ſm ſuũ arbitrium, ſed hoc non eſt in dęmonibus,vel angelis.

Veriſſime Chriſtus poſt Reſurrectionem comedit.

Queſt.12. *An angeli de ſe generare poſſint.*

Non poſſunt etiam dæmones, vel angeli mali generare: quia generatio fit ſm virtutem in ſemine ad organizandum fetum, & diſponendum diſpoſitione vltimata, & perfecta; Dæmones autem vel angeli ſemen non habent in corporibus aſſumptis, quia ſemẽ correſpondet animali ad conſeruationem ſpeciei, corpus autem aſſumptum a dęmone non eſt corpus animalis, ſed aereũ. Nec valet, ſi dicas, quod habetur Gen. 5.c.ſ.ꝙ videntes filij Dei filias hominum,ꝙ eſſent bonę acceperunt eas,& genuerunt ex eis: ſed filij Dei vocantur angeli boni, vel mali ergo generare poſſunt. Reſpondetur ꝙ hoc non obſtat, quia ibi nõ vocantur filij Dei ipſi angeli boni,vel mali: ſed filij Seth,qui erãt filij Dei, quia erant de linea Seth, quæ erat benedicta a Deo,& de qua Meſſias venturus erat. Et iſti acceperunt filias hominum.i. mulieres de ſtirpe Cayn, quæ carnales valde erant,de quo diffuſe diximus Gen.6. c. Poſſunt tamen dęmones generare nõ quòd ipſi ſint generantes,ſed quòd ſint miniſtri generationis.ſ. mouendo ſemen de loco ad locum. Et hoc fit per demonem ſucubum,& rurſus incubũ,ſ.qui ſuſcipiat ſemen à viro effundente,vel in sõnijs, vel aliàs,& conſeruat, & ad aliquam fęminam educit faciendo ſe incubum, & cognoſcendo fęminam aperiendo clauſtra eius. Vñ ſi fuerit virgo,ita deflorabit eam quaſi ſi vir cognouiſſet eam. Sicut dicitur de matre Merlini. Nec hoc inficiandum eſt: quia quod multis videtur non poteſt eſſe omnino falſum: vt ait Phyloſophus in 7.Ethic.& in fine tertij libri de Somno,& vigilia,& ſic ait Augu.15. de Ciui. Dei, c.24. quòd dęmones ſunt quos Gallidusios vocant,& hi mulieres ad virilẽ concubitum incitant,& peragũt, & eas improba vexãt libidine,& hoc ita plurimis notũ eſt,quòd impudentia eſſet illud difiteri. Sciunt autem iſti dęmones ſucubi,& incubi conditionẽ ſeminis cuiuslibet hominis ſm naturã,& proprietatem eius,a quo diſcinditur,quã dęmon optime nouit; cognoſcit etiam qualitatem cuiuslibet mulieris,& conditionem temporis aut particulę temporis, vel conſtellationis: ideo conſideratis iſtis, quæ faciunt ad bonitatem naturalem fętus geniti poterit taliter applicare ſemina, quòd inde homines valde præſtantes corpore,& viribus excellentes atque intellectu potentes oriantur. Sed dices contra, quia ſemen non habet virtutẽ generandi, aut commiſcendi ſemini fęmineo

F ad conceptionem niſi quãdiu calor animæ retinetur in eo. Si autem poneretur dęmon incubus,& ſucub⁹, antequam iſte dęmon ſemen acceptum à viro infundat alicui fœminę, infrigidabitur, & erit ineptum ad generationem,quia ſemen valde cito infrigidatur, & eſt ſatis mirabile,quòd in quibuſdã viris pp longitudinem vaſis genitalis ſemẽ in decurſu frigeſit antequã commiſceatur, ſemini fęmineo, & ob hoc generare non poſſunt,vt dicunt medici. Reſpondetur,quòd velocitas dęmonis in motu tanta eſt, quia virtus potẽtię motiuę ſuper rẽ motã habet tantã victoriã,quòd quaſi ſubito tranſit ad locũ,quem vult: ſed nec iſte tranſitus tam velox naturaliter eſſe poſſet, quin calor naturalis deciſus in ſemine ab anima extingueretur quan-

G tum ad aliquid: ita quòd ſemen ineptũ eſſet ad generandum,cũm aliquando vt dictum eſt, infrigidetur in decurſu virilis membri plus debito longioris. Sed ipſi dęmones,qui omnia naturalia cognoſcunt,habẽt aliquas res promptè,cum ſemen illud recipiunt, quibus illud ſemen per aliquantam moram in ſuo naturali calore ſeruetur, nihil perdendo quouſque in matrice alicuius fœminæ infundatur. Sed dices contra hoc, quia diximus, quòd iſti,qui gignũtur per dęmonẽ incubum, & ſucubum ſunt fortiores viribus, & ſtatura prooceriores. Contra quia iſta generatio non fit in virtute dęmonis ſed in virtute ſeminis recepti: ſed ſemẽ illud nõ habet magis virtutẽ,quòd immediate infundatur a viro alicui fęminę,ꝗ quòd dęmõ illud conſer-

H uet,& infundat,ergo non erunt fortiores nati ſic, quã ſic. Ad hoc reſpondetur, quòd licèt generatio fiat in virtute ſeminis,cui dæmon intrinſice nil de virtute apponit; per accidens tñ multum confert; quia ſi forte vir gigneret emittendo illud ſemen, & per ſe infundendo matrici alicuius feminæ forte infunderet fœminæ, quæ non eſſet conueniens quantitati illius ſeminis,& ſic aut generatio non fieret; aut ſi fieret non multum excellenter fieret. Etiam poſſet in tali tempore coire in quo conſtellatio temporis ſm virtutem cęli non adiuuaret generationem,& ſic fieret inepte. Dæmon autem vtrunque nouit,& facere poteſt,ſ.cognoſcere quodquod ſemẽ virile, cui ſemini muliebri conueniat; nouit etiam tempus conceptioni optimũ,

I & locum,& ventum illius temporis,& omnia alia cõuenientia,de quibus Ariſto.7.Politicorum,c.15.

Cõſtellatio cęli, & locus, tps, & vẽti generationẽ adiuuant.

Queſt.13. *An dæmones in corporibus aſſumptis, per illamet corpora videant, audiant, & ſentiant, & quomodo corpora aſſumant, & ad quid.*

Sciendum etiam ꝙ dęmones nullo modo in corporibus aſſumptis vident,vel audiunt,aut ſentiunt olfando,aut palpando: dato.n.quòd alicui angelo bono, vel malo aſſumẽti corpus apponerentur multi homines, vel aſini,nõ videret vtrũ eſſent homines,vel aſini per oculos eo modo, quo nos videmus intelliget tñ vtrum ſint homines,vel aſini: ſicut intelligit quando non aſſumpſit corpus: nõ habet ſic, vt nos,quia anima noſtra clauſis oculis de eo,ꝙ ante eam eſt,nihil nouit,

K ideo cęci carent ſcĩa de colore, quia anima nunquam habuit experientiam de colore per viſum, vt ait Phyloſophus primo Poſteriorũ, angelus tñ in aſſumpto corpore,& habendo oculos claros nihil magis videt, quam ſi clauderet oculos, ideo æqualiter cognoſcit res conuertendo vultum ad eos in corpore aſſumpto ſicut ſi non conuerteret vultum, ſed poſteriora. Et ſic angeli, qui apparuerunt Abrahæ, & comedebant cũ eo,non videbant eum per oculos aſſumptos. Nec angelus, qui apparuit Agar fugienti dominam ſuam vidit eam licèt ipſa dixerit: Profecto hic vidi poſteriora videntis me,vt patet Gen.16.c. quoniam Agar ſic putabat,quòd angelus eam videret: quia loquebatur ad eam. Angeli etiã nõ audiunt in corporibus aſſumptis ma-

magis quàm ſi corpora non haberent: ſed cognoſcũt ea, quæ dicuntur tanquam ſi audirent. Non ergo magis percipiunt voces in propinquo, quàm in diſtanti: non ſic facit anima noſtra, cuius operatio coniuncta eſt organis, vel dependet ab eis, præſupponens ea, & operans per ea quantum ad aliquid. Nec magis delectantur vocibus armonicis,& miris concentibus, quã ſi nihil diceretur. Nec magis turbantur aut triſtantur vocibus triſtibus, & terribilibus, quàm ſi cantus ſuaues dicerentur, quia nihil auditu percipit: licèt cognoſcat, quæ vox ſit delectabilis, & quæ triſtabilis, ita perfecte, immo perfectius, quã nos ipſi, qui exprimimus. aut in eis delectamur, aut affligimur. Nec quicquam odoratiuum an ſuaue,& aromaticum, an graue,& fętidũ ſit: non ergo offenduntur in corporibus illis magis ſi eis fętida cadauera apponantur, quam ſi thymiamata odoris ſuauiſſimi applicentur. Nec guſtu cibos diſcernunt, vtrum ſapidi, an inſipidi, pontici, an ſtiptici, ſalſi, dulces, vel amari, vel acuti ſint. Tantum ergo diſcernunt de cibo antequam guſtent,& ad interiora illius corporis aſſumpti traijciant, vel ore diminuant, & frãgunt, ſicut cum actualiter frangunt: quod in nobis non eſt, quia antequam pulmenta ore tractauerimus, eorum ſaporem ignoramus, tunc autem cognoſcimus cum actualiter deguſtãtur: cibi ergo, quos aſſumebant angeli inuitati ab Abraham, vel Loth, vt patet Gen.18.& 19.c. non erant eis alicuius ſaporis, ac nihil guſtaſſent. Immo quod plus eſt, ſi dato, ꝙ dęmones, vel angeli vellent in aſſumptis corporibus per oculos videre, aut audire auribus, vel narib⁹ odorare, ſeu guſtu cibos diſcernere nullo modo poſſent: quia videre nunquam eſt ſine oculo, qui eſt inſtrumentũ videndi,& audire non fit ſine aure, odorare non fit ſine naribus, & ſic de cæteris ſenſationibus: ſed dęmones in corporibus aſſumptis nihil horum habent, quia nec oculos, nec aures, nec aliquid cæterorum, ergo nec vident, nec audiunt, nec cætera ſentiunt. Antecedens patet, quia oculus, vel quodlibet alterum organum, cum ſit animæ inſtrumentum,& ad hoc ſolũ naturaliter factum eſt, duo habet de eſſentia ſua: Primum ꝙ ſit carneum, ideo manus facta de lapide, aut de ligno, aut de reliqua parte corporalis materiæ præter quam de carne, non eſt manus, aut oculus, niſi æquiuoce, vt ait Phyloſophus primo Politicorum c.1.& in fine 4. Meteurorum, huiuſmodi autem ſunt omnia organa aſſumpti corporis ab angelo, vel dęmone, quia non aſſumit angelus corpus carneum, ſed corpus aereum. Ex quo etiam correlarie inducitur, ꝙ non oportet in corpore aſſumpto ab angelo eſſe tot tunicas humoris vitrei, & glacialis ſicut in nobis ſunt: nec intra corpus eędem diſpoſitiones, quia non habet omaſos,& cor,& iecur,& cætera inteſtina, nec diſtinctiones cellularum capitis, & repletionem earum in medullis,& alia huiuſmodi, quæ ſunt in corpore humano, quia quædam eorum eſſe non poſſunt: quoniam taliũ diſtinctio repugnat qualitati aereæ, vt diſtinctio humoris vitrei,& glacialis,& cæterarum, quæ in corpore humano intuenti ſatis patent. Alia autem ſunt quæ licèt angelus, vel dæmon de corpore aereo formare poſſet tamen non format, quia Deus,& natura, & omnia agentia ſecundum rectam rationem nihil faciunt fruſtra, cum peccatũ ſit per plura facere, quod poteſt fieri per pauciora, vt patet 8. Ethic. Aequaliter autem conſequitur ſic angelus, qui intendit ſicut omnia membra interiora perfecta eſſent. Dicendũ ergo, ꝙ quando angeli boni, vel mali apparent in aſſumptis corporibus, aſſumunt quendam globum aereũ, quantum ſufficiat ad magnitudinem corporis humani, in quo apparere volunt,& condenſant illum aerem tantum, vt ſint viſibiles, & palpabiles ſi ſe palpandos ex-

Quodlibet organum duo habet de ſui eſſentia.

Determinatio qũo angeli vel dæmones corpora aſſumunt.

A hibere voluerint, maior tamen denſatio requiritur ad hoc,ꝙ ſit palpabile corpus, quàm vt ſit ſolum viſibile: & illi globo ſic aſſumpto, & redacto ad ſimilitudinem lineamẽtorum humanorum (ſ.ꝙ ſit ibi ſimilitudo capitis,& pedum,& oculorum, cęterorumque membrorum, vt conſueuit in hominibus eſſe,& ſicut deſcribunt ſæpe Prophetæ,& patet Apoc. primo c. de illo, qui apparuit inter ſeptem candelabra aurea veſtitus podere, & accinctus zona circa renes, & capilli eius tanquam lana alba) addunt quandam exteriorẽ ſuperficiem coloris in ipſo aere condenſato, vt ille color ſingulis membris corporis conformis ſit, aut ſecundum ætatem, in qua apparentia corpora eſſe videntur: aut ſecundum modum coloris conuenientis

B illi fini, ad quem apparent, intra ipſum autem corpus nulla diſtinctio membrorum, aut qualitatum ſicut in corpore noſtro eſt, quia non eſt neceſſitas horum, cum non videantur. Secundum autem, quod eſt de eſſentia oculi, aut auris, aut cæterorum organorum, & quod proprie pertinet ad rationem ſpeculatiuam, eſt ipſa potentia, vel virtus organica, quæ ſubiectiue eſt in organo, radicaliter autem in anima. Quia autem iſta virtus iſto modo ſe habeat patet, quia non ſe habent virtutes organicę, vt intellectus,& voluntas, quæ ſunt potentiæ animę,& ſunt in ea tam radicaliter, quã ſubiectiue, quod patet, quia conſequuntur animam quocunque ierit,& qualitercunque ſe habuerit: nam, ſiue anima in corpore, ſiue extra corpus ſit, ſemper in-

Virtus organica ſubiectiuę ẽ in organo, radicaliter autẽ in anima.

C telligere poteſt. De potentia viſiua aut cæteris organicis non ſic eſt, quia dum anima in corpore eſt, videt, dum autem extra corpus eſt, non videt: neceſſe eſt ergo alium modum habere potentiam organicam in anima, quàm habeat ipſa potentia intellectiua. Nam non poteſt dici, ꝙ potentiæ organicæ ſint ſubiectiue, & radicaliter in anima; quia tũc ſicut anima intelligit poſt ſeparationem a corpore, quia habeat intellectũ radicaliter, ita videret poſt ſeparationẽ. Sed falſum, & impoſſibile eſt. Nec rurſus poteſt dici, quòd potentia viſiua,& aliæ organicę nullo modo pertineant ad animam, ita quòd non ſint in ea aliquo iſtorum duorum modorum, quia tunc anima nihil ageret ad viſionem. Sed falſum eſt, quia corpus quod coniunctum animę

Rõ quare aĩa poſt ſeparationẽ a corpore non vidit ſed bene intelligit.

D videbat, anima recedente nihil videt, aut ſentit. Item fętus organizatus antequam adueniat anima, non haber aliquam ſenſationem: ſed veniente anima audire poteſt,& videre, & ſic de cæteris, ergo iſtæ potentiæ pertinent ad animam aliquo modo: & quod dicitur de potentijs ſenſitiuis, intelligendum eſt de potentia motiua: quia eodem modo eſt organica, ſ. in muſculis,& neruis, licèt in hoc ſpecialius ſit, quia anima ſeparata habet aliquam vim motiuam, quia impellere poteſt aliquod corpus per ſolam applicationem ſine aliqua formali vnione, qualem habet in corpore humano. Concludendum ergo, potentias organicas eſſe in anima radicaliter, quia ipſa adueniente corpori potentiæ adueniunt, & ipſa recedente recedunt; & non

E eſſe in ea ſubiectiue; quia ipſa ſeparata non videt, vel habet aliquem actum organicum, quemadmodum habet quantum ad intellectum, & hoc quia ipſum organum erat ſubiectum potentiæ illius organicæ: ſine iſtis autem potentijs organicis non poſſunt illæ partes corporeæ eſſe organa, quoniam iſta eſt ratio eſſentialis eius,& propria: ſicut ipſa anima rationalis tanquã forma vltimata partis dat eſſe corpori humano, & per iſtas potentias diſtinguuntur eſſentialiter organa,& non ſolum in figura, vt quidam ſimplices putauerunt. Et per hoc diſtinguuntur a cæteris partibus corporis, quæ non ſunt organa, ſicut eſſe hominis nõ eſt in figura liniamentorum, ſed in forma ſubſtantiali, ideo in cadauere; licèt ſit organum quantum ad figuram,

Membra inter ſe diſtinguunt ꝑ virtutes ſuas non tm̃ figura.

guram, quia ſymbolicę qualitates manent eædem in genito, & corrupto: vt ait Phyloſophus ſecũdo de Generatione, & corruptione, & licèt maneat ibi caro, tamen quia deficit ſecundum eſſentiale ad organum, ſ. ipſa potentia organica, nõ dicitur cadauer habere organa, ſ. oculos, aut nares, niſi æquiuoce, ſicut dicebatur de oculo lapideo, aut igneo. Et patet, quia ſicut dicimus hominem mortuum, aut hominem pictum æquiuoce hominem, vt ait Ariſt. in antepredicamentis, ita oculus hominis mortui, aut hominis picti dicetur æquiuoce oculus, quia ſicut ſe habet eſſentia totius ad totum, ita ratio partis ad partem. Et proprius ponere poſſumus exemplum quantum ad iſtud eſſentiale organi in ipſo fętu organizato, & nondum animato, quia verius caro eſt in ipſo fętu, quàm in cadauere, quia in fętu ſaltem virtus ſeminalis deciſa ab anima manet perducens ſemen vſque ad illam diſpoſitionem vltimatam: in cadauere autem nulla virtus animalis manet, in hoc ergo fętu licèt ſint illa membra, quæ nos in viuentibus vocamus pedes, vel aures, ſiue oculos: in ipſo tamen nec oculi ſunt, nec pedes, quia virtus organica, quæ eſt eſſentialis deficit, nam cum ſit ab anima, & anima nondum corpori infuſa ſit, talem virtutem eſſe in corpore impoſſibile eſt. Nõ erit ergo organum aliquod, quia deficit hęc virtus. In dæmonum corporibus aſſumptis non poteſt eſſe talis virtus organica: quia repugnat formaliter ex duobus, ſ. ex conditione angeli, & ex conditione corporis aſſumpti. Primò ex conditione dæmonis, vel angeli: quia, vt diximus, vires organicę ſunt radicaliter in anima, & ſubiectiue in corpore: in dęmonibus autem, vel angelis non ponuntur tales vires radicaliter, quia ſolũ reperiuntur in anima, ex eo q̃ eſt vnibilis corpori tanquam pars ſpeciei ad completionem indiuidui humani, ſiue ſuppoſiti, angelus autem, vel dęmon eſt ſuppoſitum, vel perſona continens perfecte rationẽ ſpeciei in ſe, nec poteſt vniri alicui formaliter, ſ. vt ex vtriſque vnum efficiatur per ſe, ſiue formaliter; ſicut ex anima & corpore reſultat vnum ſuppoſitum naturæ, quod eſt vnum per ſe, vel formaliter angelus autem cuicunque rei addatur, nunquàm facient vnum per ſe, ſed p̃ accidens tanquàm motor, & mobile, & non tanquã materia, & forma. Repugnat etiam hoc ex parte corporis aſſumpti, quia organum materialiter ſumptum ad recipiendum potentiam organicam, magnam diſpoſitionem in qualitate, & diſtinctione, & ſitu partiũ requirit patet hoc quia quædam organa ſunt de natura aquea, vt oculus, quędam de natura aerea, vt olfatus, & organum auditus, & ſic de cæteris: patet etiam in diſtinctione partium, vt ſi conſideremus quot tunicæ ſunt in oculo, & qualiter quædam ſunt completæ, & quædam non, vt declarant medici in Anatomia, & patet in prima parte perſpectiuæ communis, patet etiam de figura partium, vel ſitu, quia quædam organa ſunt rotunda: quædam oblonga: quædam alijs modis formata. Nec conueniebat oculum ita formari vt aurẽ, nec naſum ita vt oculum, & ſic de cæteris. Rationes autem ſatis patent ex natura ſenſibilium, & conuenientia ſenſationis, & vt magis tuta ſint, has tũ proſequi non intendo, ne valde cogar digredi a propoſitis. Concluditur ergo ex ſuperioribus, corpora aſſumpta ab angelo bono, vel malo organa nõ habere, nec ipſos dæmones, vel angelos in eis poſſe ſentire.

Nulla virtus organica eſſe põt in corporibus ab angelis aſsũptis.

Sed argues contra, quia dæmones, & angeli aſſumunt corpora habentia diuerſa organa, vt oculos, & pedes, & aures, ergo per illa ſentiunt, aliàs eſſet talis aſſumptio ſuperflua, quod non eſt dicendum de natura ſemper rationabiliter operante, cuius ſunt angeli boni. Ad hoc reſpondetur, quòd angeli non vident in corporibus aſſumptis, nec audiunt, nec habent cęteras

F ſenſationes: quia vt ſupra probatum eſt, non habent oculos, vel aures, aut cętera organa, niſi valde equiuoce, vt homo pictus, aut homo ligneus, quia angeli aſſumentes corpora non inſuunt in eis vitam, ſed ſolũ motum: quia influere vitam pertinet ad ſpũ, qui eſt pars ſpeciei, nec eſt per ſe ſuppoſitum, aut pars continens in ſe totam naturam ſpeciei, ideo illi parti coniunctæ, quæ eſt pars ſpeciei, vitam influit. Et ſunt ambo vnum formaliter, & per ſe ex reſultatione. Angeli autem perfecte continent in ſe rationem ſpeciei, ideo non poſſunt vniri alicui rei tanquam dantes ei vitam, ſed vt motor mobili. Illa ergo accidentia, quæ conſequuntur vnionem motoris ad mobile, reperientur in corporibus illis aſſumptis: accidentia tã, G quę conſequuntur vnionem formę dantis viuere ad materiam, quę redditur viuens, non reperientur ibi: ſed huiuſmodi eſt in angelis aſſumentibus corpora, ergo non erit ibi videre aut audire, vel cętera ſenſationes. Et quando dicis quare ergo dęmones in corporibus organicis apparent? Reſpondetur, quòd illa quę videntur eſſe in illis corporibus organa, non ſunt, ſed figurę organorum: iſtę tamen ſimilitudines organorũ non fruſtra aſſumuntur, quia aſſumuntur ad oſtendendum angelorum ſpirituales virtutes, ſ. q̃ licèt angeli non videant, vel audiant, aut cętera ſenſationes habeant: tamen ſciunt perfecte, quid nos videmus, & quid audimus, & quocunque alio modo ſentimus. Etiam ipſi omnia eis appoſita ſciunt quaſi viderent, H omnes voces intellectualiter cognoſcunt, quaſi audirent, omnes ſapores diſcernunt, quaſi guſtarent: odores aut fętores diſtinguunt, tanquam ſi odoratum haberent: poſtremo frigidum, & calidum, molle aut durum, noſcunt, quaſi tangerent: hęc autem omnia per vnicam potentiam intellectiua, m̃ ſicut nos per varia organa, quia in eis perfecta valde eſt, ipſi operãtur: & quia volunt, q̃ nos intelligamus eos iſta cognoſcere quod non poſſemus ex ſola intellectiua potentia, quam in eis eſſe credimus, ſicut iudicamus ex potentia intellectiua noſtra, demonſtrant nobis illas partes organis ſimiles tanquam per eas ſentiant. Et iſte modus obſeruatur in ſcriptura, quia Deus, qui a nobis in via, ſicuti eſt in ſua eſſentia, intelligi nullo modo valeret, datur nobis intelligi vtcunque poſſimus. I Datur ergo ei in ſcriptura ſimilis modus loquendi, quaſi qui dã rex potens eſſet ſedens in throno ſuo in parte meliori cęli empirei, & dr interdum ad nos deſcendere ad puniendum, vel iudicandũ, vt patet Gen. 11. & 18. & ſupra 3. c. dr etiam irаſci, dr habere omnes aliàs proprietates quas homines in ſe patiuntur, non q̃ in eo talia eſſe aſſerantur, ſed q̃ per iſtum modum congruentius nobis intelligi datur. Et hoc innuit Dionyſius in ſuis libris de angelica Hierarchia: ex omnibus partibus humani corporis, decet proprietates angelicas conſiderare.

Angeli aſſumentes corpora, nõ influũt eis vitam ſed motũ tantum.

Quo nobis datur intelligi Deum per ſcripturã.

An angeli, vel dæmones in aſſumptis corporibus moueantur. Quæſt. 15.

K Non poteſt etiam dęmon, vel angelus in aſſumpto corpore moueri proprie, quia quando aliquid adiungitur alteri ſolum in ratione motoris, ſi in ſe ſit immobile, non oportet quòd moueatur ad motum rei, quam mouet, ſicut patet ex poſitione Phyloſophorũ circa ſubſtantias intellectuales mouentes orbes, quia dicunt moueri ſolum orbes. Et non ipſos angelos mouentes. Angeli aut aſſumentes corpora, ſunt ſubſtantię ſpirituales, ergo ad motum corporum, quę aſſumunt non mouentur. Et ſi arguas de Raphaele angelo Thobię, qui duxit Thobiam iuniorem per multas terras, ſ. de Niniue vſque in vrbem, vbi habitabat Raguel, & poſtea cũ famulis perexit ad Gabelum, vt habetur Thobi. 6. cap. ergo mouebatur localiter.

Re-

Reſpondetur, q̃ angeli mouentur localiter non per A ſe ſed per accidens ex motu corporum, quę aſſumũt. ſicut anima noſtra mouetur p̃ accidens ex motu corporis, in quo eſt. In Deo tamen ſpeciale eſt, quia licèt Deus aſſumat aliquod corpus: ſiue ſolum, vt motor mobile, ſiue vt illud corpus habeat vnitatem hypoſtaſis cum Deo, ita q̃ perdendo ſuam ſuppoſitalitatem, vel hypoſtaſim aſſumatur de diuinæ perſonę hypoſtaſim, & corpus illud moueatur, Deus non mouetur; ſic patet in homine Chriſto, quia moto corpore ſuo benedicto per ſe, & anima ſua per accidens, verbũ diuinum aſſumens illam naturam motam non mouetur per ſe, nec per accidens, niſi velimus loqui ſm communicationem idiomatum. Diuerſitatis ratio B eſt, quia licèt angelus non ſit corporeus, tamen eſt finitæ eſſentiæ ſpiritualis, ideo alicubi diffuiuite eſt, ita q̃ non eſt alibi, & ſic aſſumpto corpore ita eſt in illo corpore, q̃ non eſt alibi, ideo ad motum corporis per ſe: monebitur ipſe angelus per accidens. In Deo autem nihil eſt huiuſmodi, quia non eſt finitæ eſſentiæ, ſed cęlum, & terram replet, nec limitatur a terminis iſtorum, vt patet Ieremię 43. c. Cęlum, & terram ego impleo, dicit dominus: ideo non ſolum eſt in corpore ſic aſſumpto, ſed etiam in omnibus alijs corporibus, & rebus; ideo moto illo corpore aſſumpto, non mouet; quia non mouentur omnia alia corpora. Nam licèt partes mundi mobiles ſint, mundus tamen totus nunquam mouetur, quia includit cõtradictionem. Sicut C ergo anima noſtra, quæ in toto corpore eſt, non mouetur per accidens ad motum manus noſtræ, aut pedis, ſed ad motum totius corporis: ita Deus in omnib̃ exiſtens rebus nõ mouetur per ſe, aut per accidens ad motum corporis, quod aſſumeret. Et dato quòd totus mundus moueretur motu recto poſito vacuo extra terminos cęli empirei; tã Deus in toto mundo exiſtẽs non moueretur per ſe, aut per accidens: quia Deus nõ ſolum eſt in toto mundo, ſed etiam extra mundum. Non aſſerendo, q̃ extra mundũ aliquę vacuitates ſint, aut aliquis locus, in quo Deus ſit: ſed q̃ Deus a toto mundo non comprehendatur aut diffiniatur. Semper ergo maneret immobilis quibuſcunque motis. Quod D autem dicunt Phyloſophi de intelligentijs motricib̃ orbium, non eſt ſimile huic, quia intelligentia mouẽs non mouetur per ſe in orbe, nec per accidens, quia nõ vnitur alicui parti corporis cęleſtis magis quam alteri, ſed toti orbi vnitur: totus autem orbis non mouet, ſed partes orbis mutant ſitum; ideo ſi non mouetur orbis, nec ipſa intelligentia coniuncta mouebitur. In corporibus vero aſſumptis licèt aſſerere angelũ moueri per accidens, quia ipſum corpus totum, cui vnitur, mouetur per ſe motu proprio recto.

Verbum diuinum i Chriſto nec per ſe, nec per accidẽs moueb̃atur, quia vbiq; erat.

Si totus mundus moueret motu recto poſito extra mũdum per impoſſibile vacuo Deus nullo modo moueret.

Queſt. 15.

An angeli, vel dæmones in aſſumptis corporibus loquantur.

Non poſſunt etiã dæmones, vel angeli in aſſumptis corporibus loqui proprie: quia loqui eſt per vocem exprimere conceptiones animæ, vt patet 1. Perierme, ſ. Sunt ea, quæ in voce ſunt eorum, quæ in anima paſſionum notæ: intentio autem cognita, vel concepta non poteſt deriuari ab anima in vocem, niſi per aliqd̃ medium, quod communicet naturam vtriuſque: nã anima totaliter ſpiritualis eſt, vox autem eſt corporalis proprietas totaliter, quia eſt quidam ſonus: nõ põt ergo conceptio ſpiritualis deriuari immediąte in vocẽ iſtam, niſi habeat quædam inſtrumenta media inter naturã ſpiritualem, & corporalẽ. Et huiuſmodi ſunt vis phantaſtica, & imaginatiua, quę concipiunt, vel apprehendunt phantaſmata, ſiue ſpecies non in materia quemadmodum facit intellectus. Et rurſus ſunt corporales, quia ſunt organicę in certa parte corporis, & apphẽdũt, & iudicãt ſm quaſdã cõditiones corporis: p̃ has ergo potentias tanq̃ per media cõgrue deriuãt

Intentio concepta extra per vocem exprimitur.

conceptio animæ in vocem. Nam conceptio animæ ex quadam ſimilitudine ad phantaſmata poteſt deriuari, ita quòd ſecundum illam conditionem cauſetur quoddam phantaſma in potentia phantaſtica, & quia phantaſia aliquo modo conuenit cum organo; & potentia vocatiua, quæ eſt magis corporea, poterit ex phantaſmate ſic, vel ſic cauſato deriuari talis, vel talis vox expreſſiua conceptionis intellectiuę: ſine medio autem fieri impoſſibile eſt. Contra hoc argues, quia in ſcriptura noui, & veteris teſtamenti ſæpiſſime repe rimus angelos hominibus fuiſſe locutos, & per hunc modũ data fuit lex in monte Synai in voce angeli loquentis dẽ medio ignis, vt patet infra 19. & 20. ca. & Deutero. 5. & 4. Ad hoc reſpondetur, quòd in angelis qñ aſſumunt corpora non eſt propria locutio, quia loqui eſt formare vocem ex percuſſione aeris reſpiratiui determinatis organis, ſ. pulmone, & arterijs vocalibus, lingua, palato, dentibus, & cæteris, de quibus ſm phyloſophum ſecundo de Anima, c. de voce: in corporibus autem ab angelis, vel dæmonibus aſſumptis non ſunt huiuſmodi voces, quia non ſunt talia organa, vt ſupra lucide probatum eſt. Et hoc eſt quantum ad propriam rationem vocis, prout eſt quædã ſpecies ſoni. Eſt tamen aliqua ſimilitudo vocis in quantũ ea, quæ angeli intelligunt, aut volunt, quibuſdam ſonis articulatis in ſimilitudinem vocum nobis exprimũt: ſic enim animalia quędam non reſpirantia vocare dicuntur, quia quendam ſonum ſimilem voci faciunt, E vt piſces per brãchias: & quædam inſtrumenta voces videntur emittere: quia ſonos quaſi dearticulatos emittunt, de quibus Ariſt. 2. de Anima, c. de voce. Et non poſſunt angeli in corporibus aſſumptis intentiones conceptas eodem modo exprimere per illos ſonos, quemadmodum nos ſignamus per vocẽ formatam; quia vox noſtra eſt ſignum ſecundum naturam deſeruiens conceptioni intellectus, angeli autem non exprimunt conceptiones ſuas modo naturali, ſed per modum artis, ſicut artifex ſimilitudine artis, & exemplaris demonſtrat in opere. Exprimunt. n. angeli conceptiones per aliquid quod eſt extra: nos autẽ per id eſt intra; ideo ad expreſſionem illorum conceptuum magna ars requiritur in formandis illis ſonis. In nobis autem non requiritur aliqua ars: quia quæcunq; conceperimus, mox per vocem exprimereno uimus, non diſtinguẽtes vtrum ornate, an inornate, quia iſtæ ſunt poſteriores operationes artis. Tanta enim differentia eſt in expreſſione conceptus angelici per voces, & inter noſtram expreſſionem, quanta eſt ſicut ſi nos cantus aliquos velimus vocibus noſtris exprimere. Aut ſi muſicis inſtrumentis nil loquentes, aut vocantes exprimamus: quia in proferendo cantum per vocem: ſi tamen cognouerimus quantum eleuare, aut deprimere, quantum acuere, aut grauare, nulla difficultas eſt, in exprimendo autem per muſica inſtrumenta magna ars, & difficultas eſt.

Quid ſit loqui.

Quo angeli vel dæmones in corporib̃ aſſumptis nobis loquantur.

An dæmones intrare poſſint in corpora humana, & quomodo. Quæſt. 16.

Sciendum etiam, quòd dæmones poſſunt intrare in corpora humana, ſ. in os, in ventrem, & in cerebrũ, & cæteras partes corporis humani: quia dæmones, & angeli habent virtutẽ immutandi corpora noſtra, & alia corpora naturalia mutabilia; nõ quidem a ſeipſis, vt ſupra determinatũ eſt: ſed per coniunctionẽ naturaliũ actiuorum, & paſſiuorũ. Et quia angeli boni, vel mali ibi ſunt, vbi operãtur, & alqñ operãtur intra corpora noſtra: ideo neceſſe eſt, quòd illabantur corporibus noſtris: & per hoc potentiam habent ſuper partes organicas immutando eas. Et ſi dicas contra, quia duo ſpiritus non poſſunt eſſe in eodẽ loco: ſed anima humana eſt in corpore, ergo dæmon non poteſt eſſe

Angeli ibi ſunt vbi operãtur.

Obiectio pulcra.

in

in corpore: añs patet, & minor, cum dicantur animæ esse in corporibus ſm quamlibet partem corporis, & in toto ipso corpore principaliter, nulla ergo pars manet, in qua sit dæmon: spiritus autem duos non posse esse in eodem loco, patet ex modo corporum, nam duo corpora non possunt esse in eodem loco, quia quodlibet eorum replet, & occupat totum locũ. Angeli autem non sunt in loco occupatiue, nec replent aliquid hoc modo, sed sunt ſm operationem, s. ꝙ vbi angelus operatur, ibi est: cum ergo operatio angeli sit in isto loco, & contineat totum locum perfecte, non poterit alius angelus occupare eundem locum, quantum ad operationem, & continentiam eiusdem loci, quia sequeretur confusio operationum non subordinatarum.

Responsio ad obiectionem.

Ad hoc respondetur, ꝙ anima nõ est in corpore, vt in loco, sed vt forma dans esse specificum: cũ ergo angelus sit in corpore, vt in loco, & operetur cõseruando locum, & non dando ei esse substantiale, & anima sit vt forma, & det esse specificum, bene poterunt esse in eodem corpore, quia non sequitur confusio operationum. Et tunc ad formam argumenti, cũ dicitur duo spiritus non sunt in eodem loco, conceditur: & sic dicitur, quòd licèt angelus, & anima sint in eodem corpore, non tamen sunt in eodem loco, quia esse in loco est esse per modum locati, & conseruantis iuxta modum assignatum localitati spiritui. Essent ergo duo spiritus in eodem loco: si vterque, s. si anima & dęmon, vel angelus in corpore essent vt in loco, sed non est sic, quia angelus est, vt in loco: anima autem est, vt forma in materia sua. Sed adhuc arguas: Angelus est vbi operatur, sed angelus non solum habet operationem circa corpus, sed etiam circa animam, quia angeli purgant, perficiunt, & illuminant animas nostras, sicut patet de angelo, qui purgauit animam Isaię, & illuminauit in similitudinem cuiusdam corporalis purgationis per calculum ignitum, quem forcipe tulerat de altari, vt patet Isai. 6. c. sed angelus, vel dęmõ non dicitur esse in anima nostra, quia solus Deus, qui ei dat esse, ei illabitur, ergo eodem modo nõ erit in corpore. Ad hoc respondetur, ꝙ esse angelum, vel dæmonem intra corpus conuenit per hoc, quod est intra terminos corporis. Corpus autem habet terminos duplicis rationis, s. terminos essentiæ, & terminos quãtitatis: dęmon autem, vel angelus est intra corpus eiq; illabitur, quia est intra terminos quantitatis eius, scilicet quòd includitur intra illam corpulentiam quantitatiuam, non tamen est intra terminos essentiæ corporis, quia id quod est in essentia corporis, aut est vt pars sua, aut vt virtus eius intrinseca dans ei esse: dæmon autem non est intra corpus tanquam pars eius, quia non est quantus, vt sit pars rei quantæ, nec est intra terminos esse, vt virtus dans ei esse, quia dęmon nõ dat corpori esse, sed anima. Est ergo anima dupliciter in corpore, s. vt intra terminos quantitatis, & vt intra terminos essentiæ. Est enim intra terminos quantitatis, quia anima nõ est extra corpus, sed intra. Secundò est intra terminos essentiæ, quia anima est, vt quędam virtus dans esse formaliter corpori. Anima autem nõ habet terminos istis duobus modis, sed solum habet terminos quantitatis; quia anima incorporea est, sed habet terminos essentiæ simplicis, nec eo modo, quo corpus: quia intra essentiam corporis sunt omnia, quę sunt eius partes, aut virtus illud conseruans, & dans esse: anima autem non habet partes eo modo, quo corpus, sed solum partes, quę sunt potentiæ eius, & est aliquid intra animam, vt virtus conseruans eam: non quidem vt forma, quia formæ non est forma: sed aliquid quod essentialiter est extrinsecum;

Deus sol' potest aĩæ illabi.

est tamen intrinsecum eminenter, cum det cuilibet rei esse, & ista virtus est Deus, Et sic Deum dicimus illabi animæ

F intra terminos essentiæ eius, quia eam conseruat dans ei esse: dęmon autem nullo modo potest illabi animę, quia si non potest corpori illabi, ita ꝙ sit intra terminos esse eius, quantomagis non poterit illabi animæ, quæ simplicioris essentiæ est? Et quando dicitur, quòd angelus est, vbi operatur, sed operatur in anima, ergo est in anima. Dico ꝙ operatio sola Dei est in anima, cum det ei esse, quod est intrinsecum: operationes angelorum in anima sunt, vt quædam perfectiones super additæ ad essentiam, ideo non oportet, ꝙ angeli ista operantes sint intra animam. Sicut angeli purgantes alios, aut perficientes, siue illuminantes secundum naturam actuum Hierarchiorum non dicuntur esse intra illos angelos, quos purgant, perficiunt, aut illu- G minant: fundamentum satis notum, & solidum est, quia isti actus nõ sunt intra essentiam: ideo non oportet, quòd angeli operantes illos sint intra essentiam eorum, in quos operantur.

An angeli, vel dæmones possunt per se ipsos organa sensuum immutare. Quæst. 17

Nõ possunt etiam dęmones, vel angeli per seipsos immutare organa sensationis, ita quòd faciant videre quod non est: vt videre hominem, esse asinum, aut hominem ascendere cœlum per funem, nec possunt alijs modis illudere sensus, quia quando aliquis videt hominem vt capram, aut sentit se gustare dulcia, cum nihil gustet, oportet ibi esse formas quasdam, per quas immutentur sensus, quia non potest esse ali- H quid in sensu, cui nihil subsit in re; cum sensus sit potentia passiua, & immutetur a rebus: non est enim dicendum, quòd potentia visiua seipsam immutet, vel auditiua, & sic de cæteris: sed quòd si immutatur, ab alio mouetur, vt patet 7. Phys. ita omne quod immutatur, ab alio immutatur, quia immutatio passio quædam est, & proprium est passionis inferri ex actione, vt ait Aristo. in prædicamentis: impossibile est ergo esse passionem sine actione. Sed potentia organica, cum immutatur patitur, ergo necesse est aliquod agens esse, & istud est ipsa res exterior, quę est obiecti.

Potentia organica est potẽtia tm̃ passiua

Nec potest dici, quòd ipsamet potentia sensitiua seipsam immutet. Quia potentia organica solum ponitur passiua, & nullo modo actiua. Item dato, quòd I aliquo modo ipsa poneretur actiua, nullo modo posset seipsam immutare, quia vt communiter dicitur, & est necessarium, licèt possit potentia, vel virtus naturalis adiuta per virtutem supernaturalem excedere suum obiectum materiale, idest quòd possit excedere solitam quantitatem, vtpote si aliquis poterat audire ab vna leuca, quod possit audire a decem, vel si aliquis poterat videre visibile distans ab vna leuca, possit idem videre a viginti, vel triginta. Nunquam tamen potest eleuari potentia organica per aliquam virtutem siue naturalem, siue supernaturalem: vt possit vltra terminos, vel vltra obiectum suum formale, scilicet vt potentia auditiua possit videre, vel quòd potentia visiua patiatur ab odore. Sic K ergo in præsenti cùm obiectum formale potentiæ visiuæ sit color, & sic obiectum cuiuscunque potentiæ organicæ est aliqua forma extra, impossibile est quòd numeretur, nisi ab aliqua forma exteriori, s. a re ipsa multiplicata. Item quando aliquis videtur ludificari, illa forma, quę cernitur, non est in aere circunstante, qa cũ ille aer quietus non sit, moueretur illa forma ad motum aeris, quod tamen non contingit: ergo in ipsa re est forma illa. Sed argues contra, quia cum aliqua res vere sit homo, & habeat figuram hominis, nõ potest ibi esse figura alterius speciei, quia impossibile est eandem rem duabus formis totalibus diuersis esse figuratam: sed videtur habere talem figuram, ergo hoc a dæmone est. Ad hoc respondetur, quòd figurę vi-

sibiles,

Figuræ vel formæ quæ videntur in præstigijs non sunt in re visa nec in medio sed in ipso sensu.

sibiles, quę videntur in his pręstigijs non sunt in re ipsa visa, vel quam nos putauimus videre, nec est in aere medio, sed est in ipso sensu, s. in oculo, non tamen ꝙ potentia visiua eam causaret, quia potentia visiua solum patitur, & nullo modo agit, sed causata est illa forma. Et hoc dupliciter contingit. Vno modo, ꝙ illa forma per cuius pręsentiam in sensu videntur fieri tales visiones, sit recondita in thesauro specierum, s. in imaginatiua, vel memoratiua, & dęmon per operationem suam, quia vt diximus corpori illabitur intra terminos suæ quantitatis, faciat decurrere illam speciem ad sensum, s. ad visum: & tunc necesse est, quòd ipsa existente in organo visiuo, immutetur potentia visiua ab illa, sicut si speciei obiectum adesset: nam si species hominis conseruata in imaginatiua aliquo casu defluat ad potentiam visiuam, per eosdem neruos, per quos recepta est, necesse est, ꝙ videatur nobis hominem adesse. Nec in hoc fallitur potẽtia visiua, quia naturaliter sic immutatur: nam ipsa non immutatur ab obiecto per se, scilicet ꝙ ipse homo extra visus per se immutet potentiam visiuam: quia omnis naturalis operatio, aut sensatio fit per applicationem, & contactũ virtutis agentis ad ipsum passum, vt declarat Arist. in libro de Generatione, & corruptione. Obiectum autem extra non applicatur ipsi organo visiuo, immo vt ait Arist. 2. de Anima sensibile positum supra sensũ tollit sensationem, ergo immutatio fit per ipsam speciem multiplicatam ab obiecto cõtingentem ipsum organum. Cum ergo species ponatur refluere ad sensum, quomodocunque refluat, immutabitur visus à tali specie, tanquàm si obiectum visibile, a quo multiplicata fuit illa species, ibi adesset, & sic iudicabit potentia visiua se videre hominem. Nec potest ipsa aliquo modo iudicare se decipi, nisi intellectus argumentatiuè ex quadam reflexione hoc iudicet:

Somnia quomodo causantur.

sic. n. contingit in somnijs, vt defluant species imaginatiuę ad sensum visus, vel auditus, vel ad aliquem alium, & iudicamus res illas nobis esse præsentes. In hoc tamen magna est differentia, & valde notabilis, quia in vigilia nunquàm possunt fluere species conseruatę in imaginatiua ad sensum, nisi operatione Dei, aut angeli, vel dæmonis; in somno autem possunt defluere ad sensum, & multotiẽs defluunt tam ex operatione dęmonis, vt in somnijs, quæ fiunt dæmone illudente, vt ait Grego. 4. Dialo. Interdum defluunt sola operatione naturæ ex potestate fantasiæ, & imaginatiuæ, cuius magna operatio est super naturam. Et ratio diuersitatis est, quia potentia imaginatiua in vigilia paruam habet operationem, deseruientibus omnibus organis & potentijs operationi rationis: in ipso autem in somno sopitis viribus animalibus & rationalibus, incipit dominari imaginatiua, & potest facere per se sine dæmone operante, decurrere ipsas species ad potentiam visiuam. De his Phylosophus in 2. & 3. de Somno, & vigilia. de hoc etiam diximus Gen. 40. c.

Secundus modus, in quo causentur illusiones.

Alius modus huius illusionis potest esse, ꝙ organa perturbentur: quibus perturbatis, necesse est falsi iudicium sequens ex eis, s. iudicium existimatiuæ, aut intellectus. Nam vt ait Phylosophus in 10. Ethic. Et qui habet ophthalmiam; s. quẽdã humorẽ melancolicũ in oculis omnia, qualiscunq; coloris sint, subalba vident. Et si quisquã habeat linguam infectam colera, quæ est amara, necesse est, vt ea, quę gustauerit, amara esse iudicentur, ꝙ autem possint perturbari organa sensationis, quantum ad aliquod tempus, satis patet. Potest etiam sub aliquo morbo a sola causa extrinseca: quia quædam sunt species, quę hoc modo perturbant, & faciunt apparere terribilia, vt combusto quodam oleo specialis confectionis, tota domus videbit repleri vitibus frondentibus, & producentibus vuas: & ex quodam fumo

A alterius rei immutabitur oculus, ita vt iudicet omnes trabes domus esse serpentes. Tunc autẽ forma aliqua non est in re extra talis, qualiter sensus immutatur: nec illa defluit ab imaginatiua ad visum, quia hoc raro fit in vigilia, sed solum est passio perturbati organi, quod cum aliud videat, aliud iudicat se videre: sicut dicebatur de gustu patientis morbum, cum dãtur ei aliqua dulcia, & videntur ei amara, qm̃ ſm rem non est sapor amarus in eo, quod gustat, sed prouenit ex conditione organi gustatiui infecti, sic in visu, cum in re ipsa non sit vitis frondosa, aut magnus serpens, sed trabes, vel paries: tamen organum perturbatum hoc patitur.

Quare angeli, uel dæmones illabi non possunt animæ nostræ, & quomodo nobis cogitationes immittant, & eas cognoscant. Quæst. 18

B Non possunt etiam dæmones, vel boni angeli illabi animæ nostrę, quia illabi animę est manere intra animam. Cum autem anima simplex sit, nec habens partes quantitatis, nihil intra eam esse potest, nisi quod ei esse tribuat, sicuti Deus est; dęmon autem, vel angelus animę nullo modo esse tribuunt. Sed contra hoc argues, quia nullus potest cognoscere ea, quę sunt in anima, nisi sit ipsa anima, vel aliquis intra animam, sed dęmones nouerunt malas cogitationes peccatorum, & accusant eos de eis, & ob hoc permittuntur à Deo tentare eos: ergo nouerunt eas existentes intra animam, & sic illabuntur ei. Respondetur, quòd dę- C mones, vel angeli boni non cognouerunt hominis cuiuscunque cogitationes, nisi Deus eis reuelet, aut ipsi eas aliquo exteriori suo signo conijciant, & hoc est argumentatiuę sicut, qui hominem per viam trãsire non vidit, iudicat tamen transiuisse, quia eius vestigia inuenit: vident enim in motibus corporis, aut in dispositione vultus quasdam cogitationes nostras, quia motus, aut gestus illis cogitationibus conformes effigiamus: sic enim dicit versificator.

Quod tibi mens velat, facies rubicunda reuelat.
In vultu hominis legitur secreta voluntas.

Sic enim medici quasdam animę dispositiones per pulsus qualitatem contemplantur, & iudicant: sunt tamen aliquæ cogitationes, quibus in vultu, aut cor- D poris moti nihil correspondet, & de his nihil dæmones iudicare queunt. Si tamen videant corpus hominis tremere, & quændam pati ardorem circa lumbos iudicant eum de actu venereo, aut de forma desiderabili iudicare, quia isti motus consequuntur ad tales cogitationes, vt per Aristo. patet 7. Ethic. Sed adhuc argues: nullus ponere malas cogitationes potest nisi sit in ipsa anima, cùm cogitationes sint intra animam: sed dæmones immittunt nobis malas cogitationes, vt patet Luc. 22. capitu. vbi dicitur de Petro: Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et clarius patet Io. 13. vbi dicitur de Iuda, quòd postquàm porrexit ei Christus buccellam, introiuit in eũ E Satanas: sed non dicitur, quòd introiret in eum quantum ad corpus, ita quòd eum vexaret, ergo introiuit in eum quantum ad animam. Ad hoc respondetur, quòd mali angeli cogitationes nobis malas immittũt non intra animam nostram existentes, sed vt exterius phantasmata illustrantes, vt ex diuersis compositionibus eorum possint nouæ conceptiones apprehendi interius, tamen non cogitur istas cogitationes accipere: quia præter intellectum recipientem, & obiectum cognoscibile requiritur actualis intentio cognoscentis, vt cognoscere intendat: angeli autem boni quodam modo intellectum nostrum acuunt mirabiliter, vt ait Augusti. quia lumen intellectus nostri agentis confortatur per intellectuale lumen ipsorum, quod

Quomodo angeli nobis cogitationes immittũt.

valde

valde magnum est. Dæmones autem hoc efficere non possunt, quia licèt lumen intellectus sui sit multo maius lumine intellectus nostri, quia tamen lumine gratiæ illuminati non sunt, non intendunt lumen nostri intellectus rectificare, confortando illud per ostẽsionẽ aliquorum vtilium: sed quædam inutilia ostendendo nos decipere laborant, & hoc est eorum illustratio: nunquàm tamen intrinsecus agendo: quia si ipsi possent intra animam nostram cogitationes imprimere, cogeremur illas cogitationes retinere, quia innascebantur ab intrinseco. Deus autem cum illabitur intra essentiam animæ, potest nobis cogitationes imprimere, & illas cogemur retinere, si ipse velit ex virtute sua sic agere: sic dicitur: Cor regis est in manu Dei, & quocunque voluerit vertet illud. Et hoc patet in damnatis, qui non affliguntur ab infernali igne, saltem ante diem iudicij: ita quòd ignis agat in animam eam cõburendo, cum oporteat esse notoriam agentis in proportione virtutis actiuæ ad passum: sed hic econtrario est, quia anima, cum sit spiritus, excellentior est valde corpore, & appenditijs corporis: ideo ignis corporeus in eam agere non potest: sed Deus cogit ipsum intellectum damnatorum apprehendere ignem, vt aliquid triste, & semper flecti super hoc, nec vnquàm laxari ab hac cogitatione: & in hoc totus cruciatus animarum ante iudicium est. Si autem posset intellectus apprehendere ignem, non in ratione nocui, vel dato, q̃ apprehenderet in ratione nocui: si posset ab hac cogitatione laxari, aut in eis ante iudicium, nulla pena esset, aut non continuaretur, sed interdum reciperet interualla. Hoc tamen falsum est, quia indefinenter cruciantur. In via tamẽ nulli Deus talem cogitationem immittit, à qua resilire non possit, quia tunc totus merendi, aut demerendi locus auferretur. Post mortem vero in penam malorum iustè impeditur. Et tunc quando arguitur de Petro, q̃ Satanas expetiuit, vt cribraret eum. Ista cribratio non erat aliquis motus cogitationis causatus intra animam: sed quædam illustratio phantasmatum varie conuertendo, vt præsentaret intellectui species timorosas, vt induceretur Petrus ad negandum Iesum. Quod autem dicitur de Iuda, q̃ post buccellam panis acceptam introiuit in eum Satanas, non est intelligendum, q̃ animæ eius illapsus sit, quia tunc eum cogere potuisset ad malum, cum moueret intrinsece: hoc autẽ falsum est, sed est sensus, q̃ assumpta buccella panis, exigentibus peccatis Iudæ, permissus fuit diabolus a Deo magis tentare Iudam, & sic dicitur ingressus in eum, nõ q̃ in eum ingressus sit, sed q̃ phantasmata eius taliter commouerit, & illustrauerit, vt bonum eiuendere Iesum videretur, vt pecuniam perditam lucraretur. Sed adhuc argues, q̃ diaboli intrẽt animam nostrã quantum ad partem volituram, quia dicũtur dæmones incentores malorum: sed incendere pertinet ad voluntatem s. mouere per modum cuiusdam desiderij: ergo dæmones voluntatem nostram intrant, & in eam aliquid imprimunt. Ad hoc dicitur, q̃ dæmon non intrat voluntatem nostram, nec in eam aliquid imprimit: sed partem inferiorem, sicut supra dicebamus de phantastica, mouet: in volũtate autem nihil agit, quia ipsa libera est, & domina sui actus: dæmones ergo solum possunt imprimere in phantasiam, angeli autem boni in phantasiam imprimũt, & aliquo modo in intellectum illuminando: Deus autem & in intellectũ, & voluntatem, & vbicunque vult.

Deus solus potest hominum mentibus cogitationes imprimere.

Nota cruciatũ animę dãnatę ante diẽ iudicij.

Quomodo introiuit Satanas in Iudam.

Quæst. 19. Quare dæmones vocãtur incẽtores malorum.

Sed quia dæmones vocantur incentores, considerandum est, q̃ cùm dæmones non possint imprimere in intellectum, & voluntatem; & desiderent semper nobis nocere ad malum perducẽdo, laborant peruertere illa principia, per quæ nos operatiui sumus: principia autem operatiua sunt intellectus, & voluntas: vt iudicans, & eligens, vel inclinans, vt patet in principio 6. Ethic. Et sicut ista duo sunt in homine, vt homo est: ita sunt alia duo subordinata, vt animal est. Et quia non potest dæmon in illa duo superiora, quę pertinent ad simplicem animę essentiam, laborat subuertere alia duo, quę subordinantur illis in operando. Sicut enim in homine, vt homo est, reperitur intellectus, & iudicans; ita in eodem, vt animal est, reperitur potentia existimatiua, quę est collectiua intentionum particularium, & iudicat quid vtile, & quid inutile, quid bonum, & quid bono contrarium: & sic de alijs abstrahendo intentiones non sensatas à speciebus sensatis. Est autem aliud principium operatiuum, quod respondet voluntati, & hoc inclinat per modum cuiusdam desiderij, & vocatur pars affectiua, in qua sunt affectibilis, & concupiscibilis, & irascibilis, & cęterę passionũ species, quę sunt quidam affectus: sicut enim per voluntatem rationalem inclinatur aliquis ad aliquid faciendum: ita per concupiscibilem inclinatur ad volendum, vel fugiendum. Has duas perturbare potest dæmon, cùm sint virtutes corporales, idest virtutes animæ consequentes conditionem corporum, perturbat enim dęmon phantasiam, vt prędiximus. Vel species variè coniungendo, vt aliquid videatur bonum, quod non erat, vel ante non videbat: vel aliquas earum illustrando, vt intellectus se conuertens super eas nouas intentiones ex eis assumat. Interdum autem dęmon conturbat partem affectiuam intrando corpora nostra, & mouendo sanguinem circa cor, tanquàm materiam irę, cùm diffiniatur ira accẽsio sanguinis circa cor, vt patet 2. Top. Interdum autem mouet quendam calorem venereum in lumbis nostris, & nos ad libidinem concitat: hęc autem Deus cum agere permittit, vel nostris malis exigentibus, vel vt robustiores, & magis probati efficiamur. Cum autem dęmon phantasiam siue existimatiuam nostrã conturbat, dr̃ suggestor, & suasor: q̃a ista ad intellectũ pertinet, s. quibusdam rationibus ad aliquid inducere: phantasia autẽ, & existimatiua ad modũ intellectus se habent. Cum autem dęmon conturbat partem nostram affectiuã, dr̃ incentor ab incẽdendo, i. incensor: quia vim concupiscibilẽ, & irascibilem ad aliquid inflammat. Est ergo dęmon incentor malorum, non q̃ in voluntate aliquid intendat: sed q̃ vim affectiuã, quę de natura, aut conditione corporea est, inflammet.

Duo principia in homine operandi, vt animal ẽ.

Quis fuerit modus, quo malefici Pharaonis ista tria signa fecerunt.

Quæst. 2.

Hæc autem prædicta de potentia dæmonum: quia præsentis locis necessitas exigebat, breuius quàm potui, explicui, licèt alicui nimis prolixus, aut onerosus videbor: dici tamen oportuit, nec ego de hoc curo: quia scriptura non fastidiosum lectorem exigit, sed solertem. Nunc autem magis ad propositum applicando dicendum est: quis fuerit modus, quo malefici Pharaonis ista tria signa fecerunt. Dicendum autem, quòd dæmones non potuerunt verè conuertere virgas in dracones: quia ad conuertendum virgam in draconem, oportebat gignere nouam formam substantialẽ, & dispositiones præuias ad eam, & corrumpere formam substantialem præcedentem, & dispositionem præcedentem. Corrumpere quidem satis facile est, sed gignere de nouo sic subito dispositiones, & formam, non est cuiuslibet potentiæ, sed infinitæ: quandocunq; aliquid fit, siue transmuttatur, oportet q̃ ab aliquo trãsmutetur; quia oẽ, quod mouetur, ab aliquo mouetur, vt patet 7. Phis. & quia inter agens & passũ, vel trãsmutãs & transmutatũ semp oportet esse ꝓportionẽ inequalitatis, ita q̃ agẽs habeat victoriã sup patiẽs, oportet q̃ ipsũ, qd̃ fit, subijciat potẽtię faciẽtis.

Scriptura fastidiosũ lectorẽ nõ exigit sed solertem.

Su-

Subijci autem potentiæ alicuius stat dupliciter: aut subijci potentię eius naturali, aut potẽtię eius obeditiuę. Illud autem quod fit per generationẽ, solùm est in potentia naturali eius, qd̃ ipsum gignit: & quia gignens, & genitum sunt eiusdem naturæ, id quod compositũ est ex materia, & forma, non potest gigni, nisi ab illo, quod habet materiam, & formam: dęmon aũt nõ est compositus ex materia, & forma, ergo non poterat gignere aliquid horum. Etiam quia draco non potest gigni nisi ex dracone, sed dęmon non est draco, nisi loquendo sub Metaphora, vt consueuit interdum loqui scriptura, ergo non poterat gignere dracones.

Quid sit potentia obedientialis.

Alio modo est res, quæ fit in potentia obedientiali, scilicet quòd possit fieri non solùm determinatè ad vnum modum: sed qualitercunque voluerit agens: verbi gratia, semen humanum est in potentia naturali ad generandum hominem, & nõ capram, nec ouem, vel lapidem: si autem semen humanum subdatur alicui secundum potentiam obeditiuam, ille poterit de illo semine facere capram, aut lapidem, aut ignem: huiusmodi autem nulla res est in potentia obedientiali alicuius, nisi quantum ad illum, qui continet totam rem in virtute sua, vel potestate; dæmonibus autem cùm non sint domini naturæ, sed solùm artifices, non subdentur aliquę res in potentia obedientiali, nisi ea, quæ arti subduntur: arti autem non subditur aliqua forma substantialis, sed solùm accidentalis: nec omnes accidentales, sed quædam, vt sunt figuræ, & similia: dæmones ergo non poterãt causare veros dracones virtute sua. Potuerunt ergo esse quatuor modi istius causationis signorum à Magis, aut conuersionis virgarum in colubros. Primò vt dæmones ista fecerunt non realiter causando, sed de loco ad locum mouendo: est enim in dęmonibus potentia motiua valde velox, ideo quasi subito, & imperceptibiliter mouentur de loco ad locum, poterant ergo dæmones virgas proiectas à maleficis subito, & imperceptibiliter ab oculis omnium tollere, & serpentes aliunde allatos apponere. Et satis verisimile est, cùm cognouerimus ex quorundam experientijs aliquos in breuissimo temporis spacio multa terrarum spacia transijsse dæmonibus adiuuantibus. Etiam videmus hoc in quibusdam hominibus, qui subtilitate manuũ mouent aliqua, quæ alij homines respicientes non vident, tanta promptitudine, & velocitate manuum illi pollent: quantomagis dæmones, qui motus velocitate quasi incomparabiliter omnia corpora excedunt. Secundò modo potest hoc fieri ex quodam motu spetierum sensibilium, quia, vt dictum est, nos non immutamur organicè ab ipso obiecto per se, sed ab obiecto per formam sensibilem, idest spetiem rei sensibilis. Cùm ergo illa species maneat in sensu, nihil refert an ipsum obiectum sensibile sit in prę̃sentia organi aut non: quia æqualiter sic, aut sic sentietur. Cùm ergo contingat species reseruatas in thesauro specierum refluere ad principium organicum, necesse est, vt fiat sensatio sicut fieret obiecto prę̃sente. Sicut ergo aliquis habens coram se serpentem, videret serpentem, & ab eo organicè immutaretur: ita si species serpentis manens in thesauro specierum, scilicet in imaginatiua potentia tunc refluxerit ad potentiam visiuam, necesse erit, quòd ille, qui hoc patitur, videatur videre coram se serpentem. Istã autem defluxionem formarum fieri demõstrat Aristotiles in secundo de Somno, & vigilia, dicens, quòd descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, descendunt etiam formæ imaginatę, & tunc videntur multa nobis adesse, vel fieri, quæ nec adsunt, nec fiunt, & hoc contingit sæpissime in dormientibus cũ somniant. Hoc modo poterant facere dæmones in vigilia, cùm possint immutare vires nostras corporeas, vt declaratum est supra: facerent ergo hoc. Vel quia primo defluere cogerent de parte imaginatiua speciem virgę ad organum visus, & post hoc facerent descendere spetiem draconum, ita, quòd viderentur virgæ conuersæ in dracones: quia à principio videbatur virga, & immediate visus fuit serpens. Vel quòd malefici ponerent veras virgas in conspectu omnium, & tunc dæmones cogentes descendere speciẽ draconum ad oculos facerent videri illas virgas dracones, & rursus cessante illa specie viderentur virgæ veræ, vt ante erant. Tertiò modo fieri poterat hoc per quandam turbationem organorum sensitiuorũ, scilicet vt potentia visiua turbaretur aliquibus speciebus naturalibus, quæ ad hoc faciunt, secundum quòd consueuerunt facere omnes apparitores, siue præstigiatores, de quo supra diximus. Sicut cùm incenso quodam oleo, videtur tota domus plena vitibus frondosis, & ex quodam alio fumo videntur omnes trabes domus esse serpentes magni, & tunc non daret aliqua res nec figura rei extra, nec in sensu talis qualis sentiebatur: sed solùm fiebat ex in dispõne organorũ: sicut patet de infirmo, cui dãt cibi dulces, & ipse iudicat eos amaros: q̃a illa amaritudo non est in ipsa re q̃ gustatur: sed sic sentitur, quia organum gustus indispositum est. Quartò modo poterat hoc fieri, s. per applicationẽ dęmonum adiuuando naturam, q̃a ars adiuuat naturam ad velocius operandũ. Sicut enim medicus nõ operat sanando patientem aliqd̃ naturaliter operando: sed solũ dando infirmo tales naturales confectiones, q̃ habeãt virtutem sanatiuam: ita dęmon nihil naturaliter potẽs producere, quia valde cognoscit virtutes naturalium, posset applicare virtutes actiuas rebus passiuis dispositis, vt cito sequeretur forma genita, & sic cùm alicubi esset materia penè disposita ad generationẽ colubri, posset dęmon appropinquare conueniens actiuum, vt ipse cognoscit: & sic cito gignereru coluber, & sic de rana, & sic de aqua versa in sanguinem. Sed nunc inquirendum est, quis istorum modorum fuerit conueniẽtior. Et respõdetur, quòd malefici fecerunt tria signa, scilicet de conuersione virgarum in colubros, de conuersione aquarum in sanguinem, de generatione ranarum. Nunc ergo aut volumus, q̃ ista tria signa fuerint facta per vnum modum supradictorum, aut per diuersos, s. vnum signum ꝑ vnum modum, & reliquũ per alterũ. Si autem velimus, q̃ per diuersos modos, dicendum quòd quidam modus cõueniẽtior est vni signo, quã alter, & alter alteri, vt patet cuilibet volenti considerare. Si autem velimus, q̃ omnia ista signa fuerint per eundem modum, tunc oportet speculari, quis conueniẽtior sit omnibus. Et videtur, q̃ non conueniat quartus modus, scilicet quòd dæmones fecerint ista coniungendo actiua passiuis: quia licèt hoc conueniat tertio signo. i. generationi ranarum, s. q̃ dęmones inquisierint naturam dispositam ad generationem ranarum: & tunc applicantes sufficiens actiuum, genuerint ranas. Non tamen conuenit primo signo, scilicet conuersioni virgæ in serpentem, quòd virga non est in tali dispositione, vt naturaliter posset ita velociter conuerti in serpentem, quia oportebat transire per multas transmutationes. Item coniungere actiua passiuis est, quando aliqua res gigni debet, quæ nondum est: sed quando vna res totaliter in aliam mutari debet, non est propriè applicare actiua passiuis. Idem videtur quantum ad secundum signum, quod fuit prima plaga, scilicet conuersio aquarum in sanguinem, quia applicare actiua passiuis esset, quòd aliqua aqua, vel humor, qui esset in propinqua dispositione ad sanguinem, adiungeretur alicui actiuo transmutanti eam cito ad formam perfectam sanguinis.

Quatuor modis magi Pharaonis signa causare poterant.

Quis horum modorũ conueniẽtior fuerit.

Hic autem non videtur ſic fuiſſe: quia ad hoc, quòd F videretur maleficos Pharaonis tantum poſſe, quãtum Moyſes & Aaron conueniebat, vt ſicut Aaron exiſtẽs ſuper flumen percuſſit, & verſus fuit in ſanguinem: ita ipſi malefici habentes coram ſe aquam claram, & veram viderentur eam conuertere in ſanguinem. Talis conuerſio operatione naturali non poterat ita ſubito fieri: quia ſatis multę tranſmutationes ſunt inter aquam veram, & ſanguinem naturalem. Tertius modus etiam non videtur ad hoc cõuenire, ſcilicet quòd ſolùm ſit hoc perturbatio potentiæ organicæ ex aliquibus rebus naturalibus, & tamen nulla res eſſet, nec aliqua figura eius extra: ſed ſolum eſſet error oculorum turbatorum, aut infectorum: quia ſecũdum hoc nihil eſſet quod fieret à magis Pharaonis, nec aliquid in re præſupponeretur. Hoc tamen repugnat: quia dicitur de primo ſigno, quòd virga Aarõ deuorauit virgas maleficorum. Si autem nihil eſſet in re: ſed ſola pturbatio oculorum, ex quadam ludificatione, nõ eſſet verum, q̃ virga Aarõ deuoraſſet virgas maleficorum, quia quod non eſt, deuorari nõ poteſt. Eodem modo non conuenit ſecundus modus: quia in eo ponitur, q̃ factum fuerit ſecundum quendam defluxum ſpetierũ ad viſum, ſ. q̃ ſpecies ſerpẽtis, aut ſpecies virgæ virtute dęmonum agentium in noſtram imaginatiuam faciẽtium defluere ſpecies iſtarum rerum ad oculos apparuerit in noſtro ſenſu, vel organo: & tñ nihil fuerit in re nec ſecundũ rem, nec ſecundum ſpeciem. Quia idem inconueniens eſt, ſicut ad alium modum ſupradictum, ſ. q̃ ibi non fuerit aliqua res, ideo non potuerit eſſe deuoratio virgarũ, cum oportet deuorari id, q̃ eſt. Nec poteſt reſponderi, quòd virga Aaron non deuorauit ſecundum veritatem virgas maleficorum, cum nihil eſſent, ſed viſum fuit, q̃ eas deuorabat, q̃m ſcriptura nõ loquitur de eo, quod apparet, ſed de eo quod eſt, quia Moyſes ſcribens iſta bene nouerat, vtrum res eſſent an ſolæ imagines. Dicendum ergo quod fuit primus modus, ſ. quòd dęmones fecerunt iſta per velocem, & imperceptibilem motũ localem, ſ. tollendo vnum, & apponẽdo alterum, & iſte modus conuenit omnibus ſignis. De primo patet, ſ. q̃ malefici proiecerint in terram veras virgas, & dęmones imperceptibiliter eas inde tollerent, & ſerpentes veros, q̃ aliàs geniti fuerant aliunde allatos ibi loco virgarum apponerẽt. Et rurſus tranſacta aliq̃li mora, vt ab omnibus conſpici poſſet quomodo virgas mutaſſent in colubros, ſubito dęmones inde colubros auferentes, virgas ante proiectas ponerent, & tunc virga Aaron deuoraret virgas maleficorum, vt ſupra diximus. Vel forte ſerpens, in quem mutata fuerat virga Aaron, deuorauit ſerpentes allatos à dęmonibus ad oſtentationem maleficorum. Idem patet, quantum ad ſecundum ſignum de conuerſione aquæ in ſanguinem, ſcilicet quòd dęmones deducerent aquam veram de extra Aegyptum, cũ in Aegypto non reperiretur, vt declaratum eſt, & tũc illa viſa à Pharaone, & omnibus circunſtãtibus dęmones inpceptibiliter illam auferẽtes verum ſanguinem aliunde ad ipſum locum portantes in loco, vel vaſe, in quo erat aqua ponerent, & ad tantam menſuram, vt eadem aqua, quæ ante fuerat eſſe intelligeretur. Potuit autem ille ſanguis adduci ex aliquo interficiendo aliqua animalia fera, vel qualiacunque, quod dęmonibus ſatis promptum erat. Vel potuit eſſe, quòd ille ſanguis fuerit adductus de vero ſanguine, qui erat in flumine, aut in lacubus, quia hoc nihil diminuebat de veritate, aut auctoritate Diuini miraculi. Item patet de tertio ſigno, ſcilicet de ranarum generatione, quod ipſi dæmones portarent ſubito ranas, vel de his, quæ ante erant in flumine, vel de his, quæ erant in domibus, quas fecerat Deus: &cętera,

Prim' modus factis fuit conuenientior, ſcilicet per motus velocitatem.

Cap. VIII.

CAPITVLVM. VIII.

DIXIT quoque Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ a- G ſcendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lecticuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ: Dixitque Dominus ad Moyſen: Dic ad Aaron, extende manum tuam ſuper fluuios, & ſuper riuo, & paludes, & educ ranas ſuper Terram Aegypti. H Extendit Aaron manum ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranæ, operuerunt- que Terram Aegypti. Fecerunt autem, & malefici per incantationes ſuas ſimiliter, eduxeruntque ranas ſuper Terram Aegypti.

Supra 7.

Secunda plaga ranarum 1. q. 1. ca. teneamus in glo.

Dixitque. Deſcripta primę plagę illatione, hic agit de ſecundæ impoſitione, quia primo ponitur cominatio, ſecundo eiuſdem executio ibi. *Dixitque Dominus*. Tertio eiuſdem remotio ibi. *Vocauit autem*. Circa primum. *Dixit Dominus ad Moyſen*. In alia apparitione.

Et hoc fuit poſt ſeptem dies à conuerſione aquarũ I in ſanguinẽ, ſic.n. dicitur in fine p̃cedentis c.ſ. Impleti ſunt ſeptẽ dies poſtq̃ percuſſit dominus fluuiũ, & tũc ſequet̃ iſta litera, ſ. Dixitq; domin'. i. q̃a Pharao noluit dimittere populum ex impoſitione plagę primę, locutus fuit dominus Moyſi de inflictione plagæ ſecundę. Ad Moyſen. ſ. ſolùm, q̃a non loquebat̃ Deus ad Aarõ, ſed poſtea Moyſes reuelabat ei verba dñi, vt diceret̃ coram Pharaone. *Ingredere ad Pharaonem*. Ideſt intra in palacium regis, q̃a nõ mandauit Deus iſta vice Moyſi, q̃ expectaret Pharaonẽ, cùm egrederet̃ ad aquas in ripa fluminis, q̃a iſta plaga non fuit facta ex actuali pcuſſione ſuper aquas fluminis, ſicutalia facta fuerat ad inflictionem, ergo alterius oportebat eſſe ſuper aquas non autem ad iſtã. *Hæc dicit Dominus*. Ideſt non ego ſed ipſe, K qui mittit me dñs, ideſt Deus Hebręorum. qui eſt dominus ſimpliciter, ſ. omnium rerum vniuerſi, ideo poteſt cuicunq; imperare quod voluerit. *Dimitte populum meum*. Scilicet populum Iſraelitarum, qui eſt populus meus per ſpecialia beneficia, quæ ei feci, & maiora facturum me promiſi: & ideo vocauit Deus Iſraeliticũ populum primogenitum ſuum, vt patet ſupra 4. cap. vbi dicitur. Filius meus primogenitus Iſrael. *Vt ſacrificet mihi*. Non ſolùm petebat, vt permitteret eum ſacrificare, quia hoc Pharao permiſiſſet ſicut patet infra in litera, cum dixit, ſacrificate dño Deo veſtro in terra hac: ſed etiam petebat, quòd permitteret eos ire extra Aegyptum in ſolitudinem itinerẽ dierum trium, vt ibi ſacrificarent, ſic enim dicta fuit petitio ſupra 3. & 5. ca.

Quęſt. 1.

Quare Deus vocauit populum Iſrael: primogenitũ

Hic

Hic autem licèt non tota exprimatur dependet ex illo A loco. *Sin autem nolueris dimittere*. Communis modus petendi eſt, quòd ille, qui petit, licèt credat rem petitam ſibi non concedendam, nunquam ponit negatiuam, aut conditionalem, ſed ſimpliciter, nè demonſtret ſe dubitare, aut diffidere de bonitate eius, à quo petit: quoniam ille, à quo petitur, licèt non intendat dare, cum tamen videt petentem precari, quaſi confidat bonitati eius, aliqualiter lætatur, cùm ſaltem per accidens laudatur de aliquali benignitate, aut liberalitate. Cùm autem præpoſita aliquali negatiua videat petentem bonitati eius diffidere, etiam ſi dare intẽdebat, quia tamen videt ſe non reputari liberalem, promouetur ad oppoſitum, & non tribuit. Hic autem Moyſes propoſuit negatiuam conditionaliter, in quo B ſatis ſe diffidere demonſtrabat bonitati eius. Sed diuerſitatis ratio eſt, quia Deus ex cuius mandato, & perſona loquebatur Pharaoni Moyſes, non petebat hoc tanquam ſuppliciter rogans, ſed tanquam imperioſe mandans, ideo demonſtrabat ſe poſſe eum afflgere, niſi quod petebatur concederet. *Ego percutiam omnes terminos tuos ranis*. Ideſt ego dabo iſtam plagam, vel percuſſionem in cũctis terminis tuis, ſcilicet quòd ſint pleni ranis: & iſta ſatis magna plaga erat, quia quędam iſtarum ranarum erant peſtifere veneno afficientes. Aliæ autem ita erant magnæ, & horribiles, & in tanta numeroſitate, quòd nullo modo permittebant quietem Aegyptiorum: nam cùm comedere vellent, ſaliebant ſuper cibos, & tabe ſua fluida vniuerſa fedabant, intrabant etiam vaſa, in quibus fiebant pulmentorum decoctiones, & antequam fierent fedabantur: ſic enim in lectis, & omnibus alijs non dantes eis vllã requiem, ſed animas eorum ad amaritudinem deducentes. *Et ebulliet fluuius ranas*. Ideſt iſta ranarum percuſſio in tanta copia erit, quòd videbitur ebullire. Eſt autem iſta ſecunda inter plagas decem quæ his verſibus continentur.

Modum petendi à dominis, & à quocunque.

Prima rubens vnda, tabes ranæque ſecunda.
Inde culex triſtis, poſt muſca nocentior iſtis.
Quinta pecus ſtrauit, veſſicas ſexta creauit.
Pone ſubit grando, poſt brucus dente nephando.
Nona tegit ſolem, primam necat vltima prolem.

Iſta pęna ſecunda etiam correſpondet culpæ interfectionis puerorum Hebręorum, & ſicut Aegyptij volebant occidere pueros in aqua, vt ſecurius, & ſine maiori clamore occiderent, ita Deus de flumine loquaces ranas exire coegit, vt quaſi puerorum mortem exclamarent, & vindicarent: & licèt pro iſto facto alia pęna fuerit illata, tamen quia facinus graue fuit, pęna non ſuffecit, ſed alia ſubſecuta eſt, immo nec hæc ſuffecit quouſq; fluctibus maris rubri Aegyptij ſubmerſi ſunt. Nec propter hoc inſurgit duplex tribulatio, vel fit bis punitio in idipſum, quia hoc eſt cùm quęlibet pœna eſt ęqualis delicto, ſi autem multæ ſunt paruę, quarum nulla delicto ęquatur, poſſũt dari tot quouſque ęquentur culpæ: & ſic fit in iure, quòd alicui pedes, & manus abſcindantur, deinde quòd iuguletur, aut ſuſpendatur. *Quæ aſcendent*. Quia fluuius eſt humilior, & pronior cœtera terra, ideo à fluuio ad domos ciuitatum fit aſcenſus. *Et ingredientur domum tuam*. In hoc patet, quòd fiebant iſta miraculoſe, quia contra naturam ranarũ eſt exire de fluuio, & ingredi domos. *Et cubiculum lecticuli tui*. Ideſt intrabunt in cameram tuã, vbi dormis, nec poteris eas prohibere ab illo loco ſecretiſſimo, dato quòd ponas cuſtodes, non poteris te defendere ab eis: quia Deus introducet eas, te non videntę, vel repugnare non valente. *Super ſtratum tuum*. Ideſt ſuper locum, in quo paratur tibi menſa, & tu ſedes. Primò nominatur hic rex in iſta punitione, quia A plus peccauit: deinde ſerui eius, qui aut conſuluerunt, aut mandanti fuerunt. *In domos ſeruorum tuorum*. Quia etiam ipſi peccauerunt conſentiendo regi in malum, & acriter inferendo pœnas Hebręis. *In populum tuum*. Scilicet quòd iſtę ranę diſpergentur per populum tuum, ad cruciandum omnes. *Et in furnos tuos*. Vbi coquuntur panes delicati pro rege. *Et in reliquias ciborum tuorum*. Quia quando aliqui cibi reſeruabantur ad eſum, quantuncunque ſecretiſſime conſeruarentur, ranæ intrabant, & fœdabant eos. *Et ad te, & ad populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos ingredientur ranæ*.

Dicunt Hebręi, quòd non ſolum intrabant ranæ in domos Aegyptiorum, ſed etiam in corpora eorum per partes inferiores, aut hiatum ſuperiorem. Sed hoc B non videtur, quia ſic morerentur Aegyptij, cùm ranę intra corpora eorum morerentur, & putrefierent: ſed eſt iſta repetitio ſuperiorum, ſcilicet quòd ranę intrarent in domum Pharaonis, & ſeruorum eius. Et non valet cum dicitur. *Ad te, & ad populum tuum*. Non enim vult iſta litera ſignare, quòd intrarent in corpus Pharaonis: ſic enim dicitur ſupra Moyſi: ingredere ad Pharaonem, ſed non eſt ſenſus, quòd mandaretur Moyſi intrare in viſcera Pharaonis: quia ſi hoc litera exprimere voluiſſet, non dixiſſet. *Ad te, & ad populum tuum*. Sed ingredientur in te, & populum tuum, quia iſta p̃poſitio, ad, terminum ſignat: & ideo eſt ſenſus, ad te, & ad populum tuum, ideſt ingredientur ad domos tuas, & domos populi tui. Sic dicitur Gen. 19. capitu. C Vbi ſunt viri, qui introierunt ad te, ideſt ad domum tuam, vel intelligitur ingredientur ad te, ideſt non ſolum intrabunt domum tuam, ſed peruenient vſque ad te, ideſt vſque ad locum, in quo tu ſedis, ſcilicet ſuper ſtratum tuum, vt ſupra dictum eſt. *Dixit Dominus ad Moyſen*. Hic ponitur ſecundum, ſcilicet prædictæ plagæ inflictio. *Dixit Dominus*. Non fuit iſta locutio, vel apparitio diſtincta ab ea, de qua nunc diximus, ſcilicet quando prænunciauit ei iſtam plagam, ſed quia ponit hic modum executionis, facit quaſi diſtinctionem in locutione, cùm videatur eſſe caput rationis, & iſtę diſtinctiones (locutus eſt, & ſimiles) ponuntur ad vnum de duobus, ſcilicet vel ad diſtinguendum locutiones, & tempora locutionum, vel ad faciendum D in eadem locutione aliquas diuerſitates clauſularum. Et iſtud ſecundum eſt hic. *Dic ad Aaron*. Quia Aaron non erat prius, quando Deus apparebat Moyſi, ideo Moyſes dicebat poſtèa verba Dei ad Aaron, *Extende manum tuam ſuper fluuios*. Iſta extenſio fiebat ad inuocandum ranas de fluminibus, mandando eas exire in virtute verbi Dei. *Super fluuios*. Non erat tunc Aaron ſuper aquas, quando iſta mandauit, ſed erat in ciuitate coram Pharaone præſentibus maleficis, & patet, quia non poterat eſſe Aaron ſuper omnia flumina, aut torrentes, & paludes, quia non erat poſſibile, ſed extendebat manum ſuam contra omnes partes Aegypti, vbi erant aquæ, vt inde ranæ aſcenderẽt ſuper fluuios, ſcilicet, qui ſemper fluunt, & vocantur communiter E fluuij, & riuos, ideſt torrentes, qui congregantur ex pluuialibus aquis, ſed quia in Aegypto non ſunt pluuiæ vocantur torrentes parui decurſus aquarum, ſiue ex paruis fontibus, ita, quòd nomen fluuij, non mereantur, aut ex lacubus deriuantibus fluenta ſua aliquo tempore. *Ac paludes*. Ideſt lacus factę ex inundatione Nili quia aqua inundans cadit in aliquas terræ concauitates, aut inęqualitates, ſiue naturaliter, ſiue labore humano paratas, & ibidem manet refluente Nilo ad alueum ſuum. Idem fit in alijs fluminibus non inundantibus, quia artificioſe deriuatur aqua ad irrigandum ſegetes, & fruteta, & tunc cadit in lacus. *Et educ ranas*. Quaſi dicat, manda eis exire, quia ad mandatum tuum immediatè exibunt.

Quæſt. 2. Vtrum ranę intrarent Aegyptiorum corpora.

Fluuius dicitur eo, quia ſemper fluit.

Quæst. 3. An omnes ranę qbus Aegyptij affligebantur essent in aquis.

Nec est credendum, quòd omnes istæ ranæ essent in aquis: quia non sufficerent omnes illæ ad replendũ sic Terram Aegypti, vt affligerentur Aegyptij, sicut prædixerat Deus, maximè, quia dicitur infra, quòd ranæ mortuæ fuerunt, & collectæ in immensos aggeres, & aliæ ad fluuium redierunt. Si ergo de existentibus in flumine, & paludibus essent isti aggeres mortuarũ ranarum, nullę manerent, quæ redirent ad fluuium, vel valde paucæ. Ideo dicendum, quòd præter eas, quę erant in flumine, Deus produxit subito alias magis tumentes, & colore, & corpulentia, ac figura deformiores, & istæ multum vexabant. Deinde cessante plaga mortuæ fuerunt istæ à Deo nouiter productæ, & aliæ aquatiles in sedes suas redierunt. De istis ranis dicit Iosephus, quòd in breui moriebantur, & putrefiebant, & ex eis fętor intollerabilis exalabat. *Super Terram Aegypti.* Scilicet vt sint super totam terram in ciuitatibus, & oppidis, sicut antea in aquis esse consueuerant. *Extendit Aaron manum.* Eleuando eam contra partes Aegypti, in quibus erãt flumina, & paludes. Non fecit hoc Moyses, sed Aaron, quia maiora signa reseruabantur Moysi, quæ malefici facere nõ possent secundum rem, nec similitudinem. *Et ascenderunt ranæ.* Scilicet illæ, quæ erant in flumine, & alię, quas Deus subito produxit, vel aliunde detulit. Sed dices quo istæ ranæ ascenderunt de flumine?

An ranæ ex se venerint ex longinqs partibus.

Dicendum, quòd non venerunt ipse per se motę, quia non possent de paludibus distantibus venire ad Ciuitates, sed Angeli Dei, qui animalia post diluuium transtulerunt ad diuersas prouincias, eduxerunt eas de flumine, & posuerunt subito coram Pharaone, & seruis eius. *Et operuerunt Terram Aegypti.* Non totam terram, sed ciuitates, & oppida, & cœtera loca, in quibus habitabant Aegyptij, vt ibi affligerentur; ranę aut, quę essent in locis non habitatis Terrę Aegypti, nullo modo affligerent Aegyptios, ideo ibi non erant.

De pę. dis. 1. ca. Nullus debite in glo.

Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum, vt auferat ranas à me, & à populo meo: & dimittam populum, vt sacrificet domino. Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi, quãdo deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te, & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remaneant. Qui respondit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, verbũ tuum faciam, vt scias, quoniam non est sicut Dominus Deus noster: & recedent ranæ à te, & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remanebunt. Egressique sunt Moyses & Aaron à Pharaone, & clamauit Moyses ad Dominũ pro sponsione ranarum, quam condixerat Pharaoni. Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranę de domibus, & de villis, & de agris. Congregaueruntque eas in immensos aggeres, & computruit terra. Videns autem Pharao, quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.

F *Vocauit autem.* Hic ponitur tertium, scilicet prędictę plagę remotio. *Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron.* Videbat se Pharao affligi ista plaga ranarum, ideo vocauit Moysen & Aaron, vt tollerent eam, & vocauit vtrumque, quia vterque egerat, vnus eam prę nunciando, alter eam actualiter infligendo.

Quæst. 4. Quare Pharao vocauit Moysen & Aaron in secunda plaga, & non in prima.

Sed quare Pharao vocauit Moysen & Aaron in secunda plaga ad amouendam eam, & non vocauit in prima? Ratio est, quia magis afflictus fuit in secunda plaga, quàm in prima: nam in prima poterat Pharao, & alij potentes habere vinum, aut alios liquores ad potum, quibus sustentarẽtur illis septem diebus, quibus fuit sanguis, maximè, quia, vt dictum fuit capitulo precedenti, Aegyptij fodiebant circa fluuium, & inuenie-
G bant sanguinem aliqualiter declinantem ad saporem, & colorem, & tenuitatem aquarũ, & de illo bibebant ipsi, & iumenta sua cogente angustia. Nunc autem nõ poterat aliquo modo euadere Pharao, nec aliquis de potentibus, quia ranę intrabant in lectum Pharaonis, & in stratum, & in cibos eius, coact? fuit ergo Pharao rogare Moysen & Aarõ, vt amouerẽt plagam ranarũ, quod magna afflictio erat ipsi, cum esset superbissim?, & dedignaret loqui illis; maximè, quia ipse antea non permittebat eos accedere ad se. *Fecerunt autem, & malefici Pharaonis similiter.* Quia sicut fecerat Aaron ascendere ranas, ita & illi fecerunt, & illę ranę, quas fecerunt ascendere malefici, verę ranę erant, quia dęmones eas subito quasi de fluminibus Aegypti, si aliqua mansere-
H rant, aut aliunde eas duxerunt. *Per incantationes suas.* In istis incantationibus dicebantur quędam verba expimentia pactum cum dęmone, quibus ipsis dęmones allicerentur ad faciendum ista. *Orate Dominum, vt auferat ranas.* Ecce cogitur Pharao cognoscere, qđ Deus dixerat, nam à principio quando locuti sunt Aaron & Moyses coram Pharaone, dixit Pharao. Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? Dominum nescio, & Israel non dimittam. Postea aut dixit Deus Pharaoni. In hoc scies, quòd dominus sim: scilicet infligendo pęnas. Nunc autem Pharao pœnis coactus cognouit Deum intulisse pœnas, & posse auferre: & orauit vt Moyses tanquam acceptus ei peteret ab eo plagę cessationem. *Vt auferat ranas.* Credidit
I Pharao Deum, quem Moyses prędicabat, posse tollere ranas, quia forte mandauerat maleficis suis, vt tollerẽt ranas, quas induxerant Moyses & Aaron, ipsi autem non valebant, quia minor potentia non potest in maiorem. *A me & a populo meo.* Idest à domo mea, & domibus populi mei. *Et dimittam populum, vt sacrificet.* Idest dimittam eos ire in solitudinem itinere dierum trium, ad sacrificandum Deo suo iuxta id quod petisti. *Dixitque Moyses Pharaoni.* Iam letabatur Moyses putans, quòd nũc dimitteret eos, sed non fuit sic: ideo offerebat se pro eo gratis rogaturum. *Constitue mihi diem, in quo deprecer.* Voluit Moyses arbitrium Pharaonis in eligenda die, in qua rogaret pro eo.

An Moyses Deum tẽtauerit præfigendo certum tempus orationis pro Pharaone, & promittendo id, quod non erat in sui potestate.

Quæst. 5.

Sed dices. Videtur, quòd Moyses tentauit hic Deũ, quia præfixit certum tempus ad orandum pro Pharaone: & sic Iudith redarguit maiores ciuitatis Bethuliæ, quia clamante populo ob defectum aquæ, & mandantibus ipsis, quòd expectaretur misericordia Dei per quinque dies, vt si forsitan Deus pluuiam mitteret, sinautem traderent ciuitatem Assirijs, terminus Deo ponebatur. Tuncait Iudith: Qui estis vos, qui tentatis dominum, & posuistis tempus miserationis domini? Item videtur, quòd Moyses stultè se habuerit promittendo id, quod nõ erat in potestate sua: quia

quia tollere ranas de tota Aegypto, & ponere in fluminibus, Diuinæ Potestatis solius erat. Respondetur, quòd Moyses nec tentauit Deum, nec fuit indiscretus: & ad hoc potest dupliciter dici. Vno modo, quòd non licèt statuere terminum, & quòd ista pertinerent ad Diuinam Potestatem, tamen Moyses, cum cognosceret se liberatorem filiorum Israel ex mandato Dei, vt patet supra 3. & 4. c. faciebat omnia, quæ ptinebant ad istud mandatum. Et iste modus obseruatur in iuribus humanis, quòd si alicui per literas, vel mandatum aliqua causa diffinienda delegatur, committuntur ẽt eius potestati omnia, quæ pertinent ad expeditionem illius causæ, vt cogere contumacem, & similia, dato, quòd in mandato, vel litera ista specialiter non com-
B mittantur: quia aliàs mandatum esset superfluum, quia illa, quæ mandantur expleri nunquam possent, nisi traderetur potestas quantum ad alia, quæ necessario exiguntur ad ipsam causæ diffinitionem. Vt patet extra de officio & potestate iudicis delegati capitulo præterea in primo. Sic ergo cum Deus delegasset istã causam Moysi, vt patet supra, etiam si non explicasset ei quomodo dabat potestatem faciendi omnia ista, quæ præcedebant ad expeditionem negocij, deliberationem eorum tacitè concedere videbatur, vt patet ex dictis: & ideo Moyses confidens de diuina voluntate, & credens se à Deo moueri antequam specialiter à Deo mitteretur ad liberandum Israel, exercebat opera liberatoris, vt patet Actuum 7. cap. scilicet occidendo Aegyptium vexantem Hebręum, etiam con-
C cordando Hebræos litigantes; maximè, quia potestas faciendi ista cum ipso mandato generali liberandi filios Israel specialiter commemorata, & delegata sunt, cum dixit Deus præcedenti capitulo, ecce constitui te Deum Pharaonis, idest vt possis facere de eo quicquid velis quasi Deus. Alio modo respondeti potest, quòd Moyses non tentauit hic Deum: nec aliquid indiscretum promisit: immo nihil promisit, sed solum dixit, se pro eo oraturum: orare autem nihil est potestatis, nec in quo diuina intercidere possit tentatio. Et sic respondetur ad primum quando dicitur, quòd Moyses

Quid sit tentare Deum.

tentauit Deum præfigendo tempus, secundum primum dicitur, quòd licèt præfixerit tempus, non tentauit Deum: quia tentatio est, vbi aliquis vult accipere
D experientiam de eo, de quo est incertus, Moyses autẽ non erat incertus de diuina operatione, quia quotidie mandata à Deo super hoc recipiebat. Etiam quia specialiter à Deo potestas sibi fuerat attributa, vt faceret quicquid vellet de Pharaone. Nec est simile quod dicitur de principibus Bethuliæ, quia illi dubitauerunt de Dei auxilio, & posuerunt tempus vsquequo expectare deberent, & si vltra transiret non expectarent, sed traderẽt se hostibus: vnde dixerunt. Aequo animo estote fratres, & hos quinq; dies expectemus à domino misericordiam, forsitã enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo: si autem transactis quinq; diebus nõ venerit adiutorium, faciemus hęc verba quę locuti estis. Alio modo respondetur, qꝑ
E Moyses non potuerit tentare Deum, nec terminum pfixerit ad aliquid faciendum, qđ diceret aliquam potestatem, sed solum prefixit terminum Pharaoni, quãdo orare pro se vellet: nec rursus ista assignatio aliq̃ super

Quomodo sit superstitio in determinatione dierum in orationib?.

stitionem supponebat: immo ad tollendam superstitionem ponebatur: quia si Moyses taliter diceret, s. tali die pro te orabo, & nõ alia, esset aliquid superstitionis; quia attribueret aliquam virtutem tempori, vel Deũ ad exaudiẽdum promptiorem vno tempore, q̃ altero iudicaret. Sed nihil hõrum fuit: immo vt iudicaret se de his non curare: voluit, quòd dies constitueretur secundum voluntatem Pharaonis, quod in Dei laudem cedebat. Ad alterum quando dicitur, quod promisit

A Pharaoni Moyses aliquid indiscretum, scilicet id quod in potestate sua non erat. Respondetur secundum primum modum, quòd non promisit id quod erat extra potestatem suam: immo quod in sua potestate erat: quia cum Deus dedisset ei potestatem liberandi Israelitas de Aegypto, dabat ei potestatem faciendi omnia alia, quæ requirebantur ad istam liberationem: sed promittere hoc pertinebat ad hãc liberationem, cum Pharao diceret se dimissurum eos, si ab eo ranas tollerent: poterat ergo Moyses pro hoc spondere: maximè, quia ad maiora data fuerat potestas Moysi, scilicet vt esset Deus Pharaonis: qui vero spondet quod potest, in nullo errat: sic autem fecit Moyses. *Constitue mihi diem.* Idest quemcunque diem volueris hunc mihi constitue, vt orem pro te.

Quæst. 6. Cur Moyses dimisit electiõem diei in arbitrio Pharaonis.

Sed quæritur quare dimisit Moyses electionẽ diei in arbitrio Pharaonis. Respondetur, quòd Aegyptij vigebant in artibus magicis, quæ fiunt per dęmones, qui non ex potestate sua, sed secundum naturæ positionem operantur coniungentes actiua passiuis, vt declaratum fuit capitulo præcedenti: ideo magi in reuerentia naturæ operantis obseruant certas constellationes, & eas colunt. Putabat ergo Pharao, quòd Moyses & Aaron essent sapientes in magicis, & operarentur virtute alicuius determinatæ constellationis: vt ergo tolleret hanc suspitionem Moyses posuit in arbitrio Pharaonis, quando vellet pro se orari. *Pro te, & seruis tuis.* Idest pro pœna inflicta tibi, & seruis tuis.
C Serui Pharaonis vocantur non omnes subditi eius, sed solum illi, qui continuo astabant in domo eius, & curia eius specialiter ei seruientes. *Et pro populo tuo.* Idest pro omnibus alijs, qui morantur in ciuitatibus, aut oppidis. *Vt abigantur ranæ à te.* Idest tollantur. Abigere propriè pertinet ad pecora, quando aliquis disturbat pecora, & facit ea dispergi, vt possit de eis furari: & sic vocant iura crimen abigeatus istam dispersionem: & transfertur in scriptura aliquando ad aues, vt patet Gen. 15. cap. Quando dicitur, quòd voluctes descenderunt super cadauera animalium immolatorum: & tunc sequitur, quòd Abraham abigebat eas, idest remouebat à cadaueribus: hic autem transfertur ad ranas. Aliquando autem transfertur ad ho-
D mines, scilicet quando aliquis non permittit aliquem accedere ad locum, quem optat, dicitur eum abigere. *A te, & à domo tua.* Ex hoc loco forte aliquis confirmare vellet quod supra dicebatur ex intentione Hebræorum, scilicet quòd ranæ non solum intrabant in domos Aegyptiorum, sed etiam in corpora eorum: quia dicitur à te, & à domo tua: quasi dicat, quòd aliæ erant ranæ, quæ erant in Pharaone, & aliæ, quæ in domo sua. Respondetur, quòd nihil ex hoc infertur, quia hic dicitur. *A te.* Idest à domo in qua habitas, scilicet à loco strato, & mensis, & furnis, & reliquijs ciborum. *Et à domo tua.* Idest ab omnibus seruis tuis, qui vocantur domus eius, sicut omnes pertinentes ad Iacob, qui cum eo in Aegyptum descenderunt, vocantur domus eius, vt patet Gen. 46. cap. Et tota congregatio
E Romanorum descendentium ab Aenea vocantur domus Assaraci: quia Aeneas descendit ab Assaraco auo suo: sic dicit Virgilius Aeneidos, lib. 6.

Abigere propriè qd sit.

Cum Domus Assaraci Græciam, clarasque Micenas,
Imperio reget victis dominabitur Argis.

Et tantum in flumine remaneant. Idest solum maneant in flumine. Nec promisit in hoc Moyses, vel dixit se oraturũ, vt ranæ omnes existentes in terra redirent ad fluuium, sed qꝑ nullæ postea ascenderẽt de flumine ad infestandum Aegyptios, quia quotidie hoc fiebat: na semp ascendebant, & pures videbantur: ideo timebat

Pharao, quòd accederēt tot, vt occiderēt Aegyptios. Sic enim contigit paulopoſt tēpora Alexandri, quaſi per annos decem: nam Auienatę, qui erant quidam populi apud Græciam tanta ranarum, & murium tēpeſtate vrgebantur, vt cogerentur ſedes ſuas dimittere, & requirere alias: ideoque petierunt Græciam. Et Caſſander, qui erat vnus de ducibus relictis ab Alexandro, videns eorum probitatem, & antiquum robur ne neceſſitate deficientium ſediū cogerētur Macedonibus bella mouere, in finibus Macedoniæ eis ſedes dedit: vt ait Paulus Oroſius, tertio de Ormeſta mundi capitulo vltimo. *Qui reſpondit cras.* Ideſt cras ora pro me, vt tollantur ranę.

Tempore Alexandri per decem annos in Auienatis magna fuit multitudo ranarū & muriū.

Quæſt. 7. Cur Pharao nō eadem die ꝑ ſe orare petijt à Moyſe, ſed ad craſtinum diſtulit.

Sed quæritur cùm Pharao tantam anguſtiam ranarum toleraret, & Moyſes daret ei electionem, qua die pro ſe rogari vellet, cur non ea die pro ſe orari petijt, ſed diſtulit vſque cras? Reſpondetur, quòd Pharao aliqualiter ſuſpectus vtrum ranæ illæ veritate conſiſteret, an artibus magicis, aut fictæ, aut deductę eſſent, voluit aliqualiter præſtolari, vt ſic quid eſſent iudicarent. Nam ſi ſponte nullo cogente deficerent, eas magicarum artiū verſucijs, aut fictas, aut ductas eſſe conſtabat: ſic non erat opus Moyſen & Aaron pro tollendis eis exorare: ſi verò diebus aliquod conſiſterent, cōuinceret eas diuino nutu aduenisse, voluit ergo ſaltem vſque in diem craſtinum, cum afflictione ſui maxima præſtolari. *Iuxta verbum tuum inquit faciam.* Scilicet vt orem mane pro te, vt dicis *Vt ſcias quoniam non eſt ſicut Dominus Deus noſter.* Ideſt vt cognoſcas, ꝙ nō ſit aliquis hō, aut Deus, ſicut Deus noſter: quaſi dicat, ego facio hoc ad laudem Dei mei: quia tu inquiſiuiſti à maleficis tuis, vt in poteſtate deorum tuorum, & ſuorum ranas à te abigerent, ſed quia non potuerunt, ego in nomine Dei mei abigam, vt videas, ꝙ nullus Deus eſt ita potēs, vt Deus noſter, q omnium Dominus eſt. *Et recedent à te.* Ideſt deſinent affligere te. *Et à domo tua.* Ideſt ab omnibus de familia tua. *Et à pueris tuis.* Ideſt à ſeruitoribus tuis. Vocantur pueri non ætate, ſed ſeruitio, ſic enim communiter vocare conſueuimus: ſic agitur primo Reg. 21. cap. vbi cum peteret Dauid ab Abimelech dari ſibi de panibus ꝓpoſitionis, quia nulli alij erant: reſpondit Abimelech: ſi mundi ſunt pueri maximè à mulieribus, manducent. Vocauit autem pueros non ætate, quia illi erant viri fortes ſeruientes Dauid, maximè, quia ſi fuiſſent pueri ætate non peteretur vtrū mundi eſſent à mulieribus, quia pueri coire nequeunt. *Tantum.* Ideſt ſolummodo. *In flumine remanebunt.* Ideſt non aſcendent vltra ad te, & ad ſeruos tuos, ſicut nunc aſcendebant. *Egreſſique ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone.* Ideſt à Domo Pharaonis compoſito hoc fœdere. Aliquid tamen dicunt ꝙ noluerunt orare in domo ſua præſente ipſo: quia ibi erant idola, nè viderentur humiliari illis. Sed hoc nihil eſt propter duo. Primò, quia non erant ipſa die oraturi, ſed ſequente, vt patet ex conuentione, ſupra non ergo debebat expectare in domo Pharaonis vſque ad ſequentem diem. Item, quia Moyſes, qui iſta faciebat, loquebatur cum Deo apparente ſibi, & loquente ad eum: noluit ergo ibi orare ēt ſequente die, quia Deus non dignaretur apparere ei in domo Pharaonis: quia alij non erant digni videre, aut audire Angelum apparentem Moyſi. *Et clamauit Moyſes ad Dominum.* Orando in clamorem ex magno cordis affectu, nè Deus deſereret eum tempore illo, non implendo id, quod ipſe loco eius ſpoponderat, quia in hoc multum videretur diminuta gloria eius. *Pro ſponſione ranarum.* Ideſt promiſſione, quam fecerat Pharaoni de ranis: vel expellendis: vel orando, vt expellerentur. Quocunque autem modo, ſequebatur magna ꝺpreſſio nominis Dei apud Aegyptios, ſi non expellerentur ranæ: quia ſi

Serui quādoq; pueri appellant.

F Moyſes ſpopondiſſet ranas expellere, concluderetur ſi non expelleret, quòd aut ipſe à Deo non mittebatur, quia Deus nolebat hoc facere, pro quo ſpoponderat ipſe, aut Deus eius ad hoc impotens erat. Dicendo etiam, quòd Moyſes ꝓmiſit ſe oraturum pro Pharaone, vt abigerentur ranæ: ſi non abigerentur ranæ ſequeretur, quòd aut Moyſes non rogauerat, & tunc petitio ſua tanquam petitio viri mendacis audienda non erat. Aut ſi rogaſſet ſequeretur, quòd vel non miſerat eum Deus, quia non exaudiebat eum, vel ſi vellet exaudire & non faceret, quòd non poſſet. Hæc omnia ſatis grauia erant, ideo quocunque modo ſpopondiſſet Moyſes, ſcilicet ſiue orare ſpopondiſſet, ſiue expellere ranas, ſi non fieret, vt ſpoponderat. *quam con-*
G *dixerat Pharaoni.* Ideſt quam conuenerat cum Pharaone, ſecundum vt Pharao dimitteret populum ſi Moyſes ranas expelleret. Dicitur autem cōdicere à, con, quod eſt ſimul, &, dicere, quia ſimul dicunt, ideſt conueniunt, vel conſentiunt, in aliquā re. *Fecitque Dominus iuxta verbum Moyſi.* Scilicet expellendo ranas, vt precatus fuerat Moyſes: ſed hoc quod fecit Deus dicitur hic in generali, & poſtea in ſpeciali explicatur. *Et mortuæ ſunt ranæ de domibus.* Ideſt quæ erant in domibus habitationum. *Et de villis.* Scilicet de plateis, & vicis villarum. Quia etiam loca per quæ homines diſcurrebant, & delectabiliter ſpaciabantur homines in ciuitatibus repleta erant ranis, quarum multę per ſe moriebantur. Alię autem tranſeuntium pedibus concul-
H catę intollerabilem fętorem, & viſui deformem, atq; horribilem prætendebant effigiem. *Et de agris.* Non eſt hoc contra id quod, ſupra dictum eſt, ſcilicet quòd non erant ranæ ſuper omnes partes Aegypti: quia verum eſt, quòd in ſolitudinibus, aut locis à ciuitate, vel hominum habitatione ſeiunctis non erant ranæ: quia Deus dederat eas in punitionem: in talibus autem locis nulli pœnam inferebant: erant tamen in agris, ſcilicet in locis excultis apud ciuitatem, ad quæ homines, vt ſolaciarentur exibant, & ibi affligebantur. Erāt etiam inter ſegetem, & fruteta ea ſua tabe, ac contagione fluida maculantes, & fructus ipſos fœtidos, ac fœdos, & prorſus eſui ineptos reddentes. *Congregauerunt eas in immenſos aggeres.* Ideſt in magnos cumulos:
I dum enim viuerent comprehendi non poterant in diuerſa loca reptantes, & quia venenoſę erant, cum autem mortuę fuerunt, congregauerunt eas ne fœtore ſuo peſtem infligerent. Et non repugnat hoc promiſſioni Moyſi, ſcilicet quòd ranæ ſolum in flumine manerent: quia Moyſes ſolum promiſit, quòd non exirent vltra ranæ ſicut exibant, ſed quæ erant in flumine manerent. De illis autem quæ erant in terra non promiſit, quòd reduceret eas ad flumen, ſed quòd eas tolleret à Pharaone: & hoc verum eſt, quia faciendo eas omnes mori, tollebat eas à Pharaone, nè poſſent vltra affligere. *Et computruit terra.* Primò ranæ mortuæ ſuppoſitę in immenſos aggeres computruerunt noxio calore: & dum reſoluerentur fluebat ab illis liqui-
K da tabes huberrime, quæ terram vndique corrumpebat, & computreſcere faciebat. *Videns autem Pharao, quòd data eſſet requies.* Ab afflictione ranarum mortuis omnibus illis. *Ingrauauit cor ſuum.* Scilicet reducendo ſe ad priſtinam intentionem, vt non dimitteret populum. Et hoc erat, quia Pharao priuatus erat gratia Dei mollificante, & ad bonum inſtigante demeritis ſuis: ideo licèt in magna anguſtia vexatione dante intellectum rogaret Moyſen, vt pro eo ad Dominum intercederet, tamen poſt redeunte quiete ſolita in eo manſit durities. *Et non audiuit eos.* Ideſt non audiuit petitionem Moyſi & Aaron, quàm ante confirmauerat: quod valde vituperabilem virum reddit, maximè regem, inconſtantem dictis, aut factis eſſe.

Gratia Dei mollificat cor hominis, & ad bonum inſtigat.

Hoc modo autem multi ad Deum paciſcuntur: nam periculis atque perplexitatibus conuallati præces, & vota fundunt: ſed proſperitate redeunte pauca, aut nulla reddunt. *Sicut præceperat Dominus.* Ideſt non audiuit Moyſen, & Aaron Pharao ſicut mandauerat Dominus, quòd audiret eos. Vel *Sicut præceperat Dominus.* Ideſt ſicut prænunciauerat, ſcilicet quòd induraretur cor Pharaonis, & non exaudiret donec per manum validam cogeretur dimittere: immo incitare ad recedendum Hebræos de Aegypto.

Dixitque Dominus ad Moyſen: Loquere ad Aaron: Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ: & ſint Cyniphes in vniuerſa terra Aegypti. Feceruntque ita. Extendit Aaron manum virgam tenens, percuſſitque puluerem terræ, & facti ſunt Cyniphes in hominibus, & in iumentis. Omnis puluis terræ verſus eſt in Cyniphes, per totam terram Aegypti. Feceruntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent Cyniphes, & non potuerunt. Erantque Cyniphes tam in hominibus, quàm in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei eſt hic. Induratumque eſt cor Pharaonis: & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus.

Tertia plaga Cyniphum. j q. 1 c. teneamus. in gl.

Quæſt. 8. Quare in tertia plaga Pharao non admonetur.

Dixit Dominus ad Moyſen. Iſta eſt altera locutio, & poſtquam deſcripſit ſupra ſecundam plagam hic deſcribit tertiam. Et non diuiditur iſta ſicut præcedentes, quia non ponitur hic comminatio, & deinde plagę abſolutio, ſed ſola inflictio. Et ratio eſt, quia Pharao in ſuperioribus multum fuerat irrationalis recedendo à conditione interpoſita, cum Moyſe & Aaron, poſtquam illi compleuerunt, quod promiſerant: non ergo debuit moneri tanquam nouiter peccans, ſed durę puniri ſicut in malo obſtinatus. Nec valet ſi arguas, quòd in alijs plagis, quæ infra infliguntur pręmittitur comminatio, vt patet infra in litera, & capitulo nono, & decimo. Quia hic non ponitur principaliter per petitionem, quam non exaudiuit: ſed quia facta ſponſione, & completa pro altera parte, ipſe à conditione receſſit. Poſtquam ergo in plaga, quę hic deſcribitur, fuit ſufficienter punitus pro iſta infidelitate, rurſus admonetur pro petitione principali, ſcilicet vt dimittat Iſraeliticum populum. *Loquere ad Aaron.* Quia Aaron non erat pręſens, quando Deus iſta verba dicebat, nam ſoli Moyſi apparebat Deus. *Extende virgam tuam.* Vocatur iſta virga Aaron, ſcilicet quàm duxit Moyſes de Terra Madian: & in qua omnia mirabilia facta ſunt: quia Aaron iſta, quæ ſupra ſcripta ſunt, per eam operatus fuerat, quæ aliquando vocatur virga Dei, aliquando virga Moyſi, cuius cauſæ ſupra aſſignatæ ſunt. *Percute puluerem terræ.* Ideſt percute ſuper terram. Iſta percuſſio naturaliter nihil operari poterat ad id, quod intendebatur, ſcilicet ad generationem Cyniphum, ſed voluntas Dei ſola faciebat: mandabat tamen percuti puluerem terræ: vt videretur, quòd ad mandatum Aaron ex parte Dei iſti Cyniphes gignebantur, etiam non naturaliter ex aliquo caſu factum fuit. Etiam vt cognoſceretur quare iſta plaga infligeretur. Correſpondet namq; iſta plaga

A culpæ Aegyptiorum, qua oppreſſerant gentem Hebręorum in duris operibus terrę, & luti: & cūctis mercibus, de quo ſupra 1. ca. *Et ſint Cyniphes.* Ideſt mando, ꝙ te percutiente fiant Cyniphes. *Vel ſint Cyniphes.* Ideſt erunt Cyniphes. Vocantur autē Cyniphes muſcę minutiſſimę, ita vt viſum cernentis effugiant, quę acutiſſimis ſtimulis carnem terebrant, atq; cruciant. *In vniuerſa terra Aegypti.* Scilicet in ciuitatibus, & agris vbicunque homines, aut beſtię eſſent. *Feceruntque ita.* Ponitur hic completio in generali: deinde explicatur ibi in ſpeciali, & iſta litera nihil aliud dicit, quàm ea, quę ſequitur, ſcilicet. *Extendit Aaron.* Sed dices, quare ponitur hic, fecerunt, cum ſolus Aaron hoc effecerit? Reſpondetur, ꝙ Deus duo mandauit hic, ſcilicet Moyſi
B mandauit, vt diceret iſta Aaron, & Aaron mandauit ꝑ Moyſen, vt illa efficeret: quia ergo Moyſes iuxta verba domini narrauit Aaron, & Aaron hoc egit, vterque fecit, quod pręceptum eſt: ideo de vtroq; dicitur. *Fecerunt ita.* Scilicet vt cuilibet eorum fuerat imperatum. *Extendit Aaron manum.* Scilicet brachium eleuando ad percutiendum puluerem. *Virgam tenens.* Manu ſua. *Percuſſitque puluerem terræ.* Non oportuit eſſe multas ꝑcuſſiones, qa non fiebant Cyniphes in virtute percuſſionis, ſed à ſola diuina voluntate: percuſſio autē ſolū fiebat in ſignum, vt ſupra dictum eſt. Et non fuerunt facti Cyniphes ſolum in loco, vbi percuſſit Aaron: ſed etiam in tota Aegypto in hominibus, & iumentis: ſed ipſe non percuſſit in tota Aegypto. Sic enim fuit de ꝑ-
C cuſſione aquarū in prima plaga: quia percuſſit Aaron ſolum in conſpectu Pharaonis aquas, & oēs aquę Aegypti verſę ſunt in ſanguinem: & de ranis venientibus de fluminibus, & paludibus: nam cum eleuauit Aarō virgam contra flumina, & paludes, venerunt ranę de omnibus aqs Aegypti. *Facti ſunt Cyniphes in hominibus, & iumentis.* Ideſt aſcenderunt Cyniphes ſup homines, & iumenta ad cruciādum illos. Non eſt intelligendū, ꝙ Cyniphes fierent in ipſis hominibus, aut iumentis: quia facti ſunt de puluere terrę tanq̄ de materia, & ob hoc percuſſus eſt. Sed dicitur in hominibus, & iumentis. i. quòd fuerunt in hominibus, & iumentis: qa ſępe in ſacra ſcriptura ponitur facta ſunt, ideſt fuerūt. Sicut dicitur facti ſunt omnes dies vitę Iacob centū quadra-
D gintaſeptē anni. i. fuerunt anni vitæ Iacob centū q̄dragintaſeptem anni: vt patet Gen. 47. cap. *Et iumentis.*

Quomodo plaga iſta correſpondet culpæ Aegyptiorū.

Cur dicit in litera fecerunt pluraliter, cū ſolus Aarō efficeret.

Quæſt. 9. Quare Cyniphes iumenta vexabant, cū non peccaſſent.

Sed dices, quare erant Cyniphes in iumentis, cum nihil peccauiſſent? Reſpondetur, quòd hæc infligebantur ad maiorem punitionem malorum, vt non ſolum punirētur Aegyptij in ſe, ſed etiam in rebus ſuis. Sicut quando pater malus eſt, Deus punit eum, & filios ſuos vſque in quartā generationem, vt ipſe ex hoc doleat, vt patet infra 34. & Deut. 7. c. Maximè, quia hoc redundabat in damnum Aegyptiorum: nam iumenta duris muſcarum aculeis terebrata conſiſtere non poterant, & Aegyptij ea ad laborandum accipere non valebant. *Omnis puluis terræ verſus eſt in Cyniphes.* Hyperbole eſt: nam non conuerſus fuit totus puluis, ſcilicet
E vniuerſaliter accipiendo: ſed magna pars, ita quòd videbatur totus puluis conuerſus in Cyniphes. Multis alijs locis, ſic loquitur ſcriptura faciēdo Hyperbolem. *Per totam terram Aegypti.* Quia nullus locus in Aegypto erat, in quo non eſſent Cyniphes ad cruciandum homines, & iumenta. Iudęi nō vocant hos Cyniphes, ſed pediculos, dicentes, tam numeroſam multitudinem pediculorum ſuper Aegyptios aſcendiſſe, vt nulla arte, aut medicamine eis ſubueniri poſſet. *Feceruntque ſimiliter magi.* Ideſt facere agreſſi ſunt, ſed non valuerunt, vt infra ſequitur, & patet, quia dicitur: Vt educerent Cyniphes, quaſi dicatur, non eduxerunt. *Incantationibus ſuis.* Scilicet prouocantes dęmones carminibus illis, aut verbis. *Vt efficerent Cyniphes.* Ideſt vt

facerent eos apparere coram Pharaone, siue adducentes de alijs partibus opere dæmonum, vel coniungentes actiua passiuis ad generationem istorum, quia cùm ista sint animalia imperfecta, cito gigni possunt.

An magi Pharaonis Cyniphes educebãt, vel aliunde asportabant.

Sed quæritur quomodo potuisset apparere, vtrum isti educebant Cinifes, vel nõ: quia vt dictum est Cinifes, quos fecerat Aaron de puluere, operuerũt totam terram existentes in hominibus, & iumentis. Respondetur, quòd videri poterat: nam dum Moyses, & Aaron stabant coram Pharaone ad videndũ, vtrum malefici possent educere Cinifes; abigebantur alij Cinifes mãdato Aaron in virtute Dei ab illo loco, in quo erant cũ Pharaone, & sic videre poterat Pharao, & serui eius, vtrum magi possent facere Cinifes videntes locum illum vacuum Cinifibus. *Et non potuerunt*. Licèt coacti fuissent ad hoc: quia Deus non permittebat Dæmones operari, vt aliqñ saltem cognoscerent Diuinã Potentiam, & non semper errarent: nam si omnia signa, quæ fecissent Aaron & Moyses, potuissent facere malefici, putaret Pharao, quòd Moyses & Aaron magicis artibus ista faciebant, & nũquam eis assentiret, nec videretur valde culpabilis, si non assentiret: quia non constaret ei illo modo, vtrum à Deo Moyses, & Aarõ mitterentur, vel vtrum facerent in fraudem. *Erant autem Cinifes, tam in hominibus, quàm in iumẽtis*. De illis quos Aaron eduxerat percutiens Terram. *Dixerunt ad Pharaonem malefici*. Postquam viderunt, quòd non possent facere muscas, cõfessi sunt, quòd Deus impediret eos. Dicunt autem Hebræi, quòd non potuerunt malefici Pharaonis facere aliquid minus grano ordei. Sed hoc irrationabile valde est: quia id, quod potest in maius, naturaliter potest in minus: immo velocius, & facilius possent super corpus parvum, quàm super magnum. Sed contrariũ est, quia Deus impediuit eos, vt demonstrarentur vera esse miracula Aaron & Moysi: qa malefici, qui maiora facere potuerant, nõ potuerunt post facere minus: & sic, confiterentur malefici Moysen & Aaron adiuuari à Deo, ipsos autem impediri: quod sic efficiebat ad monstrandã veritatem miraculorum Aaron, & quòd essent à Deo: & patet hoc per id quod dixerunt malefici, scilicet. *Digitus Dei est hic*. Diuina potestas est nos impediens, & Aaron adiuuans: nam si nos permitteremur agere, faceremus hoc, sicut alia maiora fecimus, sed non permittimur.

Quæst. 10.

Alio modo potest exponi, quòd non sit sensus maleficos confiteri hic esse diuinam virtutem, & hoc, qa infra ponitur quomodo restiterunt Moysi & Aaron, quod non videtur, si cognouissent Deum hoc facere. Et hoc est, qꝑ magi dicerent Moysen & Aaron non virtute diuina, sed artibus magicis efficere hoc, & cum dixerunt. *Digitus Dei est hic*. Est sensus virtus alicuius spiritus superioris, per quem Moyses & Aaron operãtur, est hic, idest manifestatur in ista operatione impediendo virtutem eius, in quo nos operamur. Et sic dixerũt Pharisei Christo: in Beelzebub Principe Demoniorum Dæmonia eijcit iste, vt habetur Luc. 11. c. sꝑ Christus haberet aliquam cõuentionem cum Beelzebub, & operaret in virtute ei, & quia Beelzebub erat maior inter dæmones, qꝑ ipse expelleret alios dæmones de corporibus. Et hanc expositionem sequitur Nicolaus, & satis rationabilis est. Sed prima mihi rationabilior videtur, & tenetur communiter ab Augustino, & omnibus doctoribus. Et ratio huius positionis, vel motiuum eius non multum valet, scilicet quòd malefici adhuc post istam vicem repugnauerunt Moysi; vt patet sequenti capitu. Si tamen cognouissent esse à Deo non repugnassent: nam Pharao bene cognouit istas plagas esse à Deo, quando orabat Moysen & Aaron, vt orarent Deum suum pro Pharaone, vt tolleret istas plagas: sic patet supra in litera, & infra in alijs plagis, & tamen cognita diuina virtute adhuc post omnia hæc non assentiebat petitioni ex parte Dei; quia indurauerat cor suum; & sicut dicitur de Pharaone, ita dicendum reor de maleficis Pharaonis, qui pessimi, & sceleratissimi viri erant: quos nominatim reprobat sacra scriptura, vt patet prima ad Timotheum tertio capitulo, vbi dicitur de multis sceleratis, qui resistunt sanæ doctrinæ, quemadmodum Iamnes, & Mambres restiterunt Moysi. Etiam quia si malefici propter diuinam virtutem cognitam, nunquam cõtra Moysen & Aaron, rursus insistere cõnari deberent: nec etiam debuissent insistere cognoscentes, quòd operabantur in virtute alicuius maioris spiritus, qui impediret operationem ipsorum. Sed nec ex hoc destiterunt: quia malitia impediente rectum animi intuitum, semper nitebantur in vetitum: ideo ratio ista non multum mouet. Tenendum ergo, vt primo dictum est, scilicet qnòd magi coacti fuerunt à Deo confiteri veritatem, etiam si nollent, dicendo, quòd potestas Dei eos impediret. Sic enim Balaam, qui volebat maledicere filios Israel, vt patet Numeri vigesimosecundo capitulo, & vigesimotertio, & vigesimoquarto, tamen non potuit maledicere, sed econtrario benedicebat volens maledictionis verba proferre; cui cùm diceret Balach Rex Moabitarum: ad maledicendum vocauite, tu econtrario benedicis: respondit Balaam: Nunquid non dixi tibi, quòd non possum loqui bonum, vel malum, nisi quod dominus posuerit in ore meo.

Cur malefici defecerunt in tertio signo, nõ in primo.

Augustinus autem dicit, quòd per digitum Dei intelligitur spiritus sanctus, sicut per dexteram intelligitur filius. Dixerunt autem magi esse ibi digitum Dei, idest spiritum Dei. Et quærit Augustinus, quare magis defecerunt malefici in hoc tertio signo, quàm in primo, & secundo. Respondet, quòd hoc est, quia Pharaoni non defecerunt in cognitione patris, & filij, sed defecerunt in cognitione spiritus sancti. Hoc quidam sensui allegorico conuenit: literali autem nequaquam. *Induratum est cor Pharaonis*. Deficiente gratia mollificante. Ista induratio magis, quàm aliæ admiranda est: quia in alijs malefici saltem quantum ad apparentiam faciebant signa, quæ Moyses & Aaron faciebant; ideo poterat aliquo modo putare illa artibus magicis confici; nunc autem maleficis suis agere non potentibus, & confitentibus ibi diuinam latere ptãtem, satis fuit mirãdum, qũo veritati tam notę nõ assenserit. *Et non audiuit eos*. Idest non compleuit petitionem eorũm. *Sicut præceperat Dominus*. Idest eo modo, quo Deus mandabat fieri, scilicet vt permitteret de Aegypto exire Israel. *Vel sicut præceperat Dominus*. Idest sicut prædixerat: quia Deus prædixit, quòd non exaudiret eos Pharao, & ita factum est. *Dixitque Dominus*. Descripta plaga tertia; hic subiungitur quarta, & diuiditur in duas partes: primo premittitur comminatio: secundo subnectitur irrogatio, ibi, & venit musca ad primum.

Mitylenæ ciuitas cõditur.

Quarta plaga muscarum.

Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo, & sta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittã in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarũ & implebuntur omnes domus Ægyptiorum muscis diuersi generis; & vniuersa terra, in qua fuerint.

Faciam-

Faciamque mirabilem in die illa terrã Gessen, in qua populus meus est: vt non sint ibi muscę: & scies quoniam ego dominus in medio terræ, ponamq; diuisionem inter populum meum, & populum tuum. Cras erit signum istud. Fecitque dominus ita. Et venit musca grauissima in domos Pharaonis, & seruorum eius, & in omnem terrã Aegypti corruptaq; est terra ab huiuscemodi muscis. Vocauitque Pharao Moysen, & Aarõ, & ait eis: Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac. Et ait Moyses: non potest ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro? Quod si mactauerimus ea, quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixitque Pharao: Ego dimittam vos, vt sacrificetis domino Deo vestro in deserto: veruntamẽ longius ne habeatis: rogate pro me. Et ait Moyses: Egressus a te orabo dominum, & recedet musca a Pharaone, & a seruis suis, & a populo eius cras. Verumtamen noli vltra fallere, vt non dimittas populum sacrificare domino. Egressusque Moyses a Pharaone orauit dominum, qui fecit iuxta verbum illi: & abstulit muscas a Pharaone, & a seruis suis, & a populo eius: non superfuit nec vna quidem. Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Dionysius qui, & liber pater timens Aegyptũ perituram, ꝑ pter plagas Dei fugit in Indiam, & eam domuit, supra 3. fol.

Plaga 4.

Dixit dominus ad Moysen. Apparendo iterũ postquam Pharao consentire noluit inflicta plaga tertia. *Consurge diluculo*. Quia istud signũ fieri debebat coram Pharaone, quando ibat ad aquas: Pharao: autem satis diluculo, scilicet in prima parte diei ibat ad aquas: qa sanũ valde erat. Et sta corã Pharaone extra domũ suã in itinere quo pergit ad aquas. Forte iõ mandatũ est, qꝑ stares cum eo extra domum suam: quia si voluisset stare in domo sua, non daretur ei dicendi facultas; cùm autẽ esset in vico ciuitatis, quo pergebat ad aquas omnibus videntibus, & audientibus vocem Aaron & Moysi Pharao auertere se non poterat, aut non audire dissimulare. *Egredietur enim ad aquas*. Ista est quædam determinatio dicti: quia forte Moyses diceret, domine quomodo inuenire potero Pharaonẽ diluculo extra domum suam? cui respondet dominus. *Ipse enim egredietur ad aquas*. Idest bene poteris inuenire, quia diluculo exibit ad aquas.

Quare Pharao ita frequẽter egrediebatur ad aquas diluculo.

Quæst. 11.

Sed quare Pharao ita frequenter egrediebatur ad aquas diluculo? Responderi potest, quòd gratia sanitatis faciebat, quia sanum valde est quolibet mane ire ad aquas. Aliqui volunt quòd faciebat causa adorãdi aquas, quia Aegyptij colebãt aquas, tãquam maximè vtiles, quia eis ad totam vitam cõferebant; sicut Chaldæi colebant ignem, de quo magis diximus, supra 2. c. Alij volunt, quòd hoc faciebat veniens ad adorãdum Apin Deum Aegyptiorum ĩ figura bouis, vt ait Plin. & Solinus in Polistor. c. de Aegypto. Sed hoc non est verum: quia Apis semel in anno solum apparebat, & eadem die, qua videbatur in ciuitate Memphitica occidebatur: licèt multotiẽs Pharao veniebat ad aquas, ergo non veniebat ad videndum Apin. Aliter autem dici potest, quòd veniebat Pharao cum seruis suis ad aquas, vt lauaret se ibi non solum à contagionibus, & fecibus corporis, sed etiam à maculis cordis: quia putauerunt antiqui aquam lauare posse vtrunque, hoc autem apparet aliqualiter ex eo, quod faciunt Sarracæni habitantes in terra illa, scilicet quòd se continuo lauãt ad deletionem. Hoc tamen apud omnes Saracænos cõmune est, ideo in oratorijs suis siue Phanis, delubra quædam, idest congregationes aquarum adelendo dicta habent: quia ibi putant se omnium obtinere veniam peccatorum. Multi etiam christiani aliqualiter istum modum sequuntur in illa regione lauãtes se in aurora versus ortum solis, imitantes Sarracænos, qui tenuerunt eandem terram totaliter: & nũc saltem secundum temporũ euentus, & successiones partim retinetur a quibusdam christianis. De ablutione criminum per aquam apud antiquos vulgares ab initio, quo mundus errare incepit, opinio fuit. Nam Hercules, qui fuit de antiquissimis temporibus iudicum Israel, & ante Troianum excidium, putauit crimina ꝑ aquam ablui, ideo cum per Libyam pugnando domadoque discurreret quendam gratissimum fontem inuenit, in quo se abluens ab omnibus facinoribus purauit esse solutum, vt declarat Senecã prima Tragedia, quæ dicitur Hercules œtæus. Idem etiam tenuit Theseus eiusdem temporis coętaneus, atque Herculis socius, qui inuit in terra sua esse fontem, in quo abluerentur vitia: vt patet tragedia prima Senecę, quæ dicitur Hercules furens, in carmine vltimo in fine carminis ait, nostra cetel⁹ manet illuc solutũ cede gradiuus manũ restituit armis, illate Alcide vocat facere innocentes terra quæ superos solet. Ouidius tanquam vir doctissimus hanc opinionem vt nimis rudem, atq; antiquam condemnat, vt patet in primo libro Fastorũ, vbi astruit, quòd aqua nõ abluit contagia mentis. Duo ergo modi istorum sũt satis rationabiles, scilicet quòd vel exibat ad sanitatem, vel ad emundationem peccatorum. *Hæc dicit Dominus*. Scilicet Deus verus Hebręorũ, q est domin⁹ vniuersaliter, & cui rationabiliter obedire debes. *Dimitte populum meum*. Israeliticum populũ, vt sacrificet mihi, idest vt eat ad sacrificandum in solitudinem itinere dierum trium: nam in Aegypto bene permittebat Pharao eos sacrificare, vt patet infra. *Quia si non dimiseris eum*. Licèt peteret, posuit negatiuã conditionaliter, quòd est vitium in recta petitione, vt supra declarauimus. Sed hoc verum est quantum ad illum, qui solum petit nullam habens potestatẽ Deus non simpliciter mandabat Moysi, qꝑ peteret sed cõminando, vt intelligeret Pharao Deũ, & cuius noĩe petebatur potestatẽ habere ad faciẽdũ, qd petebat. *Ecce ego mittam in te*. Primõ nominat regem in punitione: quia principaliter peccabat, ideo Deus cùm duro iuditio afficiebat, nam iudicium durum fiet his, qui præsunt; & potentes potenter tormenta patientur, vt patet Sapientiæ 5. cap. *Et in seruos tuos*. Idest in familiares tuos, qui tibi in domo tua quotidie astant, & ministrant. *Et in populũ tuum*. Idest in omnes habitantes in regno tuo: Omnes hi puniuntur, vel quia principi assentiunt, & fauent, vel quia ei male agenti cùm possint non dissentiunt: peccatum enim principis redundat in punitionem subditorum, vt diximus Gen. 20. cap. Aliquando

Vide sup. c. præce. q. 6. Contra Plinium, & Solinum.

Antiq putabant aqua posse lauare ma culas cordis, & corporis.

Delubrũ quid sit.

Populus quandoq; patitur ob dominũ.

do enim domini non puniuntur directe, & puniuntur
F quando apparuit Deus Moysi esset in ciuitate regia, &
sui populi, & sic aliquando obseruat Ecclesia, vt pro
sic patet de alijs vicibus dicendũ. *In qua est populus meus*
peccato dominorum terras eorũ subijciat interdicto:
In terra Gessen acceperat a principio locum habitan-
patet extra de sponso, & matrimonio, cap. non est vo-
di ad mandatum Pharaonis, & instantiam Ioseph, vt
bis. *Omne genus muscarum.* Multa sunt genera muscarũ,
patet Gen. 47. c. *Vt non sint ibi muscæ.* Non intelligas ge-
quarum quædam sunt communes, quædam sunt viri
neraliter, quòd in tota terra Gessen non erant futurę
des, & fętidæ, alię valde grossę, & sonantes, aliæ quę ex
muscæ, quia ibi habitabãt multi Aegyptij admixti He-
mortuis aquis gignuntur: aliæ, quæ iumenta afficiunt,
breis, vt ergo illi non manerent impuniti, necesse erat
& culices nominantur; multa quoque alia: inter hac
ibi esse muscas, in illa tamen parte in qua erant Aegy-
erant quædam genera muscarum venenosarum: hæ
ptij erant muscæ, in parte autem in qua erant Hebræi,
autem omnes in Aegyptios missę, tam multitudine
non erant muscæ: nam domus Aegyptiorum muscis
sua durè nocentes, quàm fęditate horrorem causan-
plenæ erãt, domus autem Hebræorum nullas muscas
tes, magnæ afflictionis Aegyptijs erant. In Hebræo
habebat. Et si quando contingeret intrare Hebræũ
habetur. *Mittam commixtionem.* Et dicunt Hebræi, & Io-
in domum alicuius Aegyptij, muscæ nõ ledebant eũ:
sephus, quòd ista erant animalia diuersarum specierũ, G si autem Aegyptius domum Hebræi quasi resocillatu-
quæ Deus misit in ciuitates, & loca habitationum, vt
rus intraret, muscæ eum illuc persequebantur.
morsibus, & aspectu Aegyptios afficerent, & terrerẽt.
Quocunque modo accipiatur ista punitio, siue ex mu-
scis, siue ex animalibus feris extraneis, & domesticis
correspondent elemento terræ. De animalibus fe-
ris si exponatur satis patet, de muscis etiam, quia mu-
scæ partim ex corruptione, vt in fructibus, & animaliũ
cadaueribus, partim ex corruptione aeris generan-
tur, vt declarat Ouidi. Meta. lib. 15. pręcipua tamẽ ma-
teria eorum terra est. Et inflicta fuit ista plaga corre-
spondenter ad afflictionem, qua pressérant Aegyptij
Hebræos in varijs operibus terrę vilibus, sicut muscæ
sunt viles, scilicet purgando fęces de plateis ciuitatum
ducendo extra ciuitates, purgando etiam vicos, faciẽ-
H do fossata magna in circuitu ciuitatũ ad maiorem valli
firmitudinẽ, & ne aq̃ inũdationis Niliacæ aliquo casu
intrarent vrbes. *Et implebũtur omnes domus Aegyptiorum
muscis diuersi generis.* Erat enim tanta multitudo, vt vbi-
cunque essent Aegyptij, aut quocunque fugerẽt per-
sequerentur eos muscę, & operirẽt vultum eorum, &
totam corporis partem nudam, vt nec etiam ipsa, quę
veste contecta erant illęsa manerent: sed aliquo casu
muscæ illuc penetrantes abscondita ipsa aut affligę-
rent, aut fędarent. *Et vniuersa terra, in qua fuerint.* Ex hoc
patet, quòd muscę istæ non erant in campis, & solitu-
dine, vbi nullus de Aegyptijs aut morabatur, aut nego
ciabatur, sed solũ in locis illis, vbi erant Aegyptij, quos
possent affligere. Etiam patet ex hoc, quòd si aliquis
I de Aegyptijs stans in ciuitate, vbi erat muscarum mul
titudo, fugeret extra ciuitatẽ ad locum, vbi antea mu-
scæ non fuerant, illuc muscæ sequebantur eum, ne im
punitus euaderet: cùm dicitur. *Et in vniuersa terra, in qua
fuerint.* Idest sint vbicunq; voluerint: quia ibi eos mus-
cæ afficient. *Faciamque mirabile in die illa.* Scilicet cras
quando fiet istud signum. Est autem mirabile, quòd
Aegyptios persequerentur muscæ: Hebræos autem
non. *In terra Gessen.* Non erat tunc Pharao in terra Ges-
sen, raro enim ibat ad terram illam: sed Moyses &
Aaron, vt loquerentẽ ad Pharaonẽ, & facerẽt signa ista
erãt ĩ ciuitate regia, in qua tũc erat rex Aegypti. Nec ẽ
intelligendũ, q̃ postquã vna plaga fuisset inflicta, Moy
ses, & Aaron redirent in terra Gessen, donec postea
mandaret eis Deus redire ad Pharaonem: quia cùm
multotiens loquerentur Pharaoni, & multa facerent
signa, grauarentur valde totiens eundo, & redeundo,
maximè quia ista signa erant multum coniuncta inter
se, scilicet quòd pauci dies intercidebãt inter vnũ
& alterum, ita quòd interdum non possent Moyses, &
Aaron solum venire de terra Gessen in ciuitatem re-
giam. Etiam non potest hoc stare: quia tunc non re-
cederet Moyses & Aaron de terra Gessen ad nuncian
dum aliquid Pharaoni, donec Deus loqueretur Moy
si, sed in isto ca. dicitur quòd Deus locutus fuit Moy-
si, dicens: Consurge diluculo, & sta coram Pharao-
ne. Sed manifestum est, quòd hoc non posset esse, nisi

Quęst. 12.

Quid autem dicemus de Hebræis, qui morabantur
in domibus Aegyptiorũ: qa multi de eis nõ habites do-
mos manebãt in domibus Aegyptiorũ, vt patet sup. 3.
c. vbi dr: postulabit mulier a vicina sua, & ab hospita
sua, & sic morabantur in domibus Aegyptiorum tari
quam in domibus hospitum. Respondetur, quòd in
parte illa domus, in qua erant Aegyptij muscis locus
erat, in parte vero, vbi erãt Hebræi nõ erãt muscæ: quo
cũq; tẽ accideret, scilicet siue Hebræi non essent in lo-
cis muscarum, siue inter eas incederent nullo modo
nocebant eis, sicut supra diximus de aqua conuersa in
sanguinem, quàm cum biberẽt Aegyptij sanguis erat,
cum autem portarent Hebræi ad veritatem aquæ, &
dulcorem pristinum vertebatur. *Vt scias: quia ego sum
dominus.* Idest ego faciam hoc, vt cognoscas, quòd sũ
Deus, quia nullus posset tantum miraculum facere,
nisi esset verus Deus, & dominus omniũ. *In medio terrę.* Idest in terra. Iste modus loquendi est vsitatus in
scriptura sacra, quia non potest intelligi, quòd Deus
vocaret se dominum solum in medio terræ, quia nũc
non esset dominus in Aegypto, cum non sit in medio
terrę, sed magis declinet ad minorem partem venien-
do a meridie, vbi incipiunt climata terræ habitabilis,
Ierusalem autem hoc modo asseritur esse ĩ medio ter-
ræ, cum sit in medio quarti climatis, & ibi est media-
tas septem climatum cõmuniter habitatorum, & ab
antiquo. Licèt nunc quædam insulæ habitabiles factę
sunt, quæ extra ista climita ponũtur, vt iam pertineãt
ad octauum, & nonum, & partim ad decimũ clima,
secundum quantitatem eleuationis poli, & maiorita-
tem diei, quàm addit vnum clima ad alterum. Dici-
tur ergo. *In medio terrę.* Idest in ipsa terra, scilicet in to-
ta terra, & non solum in terra, sed etiam in cęlo, & vbi-
que. Ponitur autẽ hic specialiter in terra ad elidendũ
quorundam antiquorum opinionem de diuina proui
dentia, de qua iam diximus, scilicet quòd Deus solum
cutabat de his, quę fiunt in cęlo, & de directione rerũ
naturalium, de actionibus autem humanis nihil cura-
bat, nec dominabatur eis premẽdo male agentes, vel
dirigendo bene agentes: sed omnia casibus, & volun
K tatibus hominum in terram fluitare. Vt ergo ista opi-
nio tolleretur a Pharaone, si forte eam tenebat, Deus
voluit facere ista mirabilia, in quo demõstrabat, q̃ nõ
solum curaret Deus de cęlestibus, sed etiam de terrę-
stribus, quæ pręcipue sunt negociatio, & actus huma-
ni, & non solum dominatur in cęlis, sed etiam in ter-
ra. *Ponamque diuisionem inter populum meum.* Scilicet He-
breorum. *Et populum tuum.* Scilicet Aegxptiorum: vter
que autem erat Dei populus, quia ipse creauerat, & gu
bernat cõtinuo; Hebręi tamen beneficijs specialibus,
& amore, & promissionibus ad Deum magis quàm
cętere gẽtes, aut populi pertinebãt. Fuit ista diuisio, q̃
in Aegyptijs essent muscę, in Hebręis autem non. Et
hoc referri potest ad populum Aegyptiorum, qui erat

An muscę Hebreorũ vexarit cũ Aegyptijs commorãtes.

Quomodo Ierusalem est in medio terræ.

Deus omnibus dominãt ac omnia curat.

extra

extra terram Gessen, in quo generaliter erant muscę:
A quàm q̃ aliquis vellet iugulare Deum eius: sed Aegy-
vel ad populum Aegyptiorum, qui erat in terra Gessẽ
ptij colebant ista animalia, vt Deos, & Hebræi vole-
mixtus Hebręis. Et in hoc maius miraculum erat, quia
bant, vel debebant ea iugulare si sacrificarẽt Deo suo:
domus Aegyptiorum erant mixtę domibus Hebręo-
ergo hoc esset magna abominatio Aegyptiorum: &
rum, & in domibus Hebręorum non erant muscę:
huic concordat litera quæ infra sequitur, quòd si ma-
domus autem Aegyptiorum plenæ erant. Cras erit si-
ctauerimus ea, quę Aegyptij colunt coram ipsis lapi-
gnum istud: sicut Moyses supra posuerat in electione
dibus nos obruent. Alio modo potest intelligi, quòd
Pharaonis, quando pro se orari vellet, vt tolleret suspi-
fuit hoc disiunctio in litera, scilicet quòd diceret Moy
tionem artium magicarum, ita nunc diem certũ præ-
ses, nos volumus sacrificare Deo nostro. Si autem sa-
fixit, & horam dici, vt aliqui volunt ad veritatẽ, & cer-
crificaremus in terra hac opportebat, quòd aut sacrifi-
titudinem promissionis diuinæ notandam. *Fecit domi-
carcmus abominationes Aegyptiorum, idest aliqua
nus ita.* Scilicet vt promiserat Moyses, & ponitur hæc
animalia abominabilia nobis, quæ Aegyptij immolãt
executio in generali, sed postea subditur in speciali. *Et
dijs suis. Et forte sunt aliquę aues fędę, vel ferę, vel si-*
venit musca.* Hic ponitur secundum, scilicet plagę factę
milia, quę vario modo immolant a Gentibus, vt Pria-
inflictio. *Et venit musca grauissima.* Idest multæ muscæ,
B po apud veteres asinus immolabatur, Cereri porcus,
quia non erant vna sola immo multa genera muscarũ,
Veneri anser, Phebo equus, Dianę viscera canis: de
vt dictum est in littera. In Hebræo dicitur. *Venit com-
quibus & multis alijs vanitatibus sacrorum Gẽtilium
mistio grauissima.* Scilicet multitudo ferarum de monti-
Ouidius ait Fastorum libro primo. Hæ autem abomi-
bus, & vexabant homines in ciuitate etiam ipsa anima
nationes erant Hebręis, nec aliquo modo ea immola-
lia olim domestica in rabiem efferata suos dominos
rent Deo suo. Si autem vellent Hebręi immolare ea,
inuadebant. Istam autem, quam hic vocat Hierony-
quę immolari licebat, scilicet capras, tauros, & arietes:
mus, muscam grauissimam, interpretes septuaginta
quia Aegyptij colebant ista animalia vt Deos, si hoc
Cynomiam, idest caninam muscam vocauerũt, quia
vidissent, lapidibus obruissent eos. Nullo modo ergo
fortiter mordet, & tenacius inhęret: & sic dicitur in
cõueniebat Hebręis sacrificare in terra Aegypti. *Quòd
Psal. 77. misit in eos cynomiam, & comedit eos. In do-
si mactauerimus ea quæ Aegyptij colunt.* Idest si voluerim⁹
mos Pharaonis.* Idest in palatia eius, quæ multę domus,
immolare Deo nostro de animalibus, quę Aegyptij
& magnæ sunt. *Et seruorum eius.* Quia in domos seruito
colunt vt Deos: s. de tauris, arietibus, & capris, occidẽt
rum suorum, & assistentium ei venit musca. *Et in omnẽ
nos. Hebręi enim immolaturi erant Deo suo de istis*
terram Aegypti.* Vbicunque esset habitatio alicuius Ae-
C tribus generibus animalium quę communiora erant,
gyptij, vt eum affligerent. *Corupta est terra.* Idest infecta
& mundiora, & ista postea de quadrupedibus in
tabe istarum muscarum, quia grossæ erant, & plenæ
lege Deus immolari mandauit, vt patet Leuitico pri-
sordida tabe, ac fętida, ipsosque homines, & vniuersa
mo capitu. & licèt ipsi nescirent id quod Deus in fu-
cibaria maculabant, & terram ipsam nec sinebant eos
turum mandaturus erat, poterant tamen istam obser
comedere, quia in ora eorum ingredi contendebant.
uationem accipere ab eo, quod Deus mandauerat
Vocauitque Pharao. Hic ponitur tertium, scilicet plagæ
Abrahæ, vt patet Gen. 15. cap. vbi confirmans cum eo
inflictæ admonitio. *Vocauit Pharao Moysen.* Quia vide-
fędus mandauit ei occidere vaccam, & arietem, & ca-
bat se a muscis affligi, petijt pro se orari ad Deum, vt li-
pram, & turturem, aut columbam: ista autem Aegy-
beraretur ab eis *Ite sacrificate Deo vestro in terra hac.* Id-
ptij colebant. Colebant nãque taurum, quia in figura
est ite vos ad terrã Gessen in qua sunt alij Hebræi, &
tauri Apis Deus Aegyptiorũ adorabatur: immo erat
ibi sacrificate Deo vestro non exeuntes terram istam.
verus taurus, sed de modo adductionis eius, & appa-
Et ait Moyses, non potest ita fieri. Idest non sacrificabimus
ritionis certo die, & quòd tale esset taurus ille Apis, q̃
in terra hac, & licèt causę, quas infra ponit Moyses ve-
vno anno apparebat, sicut ille, qui alijs annis sequeban-
rę sint: tamen principalis causa, propter quã ipse pete-
D tur, satis mirãdum erat: de quo multa loquitur Aug.
bat eos dimitti sacrificare in solitudinem, non erat ista
18. de ciuita. Dei. Colebant etiam arietes, quia iupiter
sed quia Deus sciebat, q̃ Pharao ingrauauit cor suum,
in figura arietis apud eos, & apparebat, & fingebatur:
& quòd hoc continuaret, nec vellet dimittere exire
nam cum humanã effigiem sculpissent capiti eius arie
Hebræos de terra illa, & quia Deus ob hoc puniturus
tina cornua apponebãt: quia sub eadem effigie aliquã-
erat eum, volens, vt valde iusta videretur omnibus in-
do appareret. Capras etiam colebant, quia dęmones
flicta punitio, postulari mandauit ab eo id, quod satis
facientes admiranda ab eis colebantur, qui in caprarũ
modicum erat. Sed vt dimitteret eos exire tribus diebus
imagine solent in montibus apparere: abominabile
ad sacrificandum de terra sua: & quia hoc aliqualiter
ergo valde erat Aegyptijs, quòd aliquis ista animalia
graue videretur Pharaoni, & non dimittere vellet He-
occideret: & hoc dicitur Gen. 46. cap. Quia detestan-
breos, hoc postulari mandauit. Si autẽ sciret Pharao-
tur Aegyptij omnes pastores ouiũ, eo quòd pastores
nem hoc concessurum, petiuisset simpliciter dimissio
oues occidunt, & comedunt, & percutiunt. *Coram eis.*
nem Hebręorum de terra Aegipti, quę iusta erat satis.
Idest videntibus eis, quasi dicat, ipsi reputabũt hoc fie
Si autem hoc permisisset nulla ei pęna infligeretur.
ri in terra sua ad eorum iniuriam, & habebunt ex hoc
Si autem non permitteret, erat ei danda afflictio, sed
E occasionem ingrauandi super nos: sed hoc necesse es-
non tanta, quanta nunc illata est: quia minor culpa illa
set videri ab Aegyptiis si in terra hac immolaremus.
esset, quanto id, quod petebatur grauius esset. *Abomi-
Ergo non decet in hac terra immolare. Lapidibus nos
nationes enim Aegyptiorum sacrificabimus domino Deo nostro?*
obruent.* Idest cooperient, quasi dicat tantum in nos de
Debet legi interrogatiue, scilicet, nũquid abominatio
sęuient, quòd nos lapidabũt, & tantam lapidum mul
tiones Aegyptiorũ sacrificabimus Deo nostro? quasi
titudinem iacient super nos: quòd cooperient nos,
dicat non faciemus. Hoc potest intelligi duobus mo-
& sic lapidibus nos tumulabunt. *Viam trium dierum per-
dis: vno modo quòd ipsi nollent colere, vel sacrifica-
gemus in solitudinem.* Idest nos exibimus de ista terra ad
re Deo suo in terra illa, quia tunc sacrificarent ea, quæ
immolandum, & ambulabimus tribus diebus per soli
abominabantur Aegiptij: nã Hebræi tauros, aut oues,
tudinem, & in loco, ad quem accesserimus in fine trii
vel capras immolaturi erant. Hæc autem erant abomi
dierum immolabimus Deo nostro. *In solitudinem.* Ista
nationes Aegyptiorum, non quòd Aegyptij ista abo-
solitudo est desertum magnum quod est inter Aegy-
minarentur, quia ea colebant: sed abominabantur ea
ptum, & Arabiam, & intra ipsam Arabiam apud ma-
iugulari: nulla enim maior iniuria alicui fieri posset,
re rubrum contra terram Chanaam, per quod deserti

postea

Gentes q̃ sacrificia diis faciebant, & de quibus animalib⁹.

Animalia Aegyptij colebant.

Quare Aegyptij detestãtur pastores ouium.

postea transierunt Hebræi, cum venerũt in terrã pro-
F gis, siue in alijs intendebat dimittere Hebreos cogente
missionis. *Ego dimittam vos, vt sacrificetis domino deo ve-*
necessitate pœnarum. Sed postquam videbat se libe
stro in deserto. Tunc Pharao affligebatur plaga diuersi
ratum, ad pristinam redibat maliciã. Et patet ex hoc,
generis muscarum: ideo quodcunque petebat Moy-
quia dicitur, induratum, vel ingrauatum est cor Pha-
ses concedebat: sed postea retrocessit completa con-
raonis: postquam impletæ erant liberationes a Plagis.
ditione sicut supra fecerat. *Veruntamen ne longius abeatis.*
Dicitur cor Pharaonis indurari nolẽdo eos dimittere:
Timebat Pharao, quòd recederent de terra sua, ideo
ergo videtur, quòd ante molle erat volendo eos dimit
comendauit eis hoc. *Rogate pro me.* Scilicet vt Deus ve
tere, alias frustra poneretur tunc indurari cor eius, cũ
ster benefaciat mihi, & conseruet regnum meum. *Et*
semper esset induratum: ideo tenẽdum quòd tempo-
ait Moyses, egressus a te. Idest postquã exiero a domo tua.
re, quo Pharao ista promittebat, complere intẽdebat:
Orabo dominum. Sicut mandasti bis: noluit autem ora-
sed postea indurabatur, & mutabatur. *Ita vt nec in hac*
re in domo Pharaonis ex causis supra assignatis isto c.
quidem vice dimitteret populum. Idest quòd sicut Pharao
Saltem ex vltima illarum, scilicet quia Deus ei appari-
fefellerat eos alia vice in sponsione pro liberatione a
turus erat, & locuturus, qd non decebat in domo Pha-
ranis, & non dimisit eos ita fefellit nunc.
raonis: quia illi qui ibi aderant indigni erant audire An
G gelum loquentem cum Moyse, aut videre. *Et recedet*
musca. Idest omne genus muscarum, quæ erant in
domibus, & ciuitatibus. Et in hoc loquitur Moyses
tanquam certus de voluntate dei, & potestate eius, qa
non dixit orabo ad Deum, vt recedat musca: sed orabo
& recedet musca, quasi certus esset, quòd quando ipse
rogaret musca discederet: quia Deus dederat ei pote-
statem faciendi quicquid vellet de Pharaone, & pro-
mittendi ad libitum, maximè quia Deus dirigebat
Moysem in promittendo, vt nihil promittet: nisi qd
Deo placeret. *A Pharaone*: Idest domo Pharaonis. *A*
seruis eius, & populo eius. Idest a domibus seruorum
suorum, & totius populi sui. *Veruntamen nolli vltra fal-*
lere. Idest non mentiaris nunc, sicut ante mentitus es:
H quia promisisti dimittere nos si tolleremus ranas, &
non dimisisti: *vt non dimittas populum sacrificare domino.*
Idest non decipias nos dicendo, quòd dimittes nos, &
postea non dimittas. *Egressusque Moyses a Pharaone.* Idest
a domo Pharaonis. *Orauit dominum.* Vt tolleret muscas
de vniuersis terminis Aegypti, de locis in quibus noce
re poterant. *Qui fecit iuxta verbum illius.* Idest Deus fecit
secundum verbum Moysi, idest secundum quòd spo-
ponderat Moyses Pharaoni, scilicet tollere muscas. *Et*
abstulit muscas. Vt sicut volũtate eius sola venerant mu-
scę sup Aegyptios, ita voluntate eius recesseret ab eis.
Vel factum fuit hoc in ministerio Angelorũ, scilicet
quòd ipsi eas abstulerũt de terra illa impellendo in ali-
quem locum desertum, vel mare. Vel forte dedit eis
Deus inclinationẽ, vt recederent de terra illa: sed duo
primi modi verisimiliores sunt: nam subito ablatæ
sunt. Tertiò modo cõueniet motui naturali, si ipsi mo
uerunt ab aliqua inclinatione insita: & tunc fieret per
aliquam moram temporis. *Non super fuit ne vna quidẽ.*
& hoc satis fuit magnum miraculum: quia antequam
venirent ista plaga muscarum aliquæ muscæ erant in
Aegypto: sed quia opera Dei valde perfecta sunt: vt
patet Deu. 32. ca. ideo non solum pœnam muscarum,
quam attulerat abstulit: sed etiam omnes quæ ante
erant inde remouit. Sic enim fuit in Christo Iesu, qd
quando ipse aliquem ægrotum sanabat perfectiorem
eum redebat, quàm antequam ęgrotus fuerat: vt satis
aperte legendo curationes eius in locis euãgeliorum.
K *Et ingrauatum est cor Pharaonis*. Idest postquam recepit
quietem a diuersis generibus muscarum, rediit ad an
tiquã grauitatem, scilicet quòd nullo modo vellet di-
mittere Israelitas de terra sua. Et ex hoc apparet qua-
liter tenebat in corde quando loquebatur Pharao Aa-
ron, & Moysi ante remotionem plagę: quia dixerat
ego dimittam vos vt sacrificetis domino Deo vestro,
Quęst. 13. An Pharao intendebat Hebræos dimittere cũ promisisset.
veruntamen ne longius abeatis.

Queret aliquis quando Pharao dicebat ista an inten
debat saltẽ pro tunc dimittere Hebręos, vel forte non
intendebat dimittere, sed solum fallebat eos verbis
contra id, quod animo gerebat loquens. Respondetur
quòd Pharao quando ista loquebatur siue in istis pla-

CAPITVLVM. IX.

DIXIT autem dominus ad Infra eo.
Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum: vt sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea
H erit super agros tuos, & super equos, & asinos, & camelos, & oues, & boues, pestis valde grauis. Et faciet dñs mirabile inter possessiones Israel, & possessiones Aegyptiorũ, vt oĩno nil pereat ex his, q̃ ptinẽt ad filios Israel. Constituitque dominus tẽpus dicens: Cras faciet dominus verbum istud in terra. Fecit ergo dominus verbum hoc altera die, & mortua sunt omnia animantia Aegyptiorum. De animalibus verò filiorum Israel ni-
I hil omnino perijt. Et misit Pharao ad videndum: nec erat quicquam mortuum de his, quæ possidebat Israel. Ingrauatumque est cor Pharaonis: & non dimisit populum. Quita plaga mortalitatis animalium.

Dixit autem. Descripta quarta plaga, hic annectitur quinta, & diuiditur in duas partes: primo ponitur plagæ comminatio: secundò eiusdem inflictio ibi. *Fecit ergo Dominus*. Circa primum. *Dixit autem dominus ad Moysen*. Ista fuit alia locutio, & apparitio Dei ad Moysen postquam Pharao noluit consentire petitioni, quam ante confirmauerat de dimittendo Israel. *Ingredere ad*
K *Pharaonem*. Idest ad domum Pharaonis. *Hoc dicit dominus Deus Hebræorum*.

Ille qui est deus Hebræorum est verus: alij autẽ dij Quæst 1.
gentiũ sunt dęmonia, vt patet Psal. 95. Vocatur tamen ille Deus specialiter Hebræorum, quia Hebręi eum specialiori cultu, & honore colebant, & certa fide: alij autem populi colebant dęmonia. Iste autem Deus Hebręorum vocatur dominus sine determinatione: quia est dominus omnium rerum, & omnia potest, ideo Pharao, qui naturaliter est vnus de seruis eius, etiam si nollet tenebatur exaudire vocem eius, tanquam vocẽ domini sui. *Dimitte populum meum*. Scilicet Israeliticũ. Ista est semper diuina petitio. *Vt sacrificit mihi*. Scilicet eundo in solitudinem itinere dierum trium. *Quia si adhuc*

huc renuis. Idest si nunc non vis dimittere, sicut alijs vi-
A cibus noluisti. *Et retines eos*. In continua seruitute. *Ecce*
De Paral. lib. 4. c. 10. *manus mea*. Idest potestas mea operatiua, quæ intelligi-
tur per manum, quia manus est organum organorũ:
vt patet 2. de Anima. *Super agros tuos*. quasi dicat, nõ in-
telligas quòd manus mea vel potestas mea nõ est suf-
ficiens ad puniendum, & quòd iam exhausta sit in his
plagis: quia adhuc non cessabo. Nam ego ponam ma
num meam super agros tuos, scilicet destruendo ea,
quæ in agris sunt: ista plaga nõ fuit inflicta per huma-
num ministerium sicut cętere: quia in alijs Aarõ, aut
Moyses aliquid faciebant: in hac autem nihil fecerũt.
Et super equos tuos. Antiqui vtebantur equis ad currus
tam ad pugnandum, quàm ad ambulandum: ideo eq
eran animalia præciosissima, quę valde ad bellum pro
B ficiebant, & ad pacem: fuerunt autem isti equi mor-
tu præter illos, qui conseruati sunt ex verbo domini.
Et asinos, & camelos. Ista sunt animalia solum ad ferendum iugum, & onera, nec apta sunt ad opera bellica si
Cameli multi in Aegypto, quia ẽ terra calida. cut equus. Cameli autẽ in terra illa valde multi sunt:
quia est terra calida, & æqualiter temperata minus de-
clinans ad frigiditatẽ, quàm caliditatem. *Boues, & oues.*
An Aegyptij habuerint oues. Agyptij autem non comedebant carnes, nec boues,
nec oues, vt diximus late Gen. 44. & 45. & 46. cap. sunt
tamen boues ad laborandum, & in hoc nõ est difficul-
tas. Sed de ouibus est maior difficultas quomodo eas
haberent Aegyptij, quia non proderant ad laborẽ, ma
ximè cum dicatur Gen. 46. c. quòd abominantur Ae-
gyptij omnes pastores ouium. Dicendum quòd ad
C hoc satis dictum fuit Gen. 41. & 44. & 45. & 47. scilicet
quòd Aegyptij habebant aliquas pauculas oues, non
quidem ad cibum, sed ad quietem, & cultum, & forte
In ista plaga nõ sũt mortua omnia animalia. ad laticinia. *Pestis valde grauis*. Ista pestis fuit quòd ani-
malia, quæ erant in agris morerentur, nõ tamen mor
tua sunt omnia: sic enim non mãsissent aliqua pro grã
dine, quæ postea strauit pecora: & adhuc post grandi-
nem, quando Pharaone persequente iuerunt cum eo
sexcenti currus electi, & omnes alij, qui haberi potue
runt in Aegypto: vt patet infra 14. cap. Quilibet tamẽ
currus quatuor equos habebat. Ista pestis fuit quædã
corruptio voluntate diuina cadens in agros, & anima-
lia nõ ex aliqua naturali causa, ex hoc quia Deus dixit.
Et manus mea. Quasi dicat, ego faciam hoc specialiter,
D & non ex aliquo naturali incentiuo. Alio modo po-
test dici, quòd ista pestis fuit corruptio aeris ledentis
agros solos, & hoc fuit supernaturaliter: deinde om-
nia animalia, quæ ex herbis pascebantur naturaliter ta
befacta, & mortua sunt tanquam assumentia cibũ in-
debitum. Sed vtrum pestis super solos agros venerat,
& postea cõsequẽter animalia lęsa sint: vel vtrum ani-
malia simul cum agris peste corrupta sint, non multũ
refert ad rem. *Et faciet dominus mirabile*. Non dixit do-
minus, ego faciam mirabile: sed locutus fuit de se in
tertia persona, quia non loquitur, vt ipse loquatur: sed
dicitur narratio eorum, quæ Moyses ad Pharaonẽ lo-
cutus fuerat: volebat enim Deus dare Moysi certam
Pharaoni formam loquendi, vt nec mutare deberet
E tempora, nec personas nec aliquid alterum. Fuit autẽ
istud mirabile de diuisione iumẽtorum mortuorum,
& agrorum lęsorum, quia iumenta Aegyptiorum, &
agri eorum lęsi sunt, & animalia peste corrupta. Ani-
malia autem, vel agri Hebręorũ nihil detrimenti pas-
sa sunt. *Inter possessiones Israel, & possessiones Aegyptiorum.*
Quasi dicat, nõ eadẽ plaga, etit in omnibus, quia licẽt
coniuncti essent agri Aegyptiorum, & Hebræorum,
& iumenta vtrorunq;, tamen agri Aegyptiorum infe-
cti sunt, & iumenta tabida peste consumpta sunt: agri
autem Hebræorum nihil intemperiei aeris, aut nocu-
menti susceperunt, nec iumenta minorata sunt. *Vt ni-*
hil omnino interest de his, quæ pertinent ad filios Israel. Si
enim de Aegyptijs multa iumenta perijssent: de He-
A bræis autem aliqua saltem valde pauca, ex aliquo casu
factum esse putarent. Nunc autem quia de Aegyptio-
rum iumentis valde multa perierunt, de Hebræorum
autem iumentis, aut pecoribus nihil omnino, satis ma
gnum miraculum fuit. Et patuit, quia illos Deus spe-
cialiter persequi, hos autem specialiter voluit conse-
ruare. *Constituitque dominus tempus*. Scilicet in quo infli-
geret illam plagam, vt si non prædiceretur tempus, an
tequam fieret, postea ex euentu facta esse putaretur.
Cras faciet dominus verbum istud. Idest hanc rem quã nũc
tibi denuncio. Res enim geste in sacra scriptura sæpe
verbà vocantur, non vt sunt sed inquantum referũtur,
quod propriè conuenit verbo. *In terra*. Scilicet Aegy-
pti. *Fecit ergo dominus verbum hoc*.

Hic ponitur secundum, scilicet plagæ inflictio, idest Quæst. 2.
Deus ministerio suorum Angelorum sine ministe-
rio alicuius hominis fecit hoc. *Altera die*. Idest die se-
quente sicut prędixerat. *Mortuaque sunt omnia animantia*
Aegyptiorum. Idest omnia animalia, quæ possidebant
Aegyptij, scilicet illo tempore, & hora quam prædixe
rat Moyses. Dicunt enim Hebræi quòd quando locu-
tus fuit Moyses Pharaoni de inflictione huius plagæ,
fecit quandam lineam in pariete, ad quam sol certò tẽ
pore diei accedebat, & dixit: Cras cum sol ad hanc pu-
eniet lineam hæc pestis erit. Dicuntur autem occisa
omnia animantia Aegyptiorum esse consumpta, non
quòd omnia fuerint consumpta, quia de animalibus,
C quæ non erant in agris nullum omnino perijt, cũ ista
pestis dicatur missa super agros, vt patet supra in lite-
ra. Nec etiã pereriunt omnia animantia, quæ in agris
erant, quoniam alia plaga venit, scilicet grandinis, in
qua multo plura iumẽta perierunt, quã in hac plaga,
vt patet infra in litera. Ergo non fuerant omnia con-
sumpta hac peste. Sed vocantur omnia, idest multa se-
cundum morem sacræ scripturæ, quo omnis pro mul
tis ponuntur. *De animalibus vero filiorum Israel*. Tàm de
pecoribus, quàm de iumentis: pecora namque multa
habebant: ideo voluerũt habitare in terra Gessen, quæ
erat pascualis, vt patet Gen. 47. c. *Nihil omnino perijt*. Id-
est nec vnum animal. *Et misit Pharao ad videndum*. Quia
voluit comprobare vtrum omnia, quę Moyses loque-
D retur vera essent, vt saltem eum comprehendere pos-
set in aliquo sermone, & tanquam mendacem repel-
lere. Item quia volebat in hoc iudicare an a Deo, vel
natura agente ista euenirent: Nam si ista pestis non
solum in animalibus Aegyptiorum, sed etiam in ani-
malibus Hebræorum euenisset, iudicaret non fuisse a
Deo inflictam in pœnam eius, sed a natura factam fuis
se communem. Si autem videret sibi, & Aegyptijs so
lis hoc euenisse, iudicaret miraculũ ex Dei voluntate, & vt
Moyses loquebatur, specialme in eũ illatam fuisse pu-
nitionem. Sed aliquis quæret quare in alijs plagis non Quæ Pharao in alijs plagis nõ misit ad videndũ an Hebræis euenissent sicut fecit in ista.
misit Pharao ad videndum vtrum euenissent Hebræis
sicut euenerat Aegyptijs, quia in nulla plaga puniti sũt
cũ nõ, ppter eos, sed propter Aegyptios infligerentur.
Respondebit aliquis, quòd in alijs etiam misit ad videndũ
E dum Pharao, sed non fit mentio de eo in litera. Sed nõ
videtur esse valde rationabile, quia non videtur, quare
magis fecerit mentionẽ in ista quàm in alijs. Itẽ quia
si in alijs misisset Pharao ad videndum, cũm in vna vi
ce certificatus esset, non erat aliquid, propter quod to
tiens ad videndum mitteret. Et huiusmodi signum
est, quia in alijs sequentibus plagis q̃ satis magne erat,
& non insligebantur Hebręis, nunquam misit Pharao
ad videndum, vtrum fierent in terra Gessen, sicut in
cętera Aegypto: quasi certificatus vna vice pro omni-
bus. Dicendum ergo quòd nulla alia vice de pręteritis
plagis misit. Et hoc quia nuntij non poterãt ire in te-
ram Gessen: in præcedenti enim plaga propter mul-
titudinem

titudinem muſcarum, quæ hominem in via vehemẽter cruciarent, cùm ſic Aegyptij ſtantes, & contecti, & abigentes muſcas non poſſent earum euadere ſtimulos. Idem erat quantum ad cyniphes, qui eodem modo cruciabant. Idem quantum ad ranas, quibus obſtãtibus non poterat aliquis vias pertranſiere, niſi cũ valde magno horrore, ranas conculcando, & euiſcerãdo. Hęc autem plaga ſolùm fuerat inflicta in animalibus brutis, ideo nihil impediebantur viri ire quocunq; vellent. De hac autem plaga dicendum, quòd euenit Aegyptijs ſecundum correſpondentiam pænæ, quã ipſi infligebant Hebræis, quia non ſolùm eos puniebant, ſed etiam eorum animalia enecabant, dura & importabilia onera imponẽdo. *Nec erat quicquam mortuum de his, quæ poſſederat Iſrael.* Scilicet de iumentis, aut pecoribus: licèt ſimul eſſent iumenta eorum cum iumentis Aegyptiorum. *Ingrauatum eſt cor Pharaonis.* Ideſt licèt tantam ſtragem iumentorum videret, & pecorũ, non emolitum fuit cor eius: vt ſaltem propter damna, quæ populus ſuus patiebatur dimitteret recedere Hebręos.

Quarẽ Pharao ĩ aliis plagis Moyſen orauit, & nõ in iſta.

Et non orauit Pharao Moyſen in iſta plaga, vt oraret pro eo ſicut orauerat in quibuſdam aliarum: quia aliæ erant in fieri, & durabant, ideo tolli poterant. Iſta autẽ in percuſſione, & morte pecorum cõſumata fuit mox vt infligi cępit. Ideo non oportebat rogari pro ea: quia nihil de ea manebat quod poſſet auferri. *Et non dimiſit populum Iſraeliticum.* Scilicet ire ad ſacrificandum in ſolitudinem itinere dierum trium, vt petebant.

Et dixit dominus ad Moyſen, & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cęlum coram Pharaone, fitque puluis ſuper omnem terram Aegypti. Erunt enim in hominibus, & iumentis vlcera, & veſicę turgentes in vniuerſa terra Aegypti. Tuleruntque cinerem de camino, & ſteterunt corã Pharaone, & ſparſit illum Moyſes in cęlum. Factaq; ſunt vlcera veſicarum turgentium in homnibus, & iumentis: nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vlcera, quæ in illis erãt, & in omni terra Aegypti. Indurauitque dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut locutus eſt dominus ad Moyſen.

Quæſt. 3. Plaga ſexta.

Et dixit dominus. Deſcripta quinta plaga, hic apponitur ſexta, & diuiditur in duas partes: quia primo ponitur quomodo eam Deus prædixerit: ſecundo qualiter eam inflixerit ibi: *Tuleruntque cinerem.* Hic non ponitur comminatio iſtius plagæ Pharaoni, quia Pharao erat quaſi ſtupidus in plagis præteritis, nec multum curaret de verbis, cùm de ipſis rebus minus curaret quã decebat, conueniebat ergo eum vt ſic aliqua dura plaga in ſe ipſo acriter cruciari, vt vexatio daret ĩtellectũ, & audiret iuſtam petitionem. *Et dixit dominus.* Iſta fuit alia locutio poſtquam Pharao noluit exaudire petitionem factam poſt inflictionem quintę plagæ. *Ad Moyſen & Aaron.* Non eſt intelligendum quòd Deus apparuerit Moyſi & Aaron ſimul, & loqueretur ad eos: quia ſupra 4. cap. dictum eſt, quòd Aaron eſſet os Moyſi, & Moyſes eſſet in his quæ ad Deum pertinebant, ſcilicet quantum ad reuelationes diuinas, & ſupra 7. capit. dictum fuit ad Moyſen & Aaron erit propheta tuus, ideſt ſolùm ipſe enunciabit verba, quę tu ei reuelaueris.

F Sed hic dicitur. *Ad Moyſen & Aaron.* Non quòd ad ambos ſimul loqueretur: ſed quòd iſtud quod nunc mãdabat, ambo completuri eſſent, ſcilicet quòd tollerẽt cinerem de camino. *Tollite plenas manus cineris de camino.* Moyſes & Aaron portare debebant in manibus ſuis quantum caperetur de cinere coram Pharaone; & dicitur tollite, ideſt aſportate vobiſcum: quia iſta plaga infligi debebat corã Pharaone, & ſpargi cinis. Et quia iſti quando ſtarent volentes facere hoc corã Pharaone non inuenirent ibi cinerem, & dato quòd peterẽt cinerem ſibi dari, non daretur: Ideo Deus quando locutus fuit Moyſi, mandauit, vt ſecum cinerem portarent coram Pharaone, ne cogerentur illum poſtea inquirere. *Plenas manus.* Vt ſatis de cinere poſſet ſpargi.

Propter duo in ſexta plaga cinis de camino ardente ſumebatur.

G *Cineris de camino.* Ideſt de fornace ardente: tollebatur autem cinis iſte quaſi ardens de camino propter duo: primo ad indicandum effectum eius, ſcilicet quid ſequi deberet ex illo. Nam veſicæ turgẽtes, quę poſtea natæ ſunt ex iſta ſparſione, fiunt ex calore: nam quandocunque aliquid multum igni applicatus, primo cauſantur in eo quędam veſicæ ſiue tumores pleni quadã aquoſitate reſoluta per calorem: cinis autem iſte, quia de camino ſumptus erat, calidus, & ſiccus erat, ideo ſatis demonſtrabat, quid inde futurum eſſet. Secũdo aſſumptus fuit cinis de camino ad ſignificandum cauſam, ex qua illa plaga infligebatur. Erat enim huiuſmodi plaga in elemento ignis, cũ ipſi cineres de igne ſumpti eſſent ad correſpondentiã afflictionis Hebręo-

H rum in decoctione laterum. Et ideo aliquando cùm Deus loquitur de captiuitate Aegyptiaca, vocat eam fornacem ferream: vt patet Deutero 4. cap. vbi dicitur. Vos autem eduxit dominus de fornace ferrea Aegypti, quaſi nihil ſit, quo conuenientius illa captiuitas deſignetur, quàm per fornacem. *De camino.* Caminus non ſolùm ſignat fornacem, ſed ignem, vel fornacem ardentem, vt notetur quòd cineres quaſi ardentes ſpargi deberent: non propter id, quod ipſi efficiebant, ſed propter id, quòd a Deo futurum eſſe ſignabant. *Et ſpargat illum Moyſes.* Quia iſte cinis erat ſpargendus contra cœlum. Moyſes autem habebat poteſtatem in his, quæ ad cęlum, cùm vocaretur Deus Pharaonis, vel Deus Aaron. Aaron autem ſolũ erat

Caminus qd ſignet.

Aliquorũ expoſitio confutatur.

I ordinatus quantum ad ea, quę pertinebant ad populum. Sed iſta ratio ſatis parui ponderis eſt, magis autẽ videtur ad oſtendendum poteſtatem Moyſi: quia in omnibus ſuperioribus plagis ſic accidit, quòd aut Dei voluntate ſine hominum miniſterio inflictæ ſunt: vt plaga de diuerſis muſcarum generibus, & plaga peſtis ſuper agros, & animalia, vt patet in cap. præcedenti, & in hoc. Aut per Aaron miniſterialiter inflictæ ſunt, vt patet in percuſſione aquarum, quando verſę ſunt in ſanguinem, & vt patet ſupra 7. c. & in inductione ranarum de fluminibus, & paludibus extendente Aaron manum ſuam: & in generatione cyniphum, vt patet præcedenti cap. Conueniẽs ergo erat, quòd aliqua plaga miniſterio Moyſi infligeretur. Sed non fuit aliqua

K de ſequẽtibus pręter ſequẽtem de grandine, & ſequẽtem de locuſta: quia illę ſine miniſterio hominum impoſitę ſunt, ergo decebat quòd Moyſes hanc infligeret. *In cęlum.* Ideſt contra cęlum, quia iſta prepoſitio, in, aliquando ponitur, pro contra, vt cum dicitur vado in hoſtes, ideſt contra hoſtes: coram Pharaone, vt videat Pharao quòd iſta plaga a Deo infligitur denunciante Moyſe, & non euenit naturaliter. *Sitque puluis.* Ideſt erit puluis. vel aliter. *Sitque puluis.* Ideſt mando quod immediate, quòd cinerem ſparſeris, fit vt puluis ſuper omnem terram Aegypti. Non eſt intelligendũ quòd ex iſto cinere ſparſo fieret puluis ſuper totam terram Aegypti, quia tã paucus cinis, quòd ad nihil quaſi ſufficiebat: ſed cinis ſpargebatur propter conformitatem plagæ

Propoſitio, in, quãdoque pro, contra ponitur.

plagæ, ſcilicet quia talis erat ille puluis, qui futurus erat ſuper omnem terram Aegypti ſicut cinis, quem Moyſes ſpargebat coram Pharaone. Iſte autẽ puluis diuina pendens virtute in aere cadebat ſuper homines, & omnia pecora, atque iumenta, & calore ſuo mox cauſabat in carne turgentes veſicas. Nec eſt putandum, quòd iſte puluis eleuatus in aere eſſet ſolum puluis terræ: quia ille non eſt naturæ ita calidę, vt veſicas generet, licèt aliquo modo ſit naturę ſiccæ. Sed dicendum eſt quòd erat aliquis puluis nouiter a Deo productus: qui eſſet qualitatis igneæ, & valde nociuus. Vel ſi velimus quòd eſſet puluis de terra: ille nõ permaneret in ſua qualitate, quia ſic non poterat talia efficere: ſed dediſſet ei quandam qualitatem igneam ad cauſandum veſicas: & quia ille puluis multus erat. Et continue cadens de aere replebat Aegyptiorum corpora turgẽtibus veſicis. & ſimile ponitur Deutero 28. cap. Cum Moyſes pronunciaret Hebræis quę mala futura eis eſſent, ſi non obſeruarent legem Dei ait: Det dominus imbrem ſuper te puluerem, & de cęlo cadat ſuper te cinis, donec conteraris. *Eruntque in hominibus, & in iumentis vulnera.* Hic ponitur ordo prępoſteratus, quia cum ex puluere illo cauſarentur in iumentis, & hominibus vulnera, & veſicę prius erant veſſicę, quàm vulnera: cum veſicæ ſint quidam tumores cauſati in cute ex calore aleuante, & reſoluente. Et intra illos tumores erant quædam aquoſitates reſolutę a calore ignis de partibus ſubtilibus, & delicatis carnis. Deinde calore magis deſſicante conſumebatur cutis tenera, & contrahebatur: & neceſſe erat rumpi: cum autem rumperetur apparebat cętera caro aperta, & illa ruptio vocabatur vulnus *In hominibus, & iumentis.* In hominibus propter culpam ſuam: in iumentis autem ex dominorum culpa, vt in hoc etiam affligerentur. Et vocantur hic iumenta non ſtricte, vt communiter accipimus, ſcilicet pro animalibus iuuantibus ad onera ſubuehẽda: ſed etiam pro omnibus pecoribus, quia in omnibus fuerunt veſicæ. *Veſicæ turgentes.* Ideſt inflatæ. *In vniuerſa terra Aegypti.* Quandocunque ei aliqua plaga infligebatur, toti Aegypto communis erat. *Tuleruntque cinerem.* Hic ponitur ſecũdum, ſcilicet plagę executio. *Tuleruntque cinerem.* Scilicet quòd Moyſes & Aaron impleuerunt manus ſuas cinere, & duxerunt ſecum, cum ſteterunt coram Pharaone. *Et ſteterunt contra Pharaonem.* Ideſt coram eo ex oppoſito eius: ita quòd Pharao videre poſſet eos facientes: & dubitare non poſſet de auctoribus plagę: vel vt forte conterritus hac plaga vocaret eos ad rogandum, vt dimitterent plagam hanc: & ipſe quoque eos dimitteret de terra ſua. *Et ſparſit illum Moyſes.* Quia ſic Deus iuſſerat. *In cælum.* Ideſt contra. *Factaque ſunt vlcera veſicarum turgentium.* Ideſt ex veſicis turgentibus ſiue inflatis prouenerunt vulnera ſiue vlcera. Hic loquitur propius quàm ante, quia ex puluere cadente ſuper eos cauſabantur veſicę turgentes, ideſt inflatę. Et deinde cute combuſta, & in ſe contracta fiebat ruptio: poſt ruptionem vero caro illa aliquãliter putrida, & conſumpta vlcus vocabatur, & nõ propriè vulnus: quia Vulnus eſt diuiſio carnis ex exteriori nocumento, vt ferro ligno, aut lapide. Vlcus dicitur diuiſio carnis ex nocumento intrinſeco, vt puta cũ caro putrefit, & conſumitur ex aliqua interiori intemperie: ſanguine, & carne cõuerſa in ſaniem venenoſam. *Nec poterant malefici ſtare coram Moyſe.* Licèt malefici in tertia plaga quãdo facti ſunt cyniphes cõfeſſi fuerunt ſe impediri a digito Dei, ideſt poteſtate diuina adiuuante Moyſe & Aaron, tamen in malitia obſtinati ob hoc contra niti non deſtiterunt: merito ergo nunc grauiora ipſi quàm cęteri vlcera tollerabãt, & duriores veſicarum turgentium punctiones. *Propter vlcera, quæ in eis erant.* Sentiebant enim malefici, quòd dum plus ſtabãt

Quæ vulnera eſſẽt illius plagę.

Differẽtia inter vulnus, & vlcus.

Malefici Pharaonis grauioribus vlceribus premebantur ꝓpter eorum obſtinationem.

A coram facie Moyſi, acrius cruciabãtur, fugerunt ergo a conſpectu eius. *Et in omni terra Aegipti.* Ideſt in omnibus Aegyptijs, & animalibus Aegyptiorum. Si autem hoc tempore contingeret aliquos a caſu de exterioribus prouincijs in Aegyptum venientes ibi manere, in eos vlcera non erũpebant, quia Deus ſolos Aegyptios affligere intendebat. Etiam quia illos non puniendo euidẽtius pateret Deum has plagas in Aegyptios propter eorum facinora ſpecialiter deſtinaſſe: non erãt tamen tum temporis aliqui de alienigenis in Aegypto talia iudicia formidantes: immo quidam de his, qui in Aegypto antea morabantur, credentes tunc a ſedibus ruituram Aegyptum, alias gentes, & ſedes habitandas petierunt. *Indurauitque dominus cor Pharaonis.* Quia ſicut

B antea, ita & nunc non appoſuit ei gratiam motricẽ ad bonum ſuis demeritis exigentibus, ideo manſit durus quaſi lapis non exaudiens iuſtam petitionem. *Sicut locutus eſt dominus ad Moyſen.* Ideſt ſicut Deus prænunciauerat, quòd non exaudiret eos Pharao niſi per manum validam, ita factum eſt, quia vſque ad mortem primogenitorum nunquam dimiſit eos. Ex hoc patet quòd in alijs plagis, quando dicitur induratum cor Pharaonis, & quòd non audiuit Moyſen & Aaron ſicut præceperat dominus: quòd ponitur ibi præceperat dominus, ideſt prædixerat, vel prenunciauerat, ſicut dicitur hic, quia eodem modo ponitur hic hoc ſicut ibi illud, nec importat variam ſignificationem.

C Dixitq; dominus ad Moyſen: Mane conſurge, & ſta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit dominus Deus Hebræorũ. Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi: quia in hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum, vt ſcias, quòd non ſit ſimilis mei in omni terra. Nunc enim extẽdens manum percutiam te, & populum tuũ peſte, peribiſque de terra. Idcirco autem po-

Supra 8. c. ſupra. eo.

D ſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meã, & narretur nomen meum in omni terra. Adhuc retines populum meum, & non vis eum dimittere? En pluam cras hac ipſa hora grandinem multã nimis: qualis non fuit in Aegypto a die qua fundata eſt vſque in præſens tempus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuerſa, quæ inuenta fuerint foris, nec congre-

Genus ciuitas conditur.

E gata de agris, cecideritque ſuper ea grando, morientur. Qui timuit verbũ domini de ſeruis Pharaonis, fecit cõfugere ſeruos ſuos, & iumenta in domos. Qui autem neglexit ſermonem domini, dimiſit ſeruos ſuos, & iumenta in agris.

Quæſt. 4.

Dixit quoque dominus. Poſita ſexta plaga, hic deſcribitur ſeptima, & diuiditur in tres partes, quia primo ponitur pęne comminatio: ſecundo eiuſdem inflictio, ibi. *Et dixit dominus ad Moyſen.* Tertio eiuſdem ablatio.

latio. *Misitque Pharao.* Circa primum. *Dixit dominus.* In alia apparitione postquam Pharao obstinatus fuit in sexta plaga inflicta. *Ad Moysen.* cui soli apparebat. *Mane consurge.* volebat Deus, quòd Moyses prenunciaret hanc plagam Pharaoni, & quia nunquam melius, & apparatius eũ inueniret, quàm quando exiret ad aquas diluculo ex more suo, mandauit ei mane consurgere, vt staret coram Pharaone eo tempore quo eum ad aquas iturum esse sciebat. *Et sta coram Pharaone.* Scilicet publicè, vt omnes ex hoc admoneantur predicens ei pœnas futuras: quia vt pœna, quàm Deus infligebat Pharaoni omnibus seculis iusta videretur, volebat eum admonere omnib⁹ modis, quibus aliquis homo admoneri potuisset, ideo volebat, vt Moyses publicè hoc clamaret, vt saltem Aegyptij commonerent regem, vt petitioni illi consentiret; sic enim factum fuit, cum comminaretur Moyses sequẽtem plagam, vt patet sequenti cap. quia nolente Pharaone exaudire petitionem Moysi, comminata pœna dixerunt serui Pharaonis ad eum; Vsque quo patiemur hoc scandalum, dimitte homines, vt sacrificent domino deo suo. Nõne vides quòd perierit Aegypt⁹. *Hæc dicit dominus Deus Hebræorum.* Cuius vocem audire deberes, quia verus Deus est: dominus etiam omnium, quæ in cęlo, & in terra est: præcipue cum totiens a te hoc idem petiuerit. *Dimitte populum meum,* Scilicet Israel. *Vt sacrificet mihi in solitudine itinere dierum trium.* Prius peregrato. *In hac vice mittã in te omnes plagas meas.* Nec intelligitur, quòd in hac vice, idest nunc, quando ista infligebatur omnes aliæ infligerentur: quia istę, quatuor plagę, quę infligendę manebant, singillatim datæ sunt. Nec intelligitur in hac vice, idest interposita hac sola admonitione, scilicet quòd nunc monuerit Moyses Pharaonem pro omnibus sequentibus plagis, quia sicut in ista plaga monuit, ita monuit in sequenti, vt patet sequenti cap. Sed intelligitur in hac vice, idest quasi continue, quasi dicat: Non cessabo te percutere donec consumentur in te omnes plagæ meæ. Et sic fuit, quia inflicta vna plaga, paucis interpositis diebus, infligebatur alia, & sic vsque ad vltimam, ita quasi continuę videbãtur. *Omnes plagas meas.* Nõ intelligas. *Omnes plagas meas.* idest omnes quas Deus immittere poterat: quia tũc videretur exhausta potentia Dei punitiua in hoc. Sed istę pœnæ erant finitę, ergo potentia Dei finita erat. Sed non est id concedendum: dicitur ergo. *Omnes plagas meas.* Idest omnes plagas, quas in te mittere destinaui. Et in hoc demonstrabat Deus se scire quomodo Pharao in obstinatione, in qua nunc erat, esset permansurus, & propter hoc essent ei omnes istæ pęnę infligẽdæ. *Super cor tuum.* Idest istæ plagæ, quas ego missurus sum, erunt super cor tuum, idest tangent cor tuum, scilicet quòd si de præteritis non multum doluisti, quia re non multum tangebant, de his tamen, quas inflictus sum, valde dolebis, quia atrocitate sua superant omnes priores. Et hoc maximè patuit in vltima, cũ mortuus fuit primogenitus Pharaonis, vt patet infra 11. ca. & 12. quia tunc amaritudine cordis percussus surrexit per noctem cum populo suo, & coegit Hebræos fugere de terra sua, *Super seruos tuos,* Qui tibi in domo tua assistunt, & ministrant. *Et super populum tuum.* Qui moratur in ciuitatibus, & cunctis locis regni tui.

Moyses clamando stetit coram Pharaone vt saltem serui eius eum renitẽtem monerent.

Qualis modus, & ordo fuerit in atrocitate pœnarum inflictarum Pharaoni, & suis. Et an Deus semper det distinctas pœnas secundum distinctiones delictorum.

Quæst. 5.

Describitur hic grauitas culpę: & conuenienter ordo atrocitatis pęnę. Nam primo ponitur rex, quia ipse magis peccabat quàm cęteri, cùm ipse mandaret hæc omnia fieri. Et ideo ponitur ipse in primo gradu pęnę, ita quòd ipse durius quàm cęteri puniretur. Etiam dato quòd ęqualis secundum rem ei pęna cum cęteris tribueretur: tamen ipse magis quàm cęteri ex hoc affligeretur: cùm verissime illud magis ipse sentiebat q̃ cęteri. Nã sicut ĩ naturalibus eadẽ potẽtia, & æqualis agẽs in passa inęqualiter disposita agit inequaliter. Et ideo necesse est ab eodẽ agẽte magis rẽ vnã, quã cętera pati, vt si calor igneus in tribus gradibus apponatur stupę, & apponatur ferro, non ęqualiter aget, nam ferrum nihil aut modicum incendetur, stupa autem totaliter consumetur. Sic enim hic in passionibus humanis, quia reges sunt delicatè nutriti, quęlibet adueniẽs tribulatio magis eos quàm cęteros pungit; sic enim ait Boetius de Consola. libr. 2. prosa 4. Adde quòd felicissimi cuiuscunque delicatissimus sensus est; & nisi cuncta ad nutum succedant, omnis aduersitatis insolens minimis quibusque prosternitur: adeo perexigua sunt, quæ fortunatissimis sũmã beatitudinis detrahũt. Secundo loco culpæ sunt serui regis, qui ei consentiebant Hebræos punienti, & forte adulantes omnes facta laudabant. Etiam quia cùm ipsi coniunctissimi regi essent, poterant ei aptius persuadere, ne tã enormia onera populo imponeret Hebręorum: quia autẽ non fecerunt, in secundo loco punitionis regi suo successerunt. Et miranda est in hoc diuina dispositio, quę nihil penitus inordinatum relinquit. Nam cùm omnes pro hoc scelere afflictarentur, Deus sic disponebat, vt qui magis peccauerat siue committendo, siue omittẽdo, grauius affligeretur. Vt scilicet in prima plaga de aqs in sanguinem versis, licèt quantum ad hoc omnibus commune esset, quia omnes sanguinem bibebant, tamen illis qui magis peccauerant, amarior, & horribilior sanguis ille erat: sic illis qui nullo modo peccauerant⁹, nec erant subiecti domino peccanti, sanguis ille ita vt limpidissima aqua dulcis erat: quod apparet in ipsis Hebræis, qui nihil peccauerant, nec propter eos plagæ istæ inferebantur, sanguis ille ad naturam aquę vertebatur, vt declarauimus supra 7. cap. Idem patet de manna, quią cùm omnibus iudęis idem esset manna, quidam tamen, qui peccatores erant, fastidientes manna, nauseabant super illud: Sic patet Numeri 11. vbi dicitur: Quis dabit nobis ad uescendum carnes, anima nostra arida est, & nihil vident oculi nostri, nisi manna. et Numeri 21. cap. Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. Viris tamen bonis, & iustis manna vertebatur in omnem iucunditatem saporis, vt patet Sapientiæ 16. cap. Pro quibus angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum de cœlo panem prestitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habẽtem, & omnis saporis suauitatem. Idem autem in secũda plaga ranarum dicendum est, quia qui magis peccauerat magis ab eis affligebatur, scilicet quòd in ambulando plures obuias ranas habebat, & plures conculcabat, & in cibos eius cadebant: & super lectum eius cadebant, & ascendebant. Et quòd in his omnibus magis affligebatur, & horribiliores ipse quàm alij iudicabat: tanto enim infelicior quisque est, quanto id, quod pati necesse est, minus æquanimiter tolerat. Et hæc ipsa opinio non ideo talis erat, quia ipse sic, aut sic volebat: sed quia a Deo puniente sic infligebatur eis renitẽtibus, sicut supra diximus de pęna damnatorum in apprehensione inuoluntaria de igne, tanquam de nociuo. Idem de tertia, scilicet de multitudine cyniphũ; & de quarta, scilicet de diuersis generibus muscarum, dicendum est: quia illum cyniphes & acrius, & perseuerantius mordebant, qui magis cęteris peccauisset, & ideo dato quòd in eadem domo, vel platea æqualiter muscis plena plures Aegyptij inæqualiter peccantes manerent, illum plures muscæ insequebantur, qui grauius deliquisset, sicut diximus supra de Hebręis. Idem in quinta plaga: quia illius plura iumenta mortua secundum numerum, aut secundum proportionem,

tionem, aut saltem secundũ domini sui reputationem qui grauius peccauit. Idem in 6. illi plures vesicæ turgentes innatæ sunt: & acrius cruciantes, & fędiora, atque enormia vlcera confecerunt, qui cęteris magis deliquerit. In septima autem, & in cæteris eadem applicatio est: quia eadem ratio subsistit, præter quàm in decima, scilicet in morte primogenitorum, vbi omnes æquales fuerunt. Licèt aliquis nimis ignorans dicet, ꝙ aliqui, qui valde modicum peccauertũ, primogenitos non amiserunt. Sed falsum est, quia litera repugnat infra 11. cap. & 12. scilicet. Percussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius vsque ad primogenitum captiuę, quę sedebat in carcere, siue ad molam, vt habet alia litera. Dicendum ergo, quòd in hoc omnes æqualiter puniti sunt, scilicet vt cuilibet primogenitus moreretur. Et sic dicitur in eodem 12. cap. non fuit domus in tota Aegypto, vbi non esset aliquis mortuus. Sed in hoc fuit ratio diuersitatis ab alijs. Quia alię pęnę habent quantitatem, scilicet vt vni de ea magis aut minus quàm alteri dari queat: ista autem consistebat in indiuisibili, scilicet mors primogenitorum: quia aut totaliter primogenitus moreretur, aut nullo modo: quia ergo omnes aliquo modo peccauerant oportebat oĩbus hanc infligi punitionem. Sed rursus considerando non infligebatur pęna æqualis. Quia omnis pęna cum sit dolorosa, duo concernit. Primo dicit damnum aut lęsionem materialiter: secundo dicit quandam ex hoc innatam tristitiam vel dolorem formaliter, in qua verius consistit ratio pęnę. Et sic dicendum, quòd licèt pęna quantum ad suum materiale omnibus æqualis fuerit, qa materiale erat hic mors primogenitorum, qui omnibus Aegyptijs communis fuit: formaliter tamen quantum ad ipsum dolorẽ satis rationabile est, quòd non fuerit æqualis. Sed quòd Deus dederit quandam tolerantiã illis, qui minus peccauerant, vt minus torquerentur: vel eis dabat opinionem meliorem de hoc, scilicet vt minus malam illam mortem reputarent. Opinio autẽ in his omnibus non modicum operatur: hæc enim est, quæ diuitẽ aut inopem efficit, & non vis congestæ pecuniæ: hæc quietos aut inquietos reddit, & in cęteris vitæ generibus hoc idem potest, vt non iniuste dicat Boetius de consola. lib. 2. prosa 4. Nihil miserum, nisi cum putes. Et si forte hoc dare nolimus, sed vt omnibus sicut in re, ita in opinione æqualis dolor esset: dicendum erit quòd hi non æqualiter pro illo peccato puniti sunt: sed partem præteritorũ malorum hoc superabundanti supplicio luerunt. Et hoc satis est verisimile, quia Deus nõ semper pœnas, vt vitia distincta sunt, ita distinctas dat, sed nonnunquam quod quis in multo tempore peccauit simul luit: primus tamen dicendi modus mihi magis placet. Sed aliquis dicet: Deus de istis paruis non curat, an modicum magis, aut minus quisquam puniatur. Hoc tamen valde irrationabiliter dictum est. Nam Deus non iudicat vt homo. Iudices namq; nostri qui culparum quantitates ad liquidum nosse non possunt, nec pœnas æquales distribuere sciunt: ideo circa valde parua non curant. Deus autem culparum nouit quantitates: ideo confitendum est eum æqualiter pęnas distribuere, & diuersis secũdũ proportionẽ. Si enim detur quòd Deus de modicis non curet, dabitur quòd interdũ aliquem pęna merita non coerceat, quod forsitan minime quisquam adiudicaret: dabitur etiam quòd interdum aliqualiter plus debito puniret, vel quòd non omnibus æqualiter meritis ęqualia distribueret, quod valde dissonat iustitiæ iudicantis; maxime cùm Deus iudex iustissimus prædicetur: multa quoque alia intendenti incõuenientia apparebũt, quæ non modicum detrahunt bonitati diuinæ. Repugnat

In omnib⁹ plagis magis peccãtes graui⁹ afflictati sunt præterquam ĩ decima.

Deus qui culparum mensuram vsq; ad minimũ nouit ęqualiter singulis distribuit seruata proportione.

A & hoc testimonijs scripturæ: nam cũ Christus ęqualitatem Dei in iudicando describere vellet, posuit parabolam de patrefamilias, qui seruum non remittentem debitum sicut ei dimissum fuerat condemnans, mandauit poni in carcerem: decernens quòd inde non exiret, donec redderet vniuersum debitum vsq; ad nouissimum quadrantem. Et concludit ibi Christus, quòd Deus sic faciet non remittentibus, & cõsequẽter omnibus alijs peccantibus, vt patet Mat. 18. ca. Item cùm Christus redargueret humanam solertiam superabundantem circa inquisitionem eorum, quę ad vitam, & recedentem a Dei cogitatione dixit: Nõ esse tantũ curandum, cũ Deus curet de nobis, quia etiã de rebus paruis curat. Et cum ibi timorem discipulorum suorum tollere vellet, ait, & subiungit. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus non cadit sine patre vestro? Vos autem multis passeribus meliores estis, Matt. 6. Et conclusit alibi: Amen dico vobis quoniam omnes capilli capitis vestri numerati sunt; quasi dicat. Adhuc de capillis capitis vestri Deus magnã curã habet, vt patet Matth. 10. capit. Si ergo capillos Deus ita recipit, vt eos qui ita parue vtilitatis sunt ita computet, vt nec vnus ex eis cadat sine Dei consilio, & voluntate: & idẽ in passeribus medium assem valentibus dicatur: quanto mgis circa punitionum, & præmiorum distributiones curabit minimam, cum in hoc totus status hominum sit, scilicet in puniri qualiter debent, & præmia recipere, quæ merentur. Postremo quia si daretur, quòd Deus de minimis non curaret, daretur quòd illa minima ad regulam non reduceret, quia id qd̃ a Deo dirigitur, sub eius cura tenetur: hoc autem perfectioni diuinæ repugnat, & statui totius vniuersi, qd̃ Philosophi ordinatissimum esse testantur; vt patet 12. Met. in fine: quia tunc aliqua siue lege incertis casibus vagarentur soli temeritati relicta, quod nõ consentit generalis diuina prouidentia, & vniuersale dominium. Redeuntes ergo ad propositum, vnde disgressi sumus, sicut seruitores Pharaonis in secundo gradu culpę fuerunt, ita positus fuit eis secundus gradus punitionis; populus autem, qui conuersationis regię insolitus erat, atque per hoc minus peccabat, quia ei non ita consentiebat, nec suadendo familiariter regem a malo distrahere poterant, vltimum gradum, & minimum culpæ tenuit, atque ex hoc minimus ei punitionis gradus datus est. *Vt scias quòd non sit similis mei in terra.* Particula, vt, potest teneri dupliciter.

Deum de minimis curam habere.

Vno modo quòd teneatur pro, &, scilicet. *Et scies quòd non sit.* Et contra, idest ego infligã tibi has pęnas, & per hoc cognosces, quòd non sit aliquis similis mei. Bene dicebat, qa istę punitiones tãtę erant: & ita mirabiliter factę: ꝙ nullus eas, nisi oĩpotẽs facere potuisset. Alio modo potest teneri, vt prout dicit causam finalẽ sistam pęnam ego tibi infligo, vt cognoscas nullũ esse ęqualẽ mihi. Et tunc dicendũ est ꝙ particula, vt, non dicit causam finalẽ principalẽ, sed secũdariã. Nã Pharao, & populus su⁹ principaliter punitus fuit: quia grauiter delinquebat cõtra Hebręos dura seruitute pm̃ẽdo: & volentes redire in terram suã violenter detinendo. Secũdario aũt factum fuit, vt ipse Pharao, & populus eius cognoscerẽt diuinã potestatem: & ex hoc sequeretur laus, & honor Deo, scilicet cognosci ab illis, quibus ante fuerat incognitus, cũ dixerat Pharao. Quis est dñs, vt audiam vocem eius? Dominũ nescio, & Israel non dimittã. *In omni terra.* Idest nullus de regibus terræ sit ita potens, sicut ego. Dicebat. n. hoc ad deprimendũ superbiã regũ, qui Deos se credi, & nominari volebant, nec se Deo subiectos esse putabant, vt patet de Nabuchodonosor, qui mandauit se nominari Deum, & indixit ne aliquis prẽter eũ Deus vocaretur, vt patet Iudith in 1. cap. Sic etiã de Pharaone rege Aegipti, qui in tãtam

Quæst. 6.

Multi reges Dos se videri volebant.

elatus superbia dixit: Terram Aegypti, & fluuiũ suum esse ita quòd nullus alterius. Dixit etiã quòd ipse creauerat seipsum, vt patet Eze.29.c. vbi dicitur: Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, q̃ cubas in medio fluminum tuorũ: & dicis meus est fluuius, & ego feci memetipsum: idem dixit rex Tyri elatus diuitiis multis, vt patet Ezechi.28.c. vbi dicitur: Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in medio maris: non autem soli isti sed etiã multi de antiquis regibus hoc dixerunt: nam hoc tenuit

Alexander Macedo Deũ se coli voluit.

Alexander Macedo mandas se coli, vt Deũ: vnde quadam die quia magister suus Calistenes, & Philotas Parmenionis filius optimus vir in exercitu eius, quia eum solito more, vt Deum non salutauerunt, occidi mandauit, & fecit, vt ait Paulus Orosius libro 3. de Ormesta mundi: de morte Philotę, & accusatione, atque excusatione est diffusius Alexandre idis lib. 8. Dixit autem Deus quòd nullus erat ei æqualis in omni terra: & nõ solum in terra sed nec in cęlo: ipse tamen illud solum explicuit: quia de cęlo nullus antiquorum dubitabat, aut inquirebat: sed solum de regibus terræ saltẽ quantum ad simplices. *Nunc enim extendens manum meam.* Idest potentiam meam, facit metaphoram tanquam Deus vir pugnator aut iudex pęnarum distributor sit. *Percutiã te, & populum tuum.* Quia omnes peccabãt, omnes puniri debebant. *Peste.* Non potest ista pęna referri ad plagas iniectas, scilicet ad grãdinem, quia illa fuit ad mortem animalium, quæ erant in agris: nec de alia sequente, scilicet de vento vrente, quia hæc fuit ad læsionem frugum, & arborum: Nec de alia, scilicet de tenebris palpabilibus, quia nullus in his mortuus est: sed refertur ad vltimam plagam, scilicet mortẽ primogenitorũ, quæ fuit vere pestis a Deo immissa per Angelum percussorem, vt patet infra 12.cap. *Et peribitis de terra.* Scilicet tu & populus tuus. Hoc fuit per pestem

Deus malis nostris non indiget ad demonstrandam potẽtiam suam nos puniẽdo.

illam primogenitorum: qua magna pars Aegypti perijt: cùm non fuerit domus, in qua illa nocte non fuisset aliquis mortuus, vt patet infra 12. cap. Et per submersionẽ in mari rubro, vbi magnus valde Aegyptiorum exercitus, vt pote qui contra sexcenta milia Hebręorum dimicaturus erat, in abyssum mersus disperijt. *Peribis de terra.* Idest de superficie terræ, scilicet per mortem; homines namque quandiu viuũt super terram sunt: cùm autem moriuntur pereunt de terra, ga amplius apparere non permittuntur; quinimo vt aliis horrori, & fętori non sint, defossa humo conduntur. *Idcirco enim posui te, vt in te ostendam fortitudinem meam.*

In quo cognoscitur sapientia, & bonitas & liberalitas ac potẽtia misericordia & clementia Dei.

Non est putãdum quòd Deus aliquem peccare faciat, vt demonstret in eo magnitudinẽ potentiæ suæ, quia Deus neminem peccare facit. Item quia Deus non indiget malis nostris, vt puniendo nos, potentiam suam, & iustitiam ostendat: quia pluribus alijs modis hoc ostenderetur. Nam omnia diuina attributa perfectionem eius signant, quę nobis in via ex parte cognoscũtur sine pęnis inflictis satis demonstrari queunt. Nam sapientia eius patet in vniuersarum rerum admirabili dispositione, atque quotidiana gubernatione: Bonitas eius, & liberalitas in beneficiorum numerosa exhibitione: Potentia eius, in rerum admirandarum operatione, vt mortuos suscitando, & faciendo cętera in hunc modum. Misericordia in miserorum subuentione: Clementia in delictorum grata remissione: Iustitia in pręmiorum condigna retributione. Et sic patet discurrenti per cętera, quòd omnia sine pęnarum inflictione notificari queant.

Quæst.7.

Sed dicet aliquis: licèt Deus nullum peccare faciat, vt in eo fortitudinem suam ostendat, permittit tamẽ eum peccare ad notificandum hæc. Sed nec hoc potest stare, quia vt dictum fuit diffusius supra quarto capit. Deus continue gratiã ad bonum motricem nobis

F largitur: per hanc autem licèt formaliter boni non simus, quia nihil aliud est quàm quædam passiua incitatio ad bonum, quam Deus ex mera liberalitate sua facit, per hanc tamen, vt boni simus, inducimur, & quia sine Dei gratia mouente nullum bonum aut facere, aut velle possumus, vt patet Ioan. 15. cap. Sine me nihil potestis facere, idest sine gratia mea motrice, Deus hanc gratiam nulli denegat, quantumcũ

Gratia vo lũtatis motrix nemini quantũcunq; peccatori denegatur a Deo.

que peccatori, sed continuè pulsat, & ad pęnitentiam vocat, vt patet Apocalip.3.cap. scilicet. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, &

G aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et hoc verum est generaliter, nisi aliquis tanta aut talia commiserit, quæ secundum altissimum, & secretissimum Dei iudicium gehennam mereãtur: hunc autẽ vel non incitat, vel modicũ, ita quòd hæc incitatio illũ non trahat ad bonum. Hæc autem non appositio gratię pęnarum maxima est earũ, quas Deus in hoc sęculo tribuit: quia nihil differt aliquem non moueria Dei gratia adiutrice, vel aditudicari morti æternæ: cùm nunquam bonum faciet non motus: & sic damnabitur: licèt ista subtractio, vel vt verius dicam non appositio, arbitrij libertatem nullatenus tollit, aut diminuit, vt plenius declarauimus supra 4. cap. Nunquam ergo hanc pęnam Deus

Non appositio gratię maxima ẽ penarum, quæ ĩ hoc sęculo a Deo tribuiſoleat; quę arbitrij libertatẽ nõ tollit.

dabit, aut unquam dedit cuiquam nisi pro maximo delicto. Permittere ergo isto modo obstinari, vt Dei

H iustitia demonstretur totaliter irrationabile est, cùm semper talis pęna sequatur ad magnum peccatum. Magnam ergo iniustitiam Deus alicui facere videretur, si eum nihil mali meritum ad demonstrandam iustitiã suam priuaret generali beneficio, scilicet gratiæ motricis, & per hoc permitteret obstinari: quia hoc modicum differt ab eo, quod est Deum creare aliquã animam, & sine aliqua originali, aut actuali labe pęnis gehennalibus mancipare: quod nunquã eueniet. Sed in hoc distinguendum est, quia aliquando Deus gratiam non apponit, & permittit hominem labi, & si hoc ad tempus sit, & rursus per gratiam motricem ad meliora resurgat, malum non est valde. Sed aliquãdo valde prodest, quia plerunque is, qui stabat, ociositatis, & incuriæ lassitudini incumbebat. Et tunc dimit-

I tit eum Deus cadere, vt cautior resurgat, & a maiori lapsu diligenter custodiat. Sic enim Petrus totius Ecclesiæ futurus caput elabi permissus est, vt melior fieret. Licèt in hoc si proprius velimus loqui, etiam in bonis, & diligentibus Deum, quibus secũdum testimonium Apostoli ad Rom. 8. omnia cooperantur in bonum, quia secundum propositum vocati sunt sancti, nõ permittitur casus principaliter casus, vt boni sint, quia permissio casus pęna quædam est, quę sine culpa dari non debet, nec vnquam datur. Culpa autem in eis leuis est, scilicet quòd interdum de bono aliqualiter efferũtur, aut illud cum pauca diligentia custodiunt, quæ cuiusdam leuissimi vitij species sunt. In pęnam ergo harum permissio casus infligitur: sed secũdario Deus

K quo volente omnia cooperantur in bonũ vocatis sanctis, secundum firmum eius propositum facit, vt iste casus ad meliora resurgendi occasio sit. Si autem ista non appositio gratiæ fit ad semper, ita quòd Deus desistat alicui ex suis demeritis secundum altissimũ eius iudicium gratiã motricem tribuere, obstinatio sequitur in illo. Et hęc pęnarum maxima est, quę nunquam in prædestinatis cadit, quibus omnia cooperãtur in bonum. De vtraque aũt istarum omissionũ intelligi potest quod diximus supra 4. cap. sed magis permissioni perpetuę, vel ad semper conuenit. Concluditur ergo Deũ nec induxisse ad obstinationẽ ipsum Pharaonẽ, nec permisisse obstinari, vt in eo iustitiã, & fortitudinem suã puniendo mõstraret: Deus autem qui omniũ

poten-

potentissimus est, cui omnia etiam mala bona sunt: A men eius in multis terris: ita Deus Pharaonẽ sibi tandiu resistẽtem tam acriter puniuit, vt expletis in eo decem durissimis plagis, ad extremum eum cũ toto suo exercitu fluctibus rubri maris perdiderit: omnes gẽtes mundi rei magnitudine permotæ, & facti iustitia, Deũ auctorem, vel laudabant, vel admirandũ prædicabant. Et durauit memoria huius facti apud gentiles Deum non colentibus per multa tempora, vt patet 1. Regũ. cap.6. Vbi cum philistiin peterent consilium a sacerdotibus, quid de arcã Dei Israel facerent, sacerdotes responderunt: Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit Pharao, & Aegyptus cor suum? Nonne postquam percussus fuit dimisit eos, & abierunt? & sicut erat fama huius facti in hac prouincia post tanta tempora ita erat in alijs terris. *Adhuc retines populum meum?* B Interrogatiue legi debet, quasi dicat: cùm tantas pęnas lueris, quia nõ dimisisti populum meum rogatus totiens, quomodo adhuc retines? *Et non vis dimitere eum?* Idest etiam nunc dicis quòd non vis eum dimittere. *En pluam.* Ista plaga solo Deo operãte facta est nullo homine ministrante, sicut in quibusdam alijs. *Hac ipsa hora cras.* Ad exprimendam magnam certitudinem hoc dicitur, cùm non solum dies, sed etiam hora præfigitur. *Grandinem multam nimis.* Scilicet tantam quantam nunquam naturaliter euenire consueuit. *Qualis non fuit in Aegypto a die, in quo fundata est.* Hoc ponitur ad mõstrandum miraculi magnitudinem: quia ponitur aliquid insolitum, quod a seculis factum non

C fuit. Et hoc magis mirabile erat in Aegypto, quàm in quibusdam alijs terris, maximè in illis, q̃ sunt a principio quarti climatis versus septimum. Nam in Aegypto cum sit terra multum australis, rarissime pluit & vix, aut nunquam ningit, vel venit grando, & difficilius adhuc est venire grandinem quàm ningere: quia grando ex maiori atque intenso frigore causatur: fit autem hoc propter caliditatem regionis: quia Aegytus partim in tertio climate, & partim in secundo est. Et hoc patet Deutero. 11.cap. vbi cùm Deus hortaretur Hebræos ad custodiam præceptorum denuncians eis qualitatẽ terrę, quam sortituri erant, scilicet quòd indigebant pluuia, dixit: Terra illa non est sicut Aegyptus, in qua iacto semine in hortorum morẽ aqua

Mirabile erat in Aegypto maximè ĩ partę illa quæ declinat ad meridiẽ fieri pluuiã, & grandinem.

D ducitur irrigua: sed terra vestra est expectans pluuiam de cęlo. In quo innuit quòd terra Aegypti non expectabat aquam de cęlo: quasi dicat, quia rarissime ibi pluit. Quòd ergo est in Aegypto, idem est & a fortiori procedendo ab Aegypto versus meridiẽ ad lineam æquinoctialem per transuersum, secundi, & primi climatis, & vltra spacia climatum ad terram, vbi sunt viuæ arenę. Erat ergo satis mirabile in Aegypto fieri grandinem, quæ tarissime, & ex aliqua forti temporũ intemperie euenire solet, maxime in tanta quantitate, & multitudine, quia dicitur, multa nimis. Et dicitur. *Qualis non fuit in Aegypto.* Et hoc satis conuenit, quia ea quę temporibus pręteritis acciderant in Aegypto, naturaliter euenerant: ea verò, quę nunc Deus

E facturus erat, supernaturaliter causabantur. Oportebat ergo esse differẽtiam quantitatis notabilis, & multitudinis in his operibus. *A die quo fundata est vsq; in præsens tempus.* Idest a die, quo incepit habitari: quoniam fundatio pertinet ad Deum, & fuit hoc quando ipse dedit locũ, & situm terris, scilicet quòd super maria fundauit eas: vt patet Psalm. 23. Vtrunque autem verum est: quia si accipiatur fundari, idest habitari, Aegyptus fundata fuit, idest habitata primùm a Mesrain filio secundo Cham, & nepote Noe, vt declarauimus Gen. 10. ca. Nunc ergo sicut verum est, quòd non fuit in Aegypto tanta grando, quanta facta fuit nunc a tempore, quo habitauit in terra illa Mesrain populans eam nouiter, quia de hoc

Aegyptus habitari & populari cepit mesrayu secũdo filio Cham, & nepote Noe.

Deus ex qualibet culpa bonũ aliqd elicit.

Ideo aduerbium quid dicat.

Circa auctoritates quæ in cortice literæ videtur arbitrij libertatẽ tollere, vel Deũ iniustũ facere caute valde procedẽdũ est de quo vide Latius per dominum Abulen. Iosue 11.cap.

Quæst.8.

Sicut quando aliquis iudex facit aliquam punitionẽ terribilem de aliquo multum peccante, laudatur no-

possent homines recordari ex memoria paucarum generationum precedentium: Ita verum est quòd ex die quo Deus fundauit eam, non factum fuit huic simile quicquã. De hoc autem patet: nam a tempore, quo habitari cepit non fluxerant anni octingenti: qd patet: quia a cessatione diluuij vsque natiuitatẽ Abrahæ fuerunt anni trecenti & duo, vt probauimus Gen. 11. ca. Deindeque ad natiuitatem Isaac fluxerũt anni cẽtũ, quia Abraham genuit Isaac anno centesimo vitæ suę, vt patet Gen. 17. & 21. c. qui additi ad priores faciẽt quadringentos, & duos annos. Deinde a natiuitate Isaac, in quo cepit semen Abrahæ peregrinari vsq; ad annũ exitus de Aegypto, qui fuit iste in quo mirabilia facta sunt, transierunt alij quadringenti, & quinque anni, vt probauimus Gene. 15. capit. qui coniuncti ad superiores faciẽt annos 807. ab istis autem dematur tẽpus qd fluxit inter cessationem diluuij, & tempus, quo Mesrain incepit habitare in Aegypto, qui sunt anni centũ, vel paulo plures, vt patet ex computatione facta Gen. 11. cap. quia populatio diuersarum terrarum facta fuit post diuisionem linguę in Babilonica ædificatione; qd apparet ex diuersitate linguarum cuiuslibet gentis diuersarum terrarum: nam si antequam diuisę essent linguæ, Gentes ad populandum diuersas terras processissent, maneret in illis terris vnitas idiomatis, sub quo habitari incepit: sed facta diuisione linguarum in ędificatione illa, dicitur in tex. Gen. 11. quòd Deus sic dimisit eos, idest dispersit in varias terras: quia in linguis diuersi erant: ista autem diuisio linguarum facta fuit tempore Phaleg filij Heber, qui natus fuit. 101. anno post diluuium, vt patet computando annos generationis a tempore quo inceperunt gignere filij Noè, scilicet duobus annis post diluuium, sicut nos computauimus Gen. 11. cap. Auferantur ergo isti centum anni, qui fluxerunt ab exitu de arca vsque ad tempus quo facta est linguarum confusio, & iuit Mesrain ad populandum Aegyptum, manebũt anni 707. vel quasi, ex quo condita fuit Aegyptus, idest incepit habitari vsq; ad tempus, quo ista mirabilia fiebant per Moysen. Vera est litera in alio sensu, scilicet quòd sicut a tempore quo habitari cepit Aegyptus per Mesrain non fuit talis grando, ita nec a tẽpore, quo fundata est Aegyptus, scilicet per Deũ producentẽ terras, & firmantem eas. Quod in secundo die fuit, vt declarauimus Gen. 1. c. Nã in tota prima ætate, quæ sola fluxerat ab orbe condito, vsque ad diluuium maior temporis temperies fuit, q̃ postea vnquam contigerit ex optimo aspectu cęli, vt declarauimus latius Gen. 5. cap. in tantum quòd Poetæ dixerunt illã ætatem fuisse tẽpus vernum totaliter, vt ait Ouidius Metamor. lib. 1. in descriptione primæ ætatis sic inquiens.

Ver erat æternum, placidiq; tepentibus euris,
Mulcebant Zepheri natos sine semine flores.

Et deinde cum describeret secundam ætatem declinãtem ab illa temperie dixit, quòd illud ver perpetuũ fuerat diuisum in quatuor tempora anni cum inquit.

Iupiter antiquę contraxit tempora Veris.
Perque hyems æstusq;, & inæquales autumnos.
Et breue ver spacijs exegit quatuor annum.

Declarant etiam magis immediate quod volum⁹, scilicet, q̃ in tota illa prima ętate nec fuerit magn⁹ calor nec nimiũ frigus, nec gelu, aut glacies, nix, aut grando, nec domorum necessitas inquiens.

Tunc primum siccis aer feruoribus vstus
Canduit, & ventis glacies astricta pependit.
Tunc primum subiere domos: domus atrita fuere,
Et densi frutices, & iunctæ cortice virgæ.

Non potuit ergo tempore primæ ætatis tanta grado esse in Aegypto, quãta fuit in ista plaga; immo nõ fuit aliqua grando, vt aliqui volunt: sed falsum est, vt infra patet. *Mitte ergo iam nunc.* Scilicet ad agros. *Et congrega iumenta.* Scilicet quę sunt ad humanum adiutorium in subuehendis oneribus, vt equi, muli, & asini, boues, atque cameli. *Et omnia quæ habes in agro.* Scilicet omnia pecora, quia aliquas oues habebant Aegyptij, vt patet in principio huius cap. & Gen. 47. licèt vade paucæ essent. Fuit autem istud consilium datũ nõ solum Pharaoni, sed etiam omnibus Aegyptijs, qui hoc audire poterãt: sic patet ex eo quod infra ponit. s. *Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta sua in domos: qui autem neglexit sermonem domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris.* Admiranda enim Dei pietas, & nullis vnquam vocibus quantumcunq; laudantibus explicãda, & verè miserationes eius super oĩa opera eius: quia hostem qui ei inobedientissimus totius orbis fuerat, cũ punire voluisset, salubriter admonuit, & qualiter meritam plagã euadere posset, consuluit. Verè ergo iste est Deus, qui de thesauris misericordiæ suæ per media viscera charitatis nos miseros, atq; indignos videre solem, tantis beneficijs, & tam tenerrime fouet, & impẽ fiori cura custodit, vt sine eius consilio capillus vnus de capite nostro non cadat, aut minimus pulex saltem paruo morsu quietem nostram disturbet. *Homines, & iumenta.* Ex hoc apparet quòd in illa grandine multi homines perierunt, quia aliqui negligentes cõsilium domini manserunt, & grando cadens irruit in eos, atque deleuit. *Et vniuersa, quæ inuenta fuerint foris.* Scilicet pecora, vel quęcunque alia animalia. *Nec congregata de agris.* Eiusdem sententiæ replicatio est ex super abundanti modo loquendi. *Ceciderit que super ea grando morientur.* Ex hoc patet quòd plurimæ aues in Aegypto mortuæ sunt: quia illæ quæ in agis discurrunt, & per aera volant, nec solent nisi raro domos, vrbanaq; præsidia ingredi, mortuæ fuerunt necessario cadente grandine super eas. Et sic fit multotiens temporibus nostris, vt cùm magna grando ceciderit, colũbę, & aliæ aues, atque lepores mortui inueniantur. *Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis.* Aliqui erant de seruis Pharaonis, qui modicum in hoc peccauerant, & his dedit Deus, vt timerent eum, & audirent salubre consiliũ eius. *Fecit confugere seruos suos.* Scilicet pastores. *Et iumenta.* Scilicet iumenta, & pecora. *In domos.* Vt ibidem tuta manerent. *Qui autem neglexit de seruis Pharaonis.* Sicut Pharao obstinatus erat, ita quòd sępius percussus non castigaretur: ita erant multi de seruis eius repugnantes mandatis Dei plagis non correcti, sed peiores effecti, qui adhuc non credebant verbis domini: licèt veritatem eorum sæpe in se experirẽtur. *Dimisit seruos suos, & iumenta in agis.* Tanquam nullam plagam timeret euenturam. Ista, quæ hic ponuntur de seruis Pharaonis audientibus verbum Dei, vel renuentibus per anticipationem dicuntur: quia illa facta sunt postquam Moyses denunciauit Pharaoni futuram plagam, nunc autem nondum annũciauerat: sed ponuntur hic verba, quibus Deus instruebat Moysen, vt loqueretur coram Pharaone. *Et dixit Dominus ad Moysen.* Non fuit ista alia locutio aut apparitio ab ea, qua denunciauit quid facere debebat, hic autem cõtinuato sermone Dei ad eum ponitur qualiter hoc facere debebat: ideo ponitur.

Et dixit dominus ad Moysen: Extẽde manum tuam in cęlum, vt fiat grando in vniuersa terra Aegypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in terra

Dei miseratio, & pietas erga homines.

Multę aues in Aegypto mortuę sunt cadente grãdine super eas.

Septima plaga grãdinis. Psal. 77. Psal. 104.

terra Aegypti. Extenditque Moyses virgam in cęlum, & dominus dedit tonitrua, & grãdinem, ac discurentia fulgura super terram. Pluitque dominus grandinem super terram Aegypti, & grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Tantęque fuit magnitudinis, quãta ante nunquam apparuit in vniuersa terra Aegypti, ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta quę fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum: cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. Tantum in terram Gessen, vbi erant filij Israel, grando non cecidit. Misitq; Pharao, & vocauit Moysen & Aaron dicens ad eos: Peccaui etiam nunc: dñs iustus, & ego, & populus meus impij. Orate dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando, vt dimittã vos, & nequaquam hic vltra maneatis. Ait Moyses: Cum egressus fuero de vrbe, extẽdam palmas meas ad dominum, & cessabũt tonitrua, & grando non erit, vt scias quia domini est terra. Noui autem, quòd & tu, & serui tui necdum timeatis dominum deum. Linum ergo, & ordeum lęsum est, eo quòd hordeum esset virẽs, & linum iam folliculos germinaret. Triticum autem, & far non sũt lęsa, quia serotina erant. Egressusque Moyses a Pharaone ex vrbe tetendit manus ad dominum, & cessauerunt tonitrua, & grando, nec vltra stillauit pluuia super terram. Vides autem Pharao quòd cessasset pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum, & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius, & induratum nimis: nec dimisit Israel, sicut præceperat dominus per manum Moysi.

1. q. 1. cap. Ecclesia. § item peccato Aegyptiorum.

Et dixit dominus. Tãquam alia noua narratio incipiat *Extende manum tuam in cælum.* Idest cõtra cęlũ, nõ quòd illa manus extẽsio aliquid operaret, sed vt esset signũ, quòd ad voluntatẽ Dei mandante Moyse ista grando eueniret. *Vt fiat grando in vniuersa terra Aegypti.* Idest q̃ mox, vt tu manũ in cęlũ extuleris, grando veniet, quæ esset cõis toti terræ Aegypti. *Super homines, & super iumenta.* Idest ad occidendũ hoĩes, & iumenta quotquot in agris reperirentur. *Et super omnẽ herbam agri.* Scilicet super herbas, quę spõte nascuntur, & super eas, quæ seminantur, & extabãt tunc tẽporis natę, & sup arbores: quia vt inf. dicitur linũ, & ordeum lęsum est, eo q̃ ordeũ esset virens, & linũ iam foliculos germinasset: triticum aũt, & far non sunt lęsa, quia serotina erant. *Extenditq; Moyses virgam in cęlũ.* Supra mãdauerat ei Deus manũ extendere, ipse aũt virgã porrexit: nec tamẽ contra formã mandati egit, quia extẽdendo virgam extẽdebat manũ. *Et dominus dedit tonitrua & grãdinẽ.* Deus.n. ista fecit per Angelos suos: nam ordo summus est in hie arrarchiis, & ordinibus Angelorum, vt quidã ordines ad faciendũ miracula, & quędã magnalia sint, vt virtutes & potestates, & principatus. Existente ergo tali ordine Deus nunquã illũ mutat: quia valde superfluũ esset mutare eũ sine necessitate: cũ videamus in his naturalibus nunquã mutari cõsuetũ modũ, nec sine magna necessitate, aut vtilitate in operatione miraculorũ ad fidei robur, vt patet Mar. vlt. capi. Tunc.n. vt ait Greg. natura cedit miraculo, & virt⁹ supra cõsuetudinẽ operatur. Sicut.n. Deus se habet ad hũc ordinẽ creaturarũ corporearum, ita se habet ad ordinẽ creaturarum spiritualium. s. Angelorum: sicut ergo q̃cunq; in his corporalibus fiunt ab agẽti naturali, Deus p ipsum agens naturale agere dr, quia virtutẽ agẽdi, & cõtinuã influẽtiã administrat: ita q̃cquid Angeli, & cęteri spũs hierarchici operãtur, Deus p eos dr operari. Sicut ergo ĩ his inferiorib⁹ rarissime mutat ordo sine necessitate, aut magna vtilitate in his, quę natura agere nõ sufficit: ita erit in supeririobus, q̃ nunquã mutabitur ille ordo. s, vt Deus agat sine ministro. Et licèt in isto ordine corporalis creaturæ raro mutatur ordo naturę, aliquando tamen ad nostrã eruditionem mutatur, vt in operatione miraculosa, ex qua fides exordiale fulcimentum accepit. In ordine autẽ Angelico rarius, vel nunquã mutari cõsuetum morẽ credẽdum est, quia nõ subsistit eadẽ ratio: nã in mutatione ordinis creaturę corporeę instruimur, quia illum cernimus: mutationẽ autẽ ordinis creaturæ spiritualis fieri, quia a nobis cõspici nõ valet, inutile esset. Tenẽdum ergo pro regula quòd quãdocunq; in scriptura sacra Deus aliq̃d egisse narratur, nunquã illud p se ipsum sine ministro egit: non quòd ipse in faciendo laboret, sed quia dignitatẽ eius sic decet: cũ habeat tantã copiã ministrorũ. Nã vt dicit Dani. c. 7. Milia miliũ ministrabant ei, & decies cẽtena milia assistebãt ei. Et hoc verum est, nisi id qd faciẽdũ est, potẽtiã creatæ substantię excedat, quia tũc Deⁿ se solo operatur: vt patet ĩ productione rerũ s̃m suas formas, & in creatione materię, & alijs, de q̃bus Gen. 1. c. sic etiã in generatione formarũ substantialiũ sine aliqua materię primæ dispositione, & in suscitando mortuos, & cęteris in hũc modũ, quæ Deus nulli creaturę faciendã communicauit. *Tonitrua, & grãdinem.* Causabãtur autẽ tonitrua ex illisione: & erant magna valde ad terrendum Aegyptios peccatores. *Ac discurentia fulgura super terram.* Multa enim tunc fulgura ceciderunt: & forte super ciuitates, & aliqua ædificia, vt assolet flammis lucentibus, ista nimio impetu diruerunt. *Pluit Dominus grandinem.* Quia grando illa ad modum pluuię cadebat, scilicet vt ita spissi, & frequentes lapides grandinis ęaderent, vt consueuerunt guttæ pluuiæ distillare. Nec propter hoc tamen credendum est illam grandinem pluuiæ mixtã decidisse, sed potius oppositum. Nã grãdo si pluuię mixta cadat, tenerior, & facilius solubilior, ac per hoc minus nocens est. Tunc autem Deus valde nocere volebat, qualiter nunquam in Aegypto grãdo aliqua uocuisset. *Grando, & ignis.* Idest fulgura ignita, atque flammantia. *Mixta pariter ferebantur.* Quia simul cadebant. Grando enim sua duritie, & pondere fortes faciens ictus, quę obuia habebat cõterebat, maximè quę aliqualiter tenera erant, vt animalia, & germinãtia. Fulgura autem quæ trifida secundũ Ouidiũ Metha, lib. 2, vocantur, & secundũ Isido. Etimo. ca. 9, lib. 13. propter tres proprietates. s. q̃a lucẽt, cõburunt, diuidunq;, vel diruunt. Dupliciter nocebãt. s. quę dura erãt frãgẽdo; & quæ cõbustibilia cõburendo, vel liquabilia liquefaciẽdo: isti.n. sunt effectus eius, vt ait Philosophus 2. Meteor. c. 9. *Tantęq; fuit magnitudinis.* s. quilibet lapis grandinis, quantæ autem nunquam apparuit in vniuersa terra Aegypti. Ex hoc loco falli illos constant, qui simpliciter asserũt nũquam fuisse grandinem, aut niuẽ, aut pluuiam,

Quæst. 9.

Fulgura tres habẽt proprietates.

Falluntur dicẽtes nũquam pluuiam niuẽ aut grandinem in Aegypto fuisse.

pluuiam, vel huiusmodi meteorologica in Aegypto. Quia aliàs non fieret hic comparatio huius grandinis ad alias, si nunquàm fuissent, quia comparatio inter non entia ridicula atq; superuacua est: etiam quia tũc non fuisset miraculum in quantitate grandinis, sed solum quia nunquam alię grandines fuissent. Dicendũ ergo quòd grandines, aut niues aliquando in Aegypto factæ sunt: sed ita rarissimę sunt, quòd pro nihilo computari possent: aut ex modo loquendi dici nunquam fuisse. *Ex quo gens illa condita est.* Idest ex quo cępit aliquis in Aegypto habitare. Et secundum istum modum ista litera, & superior, quæ huic similis est, magis referuntur ad principium habitationis terræ illius per Mesrain: quàm ad principium fundationis per Deum in creatione rerum. Ista plaga cadens omnes segetes virentes destruxit, & arbores germinantes, redigens segetes ad siccam confractamque stipulam, vt correspondeat afflictioni, quàm Hebræis Aegyptij intulerunt, cogentes eos stipulas colligere per vniuersam Aegyptum, laterum numerum non minuentes, vt patet supra quinto cap. *Et percussit grando in omni terra Aegypti.* Non solum grando percussit, sed etiam fulgura, sit tamen de grandine specialiter mentio, qa fulgura non erant ita spissa, atque frequentia sicut lapides grandinis. *Cuncta quę fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum.* Sic enim prenunciatum fuerat supra, quòd omnia, quæ non colligerentur in domos, & caderet grando super ea morerentur, siue homines, siue iumenta: & ponitur hic percutere, idest occidere, quia iste est mos sacræ scripturæ: vt patet in libris, vbicunque agatur de bellis. Sic enim dicitur infra 12. cap. Percussit dominus omne primogenitũ in terra Aegypti, idest occidit: vt patet in litera ibidem. *Cunctamque herbã agri.* Quia illa tenera erat, cum esset tempus primitiorum, vt patet infra. *Percussit grando.* Idest destruxit non enim potest hic accipi percuti, i. occidi, quia occisio solũ est ad animalia. *Et omne lignum regionis confregit.* Quia arbores tũc germinauerant emitentes foliculos, ideo ex teneritudine confractę sunt. Tantum, idest solum. *In terra Gessen, in qua erant filij Israel, grando non cecidit.* Et hoc rursus miraculum grande erat, scilicet quòd fieret diuisio inter populum Pharaonis, & populũ Dei, vt dictum fuit in principio huius capi. Sed non est putandum quòd in terra Gessen nulla caderet grando, quia tunc euaderent impuniti Aegyptij illi, qui morabãtur cum Hebreis, qui forte magis quàm ceteri Aegyptiorum populi peccabant, cùm viderent Hebræorum afflictionem, & nõ misererentur eorũ. Sed sicut in ceteris plagis dicebamus dicendum est hic, scilicet quòd iumenta, & pecora Aegyptiorum, quæ erant in agris, & ipsę eorum segetes consumptæ sunt: iumenta autem Hebreorum, & pecora non perierunt: vel quia eà in domos recollegerunt, vel quia eà in agris manentia lapides grandinis, & fulgura non tangebant. Idem de segetibus, & agris Iudeorum dicendum, quòd nullo modo lesi sunt. Licèt in hoc nihil differret, quia Hebrai non erant vltra collecturi segetes in Aegypto, vel agros possessuri, cũ post paucos dies exituri essent de terra illa, scilicet ante vnum mensem, noluit tamen Deus lædere, ne Aegyptij ex hoc gauderent videntes punitionem saltem quantum ad aliquid esse communem: & Hebrai valde ex hoc afflictarentur, & penè desperarent putantes Deum iam sibi aduersum esse. *Misit Pharao, & vocauit.* Hic ponitur tertium, scilicet inflictæ plagę ablatio. *Vocauit Aaron, & Moysen.* Videbat Pharao cũctam Aegyptum fulminibus, atque grandinibus deperire, contritus ergo finem omnibus putans breuiter esse affuturum, si malum illud paulo vltius tenderetur, vocauit auxiliatores, scilicet Moysen & Aaron, qui has plagas infligebant, vt eisdem oran-

Quomodo plaga grandinis correspondeat afflictioni ab Aegyptijs Hebręis illatę.

F tibus Deus placatus pęnam relaxaret. *Peccauimus nunc.* Idest licèt ante peccauimus, tamen peccatum nostrũ, quod nunc egimus grauius, cæteris fuit.

An vere Pharao cõtereretur de malo, quòd agebat Hebræis, vel fingebat hoc, vt relaxaretur ei pœna.

Sed quæres nunquid Pharao verè conterebatur, an fingebat hoc, vt relaxaretur ei plaga? Dicendũ quòd Pharao licèt non conteretur meritorie, ita quòd contritio illa esset charitate informata, pęnitebat tamen ex timore, scilicet quòd Pharao vere dolebat: non quidẽ quia mala, quę fecerat, erant diuinæ maiestatis offensiua: sed quia timebat propter mala præterita sibi infligi durã punitionem: & sic voluisset Pharao nõ egisse mala, quę egerat; nihil tamen in hac volitione merebatur, quia non insurgebat ex radice diuini amoris, à qua opus redditur bonum atque meritorium. Non tamen est dicendum quòd Pharao fingeret se dolere, vt pęna relaxaretur, vt probauimus supra in isto cap. quia tunc non diceretur Pharaonis cor indurari, cùm semper eandem teneret intentionem. *Dominus iustus.* Idest Deus vere qui has plagas mihi inflixit iuste infligit, cũ ego promerear. *Ego & populus meus impij.* Idest iniusti, & mali, quia ego malum facio, & populus meus cõsentit, vel instigat, vel saltem non repugnat. *Orate dominũ, vt desinant tonitrua Dei.* In hoc Pharao cogebatur rectã existimationem de Dei operatione habere, quia vexatione saltem dante intellectum intelligebat Deũ hæc operari, & credebat eum solum posse amouere: & H quia sciebat se indignum esse, qui rogaret, Moysen & Aaron Dei ministros, vt per se precarentur orabat. *Vt desinant tonitrua.* Illa enim tonitrua terribilia erant, mentes malorum sibi conscias ad timorem mortis stimulantia, vt magis tonitrua timerent, quàm de damno rerum perditarum per grandinem dolerent. Commouebant eos etiam frequentia fulgura, quæ videbãtur lucentissimis flammis discurrentia: nam illa subitò, si deus in Aegyptios dirigere ea vellet, totam Aegyptũ cum incolis consumptura esse videbantur. *Tonitrua Dei.* Idest a Deo inflicta, in hoc autem certus erat, quòd magicis artibus non fiebant sed a Deo solo, quia sui malefici, & sapientes nihil horum agere iam valebant. *Et grando.* Hanc secundo loco posuit, quia vt I dictum est magis sibi ipsis a tonitruis, & fulminibus timebant, quàm propter grandinem de rerũm amissione dolerent. Sed rursus si grando non cessaret, ciuitates grandibus cooperiendæ erant: & sic Aegyptij viuentes magnis grandinum mollibus sepellirentur. *Vt dimittam vos.* Scilicet ire ad sacrificandum in solitudine sicut petitis itinere dierum triium. *Et nequaquam hic vltra manebitis.* Aliqui Hebræi volunt, quòd per hoc Pharao intendebat eis dare licentiam recedendi totaliter de Aegypto: quia dicitur: *Nequaquam vltra manebitis.* Sed falsum est, quia Pharao solum concedebat ea, quæ petebant Hebrai: sed vt supra patet ex cap. 3. vsq; huc nunquam Moyses petijt, quòd Pharao dimitteret Hebræos recedere totaliter de terra sua, ergo Pharao K non intendebat eis concedere hic talem licẽtiam. Cũ ergo dicitur: nequaquam hic vltra maneatis, intelligitur quod facerent cessare grandinem, & tonitrua, & immediate dimitteret eos ire ad sacrificandum, & nequaquã detineret saltem modicũ spaciũ, sicut detinuerat alijs vicibus, cùm promiserat. *Ait Moyses.* Consentiens eius conditioni: Cùm egressus fuero de vrbe, in hoc apparet quod dicebamus supra quinto ca. scilicet quòd Moyses extra ciuitatẽ habebat aliquẽ locum, in quo cum Deo loquebatur sequestratus ab humana cõuersatione. In ciuitate autẽ fortè non erat locus ita secretus, in quo Moyses loq posset cũ Deo nemine videãte. Et licèt Moyses egerat, vt venirent tonitrua, & grãdines, tamen eo eũte extra ciuitatem, vel ad aliũ locũ, quo

Quæst. 10.

Pharao nõ meritorie pęnitebat sed tãtum timore inflictę sibi plagæ aut inferendę.

quo vellet eum grandines non percutiebant. *Extendã palmas meas ad dominum.* Iste erat modus orandi, scilicet manus extendere implorando Dei misericordiam. *Et cessabunt tonitrua.* In hoc Moyses certe promittebat ea, quæ ad Deum expectabant, scilicet quòd cessaret ista plaga, quæ a Deo infligebatur. Et nõ erat in hoc Moyses indiscretus, quia Deus commiserat ei totum istud negocium, & facere, & promittere quicquid vellet, iõ promittebat tanquam de suo. *& grando non erit.* Idest cessabit cadere: quia ex quo grando cadere inceperat nunquam cessauit vsquequo Moyses orauit Deum, vt cessaret. *Vt scias, quia domini est terra.* Idest ista fient, vt tu cognoscas quòd tota terra pendet ad Dei voluntatem: & quicquid voluerit de illa facere faciet. *Noui autem quòd tu, & serui tui necdum timeatis deum.* Quasi dicat B ego volo rogare Deũ vt tollat a te, & à populo tuo plagam istam, vt sic cognoscatis Deum: quia ego noui, quòd vsque huc nondũ timeatis Deum: ideo oportet vt aliqua miracula adhuc vobis demõstrtẽur, per quæ timeatis Deum. Iste timor potest intelligi de filiali, & etiam de seruili; de filiali autẽ satis notũ est, quia Pharao, & serui eius, nec tunc, nec ante timebant Deum timore filiali, scilicet quòd nolẽt mala facere. f. vt non offenderent Deũ: quẽadmodũ filius bon' se habet ad patrẽ. Et timore seruili eũ non perfectè timebãt, quia licèt aliquãdo dũ pęna actualiter infligeretur, timerẽt eũ tanquã potentẽ eis malefacere: tamen recedẽte pęna nullo modo timebant: immo nec cũ pęnam ipse Moyses eis ex mandato Dei cõminaretur, vt patet sup. quia dicente eo, vt reducerentur iumenta in domũ, ne cõsumerentur grandine, multi de seruis Pharaonis cõtempserunt verbũ domini: & nõ reduxerunt pastores, nec iumenta. Bene ergo nouerat Moyses ex his, quòd nec Pharao nec serui eius adhuc timerent dominũ aliquo timore. Augustinus aũt in quæstionibus sup Exodum, dicit quòd Moyses hic petebat a Pharaone timorem pietatis, quem nõdum habebat, & idem dicit Rabanus. *Linum ergo, & ordeum.* Ista est recapitulatio superiorũ: quia dictũ fuerat de grandine, & fulguribus, hic ponitur quãtum damnum ista intulerint, & in quibus rebus. Dicitur ergo quòd linum. i. illud, ex quo cordæ, & fila fiũt, quod inter herbas temporaneas cõputatur, *Læsum est:* quia iam natũ fuerat, *Et ordeum:* est. n. ordeũ pabulum iumentorũ, quã nos improprio nomine ano nam vocamus, & est valde temporaneum: *Eo quòd ordeum esset virẽs.* Idest quia iam ordeũ nasci inceperat, & erat valde tenerũ. Hoc fuit in mense Februarij, in quo in terra Aegypti quæ est temperata, ordeum natũ est, triticum aũt nondum. *Et linum iam foliculos germinasset.* Idest herba illa, quę vocatur linũ, ex qua fiunt cordę, iã emiserat foliculos, quòd est in exordio natiuitatis suæ. *Triticum autem, & far non sunt læsa.* Triticum cibus hominum proprius est, & valde consonus eorum cõplexioni: far dicitur quædam species tritici habens granum grossius tritico. Aliqui autem far speltam vocãt. Ponuntur autem hic tria, quę nõ sunt lęsa, scilicet quæ in domibus manebãt: quia principaliter pestis ista fuit E in agris: quia grando existentibus intra domorũ tecta nihil nocebat, fulgura tamen forte aliquid nocuerunt ędificia diruendo, & domos conflagrando, atque diuidendo. Secundum quod seruatum fuit est id, quod serotinum erat: quia nõdum natum erat: sed latebat sub terra sicut triticũ, & far, de quibus dicitur, quòd erant serotina: quia in qualibẽt regione tardius seruntur, & serius nascuntur: quia alterius complexionis quàm ordeum fuit. Tertium quod euasit est, qã durum erat: quia grando illud conterere non valebat, licèt fulgura talia dura corriperent. *Egressusque Moyses a Pharaone.* Idest a domo Pharaonis: quia ibi orare non decebat ex causis supra assignatis in isto cap. 8. *Ex vrbe.*

Timor duplex. f. filialis, & serui lis.

Pharao, & serui eius non timebant Deũ timore filiali nec ẽt seruili perfecte.

A Non solum Moyses exiuit a domo Pharaonis: sed ẽt exiuit ab vrbe, quia etiam in vrbe ei locus tutus non erat, & ab hominum cõmunicatione semotus. *Extendit manus ad dominum.* Iste erat modus orandi tã apud Hebræos, quàm apud gentiles, cùm iste modus proprie congruet ad implorandam pietatem, vt patet aliquando in Poetis. Sic dicit Apostolus: Viri orent ad Deum tendentes puras manus, vt patet. *Cessauerunt tonitrua, & grando.* Orante Moyse: quia sic promiserat Deus, cum dedit ei potestatem super Pharaonem, vt faceret de eo quicquid vellet, tanquam Deum eius, vt patet supra septimo capit. scilicet. Ecce constitui te Deum Pharaonis. *Nec vltra stillauit pluuia super terram.* Non intelligas quòd plueret cum grandinibus: quia B vt supra diximus grandines sola cadebant. Nec valet si arguas: quia dicitur non stillauit pluuia: quia pluuia non solum competit imbribus, sed etiam omnibus, quę de aeris regione minutatim cadunt, vt nix, & grando, & ros, & pruina: sic dicitur supra. Pluuit dominus grandinem super terram Aegypti, grando tamẽ non erat pluuia; ideo est sensus. *Nec vltra stillauit pluuia.* Idest postquam Moyses orauit, non cecidit aliqua gutta grandinis sicut ante cecidit. Posset tamen dici, & fatis vere, quòd pluuia mixta erat: sed magnitudo lapidum grandinis tanta erat, quòd guttę aquę modicum de eius duritie adimebãt. *Videns autem Pharao quòd cessasset pluuia, & grando, & tonitrua.* Ex hoc patet quòd non solum erat grando, & tonitrua, sed etiam pluuia: licèt C superius bene arguitum sit. Potest autem ad illud dici, quòd licèt grandines fortiores sint, quãdo sine pluuia magis quàm si cum pluuia mittantur, tamen magnitudo grandinis supplebat, qd pluuię mollicies relaxabat. *Auxit peccatum.* Scilicet nolendo dimittere populum Hebræorum: augebatur autem peccatum, quia ante in repugnando Deo totiens peccauerat, nunc autem cùm Deus exoratus fuisset a Moyse pro eo, & relaxasset plagam, ipse autem non relaxasset Hebræos, valde peccabat. *Et ingrauatum est cor eius.* Scilicet quia ante cum timeret, fuit mollificatus, vt dimitteret Israelitas. Sed postquam cessauit pęna, redijt pristina durities. Non solũ indurabatur cor Pharaonis: sed etiam seruorum suorum, non omnium quidem, sed quorundam: nam alteri timebant Deum, & attendebant verba eius, vt patet supra cum dicitur. Qui timuit verbum domini de D seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumẽta in domos. Qui autem neglexit sermonem domini dimisit seruos suos, & iumenta in agris. *Et induratũ nimis.* Scilicet magis quàm alijs vicibus, quia cùm cor durum dicatur, quod bene persuadenti nõ obedit, quãto aliquis magis bene persuadenti non obedit, magis induratus erit, & qui maximè bene suadenti non obtemperat, induratissimus erit secundũ regulã Arist. 2. Topic. Si simpliciter ad simpliciter, & magis ac maximè. Sed sic erat quòd Pharao rationibus clarioribus nunc repugnabat quàm a principio, ergo magis nunc quàm tunc induratus erat: patet antecedẽs, quia a principio non ita constabat illa, quæ dicebat Moyses esse a Deo, vel illas punitiones ab eo prouenire, sicut cum sepius a Deo punitus fuit, & expertus fuit in se euidentissime verba Dei esse vera. *Nec dimisit filios Israel.* Scilicet ire ad sacrificandum sicut pepigerat cum Moyse. *Sicut præceperat dominus per manum Moysi.* Idest non compleuit Pharao id quod mandauerat Deus per manum Moysi. i. per Moysen, quia Moyses ferebat istaverba ad Pharaonem. f. vt dimitteret populũ Israel: & hoc non compleuit Pharao. Ponitur per manum Moysi ex consuetudine loquendi in idiomate Hebræo, & consonat modo loquendi Philosophi in secundo de anima vbi manus vocatur organum organorum:

Mod' orãdi ita apud Hebræos, quã apud gentiles.

Cor durũ dicitur quod bene persuadẽti nõ obedit.

De par. animaliũ libr. 4. cap. 10.

quia licèt Moyses non loqueretur ista verba per manum, sed per os: quia cũ os est organum executiuum, & manus in genere executiuorum tenet principatũ, ponitur per manũ Moysi, idest per os Moysi. Et sic manus per omnibus alijs organis interdum ponitur. Et sic nos dicere consueuimus: per manum huius hominis expediuntur eius negocia: & tamen negocia ad actũ rationis expectantia sunt.

CAPITVLVM. X.

T dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem: ego enim induraui cor eius, & seruorum illius, vt faciam signa mea hæc in eo, & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quotiens contriuerim Aegyptios, & signa fecerim in eis, & sciatis quia ego dominus. Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit dominus Deus Hebræorum: Vsquequo nõ vis subijci mihi? Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi: sin autem resistis, & non vis dimittere eum, ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, quæ operiet superficiem terræ: ne quicquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini: corrodet enim omnia ligna, quæ germinat in agris, & implebunt domos tuas, & seruorũ tuorũ, & omnium Aegyptiorum: quantã non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram vsque in presentem diem. Auertitque se, & egressus est a Pharaone. Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum: Vsquequo patiemur hoc scandalum. Dimitte homines, vt sacrificent domino Deo suo. Nonne vides, quòd perierit Aegyptus? Reuocaueruntque Moysen & Aaron ad Pharaonem, qui dixit eis. Ite sacrificate domino Deo vestro. Qui nam sunt qui ituri sunt? Ait Moyses: cum paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filijs, & filiabus, cum ouibus, & armentis. Est enim solennitas domini Dei nostri. Et respondit Pharao: Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros. Cui dubium est, quòd pessime cogitetis? Non fiat ita: sed ite tantum viri, & sacrificate domino: hoc enim, & ipsi petistis. Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis.

Octaua plaga.

F *Et dixit,* Descripta septima plaga hic conuenienter subiungitur octaua: & diuiditur in tres partes: primo ponitur pene comminatio: secundo eiusdem irrogatio, ibi. *Dixit autem Dominus*. Tertio eiusdem ablatio, ibi: Quamobrem. Circa primum. *Et dixit dominus ad Moysen*. Ista fuit quedam apparitio sequens postquam Pharao indurauit cor suum nolens dimittere filios Israel percussus plaga septima, & ab eadem liberatus. *Ingredere ad Pharaonem.* Idest ad domum eius. *Ego induraui cor eius.*

Quæst. 1.

Prenunciat hic Deus Moysi quid futurum esset, vt non affligeretur tedio: nam Moyses totiens signa fecerat coram Pharaone, & Pharao liberatus fefellerat eos nolens tenere sponsionem, quòd Moyses tædio af

Sine gratia cor humanum durũ manet, qua si lapis.

G fectus desperare posset de liberatione videns continuis plagis nunquam proficere. Vt ergo credat ista esse de voluntate Dei, predicit ei quòd etiam si ista vice percutiat eũ, tamẽ cor Pharaonis durũ manebit, sicut cõsuetuit. *Indurauit cor eius.* Nõ apponendo ei gratiã motriẽ demeritis eius exigentibus, sine qua cor humanum durum manet quasi lapis, vt declarauimus supra 4. ca. *Et seruorum illius*. Quia eodem modo quidam de seruis Pharaonis indurati erant sicut ipse Pharao: nam si omnes serui Pharaonis boni fuissent timentes Deum, promouissent Pharaonem ad dimittere Iudæos, quia nullus est quantumctunque tenacis opinionis, qui si omnes sibi obuios videat, continuè lacessitus ab opinione non discedat illa. Ergo mali serui Pharaonis, qui ob-

Deus non indurauit Pharaonẽ nec indurare permisit ad hoc vt faceret in eo signa.

H durati erant, dominum suũ in malitiam sustinebant. *Vt faciam signa mea hęc in eo.* Non est putandum, quòd Deus Pharaonem indurauerit: vel eum indurari permiserit, vt in eo suam magnitudinem demonstraret, quia primum istorum Deo nullo modo pertinet, scilicet vt ipse directe aliquem induret: quia hoc esset causare in eo aliquam malitiã, quod euidentur repugnat, cum malitia non sit aliquid positiuũ, quod a Deo causari possit. Secundum autẽ nũquã a Deo infligitur, nisi in pœnam, vt declarauimus supra 4. & 9. c. Nihil ergo horũ fecit. Sed est sensus: ego non te induraui, nec seruos tuos: sed te iam induratũ ad hoc ordinauì, vt demõstrarẽ signa mea in te. Et tunc est rectus sensus: quia nõ attribuitur Deo causalitas culpæ, vel occasio: sed datur

I ei ordinatio culpę iam existentis, quę malum est, ad aliquod bonum. Nec tamen ex hoc putandum est, quòd Deus aliquid nouiter statuat, vel in finem dirigat, sed q̃, quia non ordinauerat ipse Pharaonẽ ad obstinationem, sed peccatis suis demerentibus, postea ordinauit eum Deus ad demonstrandum in eum suam magnitudinem. Sed peccata Pharaonis fuerunt in tempore, ergo arguet aliquis quòd ista ordinatio fuit ex tẽpore, Deo tamen nõ conuenit: qa tunc necessario esset ĩ eo aliqua mutatio. Respondetur quòd oĩs dispositio Dei est æterna, sed differt: quia eos, qui beati erũt vltimatè, & vocãtur p̃destinati, Deus ab ęterno præordinauit ad illud bonũ: sciens quòd illud habebũt, & hoc volẽs, atq; ad hoc causalitatẽ tribuẽs mediũ disponẽdo. Eos aũt

K qui ęternaliter dãnabuntur, non ordinauit ad istud malũ quod habituri sunt: sed solũ præcognouit, quòd habituri essent, vt magis declarabitur, infra 32. c. Et sic ab ęterno cognouit Deus de Pharaone, quòd æternaliter damnandus esset: quia sua demerita hoc exigerent, licèt ergo ipse non ordinauerit eum ad pœnam aut ad culpam: quia tamen ab æterno præcognouit eum malum futurum, ab æterno eum ordinauit, vt in eo manifestarentur iudicia Dei, & potentia magna; & secundum hoc est intelligenda auctoritas præcedentis, ca, scilicet ieciro posui te &c. Vel aliter. *Ego induraui cor eius.* Idest Pharao tantum peccauit, & induratus est quòd iam mereretur mortem temporalẽ: & consequẽtẽr mortẽ æternã: sed ego eũ iã induratũ tãdiu sustineo,

sustineo, vt demonstrem in eo signa mea: quasi dicat. Pharao iam perfectè malus est, & in se totaliter inutilis: ego tamen sustineo eum ad istam vtilitatem, vt demonstrentur in eo signa mea. Et istam secundam expositionem sequitur quidam doctor satis solennis in quodam opere suo. Ait, faciam signa mea, idest demonstrantia potestatem meam infinitam. *Vel signa mea.* Idest signa, quæ mihi soli conueniunt: quia nullus alius ea facere valet. *Hæc in eo*. Idest non omnia signa mea: quia infinita sunt signa, quibus Deus suam omnipotentiã monstrare posset, sed solùm signa mea hæc, idest ista decem signa, vel plagas quas in eo expẽdam. *Vt narres in aures filij tui*. In hoc patet occasio errandi, quàm aliqui reperiunt in scriptura: quia, vt, dicit causam finalẽ, & ideo in superficie literę videtur sensus, quòd ideo Deus istas plagas dabat, vt narraretur nomen eius in vniuersa terra. Sed falsum est, quia pœna semper infertur pro culpa secundum rectam dispo-

Occasio errãdi quo rundam.

Pœna sup infertur p culpa.

B sitionem iustitiæ. Sed istę plagæ quædam pœnalitates erant, & valde magnæ: ergo pro culpa inferebantur. Dicendum ergo, quòd causa principalis, propter quã istæ pœnalitates dabantur erant peccata Pharaonis, & seruorum suorum. Sed quia ad Deum ex plenitudine potestatis pertinet ordinare effectum, nõ solùm ad vnum bonum, sed etiã ad multa: ideo pœnas istas, quas principaliter infligebat Aegyptijs propter peccata sua, etiam in aliud bonum ordinabat, scilicet in laudem suam, scilicet vt enarraretur nomen eius in multas generationes. Istud tñ erat finis minus principalis: quod patet ex hoc: quia quando sunt duo fines, ad quos fit aliqua res, & illi ita se habent, quòd si vnus illorum existeret, dato quòd alius non existeret, fieret effectus, & alius sic se habet, quòd non fieret effectus ipso existente, nisi alius existeret, ille alius, quo existente nihilominus effectus causaretur, est effectus principalis finis aut causa: exempla multa patent, quæ non pono breuitatis causa. Sed applicando in istis, patet, scilicet, quòd ista pœna inflicta Aegyptijs dabat ad duo, scilicet ad punitionem pro culpa eorum, & vt Dei magnitudo monstraretur, aliter manerent aliqua mala impunita. Sic etiam patet in illis, quos Deus punit nemine vidente: quia in his punitionibus non manifestatur nobis Dei magnitudo. Sed datur alius finis diuinæ punitionis, scilicet laus eius, vel demonstratio fortitudinis suæ: & sic solus iste finis, scilicet quòd pœna non habeat aliquam culpam, quam puniat, vt si es-

Si omnes homines essent iusti Deũ nemi nem puniret quãuis in illa punitione appareret potestas Dei.

sent omnes iusti, vel saltem quantum ad eos, qui iusti sunt, tunc manifestum est, quòd Deus non puniret aliquem, qui esset innocens, vt monstraretur potestas sua in puniendo: quia talis punitio valde iniusta esset, & contra regulas à Deo traditas in sacra scriptura, vt habetur infra 32. cap. Cùm Moyses deprecans pro remissione sceleris populi, qui vitulum adorauerat, & si Deus dimittere nollet petens se de libro vitæ deleri, Respondit dominus hoc facere nolens, & dixit: Qui peccauerit in me, delebo eum de libro meo: quasi dicat. Ego non punio sic indifferenter quemlibet: sed solùm illum, qui peccauerit in me: reliquos autem conseruabo. Sic etiam 1. Reg. 2. cap. cùm Deus loqueretur ad Heli per Prophetam quendam, volens eum sacerdotio priuare, quod promiserat permanere in domo patris sui, ait. Absit à me, vt faciam hanc rem: sed qui honorificant me glorificabo eos, qui autem contemnunt erunt ignobiles. Patet ergo, q̃ in inflictione pœnarum semper ipsa culpa delenda, vel punienda, est causa principalis finalis: laus Dei, vel enarratio fortitudinis eius est causa secundaria, & quasi incidens. Multum est ergo ista distinctio attendenda ad expositionẽ

A Deum peccatorum nostrorum causam constituere. *Vt enarres in aures filij tui.* Licèt enarratio istorum mirabilium Dei, & demonstratio fortitudinis eius sit causa secundaria, multum tamen à nobis attendenda est, & Deus hanc nobis valde recommendat, vt semper maneat memoria eius in omnes generationes, mandat etiã pręcepta sua enarrari posteris, vt illi ea custodiant, & doceant alios longe futuros custodire ea, sic patet Deut. 6. c. Cùm te interrogauerit filius tuus cras dicẽs: quid sibi volunt testimonia hæc, & cęremonię, atque iudicia, quę pręcepit dominus Deus noster nobis, dices ei: Serui eramus in Aegypto Pharaonis, & eduxit nos inde dominus in manu sua, fecitque signa, atque iudicia, prodigia magna, & pessima in Aegypto cõtra

Debent patres, & qui antiquiores sunt posteris suis enarrare mirabilia Dei.

B Pharaonem, & omnem domum eius in cõspectu nostro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terram, super quam iurauit patribus nostris & cętera. Quid autem debeant patres enarare, aut docere filios suos, diximus super epistolam Hieronymi ad Paulinũ, qui est prologus primus, & magnus: quem præposuimus Gen. in cap. 2. eiusdem. *Et nepotum tuorum.* Patres, quia antiquiores sunt, & plura viderũt de mirabilibus domini, non solùm obligantur filijs immediate annũciare ea: sed etiam nepotibus, & pronepotibus, & omnibus generationibus suis, quas videre potuerint. Et eodem modo filij, quando accedunt ad ætatem adultam, obligantur quęrere ista à patribus suis, & auis vs-

Filij adulti tenenẽ inquirere à patribus, & maioribus suis mirabilia Dei

C que ad omnes generationes maiorum, qui tunc superstites sunt, vt patet Deut. 32. cap. scilicet: Interroga patrem tuum, & dicet tibi, & maiores tuos, & annunciabũt tibi. *Quotiens contriuerim.* Idest fregerim Aegyptios: quasi dicat multotiens: quia in qualibet istarum decẽ plagarum conterebat eos, quoniam quælibet earum ducebat vitam eorũ ad amaritudinem, & si durasset, sufficiens erat eos funditus delere. *Et signa mea.* Idest demonstrantia potestatem meam fecerim in eis. *Vt sciatis, quia ego Dominus Deus.* Quasi dicat volo, quòd nõ solùm Aegyptij cognoscant me esse Deum, & Dominum: sed etiam vos, & licèt vos fide teneatis me esse Deum, volo tamen quòd adhuc in signis mirabilibus comprobetis. Nam Hebræi semper fuerunt duri, & sine signo non credunt, ideo petebant à Christo sæpe

D signa, vt patet Matth. 8. cap. Sic quoque ait Apostolus prima ad Corinth. 1. cap. Iudæi signa quærunt, Græci autem sapientiam. & in his signis demonstrat Deus de se duo, scilicet quòd Deus est, & quòd Dominus est: patet quia ista signa demonstrant omnipotentiã: omnipotentiam autem nõ cuilibet enti, sed maximo, & optimo soli conuenit: Deum autem communis omnium affirmat conceptio esse id, quo nihil melius excogitari potest: omnipotentia ergo soli Deo tribuetur: etiam Deus probatur ex hoc esse dominus, nõ solùm alicuius specialiter dominus, sed simpliciter dominus, quoniam dominus potestatis nomen est, qui autem tales plagas potuit Aegyptijs irrogare, manifestum erat, quòd esset dominus ipsorum. *Introiuerunt ergo Moyses & Aarõn ad Pharaonem, & dixerunt ad eum.*

Quæst. 2. An Deus dixerit Moysi qd loquerẽ.

E Mandauit Deus Moysi, quòd intraret ad Pharaonẽ, & loqueretur ad eum, tamen non dixit quid loqueretur, sed quia hic subditur quid locutꝰ fuerit Moyses ad Pharaonem, credendum est, quòd hoc ei Deus loqui mandauerit, quia si Deus mandauit loqui, aliquid mãdauit loq, quia aliàs deriforium præceptũ esset. Sed nõ est credendũ, q̃ Moyses aliquid auderet loqui ad Pharaonẽ, nisi Deus ei mandasset, cũ supra 4. c. promiserit, q̃ esset in ore eius: ergo id quod locutus est Deus, ei dixit: patet hoc clarius, quia dicitur in litera, hoc dicit Deus Hebręorum; scriptura tñ tacuit, nę totiens idem diceret, *Dixerunt ad eum.* Non dixerunt ambo, sed solus Aarõ, q̃ erat os, vel Propheta Moysi, vt patet supra 7. c.

Sed

Sed dicitur, quòd ambo dixerunt, qa Aaron ex vtriusque consensu illud loquebatur, immo verius ex mandato Moysi. *Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum*. Idest Deus Hebræorum, qui est verus Deus, & est dominus omnium, dicit hæc, quæ tibi annunciamus: quia ex nobis ipsis non loquimur. *Vsquequo non vis subijci mihi?* Qnasi dicat. Ego sum naturaliter dominus omnium, & tui, quare ergo reniteris nolendo mihi obedire? Quasi dicat. Non deberes hoc agere. *Dimitte populum meum*. Scilicet populum Hebræorum. *Vt sacrificet mihi*. Idest vt eat ad sacrificandum mihi in solitudinem itinere dierum trium. *Si autem resistis*. Nondum castigatus superioribus plagis. *Ego inducam cras locustam*. Locustæ animalia satis nota sunt, quæ segetes interdum tantum demoliuntur, vt solas paleas extantes relinquant. Idem in arboribus efficiunt. *In fines tuos*. Idest intra terminos Terræ Aegypti. *Quæ operiant superficiem terræ*. Præ multitudine, & sic faciliter omnia deuastabunt. *Nè quicquam eius appareat*. Idest tanta sit multitudo, quæ nihil de terræ superficie apparere permittat, cùm terrę insederit. *Sed comedant, quod residuum fuit grandini*. Hic ponitur effectus huius plagę, scilicet vt comederet omnia, quæ remanebant non consumpta: remãserunt enim à grandine, & fulgoribus inconsumpta far, & ordeum, quæ serotina erant, & illud linum, quod nondum foliculos emiserat, & alia quæcunque essent nondum nata, quia tunc locusta ea deuorauit. *Corrodet enim omnia ligna, quæ germinant in agrio*. Licèt locusta mollis videatur, tamen præscindit, vt etiam ipsas arborum virgas corrodat, & inutiles faciat. *Omnia ligna quæ germinant*. Idest omnes arbores emittentes germina, scilicet germina, vel folia aut flores, & non solùm hæc, sed etiam illa, quæ nondum germinant, sed semina tenera ad germinandum prompta corrodet. *Et implebunt domos tuas*. Fuerunt enim locustę in domibus in magna copia, vt ipsos Aegyptios, aut morderent, aut impetu suo, vt assolet percuterent impetendo vultus eorum, & vt eos inquietos redderent, nec comedere finerent prolabentes super cibos, & omnia replentes, atque deturpantes, vt etiam ab Aegyptijs pro gredientibus præ multitudine conculcatę in saniem verterentur, & horridę valde essent. *Et seruorum tuorum*. Qui tibi in domo tua, & curia assistunt, & ministrant. *Et omnium Aegyptiorum*. Scilicet habitantium in toto regno, qui non sunt in curia tua. *Quantum non viderunt patres tui, aut aui*. Idest licèt aliàs in Aegypto videris locustas, nunquam tamen tam numerosam vidisti multitudinem. *Ex quo sunt super terram*. Idest ex quo nati sunt. *Vsque in præsentem diem*. In qua ego mittam omnes has locustas, quas tibi annuncio, & licèt hic dicat solùm de patribus, & auis, quòd illi non viderunt, etiam de reliquis prædecessoribus intelligendum est ex tempore, quo fundata, aut habitata est Aegyptus, sicut dicebat in præcedenti capitulo de grandine. *Auertitque se*. Scilicet Moyses & Aaron, quia Pharao non concedebat eorum petitionem, etiam Moyse comminante pœnam locustarum. *Et egressus est à Pharaone*. Idest à domo Pharaonis, de vtroque, scilicet Moyse & Aaron hoc dictum esse accipiendum est, sed Moyses hic principaliter nominatur, & singulariter, tanquam eo nominato Aaron per quandam consequẽtiam intelligatur. *Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum*. De seruis Pharaonis quidã obstinati erant, sicut & ipse Pharao, de quibus dictum fuit in principio huius capitulo, scilicet. Ego induraui cor eius, & seruorum illius. Alij autem erant, qui non erant obdurati, & timentes Deum obedierunt voci eius, & reduxerunt pastores, & iumenta in domos ad euadendum in superiori plaga, vt patet in præcedenti capitulo: isti autem locuti sunt ad Pharaonem, quia ipsi vo-

F luerant, quòd Pharao concessisset petitionem Moysi & Aaron, & quia noluit, ideo ipsi concitati sunt, quasi cum quadam indignatione, aut querela dicẽtes, quòd petitio eorum exaudiri deberet. *Vsquequo patiemur hoc scandalum?* Idest quare non vis istorum petitionem exaudire? vsquequo enim vis, quòd patiamur tanta mala, quanta hactenus passi sumus? Vocatur autem scandalum lapis in quo pedem offendimus, & cadimus: sic enim eis eueniebat, quia quotiescunque Hebræorum petitionem repulissent, subiacebant pœnæ infligente eis Deo aliquam plagam. *Dimitte homines*. Idest dimitte istos Hebręos. *Vt sacrificent Domino Deo suo*. Idest vt eant ad sacrificandum Domino Deo suo in solitudine, sicut petunt, & patet quòd iste fuerit intentus G seruorum Pharaonis, quia immediatè Pharao faciens vocari Moysen & Aaron inquisiuit, qui de illis ituri essent ad sacrificandum. *Nonne vides, quòd perierit Aegyptus?* Idest nunquid non respicis, quomodo tota terra Aegypti destructa est? quia totiens restitisti petitioni istorum? Nunquid vltra vis resistere, vt omnes simul pereamus? Et isti verum dicebant, nam in plaga pestis iumentorum, & in grandine, & fulguribus Aegyptiorum iumenta pro maiori parte mortua fuerant, agri quoque cum arboribus, atque segetibus disperierant: ipsi quoque Aegyptij tantas amaritudines passi fuerant: rectè ergo Aegyptus perijsse diceba tur. *Reuocauerunt que Moysen & Aaron ad Pharaonem*. Moyses enim, & Aaron egressi fuerant à Pharaone indignati ad exe H cutionem plagæ, & reuocati sunt à seruis Pharaonis: quia Pharao eos vocari mandauit, vel vocari consensit. *Qui dixit, ite, & sacrificate Domino Deo vestro*. Scilicet in solitudinem sicut petitis. Hucusque actum fuerat inter Moysen & Pharaonem, vt dimitteret Hebræos ire ad sacrificandum, sed non fuerat ventilatum qui irent, nec quid portarent. Volens ergo Pharao tollere occasionem eis recedendi, volebat detinere aliquid ad illos pertinens, cuius obtentu redirent. *Qui nam sunt, qui ituri sunt?* Quasi dicat, estis pauci, qui ituri estis, an multi? *Ait Moyses cum paruulis nostris*. Idest filijs infantibus. *Cum senioribus filijs, & filiabus*. Omnes enim volebant colere Deum suum, & videre sacrificia. *Cum ouibus, & armentis*. Oues signant hic parua animalia, quæ communi nomine greges vocantur, vt oues, & caprę, armenta vero sunt congregationes magnorum animalium, scilicet boum, & vaccarum, causa autem quare hæc ire debebant, quia oportebat de his sacrificare. *Est enim solemnitas Domini Dei nostri*. Idest magnum festum, & solenne cœlebrare debemus Deo nostro, ideo oportet omnia armenta, & greges nobiscum ire, quia nescimus, quæ aut quot Deus iubeat immolari. Istam responsionem, quam dedit hic Moyses Pharaoni, non legimus datam fuisse Moysi à Deo: sed credendum est, quòd quando Deus ei dixit quid loqui deberet, diceret etiam, quid responderet: quia sic dicitur supra quarto capit. Ego ero in ore tuo, & in ore illius, & docebo vos quid agere debeatis. Et si fortè vellemus dicere, quòd non dixisset ei K Deus, quando mandauit ei verba, quæ præponere debebat, tamen dixit postea, quando respondit, satis bene stabit, scilicet quòd quando Pharao quæreret à Moyse ista, Deus mouebat linguam eius, vt loqueretur, quæ oportebat, & taliter mouebat, quòd Moyses sentiret se à Deo motum. Sic enim erat de Apostolis, quibus mandauerat Christus. Quando steteritis ante reges, & præsides, nolite præmeditari qualiter respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: quia non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, vt patet Marci decimo, & Lucæ vigesimoprimo capitulo.

Quando Apostoli loquebant Deus linguam eorum mouebat.

Sed

Qu est. 3. Quomodo verum esset quod tunc fuerit magna solennitas.

Sed quómodo erant vera ista, quæ pponebat Moyses, scilicet quòd esset magna solennitas, & oporteret illucire omnes cum ouibus, & armentis? Respondetur vt supra diximus 3. & 5. cap. quia Deus non intendebat mittere ad sacrificandum Hebręos extra Aegyptum in solitudine itinere dierum trij, sed qa sciebat, quòd Pharao nollet dimittere populum, & ob hoc eum Deus puniturus esset, voluit petere aliquid alterum minus, quod sciebat Pharaonem non permissurum, vt punitio iustior videretur. Nec est intelligendum, quòd Deus ista petierit, vt haberet occasionem puniendi Pharaonem, quia hoc valde iniustum esset, scilicet quòd Deus quæreret contra nos calumnias, sed quia Deus volebat educere Hebręos de Aegypto, & sciebat Pharaonem non permissurum, ob hoc iudicabat eum magna pœna dignum: quia tamen non pateret ista dignitas pęnę, si illud, quod erat magnum, peteretur, aliud minus petijt, quod negando euidenter se reum magnæ pœnæ faciebat. Aliud ergo, & longe distans est, quòd Deus inquirat occasionem puniẽdi quod est malum, aut quod inquirat id per quod pęna, quæ iusta est, iusta esse appareat, Deus ergo non inquisiuit occasionem puniendi, cum iam causam iustã valde haberet, sed quæsiuit illam pœnæ dignitatem elucidare proponendo quod facilius fieri poterat. Qñ ergo dicitur, quómodo erat solennitas magna Dei, cũ nulla, aut magna, aut parua esset, cùm nec illuc ituri essent, aut Deus hoc nunquam voluisset? Respondetur, quòd hoc non refertur ad id, quod petitur, sed ad id, quod Deus facere intendebat, scilicet ad eductionẽ de Aegypto. Et tunc verum est, quòd erat magna solennitas, quia multas victimas in monte Sinai immolarunt in legis confirmatione, & in dedicatione tabernaculi, & sacerdotum consecratione, vt patet infra 24. & 29. cap. & Leuit. 8. & 9. & 10. & Num. 7. in multis quoque locis, & sic in istis verbis veritas cautè cęlatur, sed mẽdacium nullum exprimitur: taciturnitas enim veritatis peccatum non est, nisi cùm quis obligatur dicere, scilicet in casu, in quo tacendo proximo damnũ, aut periculum generatur, vel fides ex hoc periclitatur. In aliis aũt æqualiter se habet, eam vel exprimere, vel tacere: Mendacium ideo semper malum est, quia ex Deo non est, quoniam diabolus mendax est, & mendatij pater, vt patet Ioan. 8. cap. Vel posset intelligi hęc litera sub conditione, scilicet quòd Deus sciebat Pharaonem non dimissurum Israel, & Deus non intendebat eos mittere ad sacrificandum itinere dierum trium, tamen est sensus, quòd si Deus ista intendisset, & Pharao in hoc consensurus esset, magna erat solennitas, quàm Hebræi facturi erant, quia Deus eis mandaret aliquas magnas victimas immolare. Primus tamen modus consonantior est, ad excusandum mendacium. *Respondit Pharao sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos*. Ironia est: Quasi dicat, melius sit Deus vobiscum, quàm ego dimittam vos, quasi dicat: ego nullo modo dimittam vos: sic enim consueuimus communiter loqui, melius vos adiuuet Deus, quàm ego faciam hoc. *Quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros?* Quasi dicat, nullo modo dimittam vos cum filijs, in quo innuit, quòd permittere eos ire si dimitterent filios, quia propter filios redire cogerentur, nè filij eorum perirent, & redigerentur in seruitutem. *Cui dubium est, quòd pessime cogitatis?* Quasi dicat, cuilibet satis notum est, quòd si vos vultis ire cum paruulis, & vxoribus, & senioribus: ita, quòd nullus de vobis maneat, & cũ ouibus, & armentis, quòd hoc faciatis, vt de hac terra recedatis, & hęc est pessima cogitatio, scilicet contra statum regni mei, vt destituatur habitatoribus. In Hebræo dicitur. *Ecce malum in oculis vestris*. Idest. Ecce satis patet, quòd oculus vester est

Taciturnitas veritatis peccatum non est nisi cũ quis obligat dicere.

Litera Hebræa.

A ad malum faciendum, attendens. Quid autem Iudæi super hoc fabulentur, dicetur infra 32. cap. super partem. *Callidè eduxit eos*. Et cęt. *Non fiet ita*. Scilicet quòd eatis omnes vos cum armentis, & ouibus. *Itę tantum viri*. Idest do vobis licentiam, quòd eant omnes viri, scilicet omnes masculi adultæ ætatis, & maneant paruuli, & vxores, & oues, & armenta: certissimè enim credebat Pharao, quòd si viri soli recederẽt quòd propter vxores, & filios redirent. Sed quæritur quando isti petierunt, ꝙ dimitterentur ire ad sacrificandum cùm paruulis, & vxoribus, & senioribus atque armentis, cũ adhuc maneret Pharaoni satis magnum pignus Hebræorum, scilicet agri eorum. Respondetur, ꝙ Pharao videbat quanta erat afflictio, quàm eis irrogabat: ideo B putabat, quòd ipsi libenter dimisissent agros suos, vt dimitterentur exire de tanta afflictione Aegypti, non confidebat ergo tali pignori, immo nec credidisset eis si ipsi omnes cum vxoribus paruulis, & senioribus recederent, etiã relictis vniuersis pecoribus, quia suspicari poterat libenter eos illa perdituros, vt tanta mala euaderent seruitutis, dimissis tamen vxoribus, & filijs securus erat, quia nullus dolor esset, qui virum ab vxore, & filijs cogeret separari, nam dura est vt mors dilectio, vt patet Canticorum 8. cap. immo qualibet morte dilectio fortior, aut durior, cùm propter dilectionẽ multotiens mortem subeamus. De agris autem Iudęi ipsi nihil curabant, quia habere hęreditatem in terra afflictionis reuebant: nunquam ergo leguntur desiderasse hæreditates, quas in Aegypto tenuerant, sicut ollas carnium, porros, cepas, atque pepones, & nouissimè piscium numerosam multitudinem, quam gratis accipiebant, vt patet Num. 11. cap. *Hoc enim, & ipsi petitis*. Idest satis vobis concedo dimittendo ire solos viros, quia sic petijstis, scilicet saltem solos viros dimitti. Sed valde in hoc mentitur Pharao, quia nihil unquam tale petiuerant, sed non erubescit mentiri, quia non timebat, quòd eum aliquis de mendacio redargueret. *Statimque iecti sunt de conspectu Pharaonis*. Hic subticentur aliqua, scilicet quòd forte Moyses dixit se nunquam talia petiuisse, vel saltem noluit consentire conditioni regis, scilicet solos viros ire: ideo rex iratus mandauit eos eijci à facie sua. Sed mirum valde est, quomodo Pharao non mandabat Moysen occidi, quia videbat, quòd omnes plagę inflictæ sibi, & populo suo ipso procurante inflictæ fuerant, & totiens ante regem apparebat ei comminando pœnas, aut saltem quomodo non imponebat ei silẽtium, aut mandaret, quòd non appareret coram eo. Respondetur, quòd Pharao immediatè secundum se ad hoc motus fuisset, sed Deus eum ad hoc moueri non permittebat, ei timorem Moysi incutiens, scilicet ꝙ faciebat eum credere, ꝙ si tangeret Moysen, cõfestim Deus occideret eum, cum videret tanta signa facientem; ideo licèt Moyses diceret aliqua dura Pharaoni, quæ nullus homo auderet dicere alicui regi, tamen nõ mouebatur in eum, vt cum dixit: Noli vltra fallere, vt patet supra 8. c. manifestum est autem, quòd istud verbũ valde iniurio sum erat maximè regali honori. Ad vltimum tamen Pharao multum turbatus dixit Moysi, nè appareret coram eo, quia quatunq; die appareret cum occideret, vt patet infra in litera.

An satis fuisset Pharaoni si abeuntibus Israelitis manerent eorũ agri.

Quare Pharao Moysẽ nõ occidi fecit, aut ei silentium imposuit.

I Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustam, vt descendat super terram, & deuoret omnem herbam, quę residua fuerit grandini. Et extendit Moyses virgam super Terram Aegypti, & dominus induxit ventu-

Psal. 104. Sapien. 16 Ioel. 1. Apoc. 9.

vren-

Octaua plaga locustarum.

vrentem tota die illa, & nocte. Et mane facto ventus vrens leuauit locustas, quæ ascenderũt super vniuersam terram Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus nõ fuerant, nec postea futurę sunt, operuerunt-que vniuersam superficiem terræ vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoque omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terrę in cuncta Aegypto. Quamobrem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in dominum Deum vestrum, & in vos, sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam. Egressusque est Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum, non remansit nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel.

Psal. 135.

Dixit autem Dominus. Hic ponitur secundum, scilicet pœnæ inflictio, & fuit ista locutio alia ab illa, qua dixit ei verba, quę proponere deberet coram Pharaone, nunc autem dictis illis, & non receptis mandauit Deus Moysi facere signum ad inferendum plagam. *Extende manum tuam super Terram Aegypti.* Idest contra omnem partem Aegypti, vt in omnibus partibus veniat ista plaga. Extensio autem manus nihil efficiebat, sed solùm erat ad signandum, q̃ mandato Moysi Deo faciente plaga infligebatur, & non eueniebat naturaliter. *Ad locustam:* Idest quasi vocans locustam, sicut extendere manum ad alterum est signum vocandi eum cum depressione eiusdem, & incuruatione cõtra se; & hoc erat quasi Moyses ad rem rationabilem loqueretur: ita enim obediuit ei locusta, vt mandante eo, & manum tendente, confestim ascenderet. *Vt ascendat super eam.* Hæc dicit tanquam locustæ antequã venirent mandante Moyse mansissent sub terra, vel in aliquo loco humili: ita quòd terræ superficies, quã nos premimus, & cui insidemus esset, superior illo loco, & fortè hoc dicitur, quòd locustam illam Deus, subito formauit de aliqua parte terrea, vel limosa, & cũ illa formata volitauit in aere, ascendere dicebat respectu loci formationis suæ. *Et deuoret omnem herbam.* Idest consumat frangendo, & scindendo: magis enim locusta frangendo, & dispergendo, quàm glutiẽdo vastat. *Quæ residua est grandini.* Non est intelligendum, quòd aliqua herba fuerit, quæ potuerit resistere grandini, & euadere, quia illa vniuersa vastabat, sed dicitur herba residua illa, quæ nata fuit postquam venit grando: sic patet precedenti capitulo, vbi dictum est, quòd linum, & ordeum, quia erant primitiua læsa sunt: triticum autem, & far, quia erant serotina, idest nondum nata, non sunt læsa. Hæc ergo, quæ euaserãt illam plagam, quia nondum nata erant, nunc nouiter nata à locusta

Deus subito locustã formauit de limo terræ.

consumpta sunt. *Extendit Moyses virgam.* Mandatum fuit, q̃ manum extenderet. Sed quia in illo mandato intelligebatur manus, & virga, in qua miracula facere consueuerat, vtrumq; extendit super Terrã Aegypti.

Quæst. 4. Opin. Nicolai de Lira. Confutatur.

Nicolaus dicit, quòd Moyses in alia plaga extẽderat manum contra cœlum, & in ista extendebat manum super terram ad signandum, q̃ qui potest in maius potest in minus, cùm istę potestates sint subordinatę. Sed salua reuerentia eius, ista modicum pondus videntur habere, quia ipse præsupponit, q̃ eleuare manus ad cęlum erat alicuius potestatis, & eleuare super terrã erat minoris, & ex hoc intulit cap. pcedente, q̃ plagam illã grandinis Aaron non potuit, & non debuit, quia non habebat ipse potestatem eleuãdi manus ad cęlũ. Non videtur hoc verum, qa eleuatio manus, aut virgę nihil efficiebat, vt sępe diximus, & satis patet ex seipso, quia nec in manu, nec in virga aliqua talis virtus erat. Sed solùm fiebat hæc eleuatio in signum, s. q̃ mandante Moyse ista fiebant, & non naturaliter. Si autem alicui potestatis ista essent, satis rõnale erat, quòd Moyses solum extenderet manus contra cęlum, & Aarõ contra terram; sed non sunt, & patet, quia si ista eleuatio esset alicuius ptãtis, aut auctoritatis, operatio illa, quę sequebatur eleuãte Moyse manus in cęlum esset mirabilior illa, q̃ sequebatur cum Aarõ extendebat manum suã sup terrã: aut aquã, sed falsum est, qa Aaron extendẽte manum suam sup aquã versa fuit aqua in sanguinem, Moyse aũt tendente manus in cęlũ distillauerunt grãdines copiosę, & admirabilis quantitatis. Sed manifestum est, quòd maius miraculum est cõuersio de vna spetie in alteram, q̃ nullo mõ fit taliter per naturam, q̃ generatio grãdinis, q̃ naturaliter gignitur. Natura enim non põt cõuertere aq̃ in sanguinem, nisi factis magnis transmutationibus in vasis habentibus talem vim nutritiuam: sicut sunt corpora animalium, fiunt tñ grandines p naturã: dato etiã, quòd in Aegypto nunq̃ talis, aut tanta fuerit, potuisset tñ esse, quòd fortè in montibus Riphæis, aut Hiperboreis, q̃ sunt multum septentrionales, vbi magnum frigus viget, tanta grando aliquando genita, naturaliter fuerit. Etiam qñ subita ranarum, & Cyniphum facta extendente Aaron manũ sup terram valde excedebant grandinis quantęcunq; distillationem. Item, quia cum Moyses in vno signo faciendo manus in cęlum tenderet, & in alio extenderit super terram, sequeret, quòd signum factum in extensione manũ esset minus, q̃ factum in tensione cõtra cęlum, sed falsum est, qa qñ extendit manus in cęlum grando distillauit, & pluuia, & fulgura corruscantia, qñ vero manus tetendit sup terram factæ sunt subito locustę. Sed manifestum est, quòd productio locustarum mirabilior est, q̃ fulgura cadentia, aut grando distillans, quia hęc naturaliter fiũt: generatio aũt subitanea locustarum naturę metas trascendit. Cõcluditur ergo nõ esse maioris potestatis, vel auctoritatis man tendere in cęlũ, q̃ sup terrã, & Aarõ potuisse ita facere signum de extensiõe manuum in celũ, sicut Moyses. Quare aũt Moyses fecerit, & non Aaron, dictum fuit supra 8. c. Qñ vero nunc Moyses tetendit manus in cęlum in alio signo, & in isto tetendit sup terrã, nõ est ad signandum, quòd qui potest in plus, potest in minus, cùm vtrunq; facere nihil sit posse. Sed solùm signare Diuinam Potentiam facientem, sed fiebat ex natura signi, quia sic competebat: nam in signo superiori de missione grandinum, & fulminum manus tetendit in cœlum, quasi vocans grandines, & fulgura, quia grandines, & fulgura de cęlo, idest de aeris interstitio medio cadebant. In isto signo de educenda, & vocanda locusta extẽdit manum super terram: quia locusta non veniebat de parte superiori aeris, vt caderet in terrã, sed è cõtrario de terra surgens in aerem cõscendebat.

Et

Et hoc euidenter innuit litera, cùm dicit: Extende manum tuam super Terram Aegypti ad locustam, vt ascendat super eam, scilicet de infimo ascendat in altũ. Nullo modo ergo congruebat in plaga locustarũ manum in cęlum tendere, cùm ipsa locusta non de cęlo, idest de aere, sed de terra euocanda esset, & patet hoc ex alijs signis factis per Aarõ: quia sic extendebat manum, vt natura signi exigebat: nam cùm aqua in sanguinem verti debuit, non super terram, sed super flumen Aaron manum, & virgam extendit, vt patet supra 7. c. cùm autem Cyniphes, qui de puluere gignendi erant volebat, non in cœlum, nec in aquam manus tetendit, sed percussit puluerẽ terræ, vt patet supra 8. c. Satis ergo ex his liquet, quæ causa diuersę extensionis manuum Aaron & Moysi fuerit, & diuersitatis in signis varijs cuiuslibet ipsorum. *Et dominus duxit ventum vrentem.* Iste ventus ad duo proficiebat secundum Dei intentionem. Primò ad dessicationem herbarum, vt locustę venientes paratiores ad destructionem herbas reperirent, quoniam magis lędunt locustę segetes aliqualiter duras, quàm valde teneras. Secundò proficiebat iste ventus ad generationem locustarũ, erat enim iste vent vrens, idest callidus, & siccus, scilicet Solanus à parte orientali, & iste fortificat valde locustas. Dicet tamen aliquis ex hoc, quòd illę locustæ naturaliter gignebantur, cùm ventus vrens eas genuerit. Respondetur, quòd vel ille ventus in tam pauco tempore eas gignere non poterat in multitudine tam copiosa, vel si fortè, posito tali vento, in tam pauco tempore naturaliter tantæ gigni possent: Dicendum est illum ventum in tali temperie, & complexione naturaliter gigni non potuisse. Primum tamen magis negandum videtur, scilicet quòd posito illo vento in tam pauco tempore tantæ locustæ gigni potuissent. *Tota illa die.* Scilicet postquam Moyses manum extendit, non fuit ista extensio manus in principio diei, scilicet in ortu solis, quia illa die Moyses intrauit ad Pharaonem, & nescitur an diluculo, vel magis sero. Deinde locutus fuit coram Pharaone, & non exauditus exiuit à facie eius, & mandante Deo extendit manum suam, & insurrexit ventus. Fortè ergo erat tunc hora tertia, aut quasi meridies, quando ventus incepit, & durauit in reliqua parte diei, & in sequenti nocte tota vsque ad auroram, & tunc facto diluculo sequentis diei, venerunt locustæ super terram Aegypti. *Et mane facto.* Scilicet in die sequenti postquam Moyses extendit manũ suam, & venit vẽtus vrens. *Ventus vrens.* Scilicet Subsolanus: veniens à media fronte Orientis. *Leuauit locustas.* Idest eleuauit faciendo surgere, quia in die illo, & nocte præteritis locustæ genitæ, & fortificatæ fuerant, & tunc ventus fecit eas aduolare super Terram Aegypti. Ex quo inuitur, quòd illæ locustæ non fuerunt genitæ in Terra Aegypti, sed in aliquo loco deserto in parte Orientali Terræ Aegypti, vbi sunt multa deserta versus Ethiopiam. *Quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti.* Fuerant enim istæ locustæ genitæ in terra, cum ergo in aera volauerunt, vt considerent in diuersis partibus Aegypti, ascendere dicebantur: fuerunt autem istæ locustæ quasi subito adductæ in totam Aegyptum: quasi non prius in vna parte, quam in alia, & non fuit hoc per Angelos factum, sed per ventum Subsolanum flantem ab Oriente. Sicut dicitur postea, quòd quando auferri debuerunt istæ locustæ, deduxit eas in mare Rubrum ventus Fauonius insurgens ab Occidente. Et sciendum quòd iste ventus vrens, qui induxit locustas in Aegyptũm, valde latus erat, quia Aegyptus aliqualem continet latitudinem, & cùm in totam Aegyptum ascendere deberent locustæ, oportebat, vt latitudo illius venti occuparet totam distantiam Aegypti transuersaliter à septentrione in austrum. Et in hoc etiam satis mirabile erat: quia raro ventus tam latus fit in aliqua regione, cùm materia magna valde ad hoc requireret, scilicet quòd ventus ille occuparet totam latitudinem frontis orientalis, quæ fortè esset quadraginta, aut quinquaginta leucarum, vel plus, & totam extensionem, quæ esset inter extremitatem australem Aegypti, & borealem. *Et sederunt.* Ad deuorandum, & destruendum. *In cunctis finibus Aegyptiorum.* Idest intra terminos totius Aegypti erant locustæ, scilicet quòd non erat aliquis locus in tota Aegypto, in quo possent lædere locustæ, quando ibi essent. *Innumerabiles præ multitudine.* Nec multum erat esse innumerabiles, quòd quotcunque essent, cùm veniunt, à nobis numerari non possunt, sed vocantur innumerabiles comparando ad alias vices, quibus apparuerũt, quia in comparatione aliarum vicium nũc innumerabiles videbantur, quamuis alijs vicibus fuissent innumerabiles. *Quales ante illud tempus non fuerunt.* Qualis dicit hoc principaliter quantitatem discretam, scilicet quòd tot locustæ nunc fuerunt in Aegypto, quot non fuerunt alijs temporibus: signat etiam hic qualis potentiam in deuorãdo, & destruendo, scilicet quòd nunquam fuerunt locustæ, quæ tantum deuorarent, etiam comparatis æqualibus multitudinibus. *Nec postea futuræ sunt.* Necesse est quantum ad istum passum, & similes, scriptorem huius libri non solum rerum gestarũ gestatorem, sed etiam prophetam fuisse cùm futura prædixerit, scilicet q̃ non fuit talis locusta in quantitate, atrocitate, & multitudine.

Vẽt' vrẽs.

Locustę nõ fuerũt genitæ in terra Aegypti: sed in aliquo deserto loco in parte Orientali.

Quęst. 5.

Sed dicet aliquis contra, quia Ioel. 2. cap. dicitur de locustis, quæ tempore eius euenerũt. Quasi mane expansum super montes populus multus, & fortis: similis ei non fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis, & generationis. Ergo locustæ, quę fuerunt tempore Ioelis fuerũt maiores, & plures quàm istę. Respondetur, quòd reddenda sunt verba Ioelis ad terram illam, de qua loquitur. Prædicebat enim Ioel hanc plagam duabus tribubus, scilicet Iudę, & Beniamin, & in illis verum est, quòd à principio tantę, aut tales locustę in eo non fuerunt, nec postea futurę sunt: fuerunt tamen maiores locustę in alijs populis, vt in Aegypto, & fortè aliquando in alijs. *Operueruntque vniuersam superficiem terræ.* Scilicet terræ cultæ, aut habentis aliquas herbas, vel arbores, quia locustas ascendere super terram planam sine gramine, aut semine valde erat superfluum. *Vastantes omnia.* Scilicet segetes, & arbores, ita vt nihil de eis, quæ tunc erant nata maneret, & declarat hoc, cum dicit. *Deuorata est igitur herba terræ.* Idest consumpta, scilicet aut deglutita, aut fracta, vel dissipata: vocatur hic herba terræ omne virens, quod non est arbor: siue fuerint segetes, siue herbæ de his, quæ sua sponte nascuntur. *Et quicquid pomorum in arboribus fuit.* Idest etiam omnes fructus arborum, non erant tunc aliqui fructus, quia erat mensis Februarij, aut in principio Martij, quia recessus de Aegypto fuit quintodecimo die mẽsis martij. Vocatur ergo poma arborum, idest foliculi, quæ tunc deformabantur in folia, frondes, & fructus. Licèt possemus dicere, quòd illa terra propter magnam calliditatem respectu huius terræ, ita temporanea est, q̃ fructus, q̃ hic sunt in Maio, sunt ibi in principio Martij. Et est sciendum, quòd pomum accipitur tripliciter: vno modo strictissimè pro quodam fructu rotundo valde, & à rotunditate vocatur malum, & istum modum sequuntur vulgares grammatici. Secundò modo accipitur pomum pro omni fructu habenti corticem tenerum, vt gunidalum, cerasum, prunum, malum, arbutum, & pirum, & similia, & tunc distinguitur pomum contra nucem, vt nux signat omnia dura in fructibus. Et isto mõ sępe vtunt loquẽtes,

An locustę quę fuerũt tẽpore Ioelis fuerint plures istis ad Pharaonẽ missis.

Pomum tripliciter accipit in sacra scriptura.

Tertiò

Tertiò modo ponitur pomum pro omni fructu generaliter, & hoc modo accipitur hic, scilicet tam p habentibus corticem durum quam blandum. *Nihil quoque omnino virens relictum est in herbis, vel arboribus*. Quia ea, quæ antea virentia extiterant, grandines, & fulgura destruxerunt, quę autem nouiter nata sunt, quia Serotina erat, quantum ad segetes locustarum impetus dissipauit. *Quamobrem*. Hic ponitur tertium, scilicet prædictæ pœnæ ablatio. *Quamobrem*. Idest quia Pharao vidit omnia virentia locustarum morsu fuisse deleta.

Festinus Pharao. Velociter vocari mandauit Moysen & Aaron, quia videbat dissipari triticum, & far, & cœtera, in quibus futuri anni spes viuendi erat, considerabat etiam quòd Aegyptij multum conquererentur, quòd in præcedentibus plagis multum afflicta fuerat Aegyptus: ita, quòd Pharaoni dixerint serui sui. Dimitte homines sacrificare Deo suo: nōne vides, quòd perierit Aegyptus? quantomagis nunc cùm etiam far, & linum destructa sunt, & triticum, & ordeum, omniaque alia, quæ virentia erant, & in quibus alimentorum sequentis anni spes erat, subiecta sunt istis plagis, & perierunt, vt ergo saltem aliquid remaneret antequam omnia locustæ deuastarent, rogauit Pharao Moysen & Aaron festinus, vt rogarent Deum pro eo, & cessaret locusta. *Peccaui in Dominum Deum vestrum*. Idest contra Deum vestrum, qui totiens mihi mandauit, vt dimitterem vos ire ad sacrificandum, & non dimisi. Vel peccaui per ingratitudinem, quia cum sæpe fieret ei relaxatio istius pœnæ à Deo petente Moyse, & ipse promisisset dimittere populum, & non dimitteret, erat ingratus tantis Dei beneficijs non respondendo, & erat infidelis promissa cum Moyse, & Deo non obseruando. *Et in vos*. Non solùm peccauerat in Deum eum deludens totiens, faciens eum inutiliter (vt saltem sibi videtur) auferre istas plagas. Sed etiam peccauit in Moysen & Aaron, quòd eos inutiliter faciebat discurrere, & fefellerat eos non tenendo pacta cum eis inita. Vel peccauit in eos, idest in Israel populum illum tandiu iniustè detinendo, & cruciando contra interposita pacta; sed prior sententia melior est.

Sed nunc dimittite peccatum. Idest vos relaxate iniuriam vobis factam in frequentibus deceptionibus, & frustratorijs operationibus. *Etiam in hac vice*. Idest. Sicut in cœteris vicibus dimisistis mihi peccatum meum cùm transgressus sum promissionem, etiam nunc hac sola vice rogo, vt mihi peccatum remittatis. *Et rogate Dominum Deum vestrum*. Peccauerat hic Pharao contra duos, scilicet contra Deum, & contra Moysen & Aaron, vt ipse confessus fuit immediatè supra, ideo ad remissionem peccati sui totaliter necesse erat, vt vterq; horum remitteret. Et licèt Deus maior esset, & maior ei facta fuisset offensio, quamobrem ab eo remissio prius imploranda erat: Pharao tamen prius rogauit Moysen & Aaron, vt dimitterent iniuriam sibi factam, sic enim decuit. Nam sciebat Pharao, quòd offensio Dei non remitteretur, nisi rogando Deum. Pharao autem sciebat se non exaudiendum à Deo, quia vir pessimus erat, prius ergo quæsiuit sibi apud Deum intercessores, quibus diuina ei remitteretur offensio. Et in hac deprecatione duo faciebat Pharao, Primò iniuriam factam proximo sibi remitti procurabat, cui tenebatur satisfacere, sine qua satisfactione, aut proposito satisfactionis Deus non acceptaret præces Pharaonis factas à seipso, vel quas alius quispiam pro eo fudisset, sic dicitur Matth. 5. cap. Cùm offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quòd habet aliquid aduersus te frater tuus, relinque ibi munus tuum, & vade, & reconciliare prius fratri tuo, & postea veniens offers munus tuum. Secundò sibi intercessores apud Deum pro reliqua offensione procurabat.

Decebat vt Pharao primo peteret veniā offensionis Hebræorum, quam offensionis Dei.

Vt auferat. Quia credebat Pharao sicut Deus istam plagam inflixerat, ita eum solùm illam tollere posse. *Mortem istam*. Istam plagam. Vocat mortem, maiori eam nomine appellans, quam cœteras, quia ex ea magis se sensit afflictum, cùm videret triticum, & far, in quibus totius cibi ad sequentem annum spes erat, locusta rodente fuisse consumpta. Affligebatur etiam in seipso impetu locustarum ad oculos, & vultum omnesque partes corporis nudas. Videbat etiam multitudinem earum numerosam, non sinentium homines quiescere, aut cibos sumere, nec saltem ora aperire, quando mox cœco oris hiatu quotquot poterant mergerentur. Erat ergo hoc Aegyptijs viuens, & manens mors, & morte ipsa vera atrocius, ac si permansisset, in breui veram mortem inducturum: correspōdebat ista plaga locustarum vniuersa corrodentium afflictioni duræ, quam exercebant Aegyptij in Hebræos vitam eorum ducentes ad amaritudinem, vt patet supra primo capitulo, illa enim Hebræorum corda quasi atrox locusta rodebat. *Egressus est de conspectu Pharaonis*. Idest facta ista conuentione Moyses exiuit de domo Pharaonis, & de ciuitate vadens extra vrbem ad orandum, vt solitus erat. Sic enim dixit supra præcedente capitulo. Cùm egressus fuero de vrbe extendam manus meas ad dominum, & cessabūt tonitrua, & grando non erit. *Et orauit Dominum*. Quare oraret extra vrbem, & non in domo Pharaonis, aut in vrbe, causæ supra 7. & 8. & 9. cap. assignatæ sunt. Sciendum autem quòd licèt Moyses ex pacto facto cum Pharao ne iret ad orandum pro eo, sciebat tamen quòd sponsionem completurus non esset, cùm dixisset ei Deus, ego indurauī cor eius, & seruorum eius: faciebat tamen hoc Moyses, vt satisfaceret Pharaoni, & nec inutuliter, quia sic Deus completurus esset plagas suas, & in Pharaone maiora Dei signa, & iustius illata paterent, si totiens perfido Pharaoni petenti remitteret. *Qui flare fecit ventum ab Occidente*. Iste erat Fauonius flans à media fronte Occidentis frigidæ & humidæ complexionis, & proficiebat ad duo. Primò ad disolvendum vires locustarum ex humiditate, & frigiditate: sicut ipsę ex contraria qualitate fuerant genitæ, & confortatæ flante vento Subsolano, qui callidus, & siccus est, & vocatur in litera ventus vrens, & ex hoc satis patet illum ventum superiorem, qui locustas induxerit, esse Subsolanum Orientalem, licèt litera nostra non valde clare ponat, cùm locustæ inductæ, & ablatę ab oppositis ventis fuerint, vt semper in natura ab oppositis causis oppositi effectus oriuntur. Sed de hoc vento secundo ponitur, quòd fuerit occidentalis: ille ergo, qui huic in complessione totaliter obuius erat ad eductionem diuersorum effectuum, necesse erat Subsolanus orientalis. Secundum quod faciebat iste ventus erat; quia locustas tollebat de Aegypto portans eas in marę: sicut alius eas fecerat ascendere super Aegyptum. *Vehementissimum*. Vt tantos locustarum aggeres portare posset in mare, & cœleriter hoc faceret nulla remanēte. *Areptam locustam*. Arripere est violenter capere quasi valde rapere, & conueniebat illi vento, qui violentia sua locustas herbis, & arboribus insidere volentes, ab Aegypti limitibus euellebat deducens eas in mare. *Proiecit in mare rubrum*. Ex hoc apparet, quòd mare rubrum teneat Orientalem partem Aegypti, cùm ventus veniens directè à fronte Occidentis expulerit eas in mare rubrum tanquam ad punctum oppositum.

Quas Pharao vocabat magis istam plagam locustarū mortem quam cœteras.

Moyses orabat Deū pro Pharaone, vt plaga tolleretur, & tamen sciebat, quòd Pharao pactum non erat seruaturus.

In natura semper ab oppositis causis oppositi oriūtur effectū.

An mare rubrum impediat Nilum per totam Aegyptum transire, & de ortu maris rubri, & per quæ loca transeat.

Ex hoc autem aliquis arguet, quòd Nilus non transeat per Aegyptum, cum Nilus ponatur esse ad partē meridianam Aegypti intrans per deserta Ethiopica mare

Quæst. 6.

mare rubrum ponitur ad latus septentrionale Aegypti, si ergo dicamus mare rubrum esse in oriente directe ipsius Aegypti, & cùm dicamus eum fluere, & trāsire diuidendo Aegyptum vsq; ad mare aliud, quo absorbetur, impediet nè aliquæ aquæ intrent in Aegyptum, cùm circūdet illo modo Aegyptum, & hoc verum est, quòd etiam Nilus mari rubro absorbetur, nec potest dici, quòd mare rubrum sit in oriente Aegypti: ita, quòd intret per mediam frontem Aegypti, & transeat directe in Occidentem, quia tunc ventus occidentalis non arriperet locustas ad eijciendum eas in mare rubrum versus Septentrionem, & esse vētum australem oppositum, qui proijceret in mare locustas, quæ starent in parte Aegypti declinante ad meridiem post, vel vltra mare rubrum. Sed hæc falsa sunt, nec consonant aliquo modo textui. Ex quo videtur dicendum, quòd mare rubrum sit in Oriente Aegypti, non quidem, quòd ab Oriente Aegypti incipiat directè fluere ad occidentem eius, sed quòd sit transuersaliter in Oriente, quasi incipiens intrare Aegyptum per cōfinia lateris Septentrionalis, & Orientalis Aegypti, & transuersaliter fluat per totam latitudinem frōtis Aegypti versus orientem, & declinet contra meridiem Aegypti. Et isto modo valde videbatur conuenire, q occidentalis ventus arreptas locustas de Aegypto proijceret in mare rubrum, & quòd tantum occuparet mare rubrum de fronte Orientali Aegypti, quanta erat latitudo Aegypti à meridie in septentrionem. Alioqn cùm locustæ vento rapiente venirent directè ab occidente Aegypti de omnibus finibus Aegypti, si non occuparet mare rubrum totam frontem orientis Terræ Aegypti versus orientē, caderent extra mare rubrum, quod est contra textum. Sed adhuc posito hoc, sequeretur inconueniens, quod antea inducebamus, scilicet quòd mare rubrum occupans totam latitudinē frontis orientalis Aegypti, & fluens in meridiem, circuiret Aegyptum ad hoc, quòd continuaret se alteri mari versus occidentem, & tunc impediret Nilum ne introiret in Aegyptum aliquid, vel valde modicū. Quod est contra positionem omnium describentium situs orbis, & regnorum. Nam dicitur, quòd Nilus irrigat planiora Aegypti, & quasi totam Aegyptum, vt patet per Solinum in Polistor. capitu. de Aegypto. Et idem Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi. Dicendum ergo hanc esse habitudinem maris rubri, & Nili fluminis in Terra Aegypti. Nam Aegyptus, vt dicunt Paulus Orosius, & Solinus, versus orientem in longū multum extenditur: latitudo autem eius non est valde magna, mare autem rubrum, quod nascitur à partibus Indianis, de cōfinio Indi fluminis, venit circa latus septentrionale orbis terminans à meridie omnes regiones, quæ sunt circa Caucasum, scilicet Aracusiā, Parthiam, Assyriam, Mediam, Persidem, & cœteras, & post istas declinat versus meridiem intrans per Arabiam continuo descensu. Et ob hoc duobus nominibus nuncupatur. Nam à parte Orientali declinans per confinia regionum, quæ sunt circa Caucasum, & Taurum montem vocatur sinus Persicus. Cùm autem intrat Arabiam, & Aegyptum vsquequo alterius maris fluctibus absinuatur sinus Arabicus vocatur. Est autē Arabia aliqualiter Septentrionalis Aegypto, & aliqualiter orientalis, & quando istud mare transiens totam Arabiam accedit ad terminos Aegypti arcuatur, & reflectitur in oriente eius, sicut alia flumina, & maria ex decliuia, & dispositione terrarum consueuerunt, & fit ibi magnus sinus occupans quasi totam frontem orientalem Aegypti, quæ non multum lata est, vt dicunt Solinus, & Paulus Orosius. Non tamen fluit contra meridiem Terræ Aegypti, quia ibi terrarum obijcibus detinetur, sed fluit per partem septentrionalem Terræ Aegypti in confinibus Arabicæ solitudinis, & aliquando facit aliquos sinus paruos in Aegypto deinde circa occidentem Aegypti arcuatur, & facit manere quasdam partes Terræ Aegypti, vltra se versus septentrionale latus Aegypti cuiusmodi est terra Gessen, in qua manebant Hebræi, ideo dicitur infra decimotertio capitulo, quòd potuissent Hebræi venire in Terram Chanaan, per viam Terræ Phylistinorum, quæ vicinior est, & non cogerentur transire mare rubrum. Deinde circa occidentem Aegypti fluens mare per ipsam Terram Aegypti reliquo mari absorbetur. Hoc viso satis patet, quòd mare rubrum nihil impediet Nilum, quin fluat quasi per totam Aegyptum, quia Nilus, qui dicitur Gehon Gen. 2. cap. vt volunt omnes Catholici est Nilus: satis enim patet hunc de Paradiso nasci, quia caput eius à pluribus inquisitum reperiri non potest, vt tangit Aristot. in libr. de Ortu, & inundatione Nili, & Seneca libr. 6. de naturalibus quæstionibus, & Solinus in Polistor. capitulo de Aegypto. Et patet quia sicut omnes isti fatentur, & alij auctores Gentilium, Nilus fluit Aegyptum veniens de Aethiopia, quod vult scriptura nostra Gen. 2. cap. vbi dicitur nomen fluuij secundi Gehon, ipse est, qui circuit omnem Terram Aethiopię, scilicet omnem Aethiopiam Orientalem vsque ad Aegyptum, quia Aethiopiam Aphricanam, quæ est contra Occidentem nullus fluuius veniens de Paradiso Terrestri, qui est in Asia, vel de tota Asia, potest fluendo tangere cùm Asia, & Aphrica Mari Mediterraneo seiungantur, ideo necesse erat ibi omnia flumina Asiatica absorberi. Ex Aethiopia ergo Asiatica, quàm circuit Nilus, vel Gehon, quod idem est, testimonio sacræ scripturæ, & auctorum gentilium decurrit in Aegyptum, & cùm Aethiopia sit Australis respectu Aegypti, vtpotè magis declinans contra æquinoctialem, quàm cœtere terræ, necesse est intrare Nilum per latus Australe. Et quia supra diximus, quòd mare rubrū tenebat frontem latitudinis Orientalis Terræ Aegypti, & rursus declinabat ad septentrionale latus iuxta Arabicam solitudinem, & sic decurrebat quousque in parte Occidentali transuersaliter scindebat Aegyptum, manebit tota alia Aegyptus non occupata mari rubro, ita quòd possit Nilus transire per illam, & irrigare præter illam partem, quæ relinquetur in Occidente Aegypti, & septentrionis, quæ parua est, ad quā Nilus nō accedit īpediente mari rubro. Et huiusmodi erat Terra Gessen, ad hanc enim non accedebat Nilus, sed ex alijs fluminibus non inundantibus artificiosè irrigabatur quibusdam factis aquæductibus. De his autem dicetur infra decimotertio capitulo, vbi ponetur aliqualis figura Aegypti, & maris rubri discurrentis, & Niliaci defluxus, vt aliqualis habeatur ad intelligendum prōptitudo. *Non remansit nec vna quidem*. Scilicet de locustis. In quo Dei quidem patet potentia, quia si aliquis ventus vehemens istas locustas solū naturaliter abstulisset, aliquę saltem mansissent terrę cauernis, aut obijcibus occultatæ: sed nunc Deus dabat eis impetum, vt surgerent in altum, & tunc vento rapidissimo tollebantur. Omnes istæ locustæ fuerunt proiectę in mare rubrum, quia sumatur mare rubrum in Oriente Aegypti, vt occupet totam latitudinē frontis orientalis, & sic quotquot ab occidente directè procederent, necesse erat, quòd caderēt in mare rubrum, aut transirent super illud. Et dato quòd sinus maris rubri non occupet totam frontem Orientis Aegypti, omnes locustę Aegypti caderent in mare rubrum, ponendo quòd iste ventus Occidentalis, qui detulit locustas in mare rubrum, non fuerit Fauonius, qui flat directè à media fronte occidentis versus punctum orientis, sed fuerit Zephyrus, qui etiam est occidentalis colla-

Auctoris pulchra determiatio.

Habitudo maris rubri, & Nili respectu Aegypti.

Vnde nascatur mare rubrum & per quæ loca transeat.

Idem est Nilus, & Gehon fluuius.

Nota ventorum distinctionem à duodecim punctis signium.

collateralis Fauonij à parte meridiei. Et tunc flaret contra orientem contra contingentia frontis orientalis eum latere septentrionali, & tunc illa pars, quę non occupabatur à mari rubro in fronte orientis Aegypti, versus meridiem suppleretur in eo, quod abundaret frons orientalis Aegypti declinando ad aliquam partem lateris septentrionalis. Quia cum isti venti flent per lineam rectam à partibus oppositis mũdi ad aliàs, vt patet in assignatione sex punctorum Spheræ, scilicet duorum punctorum in oppositis partibus æquinoctialis lineæ, & duorum in oppositis partibus Tropici capricorni, & duorum punctorum oppositorum in duobus polis mundi, & duorum punctorum in vna parte latitudinis circuli artici, in quo est polus Zodiaci, ad punctum oppositum in circulo Antarctico Zodiaci, & aliorum duorum punctorum in alia latitudine prædicti circuli arctici, ad punctum oppositum circuli antarctici, qui patent in assignatione spheræ materialis, de quo forsitan alibi lucidius dicemus. Erit necesse, quòd quantum ab vna parte declinant ab occidente versus meridiem, tantum declinent in opposita ab oriente versus septentrionem, & è contrario. *Indurauit Dominus cor Pharaonis*. Idest non apposuit ei gratiam motricem ad assentiendum rationabili pacto, quod egerat cum Moyse, qua gratia absente ad omne bonum corda nostra dura, & inepta sunt: hæc autem non appositio erat propter Pharaonis demerita, vt in superioribus sæpe expositum, ac dictum est. *Nec dimisit filios Israel*. Scilicet etiã si promisisset, quod tamen erat satis mirandum de tanta duricie. *Dixit autem Dominus*. Descripta octaua plaga hic subiungitur nona, & diuiditur in tres partes. Primò ponitur plagę irrogatio. Secundò eiusdem ablatio ibid. *Vocauitque Pharao*. Tertiò Pharaonis post plagam abolitam induratio ibid. *Indurauit autem*. Circa primum.

Psal. 104. 9. plaga tenebrarum Sa. 17. c. 18.

Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in Cœlum, & sint tenebrę super Terram Aegypti tam densæ, vt palpari queant. Extenditque Moyses manũ in cœlum, & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra Aegypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. Vbicunque autem habitabant filij Israel, lux erat. Vocauitq; Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite sacrificate domino: oues tantum vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. Ait Moyses: Hostias quoque, & holocausta dabis nobis, quæ offeramus domino Deo nostro, cuncti greges pergent nobiscũ. Non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum domini Dei nostri, præsertim cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. Indurauit autẽ dñs cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad Moysen: Recede à me, & caue, nè vltra videas faciem meam, quocunq; die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses: Ita fiat, vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam.

F Dixit autem Dominus ad Moysen, idest apparuit ei, & locutus est, & fuit ista locutio postquam inflicta fuit octaua plaga, & non exaudiuit eos Pharao. *Extende manum tuam in Cœlum*. Idest contra Cœlum. Quæst. 7.

Non est hic dicendum, quòd ideo extenderit manum suam in Cęlum Moyses, quia maioris potestatis erat, quàm Aaron: nam ista extensio nihil operabatur efficiendo, sed signando, vt supra declarauimus in isto capit. Sed tetendit manus in Cœlum ex conuenientia signi, quod facere debebat, scilicet inductionem tenebrarum palpapilium, quia enim hæ tenebræ causabãtur ex retractione radiorum solarium, & aliorum siderum, siue ex ingrossatione aeris superioris, Plaga ista desuper veniebat, ideo manus ad cœlum tendere debebat, quasi vocando illam tenebram, vt veniret: sicut supra vocabat locustas, & hoc modo loquitur Boetius de Consolat. lib. 1. Metro. 3. agens de causatione obscuritatis dicit.

Sol latet, & nondum Cœlo venientibus astris.
Desuper in terram nox funditur.

Sint tenebræ. Idest, & eruut tenebræ. *Tam densæ, vt palpari queant*. Tenebra propriè nomen priuationis est, & palpari non potest, quia non est ens reale, nec aliquid positiuum. Hic tamen accipitur tenebra Metaphoricè pro quadam Metaphorica impressione, quæ caligo vocatur, ex vaporibus humidis, & frigidis condensata in tantum, vt palpari possint ex soliditate, iam declinãte ad grossiciem aqueam, vel terream. De hac in primo Mete. per Aristot. fit autem ista caligo sæpe in maritimis Oceani, exhalante aqua grossos vapores, qui a frigido circunstante condensantur, & ingrossantur amplius, ita vt totaliter visum tollant. Non potuit tamen talis caligo naturaliter fieri maximè in terra, quæ non erat super Oceanum, licèt quantum ad quãdam partem esset coniuncta mari rubro: hoc tamen nihil erat, quia in alia parte Aegypti declinante ad meridiem, quæ erat seiuncta à mari rubro æqualis caligo erat. Item quia existente ista caligine Aegyptij nihil videbant, Hebræi aũt qui inter eos manebant, clare videbant, vt infra patet. Causata fuit ista caligo, vel tenebra ex duob⁹, scilicet ex priuatiuo, & ex positiuo, ideo erat eis valde per accidens. Priuatiuum erat retractio radiorum solarium, & omnium astrorum, quæ ad illa loca, in quibus manebant Aegyptij nullos radios dirigebant, ad partem vero, in qua manebant Hebræi emittebant solitum lumen suum. Positiuum fuit vaporum supernaturaliter eleuatorum condensatio magna: ita vt tactum paterentur, quod nunquam in tali densitate visum est. *Extendit Moyses manum in Cœlum*. Idest contra Cœlum ex mandato Dei, quia plaga de superioribus veniebat, scilicet retrahendo radios luminosos, & inspissando aerem superiorem. *Et factæ sunt tenebræ horribiles*. Non solùm palpabiles, sed etiam horribiles, quia in illis tenebris fiebant horribiles visiones, vt patet Deuter. 4. cap. & Sapie. 17. *In vniuersa Terra Aegypti*. Nullus enim fuit locus, in quo non essent huiusmodi tenebræ. *Tribus diebus*. Satis hoc suffecit afflictioni Aegyptiorum: nam si pluribus diebus tenebræ mansissent, omnes Aegyptij perijssent fame, & angustia, cùm in illis diebus de locis, in quibus erant, moti non sunt, & sic necessarium est, quòd nullus comederit in illis tribus diebus, nisi apud mensam staret, quia non mouebantur de loco, in quo stabant. *Nemo vidit fratrem suum*. Idest alium, qui erat apud eum, cùm quo communicabat, & manebat in eadem domo: ignis autem siquis erat tunc apud Aegyptios, aut extinctus est, aut nullatenus fulsit. *Nec mouit se de loco, in quo erat*. Quia quilibet tantis visionibus imaginariis terribilibus vrgebatur, quòd vide-

Caligo in Aegypto ex duobus causata fuit.

Ignis non splenduit tẽpore tenebrarũ ĩ Aegypto.

Ignis non splenduit tempore tenebrarũ in Aegypto.

videbatur ei confestim moriturum, si saltem modicum moueretur. Etiam quia cum tam insolitam tenebram experti fuissent, putauerunt totum naturę ordinem fuisse peruersum, ideo timebant gratia discrimina quocunque se verterent affutura. Etiã quia motus erat ad habendum aliquod necessarium, vt cibum, aut potum, aut cętera in hunc modum: sed tunc tanta obscuritate præuenti, & animo simul turbato nihil de his vbi nam esset recordabantur. *Vbicunque autem erant filij Israel lux erat*. Filij Israel erant in terra Gessen: & quia in hac erant Aegyptij admixti Hebræis, erat caligo, & radiorum luminarium priuatio, in ipsis autem locis, in quibus erant filij Israel, dato ꝙ vnus Hebręus apud vnum Aegyptium maneret, erant radij solares, & lux: quia Deus vtitur rebus omnibus ad nutum suũ, cum omnia subsint ei in potentia obeditiua. *Vocauitque Pharao*. Hic ponitur secundum, scilicet prædictæ plagæ ablatio, fuerat enim ista plaga inflicta conformiter ad obdurationem Aegyptiorum, & mentis cęcitatem: nam sicut ipsi tanta videntes diuina signa nõ respexerũt: sed obdurato animo restiterunt, ita Deus eis inconsuetam tenebram dedit, vt apertis oculis nihil cernerent. *Vocauitque Pharao Moysen, & Aaron*. Ista vocatio fuit post tres dies, cessante tenebrosa caligine: nam in illis tribus diebus dum durauit plaga nullus motus fuit de loco suo, vt patet in litera. Item patet hoc, quia quando in alijs plagis Pharao dicit Moysi ꝙ irent ad sacrificandum, prius petebat, vt oraret pro cessatione plagæ, nunc autem non petijt hoc: sed immediate dixit: ite & sacrificate Domino Deo vestro. *Ite & sacrificate Domino*.

Quæst. 8. Quare Pharao dixit quòd irent ad sacrificandum.

Dices quare Pharao dixit Moysi & Aaron, ꝙ irent ad sacrificãdum, cùm liberatus esset iam a plaga, quia alijs vicibus cũ requies daretur indurabatur. Respondetur ꝙ Pharao expertus huius plagæ atrocitatem, & terrorem horribilium visionum putauit alia crudiora mala sibi seruata, nisi dimitteret populum Hebræorũ ire ad sacrificandum, ideo mandauit ꝙ irent. *Oues tantum*. Idest solum remaneant. Hoc potest intelligi duobus modis, vno modo ꝙ Pharao vellet dimittere oẽs Hebręos tam senes q̃ paruulos, tàm viros quam feminas, sed vt esset securus ne recederent, voluit detinere eorũ pecora, in quibus tota erat eorum possessio, quia his detentis in Aegypto nõ recederẽt omnibus bonis expoliati. Alio modo intelligitur ꝙ Pharao non dicebat hoc: quia intenderet Hebręos dimittere sub ista conditione ad sacrificandum: sed volebat experiri, an vellent recedere totaliter de Aegypto, vel solũ ad sacrificandũ ire. Nam si ipsi intenderẽt ire ad sacrificandũ solum, & postea redire, non multum curarẽt, an armẽta secum portarent, vel dimittẽrẽt ea in Aegypto suis pastoribus custodienda. Si autem instarẽt Israelitæ ꝙ vellent secum pecora cuncta deducere, satis constabat velle eos recedere de Aegypto, vterque aũt istorũ modorũ satis cõgruit literæ: sed de supradictis magis consonat secundus. *Oues tantum, & armenta*. Oues vocat oues, & capras, quæ cõputantur in gregibus: armenta vocantur congregationes magnorum pecorũ, vt vaccarum, & ęquorum, aut camelorum. *Paruuli vestri eant vobiscum*. Facit mentionem spetialem de paruulis, quia paruulos ante spetialiter detinebat. *Ait Moyses*. Non consentiẽs huic prącepto, aut conditioni Pharaonis: quia Hebręi non debebant ire ad sacrificandũ, sed ad fugiendũ in aliã terram. s. Chanaã. *Hostias quoque, & holocausta dabis nobis*. Aliqui exponunt istam literã dicentes: quomodo vis ꝙ maneant pecora nostra, quia non solum de pecoribus nostris immolare debemus, sed etiam tu qui vis, vt pro te Deũ rogemus debes nobis dare hostias idest pecora, quæ offeramus Deo in holocaustum pro te. Alio modo intelligitur, ꝙ dicet Moyses: hostias dabis nobis, idest quid, ꝑdest ꝙ mittas nos omnes ad celebrandũ festiuitatem Dei nostri si non permittis nos portare pecora, de quibus immolemus. Hostias ergo dabis nobis, idest non solum permittes nos ire, sed etiam dabis, idest volumus ꝙ des nobis hostias idest pecora nostra ad immolandas victimas, & iste sensus est melior, quia dicitur in litera. *Hostias quoque*. Idest non solum permittes nos ire sed etiã pecora nostra ad hostias & holocausta. Hostias vocat Hostias pacificas, quarum partem comedent offerentes, partes alię Deo cremabãtur, de cuius ritu patet Leui. 2. & 7. c. Sed tunc non erat ille ritus de seruandis spetialiter omnibus illis partibus quæ in lege seruari iussæ sunt. Holocausta dicuntur sacrificia, quando animalium immolatorum carnes totaliter incenduntur. *Cuncti greges ascendent nobiscum*. Idest oportet quod permittas nobiscũ ascẽdere omnes greges nostros, alioquin non recipiemus conditionem tuã. Accipitur aũt hic grex pro omni congregatione pecorum, siue magnorum, siue paruorũ: in paruis proprie dicuntur greges, in magnis autem vocantur armenta: vtrũque aũt largo vocabulo vocauit gregem. *Nec remanebit ex eis vngula*. Idest nihil remanebit. Et iste modus loquendi multum expressius ad præscindendum vsque ad minimum. s. ꝙ nec minima pars alicuius pecoris manere deberet. In hoc satis argui posset ꝙ Hebræi recedere volebant de Aegypto, quia dato ꝙ sic esset, vt Moyses petebat, ꝙ Pharao deberet eis permittere holocausta, idest aliqua pecora ad holocaustum acciperent aliquã partem, immo & si vellent accipere tertiam partem pecorum, vel etiam medietatem: licèt non esset verisimile, ꝙ tot victimas immolaturi essent, non tamen erat rationabile, quod dicebat. s. nec remanebit ex eis vngula. *Eorum, quæ necessaria sunt ad cultum Domini Dei nostri*. Bene loquebatur Moyses, sed potuisset Pharao rationabiliter elidere petitionem suam, cum petebat omnia pecora, quia non omnia necessaria erant ad cultum Dei sui. *Præsertim cum ignoremus quid debeat immolari*. Recte hoc poterat sustineri, quantum ad species pecorum, scilicet ꝙ forte ignorarent an de tauris, arietibus, aut capris immolandum esset. Ad satisfaciẽdum ergo huic dubio poterat Pharao permittere eis ducere pecora de omnibus speciebus, & de qualibet specie ducerent quantũcunque pecora vellent, non tñ oportebat duci oĩa vsq; ad vngulã, idest ꝙ nihil remaneret, nisi forte rñderet Moyses, ꝙ non solum erat in electiõe Dei, de quibus speciebus pecorum ei immolandum esset, sed etiam quæ induidua accipi deberent, sed nunquam tale legitur, scilicet quòd in veteri testamento sępe legatur Deum mandasse alicui immolare capram, aut taurum, vel arietem, vel huiusmodi, nunquam tamen reperietur quòd mandauerit: immola mihi hunc arientem, vel istam capram. *Donec ad ipsum locum perueniamus*. Populus Israeliticus immolaturus erat Deo in monte Synai, vt dictum fuerat supra tertio capitulo. Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum, & non mentiebatur Moyses, quia nesciebat quid Deus immolari sibi vellet, nam omnia sacrificiorum genera, & modi, qui continentur in toto Leuitico, in montem Synai constituti sunt, vt patet Leui. vigęsimo septimo capitulo in fine: hęc autem licèt vera essent, erant tamen impertinentia, quia non ideo volebat Moyses quòd permitterentur exire cum ouibus, & armẽtis, quia nescirent quid immolaturi erãt, sed quia ad Aegyptũ nunquã redire volebant, mendacium ergo Moyses nullum protulit, sed veritatẽ caute suppressit. Nam si aperte loqui vellet, debuisset dicere: Ecce Deus noster mandat, vt recedamus totaliter de Aegypto, vt numq̃ ad eam redituri:

Differentia inter Hostias & holocausta.

Grex ab armento quid differat.

Cur Moyses veritatem Pharaoni aperte non manifestauit.

voluit tamen sic dicere, quia Deus veritatē illam subticeri mandauit. Et ex hoc eliditur quorundam irrationabilis quæstio, scilicet cùm Deus æqualiter posset aliter educere Israelitas de Aegypto Moyse proponēte nudam veritatem, quare eum tantis laboribus inculcauit. Respondetur, quòd ista quæstio pertinet ad operationes humanas, scilicet vt homo agat res quanto facilius fieri possunt, & ideo peccatum est per plura facere, quod potest fieri per pauciora, vt patet octauo Topicorum. Deo autem omnes modi agendi æqualiter possibiles sunt, quia non est ei magis mouere lapidem, quàm creare totum orbem. Omnia ergo quæ per tot annorū curricula disposuit, & fecit in vno instanti, ita perfecte, vt nūc sunt, velut ab eo facta sunt, operari potuisset: sic tamen fecit, quia voluntati eius, quæ sola pro ratione & regula sufficit, sic complacuit: in nobis autem fatuitas magna esset, si aliquis potens aliquid vna die perficere, in vno anno pficiat. Ex hoc autem interdum in hominibus de operibus Dei innascitur magna admiratio: cum quēdam eorum videntur facta per tātos circuitus, & afflictionum cumulos, qui vt ipsis videt: paruis laboribus expediri potuissent & sic verum est, quòd Deus ea minoribus laboribus nostris, & pauciorib̄us rerum circuitib̄us ea perficere posset, nos tamen, qui ista miramur, & nihil a Deo facta sciremus, tanquam stulta condemnare vellemus, si potestati nostrę, & iuditio regulanda traderētur cōfestim in eis deliraremus. De Deo tamen dubitandum non est, quando omnia hęc breuius facere potuerit, quid enim cogebat per tot plagas Aegyptijs inflictas, per tot Moysi, & Hebręorum angustias, & veritatis supressionem Hebręos ab Aegyptijs liberare, cū potuisset Deus sine vllius plagę inflictione, & consentiente Pharaone Hebræos educere. Nec dicendū est, q̄ ideo necesse fuit sic fieri, vt diuina fortitudo probaret, qā ut declarauimus præcedenti capit. sine vllis pēnis nostris Deus perfectiones suas nobis ostēdit: Huic admirationi nostrę condescēdit Boe. de conso. li. 4. prosa 5. dicēs. Nec mirum, inquit, si quid ordinis ignorat a ratione temerarium, confusumque credatur. Tenendum tamen est consilium eius quod subiungit, scilicet sed tu quamuis causam tantæ dispositionis ignores, tamen quoniam bonus mundum rector temperat recte, fieri cuncta ne dubites: recurrendum autem est in his admirationibus ad id, quod ait Apostolus ad Ro. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & sciæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? Nos enim qui in his admiramur, si horum causas secretissimas nosceremus, rectissime hæc facta conprobaremus. Sufficit ergo siquis quērat, quare ista sic Deus fecit, cùm aliter leuius facere potuisset, dicere, sic factum esse, quia sic Deus voluit, & hanc solam causam expressit Christus homo, admirans magnalia Dei, subleuando paruulos, & dimittēdo magnos, vt patet Mat. 11. ca. vbi dicitur Confiteor tibi pater Domine cęli, & terræ, quia abscondisti hoc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Ecce qualiter ī magnis & admirabilibus factis Dei Christus Iesus, qui occultissimas istorum causas cognouerat, solā diuinam voluntatē istorum causam expressit. Quāto magis nos, qui de illa dispositione nihil cognoscere possumus? *Indurauit autem Dominus.* Exponatur sicut in præcedētibus. Et noluit dimittere eos. Eo modo quo Moyses volebat: licēt ipse eos vocari fecerit ad dandum eis mandatum de eundo ad sacrificandum. *Dixit que Pharao ad Moysen.* Iam Pharao valde iratus erat Moysi, quia nō recipiebat conditionem, quam rex dabat. *Recede a me, & caue ne vltra videas faciem meam.* Non prohibuit ei Pharao, quòd non videret faciem suam, quia non est in potestate nostra quibus visis tāgamur, nam dato quòd Moyses nollet videre Pharaonē, si tamen contingeret Pharaonem transire coram Moyse, necesse esset Moysen videre Pharaonem, nisi ante oculos ex industria conclusisset: erat tamen in potestate Moysi venire ad videndum Pharaonem, & hoc poterat ei Pharao inhibere, & sic videtur sonare litera. Intelligendum tamen est, nec hoc fuisse prohibitum, quia nihil Pharaoni nocebat, quòd Moyses coram eo appareret, si nihil faceret aut loqueretur. Inhibuit ergo ei Pharao ne appareret coram eo, idest quòd non veniret ad dicendum ei aliquid ex parte Dei, sicut facere solitus erat, vel ne aliquid faceret coram eo: quia quando aliquæ plagæ faciendæ erant, Moyses, aut Aaron faciebant eas coram Pharaone, vt patet ex superioribus. Ista duo offendebant Pharaonem, ideo hæc duo interdixit Moysi sub interminatione mortis. *Quocunque Die apparueris mihi.* Idest, veneris coram me, scilicet ad loquendum aliquid ex parte Dei: vel ad faciendum ista signa, quæ facis. *Morieris.* Idest mandato meo occideris. Et licēt ista videantur dicta soli Moysi, dicebantur etiam ipsi Aaron, qui pro Moyse loqui solitus erat, & quatuor signa priora, scilicet vnum signū, & tres plagas effecerat. *Respondit Moyses.* Libenter suscipiens id, quod Pharao mandabat, quia sciebat longe aliter euenturum. O miserande, & miserabilis Pharao stultus te furor exagitat, nunquid ex precedentibus castigatus non euasisti, vt disceres timere verbum Domini, & obedire voci eius? tu enim mortē cominaris ei, quē totiens pro vita exorasti; in sanis valde, & longe aliter quam existimas tibi est euenturum, atque pro tanta duritie caput tuum demersura in breui extrema calamitas. *Ita fiat vt locutus es.* Idest ego non dissentio in hoc, nec repugnabo mandato, sed tu potius contra venies. Cum tu & serui tui supplices exorabitis, vt faciam quod petebam, vt patet infra 11. capit. *Non videbo vltra faciem tuam.* Idest non veniam ad videndum, sed potius tu ibis ad me: cum illata vltima plaga Pharao, & serui eius surrexerunt media nocte dicentes Moysi, vt recederet de Aegypto, vt patet infra 12. capit.

Non esse quērendū cur Deus per plura faciat q̄d per pauciora fieri potuisset.

Quia Pharao Moysi prohibuit ne videret amplius faciē suam.

CAPITVLVM XI.

ET dixit Dominus ad Moysen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & Aegyptum: & post hæc dimittet vos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa argentea, & aurea, & vestem. Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, & omni populo.

supra 3. §. infra 11. c. Ps. 104.

Et dixit. Descripta in precedentibus nona plaga, hæc describitur decima, & diuiditur in duas partes: primo ponitur plagæ cominatio secundo eiusdē inflictio in c. 12. In parte. *Factum est autem.* Prima iterum in duas, quia primo ponitur pars principalis, secundo pars incidentalis in principio 12. c. Prima in duas, quia primo Deus

Decima plaga.

Deus istam pēnam annunciat Moysi, secūdò Moyses annunciat illam Pharaoni ibi. *Et ait, hoc dicit Dominus.* Circa primum. *Et dixit Dominus ad Moysen.* ista locutio Dei ad Moysen videtur fuisse antequā Moyses recederet a conspectu Pharaonis, quia istam plagā Moyses nunciauit Pharaoni, vt patet in litera, sed non nūciauit eam postquam recessit illa vice a conspectu Pharaonis: quia Pharao mandauerat sibi, vt patet precedenti ca. q̄ nunquam compareret coram eo, & Moyses hoc consensit dicens, ita fiat, vt locutus es, nō videbo vltra faciem tuam. Sed forte dicet aliquis, q̄ Deus mandauit Moysi, vt rediret ad Pharaonem ad nunciandū ista, licēt ipse dixerit, se non rediturū ad Pharaonem, quia aliquando prophetę loquuntur ex spiritu suo, & non ex spiritu Dei, & postea Deus mandat oppositum, vt patet 3. Re. 7. qñ Dauid vidēs, q̄ habitaret in domo Cedrina, & Arca Dei maneret in Papilionibus, dixit ad Nathan prophetam: Vides ne qd̄ ego habitem in domo Cedrina, & Arca Dñi sit in medio pelliū. Et dixit Nathan ad regem: Omne q̄ est in corde tuo vade, & fac, quia Dñs tecum est. Et tunc in eadē nocte factus fuit sermo Dei ad Nathan, vt diceret Dauid, q̄ nō ipse templum ędificaret, sed qui de eo nasceretur. Sic ergo potuit esse de Moyse, q̄ ante spiritu suo ipse promiserit non se rediturū ad Pharaonem, cū spiritus Dei postea mandauit exire ad Pharaonem. Et si dicatur cōtra istum modum, qūo ergo Pharao nō occidit Moysen venientem coram eo? Rndetur q̄ Dñs immutauit cor eius, vt non irasceretur Moysi. Sed adhuc non potest stare, quia nō consonat litera: nam immediate dicitur, q̄ Moyses prædixit plagam, & subiunxit: Descendent oēs isti serui tui ad me, & orabunt me dicentes, egrede re: manifestum est q̄ ista verba concordant, & respondent mandato Pharaonis demonstrando illud esse in damnum Pharaoni, quia non veniret Moyses ad ipsū, sed ipse ad Moysen: si autem ista fuisset alia apparitio Moysi coram Pharaone quàm fuit cessatio plagæ, qñ stetit coram Pharaone, & madauit ei, q̄ non appareret coram eo, non consonarent ista verba, quæ se referunt ad mandatum Pharaonis. Item quia infra dicitur: Moyses exijt iratus nimis a Pharaone: manifestum aūt est, q̄ Moyses non irasceretur nimis, nisi aliquid iniustum ei fieret, vel iuberetur: sed si ponatur q̄ ista fuit alia apparitio Moysi cōram Pharaone, non ponitur in litera aliquid, ppter quod Moyses fuerit iratus, qa nec ponitur q̄ Pharao responderit aliqui d ad prænunciationē huius plagæ. Ponēdū est ergo q̄ fuerit apparitio superior corā Pharaone, & tūc satis patet quare Moyses nimis iratus esset. s. quia interdictum fuit sibi, ne corā Pharaone vltra appareret, quod in eadem vice fuit. Sed adhuc dices, non pōt hoc stare quia Deus non apparebat Moysi coram idolatris, immo nec coram Aaron, sed Moyses solus tendebat extra vrbē in locum secretum, & ibi loquebatur ei Deus, quāto magis nō appareret ei corā Pharaone? Rñr q̄ vt dictum est sępe, & patet Nu. 12. c. Ad prophetiam causandam, quæ sine diuina reuelatione non est, oportet esse diuinam apparitionem, sine manifestationem, sed ista differūt. Quia aliquando demonstratur alicui per essentiā, vt Moysi, & Paulo Apostolo: & in hac ostensione secretissima cognoscuntur, & plura quā in alijs prophetijs: sic patet. 11. ad Cori. 12. vbi cùm diuisset Apostolus se vidisse Deū, & nescire an in corpore vel extra corpus: subiunxit se vidisse secreta, quę non licet homini dicere. Alio mō fit diuina apparitio ad prophetā per solā mutationem intellectuam. s. q̄ Deus cleuet intellectū prophetę lumine supernaturali ad cognoscēda q̄dam, quæ naturaliter cognosci non poterant, & ista fiebat communiter in prophetis. Alia est apparitio diuina, quæ fit per solam visionem imaginariam, scilicet cum intellectū prophetæ Deus volens illuminare, immittit in imaginationem quasdam nouas formas, per quas appræhendit aliquid, quod aliter scire non poterat, & istæ formæ immutant tanquam prēsentia essent, obiecta illarū formarum sicut declarauimus supra 7. c. De descensu formarū imaginatarum ad principium sensitiuum. Alio mō fit diuina apparitio in prophetis per solam vocē auditā sine aliquo alio: dum tñ is, qui audit, eam intelligat: sicut fuit de Samuele, cui locutus fuit Dñs per noctem vocans eum, vt patet 1. Regum 3. c. Aliquando fit apparitio in assumpta figura, & videtur oculis, & verba audiuntur, sicut patet de Daniele cui apparebat sępe Gabriel Angelus, & ad locutionē eius vehementer turbabatur Daniel, interdū vt dissoluerentur compages eius, & non remanerent in eo vllæ vires. Sic etiam apparebat sępe Dñs Moysi, vt patet ex præcedentibus. Nunc ergo dicendū q̄ quēdam apparitiones ad prophetas possunt fieri corā alijs, siue idolatris, siue colentibus Deum, quēdam aūt nō. Prima, quæ est apparitio, vel reuelatio essentiæ diuine non fit coram alijs, maxime corā idolatris, non quidē quia timeatur q̄ idolatrę videant essentiam diuinam, quia nec ipsi prophetæ eam vident sine specialissimo priuilegio, & in paucissimis: sed nō fit propter immutationem magnā, quę fit exterius in corpore videntis Deum per essentiam, quia cū illud sit summū intelligibile, nō potest anima nostra ad illud peruenire, nisi ab omnibus suis operationibus cesset tam ab animalibus, quā vitalibus, siue naturalibus, intendendo illi soli sicut declarauimus latius Gen. 20. c. & Num. 12. Cū autem anima sic intendit, & ad illud inteiligibile summum rapitur, nec homo videt, nec audit, nec tangit, aut hēt aliquem sensum; immo nec respirat, nec pōt corpus sustinere ita q̄ ad modum cadauerum necesse sit membra animali operatione destituta cadere velut exanimata: quod patet in Beato Paulo, qui dum raptus fuit ad videndum diuinam essentiam, ita priuatus fuit omnibus sensibus, & actu animę circa corpus, vt nesciuerit an in corpore, vel extra corpus fuerit, vt patet 11. ad Corin. 12. c. & idem habetur Actu. 9. c. Quia tunc cum locutus fuit ei Christus, & videtur facta fuisse illa apparitio ex eo quòd ex tunc incepit prædicare mirabilia, quæ ante non nouerat, vt patet ibidem: tunc enim collapsus est in terram quasi mortuus, & fugit lumen ab oculis eius, & ad manus suorum portabatur in ciuitatem. Quia ergo aliquis propheta sic collabatur vt mortuus coram aliquibus, maxime corā idolatris, rationabile non est. Maxime quia cùm apud Gentiles Puella virgo, quæ Phebi Sacerdos erat, cùm aliquid diuinum prędictura erat, arripiebat eam Dęmon, quem ipsi Deum magnum Phebum putabant, & spumans ore labebatur in terram, vt ait Lucanus libro 3. de bello Iulij Cęsaris, & Pompei: putarent ergo Gentiles videntes prophetam ante Deum sic collabi, a dęmonibus arripi, & modo Sacerdotum suorum vaticinari.

Cur Moyses dixerit se ad Pharaonē non rediturum cum Deus ad eū exin de redire pręceperit

Apparet Deus varijs modis.

Cum anima ad Deū rapitur homo tunc nullū sensum habet immo nec respirat.

Et si arguas, quare ergo cùm Paulus raptus fuit, & vidit diuinam essentiam, concidit coram suis? Ad hoc respondetur, quòd satis constat Paulum raptum fuisse tunc, & vidisse diuinam essentiam. Sed vtrum in illa locutione Christi, quando in terram collapsus fuit, raptus fuerit, vel postea in illis tribus diebus sequentibus, quando non manducauit, nec bibit, vt patet ibidē, non constat. Si autem velimus dicere quod iste raptus fuit postquam ductus fuit in ciuitatem, & iacuit illis tribus diebus non comedens aut bibens, non pateret aliqua mutatio in eo, quia quasi mortuus iacebat ex pauore, quem conceperat in itinere. Si autem dicatur quòd raptus fuit, quando Christus sibi locutus fuit, & cecidit in terram: deinde fuit paulum

Quęst. 2. Cur Dom. Paulus in rapere suo conci dit corā suis.

lulum in terra,& postea surrexit: in illo autem modico spacio,quo fuit in terram prostratus, videtur dicendum magis,ꝙ fuerit raptus, & tunc dicetur,ꝙ qñ aliqs ad videndam diuinã essentiam rapitur, non rapit̃ corã alijs: ne alij mutationẽ corporis sui videant. Nisi forte cum illa apparitiõe sit mixtũ aliquid q̃d q detur in pęnã, sic.n.fuit hęc,quia cum Paulus persequeretur christianos publice, in pęnam huius Christus eũ corã alijs deiecit, & hoc significauit eis Christus in voce, cũ dixit: Saule saule cur me persequeris? Et hanc vocẽ sui audiuerunt,vt patet ibidem,& sic intelligere poterãt illũ casum non ad videnda diuinã essentiã: sed ad pęnã inflictum fuisse. Aliter põt rñderi,ꝙ illud,q̃d dictũ solũ est in Prophetis Dei, & q reputant̃ vt Prophetę Dei, Saulus autem tunc nõ reputabatur, vt Propheta Dei: ideo nullum sequebatur inconueniens ad casum eius. Secunda apparitio, quæ est sola intellectus eleuatio in propheta per lumen supernaturale ad cognoscẽdum aliquid, quod ante naturaliter cognoscere non poterat, & potest fieri vbicunque: quia ad hanc non sequitur aliqua corporis mutatio, nec aliquid q̃d audire aut videre non liceat assistentibus. Tertia, quæ est visio imaginaria per formas a Deo immissas, vel in imaginatiua nostra illuminatas, & mirabiliter ordinatas, vt propheta aliquid concipiat, quod ante non concipiebat: fieri potest vbicunque, cum eodem modo non sequatur aliqua corporis mutatio in propheta, aut exterior apparentia eius, quod videre non deceat assistentes. Et sic patet de Eliseo, cui cùm diceretur a rege Ioram, qui regnabat in Samaria, vt prophetaret de eis, tã dẽ improbato ipso Ioram per Eliseum, respondit Eliseus: Adducite mihi psaltem idest cantorem, & sequitur in litera: Cumque caneret psaltes, facta fuit super eum manus Domini, et ait. Hæc dicit Dominus &c. Manifestum est quòd Eliseus ibi aliquo de istis duobus modis habuit reuelationem: quia non potest dici, ꝙ fuerit ibi reuelatio Dei per essentiã, quia hoc nulli viatori concedimus nisi Moysi, & Paulo; nec etiã fuit ibi visio, aut apparitio alicuius Angeli, nec vox aliqua, sed solum dicit ꝙ facta est super eum manus Domini idest venit super eum spiritus prophetiæ, licèt de istis duobus modis non apparet clare quis fuerit, uidetur tamen magis fuisse per solam intellectus eleuationẽ, quia dicitur, facta est super eum manus Domini idest spiritus prophetiæ, quod ad intellectũ pertinet magis, quàm ad imaginatiuam. Etiam quia cũ visio imaginaria fiat per imagines, quæ sunt formæ sensitiuę, & magis pertinent admodum videndi corporeum, quã ad intelligere, semper dicitur in eis quòd propheta vidit tale, aut tale, sicut quòd Daniel viderit bestias illas quatuor, & viderit similia, quæ patẽt in libro suo. Et quòd Ezechiel viderit similitudinem gloriæ Domini ĩ quatuor animalibus apud fluuium Chobar, vt patet Ezechiel 1.c.&10. Et quòd viderit templũ construi, cuius mensuram describit c. 40. & vsque ad finem libri sui: sic de Zacharia propheta, quòd viderit candelabrum, & septem oculos super lapidem, & quatuor currus diuersorum equorum, de quibus Zacha.4.& 3. Ideo videtur mihi quædam regula generalis satis vera, quæ plerisque testimonijs, & exemplis scripturæ confirmatur, scilicet quòd quandocunque aliquis propheta dicit: Hæc dicit Dominus, quòd illa, quæ dicit cognouit sola eleuatione intellectus per lumen supernaturale: cum autem dicit: Ego vidi tale aut tale: vt diximus in prædictis exemplis, & in multis alijs locis prophetiarum, quòd illa cognita fuerint imaginaria visione, de quibus aliàs magis dicetur: constat ergo ex his quòd reuelatio Prophetica, aut visio dei quantum ad istos duos modos potest fieri Prophetis coram quibuscunque siue Deum colentibus, siue idola.

> Paulus in illo modici temporis spatio quo prostratus iacuit ĩ terrã raptus fuit.
> Quomodo facta fuit diuina reuelatio Eliseo Prophetę.
> Soli Moysi & Paulos Deus per essentiam reuelatus est.
> Regula cognoscẽdarum reuelationum.

F Quartus modus erat, quòd aliqua vox audiatur prophetæ, & non videatur aliquid alterum, sicut diximus de Samuele. Et de ista dicendum est quòd non fit coram alijs: quia forte alij non sunt digni talem vocem audire. Aliquando tamen fit ad multos, cùm Deus intendit non loqui ad vnum tanquam ad prophetam, sed vult commonere omnes: sic fuit cùm Deus in mõte Synai dedit præcepta, quia tunc cunctus populus audiebat voces, vt patet infra 19.c. & sic dixit eis Moyses Deu. 4. c. Vocem quidem eius audistis, formam autẽ penitus non vidistis, & ipsi tanquam congratulantes dixerunt: Nos audiuimus vocem dei de medio ignis, & probauimus, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. Deu.5.c. Fuit autem hoc vt totus populus G timeret Deum audiens terribilem vocem eius: vt patet eodem Deu.5.c. Aliquando etiam quando loquitur Deus ad prophetiam directe permittit, vt audiant alij vocem illam, vt patet in Christo. Ioan. 12. c. cum petijt a patre glorificari, & facta fuit vox de cęlo dicẽs: Clarificaui, & iterum clarificabo. Tunc turba quę astabat admirata est, & quidam dixerunt factum fuisse tonitruum, alij dixerunt, Angelus ei locutus est. Fuit ergo hęc vox audita a turba, licèt non esset digna audire vocem de cęlo: vt secundum quòd Christus petebat glorificari, ita clarificaretur audientibus omnibus quòd de cęlo ad eum vox fieret, & sic eum in maiori reputatione tenerent. Et hanc fuisse intentionem vocis declarauit Christus cum subiunxit ibidem: non H propter me hęc vox venit, sed propter vos. Aliàs autẽ nunquam fit vox alicui prophetæ cęteris audientibus. Quintus modus reuelationis, aut visionis dei est in subiecta figura, cùm Angelus loco Dei corpus assumiens apparet: hoc autem nunquam fit alicui prophetæ videte reliquo populo, nec in bonis, nec malis, q̃a adhuc secretius est, quòd videtur quàm quod auditur, maxime quia cũ visione sẽper fit locutio, & nõ è cõtrario. Nunc ergo dicendũ ꝙ Deus apparuit Moysi in domo Pharaonis nõ reuelando se ei per essentiã, nec loquendo in voce, siue forma apparente, nec apparẽdo in subiecta creatura. Sed apparuit ei vno de duobus modis p̃dictis.s.aut eleuãdo intellectũ eius sup̃ naturaliter ad cognoscẽda ista, q̃ dicebant̃.i.an ei reuelabant̃, & Pha- I raoni dicenda erãt: aut p visionẽ imaginariã, quorũ qlibet modus satis ꝯgruebat corã alijs, q̃a astãtes nullã in hoc mutationẽ pphetæ respiciunt, aut vidẽt q̃ videre nõ licet. Quis aũt istorũ duorũ modorũ fuerit, Dicẽdũ ꝙ fuit primus.s.ꝙ Deus eleuauit intellectũ eius supnaturaliter ad cognoscendũ s̃m regulam, q̃ supra posuimus.s.ꝙ. Qñ dr̃, dixit Dñs, ptinet ad intellectiuã cognitionem, sic.n.ponitur in principio lr̃æ. Et dixit Dñs ad Moysen: maxime quia iste modus huius reuelationis non prefert in se formas visibiles, quales ptinent ad visionem imaginariã: concluditur ergo, ꝙ Deus apparuit Moysi in domo Pharaonis. Et qñ arguitur ꝙ Deus apparere cõsueuerat Moysi extra vrbem etiã non pñte Aaron. Rñdetur ꝙ illud intelligitur quantũ ad appari- K tionẽ per locutionẽ, & p visum in forma assumpta, q̃a hoc non erat decens audientibus, & assistẽtibus, q ista visione digni non erant. *Adhuc plaga vna tangam Pharaonem.* idest solum vna plaga erit ad Pharaonem, & in hac consummabuntur signa Aegypti. Ista plaga est illa, quam prædixerat Deus Moysi, scilicet de morte primogenitorum, de qua supra 4.c. cum dixit: Dimitte filium meum: & noluisti dimittere eum, ego interficiam filium tuum primogenitum. *Tangam Pharaonem, et Aegyptum.* Quia ista plaga de primogenitorum occisione ad omnes pertinuit: primogenitus enim Pharaonis mortuus est, & omnes primogeniti Aegyptiorum, vt patet infra in litera, & capitulo duodecimo. *Post hæc dimittet vos, & exire compellet.*

Non

> Quomodo Deus apparuit Moysi in domo Pharaonis.
> Epilogus, & conclusio totius quęstion.

Non solũ permittet vos recedere sicut petebatis: sed etiam ipse conpellet vos exire, tanta erit amaritudo pęnę, & timor maioris mali: quia quando viderunt Aegyptij in qualibet domo mortuos aliquos, putauerunt ꝙ omnes morerẽtur, nisi recederent Hebrei: & sic dixerunt, vt patet infra 12.c. cum dicitur vrgebant Aegyptij hebręos, dicẽtes, oẽs moriemur. *Dices ergo omni plebi.* Licèt in ista reuelatione Deus dixerit Moysi, vt mandaret populo petere vasa aurea, & argentea, & vestes ab Aegyptijs: tamen prius annunciauit mortẽ primogenitorum Moyses Pharaoni, quã diceret ista plebi: nam vt dictum est ista reuelatio fuit facta Moysi coram Pharaone, & immediate denunciauit ei, quę a Deo acceperat: populo aũt non potuit denunciare ista de petitione vasorum quousque recederet a Pharaone. *Postulet vir ab amico suo.* Ista reuelatio non fuit facta nunc nouiter Moysi, quia in monte Synai ei reuelatum fuit, cum Deus dixit: Et cũ egrediemini non exibitis vacui, sed postulabit mulier a vicina sua, & ab hospita sua vasa argentea, & aurea, & vestes: ponetisq; sup filios vestros, & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum. Hæc etiã Moyses dixit populo, qñ venit de Madian ad consolationem populi. Et sic patet supra 4. c. cum dr̃. Locutus est Aaron omnia verba, quæ dixerat Dñs ad Moysen, & fecit signa coram populo. Sed illa verba de spoliatione Aegyptiorũ erant de verbis, quæ Deus dixit ad Moysen. Ergo Aaron locutus fuit ea coram populo Hebræorum: nũc aũt iterum reuelauit, vel repetiuit Deus Moysi ista verba, quia antea prędixerat ei, ꝙ hoc facere deberent, sed non determinaue rat eis tẽpus, qñ facere deberent. Nunc ergo determinat Deus ꝙ immediate, vt Moyses ista renunciauerit populo, oẽs incipiãt petere ab Aegyptijs vasa, & vestes. *Vir ab amico suo.* Quia licèt Aegyptij percuterent, & affligerent Hebræos mandato regis: tamen aliqui de eis beniuoli erant aliquibus Hebręis, & illi vocantur amici eorum: maxime quia nunc oẽs amici erant cũ dedisset Deus gratiam Hebræis in conspectu Aegyptiorũ, sed nõ loquitur hic litera de talibus amicis, sed primo modo dictis. *Et mulier ab amica sua.* Vel a vicina sua, secundum quòd patet supra 3. cap. Et hoc quia viri magis discurrunt q̃ mulieres: ideo hñt possunt amicos in locis distantibus, mulieres vero non discurrunt, ideo amicæ suæ sunt vicinæ suæ. *Vasa aurea, & argentea.* Satis apparẽtem causam habebãt Hebræi ad petendũ ista, quia putabant Aegyptij eos ire ad sacrificandũ Deo suo. Et in talibus requiritur magnus honor, & apparata, scilicet quòd portarent bonas vestes, & vasa preciosa, & cętera, quæ pertinent ad ornatum.

Dabit autem Dominus gratiam populo suo.

Scilicet ꝙ Deus immitteret quandã promptitudinẽ Aegyptijs in modum cuiusdam liberalitatis, quę etiã consistit in accommodando res libenter: ita ꝙ dabũt vobis cuncta, quę petieritis, non erat tamen ista liberalitas, cùm sit quidam habitus, sed erat quædam impressio facta a Deo, quæ pertinebat ad genus passionis cuiusdam, non quidem naturalis, sed impressæ a Deo. Vel potest intelligi quòd ista gratia non fuerit in Aegyptijs sed in Hebræis, scilicet quòd Deus dederit eis quandam qualitatem supernaturaliter, secundum quam ita placuerunt Aegyptijs, quòd non solum dederunt eis ea quę petierunt, sed etiã dedissent eis omnia, quæ possidebant, si petijssent. Et iste secúndus modus satis conformatur literæ, & forte magis quam primus, quia dicitur. *Dabit autem Dominus populo suo gratiam coram Aegyptijs.* Scilicet quòd ista qualitas, quę gratia hic nominatur, in Hebræis esset. Non dixit autem quòd peterẽt pecuniam ab Aegyptijs, & hoc propter duo. Primo quia non habebant colorem ad petendũ pecuniam, sicut ad petendum vasa argentea, & vestes,

> Quæst.3. Quæ grã a Deo data fuit Hebræis.

A quia vasa, & vestes erant ad honorem solennitatis: pecuniæ autem nihil ad hoc proficiebant: maxime quia nec indigebant aliquib. pecunijs ad cibos cum iter eorum ad sacrificandum, vt ipsi petiuerant erat per solitudinem: in qua non erant habitatores, quibus pro cibarijs pecunias darent, aut possent impendere: si ergo petijssent Hebræi pecunias, satis intellexissent Aegyptij quòd non voluntate sacrificandi, & redeundi, sed voluntate totaliter recedendi hoc petebant. Secundo quia pecunię Aegyptiorum non erãt ita vtiles Hebræis, sicut vasa aurea, & argentea, & vestes, quia vasa proficiebant ad duo, scilicet ad constructionem & fabricationem vasorum tabernaculi, & ad valorẽ, vt inde haberent alia necessaria, pecunię autem Aegyptio- B rum non valebant ipsis aliquid cum recedere deberẽt de terra illa. *Fuitque Moyses vir magnus.* Nicolaus autem vult quòd vocetur hic magnus Moyses, quia fuit constans coram rege denunciando ei pęnas, & infligendo. Sed magis videtur referri ad ea, quę hic dicta sunt, scilicet quod Deus daret gratiam Hebræis, vt peterẽt, & petita reciperent ab Aegyptijs. Et quãtum ad hoc fuit vir magnus, quia tenebatur in magna reputatione coram seruis & tota Aegypto: ideo forte ipse petijt multa vasa argentea, & aurea, & lapides preciosos ab Aegyptijs, qui libenter ei darent, quem in tanta reputatione tenebant. Vel forte vt uult Auenezra aliqui de iudæis videntes Moysen tantum ab Aegyptiis honorari, in nomine eius petebant ab Aegypijs vasa au- C rea, & argentea dicentes, date hoc nobis amore Moysi, & dabantur petita, quod multum extollebat Moysem apud suos Pharaoni.

> Pecuniam quare non postulauerunt Hebrei.
> Quomodo Moyses fuerit vir magnus.

Et ait: Hæc dicit Dominus. Media nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum: a primogenito Pharaouis, qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum Ancillæ, quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum, eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegyptij, qualis nec ante fuit, nec postea D futurus est. Apud omnes autem filios Isael nõ mutiet canis ab homine vsque ad pecus, vt sciatis quanto miraculo diuidet Dominus Aegyptios, & Israel. Descendentque omnes serui tui isti ad me: & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & oĩs populus, qui subiectus est tibi. Post hæc egrediemur. Et exiuit a Pharaone iratus nimis. Dixit autẽ Dñs ad Moysen. Non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in terra Aegypti. Moyses autẽ, & E Aaron fecerũt oĩa signa, et ostenta, q̃ scripta sũt corã Pharaone. Et ĩdurauit Dñs cor Pharaonis: nec dimisit filios Israel de terra sua.

Et ait. hæc dicit Dñs. Postq̃ retulit lr̃a ea, q̃ reuelata fuerãt Moysi, & dicẽda erant populo, hic ponunt̃ ea, q̃ Moysi reuelata sũt, vt dicerent Pharaoni, *Media nocte ingrediar in Aegyptum.* Ista fuit prima nox, in q pcussit Deꝰ primogenita Aegyptiorũ. Qñ ãt fuerit ista media nox rñdetur, quòd fuit in nocte sequenti, postquã Moyses dixit ista Pharaoni: nam Moyses locutus fuit ista in mane coram Pharaone, & postea in media nocte facta fuit pestis. Et tunc cum recessit Moyses a Pharaone

 misit

F

miſit aliquem nuncium ad terrã Geſſen, quæ ibi erat apud ciuitatem, in qua tunc rex manebat, & omnes Hebræi petiuerunt vaſa, & veſtes ab Aegyptiis, vt mandauerat Deus. Vel forte dicendum eſt melius, ꝙ non eadem die dixerit iſta Moyſes Hebreis, ſed aliqua alia die precedenti. Sed hic ponuntur per recapitulationẽ, & in iſta die petiuerũt. Et manifeſtatur hoc, quia ſicut cap. ſequẽti in principio dicitur: quòd mandauit Deus agnum anniculum immaculatũ comprehendi die decima menſis primi, & teneri vſque ad 14. diem eiuſdẽ menſis, & tunc immolari, & prænũciauit eis ꝙ die 15. eiuſdem menſis egreſſuri eſſent de Aegypto, neceſſe ergo fuit quòd ad minus ſex diebus ante. ſ. nono die menſis eiuſdem iſta acciderint, cum mandaretur fieri in decimo: poterant ergo ſcire tempus quando opporteret petere vaſa aurea, & argẽtea ab Aegyptiis, & veſtes, petiuerunt autem die 14. menſis Martij, quia ſequenti die receſſuri erant. *Ingrediar Aegyptum.* Deus ad nullum locum ingreditur, vel exit, cum vbique ſemp ſit, dicitur tamen ingredi per effectum. Sicut deſcendere dicitur de cęlis ipſum verbum diuinum, vt carnẽ de virgine ſumeret.

Quomodo Deus ĩgrediatur al quem locũ cum vbique ſit

Hic autem non dicitur ingredi, qa ipſe ſecundum eſſentiam, vel aliquam operationem ingreſſus fuerit, quia hoc damnum, quòd hic infligendum prenunciatur, non per ipſum Deum, ſed per Angelum percutientem factum eſt, vt patet ſequẽti cap. Deus tamen ingreditur, quando aliquis eius nomine ingreditur, Angelus autem eius hic dicitur ingredi in Aegyptum, quia forte ille Angelus, qui ſecundum locum diffinitus eſt, in Aegypto ante non erat, & tũc nouiter intrauit in Aegyptum incipiendo ibi eſſe. Vel dicitur ingredi in Aegyptum, quia ante mediam noctẽ nihil in Aegypto faciebat, media autem nocte incepit percutere. *Media nocte.* In Hebræo dicitur. *Quaſi media.*

Quare difficillimum eſt aſſignare punctum mediæ noctis, & quid eſt proprie media nox, & an Dei operatio ſit in inſtanti, vel in tempore imperceptibili, & an ſit verum quòd Angelus aliquid operetur in media nocte, & quòd tunc percuſſerit primogenita Aegypti.

Quæſt. 4.

Et dicit Rabbi Salomon, quia hoc dixit, ne calũniarentur Aegyptij, quia forte ſapientes Aſtrologi ſcientes inquirere iſta, inquirerent per inſtrumenta ſua punctum mediæ noctis, & quia difficillimum eſt aſſignare punctum medię noctis, cum ſit aliquid valde imperceptibile, niſi ſint inſtrumenta aſtrologica valde magna, in quibus partes motus explicite comprehendantur, & adhuc ſic difficile eſt comprehendi, ideo diſceptarent Aegyptij, dicentes nõdum eſt media nox: vel iã eſt media nox preterita, vt ergo tolleretur diſceptandi occaſio dictum eſt, *Media nocte.* Quaſi ideſt modicũ ante vel modicum poſt; nec loquendo ſtricte, poterit verificari iſta litera. ſ. ꝙ media nocte fuerint mortui primogeniti Aegyptiorũ, quia operationẽ Dei dicimus eſſe in inſtanti, operationem aũt Angeli in aliquo tẽpore licèt imperceptibili, ideo dicimus eos repẽte operari, operatio aũt hominum extenſione maiori tẽporis menſuratur.

Deus in inſtanti operatur Angeli vero in tempore licètimperceptibili.

Cum ergo operatio Angeli ſit ſubitanea, oportet dari aliquod tẽpus, in quo ſit, quãtũcumque paruum ſit: ſed media nox non eſt aliquod tempus, nec pars temporis, nec aliquid diuiſibile, ſed inſtãs copulãs partes tẽporis: ergo nõ poterat aliquo mõ Angelus in media nocte occidere ſaltem vnum primogenitum de Aegyptijs, quantuncumque diuina virtute operatio Angelica adiuuaretur, quia ſicut Deus non poteſt communicare Angelo, vel alicui creaturæ, ꝙ poſſit creare, quia repugnat creaturæ, & quia creare eſt potentiæ infinitæ, quæ ſoli Deo conuenit: ita operari ſine tempore, non poteſt communicari creaturę, quia arguit potentiam infinitam, quę nullo modo eſt communicabilis creaturæ. Antecedens patet. ſ. quòd

Angelus non poterat in media nocte occidere ſaltẽ vnum primogenitum quãtuncumq; adiuuaretur virtute diuina.

in media nocte non ſit tempus. Diſtinguẽdum enim eſt quòd aliud eſt media nox, aliud eſt in media nocte, quia media nox dicit partem ſub duplam totius noctis, & eſt magnum tp̃s, & iſto modo non loquebatur Deus, quia tunc quęlibet pars noctis eſt aliquid medię noctis: cum duę medietates contineant totam noctem, & ſic nõ eſſet aliquid determinatum. Alio mõ. ſ. in media nocte ſignat terminum copulantem partes duas totales noctis, & ęquales, & iſte dicit aliquã certitudinem, & non eſt iſta media nox ſiue in media nocte tempus, ſed inſtans copulans duas partes continuas temporis: & patet quia ſicut in continuis quantitatibus, quæ non ſunt duratio, ſed quędam magnitudines, dantur puncta copulantia partes eorum,

G

vt dicimus quod partes lineę copulantur ad punctum, vt Ariſt. ait in prædicamento: Quantitatis illa aũt puncta non ſunt aliquæ magnitudines, nec partes magnitudinum, ſed ſolum termini magnitudinum: ſic datur in motibus, quia datur menſura intrinſeca. ſ. mutata eſſe, & hoc non eſt motus, nec pars motus, nec aliquid diuiſibile, ſed terminus motus: in quolibet. n. cõtinuo cuiuſcunque generis, ſic oportet dare terminos huiuſmodi, qui indiuiſibiles ſint, & quia non ſunt niſi tria genera continuorum. ſ. continuum permanens, continuum ſucceſſiuum, quod eſt motus, & continuum quod eſt menſura continui ſucceſſiui, & eſt tp̃s: eſt dare ſolum iſtos tres terminos, quorum quilibet eſt indiuiſibilis. ſ. punctus inſtans, & mutatũ eſſe, & hi ſunt

H

indiuiſibiles. Non poterat ergo Angelus in media nocte percutere primogenita Aegyptiorum, cùm in media nocte ſolum inſtãs ſit: Deus autem ſi per ſe operaretur poterat occidere primogenita Aegyptiorũ media nocte: cum ipſe in inſtanti operetur. Nec tñ eſt intelligendum, vt quidã ſimplices opinantur. ſ. ꝙ Deus operet̃ in inſtanti ideſt in aliquo valde modico ſpatio, qđ quaſi nihil videatur.

An Deus operet̃ in aliquo modico tempore.

Hoc aũt eſt ex defectu intellectus eorum, quia non pñt concipere qũo aliqua operatio fiat ſine tempore, vel duratione: tñ eſt. n. dicere Deus operatur in inſtanti, ſicut Deus operatur ſine aliquo tempore, vel operatio dei non habet aliquã durationẽ, quia in oĩ duratione eſt continuitas, & neceſſe eſt dari aliqd prius, & aliquid poſterius. ſ. quòd aliqua

I

pars effectus pducatur ante, & aliqua poſt. In effectu aũt, quem Deus ipſe per ſe producit, nihil horum eſt, quia oẽs partes effectus producti ſimul ſunt: quod põt accipi per durationem rerum, quia operatio Dei videtur ptinere ad modum rerum permanentium, licèt ipſa non ſit permanens nec ſucceſſiua. Nam ſicut nunc cùm totus hõ eſt partes ſimul ſunt, & in quocunq; indiuiſibili aſſignato in tẽpore oẽs illæ partes ſunt, & ſimul ſunt, cum non dicamus ꝙ vna ſit poſtquã alia eſt, cum iã factæ ſunt. Ita dicimus in opatione Dei. ſ. ꝙ det aliquod imaginarium indiuiſibile, in quo Deus operet̃ur, ſi aliquẽ effectũ tunc cauſat, & aliqua ps illius tunc producta eſt oẽs pductæ ſunt. Nõ eſt aũt ſic in opationibus noſtris, vel Angelorũ, quia aliqua pars effectus

K

ſui dat̃ in aliqua parte durationis, & tũc aliqua pars, q̃ poſteris non eſt. Eſſe aũt oẽs ptes effectus a Deo producti ſimul. ſ. ꝙ quandocũq; vna eſt altera ſit, & in illa nihil præcedat, eſt Deũ opari in inſtanti, & perinde eſt ac ſi dicat̃, Deus nõ operat̃ in tẽpore. Nec eſt ſimile dicere natura operat̃ p tẽporis ſucceſſionẽ ſatis pceptibilẽ, Ang. repẽte, Deus vero in inſtãti, qa duo prima dicũt mẽſuras, tertiũ aũt nõ: nã tẽpus aliqua mẽſura eſt, cũ ſit ſucceſſio, & repẽte, vel ſubito aliqua mẽſura eſt, cũ ſit q̃dã pars valde parua tẽporis, & nobis quaſi imperceptibilis, inſtãs aũt nõ eſt menſura. Primo quia mẽſura, & menſuratum adæquantur: adæquatio autem eſt inter hñtia quantitatem quod non cõpetit inſtãti. Secundo & principalius, quia dato quòd adhuc menſura

ſura ponatur indiuiſibilis ſaltem loquendo valde large: tamen inſtans adhuc non poteſt poni menſura diuiſibilis, vel indiuiſibilis, quia inſtans non eſt ens reale, quod aliquid ponat, ſed ſolum aliquid conceptum a nobis, vt melius intelligamus certitudinem temporis.

Inſtans nõ eſt aliquod ens reale ſed a nobis conceptum ad diſtinctionem temporis.

Nec eſt idem de inſtanti totaliter, quòd eſt de puncto, aut de mutato eſſe, quia punctorum quędam ſunt copulantia partes continui, alia ſunt terminantia. Puncta enim, quæ ſunt copulantia, vel vt verius dicamus, quę vocantur copulantia, non ſunt entia realia: ſed ſolùm ſunt per intellectũ noſtrum, quia cùm omnis magnitudo permanens ſit diuiſibilis in infinitũ, poſſumus eam diuidere in quacunque parte, & quia in diuiſione ſemper cãtur punctus diſtinguens in illis locis, per quem nos diuidi poſſe cõtinuum cogitamus, puncta imaginamur, & illa vocantur continuantia: quia imaginamur ea eſſe intra partes, quæ ſunt actualiter continuatæ: ſunt tamen diuiſibiles, ſi tamen illa pũcta ponerentur eſſe realiter, iam non eſſet magnitudo continuata, ſed diuiſa, puncta autem: quæ ſunt terminantia, licèt indiuidualia ſint, & non ſint partes paruę, aut magnæ ipſorum cõtinuorum, tamen ſunt res, & non priuatiuæ, ſed poſitiuę: & de his dicit Philoſophus, ꝙ punctus habet poſitionem in linea ideſt ordo ſitus ſcilicet quia punctus non in qualibet parte lineę eſt, ſed in extremitatibus.

Puncta copulantia non ſunt entia vera ſed per noſtrum intellectum.

Sic eſſet de mutato eſſe, quia cũ motus ſit aliquid cõtinuum, eſt diuiſibile in infinitum, & per quãlibet partem ſignatam eſt diuiſibilis, cũ ergo ad diuiſionem ſequatur terminatio, & terminatio in motu ſit mutatum eſſe, imaginamur in motu infinita mutata eſſe, cum in infinitum, vel per infinitas partes potuiſſet ſecari motus. Huiuſmodi autem mutatum eſſe nõ eſt ens reale, ſed ſola imaginatione ſubſiſtens, & quia quilibet motus habet aliquem terminum habet neceſſario vnum mutatum eſſe, quod eſt ei naturale, & illud eſt ens, licèt nõ ſit pars motus, aut aliquid diuiſibile: aſſignamus nos ergo in magnitudine manente aliquem punctum, qui eſt res, & aliquid qui nõ eſt res, & in mutato eſſe, quod pertinet ad motum damus aliquod mutatum eſſe, quod ſit res, & aliquod ꝙ non ſit res. In tempore autẽ aſſignantur inſtantia, ſed non poſſunt aſſignari inſtantia, quæ ſint res, ſed quæ non ſint res, quia ſicut punctus terminans magnitudinẽ eſt res, & nõ qui copulat partes magnitudinis, ita inſtans quod terminaret tempus deberet eſſe ens reale: illud autem quod aſſignatur intra ipſum tempus non eſt ens reale, ſed ſic eſt ꝙ cum tempus ſit vnum continuum durans a mundi creatione, nec vnquã intercidit, cum motus cęli, in quo fundatur, nõ intercidatur, nunquam dabitur ꝙ in tempore fuerit inſtãs terminans tempus, cum nunquam tempus terminatũ fuerit. Niſi forte dicas terminatũ fuiſſe quoddã tempus, quando Ioſue pugnante ſtetit ſol, ſi tunc ponantur omnes alij cęli ſtetiſſe: non tamen ſequitur ex hoc tempus ceſſaſſe, quia tempus eſt numerus motus, ſed tũc fuit omnis motus proprie, aut large dictus, ſcilicet generatio, corruptio, augmentatio, diminutio ſecundum locum mutatio, & alteratio vt patet inſpicienti bella facta tunc, cum ſol ſtetit, in quibus omnes iſtæ mutationes interuenerunt.

Nũquam in tempore dabitur inſtans ipſum terminans cum nunquam temporis terminatũ fuerit.

Sed adhuc de hoc nõ inſiſtendo ſaltẽ dicetur, quòd ex tunc non terminatũ fuit tẽpus. Nec valet ſi dicas ꝙ vnus annus terminatur, & alius incipit, quia inter tẽpus, ꝙ facit vnũ annũ, & tempus qđ facit alterũ, nõ eſt realiter aliquod diſtinctiuũ, ſed ſola noſtra cogitatio, q̃ vult vocare ſpaciũ, aut morã in qua ſol redit de puncto ad punctũ motu proprio vnũ annum. Solùm ergo ſunt inſtantia, quę nos ponimus in tẽpore imaginata, & non realiter exiſtẽtia: operari ergo in inſtãti eſt in nihilo operari. Sed dices quare ergo dicitur Deus operari in inſtanti? Reſpondetur

Quare dicam' Deũ in inſtanti operari.

A

ꝙ hoc eſt, vt melius intelligatur modus operationis eius, quia ſicut inter vnã partem quantitatis continuę, & reliquam nihil eſt: ſed nos imaginamur eſſe pũcta, quia imaginamur eſſe diuiſibiles ita inter vnam partẽ temporis, & reliquam ei coniunctam nihil eſt realiter, ſed ſolùm quia tempus diuiſibile eſt, & inter illas duas partes imaginamur eſſe inſtans, quod diuidere poſſet: nam ſi inſtans poneretur realiter, tempus eſſet realiter diuiſum, ſicut inter partes continuæ quantitatis ſi ponatur punctus, actualiter ſunt diuiſę: melius tamen intelligimus dicendo, Deum operari in inſtanti, quàm dicendo ꝙ Deus operatur in nihilo. Et accipitur ſic ſicut duę partes temporis iſtius, ſcilicet vnius horę, quæ ſunt duæ medietates horę. Inter has autẽ nullum

B

aliud intercidit, quia tunc totum haberet aliquid præter duas medietates, quòd eſt falſum. Nunc ergo dicatur ſic, quòd Deus creauit vnam animam, vel fecit aliquem effectum, & ille effectus non erat exiſtente aliqua parte de prima mediate horæ, & ille eſt ante oẽm partem ſecundæ medietatis horę, ideo fuit ſine aliqua mora, vel perceptibili, vel imperceptibili, & hoc propriè eſt Deum in inſtanti operari. Hic autẽ multa alia eſſent, quæ paucis verbis explicari non poſſunt: ideo melius ſubticebuntur, cum ſtudeã in quantum valeo breuitati, ſaluo intellectu eorum, quę dicuntur, quantum mihi videtur elucidãdum. Concluditur ergo media in nocte ſiue potius hoc, quod eſt in media nocte, non eſſe ens reale diuiſibile, vel indiuiſibile, ſed ſolum

Mediæ nox non eſt ens reale diuiſibile vel indiuiſibile ſed ſolum inſtans imaginarium.

C

inſtãs imaginatum. Non potuit ergo Angelus bonus, aut malus media nocte primogenita Aegyptiorũ occidere, potuiſſet autem Deus, ſi per ſe facere voluiſſet: ſed conſtat ꝙ per ſe non egit cùm dicatur miſiſſe Angelum percutientem, vt patet c. ſequenti. Hic autẽ quęrẽdum eſſet de iſto Angelo, qui percuſſit Aegyptũ an bon', vel malus fuerit: ſed melius dicet̃ infra ſequẽti c.

Quæſt. 5. An Angelus percutiens primogenita Aegyptiorum fuerit vnus vel plures.

Nunc autem quęritur vtrũ iſte Angelus percutiens fuerit vnus an plures. Poſſet aliquis forte dicere, quòd fuerint plures, quia dicitur Pſ. 77. loquendo de Aegyptijs. Miſit in eos iram ſuam immiſſiones per Angelos malos: ergo fuerunt plures Angeli, qui hoc fecerunt. Sed hoc nõ valet, quia ibi loquitur textus de omnibus plagis illatis Aegyptijs, & ad hoc fuerunt plures Ange

D

li, quia forte vnus intulit vnam, & alius aliam. Sed vtrũ iſtã plagam de morte primogenitorum plures ſimul, aut vnus intulerit non apparet inde. Aliquis autem forte dicet quòd fuit vnus, quia infr. 12. c. dicitur quòd cũ Deus viderit ſanguinem in vtroque poſte, non ſinet percuſſorẽ ingredi domos veſtras: ergo videtur quòd vnus percuſſor erat. Dicendũ quòd fuerint plures Angeli percuſſores. Et ratio huius eſt quia iſta percuſſio facta fuit in tota Aegypto quaſi media nocte, & hoc in tota Aegypto æquale fuit, quia eodẽ tẽpore, quo in vno loco primogenita occiſa ſunt, & in alio loco idẽ factum eſt, quod non videtur poſſe fieri, ſi vnus Angelus hoc ſolus feciſſet. Quia licèt Angelorum ſit mira celeritas, tamen hoc videtur impoſſibile potẽtię crea-

E

tæ: quia Aegyptus magnũ regnũ erat habẽs multas ciuitates, villas, & viculos, & in his oĩbus facta fuit occiſio, quia ſicut dicitur cap. ſequenti. Non fuit aliqua domus in qua non iaceret mortuus; ad occidendũ ergo tanta milia hominum ſucceſſiue, quantacunque parua eſſet ſucceſſio in operatione, nõ videbatur poſſe fieri in tam paruo tẽpore. ſ. quòd in quolibet loco Aegypti ferè in media nocte mortua fuerint omnia primogenita. Videtur dicendũ magis, quòd fuerint multi. ſ. ꝙ in vno loco percuteret vnus Angelus ſiue bonus, ſiue malus, & alius in alio loco, vel quòd vnus Angelus percuſſerit duo vel tria loca ſi parua erant. Ad argumentũ qñ dicitur quòd Dñs non ſineret ingredi percuſſorẽ. Rñdet̃ ꝙ licèt plures eẽnt percuſſores: tñ non

Plures Angeli fuerũt qui primogenita Aegyptiorũ occidere.

erant simul percutientes, scilicet quòd ambo percuterent in eadem domo: nec etiã in eadem ciuitate erant multi percussores, sed vnus: ideo percussor non debebat permitti intrare domos Iudeorũ, quia dato quòd Deus permitteret ĩtrare, sicut permittebat in domus Aegyptiorum, tamen non intrassent percussores, sed percussor. *Media nocte.* Nicolaus dicit quòd non fuit ista media nox sequens post illum diem, in quo Moyses dixit Pharaoni quòd morerentur primogenita Aegypti. Sed per aliquos dies post, scilicet per quatuordecim ad minus. Et quòd ista, quæ habentur sequenti c. de ritu Agni Paschalis dicta fuerint populo, postquam recessit Moyses a Pharaone, & in istis diebus populus parauit se ad faciendum Pascha, & ad exitum de Aegypto, & petijt vasa ab Aegyptijs. Sed hoc nõ videtur esse valde cõueniens, quia Moyses simpliciter dixit: Media nocte ingrediar Aegyptum: cum autem aliquis sic dicat de proxima media nocte intelligitur, maxime qa Aegyptij erant valde cauillantes. Et si media nocte sequente non euenisset mors primogenitorum, vt sonabant verba Moysi, accusassent Moysen tanquam mendacem. Ponendo autem quòd in media nocte sequenti, postquam ista dixit Moyses, fuit facta ista plaga, non sequitur aliquod incõueniens: sed sola anticipatio, vel recapitulatio dictorum, & hoc non est inconueniens, quia frequenter fit in sacra scriptura. Item quod dicit, scilicet quòd oportebat ad minus illa quę infra sequũtur dicta fuisse per quatuordecim dies ante mortẽ primogenitorum, & ista verba de prænunciata peste per quatuordecim dies ante fuisse prolata, non videtur cõcludi ex positione. Fundamẽtum suũ est, quia in principio sequentis cap. dicitur. Mensis iste primus erit vobis in mensibus anni, & sic videtur quòd in primo die mensis huius dicta fuerint illa verba, & quartadecima die ad mediam noctem post illum diem fuit facta ista pestis videt̃ quòd ad minus quatuordecim diebus ante inflictionem fuerit prænunciata pestis. Sed hoc nõ sequitur, quia illa verba sequentis cap. potuerunt dici die octaua, vel nona mensis ipsius, scilicet Martij, quia dicitur, decima die mensis huius &c. ergo poterat dici hoc alia die ante decimã, scilicet nona die, & sic solum dicta fuissent verba de morte primogenitorum diebus quinque ante mortem primogenitorum, cum primogeniti mortui fuerint quartadecima die in nocte media, & ista potuissent dici die nona eiusdem mẽsis. Nec videlicet quod supponitur vt fundamentum, scilicet, Mensis iste erit vobis primus in mensibus anni, quia non solum potuisset dici hoc in principio mẽsis, sed etiam in medio, vel in fine eius. *Et morietur omne primogenitũ in terra Aegypti.* Quia angelus missus a Deo percutiebat illos. *A primogenito Pharaonis.* Nominauit primogenitum eius in principio, quia ipse honoratior erat in tota Aegypto. *Qui sedet in solio eius.* Idest qui sedere dẽt post mortẽ eius iure successiõis paternę. Vel quia forte tũc sedebat in solio patris, quia eũ pater coronauerat, sicut viuẽte Dauid coronatus fuit Salomõ filius eius, vt patet 3. Reg. c. 1. Et faciũt aliqs reges moderni, hoc ẽt fecerũt multi de Imperatorib. Romanis, q filios suos Cęsares faciebãt, & imperabãt simul pr̃, & filius. *Vsque ad primogenitum ancillæ.* Nominauit hic duo extrema. s. primogenitus Pharaonis q honoratissimus erat inter oẽs Aegyptios, & primogenitũ ancillæ, qui infimũ locum tenebat: cũ serui non participent dignitatibus, & honoribus. Intelliguntur aũt oẽs alij medij inter hos, ideo dicit litera vsque ad primogenitũ ancillę. Nam si solum intelligerentur isti duo, non poneret, vsque, cùm ista dictio dicat discursum mediũ inter aliqua duo. *Quę est ad molam.* Idest ponĩt ad molendũ. Hoc subiungitur ad notandũ minorẽ dignitatem, quia cũ serui sint extremi, & isti sunt dupliciter, vel qui ponun-

Lirani opinio.

Confutatio Lirani.

F tur ad opera vilissima, vel qui ponuntur ad durissima. Primo modo loquitur Tullius in Paradoxis Paradoxa quarta quę dicit oẽs sapientes liberos esse, ibidem aũt subdit de seruis Citeresibus. s. de adulatoribus, aut mimis, vel ioculatoribus, & similibus, & dicit q illi, qui verrunt, & stercora purgant pessimũ seruitutis locum tenent, eo q ista opera fędiora sint. Alij autẽ dñr serui indignissimi, qa eis dantũr opera duriora, & isto mõ illi, qui ponuntur ad molam, indignissimi sunt, cũ molere maximus labor sit Ancilla ergo, quæ est ad molã, indignissima est infra autem 12. c. dicitur a primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuæ, quæ sedet in carcere. Sed ista idem sũt, quia ancilla, quę sedet ad molam est Ancilla, quę sedet in carcere: nã istę An- G cillæ, vel serui per diem coguntur sedere ad molam terendo panem: in nocte verò ponuntur in carçere profundo, & clauso, sic enim fit nũc omnibus captiuis nę effugiant. *Et omnia primogenita iumentorum.* Primogenita iumentorum, vel ipsa iumenta nihil peccauerant, cũ peccare non possint, punita fuerunt tamen ad maiorem Aegyptiorũ afflictionem, vt in se & rebus suis punirentur. Vocãtur hic iumenta generaliter oĩa animalia domestica, siue iumenta, vt equus, & mulus, aut asin⁹, aĩalia, siue alia vt pecora, & canes, & catti, & aues domesticę, omniaque alia: quia in his oĩbus mortua sunt primogenita. *Eritque clamor magnus.* Clamabãt. n. Aegyptij magnitudine plagæ inflictæ. s. mortis primo- H genitorum: nam oẽs aliæ modici momenti, aut nocumenti in comparatione huius existimantur, cùm filij sint maiora bona, quæ patres eorũ diligunt, & conseruari desiderant, maxime quia Aegyptij non solùm dolebant de morte filiorum, sed etiam timebant de morte sua, sic. n. dixerunt infra sequenti cap. cum vrgerent Hebræos omnes moriemur. *Qualis ante non fuit.* Quia nunquam ex temporibus inceptis a constitutione Aegypti fuit tantus dolor in Aegypto, ideo nec tantus planctus. *Nec postea futurus est.*

Qui sint serui vilissimi

Iumentorũ primogenita licèt nihil peccassent tamẽ mortua sunt ad maiorem pęnam Aegyptiorũ.

Quæst. 6. An planctus primogenitorũ fuerit Aegyptijs maior quocũque.

Forte alicui videbitur hoc durum, quia maior planctus debuisset esse in Aegypto, quando submersus est Pharao, & infinitus exercitus Aegyptiorũ in mare rubrum cũ toto bellico apparatu, scilicet curribus equis, I vt patet infra 14. cap. Respondetur quòd maior planctus fuit in morte primogenitorum, quia ante quãdo mortui sunt omnes primogeniti Aegyptiorum fuit planctus maximus. Primo quia communis valde erat, nam nullus ab hoc excipiebatur, sic dicitur sequenti ca. quòd non fuit domus in Aegypto, in qua non iaceret aliquis mortuus. Tamẽ quia erat planctus acerbus, cum valde magnus dolor est in morte primogeniti: quia cõmuniter ille magis q̃ ceteri diligitur, & magis de portione hereditatis habiturus. Erat aũt iste planctus durus etiam, quia non solùm Aegyptij dolebant primogenitos mortuos, sed etiam plorabant pro se, quos sciebant, aut timebant, morituros: cùm dicerent vrgentes Hebręos, omnes moriemur. Plan- K ctus autem de morte Pharaonis, & aliorum cum eo submersorum in mari rubro non fuit tam vniuersalis, quia non fuit mortuus aliquis de qualibet domo Aegypti, vt omnes plangerent. Etiam quia propter Pharaonem mortuũ tristati non fuerint, sed potius in hoc miseriarum suarum acceperunt vindictam: cùm ipso insistente contra Hebręos, & inobediente mandatis Dei, ipso adhuc viuente tota penè Aegyptus plagis perierit. *Apud omnes filios Israel non mutiet canis.* Idest inter filios Israel non intrabit exterminator, nec erit aliquod malum, immo nec apud eos canis saltem in silentio latrabit, & hoc signum magnæ quietis est, quia canes sunt animalia multum inquieta per noctem ex magno timore. Quando ergo aliquid sentiunt, quantuncunque paruum sit, latrant, si ergo in

nocte

nocte illa illatę pestis apud filios Israel canis latraturus A non erat, omnia pacatissima valde necesse erat manere. Rabbi Salomon aliter exponit latratum canis, scilicet de Beelsephon, qui erat canis æreus, & non erat latraturus filijs Israel in exitu de Aegypto. Hoc autem nihil ad propositum, de quo infra c. 13. dicemus. Mutire autem significat latrare tenuiter, vel voce submissa, & hoc est cùm canes nihil vident, sed aliquid sibi videre, aut audire videntur, vel ex inquietudine animi sine aliqua noua apprehensione. Quòd ergo non latrarent, scilicet voce alta, nec mutirent, scilicet voce submissa, valde magna quies erat.

Ab homine vsque ad pecus.

Aliqui volunt hoc referre ad superiora, s. quòd in Aegypto occiderentur primogenita ab homine vsq; B ad pecus. Sed hoc non stat: quia hoc esset replicare sententias cõtinue; patet quia supra dictum fuit, quòd in Aegypto morerentur primogenita omnia à primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam: & primogenita iumentorum. Dicendum ergo, quòd hoc refert ad filios Israel, s. q sicut apud Aegyptios morerentur omnia primogenita a primogenito Pharaonis vsque ad primogenitũ ancillæ, & primogenita iumentorum. Ita apud Hebræos non mutiret canis, idest non latraret ab homine vsque ad pecus, idest nec homini, nec pecori, scilicet quia nec de hominibus aliqui morerentur, sicut de Aegyptijs: nec de iumentis: sic dicitur Psal. 103. q iumenta Hebręorum non fuerunt minorata, & quòd C in exitu suo de Aegypto, non fuit in tribubus eorum infirmus. *Vt sciatis quanto miraculo diuidat Deus Aegyptios, & Israel.* Idest hoc faciam, vt Pharao, & Aegyptij cognoscant quantum sit miraculum in hoc, scilicet quòd Aegyptij percutiantur, & Israelitę nihil. Hoc autem magnum erat miraculum: sicut si ignis totam ciuitatem inuoluens, & omnia ædificia consumens, quosdam homines in medio sui vreret, alios autem seruaret illæsos. *Descendentque omnes isti serui tui ad me.* In hoc insultat Pharaoni Moyses demonstrans mandatum suum esse contra seipsum, quia licèt ipse nunc mandaret Moysi, nunquàm videre vlterius faciem suam, idest, quòd nunquàm vltra ad eum veniret ad loquendum aliquid in his, aut signa faciendum, cum D coactus pestis dolore, & sui discriminis terrore ipse cum seruis suis irent ad Moysen, vt faceret quod petebat. Dr̃ hic. *Descendent.* Quia in illa ciuitate, in qua tunc Pharao manebat palatium regis erat in loco eminentissimo ciuitatis, quia sic congruebat ad aeris aliqualẽ temperiem, præcipuè cum Aegyptus calida valde sit, cætera autem ciuitas erat in loco depressiori sicut nũc fit: quia castella ciuitatum, vt fortiora sint, sunt in locis altissimis ciuitatum, & intus sunt palatia regum: erat ergo sic a domibus Pharaonis, in quibus manebant serui sui cum eo ad habitationes ciuium descensus quidam, in quibus manebat tunc Moyses, vt hospes: descendere ergo deberent serui Pharaonis versũ hospitium Moysi, si illuc ire volebant. E

Nicolaus dicit, quòd Pharao non descendit cum seruis suis ad Moysen: sed soli serui descenderunt. Et hoc quia Pharao prædixerat, quòd Moyses nunquàm esset amplius eum visurus. Vtrum autem rex descenderit ad Moysen non patet: sed ista quam ponit Nicolaus non videtur esse causa, etiam si non descenderit. Nam illud mandatum non imponebat sibi Pharaoni, sed Moysi; quia dixit ei: Caue ne videas faciem meã. Etiam in penæ ostenditur, cum dixit: quocunq; die apparueris mihi morieris: non imponebat ergo sibi legem Pharao, sed alteri, scilicet Moysi: poterat ergo descendere ad eum non obstante hoc. *Omnes isti serui tui ad me.* Omnes ibant, vt magis mouerent Moy-

Cõfutatio expositionis.

sen: ad id quod volebant. *Et orabunt me.* Hoc in pęnam eorum erat, quia antea Moysen petentem exaudire nolebant: nunc autem versa vice cogebantur ipsi petere a Moyse, vt recederet cum populo suo, sicut ante petiuerat. *Egredere tu.* Scilicet de terra Aegypti ad immolãdum in solitudine, & omnis populus, qui subiectus est tibi. Aegyptij enim videbant populum Hebræorum subiectum Moysi, quia ipse mittebatur à Deo tanquàm dux ad dirigendum, & ducendum eos ad sacrificandum: & hoc cognoscebant Aegyptij per signa, quæ faciebat Moyses ad eorum eductionẽ. *Post hæc egrediemur.* Scilicet postquàm orauerint me serui tui, vt egrediar. *Et exiuit à Pharaone iratus nimis.* Fuit autem ista ira: quia Pharao tantum inobediens erat mandatis Dei. Et cùm ipse indigeret Moyse potius quàm Moyses Pharaone, mandabat tñ sub pœna capitali ne vltra compareret Moyses coram ipso talia facturus, aut dicturus.

Ista ira non fuit peccatum, quia non fuit per vindictam, aut odium, sed per zelum: sicut quandoque nõ hominibus; sed hominum irascimur delictis, detestando ea: pertinet ergo ista ira ad charitatem, cum ad delictorum emendationem proficiat: immo carere ira, quantum ad talia, vitium quoddam est, quia nõ irasci aut detestari peccata aliena propinquum est ei, quod est assentire eis. *Dixit autem Dominus ad Moysen.* Ista locutio fuit, & apparitio postquàm Moyses exiuit a Pharaone. *Non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in terra Aegypti.* Non tenetur particula, vt, proprie, prout importat causam finalem: quia tunc esset sensus, Pharao non vult vos audire, idest acceptare preces vestras. & hoc vt faciatis alia, & alia signa. Sed hoc falsum est, quia Pharao non desiderabat, vt fierent signa, immo valde tristabatur, cùm fiebant, quia in damnum eius erant: sed tenetur impropriè, vt, addiciem, & signat id quod, etiam si, & est sensus. *Non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant.* Idest etiam si multa alia signa fiant præter ea, quæ facta sunt, ideo inutile esset iam multiplicare signa super eum. *Moyses autem, & Aaron.* Hic ponitur epilogus breuis dictorum, quia supra positæ fuerunt omnes plagæ illatæ Aegyptijs: hic concludit breuiter, quis ea fecerit, & cuius auctoritate cum dicitur. *Moyses & Aaron fecerunt omna signa.* Prius fecit Aaron signa quàm Moyses, quia ipse primo virgam proiecit cùm versa est in draconem, deinde vertit aquas in sanguinem, deinde ranas eduxit, ad vltimum cyniphes terræ puluere percusso eduxit: reliqua autem signa per Moysen, facta sunt quantum ad illa, quæ humano ministerio inflicta sunt, ponitur tamen Moyses ante Aaron propter auctoritatem signorum, quia Aaron erat interpres, & minister Moysi: Moyses autem Deus Pharaonis constitutus fuerat, vt patet supra 7. cap. *Omnia signa, & ostenta.* Signa dicuntur illa, quæ sine inflictione pœnarum diuinam potentiam demonstrabant: ad comprobandam verã operationem, & locutionem Moysi à Deo: Ostenta dicuntur signa magna, quę non solùm erant diuinam potentiam demonstrantia, sed etiam pœnam infligentia: de hoc magis dictum fuit, supra 7. c. & hoc modo omnes decem plagę vocantur ostenta. *Et indurauit Dominus cor Pharaonis.* Accipienda est induratio non vt à Deo directè causetur, tanquàm ipse illam vellit, sed tanquàm illam in pœnam infligat peccatorũ: quæ qualiter intelligenda sint, supra 4. & 9. ca. declarauimus. *Nec dimisit filios Israel de terra sua.* Sed hoc videtur falsum, quia dicitur hic in litera supra, quòd serui Pharaonis descensuri erant ad Moysen orantes, vt recederet ipse cum populo suo: & dicitur, quòd post hoc egrediemur: ergo non solum dimisit eos exire: sed etiam orauit, vt exirent. Item quia cap. sequenti

Quæst. 7. Ira quãdo nõ est peccatum.

Signa ab ostensis q d differunt: q̃ras supra si uis.

quenti dicitur, quòd Pharao, & Aegyptij instabant, vt recederent Hebrei ad sacrificandum donec fecerunt eos exire, & istud fuit propter plagam pestis inflictam: ergo dimisit eos Pharao propter ostenta facta in eum, Respondetur, quòd non repugnant ista literæ: quia licèt dimiserit Pharao istos ire ad sacrificandum propter plagas inflictas, nõ tamen propter eas quas Moyses & Aaron fecerunt vsque ad nonam plagam inclusiue, scilicet vsque ad tenebras palpabiles, & tamen in his adhuc induratus erat Pharao, nec dimittebat populum: & de istis dicitur hic; postea tamen secuta fuit alia plaga, scilicet pestis primogenitorum: & propter hãc dimisit eos Pharao, & exire compulit: hæc tamen non per Moysen & Aaron, sed per Deum ministrante angelo percussore inflicta fuit. In litera autem dicitur quòd Moyses & Aaron fecerunt omnia signa, quæ mandauerat Dominus; tamen Deus induraui cor Pharaonis, & non dimisit eos; ista autem omnia signa, & ostenta sunt nouem, postea fecit Dominus aliud signum siue ostentum de morte primogenitorum, & non induraui tunc Pharaonem, & dimisit Israel.

CAPITVLVM XII.

DIXIT quoque Dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis hædum, & seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus; non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantùm igni. Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis, nec remanebit quicquàm ex eo vsque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis.

Hedus paschalis. De cõs. d. 2. ca. quid sit sanguis Di. 11. c. ecclesiasticarum in gl.

F *Dixit quoque*. Superius dixerat Moyses plagam pestis venturam in primogenitos Aegyptiorum sequenti nocte: & cùm hic secundum naturam historię sequi debuisset mors illorum, interposita fuit celebratio paschalis, & cæremoniæ quæ in comestione agni obseruanda erant.

Et ista interpositio satis conuenit huic loco, quia cũ ista de celebratione paschali dicta fuerint Moysi; dum fierent istę plagę: & erant ista multum principalia: necesse erat ea hic scribi, & quia ista non sunt res gestæ, sed præcepta, de quibusdam gerendis interponendo ea necesse fuit interrumpi historicam narrationem, & inseri in aliquo loco inter plagas. Et quia nullus locus conuenientior fuit, quàm iste, interrupta fuit G hic historia, & posita fuerunt hic ista cæremonialia: & patet hoc, quia sequenti cap. dicitur de recessu Israelitarum de Aegypto: & quia in nocte præcedenti ante illum recessum, scilicet decimoquarto die mensis primi immolauerunt agnum paschalẽ, ponitur hic immiolatio eius, & ritus immolandi ad futuras generationes. Et fuit hic recapitulatio quantum ad ista cæremonialia: quia antequàm Moyses annũciaret mortem primogenitorum dicta fuerunt ista: nam mors primogenitorum nocte sequente postquam prenuntiata fuit inflicta est, vt declarauimus præcedente cap. Sed ista de celebratione paschali ad minus necesse fuit dici antequàm fierent per sex dies: quia celebratio paschæ, & mors primogenitorum fuit die quarta- H decima mensis primi, vt patet in litera: sed ista ad minus dicta fuerunt mense primo die nono, aut octauo mensis, quia dicitur in litera, quòd decima die mensis illius accipere deberent agnum, aut hœdum ad immolandum, nec potuerunt ista dicta fuisse multis diebus ante, vt aliqui putant, vt forte vno mense, aut duobus: quia quando ista dixit Deus Moysi, sic incepit dicere: Mensis iste principium mensium, primus vobis erit in mensibus anni: ergo oportebat quòd quando ista dicebantur, iam esset mensis inceptus: vt saltem esset prima dies: & cum in quartodecimo die celebratum fuerit pascha: non potuit dici ante, nisi per dies quatuordecim ad plus. Ans patet, quia dicitur, mensis iste, ergo iam erat inceptus mensis. Non potuerunt I ergo ista dici ante annunciationem mortis primogenitorum, nisi per dies quatuordecim, cũ in ipsa quartadecima die mors fuerit annunciata, & sequenti nocte inflicta. Nec potuerunt ante eam minus quàm per dies quinque dici, scilicet die nono eiusdem mensis.

Quæst. 1. Interpositio pcepto rũ cæremonialiũ de celebratione paschę conueniẽs ponitur in loco isto.

In isto capite intendo facere aliquid specialius, quàm in alijs, tangendo breuiter aliquos sensus allegoricos: ratio enim hoc expetit. Nam hic agitur de immolatione agni paschalis: ista autem immolatio, & omnia alia cæremonialia veteris testi duplicẽ comparationem habent. Vno modo comparantur quantum ad ipsum Hebraicum populum, cui specialiter dabantur ad specialem subiectionem Dei: & singula- K rem cultum, & specialiorem munditiam, quàm in cæteris populis, & vt per hæc diuinorum beneficiorum recordationem haberent; iste enim erat finis principalis inquantum ista præcepta conueniebant isti populo: sic enim patet infra 13, cap. de redemptione primogenitorum. Dixit enim Deus: Cum interrogauerit filius tuus cras, & dixerit, quid est hoc respõdebis ei dicens: in manu forti eduxit nos dñs de Aegypto seruitutis: nã cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dñs omnẽ primogenitũ in terra Aegypti, ab hoĩe vsq; ad iumentum: idcirco immolo domino omne, quod aperit vuluam masculini sexus; & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Quòd autem immolatio agni paschalis, & man-

De immolatione agni paschalis, & alijs veteris testamenti cæremonijs.

In veteri lege erant quædam cæremonialia solummodo in recordationem beneficiorũ a Deo receptorum.

manducatio azimorum essent ad memoriam diuini A beneficij, patet Deut. 16. c. vbi dicitur: Obsetua mensem primogenitorum siue nouarum frugum, & veri primi temporis, vt facias phase domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto nocte: immolabisq; phase domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit, vt habitet nomen eius ibi; non comedes in eo panem fermentatum: septem diebus comedes absq; fermento, quoniam in pauore egressus es de Aegypto; vt memineris egressionis de Aegypto omnibus diebus vitę tuæ: & quod dicitur de istis idem dicitur de omnibus alijs. In omnibus enim istis principalis est memoria beneficiorum Dei, vt patet Deut. 6. c. satis clare. Alio modo considerantur omnia ista cęremonialia secun- B dum quandam habitudinem, quam habebant ad populum futurum, scilicet ad tempus Messiæ: quia vt ait Apostolus prima ad Corin. 10. cap. Omnia in figura contingebant illis, & hoc magis declarat idem Apostolus. secunda ad Corin. 3. & 4. c. Idem etiam dicunt doctores Hebræi, quòd omnes Prophetæ prophetauerunt ad dies Messiæ, idest prophetauerunt principaliter de his, quæ fieri debebant a Messia. Cum ergo Moyses fuerit maximus prophetarum, vt patet Deut. c. vltimo: ea quę dicuntur ab eo ordinabantur in Messiam. Alios respectus vel habitudines potest habere scriptura, scilicet ad ea, quæ agimus, & sic causatur tropologia: aut ad ea, quæ speramus, & sic causatur anagogia: illi tamen duo modi sunt principaliores, & C non vbicunque, sed pręcipuè in cæremonialibus, quia quædam alia sunt in quibus historicus sensus principaliter intenditur. De his Aug. de Ciui. Dei, lib. 17. Secundum ergo istos duos modos sunt duo sensus, s. literalis, inquantum ista cęremonialia respiciunt statũ illius populi solius, & finem suum immediatum: quãtum ad secundum modum, s. inquantum habent cõparationem ad dies Messię, erit hic sensus allegoricꝰ: historicum aũt sicut proposui, & consueui principaliter tangam: allegoricum autem non totaliter, sed quantum ad aliquid dicam: & hoc non intẽdo in alijs locis prosequi. Sed hic, quia litera de Messiæ morte valde conformatur, & de Eucharistiæ Sacramento breuiter tangam. Et quia nunc nouiter præceptum D de immolando phase Hebræis datum fuerat, & hęc fuit prima immolatio, quædam hic obseruata sunt, quæ non manserunt ad futuras generationes, de quibus magis dicemus prosequendo literam. Et hoc fuit, quia populus iste adhuc rudis erat, & indigebat quibusdam apparitionibus, quibus non indiguit in futuris generationibus, & sic videntur aliqua mutata de obseruatione phase intra ipsum tempus Iudæorum, quo hoc obseruari debuit: sed non fuit mutatio; quia illi apparatus non dabantur, vt postea obseruarentur: sed vt solum in prima vice fierent. Sicut neq; diceretur aliqua lex mutata, si in ea tempus præfinitũ est vsq; quo valeret, si post illud non valuit: diceretur tamen mutata si daretur simpliciter, ita quòd intelli- E gereturvalitura in omne tempus, & postea fieret, vt non valeret. Idem enim est de Sacramentis nouæ legis: quia modi obseruationis Sacramentorum non sunt idem in omnibus ecclesijs, sed in quibusdam sic, in alijs autem aliter obseruantur: essentialia autem, & principales solennitates eædem manent. Sic etiam aliquid mutatum est de modo obseruationis Sacramentorum nunc, quẽ in primitiua ecclesia tenebãt, quia tunc Apostoli in nomine Christi baptizauerunt: nos autem in nomine totius Trinitatis secundum formam datam Matth. 28. c. baptizamus. Accedendo autem ad literam dico, quòd in isto, ca. tanguntur duo principalia. Primò ponit partem interpositam descri-

Cæremonialia antiquę legis respiciebant Messiam.

bendo ea, quæ pertinent ad agnum paschalem. Secundo redit ad historiam principalem, ibi. *Factum est autem*. Prima in duas: primo ponitur huius mandati ad Moysen facta reuelatio: secundo eiusdem ad seniores Hebræorum promulgatio, ibi. *Vocauit autem*. Prima in tres: nam primo quantum ad agnum paschalem ponitur modus immolandi: secundo modus comedendi, ibi. *Sic autem comedetis*. Tertiò ritus ad futuras generationes conseruandi ibi. *Habebitis autem hanc diem*. Circa primum. *Dixit quoque Dominus ad Moysen*. Hoc fuit dictum antequàm denuntiaret Moyses Pharaoni plagam de peste primogenitorum, vt probauimus cap. præcedenti, licet Nicolaus teneat oppositum, ibi tamen de sua positione dictum est. Fuit autem dictum hoc ante denunciationem illius plagæ ad minus per dies sex, & ad magis per quatuordecim, includendo vtrumque diem, scilicet primum, & vltimum, vt declarauimus supra in hoc cap. *In terra Aegypti*. Ex hoc patet, quòd istud dictum fuit dum infligerentur plagę, & non fuit dictum Moysi in terra Madiam, sicut quædam alia de quibus, supra 3. & 4. c. *Mensis iste*. Scilicet Martius, qui apud Hebræos vocatur Nisan ex nomine Chaldaico, quia in Hebræo non ponuntur aliqua nomina mensibus, sed solum vocantur mensis primus, & mensis secundus, & sic de cæteris.

Diuisio capiti.

Quis sit primus mensis Hebræorum, an Martius, vel September, aut Ianuarius: Et quo die incipiat annus apud diuersas gentes, & de correctione Kalendarij facta per Numam, & Iulium Cæsarem: & de errore eius posi propter non esse quadrantem precisum.

Quæst. 2.

Quis autem fuit iste mensis, in quo ista dicta sunt. Dicendum quòd Martius noster. Aliquis tamen pteruiet dicens, quòd non est iste mensis primus, qui mandatus fuit Hebræis: sed forte fuit, September: qui erat simpliciter primus mensis anni. Respondetur, quòd non potest esse September: quia in isto primo mense mandatur celebrari Pascha azimorum, sed manifestum est, quòd Iudęi celebrant semper Pascha in Martio nostro. Item quia dicitur, quòd iste mensis erit vobis primus in mensibus anni, quasi dicat, quòd ante non erat primus, sed September ante computabatur, vt primus, ergo non erat iste mensis September. Sed poteris forte adhuc proteruire dicens, quòd Hebræi errauerint in computatione mensis, & assignauerint eum, qui non erat primus ex mandato Dei. Respondetur, quòd hoc non valet: quia mandatum fuit Hebræis, quòd septimo mense celebrarent festum expiationis, & festum clangoris, & festum tabernaculorum, hoc tamen celebrant in Septembri, qui est septimus à Martio, vt patet Leuit. 23. & Num. 29. ca. ergo Martius primus est inter menses, sicut hic dominus mandat. Sed adhuc dices, quòd eodem modo Hebræi errant hic in computatione septimi mensis, quoniam dato vno incõuenienti plura contingunt: si ergo in assignatione primi errant, ita errabunt in assignatione septimi: quia ista cõsequẽter se habẽt: nam posito Martio, vt primo necesse est Septembrem septimum esse. Ad hoc respondetur, ꝙ non potest stare mensem Septẽbrem esse primum: quia tunc sequeretur septimum mensem esse Martium computando à Septembri vltra, sed hoc repugnat literæ: quia dicitur infra 34. cap. cum loquitur de festiuitatibus tribus principalibus, & ponit de festo tabernaculorum, ac dicit; Solennitatem quoq; quando redeunte anni tempore cuncta conduntur, idest omnes fructus siue messes, siue vuæ collecti sunt, & intra domos conseruantur. idem infra 23. c. cum dicitur: Solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agris. Sed manifestum

Martius est primus mensis.

ſtum eſt,quòd nõ colliguntur fruges de agris in Martio,& cuncta alia: immo tunc incipiũt fruges eſſe nouæ,ergo non eſt ſeptimus menſis Martius, ſed Septẽber, quia in illo iam collecta ſunt, vel colliguntur ad domos in terris aliqualiter temperatis, in valde frigidis ſerius cuncta conduntur. Sed adhuc forte dices, quòd primus menſis ſit Ianuarius, ſicut eſt apud nos, & non Martius. Reſpondetur, quòd non poteſt ſtare,quia menſis primus apud Hebrẽos vocatur menſis nouarum frugum, vel menſis primitiuorum: quia tunc primæ ſegetes, & primi fructus maturari incipiunt,aut quaſi maturi ſunt:ſic dicitur infra 23.c.tempore menſis nouorum quando egreſſus es de Aegypto non apparebis vacuus in conſpectu meo, & ſolẽnitatem menſis primitiuorum operis tui,ſ.cuſtodies. Iſta autem eſt ſolennitas paſchalis azimorum,quę eſt in primo menſe,vt patet hic in litera. Sic dicitur infra 34. c. Septem diebus veſceris azimis,ſicut præcepi tibi in tempore menſis nouorum: menſe enim verni temporis egreſſus es de Aegypto. Sic etiam dicitur Deut.16.c.Obſerua menſem primitiuorum ſiue nouarum frugum, & verni, & primi temporis, vt facias phaſe domino Deo tuo,quoniam in iſto menſe eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto. Sed iſta non poſſunt conuenire Ianuario, quia in nulla terra ſunt aliquę ſegetes, aut fructus maturi in Ianuario: nam etiã apud equinoctialem in parte Ianuarij hiems eſt, quantomagis in Aegypto,quæ eſt in tertio climate,& parte; & in terra Chanaã, quæ eſt in medietate quarti climatis: neceſſe eſt ergo dicere menſem primum,de quo hic dicitur, eſſe menſem Martium noſtrum.

In nulla terra in menſe Ianuarij sũt segetes aut fructũ maturi.

Vobis principium menſium. Ideſt erit apud vos principium menſium, quaſi dicat, ante nõ erat principium menſium:ſed September erat principium menſium: quòd autem Martius ante non eſſet principium menſium, patet quia ſi fuiſſet ante principium menſium, non ſtatueretur, vt eſſet tunc principium menſium: ſed nunc ſtatuitur,cum dicitur: Primus erit in menſibus anni,quaſi dicat, ante non erat primus:quòd autẽ September primus menſis eſſet anni probatum fuit Gen.primo,&7.ca.quia in eo mundus creatus eſt: & apud Hebræos antea computabatur vt primus ſimpliciter,& nunc idem ſeruant: quia Martium vocant primum menſem quantum ad celebrationem feſtiuitatum: ſed quantum ad alias computationes Septẽber tenetur vt primus,& in omnibus contractibus eorum:& hoc ſatis manifeſtatur infra 23.c.vbi agitur de feſtiuitate tabernaculorum, quæ eſt in Septembri, & ille vocatur apud Hebræos nunc ſeptimus menſis, ibi tamen vocatur finis anni, cum dicitur ſolennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro.Sed manifeſtum eſt, quòd vbi annus deſinit, ibi incipit: nam in continuis vltima ſunt idem,tempus autem continuum eſt,totum,ergo principium vnius anni,& finis alterius idem ſunt realiter. Iſte menſis September vocatur principium anni, infra 34.cap. cum agitur de feſtiuitate tabernaculorum, quæ eſt in Septembri, & dicitur: Et ſolennitatem, quando redeunte anni tpe cuncta conduntur. Apud aliàs gentes nõ eſt primus menſis iſte; quia nec annũ eodem modo computant, nec tot menſes habent. Nam apud Aegyptios, a principio quatuor menſibus annus terminabatur: apud Arcades tribus menſibus durabat: apud Acarnanas ſex menſibus tendebatur. In Italia apud Lauinios tredecim menſibus. Apud Romanos ab initio decem menſibus efficiebatur. De his Solinus in Poliſtor,c.1.de Orig.vrbis Romæ, & tẽporibus,& de diebus intercalaribus:de his etiã Augu. de Ciui. Dei, lib. quintodecimo; menſes etiam non erant ijdem ad incipiendum,& finiendum:nam ſi anni erant inæquales,neceſſe erat non ab eiſdem menſibus incipere,vel non in eiſdem finiri. Vnde apud Romanos antiquitus decem menſes anni erant: & primus menſis erat Martius,vltimus autem erat DecembER,vt ait Solinus in Poliſtor,c.1.vbi ſupra. Et probat quia prima die anni Veſtalibus ignem accendebant, & mutabant pro veteribus virides laureas, ſicut in principio anni facere ſoliti ſunt referendo ad tempus Solini. Sed iſto modo a natura claudebatur valde inepte,quia neceſſe erat variari tempora,nam ſi iſto anno prima dies anni incipiebat prima die, qua Arietis primum gradum ſol intrabat cõputatis decem ſignis Zodiaci pro decem menſibus, neceſſe erat ſequentẽ annum in principio Aquarij incipere,& alium ſequẽtem in principio Sagitarij, & alium in principio Libræ, & ſic ſtatus temporis incertus eſſet. Nam vnus annus inciperet in principio veris,alius in hyeme,alius in Autunno,alius in Aeſtate,& ſic cõtinue variando: deinde Numa Pompilius annum iſtum aliqualiter emendauit computando annum per lunationes: & ſic complebat annum in lunationibus duodecim, quæ faciunt dies trecentos quinquaginta vnum: ſed quia adhuc non complebatur annus in decurſu ſolis de puncto ad punctum, ſequebatur variatio temporum inceptionis, & principij anni, licèt non tanta. Cùm ergo iſti viderẽt adhuc annum temerè clauſum: quia ſol curſum Zodiaceum non niſi trecentis ſexaginta quinq;,& quadrante dici perficere conſtet,iſtos dies, qui deerant prædicto numero adiunxerunt cum quadrãte ſuo:hoc autem fecerunt hortatu Pytagoræ, qui admonuit in ſingulis numerum imparem præponere. Hæc autem anni diffinitio, ſ.vt trecentis ſexaginta quinque diebus, & quadrante conſtaret toti orbi placuit,cùm tamen gentes varie menſes haberent,varie iſtos dies,& quadrantem intercalabant,ideſt computando addebant,vel minuebant,& interponebant. Nam aliter à Grecis intercalabatur per emboliſmos, & hyperbalontas,ſ.ſubtrahendo in octo annis, & addendo in nono. Aliter a Romanis, inter quos poteſtas intercalandi ſacerdotibus attributa eſt, qui pro libidine gratificantes publicanorũ Romanis interdum ſubtrahebant tempora,vel augebant,& ſic redibat inconueniens prius tactum. Donec in tempore Iulij Cæſaris,qui hunc errorem, & temporum inconſtantiam reformauit. Nam primo anno dies 21. & quadrante intercalauit:de Numero 365.& ſic menſes retrogradati ſunt,& habuit ille annus dies 344.& ſequẽs incipiens tempore ſuo, & 365. dies habuit cùm quadrante,& cæteri in hunc modum ſequentes. Et quia non poterat computari quadrans diei a vulgaribus, mandauit ſingulis annis 365. dies computari. Et quia quadrans ſuperabundabat, quarto anno mandauit vnum diem intercalari: qui conſtabat ex quadrantibus quatuor ſuper excreſcẽtibus,in quatuor annis, & iſta intercalatio, ideſt interpoſitio diei vnius in fine cuiuslibet quarti anni fieret. Sacerdotes autem quibus rurſus intercalandi licentia tributa eſt, in principio cuiuslibet quarti anni intercalabant, & eodem anno quarto computato quaſi pro primo in ſecunda ſerie ad alium quartum in principio quarti anni diem intercalabant. Et hoc tantumdem erat,ac ſi in ſingulis tribus annis vnus dies intercalaretur, ideſt interponeretur. Cùm ergo in 36.annis nouem dies intercalari debuiſſent: ſingulis quatuor annis vnum diẽ apponendo,dies 12. intercalauerunt: quaſi tribus annis vnum diem intercalantes.Quod vt erratum comperit Cæſar Auguſtus Octauianus,qui Iulio Cæſari ſuccęſſit, mandauit duodecim annos continuos ſine intercalatione decurrere,quibus dies illi tres, qui ſuperflue antea fuerant intercalati, intercalari, ideſt interponi

Septẽber erat primus anni menſis apud Hebrẽos.

ponI debuerant. Ab illo autem tempore vſque nunc in eo curſu tempora permanſerunt, ſed rurſum alius paruus error ſub apparuit,quia ille quadrans, quo annus exceſſit dies 365.non eſt præciſus, ſ. quòd nec fit aliquid magis,vel minus.Ideo Natiuitas Domini,quę vt Beda teſtatur,fuit in æquinoctio hiemali iam vltra æquinoctium fit per dies decem, & ſic in annis 1436. vſque tempora noſtra iſti dies delirant ſuper excreſcẽtes: ſi ergo mundus per multos annos duraturus foret, oporteret Natiuitatem Chriſti cadere ſole exiſtente in Aquario, & rurſum in Piſcibus ſecundum magnam temporis durationem. Sed quia iſte error non valde magnus,ac ſenſibilis vulgo erat,cùm in centum annis non mutetur tempus per vnam diem anteriorando,vel poſteriorãdo, licèt periti in Aſtrologia hoc euidenter agnoſcant, vſque hodie tamen correctum non eſt: quia hoc non ſolum indiget ſapientia emendãtis,ſed etiam auctoritate approbantis,ſ.vt ſic omnes homines,vel ſaltem tota eccleſia annos computaret, vt iſte corrigeret. De ſuperioribus varietatibus,& diebus intercalationibus, ideſt interpoſitionibus ad æquandum annum dicit multa Solinus in Poliſt.ca.de temporibus Romæ, & diebus intercalaribus. Errant ergo apud antiquos Romanos,qui fuerunt ante tempora Numæ, & ante tempora Iulij Cæſaris menſis primus anni Martius:ſic enim ait Ouidius primo libr. Faſtorum.

Error Kalẽdarij,merito corrigendus de quo lata auctor in ſuo defenſorio in fine.

Qui Ianum ſequitur, veteris fuit vltimus anni.

Et hoc rurſus fuit in alio tempore quando correcto aliqualiter anno tempore Numæ, ante tempora Iulij Cæſaris duo menſes additi ſunt,ſ.Ianuarius,& Februarius: & iſti conſtabant tunc paucioribus diebus quàm nunc:nam Ianuarius diebus viginti,& nouem, Februarius viginti & octo, vt compleretur numerus, quem volebat Numa Pompilius, ſ. tricentorum, & quinquaginta quinque dierum. Vnde Ianuarius,quia imparis numeri erat,& ob hoc lætus reputabatur, dijs ſuperis attributus eſt: quia in eo Ianum, & Saturnum alioſque multos Deos cœleſtes colebant, de quibus omnibus Ouidius in libro primo Faſtorum. Februarius,quia paris numeri erat, mali ominis habebatur, ideo dijs inferis eum attribuebant, eumque Februarium vocantes: quia Februa, ideſt purgationes mortuorum fiebant,& immolationes dijs infernalibus,ſecundum ritus, quos ponit Ouidius ſecundo libro Faſtorum. Quem ritum,quia tenax in Gentilitate erat, & eum Eccleſia extirpare non poterat., aliquid quaſi ſimile,ad alium tamen finem conſtituit, ſ. prima die Februarij fieri Proceſſionem candelarum: quæ & ad honorem Solennitatis Purificationis pertinet, & ad tollendum pauliſper Gentilitatis ritum. Iſti autem duo menſes poſt Decembrem ponebantur, ita quòd Februarius vltimus anni menſis foret: & hoc dixit Ouidius,vt ante diximus ſcilicet.

Februari menſis unde dictus.

Proceſſio Cãdelarũ unde ritũ habuit.

Qui Ianum ſequitur, veteris fuit vltimus anni.

Ideſt ille menſis,qui eſt poſt Ianum,ideſt Ianuariũ, ſcilicet Februarius fuit vltimus veteris anni: quia ante Iulium Cæſarem ſic manſit: ſed poſtea Iulius Cæſar, qui annum correxit ad certam conſtantiam,vt ait,Solinus in Poliſtor: vbi ſupra:& Ouidius in libro primo Faſtorum, mutauit iſtos menſes: quia Ianuario, qui ante dies 29.habebat: dies 31.dedit,vt nunc habet,Februario autem nihil addidit,aut diminuit: quia ſic ratio computus exigebat: quòd in eo ſecundum communem vſum intercalatio fiat, quàm intercalationẽ nos vulgato nomine biſextum vocamus. Fecit etiã vt annus non à Martio,vt ante, ſed à Ianuario inciperet: licèt in hoc nihil differt, ſcilicet vtrum annus in Martio,an in Auguſto, vel Octobri incipiat, dum tamen menſes teneantur, vt nunc ſunt, ſ. quòd nec addatur, nec minuatur quicquid præter quadriennem intercalationem,ſiue diem biſextilem, vt tempora in ſuis principijs, & finibus quantum ad motus vniformes ſolis,& viciſſitudinarias qualitates hyemis Aeſtatis,Veris,& Autunni õnſtantius maneant. *Primus erit in menſibus anni*. Ideſt ante non erat primus in menſibus anni:ſed nunc mando,quòd ſit primus in menſibus anni hoc enim ex ſuperiori benẽ infertur, ſcilicet Martius eſt principium menſium, ergo eſt principiũ anni: menſes enim primitatem, aut poſteritatem habent ſecundum id, in quo ordinantur. Ordo autem finis eſt in anno:qui eſt ergo primus in menſibus,erit primus in anno: licèt ergo ante menſis primus eſſet September, nunc incipit Martius vocari primus. Ex euentu notabili,qui eis fuit, ſcilicet quòd in illo menſe de captiuitate Aegyptiaca liberati ſunt. Et hoc faciebat valde ad memoriam beneficij diuini,nam cum viderent menſem primum mutatum, recordarentur facilius beneficij, propter quod iſta mutatio facta eſt. Sic enim Hebræi mutantes menſes, mutauerunt & computationem annorum: quia non computauerũt ab orbe condito,vt conſueuerant:ſed ab exitu de Aegypto annos computare cęperunt. Sic etiam nos annos noſtros à Chriſti natiuitate inchoamus: quia eius natiuitas totius noſtræ reparationis (quæ beneficiorũ maximũ eſt) exordium fuit. Sic Græci à primo anno regni Alexandri annos ſuos computant, vocaturque ille primus annus regni Græcorum: quia alij reges in Græcia fuerunt in Lacedæmonia,& in Theſſalia,& Argos, & Sicyonia ſiue Pelopenenſio, & etiam in tota Græcia ſimul, vt fuit Philippus pater Alexandri Macedonis. Nullus tamen facta,& gloriam Alexandri,de Græcis adæquauit, cùm ipſe Monarchiam ſaltem plene adeptus fuit. Idem in 1. cap. primi libri Machabæorum, cùm computatur diſcurſus Græcarum hiſtoriarum per pueros, quibus diuiſit Alexander regnum ſuum: accipitur numerus annorum ab initio regni Alexandri,& vocatur primus annus regni Græcorum. Computabant autem Græci ante hoc per Olympiades,vt patet infra: ſicautem Romani annos ſuos ab vrbe condita numerantes: quia vrbs condita aliquid magnum erat,rurſus à temporibus Octauiani, quo imperante omnes terræ Romano Imperio,aut fœdere pacis,aut conditione ſubiectionis ſociatæ erant: ideo mandauit, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & quilibet profiteretur ſubditum ſe Romanorum Imperio,vt patet Luc.2.c.temporibus ergo eius per Aeras computari anni cęperunt. A era enim quinque annorum erat ſpacium, in quo ſingulis annis tributum Romanę Ciuitati tribuebatur de varijs rebus: vno anno de auro,alio de argento,& ſic de cæteris, vt aliqui volunt. Magis tamen hoc pertinet ad inditionem, quæ continebat quindecim annos, cùm tribus quinarijs,& in vno anno ſoluebatur quinario aurũ,in alio argentum,in alio æs. Sed quia quolibet anno dabatur æs, quodcunque aliud ſpecialiter tribueretur,ætates illæ æreæ nuncupatæ ſunt. Et ſic inter Græcos ante Alexandri tempora per Olympiades computabatur: continebat aũt vna Olympias quatuor annos, quæ ortum,habuerunt a ludis factis Ioui Olympiaco, ideſt habitanti in monte Olympo:nam in illo monte de tota Græcia, multiſque alijs partibus ad experientiam ſingularis virtutis,ſcilicet roboris, & agilitatis fãmoſi iuuenes conueniebant, & qui alios in omnibus ſuperaſſet,magna dona reportabat de his Olympiadibus ait Ariſt.primo Ethic.Quemadmodum in Olympiadibus non fortiſſimi, ſed pugnantes coronantur. Hæ Olympiades à Pelope auo materno Herculis in honorem Iouis inchoatæ ſunt:de inde tractu temporis in diſſuetudinem abeuntes ab Iphito Eleo reſtauratæ

Intercalationẽ dierum nos biſexti vocamus.

Cur Martius a Deo primus ao mensis instruatur.

Annorum cõputatio varie fier apud antiquos ſolebat.

Aera quid ſit.

Olympias quę & vnde ortũ habet.

rate sunt, & incepit computari tunc prima Olympias, vt ait Solinus in Polistor. c. de Origine vrbis Romæ, & temporibus eius. Fuit autem annus primus primæ Olympiadis ante Natiuitatem Christi, anno sexcentesimo, & regnante apud Iudæos rege Ezechia.

An mensis iste Nisan, qui vocatur hic primus, sit Aprilis, vel concidat cùm Aprili: Et an aliquis mensis noster possit coincidere totaliter cùm aliquo mense Hebræorum: Et quomodo Iudæi computant menses, & annos per lunationes: Et quomodo anni lunares concordari possunt cum solaribus.

Quæst. 3. Opinio quorundã dicentium Martiũ esse Aprilẽ.

Iste autem mensis primus Hebræorum, quem ipsi Nisan vocant, & Græci xandicum, Aegyptij autem farunculi: & nos Martium appellamus, ab aliquibus doctoribus nostris dicitur esse Aprilis: sic enim dicit Glo. ordinaria super hunc locum, & Andreas, & Magister in historijs scholasticis, licèt non ita clare. Hoc autem si stricte accipere vellemus, non est verũ: quia mensis septimus est, in quo fit festum clangoris prima die, & post festum expiationis, & deinde festum tabernaculorum, siue scenophegiæ: vt patet Leuit. 23. & numeri 29. Sed manifestum est, quòd ista festa semper celebrantur à Iudæis in mense Septemberi: saltem duo prima, rarissime autem vltima eorũ veniunt in principio Octobris, vel in fine Septembris.

Auctoris sententia.

Si tamen Aprilis esset primus mensis, septimus esset October, ergo Aprilis non est primus. Est ergo accipiendum sane dictum istorum, s. quòd Nisan, qui est primus mensis Hebræorum est Aprilis, non quòd sit Aprilis præcisus, scilicet quòd incipiente nostro Aprili, ille incipiat, & desinente eo, desinat. Sed quia coincidit cùm Aprili aliquando, s. cùm parte eius: nam illud primum dari non potest, cùm menses Hebræorum sint lunares, & non sint æquales mensibus nostris solaribus, nullus ergo mensis est, de mensibus Hebræorum, qui totaliter idem sit cum aliquo mense nostro. Iudæi enim computantes menses per lunationes, dicunt vnum mensem vnam lunationem, & in principijs lunationum tanquam sint principia mensiũ magnam solennitatem faciebant, & clangebant buccinis, vt patet Ps. 80. vbi dicitur: Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solennitatis vestræ. Vocatur Neomenia noua luna, quod interpretatur luna deficiens nouiter: quia cùm luna conuenit cum sole, vt sint in coniunctione: & sic luna sub radijs solis occultatur nobis, & deficit lumen suum: & tunc vocatur noua: quia nouum lumen a sole accipit. Vocatur etiam hoc festum kalendarum: & mandabat Deus in illo specialia fieri sacrificia: vt patet Nume. cap. 28.

Neomenia qd sit.

Nos autem computamus annum per mẽses solares, facientes in vno anno duodecim menses ferè in correspondentia ad duodecim signa Zodiaci, quæ sol per transit in anno. Si autem facientes annum per lunationes velimus dicere duodecim lunationes facere vnum annum sicut duodecim menses solares, deficient ad complectionem annis solaris dies vndecim, quia celerius luna totum Zodiacum cursum conficit quam sol vnum signum pertranseat. Volentes ergo concordare annos lunares annis solaribusq; in quolibet tertio anno tredecim lunationes faciunt, sic. n. sunt anni embolismales. Iudæi autem ne tempora perdant. (Sicut ante dicebamus de cõputationibus annorum antiquis) computãt in tertio anno tredecim lunationes, & æquant ista quibusdam specialibus regulis à maioribus suis Astrologis traditis. Quãdo autem in tertio anno Iudæi faciunt tredecim lunationes, duplicant vnum mensem, scilicet duodecimum, i. qui vocatur Adar. Et tunc secundus Adar, qui aliàs concurrere debebat cùm Februario, concurrit cùm Martio. Et Nisan, qui primus mensis eorum est, & cõcurrere debebat cùm Martio, cõcurrit cùm Aprili, & aliquando accedit ad principiũ Maij. Et sic quantũ ad illum annum, in quo equant annum lunarem cùm solari, verum est, quòd concurrit primus mensis Hebræorum, scilicet Nisan cum nostro Aprili, nõ quòd illo incipiente incipiat, & illo desinente desinat: quia hoc impossibile est, vt dictum est: sed quia magis concurrit ille mensis cum Aprili, quàm cum Martio, aut Februario. In alijs autem annis aliquando magis coincidit cum Martio, aliquando cum Aprili magis. Ad sciendum autem quolibet anno primus mensis Hebræorum, s. Nisan, cum quo magis concurrat, s. cũ Martio, an cum Aprili, oportet hoc inquirere per Astrologicam cognitionem, aut secundum speciales regulas computistarum. In generali tamen dicitur, quòd principium Nisan est in lunatione, & illa lunatio attendenda est secundum æquinoctium vernale, quod est quartodecimo die mensis Martij: nam tunc intrat sol primum gradum Arietis. Illa ergo lunatio, quæ fuerit propinquior æquinoctio illi, erit principium mensis primi, qui est Nisan. Ex hoc sequitur, quòd in annis illis, in quibus non est æquatio anni lunaris, & solaris, qui sunt embolismales, necesse est incipere primum mensem Hebræorum, qui dicitur Nisan intra nostrum Martium, & patet consequentia ex regula: nam nulla lunatio durat triginta diebus: medietas ergo lunationis sunt quatuordecim dies, & dimidia. Si autem dicamus, quòd lunatio incipiat vltimo die Februarij per totum diem, accipiẽdo ipsum diẽ, & quartodecimo dies mensis Martij, in fine quorum est equinoctium vernale: erunt quindecim dies: quæ est maior pars lunationis: sequens ergo lunatio post æquinoctiũ distabit ab æquinoctio per dies quatuordecim, & sic erit propinquior æquinoctio, & in illa incipiet mensis Hebræorum dictus Nisan. Si autem lunatio fiat in Februario, in vltima die quasi per dimidiam diem, aut noctem ante Martium, poterit ibi esse principium mensis Nisan, cum sit pars propinquior lunationis ad equinoctium. Nunquàm autem potest Nisan incipere in Aprili: quia saltem ponatur, quòd incipiat aliqua lunatio prima die Aprilis, cùm medietas lunationis sit quatuordecim dies, & dimidium: & secundum regulam supra datam lunatio, quæ est propinquior æquinoctio vernali, est principium Nisan, qui est primus mensis Hebræorum, computentur dies ab æquinoctio vsque ad primum diem Aprilis. Cùm enim Martius dies 31. habeat & æquinoctium sit quartodecimo die Martij, detrahendo quatuordecim, a 31. manent decem & septem dies, qui sunt maior pars lunationis, non poterit ergo ibi incipere Nisan. Nunquàm ergo poterit incipere Nisan celerius, quàm in prima die nostri Martij, vel aliqua particula vltimi diei Februarij, nec potest tardius inchoare, quàm die vigesimo octauo, vel in principio vigesimi noni mensis Martij: quia vtrumque distat quatuordecim diebus ab æquinoctio vernale, & ista est maior distantia in genere paruarum distantiarum. Ex his autem clare patet, quòd quandocunque Nisan incipiat ante equinoctium vernale, magis coincidit cùm Martio, quàm cùm Aprili: quia ad minus decem & octo dies mensis Nisan complebuntur intra nostrum Martium: patet consequentia, quia cum equinoctium sit quartodecimo die Martij, incipiat lunatio saltem vna die ante, s. die tertiodecimo mensis: cùm autem in mense illo sint trigintannum dies, auferendo dies duodecim, quia dies tretiusdecimus pertinet ad lunationem, manebunt dies decem & octo, vel decem & nouẽ. Si autem incipiat lunatio in ipso equinoctio, s. quartodecimo die mensis, aut sequẽti, scilicet quintodecimo, aut sextodecimo, magis per-

Celerius transit luna totum Zodiacũ q̃ sol vnũ signum.

pertinet ad Martium, quàm ad Aprilem, etiam si incipiat 17. die, quia computando inclusiuè a die 17. vsq; ad finem Martij, sunt dies quindecim, quæ est magis quàm medietas lunationis, si autem incipiat die 18, magis pertinet ad Aprilem: & sic deinceps vsque ad 28. & 29. diem Martij, vltra quem non potest incipere Nisan, nisi in annis æquationis solaris, & lunationis. mensuræ, qui sunt embolismales. *Loquimini ad vniuersum cętum.* Idest ad omnem multitudinem filiorum Israel, & hoc, quia omnes istud præceptum impleturi erant.

Quæst. 5. An Moyses & Aaron omnẽ populum congregarint ad dicendũ ista verba.

Sed dicet aliquis: nunquid Moyses & Aaron locuti sunt ista ad omnem Israel, scilicet quòd congregarẽtur omnes Iudæi? Forte dicet aliquis quòd non: quia non possent omnes congregari cùm ibi essent plura quàm mille millia virorum, a viginti annis. supra cõputando etiam senes, & computando in omnibus tribubus. Etiam quia si totus Israel hoc audiri debebat, non solum viri audire debebant, sed etiam mulieres: quia ad illas eodem modo pertinebat obligatio obseruandi mandatum, & sic esset populus quasi infinitus, & confusus, nec audire posset aut intelligere. Item quia Aegyptij non permitterent omnes Hebræos sic congregari propter duo. Primò quia sic ab operibus interdum vacarent, quod nullo modo permittebant Aegyptij, cùm instarent præpositi, & exactores cogẽtes quotidie ad reddendum consuetum numerum laterum: vt patet supra 5. cap. Secundò quia si Aegyptij viderent congregari vniuersum Israel, putarent q̃ ad machinationem aliquam contra eos, & Pharaonẽ congregabantur. Nec poterant Hebræi congregari omnes simul non cognoscentibus Aegyptijs, cùm Aegyptij habitarent inter eos. Etiam quia tanta multitudo sine magno tumultu congregari non poterat, maxime quia non poterant congregari in locum secretum, sed in campum necesse erat eos coniungi. Item quia multum repugnabat hoc intentioni Moysi: nam hic dicendum erat quomodo die quintodecimo mensis huius, in quo tunc de Agypto erant secessuri, vt patet infra in litera: hoc autem non oportebat, quòd audiret aliquis Aegyptius, si tamen tota multitudo conueniret, non posset fieri ignorantibus Aegyptijs, ideo non conueniebat. Item quia nulla vtilitas erat omnes sic congregari, satis enim erat quòd congregarentur omnes seniores, idest habentes maiorẽ auctoritatem, & prudentiores in Israel, & illi audirent cæterisque singillatim referrent. Nec valet si arguas: quia dicitur hic ad omnem cętum filiorum Israel, quia sic dicitur supra 3. & 4. c. nam seniores vocantur totus cętus, aut totus populus: quia illi continent alios in virtute. Vnde cum dominus dixisset, supra 31 cap. Moysi, quòd congregaret seniores Israel, & proponeret eis verba illa, quæ audierat, & in cap. 4. dicitur quòd Moyses congregauit omnes seniores filiorum Israel, & postea concluditur, quòd Aaron locutus fuit omnia verba, quæ dixerat Deus Moysi ad populum, & q̃ fecit omnia: manifestum tamen est, quòd nullus alius erat ibi, nisi seniores, qui vocati fuerant, ergo illi vocantur populus. Item patet manifeste, quòd non dicta fuerint ista verba ad totum populum, sed ad solos seniores: quia infra vbi agitur de publicatione istorum verborum dicitur, quòd vocauit Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos, Ite tollentes, &c. Mandauit tamen hic Deus, quòd loquerentur Moyses & Aaron ad omnem cętum Israel: vel quia seniores dicuntur omnes cętus Israel, vel quia licèt non essent dicenda simul toti Israeli, erant tamen eis declaranda a senibus: quia ista a toto populo obseruanda erant. *Decima die mensis huius.* Ex hoc patet, quòd supra dicebamus, s. quòd ista prius annũciata sunt Moysi, & toti Israeli, quàm mors primogenitorum: quia mors primogenitorum 14. die mensis huius annunciata fuit, & sequenti nocte inflicta. Ista autem annunciata fuerunt ad minus die nona mensis huius. Sed adhuc antea videntur fuisse dicta: quia primo Moysi dici debuerunt, qui manebat extra terram Gessen, inferendo plagas Pharaoni in ciuitate, in qua manebat Pharao. Et postea dicta fuerunt senibus in terra Gessen, & quòd ad hoc congregarentur, & deinde quòd ipsi senes enarrarent hoc reliqua multitudini, quæ nõ videntur potuisse fieri in vna die, s. in nona die mensis primi. Magis ergo vr̃ dicendum, quòd dicta fuerunt ista Moysi à Deo tertia, vel quarta die mensis primi, & tunc mansit satis de spacio, in quo ista omnia fieri possent. *Tollat vnusquisque agnum.* Ista quæ dicuntur hic, s. quòd decima die mensis acciperetur agnus, & postea immolaretur 14. die non fuerunt cæremoniæ pertinentes ad esum agni, ita quòd semper manere deberẽt in futuris generationibus. Et patet hoc, quia infra 23. & Deuter. 16. & in multis alijs locis istorum quatuor librorum vbi de hoc fit mentio, nunquam ponitur, quòd per diem decem accipi debuit, & die 14. iugularetur, siue ipsa die acciperetur, siue ante: fuit tamen mandatum fieri in ista vice: quia forte Hebræi occupati in præparatione eorum, quæ pertinebant ad viam: quia ipsi quæ possidebant, portaturi erant, quæcunque portari possent: & quia in hoc requirebatur magna sollicitudo, forte obliuiscerentur tollere hædum, si die 14. illum sumpturi essent: vtile ergo fuit accipi eum per 4. dies ante. Item quia vt infra dicitur agnus ille deberet esse immaculatus, macularum autem quædam erant manifestæ, quædam occultæ, de quibus Leu. 22. c. Oportebat ergo Iudęos, qui nunquam circa talia occupati fuerant, per aliquos dies ante tenere agnum in domo, vt sic cognoscerẽt, an immaculatus esset: in temporibus autem sequentibus ista non obligauerunt: quia non suberat aliqua istarum causarum: nam cognitio maculæ valde leuis erat eis postea, cùm quotidie ad minus duos agnos immolarent, s. pro sacrificio matutino, & vespertino, vt patet Num. 28. c. multa quoque alia in alijs festiuitatibus, vt patet Num. 28. & 29. c. & in alijs locis. Aliqui Iudæi dicunt, quòd hoc fuit, vt Deus Hebręis magnam confidentiam de se daret: nam Moyses & Aarõ dixerant sup. 8. c. q̃ si mactauerimus ea, quę Aegyptij colunt coram ipsis, lapidibus nos obruent: vt ergo viderent, quia Aegyptij eis nocere non poterant, mandauit, vt non solum immolarent illum agnum in terra Aegyptij, immo ẽt quatuor diebus ante quã immolarent, tenerent eum in domo ligatum, & quasi ad immolandum paratum, tamen Aegyptij hoc videntes, non auderent aliquod malum committere in Hebræos. *Tollat vnusquisque.* Iste vnusquisque, est hic dominus domus, qui vocatur princeps æconomiæ: ad cuius mandatum tota domus regitur: & iste tollere debebat agnum, vel mandare suis domesticis, quòd acciperent eum, & quilibet de talibus accipere debebat agnum vnum: cùm tamen domus sufficeret ad esum agni. Non intelligitur, q̃ quilibet vir acciperet vnum agnũ: quia etiam vna domus si parua erat, non obligatur accipere agnum, sed coniungi alteri domui. *Agnum.*

Quæst. 5. Quidam Hebræi volunt, quòd possit etiã de vaccis immolari.

Potest etiam accipi hædulus loco agni, cùm non habetur agnus, vt patet infra. Quidam Hebræi voluerunt, quòd posset etiam accipi de vaccis; nam hic ponitur, quòd fiat de agno, aut hædulo caprarum, eodem modo ponitur alibi, scilicet Deut. 16. c. quòd fiat de bobus, dicitur, n. immolabis domino phase de ouibus, & de bobus. Item quia hic dr̃, quod ista immolatio, & commestio agni deberet fieri secundum domos,

mos, scilicet quòd in qualibet domo vnus agnus immolaretur, si esset sufficiens: si autem non, adiungere tur reliqua domus. Ita videtur, quòd si esset magna domus, sicut domus principum, & magnorum virorum, quòd immolare deberent vnum taurum, siue vitulum, ita quòd esset anniculus, sicut dicitur de agno, & hædo caprarũ. R. fidetur, q̃ nõ poterat immolari phase, nisi de agnis, vel hædulis: quia hic solum fit mentio de his, & licèt locum ab auctoritate negatiue nõ valeat, tamen satis conuincitur debere hic valere: quia Deus erudiebat hic rusticam gentem, legibus, & præceptis nondum assuetam: si ergo non poneret præceptum completè, non haberent ipsi vnde quod deficiebat intelligere possent: nec aliquis auderet aliquid vltra facere, cum ergo hic non ponatur, nisi de agno, & hædo caprarum satis explicite, de vitulo autem, vel tauro nihil prorsus tangatur, de his solum intelliget. Item quia in præceptis a Deo datis, ne homines cauillandi locum haberent, Deus mandauit, ne aliquid adderent, aut subtraherent, vt patet Deut. 4. ca. Ecce præcepta, & iudicia, quæ ego propono vobis, & subditur: Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec diminuetis ex eo. Cum ergo non ponatur hic aliquid de vitulo, ergo non est intelligendum de eo, Præcipue, quia circa talia non valet ratio arguentium putãtium concludere sicut circa naturalia. Cum dicunt eadem ratio est hic, sicut ibi, ergo debet esse idem effectus, vel sicut se habet hoc ad illud, ita istud ad illud: quoniam ea, quæ mandantur hic sunt cæremonialia, & quasi in tota lege: cæremoniæ autem, vel nulla causam habent, vel valde leuem. Et si habent causam, illa non fuit causa ad esse: sed quædam causa congruitatis ad res, quæ iam ordinatæ sunt, ita quòd ipsa ordinatoris voluntas in his præcipua fuit, de quibus diximus latius Leuit. 27. c. Quis enim causam dare posset quare Deus mandaret magis offerri quotidie vnum agnũ quàm duos in sacrificio matutino, & idem de vespertino, & sic in cæteris: maxime quia quædam videntur esse præter omnem rationem. Vt si quisquã reperiat nidum, & inueniat matrem & filios, quòd non capiat omnes: sed teneat filios, vel oua, & matrem liberam ire permittat: vt habetur Deut. 22. c. Et quædam alia, quæ satis videntur dura, scilicet quòd quandocunque sumaretur numerus omnium Israelitarum, quilibet solueret dimidium siclum, vt patet infra 30. Et subditur diues non addet aliquid ad medium siclum, & pauper nihil diminuet: aliqui tamen pauperes in hoc grauari viderentur: maxime quia diuites rationabiliter plusquam pauperes soluere deberent. Necesse est ergo in præceptis, maxime in cæremonialibus, quale istud est de immolatione phase, sequi solam literam, nec aliquid vltra, etiam si nobis bene videatur, addere aliquid. Ad illud autem quod dicit, scilicet quòd etiam de bobus immolari posset, vt patet Deute. 16. capitu. dico quòd non sic intelligitur ibi litera: quia non loquitur de immolatione phase, quãm quilibet facere debebat: sed de hostijs pacificis, quas in festiuitatibus istis populus offerebat, quæ erant de bobus, aut de ouibus, & de capris: & patet Deut. 12. & 14. & in alijs locis, vbi dr̃ quomodo tẽporibus tribus anni qui ascendebant in templum deberent portare secũ animalia ad immolandũ hostias pacificas: vel pecuniã ad emendum ea, & deberent vocare peregrinos, & ad uenas, & leuitas, & reliquos pauperes ad vescendũ secum. Ad aliud autem quando dr̃, q̃ sicut in domo minori non immolabatur vnus agnus: quia non sufficiebat ad hoc familia, ita deberet cũ domus esset magna immolari vnus vitulus, qui sufficeret. Respondetur, q̃ nõ deberet fieri: quia ista cæremonia de agno paschali solum fiebat, vt recordarentur Hebræi, q̃ Deus eduxerit illos de Aegypto, sic dr̃ Deut. 16. Obserua mensem nouarum frugum primi, & verni temporis, vt facias phase domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dominus de Aegypto. Oportebat ergo q̃ ea, quæ fiebant ad recordationem exitus de Aegypto, essent conformia eis, quæ fuerunt in Aegypto: quia figura, & figuratum proportionantur: sed in Aegypto, non comederunt in pascha vitulum, sed hedũ in omnibus domibus Israel: ergo non oportebat postea, nec debebat vitulus in pascha immolari. Et quando dicitur, quòd erant aliquæ magnæ domus, in quibus non sufficeret agnus, ergo quòd deberet assumi vitulus: non valet, nam poterat huic satisfieri, scilicet quòd sicut quando domus paruæ erant coniungebantur duæ, vel tres ad vescendum vnum hædum: quando esset magna, vt vnus hædus non sufficeret, poterãt accipi plures agni, aut plures hædi caprarũ, licèt quantum ad hoc magis videtur, q̃ in nulla domo quantacunque esset, immolaretur magis quàm vnus agnus. Et si dicatur q̃ non sufficeret. Respondetur, quòd nõ oportebat sumere de illo ad sacietatem, poterant tamẽ quisq; modicum: & postea sumerent de alijs cibis ad sacietatem: quia non vetebantur illa die sumere alios cibos communes in tantum, quòd non dimitterent istam cæremoniam diuini beneficij recordatiuam.

Cæremoniæ nullã causam ad eẽ habẽt: vel valde leuem: sed ordinatoris voluntas in his præcipua est & totalis.

Agni paschalis immolatio fiebat ad recordationem liberationis de captiuitate Aegyptij.

Non oportebat de agno ad saturitatem comedere.

Per domos, & familias. Hic accipitur domus strictè non pro tota cõgregatione Hebræorum, quæ vocatur domus Israel, vt patet Psal. 112. s. domus Israel benedicite domino. Nec accipitur pro domo vnius tribus sicut dicitur sup. 2. c. Egressus est vir de domo Leui, totam autem progeniem Leui domum vocat. Sed accipitur strictè domus pro vna æconomia, i. vna communicatione domestica, quę constat ex quatuor personarum generibus, s. viro, & vxore, filijs, & seruis. Licèt Philosophus in 1. Politic. c. 2. in principio aliter vocat dicens oportere, quòd in omni domo, quæ est pars Politiæ sint de spotes, & seruus. i. dominus, & seruus, maritus, & vxor, pater, & filij. Ista tamen sex nomina reducunt̃ ad quatuor personas: quia idem est pr̃, & marit⁹, & despotes siue dominus: & in qualibet istarum domorũ debebat accipi vnus agnus, aut hædus, vt infra subiungitur. *Et familias suas.* Idest quòd iste agnus deberet accipi in qualibet domo, & qualibet familia: nã domus, & familia cõuertunt̃ ĩ re, licèt differant ĩ modo significandi. Quia domus principaliter importat regimen, & communicationem personarum inter se in illa æconomia. Familia autem importat primo personas illius domus non principaliter signans regimen, aut communicationem, ideo quot modis dicitur domus tot modis dicitur familia. Licèt quantum ad primum modum, quo accipimus domũ vocantes totum Israel domũ, non consueuimus sic nuncupare familiam. In alijs autem modis sic: quia familia semper dicit derinationẽ ab aliquo vno principio, & nunquàm includit ipsum principium: domus autẽ sic. Et nõ accipitur hic familia sicut accipitur Num. 26. vbi ponitur Cathalogus familiarum tribuum Israel. Et non potest ibi accipi familia pro vna congregatione domestica: quia ibi in qualibet tribu ponuntur duæ aut tres, vel quatuor, aut quinque familiæ ad plus: tamen in qualibet tribu ponuntur triginta milia, aut quadraginta: & quinquaginta milia virorum, vt patet ibidem: & ipsi viri sunt patresfamilias, idest quilibet habens domum, & vxorem. Hic accipitur familia pro personis habitantibus in vna communicatione domestica sub dispositione, & cura patrisfamilias, & isto modo communiter familiam appellare consueuimus: & sic dicitur paterfamilias quilibet, qui vnam domum regit sic etiam iura dicunt filios esse de familia patris. *Sin autem minor est*

Quæ personæ requiruntur in vna æconomia.

Differẽtia inter domum, & familiam.

est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum. Si enim in qualibet domo mandaretur vnus agnus occidi, esset duplex damnum. Primò quòd illa domus, quæ esset pauper, & paucarum personarum, vt solum viri & vxoris, grauaretur in emptione agni: licèt de hoc non tantum curat litera: quia dato quòd aliqua domus esset pauper, haberet tamen tot personas, quæ sufficerent ad esum agni, deberet assumere agnum: quia in hoc dato quòd pauperes non haberent, diuites ex mandato Dei speciali dabant illis. Sic enim mandatum fuit Deut. decimoquinto capitulo. Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos, .i. faciatis quòd nullus iter uos sit totaliter pauper, ita quòd cogatur mendicare: sed vos date illi, vt non mendicet, & hoc optimæ obseruant Iudæi moderni inter se. Secundum damnum erat, quia aliquẽ familiæ paruæ erant, quæ non possent comedere adhuc dimidiam partem vnius agni, qui esset anniculus, ideo cogerentur perdi carnium plures partes, ergo ad tollendum hoc inconueniens subditur. *Assumet vicinum suum.* Idest vna domus adiungetur alteri ad sumendum vnum agnum: si tamen vna domus sufficeret ad comedẽdum vnum agnum, non debebat vocare aliam domum ad vescẽdum simul de illo: vt minor fieret sumptus: quia isto modo nunquam superessent carnes agnis, cum tales congregationes possent comedere vnum agnum, & plus: infra tamen dicitur quòd si aliquid de carnibus agni maneret, conburi debebat: in quo præsupponitur quòd aliquid manere posset interdum: quòd autem carnes maneant est postquam omnes saturati sunt, & hoc quia familia pauca, erat carnes autem plurimæ: nunquam tamen hoc accideret si domus possent coniungi ad vescendum de illo agno quomodocunque vellent: etiam quia infra hoc declaratur, cum dicitur iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni, ita quòd non assumantur plures aut pauciores. *Qui iunctus est domui eius.* Vicinus a vico dicitur, vnde illi vicini dicuntur inter se, qui in eodem vico morantur: proprius tamen vicini dicuntur, qui domos coniunctas habent. Hunc autem assumere mandatur secum ille, qui familiam sufficientem non habet ad esum agni, & non eum qui aliqualiter a domo sua disiunctus est: quia maior comunicatio est inter magis coniunctos, & cęteris paribus maior amor est inter istos magis communicantes: nam cõmunicatio amoris actus est, & retinaculum ideo sępe multæ amicitiæ dissoluuntur propter modicum communicare: sic enim ait Aristotil. octauo Aethi. Loca enim non dissoluunt amicitiam simpliciter, sed amicitiæ operationem. Si autem diuturna absentia fiat, & amicitiæ videtur obliuionem facere: vnde dictum est: vtique multas amicitias non appellatio dissoluit, idest multi sunt amici, qui propter dissuetudinem colloquendi iam non amici efficiuntur: licèt Hieronimus dicat in epistola ad Paulinum capitulo primo. Vera nanque necessitudo, idest amicitia est, & Christi glutino copulata: quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola, & palpans adulatio: sed Dei timor, & sacrarum scripturarum studia conciliant: hoc autem ad maiorem amicitiam pertinet, & quasi alterius generis, & forte Hieronymus accipit amicitiam non valde propriè: quia amorem litentem in contrapassis aliquo modo amicitiam nominat: qui amor & charitas dici potest. Amicitia tamen secundum Philosophum octauo Aetichorum, non vocabitur. *Qui iunctus est domui eius.* Si ille qui domui eius coniunctus erat, Hebræus esset: nam Israelitæ habitabant in terra Gessen admixti Aegyptijs, ita quòd inter domus

Iudęi obseruare debent ne inter eos aliquis mendicet.

Comunicatio amoris est retinaculum.

Quæ sit vera amicitia secundum Hier.

A Hebrẽorum erant domus Aegyptiorum, vt patet infra in litera cum dicitur: transibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cunque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, trasibit, & non sinet ingredi percussorem domos vestras. Isti tamen Aegyptij qui coniuncti erant domibus Hebrẽorum non debebant comedere de Agno Paschali, vt patet infra in litera. s. hæc est religio Phase, omnis alienigena non comedet ex eo: omnis autem seruus emptitius circuncidetur, & sic comedet: aduena & mercenarius nõ comedent ex eo. *Iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni.* Idest non assumet quotcũq; voluerit ad esum agni illius: ita q̃ fiat minor sumptus, sed inspicietur quot personę sufficient comedere vnum agnũ,
B ita quòd comedant ad saturitatem, & illę assumentur. Nam Deus videns cõditionem huius gentis, quæ adhuc carnalis & valde imperfecta erat, vt alliceret eos ad colendum festa sua & diligendum ea: mandabat eis quòd in festis comederent splendidius, & lætarentur in omnibus, quæ desiderabat anima eorum, vt patet Deute. 12. & in multis alijs locis. Dato ergo quòd essent duę domus, quarum neutra ad esum agni sufficeret, ambæ tñ sufficerẽt ad comedendũ agnum, & dimidium, vel magis: non debebant iungi illæ duæ domus: quia hic non dicitur q̃ quãdo vna domus nõ sufficit, q̃ adiungatur ei alia solum: sed q̃ adiungatur ei domus vicini sui, & hoc iuxta numerum personarum, quæ comedere possunt vnum agnum: ita q̃ co-
C medant ad saturitatem: illa ergo domus, quę nõ sufficiebat ad esum agni assumebat, de domo vicini sui tot personas, quot esui agni sufficerent, reliquæ vero manentes iungebantur alteri domui, & sic fiebat in omnibus domibus Israel. Vocantur hic animę, idest ipsi hoĩes, accipiẽdo totũ a parte, iuxta modũ consuetum in scriptura, vt patet Ge. 46. septuaginta animæ ingressæ fuerunt in Aegyptũ, idem supra 1. c. *Erit autem agnus.* Hunc agnum comedebant Israelitę secundum numerum personarum, vt dictum est.

Dicunt aũt quidã, q̃ istę erant decem personę. s. decẽ capita inter magnos, & paruos Rabbi Salamõ tñ dicit q̃ ab hac lege excusabant infirmi, qui nõ poterant comedere carnes vltra quantitatẽ vnius oliuę. Poterit
D aũt forte dictum Rabbi Salamõ intelligi de Pascha celebrando in futurum, q̃ia tunc non erat aliquis infirmus, cum de Aegypto egressi sunt, sic dicitur Ps. 104. Et eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. *Absque macula.* Macula vocatur hic non varietas coloris, quàm nos communiter maculam nominamus, sed aliqua monstruositas, aut defectus membri, vel deformitas aut morbus: hoc patet Deut. 12. c. vbi cũ Deus daret legẽ qualiter possent Hebræi comedere carnes in vrbibus suis dixit: Si comedere volueris carnes in vrbibus tuis, occide, & comede, siue immundũ fuerit, hoc est maculatũ debile, siue mundũ hoc est integrũ: q̃ aũt sint maculæ in pecoribus, quæ offerri debebant habentur Leu. 33. c. vbi
E dicitur, omnis macula non erit in eo, si cęcũ fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiẽ, vel impetiginem non offeretis ea Domino: bouem & ouem cauda amputatis voluntarie offerre potes, votum autem ex eis solui non potest: omne animal quòd vel contritis, vel a tonsis, vel secẽdis qblatisque testiculis est, non offeretis Domino. *Masculus.* Fœminam autem offerri aut immolari in his nolebat: quia ea quæ ad Dei cultum sunt, de melioribus perfectioribusque esse debent: sexus autem perfectus est masculinus, fœminus autem valde deficit: quia vt dicit philosophus fęmina est masculus occasionatus. Immolabantur tamen aliqñ capræ pro peccato, & oues pro hostijs pacificis, de qbus magis dicet in Leuitico.

Quæst. 6. Quot personę secũdum quosdam agnũ comedere debebant.

Quę macula atten dẽda erat in Agno Paschali, & quę mũdities.

Ratio tamen potissima quare erat masculus, erat ad signandum Christum passurum pro nobis immolandum, & hunc sensum intendebat legislator, vt patet ex verbis beati Ioan. 19. cap. Christus autem erat masculus, ideo debebat agnus esse masculus.

Quæst. 7. Cum dicatur in textu, q̃ agn' esset ĩmolãdus qua re adiungitur q̃ esset masculus.

Sed quæritur, cùm hic dicatur agnus erat immolandus, quare adiungitur, quòd esset masculus: quia dicendo agnus satis apparet, quòd masculus esse debebat, quia agnus nunquam fœmella est. Respondet Glo. ordinaria, & Andreas, qui eam maxime sequitur, quòd hoc adiunctum est: quia in Græco ponitur, probatur, vbi nos dicimus agnus: & potest extendi ad masculum, vel fœminam, vt ergo ambiguitas tolleretur posita fuit ista adiectio, scilicet masculus. Sed salua horum reuerentia qualitercunque dicant, non est G ista causa: quia non solum in Græco habetur agnus masculus, sed etiam in Hebræo, vnde Græca Biblia translata est, & ibi est origo omnium istorum: non ergo fuit causa ambiguitas idiomatis Græci, cùm hoc prius constet in Hebræo. Item quia dato, quòd ista ambiguitas esset in Græco, & non in Hebræo, nihil tamen ad nos attinebat: quia ista Biblia, quam transtulit Hieronymus, non fuit translata de Græco, sed de Hebræo, vt ait Hieronymus in prologo super Gene. qui incipit. Desiderij mei, & in prologo super Paralipomenon, qui incipit: Septuaginta interpretum. manet ergo nunc dubium quare in Hebræo sic positum fuit, cum ibi non sit ambiguitas ista; satis enim distinguitur ibi nomen ouis à nomine agni. H Respondetur, quòd hoc positum fuit ad tollendum dubium: quia aliquando talia nomina ponuntur ad signandum speciem, & aliquando ad signandum sexum, sicut istud nomen ouis est nomen fœmellæ, & istud nomen vacca. Aliquando tamen ponuntur pro nomine speciei, vt cum dicimus: iste habet oues, & vaccas: quia ibi non solum intelligitur, quòd habet oues fœmellas, sed etiam quòd habet Arietes, & Agnos, & non solum quòd habet vaccas fœmellas, sed etiam quòd habet Tauros, & Boues castratos. Ita istud nomen agnus potest signare sexum masculinum, vel speciem, scilicet ouem, vel agnam; nomen autem speciei non distinguit sexum: sed indifferenter conuenit masculo, & fœminæ: vt ergo intelligeretur I quòd hic signabat nomen sexum, & non speciem additum fuit masculus. *Anniculus*. Idest vnius anni, non quòd integrum annum haberet: sed quòd infra annum esset, vel saltem annum non excederet: quia agnus, qui excedit annum, iam aries est: poterat autem iste agnus accipi post octauam diem à Natiuitate sua vsque ad ætatem vnius anni: sic enim erat quantum ad oblationem: quia animalia immolabilia non immolabantur vsque ad octo dies post natiuitatem, & deinceps. sic patet Leuit. 22. cap. Bos, ouis, & Capra cum genita fuerint, septẽ diebus erunt sub vbere matris suæ, die autem octauo, & deinceps offerri poterũt Domino.

Quæst. 8. Nicolaus de Lira cõfutatur.

Quare agnus magis, quàm aliud animal immolabatur.

Quare autem agnus magis, quam aliud animal immolabatur, est causa, vt vult Nicolaus, quia Aegyptij colebant Iouem in figura Arietis, & ad detestationem huius idolatriæ, ne putarent Hebræi agnum habere aliquid numinis, occidebant illum mandato Dei. Sed non videtur ista esse causa: quia Iupiter non colebatur in figura Agni, sed in figura Arietis; quia Agnus cornua parua, aut nulla habet; Iupiter autem, siue Libycus Amon, vt ipsi nominant, cum magnis cornibus Arietinis, & circunflexis pingebatur, aut sculpebatur; magis ergo ad hoc decuisset Arietem immolare; sed hoc prohibuit Deus specialiter, cum dixit, agnus anniculus, idest agnus solum vnius anni, F vel infra annum. Item si ad prohibendam idolatriam vetuisset, magis mandasset Taurum immolari: quia Apis Deus magnus Aegyptiorum, qui annis singulis apparebat, vt ait Plinius, & Solinus in Polistor. capitu. de Aegypto, in figura Bouis, immo in vero Boue apparebat (de quo diximus supra secundo capitulo) & hunc magis colebant Aegyptij, quàm aliquem alium Deum: quia mirabilius eis apparebat, & idolatrandi magis occasionem præstabat: quia pueri eum gregatim sequebantur, & sacerdotes vsque in Memphis, & ibi mactabatur. Ad eum etiam tanquàm verum Deum consulendum de multis, ac distantissimis terræ partibus veniebatur. Nam Cæsar Germanicus ad eum consulendum iuit, eique magnum panem porrexit, cuius manum aduersatus infaustum omen ostendit: nam anno sequenti Cæsar Germanicus occisus est, vt ait Solinus in Polistor. capitulo de Aegypto. iste enim Bos viuens erat, & miracula faciebat, futura quibusdam insignibus ostendendo, ideo magis in eo moueri poterant, & crederent in Tauris aliquid numinis esse, quàm videndo Amonen cui Arietinum caput, seu cornua sculpebãtur: quia hæc fabræfacta, & non naturalia erant, nec aliquid numinis portendebant: magis ergo debuissent Taurum immolare: sed non mandauit sic Deus. Videtur ergo, quòd mandauit agnum, quia paruus erat, & quilibet eum habere poterat: & propter hoc mandauit eum esse vnius anni, idest non excedere H vnum annum: quia in illa ætate modicus erat, & à quolibet faciliter haberi poterat. Et hoc videtur clarius, quia etiam hyrcum paruum vnius anni, idest infra vnum annum mandauit eodem modo offerri, & immolari, si non haberetur agnus, quia hædus anniculus paruus erat: Bos autem, etiam si anniculus esset; tamen semper magnus erat, nec poterat sic immolari nisi à valde multis.

Apis Aegyptiorum Deus i vero boue eis apparebat.

Cur Deus immolationẽ agni pceperit.

Sed adhuc quæres, quæ fuit causa potissima quare mandatus fuit agnus immolari? Respondetur, quòd, vt dictum fuit in principio huius capitu. sacrificia, & alia cæremonialia populi Iudaici poterant dupliciter accipi. Vno modo secundum comparationem, quam habent ad illum populum solum. I cui dabantur. Alio modo comparantur ad tempora futura Messiæ, & secundum istas duas comparationes habent duos fines, scilicet vnius qui correspondet statui Hebræorum: & alius qui correspondeat statui temporis Messiæ. Finis autem, qui correspondet statui Hebræorum in cæremonialibus maxime in isto de immolatione agni paschalis, est memoria beneficiorum Dei, & præcipuè memoria exitus de Aegypto, vt dicitur infra in litera: vbi dicitur: Et cum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista religio? Dicetis eis: victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. Et cum hic dicatur, quòd ista victima erat pro tran- K situ Dei in Aegypto, Deuteron. decimosexto capitulo dicitur, quòd etiam fuit ad recordationem exitus de Aegypto: hæc autem apparens diuersitas infra soluetur isto capitulo. Quantum ergo ad istum finem non magis conueniebat agnus, quàm caper, quam Taurus; quia quodcunque sufficiebat, etiam si ponatur alius finis, scilicet vitatio idolatriæ, non magis conuenit ad hoc agnus, quàm Taurus; immo vt declarauimus magis Taurus occisus ab idolatria submouebat. Alius autem finis correspondet istis sacrificijs secundum habitudinem, quam habent ad tempus Messiæ, & isto modo correspondet magis, aut magis sic quàm aliter debere fieri: ideo principalis causa qua-

Causa principalis propter quam Deus agnũ ĩmolandũ præcepit.

quare magis agnus, quàm aliud animal fuerit, est ex A conuenientia ad significationem temporis Messiæ: nam vt infra magis declarabitur, per occisionem istius agni paschalis Messiæ mors insinuatur, qui in similitudinem agni mitis, & sine querela omnibus fuit: & hunc modum Isaias secutus cum de morte Messiæ clarissimè prænunciaret, eum agnum nuncupauit, sic patet Isai. 53. cap. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & tanquam agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. *Iuxta quem ritum tolletis hædum.*

Quæst. 9. Quidam voluerunt duas esse ĩmolationes fiẽdas altera de agno, & altera de hædo.

Ex hac litera cum præcedente, vbi dicitur quòd decima die mensis huius immolari debebat agnus: & nunc dicitur quòd hædus de capris debebat accipi à tota multitudine: & quartadecima die immolari: B voluerunt aliqui, quòd istę essent duæ immolationes, scilicet vna, quæ fieret de agno, & hoc quòd decima die mensis primi acciperetur in qualibet domo vnus agnus, & immolaretur. Deinde quòd quartodecimo die mensis acciperetur vnus hædus à tota multitudine filiorum Israel, & immolaretur die quartodecimo: Sed hoc falsum est, primo quia si agnus decima die acciperetur, & immolaretur, ad nihil hoc videbatur proficere, cum non esset in exitu de Aegypto nec ad aspargendum sanguinem. Item si agnus distincte comedi debuisset die decima, opportebat quòd Deus poneret ritum eius: sed non ponit hic aliquem ritum: quia ea, quæ infra ponuntur, de comestione hędi dicuntur, si hędus distincte comedebatur. Item ista immolatio secundum quòd hic facta est, mansit in futuras generationes: sed postea nunquàm facta fuit immolatio die decimo mensis primi, sed semper die quartodecimo ad vesperam, ergo non erat aliquid immolandum die decimo: antecedens patet Leuit. 23. cap. vbi ponitur cathalogus feriarum, idest omnium festorum, cum dicitur in principio, cap. Hæc sunt feriæ Domini, quas celebrare debetis mense primo quartodecimo die mensis ad vesperum Phase Domini est: & quintodecimo mensis huius solennitas azimorum: Item ista immolatio vocatur Phase, idest transitus, quia posito sanguine huius victimæ super vtrumque postem, & in superliminari die quartodecimo mensis primi ad vesperam ange- D lus percutiens transibat domos eorum, non percutiẽs eos sed Aegyptios: si autem dicatur, quòd aliqua victima fuit die decima mensis, illa non potest vocari Phase: quia non fuerunt hostia lita de sanguine eius. Item quia dicitur, quòd carnes huius hædi immolati comedi debebant per omnes domos filiorum Israel, sed non est possibile, quòd carnes vnius hædi sufficerent toti populo Israel: ergo non immolabatur vnus hircus à tota multitudine, sed erant tot hædi, aut agni, quot domus. Item quia non potest hoc stare: nam ille hædus si poneretur vnus, deberet à tota multitudine filiorum Israel coniuncta immolari: sed non poterat tota multitudo conuenire ad immolandum: quia non esset locus, vbi omnes caperentur. Etiam E quia cùm ista immolatio fieri deberet in quartodecimo die ad vesperam, & ipsa nocte futura erat pestis, & nullus erat de domibus suis exiturus, vt patet infra, non posset hoc stare: quia totus Israel erant habitans dispersim per terram Gessen, & si ad vnum locum conuenirent omnes ad immolandum in vespera, non possent redire ad noctem in domos suas, vt ibidem manerent iuxta mandatum Domini: ergo non debebat immolari à tota multitudine. Item sanguis illius victimę, quæ immolabatur quartodecimo die erat aspergendo ipsa nocte in quolibet poste domus, & in superliminari: sed non posset sanguis vnius hædi sufficere ad tingendum postes omnium domorum

Hebræorum: ergo non erat dandus vnus agnus, aut hædus, qui immolaretur à tota communitate Israel, & sic non essent duæ oblationes agni, & hædi. Item quia ea, quæ Deus mandauit Moysi, ipse nunciauit senioribus Israel: sed senioribus non mandauit duas victimas, aut immolationes: sed solum quòd in qualibet domo immolarent vnum animal, scilicet agnum, aut hædum, ergo solum erat vna immolatio: antecedens patet infra, vbi dixit Moyses; Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase. Item motiuum eorum non valet, scilicet quia dicitur in litera. *Iuxta quem ritum tolletis & hædũ.* Quasi iste hædus alius esset ab agno immolando, sed in litera Hebraica clarius habetur, cum dicitur: (de Arietibus B aut Capris tolletis eum.) Hoc autem refertur necessario ad id, quod præcessit cum dicitur. *Erit Agnus sine macula.* Et hunc agnum tolletis de Arietibus, aut Capris, idest poterit esse agnus, vel hædus, & in litera nostra, quando dicitur. *Iuxta quem ritum tolletis & hędum.* Non est sensus, quòd sumpto agno debeat assumi hædus, & seruari: sed quòd si forte non habeatur agnus aliquo casu, vel quia forte carior est, assumatur loco eius vnus hædus, & in isto obseruabitur idem mos, qui in agno obseruatur. *Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem.* Hoc refertur siue ad agnum, siue ad hædum: quia vterque die decima accipi debebat, & die quartadecima immolari.

Et hoc, quia sanguis illius agni poni debebat in vtroque poste, & superliminari: vt angelus percutiens, C qui tunc transire debebat per domos Aegyptiorum, videns illum sanguinem non percuteret ibi: & quia ista percussio fieri debebat die quartadecima mensis nocte media, ideo vespere præcedente immolari debebat victima, vt tunc ibi sanguis poneretur: die enim sequenti, scilicet quintodecima mensis primi futurus erat exitus de Aegypto. *Immolabit eum vniuersa multitudo filiorum Israel.* Non refertur hoc ad hædum, quem aliqui putabant à tota multitudine immolandum: sed refertur ad quemlibet eorum siue hædus esset, siue agnus. Et non est intelligendum, quòd vniuersa multitudo immolaret eum, idest tota multitudo iuncta eum, idest vnum hædum, aut agnum immolaret: sed quòd quilibet de multitudine D vnum agnum, vel hædum immolaret, si sufficeret domus illa ad vescendum eum: sin autem, assumerentur de alia domo tot personæ quousq; sufficerent ad edendum agnum. *Ad vesperam.*

Quæst. 10

Aliquando vespere accipitur pro occasu solis, scilicet cum sol incipit ire sub horizonte: & est noctis prima pars, quæ vocatur crepusculum, & isto modo dicitur Leuit. vigesimoquarto, quòd Aaron deberet collocare lucernas in tabernaculo ante velum a vespere vsque mane. Manifestum est, quòd ibi accipiatur vespere pro ea parte, quæ obsura est: quia lucernæ solum ardere debebant, cum esset tenebra: & patet quia subditur, ibi vsque mane quasi dicat, quòd in mane adueniente luce extingui debebant. Alio modo accipitur vespere pro tota nocte; sic patet Gene. primo, capitulo. Factum est vespere, & mane dies vnus: mane vocatur totum tempus, quo sol manebat super horizontem; siue illa nubecula lucis primariæ: vespere vocatur totum tempus, quo manebat sub horizonte suæ creationis. Aliquando vocatur vespere tempus paucum, quòd est ante solis ortum, vt patet Matth. vigesimooctauo capitulo, quia dicitur ibi, quòd vespere Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, Maria Magdalene, & altera Maria venerunt videre dominum, scilicet ad monumentum, vt ibidem apparet: quòd autem hoc vespere fuerit vltima pars noctis, scilicet

diluculum, patet Mar. 16. cap. vbi dicitur, quòd Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Maria Salomæ emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum, & valde mane vna Sabbatorum venerunt ad monumentum. Et sic id quod vnus Euangelista vocauit vespere, vocauit alius valde mane. Alio modo vocatur vespere pars diei postquàm sol incipit declinare à puncto meridiani versus occasum. Et hoc modo hora nonæ vocatur vespere: quia est postquam sol incipit declinare à meridiano ad occasum: sic enim dicitur in Hymno horæ nonæ, qui loquitur de tempore illo: Largire clarum vespere, idest da nobis bonam horam nonæ. Communiter tamen obseruatur iste modus in lingua latina: quia vespere possit accipi indifferenter pro omnibus istis horis, vel temporibus assignatis: vespera autem nunquam possit accipi, nisi pro aliqua parte diei iam declinantis ad occasum: vnde nunquàm vespera significat aliquid de nocte. Et ad significandum hoc posuit hic beatus Hieronymus ad vesperam, & non vespere, scilicet ꝙ accipi deberet istud tempus pro aliqua parte diei iam declinantis. Et hoc verum est: quia immediate post meridiem incipit vespera, & tunc post meridiem diei quartædecimæ vsque ad solis occasum poterant immolare istum agnum, & assare, & vesci illo. Et sic consueuerunt facere nunc Iudæi: quia licèt agnum non immolent, tamen tenentes obseruationem azimorum, quæ pertinebat ad idem tempus, incipiebant immediate post meridiem 14. diei expellere de domibus suis omnem panem fermentatum, & incipere vesci azimis. Nec potest accipi hic alijs modis: nam non potest accipi vespere pro tota nocte: quia ad vesperam dicitur ad signandum certitudinem temporis nox autem nō est certitudo temporis, sed est aliquod tempus extensum, & magnum. Non potest etiam accipi vespere pro parte vltima noctis, quæ vocatur diluculum: quia tunc non fuisset immolatus agnus vsq; ad diluculum pauloante solis ortum: sed hoc falsum est: quia media nocte debebat transire percussor angelus per domos Aegyptiorum: & quando reperiret domos Hebræorum sanguine litas, non debebat eas tangere. Item quia Hebræi summo mane egredi debebant de Aegypto: sed si tunc immolarent agnum, nō possent hoc facere: ergo non erant immolaturi summo mane. Nec potest accipi vespere pro parte noctis prima, cùm sol declinat ad occasum sub horizonte: quia illud tempus non pertinebat ad diem 14. in qua mandabatur immolari agnus, sed ad diem 15. Nam secundum Hebræos dies incipit ab occasu solis, vt patet Leu. 23. c. A vespere in vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Necesse ergo est accipi vesperam eo modo, quo diximus, scilicet pro parte diei, quæ est postquam sol declinat à meridiano versus occasum: ideo non poterāt Hebræi immolare, aut parare hædum illum post solis occasum, poterant tamen illum comedere post solis occasum: debebat autem immolatio fieri pauloante occasum solis, non tamen post occasum: sic enim dicitur Deut. cap. 16. cum dicitur: Immolabis Phase ad occasum solis, quando egressus es de Aegypto, & coques & comedes, *Et sument de sanguine*. Scilicet omnes, qui cum immolant, accipient de sanguine eius in qualibet domo: siue ille agnus aut hædus sit. *Et ponent super vtrunque postem*. Postes dicuntur duo ligna coniuncta ex alterutra parte parietibus domorum, quibus ostia adherent: super hos autem postes ponebatur sanguis, idest in capitibus postium. *Et in superliminari*. Dicitur superliminare lignum transuersaliter iacens super ostia, & in illo coniunguntur postes: cùm ipsum sit super duos postes quantum ad duas extremitates suas: & cùm sanguis poneretur in capitibus postium, quæ tangunt superliminare, & in ipso superliminari erat tota pars superior ostiorum domorum rubricata sanguine. Ponebatur aūt iste sanguis, vt angelus percutiēs transiēs percutiendo domos Aegyptiorum, cùm peruenirет ad domos Hebræorum, & videret sanguinem illum in Ianua, non percuteret aliquem in illa domo, de quo magis infra dicetur. *Domorum in quibus comedent illum*. In domo, in qua immolabatur, in eadem comedebatur: ex hoc patet quia multæ domus erant Hebræorum, in quibus non ponebatur sanguis: quia dictum fuit, quòd si aliqua domus paucas personas haberet, quæ non sufficerent ad esum agni, quòd ingerentur de duabus domibus, & comedebant in vna domo, & ibidem immolabant: & cùm dicatur quòd in domibus, in quibus comedebatur deberet sanguis aspergi: videtur quòd erant multæ domus, in quibus non poneretur sanguis super vtrunque postem, & in superliminari. Sed dices, quomodo ergo manebant illę domus, quia angelus percutiens, qui transiturus erat percutiebat in omnibus domibus nisi in illis, in quibus videbat sanguinem super postes, & in superliminari: ergo in illis domibus percuteret: sed falsum est, quia nullus de Hebræis mortuus fuit in hac plaga secundum quòd in cæteris nulla detrimenta, aut offensionem passi sunt. Respōdetur, quòd illi qui erant ex aliqua domo parua, in qua non comedebatur agnus, nec ponebatur sanguis illa nocte super postes, non reuertebantur illa nocte ad dormiendum in domum suam, sed dormiebant in illa domo, in qua comederant: illa autem sanguine lita erat, ideoque non timebant angelum percussorem. Sciendum autem, quòd ista cæremonia de tingendis postibus sanguine, & superliminari non fuit data tanquam conseruanda in omnes generationes, sed solum fuit data pro tunc. Et hoc patet infra Num. 9. cap. quia cum ibi iterum de immolatione, & modo edendi agnum paschalem tractauisset, nihil dixit de litura sanguinis, sed solum de alijs cæremonijs edendi. Item patet hoc clarius, quia ista tinctura sanguinis in vtroque poste, & superliminari fiebat ad hoc, quòd angelus percutiens Aegyptios, videns sanguinem, transiret illas domos non percutiens, sed in futuris generationibus non manebat ista causa, scilicet de angelo percutienti, ergo nec manere debebat eadem cæremonia. *Edent carnes*. Dicunt Hebræi, quòd ex hoc patet, non licere eis comedere neruos illius agni paschalis, aut cartilagines, quæ sunt in capitibus ossium: duriores quidem reliqs carnibus, sed ossibus molliores, dicunt has non esse carnes. Hoc tamen non multum concludit, quia solùm videtur hic Deus prohibere eis fractionem ossiū, aut suggere medulas ossium, cùm ossa frangere non deberent: neruos autem non prohibebantur comedere, cùm nerui carnes sint, idem de Cartilaginibus dicendum est, quia ossa non sunt, *Nocte illa*. Licèt immolatio fieri debebat ante solis occasum, & apparatio agni tamen esus eius fiebat de nocte saltem in principio noctis, *Assas igni*, quia nihil coctum, aut crudum comedi debebat, vt infra patet, sed igni assum: fiebat autem hoc, quia Deus volebat Hebræos educere de Aegypto, cùm quadam festinatione, quia vrgebant Aegyptij, & compellebant exire, vt patet infra, & Deuter. 16. Cùm ergo ista immolatio significatura erat exitum de Aegypto, oportebat, quòd ibi essent aliqua signantia velocitatem, & hoc patet in carnium assatione, quia decoctio carnium, aut alia apparatio tarda valde est, assatio autem velocior.

Sciendum quòd iste agnus assabatur hoc modo, natu primo immolabatur, idest iugulabatur, & accipiebatur sanguis eius ad liniendum vtrumque postem,

Vespera nō potest accipi nisi pro parte diei declinantis ad occasum.

Dies secūdum Hebræos incipit ab occasu solis vsque ad alium occasum.

Postes qd sint.

Liminare quid sit.

Multæ domus erant Hebræorū in quibus sānguis immolati agni super vtrumq; postem nō erat.

Opinio Hebræorū dicentium non licere comedere: neruos & cartilagines agni paschalis Confutaē

Quæst. 11. Modus immolandi atq; assandi agnum paschalē.

stem, & superliminare. Deinde detracta pelle extrahebantur intestina, & lauabantur, vt possent torreri, quia supra mandatum erat caput, & caudam, & intestina debere comedi tosta. Post cæteras carnes nihil amplius diuisæ simul assabantur, nec diuidebatur per medium, vel in quadrantes, vt nos consueuimus agnos, aut hędulos torrere, quia tunc necesse erat aliqua ossa frangi, s. ossa spondylium idest ossa illius spinę, quæ in modum cratis descendūt per dorsum. Nec etiam auferebatur caput, aut pedes ad assandum, ne confringeretur aliquod os, vt infra vetitum est. *Et azimos panes*. Idest panes sine fermento. Sunt enim isti panes valde nociui stomaco, & graues: fermentum namque ex sua acutie subtiliat, & digerit ponderositatem, & humiditatem commixtę farinę, cum aqua: cum autem non comiscetur fermentum, valde ponderosus panis est, & male digestibilis. Ideo vocatur panis afflictionis Deut. 16. c. Hoc autem fiebat ad notandam celeritatem, quæ in exitu de Aegypto esse debebat: nam panes azimi immediate, vt farina comiscetur aquæ fiunt, & sine alia expectatione coqui possunt, quod non fit in panibus fermentatis, quia illi postquàm facti sunt, aliquo spatio satis magno tenentur, vt fermentum digerat, & subtilet materiam panis. Ideo Abraham quando voluit inuitare angelos in specie virorum, vt cito pararetur cibus, mandauit Sarrę, ꝙ commisceret cito tria sata, i. acciperet cito tres mensuras farinæ, & commisceret aqua, atque faceret inde subincineritios panes, vt patet Gen. 18. cap. Item Loth inuitans eosdem angelos dicitur, ꝙ coxit azima, idest ꝙ coxit panes illos, qui cito parari poterāt, quia iam nox erat quando angelos illos suscepit in domo, & non poterat occupari circa decoctionem panum fermentatorum, cum requireret magnam moram, vt patet Gen. 19. cap. Istud autem est attendendo celeritatem, qua exituri erant de Aegypto, ita ꝙ illa esset futura, & isto modo conueniebat illi immolationi soli, quia illa sola fuit ante exitum de Aegypto. Alio modo potest attendi, ꝙ comestio panum azimorum sit cæremonia quædam pro futuris immolationibus, sicut mandatur infra, quòd sit ritus in omnibus generationibus Hebræorum: & tunc significat panem azimum, quem Hebræi comederunt in exitu de Aegypto: nam tanta fuit celeritas exeundi cogentibus Aegyptijs, & Pharaone, ꝙ non potuerunt fermentare panem, sed tulerunt Massam conspersam ligantes eam pallijs, & coxerunt eam in prima mansione, s. in Sochot. Et hoc manifestatur Deut. 16. c. vbi mandatur obseruari dies azimorum, cum dicitur: septem diebus comedes azima, quia in pauore egressus est de Aegypto. Vel in velocitate, secundum ꝙ alia litera vult in annotatione Hebraica, vt memineris egressionis de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ. *Cum lactucis agrestibus*. Dicūtur istæ lactucæ quædam herbæ amaræ ad similitudinem lactucarum, quę in hortis nascuntur, sed minores sunt, & asperiores, & amaræ: fiebat autē hoc ad signandam amaritudinem, de qua tunc exierunt: iste enim erat finis principalis, vt recognita miseria, quam ibi sustinuerant, & diuina liberatione mirabili assurgerent in magnas laudes eius: de panibus autem azimis de quibus dictum est.

An Hebræi in Aegypto panes azimos comederint.

Quæst. 12. Dicet forte aliquis, quòd non comederunt Hebræi in Aegypto panes azimos: quia vt infra patet, ipsi voluerant fermentare panem, sed cogentibus Aegyptijs velociter exire non permissi sunt fermentare panem, sed tulerunt farinam conspersam in pastam, & sic facientes panes coxerunt in Sochot. Videtur ergo hæc decoctio azimorum fuisse a casu, & contrà eorum intentionem, & non ex proposito; quia non se intelligebant astrictos ad comedendum azima: maxime, quia illi panes azimi, quos coacti sunt facere Hebræi vrgentibus Aegyptijs ad exitū, non cocti fuerunt in Ramesse, vbi manebant Hebræi, sed in Sochot, postquàm recesserunt, quia ibi fuit prima mansio, vt patet infra, & Numer. 33. capitu. Non potuerunt ergo comedere de his panibus azimis die 14. mensis primi cum agno immolato antequàm exirent de Aegypto, nec videntur fuisse aliqui alij panes azimi facti ante hoc, cùm illi, quos fecerunt postea, non intendissent azimos relinquere, sed fermentare. Respondetur, quòd Hebræi comederunt agnum paschalem cum azimis in Aegypto. Sed distinguendum est, quia hic sunt duo præcepta de azimis. Primum est, quòd agnus comederetur cum azimis. Secundum est, quòd septem dies obseruarentur in azimorum comestione, & non appareret aliquid fermentatum in domibus Hebræorum. Primum autem præceptum, scilicet, comedetis illum cū azimis, commune fuit illi primæ immolationi in Aegypto, & omnibus alijs in futuras generationes. Secundum autem solùm pertinebat ad futuras generationes, scilicet quòd septem diebus comederent azima: & in signum huius distincta fuerunt ista præcepta: nam hic immediate ponitur, quòd deberent comedere cum azimis: præceptum autem de septem dieb' azimorum infra ponitur per se tanquàm non ad ista pertineat. Patet autem hoc magis clare infra 13. cap. cum dicitur: Cumque te introduxerit dominus in terram Chanaam, & Hethæi, Euæi, Ammorræi, & Gebusæi, quam iurauit patribus tuis, vt daretur tibi, terram fluentem lacte, & melle: celebrabis hunc morem sacrorum mense isto, septem diebus vesceris azimis. Non fuit ergo factum hoc in Aegypto, nec obligauit aliquo tempore ante introitum terræ Chanaam. Dicendum est ergo quòd omnia, quæ mandantur in isto cap. à principio vsque ad illam partem (habebitis autem hunc diem) fuerunt obseruata in prima immolatione in Aegypto, ea autem, quæ infra dicuntur, pertinebant ad futuras generationes, cum ibi fiat mentio de azimis septem dierum. Ad argumentum ergo dicendum, quòd Hebræi comederunt azima cum agno, scilicet quòd in 14. die mensis illius facti sunt pauci panes azimi, quot sufficerent ad vnicam comestionem, scilicet dum comederent agnum paschalē: sed postea non intendebant comedere azima, & sic cū die sequenti recessuri essent de Aegypto, voluerunt facere panes azimos pro via, illa nocte comiscuerunt farinam aquę facientes pastam, & intendentes fermentare, & coquere illa nocte: sed cum pestis primogenitorum inualesceret media nocte, surrexit Pharao, & Aegyptij, & non permiserunt factam pastam fermentari, & sic coacti sunt panes azimos facere etiam si non intendissent eos facere, sed fermentare. *Non comedetis de eo crudum quid*. Quia cibus crudus indigestibilis est ab igneo calore stomaci, indigent enim maiore calore, scilicet calore puri elementi, scilicet ignis, & talis non est in stomaco, quia non conuenit nostræ complexioni, excederet enim valde armoniam, quæ requiritur in animali. Nec dicit hoc, quasi ipsi Hebræi aliquid crudum de carnibus vorare vellent. Sed loquitur ex superabundantia volens omnia explicare, tam illa, de quibus posset esse error, quàm ea, in quibus non posset errari. Sic enim consueuimus aliquando loqui, & sic locutus fuit serpens ad Heuam, vt patet Gen. 3. cap. Eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Non quòd aliquod malum tunc esset, quod posset cognoscere, quia omnia, quæ Deus fecerat erant valde bona: sed quia voluit loqui multum compræhensiue dicens:

Panes azimorū comedebant ad denotādam celeritatē apparitionis

Panis fermentatus magnam requirit moram in sui decoctione.

Duo præcepta de azimis.

Calor stomaci non sufficit ad digerendum carnes crudas.

Expositio Nicolai Lirani.

Cognoscentes bonum & malum, idest scietis omnia, quæ sunt, vel esse possunt, vel qualitercunq; se habere possint quantum ad omnem modum, & differentiā. Nicolaus dicit, quòd hoc vetabatur in detestationem idolatriæ, quia aliqui idolatræ in honorem deorum suorū carnes, aut crudas, aut semicrudas comedebant. Ego autem cum aliqualiter inuestigauerim libros antiquorum præcipuè de ritibus gentilium, & hoc maxime in libris Fastorum Ouidij, vbi celebritatū ritus, & causæ, & tempora apponuntur, tale quid inuenisse non recolo. Habuit autem hoc Nicolaus a quibusdā Hebreis harum rerum penitus inexpertis, qui quando cæremoniarum suarum causas, aut apparentias reddere nequeunt, in detestationem idolatriæ factum esse loquuntur. *Nec coctum aqua*. Duplici ratione. Primò carnes expeditius assantur, quàm coquantur: omnia autem ista, quæ faciebant, quandam velocitatē exeuntium de Aegypto portendebant: vt patet ex prædictis, & infra etiam dicetur. Secundò quia carnes coctę resoluuntur ex humiditate, aqua subintrante aperiente calore, nam calor carnes aperit aqua vero carnium apertarū porositates subintrans cuncta mollificat: ideo istę carnes licèt facilius digestioni obediant, debilioris tamen sunt nutrimenti propter teneritudinem: ideo non conueniunt valde exercentibus magnos labores, & corporis motus quales sunt itinerantes.

Carnes in aqua coctę facilius digeruntur, & sunt debilioris nutrimenti.

Carnes autem assatæ indurantur per calorē igneum superfluas humiditates digerentem, & carnes solidantem, cùm nulla humiditas aqueæ mollificans subintret: quando potius ipsæ, quę naturales erant, carni, nō conuenientes tamen corpori alimentabili, aut effluunt, aut euaporant; licèt ergo istæ carnes difficilius digerantur, tamen solidioris sunt nutrimenti, laborantibus conuenientes. Sed contra hoc arguitur, quia Deut. 16. c. dicitur de immolatione Phase; quòd comedi deberet, & prius coqui, s. coques, & comedes in loco, quē elegerit dominus Deus tuus. Nec potest dici, quòd intelligatur illud de alijs sacrificijs, quæ immolabantur in festiuitate paschali: quia litera dicit; non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum: sed in loco, quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius, ibi immolabis Phase vespere ad occasum solis: quando egressus es de Aegypto, & coques, & comedes in loco, quem elegerit dominus Deus tuus. Respondetur, ꝙ agnus ille, aut hędus non poterat aliquo alio modo parari, sed solum assari: vt hic dicitur: ibi tamen ponitur, ꝙ deberet coqui, quod prouenit ex æquiuocatione literæ Hebraicæ, cui etiam aliquo modo alludit litera latina, nam idem verbum signat apud Hebræos decoctionem, & assationem, & non potest distingui nisi ex adimito quando signet decoctionem, aut assationem.

In litera Hebraica est æquocatio de assari, & coqui.

Ideo hic in litera nostra, & Hebrea non solum dixit: ꝙ nihil de agno deberet esse coctum, sed adiunxit, ꝙ nihil deberet esse coctū aqua: quasi non sufficeret dicere coctum solùm propter æquiuocationem: eandem ęquiuocationem secuta fuit litera nostra extendens hoc verbum ad coqui, & assari. Et satis patet ex modo loquendi communi omnium latinorum, quia dicimus cibos coqui in stomaco, ibi tamen manifestum est, ꝙ nec coquuntur, nec assantur accipiendo proprie, vt distinguitur coqui contra assari. Aliquando etiam ponitur coqui pro assari proprie dicto, vt cum dicimus, ꝙ panis coquitur in furno, ibi tamen non est coctio in aqua sed assatio in igne; ratio autem huius generalitatis vocabuli propter aliquid commune vniuocum, quod reperitur in omnibus istis signatis.

Coctio signat resolutionem quandam humiditatum superfluarum à cibis.

Nam coqui signat quandā resolutionem humiditatum superfluarum, vt sit res cocta apta ad cibum vel ad membrum. Cum elixatione, i. decoctione in aqua consumantur humiditates carniū

F crudarum nō conuenientes corpori nutribili, dicitur esse decoctio. In assatione etiam resoluuntur humiditates crudæ, & redduntur carnes ad talem dispositionem, vt corpori conueniant: in decoctione panis in furno resoluitur a calore igneo humiditas aquea existens in farina conmixta, & ponderositas tollitur per calorem digerentem, & subtiliantem, vt conueniat cibo: nec tamen totalis humiditas tollitur, qn maneat ibi quædam teneritudo, & mollities ex humiditate temperatè digesta: quia nō redditur panis totaliter in siccum, vt comburatur. In stomaco autem datur alius gradus decoctionis, quia ignis exterior non est eiusdē complexionis, & armonię cum igne stomaci: ideo digesto cibo per ignem elementarē, necesse est iterum G digeri ab ignea caliditate stomaci, vt totaliter cibus aptus sit ad transeundum in substantiam membri: cōuenit ergo omnibus his actionibus, ꝙ vocentur decoctiones: quia idem modus reperitur in illis. *Sed assum tantum igni*. Idest solum poterit iste agnus; vel hędus assari ad ignem, & nullo alio modo parari. *Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis*. Idest ꝙ nihil debebat manere de eo, quin comederetur. In alijs autem assationibus detrahuntur pedes rei assatæ: quia non bene assantur, cum sint valde sicci, & neruosi, ideo cito comburuntur, & non assantur; conueniunt autem decoctioni: intestina etiam propter teneritudinem assari bene non possunt, quia cum in eis sit humiditas magna, & valde tenax inclusa pellibus:

Pedes & intestina non sunt apta assationis.

nam ipsa intestina H ad naturam pellis declinant, indigebant satis magno calore, & igni, vt excluderetur humiditas: & quia rursus ipsa intestina mollia sunt, ante cōburerentur, quā bene per assaturam digererentur: nam immediate, vt eis ignis apponeretur contraherentur in se, cum sint de natura pellis, & conseruando intraneam humiditatem ante vrerentur superficietenus. Cōueniunt ergo magis elixationi, siue decoctioni in aqua, quia ibi paulisper per calorem aperientem, & digerentem, & humiditatem aqueam, ne cōburantur, conseruantur, & melius disponuntur: mandauit tamen dominus vniuersa assari, & comedi ex causa supra assignata, s. vt signaretur velocitas exitus:

Agno paschali decoriato nihil de eo amputabatur sed totus assabatur.

Cùm ergo agnus iste, aut hędus assari debebat, detracta pelle nihil ei abscīdebatur, ne confringeretur os aliquod, sed sola intestina, vt I abluerentur deducta, mox ipsi agno assando superponebantur, vt simul cuncta torrerentur: omnia ista assari mandabat, quia ista erat victima domini, & nihil de ea perire debebat, cum esset aliquid sacrum: sic patet Num. 9. c. cum dicitur: Si quis autem mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase exterminabitur anima illa de populis suis: quia sacrificium domino non obtulit tempore suo. Ecce qualiter vocauit sacrificium domini. Item quia in alijs carnibus quas Hebræi comedebant, non requirebatur, quòd essent mundæ sed qualitercunque essent poterant eas comedere, sed istum agnum non poterant offerre, nisi mundus esset, vt patet hic: antecedens patet Deut. 12. cap. K cum dicitur: Si autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide & comede iuxta benedictionem domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis, siue immundum fuerit, hoc est maculatum, & debile, siue mundum: hoc est integrum, & sine macula, quod offerri licet, siue capream, & ceruum comedes: absq; esu duntaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes: & infra eodem c. dicitur. Quando dilatauerit dn̄s terminos tuos sicut dixit, & volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua. Locus autem quem elegit dn̄s sit procul; occides de armentis, & pecoribus, quæ habueris, & comedes in opidis tuis, vt tibi placet sicut comeditur capra, & ceruus, ita vesceris eis. Item distinguitur in hoc esus

agni

agni paschalis ab alijs carnibus: quia sicut ad comedendum de carnibus sacrificiorum requirebatur mūdicia: vt patet Leuit. 7. capitu. cum dicitur, qui fuerit mundus vescetur ex ea: anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis: & qui tetigerit immunditiam hominis, aut iumenti, siue omnis rei, quę polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis: quia aliter nec poterant etiam offerre, vel accedere ad tabernaculum sanctuarij, quacunque immunditia essent immundi, vt patet Leuit. cap. 11. & 12. & 14. & 15. cap. & in multis alijs locis: sic requirebatur munditia in comedentibus Phase, vt patet Num. 9. cap. Vbi illi, qui erant immundi, conquesti sunt, quare non comedebant Phase sicut alij: ibi mandat Deus, quòd nullus immundus comedat Phase: sed faciat in mense secundo, quando fuerit iam mundus. De alijs autem carnibus communibus poterant comedere omnes, siue essent mundi, siue immundi: vt patet Deut. 12. c. cū dicitur sicut comeditur capra, & ceruus, ita vesceris eis, & mundus, & immundus in commune vescentur. Item distinguitur comestio agni ab alijs carnibus: quia cæteris carnibus vesci licebat in qualibet vrbe filiorum Israel: vt habetur Deut. 12. & patuit in superioribus allegationibus comedere autem, & immolare Phase non licebat in qualibet vrbe, sed solum in loco vbi esset tabernaculum domini, & arca: sic dicitur Deut. 16. cap. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas dominus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco, quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius, ibi immolabis Phase. In hoc etiam æquiparatur sacrificijs alijs: quia non poterat in omni loco offerri: sed solum in loco tabernaculi: vt patet Leuit. 17. cap. cum dicitur: Homo de domo Israel, aut de aduenis, qui peregrinantur inter vos: si obtulerit holocaustum, & ad victimam, & ad ostium tabernaculi non adduxerit, vt offeratur domino, interibit de populo suo. Sicut dicitur Deut. 12. capit. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: sed in eo, quem elegit dominus in vna tribuum tuarum. Sicut ergo in sacrificijs nihil relinqui debebat de animali immolato, ita nec de agno paschali, cum eēt quoddam sacrificium.

Nihil de agno paschali reliqui poterat cum eēt quoddam sacrū.

Antecedens patet Leuit. 6. ca. vbi dicitur de hostijs sacerdotum, cum dicitur cuius carnes eadem die comedentur, nec remanebit ex eis quicquam: idem dicitur de hostia pacificorum pro illa parte, quæ manebat offerentibus, quod tota comedi debebat, & si aliquid remaneret, igne cōsumeretur. *Non remanebit ex eo quicquam vsque mane*. Dicunt enim aliqui, quòd hoc erat, vt non expectarent se comesturos de eo die sequenti, cum diluculo recessuri essent, & hoc satis rationabile est: sed magis videtur, quòd fiebat, quia ista mmolatio pertinebat ad naturam sacrificiorum, in sacrificijs autem, in quibus aliquid comedi licebat, non debebat relinqui aliquid comedendum ad alteram diem, vt patet Leuit. 7. cap. cum dicitur cuius carnes eadem die comedentur: nec remanebit ex eis quicquam vsque mane. Et in hoc æquiparatur ista immolatio immolationi victimarum pacificarum quantum ad partem, quę veniebat sacerdotibus: nam pars eueniens sacerdotibus eodem die comedi debebat: vt patet Leuit. 7. c. Et quantum ad hoc excedit ista victima hostias pacificas quantum ad partem offerentium: quia si aliquis offerret victimas pacificas, poterat comedere carnem euenientem sibi eadem die, aut sequenti comedere. In die autem tertio nullo modo, vt patet Leuit. 7. c. cum dicitur: si voto, vel sponte quisquam obtulerit hostiam eadem die similiter comedetur: sed & si quid in crastinum re-

A manserit, vesci licitum est: quicquid autem tertius dies inuenerit, ignis absumet: si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti; quin potius quæcunque anima tali se edulio commaculauerit, præuaricationis rea erit.

Quæst. 13:

Cur obseruatio de immolando agno cæteris strictius esset, cum ad populares ęt ptineret.

Et si dicas quare ergo in ista immolatione cùm pertineat ad omnes populares erat strictior regula, quàm in victimis pacificorum pertinentibus ad eosdem populares, vt possent comedere de victima pacificorum in secundo die, de agno autem immolato nullo modo. Respondetur, quòd hoc erat, quia agni immolatio erat sub præcepto, oblatio autem victimarum pacificarum erat ex voluntate sola. In his autem quæ B ad necessitatem pertinent, strictior regula ponitur quàm in his, quæ solum voluntaria sunt. Quod patet in oblatione pacificorum spontanea, & in oblatione ex voto: nam quædam animalia voluntarie offerri possunt, quæ ex voto non recipiuntur, vt patet Leuit. 22. ca. cum dicitur: Bouem, & ouem aurem, & cauda amputatis voluntarie offerre potes: votum autem ex his solui non potest. Sed adhuc dices, quòd non est ista ratio:

Votiua ut differāt ab eis, quæ pręcipiuntur.

nam non solum victima pacificorum spontanea potest comedi in secundo die, sed etiam victima, quæ ex voto: sic patet Leuit. 7. cap. cum dicitur: Si voto, vel sponte obtulerit quis hostiam, eadem similiter comedetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. Ecce qualiter æquat quan- C tum ad hoc hostiam spontaneam, & votiuam. Respondetur, quòd licèt aliqua similitudo sit de agno immolato ad hostiam votiuam: tamen maior obligatio, & strictior est in oblationibus: quæ sunt totaliter ex præcepto, quàm in his, quæ non sunt ex pręcepto quomodocunque aliter sint: nam oblationes votiuæ, licèt postquàm votum emissum est, necessę sunt: tamen a principio ante emissionem voti sunt simpliciter liberę. Oblationes autem, quæ in præcepto sunt, nunquàm sunt liberæ: ergo strictior regula apponenda est quantum ad eas, quæ sunt in præcepto simpliciter, quam quantum ad eas, quæ sunt votiuæ. Immolatio autem agni paschalis non est spontanea, nec votiua: sed est sub magna præcepti obligatione: intantum D quòd si aliquis obseruare negligeret, merebatur mortem: quia dicitur quod peribit de populo suo: vt habetur Num. 9. cap. cum dicitur, quòd exterminabitur anima illa de populis suis, & peccatum suum ipse portabit. *Si quid residuum fuerit, igne comburetis*. Idest si in nocte illa quartidecimi diei, coniunctæ personæ tot quot ad esum agni sufficerent, non comederent totas agni carnes cum intestinis, in ipsa nocte immediate post cœnam comburere debebant, ne maneret in alteram diem: quare autem hoc fiebat, ratio est: nam vt supra dictum est, istud erat vnum de sacrificijs, & sicut in alijs sacrificijs nihil debebat ex comestis carnibus remanere, sed igne consumi, ita in hoc: antecedens patet Leuit. 7. cap. vbi dicitur: Tam de vi- E ctima, quæ eueniebat sacerdotibus, quàm de illa, quæ pertinebat ad populares, quòd deberet igne consumi, si quid vltra tempus statutum maneret: cum dicitur de hostia sacerdotum: cuius carnes eadem die comedentur, nec remanebit ex eis quicquàm vsque mane: si voto, vel sponte quisquam obtulerit hostiam, eadem similiter comedetur die, sed & si quid in crastinum remanserit vesci licitum est: quicquid autem tertius dies inuenerit, ignis absumet.

Opinio quorundā dicentium ossa agni paschalis cōburi debere quia non comedebantur. Cōfutatio opinonis.

Aliqui dicunt, quòd ossa agni immolati, quæ non comedebantur, quia non frangebantur, cōburi debebāt. Sed falsum, quia in litera ponitur conditionaliter, & sub dubio, cū dicitur si quid residui fuerit igne comburetis: si tamen voluisset de ossibus intelligi, non posuisset sub

dubitationem: quia certum est ossa superremanere cum frangi, aut comedi non possent. Ratio autem quare nihil de aliquo sacrificio remanere debebat, quin cõsumeretur comedẽdo, aut cõbureretur igne, erat, quia carnes sacrificiorum sacræ erant, vt patet Leui.6.c, ideo non debebant negligi sicut carnes aliæ communes: si autem nõ mandarentur omnes comedi, aliquæ de eis darentur canibus, sicut interdum consueuerunt dari de alijs carnibus: etiam aliqua earum negligenter conseruatæ permitterentur putrefieri. Hoc autem erat dedecus Dei, cùm ista sacrificia sibi consecrata essent: debebant ergo comedi totaliter, ita quòd nihil de eis daretur alicui animali, cum non deberent dari homini non circunciso. Si tamen aliquid comedi non posset, igne vrendum erat: & hoc quia etiam in hoc Deus laudaretur, & honoraretur, quia ibi holocaustũ fiebat de illis carnibus, sicut de alijs de animalibus, quæ in holocaustum totaliter incendebantur.

Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Est enim Phase, idest transitus domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vsque ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti.

Heb. 11.

Sic autem. Hic ponitur s'm, s. comedendi modus. In superioribus enim licèt dicta sint aliqua quæ pertinebant ad comedendi modum: tamẽ illa tenebant se ex parte agni comestibilis: hic ponuntur aliquę cæremonię, quæ sunt dispositiones ipsorum comedentiũ. *Sic autem comedetis illum*. Idest iste erit modus, quẽ obseruabitis in comedendo illum agnum, aut hædum.

Quæst. 11. Et sciendum ꝙ ista, quæ sequũtur, sunt communia tam illæ primæ immolationi, quàm omnibus sequentibus in futurum, vsque ad illam partem. *Habebitis autem hunc diem*. Sicut supra diximus; illa.n. pertinẽt ad futuras generationes. *Renes vestros accingetis*. Quasi parati existentes ad iter, & non iacentes in stratis, & desidiosi quiete magna. *Calciamenta habebitis in pedibus*. Ita vt significetur intantũ vos velociter velle moueri, ꝙ post cęnam illam nihil aliud agere debeatis, quàm aggredi iter, & nihil aliud faciendũ maneat: nec etiam calceatio sotularium. *Tenentes baculos in manibus*. Hoc ad duo pertinebat: primo, quia ipsi viatores baculos habentes per viam, quibus innitũtur: & sic laborem subleuent, & in motu iuuentur. Secundò quia ipsi Hebræi educentes omnia sua de Aegypto, portabant multos asinos, quibus ea imponebant, & illos baculis dirigere debebant. *Et comedetis festinantes*. Idest non manebitis colloquentes ad mẽsam, sicut in alijs cęnis facere cõsueuistis, quando quieti eratis: nunc autem ad designandum egressum de Aegypto, qui fuit in festinatione, & pauore, vt patet hic, & Deut.16.c. Oportet ista agere. *Est enim Phase*. Idest transitus. Ista est ratio omnium supradictorum, quare velociter fieri debebant, s. quia ista immolatio, & commestio est Phase, idest transitus, s. quia sicut angelus exterminator velociter transibat domos Hebræorum, tanquàm viator, nihil ibi manens ad faciendum malum: ita ipsi omnia hæc ad signandum illud beneficium, s. quia liberabantur ab angelo exterminatore velociter hæc facere debebant. In superiorbus tamen referebamus hæc ad velocitatem viæ, qua exituri erant de Aegypto. Et verũ est, quia illa immolatio ad vtrunque signandum referebatur, sed diuersimode: quia ista prima immolatio signabat vtrunque, sed principaliter festinationem angeli exterminatoris transeuntis super domos Hebræorum nihil percutientis, vt patet immediate, cum dicitur: Est enim Phase domini, idest transitus: transibo enim super terram Aegypti nocte illa, percutiãque omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine, vsque ad pecus, ac pertransibo vos, & non erit in vobis plaga disperdens. Signat autem minus principaliter egressionem velocem de Aegypto. In futuris autem generationibus istæ immolationes, & comestio azimorum signabat principaliter exitum velocẽ de Aegypto: sic patet Deut.16. cap. cùm Moyses post 40. annos ab exitu de Aegyto hortaretur eos ad custodiendas cæremonias agni paschalis, dixit. Obserua mẽsem nouarum frugum, & verni primi temporis, vt facias Phase domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Signabat autem minus principaliter transitum angeli percutientis super Aegyptios, & non percutientis Hebræos. Et hoc patet, quia in isto cap. infra Deus mandauit fieri istam obseruationem ad memoriam huius transitus angeli percutientis super eos, cum dicitur: Et cum dixerint vobis filij vestri; Quæ est ista religio? Dicetis: eis victima transitus domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos vestras liberans. Sed dices, cùm hic exprimatur ista causa huius immolationis agni, & in Deuteronomio exprimatur alia, non videtur quæ sit principalior. Respondetur, quòd immo ex hoc apparet id quod dictum fuit, scilicet quia ista causa fuit expressa in prima immolatione, & non alia, ista fuit principalior in prima immolatione, & quia alia causa fuit expressa per quadraginta annos postea Moyse, & non ista, illa videbatur esse principalior ad futuras generationes. Et ratio est, quia ista liberatio a morte, quæ inferebatur per angelum exterminatorem, signatur totaliter, & principaliter in futuris generationibus per redemptionem primogenitorum, vt patet infra 13. ca. cum dicitur: Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens, quid est hoc? respondebis ei, in manu forti eduxit nos Deus de Aegypto de domo seruitutis: nam cùm induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito hominis vsque ad primogenita iumentorum: idcirco immolo domino omne, quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorũ redimo. *Est.n. Phase, idest transitus Domini*. Istud fuit additum in litera nostra ad expositionem huius nominis Phase: quia in Hebræo solum habetur, *Est enim Phase*. Vocatur autem transitus domini: quia angelus percutiens ex Dei mandato transibat non percutiens Hebręos: sic enim dicitur infra. Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios, cũque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque postẽ transcendet hostium, & non sinet percussorẽ ingredi domos vestras. *Et transibo per terram Aegypti*. Deus dicit se transiturum per terram Aegypti non ꝙ ipse transeat: quia moueri non potest, cũ vbique sit, sed quia Angelus percussor ex

Immolatio agni paschalis duos transit' signabat.

Cur causę immolationis agni variç hic, & Deut.

ex mãdato eius transibat. *Nocte illa*. Scilicet nocte quartidecimi diei mensis primi. *Et percutiam omne primogenitum in terra Aegypti*. Ista fuit vltima plaga: quia sic dixerat Dominus pręcedenti cap. adhuc plaga vna tangã Pharaonem, & Aegyptum, & post hæc dimittet vos. Fuit etiam ista plaga maior omnium, quia ad nullam aliarũ Pharao dimisit Hebræos, nisi ad istam: quinimmo eos fugere cõpulit de Aegypto: vt patet infra. inflicta fuit autem correspondenter ad culpam Aegyptiorum, qua Hebreorum paruulos siue primogenitos siue alios in flumine occiderant.

An plagæ Aegyptijs inflictæ fuerint tantum decem, vel multo plures, & an Dies Aegyptiaci habeant malam influentiam, & quare ecclesia mandat illos non obseruari, & an propter hoc neget astrorum influentiam, & an sit licitum certa tempora anni ad seminandum, & serendum, & alia faciendum obseruare.

Quæst. 15. Dicit Magister in historijs scholasticis, ꝙ non fuerunt istę solæ plagæ illatæ Aegyptijs, sed etiam multæ alię: ponuntur tamen istę solæ, quia principaliores fuere, vnde vult in qualibet die, quę in kalendarijs nostris Aegyptiaca vocãt aliqua plaga Aegyptijs inflicta fuerit, & tũc oportet esse ad minus 24. plagas, quia in quolibet mense duo dies Aegyptiaci vocantur in Kalendarijs. Sed hoc forte non multum cõtinet veritatem. Primo quia plagę inflictę Aegyptijs in valde pauco tẽpore inflictę sunt, cùm vna quasi immediate sequeretur post alteram: si autem teneretur hoc dictum, cùm in quolibet mense ponantur dies Aegyptiaci, sequeretur quòd vno anno ad minus durassent infligendo plagas. Hoc aũt non potest stare, quia tunc sequeretur, quòd Moyses non erat annorum 80. qñ primo apparuit coram Pharaone, quod tamen asseritur supra 7.c. Vel ꝙ non ambulauissent 40. annis per desertũ, qđ tñ asseritur Deut.8.c. Vel quòd qñ mortuus est non complesset solũ 120. annos, vt asseritur Deut.31.c. sed 121. consequentia aũt satis declarata fuit supra 2.c. Et patet quia Moyses erat annorũ 40. qñ occidit Aegyptium, & recessit de Aegypto ĩ terram Madian, vt patet Act. 7.c. & mãsit ann.40. in Madian cũ Ietrho: vt patet Act. 7. & redeundo eodẽ anno de Madian in Aegyptum cõplebat annos 80. qñ stetit corã Pharaone. Si ergo durasset plagarũ inflictio vno anno secũdũ assignationẽ dierum Aegyptiacorum in Kalendarijs, qñ exiuisset Moyses de Aegypto esset annorũ 81. quibus addantur anni 40. qbus mãsit ĩ deserto cũ Israelitis: vt patet Deu. 8.c. cũ dixit adduxit te Dñs 40. ann. per desertũ, vt affligerẽt te, atque tentaret, & nõ fierẽt, quę in tuo animo versabãtur, manebũt in summa anni 121. quibus vixisset Moyses. Sed hoc falsum qa Moyses mortuus fuit die, quo cõpleuit annos 120. vt patet Deut.31.c. cũ dr̃ ego sum hodie 120. annorũ, & non possum vltra ingredi, & egredi: præsertim cũ dixerit mihi dñs, non transibis Iordanẽ istũ. Cõcluditur ergo, ꝙ in faciendo ista signa nõ effluxit vnus annus, sed quasi vnus mensis, vel paucũ plus, & ille cõputatẽ cũ anno primo egressionis de Aegypto, ita quòd ex illo tpe cõputaretur vnus annus cũ illo pauco, ĩ quo inflictę sunt plagę. Itẽ isti dies Aegyptiaci dñr hr̃e malam influentiã, & verissime sic est, sed non attraherent influentiam ab illis plagis inflictis Aegypto toti: ergo non denominantur ab illis plagis inflictis. Antecedens patet quia ea, quæ fiunt in inferioribus, nullam videlicet celo influendi tribuũtur; quin potius è contrario vis influxiua cęlestium operatur in hæc inferiora. Item dato quòd Dei voluntate hoc fieri potuisset, vt ex illis plagis inflictis Aegypto in quolibet annos illis diebus sequerentur malę influentię, tamen nullo modo factum fuisse, concedendũ est, quia tunc Deus omnes homines in omnia futura tempora propter delicta Aegyptiorum puniuisset, quod ita absurdum est, vt aures non paterentur. Dicendũ autem quòd isti dies Aegyptij vocati sunt, quia Aegyptij, qui in Astrologia erant florentissimi consideratione astrorum hos dies nociuos repererũt, & verissime sic est mandat tamen Ecclesia illos non obseruari, ne Gentilitatis superstitionibus studeamus, sicut patet ex concilio Martini Papę, & habetur in decretis 26.q.5.c. non licèt hominibus Christianis. De his etiam multa Augu. de ciui. Dei lib.5. in principio per aliqua capitula, vbi agit de Fato. Nec in hoc Ecclesia veritati astrorum repugnat: quia Ecclesia vult quòd nos non credamus influxibus astrorum, quasi eis volũtas nostra subdatur, sicut tenebant Gentiles, & tangit illud Seneca in tragœdia, quæ intitulatur Edippus concordans sententię popularium in carmine decimo: quod totum de hac materia scriptum est, cum dicitur.

Opinio magistri historię scholasticę ponentis plures plagas quã decẽ confutatio.

Dies Aegyptiaci malam habẽt influẽtiam.

Ecclesia non negat astrorũ influxũ: sed negat ei liberum arbitriũ subdi.

Fatis agimur, cedite fatis.
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stamina fusi.
Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid facimus, venit ex alto.
Seruatque suæ decreta colus
Lachensis dura reuoluta manu.
Omnia secto tramite vadunt.
Primusque dies dedit extremum.
Non illa Deo vertisse licet,
Quæ nexa suis currunt causis.
Idcuique ratus prece non vlla
Mobilis ordo; multis ipsum
Timuisse nocet:
Multi ad fatum: venere suum, dum fata timent.

Idem dicit Ouid. Metamo. lib.9. dum Venus loquitur ad Iouem, & Iupiter ei respondet Poetica fictione Gentilium, tamen firma sententia, scilicet.

Tu sola insuperabile fatum
Nata mouere putas, intres licèt ipsa sororum.
Tecta, trium cernes illic molimine vasto
Ex Aere, & solido rerum tabularia ferro.
Quæ neque concursum cęli, nec fulminis iram
Nec metuunt vllas tuta atque æterna minas.
Inuenies illic incisa adamante perenni.
Fata tui generis.

Ecce qualiter istorum, & omnium vulgarium antiquorum firma sententia erat, ex motu cęli, & dispõnibus ęternis mentem nostram necessitatem agendi, patiendique contrahere, qui error in Gentilibus nouiter conuersis adhuc manebat, ideo doctores Ecclesię multum laborauerunt hanc erroneam opinionẽ elidere. Non tamen negat Ecclesia, nec vult nos negare, quin corpora cęlestia influãt in hæc inferiora, & quod non eędem complexiones sint influentiarum deuersorum dierum. Quis enim dubitet corpora cęlestia in his inferioribus sanitatem, aut infirmitatem tam obtinere, quam etiam influere, quoniam etiam hęc clausis oculis confiteri cogemur, præcipuè cum dicat scriptura Gen. 1. c. quòd sol, & luna, & cętera astra data sunt in signa, & tempora, dies, & annos, de quibus ibi dictum est, & Gen.40. cap. Propter hoc ergo Ecclesia non prohibet quòd medici certis diebus, aut certis signis, & motibus astrorum exhibere patientibus pharmacias, cum omnes hoc experiantur, quòd luna existenti in tali, vel tali signo pharmacia nihil operetur, & in quo signo, vel triplicitate existente eadem pharmacia, & in eodem patiente admirabiliter operetur. Dicendum ergo quòd Ecclesia solum vetuit credere, quòd astra influant super ea, que ad liberum arbitriũ pertinent, sed in alia, quæ pertinent ad corporalem natu-

Aristotil. vult naturã corpore am subditi corpori cęlesti: animam autẽ nullo modo.

naturam, nullus dubitat, quin corpora cęlestia multum operentur, & ecclesia hoc tacet, & ista est sententia Aristo. nam cum in 3.lib. de anima, asseruerit voluntatem nostram esse liberrimã, nec posse vllo modo necessitari, in primo de Gene. & corru. dixit, quòd ppter accessum, & recessum solis in circulo obliquo omnis generatio, & corruptio causatur. Ecce qualiter anima ab omni cęlesti influentia absolutam esse asserens, totam naturam corpoream influentię solis, & cęterorum astrorum subiectam liquido contestatus est.

Explanatur ca. non licèt 26. q.5.

Sed adhuc dices contra, quia in decretis 26.q.5.in c.nõ licet hominibus christianis. dicitur quòd non licet colere elementa, aut obseruare cursus astrorum, aut certos dies ad faciendum domos, aut ad plantandas vel incidendas arbores. Respondetur ad hoc, quòd secus est de ędificatione domus, quam de plantatione, aut incisione arborum: quia ędificatio domus pertinet ad artem: arti vero non dominantur corpora cęlestia, cùm ars sit habitus intellectiuus: sed est adhuc peius, quia illi, qui certis diebus domus ędificare volunt, aut in eis nouitur habitare, arbitrãtur, quòd qui domum in tali die inceperit, non finiet ędificare eam. Vel qui in tali die inceperit habitare in ea, nũquam in ea prosperabitur, aut cito morietur. Et sic dicunt de quibusdam alijs superstitionibus, quòd qui tali die vestem induerit, nõ viuet vsquequo vestis conteratur. Vel qui tali die contraxerit matrimonium, habebit malam vxorem, aut modicum cum ea morabitur: & cętera in hunc modũ. Quæ valde condẽnat Ecclesia, & vera philosophia. Nam in quibusdam istorum ponitur, quòd cęlum influat in liberum arbitrium, vt quomodo dicitur, quòd qui tali die contraxerit malam, vxorem habebit, quia malam aut bonam esse vxorẽ in Dei gratia, & nostro arbitrio situm est. Et isto modo errant illi, qui nolunt incipere bella, nisi die Martis, quia in hoc attribuũt aliquid numinis marti, quem Deum belli Gentilis asseruit fatuitas. Aliqua autem ponuntur hic, quę licèt nõ dicant cęlum influere in liberũ arbitrium, attribuunt tamen aliquam causalitatem cęlo, aut terrę, quę naturaliter non potest subsistere: nam omnem metã talis naturæ excedit. Vt verbi gratia, q diceret ꝓ ille, qui in tali die inceperit nouam habitare domum, quòd modicum in ea viuet: aut qui noua veste indutus est, non durabit tantum quantum vestis: quia tunc quęro, an ista abbreuiatio vitę est a cęlo, vel est ab illa domo, quã ingreditur, vel a veste, qua cõtegitur. Si autem dicas ꝓ sit a cęlo, ego satis cõfiteor vitam animaliam, & mortem esse per influẽtiam cęli, quia Deus illam sic vt seminitricem suam ordinauit, sicut ordinauit ignem ad lucendum, & calefaciendũ. Et hoc vult Philosophs dicens, ꝓ omnis generatio, & corruptio in terra fit per accessum, & recessum solis in circulo obliquo, vt habetur primo de generatione, & corruptione. Et tũc si vita, aut mors pro tunc venit ab influentia cęli, nihil erit intrare ad habitandum nouam domum, aut noua tunica contegi, cum nihilominus cœlum ipsum taliter influeret. Valde ergo superfluum erit vitare nouam domum intrare, aut accipere nouas vestes. Si autem dicas, quòd illa influentia venit a mala domo, aut a veste, vel calciamento. Hoc falsum est, quia tunc quacunque die illam domum nouam inceperis habitare, sequetur idem effectus: vel quando acceperis illas vestes nouas: sed hoc absurdum est. Item quia domus, aut vestis vel calciamentum non ponuntur habere naturaliter tales vires influendi, cùm sint res artificiales, & artificialia nõ habẽt vires influendi, cum esse principium influendi solum competat formis naturalibus de prędicamẽtis qualitatis. Ex his aũt patet, ꝓ obseruare certam diem, aut motum astrorum, vel figurationes eorum, scilicet aspectus benuolos, vel maliuolos ad con

Quomodo erroneum sit dies certos obseruare.

struendum domum valde, erroneum est. De plantatione autem arborum aliter dicendum est: nam dicitur ꝓ nullus debet colere elementa, aut planetas, vel obseruare cursus astrorum, vel certos dies ad plantandas, vel scindendas arbores. Quantum ad primum manifestum est, ꝓ nec pro plantandis arboribus, nec pro aliqua alia re aliquis, præter Deum vnicum, & verum colendus est: quia scriptum est. Nõ habebis Deos alienos. infra 20. & Deut. 5. Etiam Mat. 4. c. dicitur, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruies. Idẽ patet Deut. 10. c. Prohibuit autem Ecclesia colere ista ad faciendũ aliqua opera, quia apud Gentiles talis erat consuetudo, vt id, quod cuique summè vtile erat, Deũ iudicaret, & illud coleret. Sic Aegyptij coluerũt aquas, & Chaldęi ignem. Cęteris etiam rebus Gentiles deitatẽ attribuerũt, scilicet Iugis Deum Iugatiuum: vallibus Valloniam Deam præfecerunt: rura idest agros deę Rusinæ, limen domus Limentino Deo tribuerunt, Cardinem deę Cardeę, fores autem Forculo: insuper Adeonam, & Abeonam, Interducam, Manuducam Deum patrem subigum Pertũdam, & dani virgimen sem cęteram ignobilium, atque turpissimorum deorum turbam, quę ad plures, quam ad trecentos Marco Varrone testãte in libris sacrorum accedit: de quibus Aug. de ciui. Dei libro 6. c. 7. De his autem Deo dante, super 3. Reg. c. 2. vberius dicetur, quia ibi litera expetit. Gentiles ergo quando aliquid in aliqua re facere debebant, Deum, qui præerat illi rei, colebant, ab eoq; se dirigi, aut aduersari credebant. Qui ergo aliquid in agris agere debebat deam Rusinam, quæ ruribus idest agris dominabatur colebat: sic qui in vallibus operaturus foret, deam Valloniam honorabat: qui autem in montibus Iugatiuum Deum præ cęteris efferebat. Et hoc putauerunt milites regis Benadab, cum pugnando victus fuisset in montibus a rege Achab, ideoque dixerunt: Dij montium, dij eorum, ideo superauerunt nos: sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Deus tamẽ subdidit, quia dixerũt Siri, Deus montium est Dominus, idest Deus Hebręorum, & non Deus vallium dabo omnẽ multitudinem hanc grandem in manu tua. Et sic fuit, quia postea in vallibus ꝑualuit Achab contra Benadab regẽ Syriæ. Et quia iste mos nondum totaliter fuerat extirpatus in Ecclesia primitiua, quia sicut dicitur 4. Reg. 17. c. de Samaritanis, qui Deum verũ timebant, & nihilominus Deos suos colebãt: ita isti colentes Christũ adhuc ex more antiquo aliquam reuerentiã, & cultũ dijs illis exhibebant: mandatum fuit ꝓ nullus coleret ista, vt Deos ad plantandum, vel aliquid alterum faciẽdum in aliquo negotio. Dicitur etiam in illo cap. ꝓ nõ debet christianus aspicere cursus astrorum ad plantandas arbores, aut incidendas. Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo quòd nullo modo inspiciantur cursus astrorum ad faciẽdum ista, & hoc falsissimum valde est. Et primo patet de scindendis arboribus: quia quodam tempore arbores si scindantur mox putrefiunt, & teredonibus idest quibusdam vermibus interioribus consumuntur: alijs autem diebus, vel in alijs dispositionibus lunæ si incidantur, multis temporibus incorrupta seruantur: quis ergo non aduertet cursum lunæ ad incidenda ligna? immo stultissimus valde est, qui incidendo illa talia non inspicit, nam cuncta, quæ agit, inutilia valde sunt. De plantandis autem arboribus, vel serendis seminibus dicẽdum est, quòd ad serendum ordeum respiciendum est quòd sit sol in Libra, aut in principio Scorpionis. Ad serendum triticum respiciendum est, quòd sit sol in Scorpione, vel in principio Sagittarij, sic etiam seminandæ sunt fabe sole existente in Tauro. De his, & plerisque alijs Virg. in Geor. vbi tractat de plantatione arborum, &

Nota deorum multitudinem secundum Gentiles.

Ligna in quibusdã d. ebus incisa putrefiunt quæ si in alijs incidantur multo tempore durant.

satione

satione seminũ. Si autem hæc non inspiciantur, indifferenter seminabimus, aut plantabimus arbores sole existente in Cancro, aut in Leone: & tunc per se notum est, quòd nihil nasceretur: & qui talia ageret stultissimus iudicaretur. De hoc Boetius de consola. lib. 1. Metr. 6. asserens cuncta debere inquiri tempore suo, & Deum cuilibet rei certa tempora distinxisse sic ait:

Cum Phebi radijs graue.
Cancri sidus ingluat.
Tunc qui larga negantibus.
Sulcis semina credidit.
Elusus cęreris fide.
Querras pergat ad arboves.
Nunquam purpureum nemus.
Lecturus violas petas.
Cum ęguis aquilonibus.
Stridens campuinhorruit.
Nec quæras auida manu
Vernos stringere palmites.
Vuis si libeat frui.
Autunno potius sua.
Bacchus munera contulit.
Signat tempora proprijs.
Aptans officijs Deus.
Nec quas ipse coercuit.
Miseeri patitur vices.

Alio modo potest intelligi ꝓ ad plantandum, vel scindendum arbores non sunt cursus astrorum inspiciendi, idest quòd non debet aliquis tantum confidere cursui astrorum, ꝓ si in tẽpore bonæ influentiæ seminet, quòd necessario credat multas euenturas fruges, & si in tempore malo seminauerit, quòd credat necessario ineptas, aut paucas inde colligendas messes: quia hoc valde erroneum est. Nam Deus qui supra naturæ cursum operatur, cum vult, aliquando peccatis nostris exigentibus, bonas temporum influentias conuertit nobis in infaustos exitus, priuans frugibus, quas nascentes ostenderat: sic patet Leui. 26. c. Quod si non audieritis me, nec feceritis mandata mea, visitabo vos velocitet in ardore, & egestate: frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur: si autem sic non obedieritis mihi, dabo vobis cęlum desuper ferreum, & terrę eneam: consumetur in cassum labor vester, non proferret terra germen, nec arbores poma prębebunt: eadem & plurima alia Deut. 29. c. vbi ponitur cathalogus maledictionum: sic etiam Ps. 105. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim; terram fructiferam in salsuginem a malitia habitantium in ea. Aliquando autem Deus nobis miseratus si colamus eum recto corde, tempora infęlicia in magnam prosperitatem ꝑuertit, sic patet Oseę 2. c. Et erit in die illa exaudiã cęlos, & illi exaudient terrã, & terra exaudiet triticum, & triticum, & vinum, & oleum, & hęc exaudient Iezrahel, & seminabo eam mihi in terrã, & miserebor eius, quę fuit absque misericordia. Sic patet Mala. c. 3. Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus, si non aperuero cataractas cęli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abũdantiam. Idem patet Aggei 1. c. pro vtraque parte vbi dicitur: Ponite corda vestra super vias vestras: seminastis multum, & intulistis parum: comedistis & non estis saturati: bibistis, non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculũ pertusum respexistis ad amplius, & factum est minus: intulistis in domum, & exsufflaui illud: quamobrem dicit Dominus exercituum quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam pro

Deus aliquando peccatis nostris offensus bonas temporũ influẽtias in malas conuertit.

Deus aliquando nobis cõpatiens in feliciatem pora ĩ magnam prosperitatẽ conuertit.

pter hoc super vos perhibiti sunt cęli, ne darent rorẽ, & terra prohibita est, ne daret germen, & vocaui siccitatem super terrã, & super montes, & super triticũ, & super vinum, & super oleum, & super quęcunque profert humus. & sequitur postea in 2. c. eiusdem: Ponite corda vestra ex die ista a die, qua fundamẽta iacta sunt templi Domini: nunquam iam semen in germine est, & adhuc vinea, & ficus, & male granatum, & lignum oliuę non floruit ex ista die benedicam. De his autem multa Leui. 26. & Deut. 28. c. Dicitur etiam in illo cap. ꝓ non sunt obseruandi dies ad seminandum vel incidendum arbores. Ad quod dicendum quòd obseruatio certæ diei cõtingit fieri dupliciter, vno modo: quia obseruat certa dies, scilicet Mercurij, aut Martis, & sic de cęteris: quia in illo die est aliquis motus spetialis cęli, vt puta: quia tunc est luna quinta, aut sexta: & sic de alijs, aut quia dominatur Mars, vel Mercurius, qui sũt talis, vel talis complexionis, & tunc licitum est obseruare dies, dum tamen vt dictum est, non attribuatur illis causalitas super liberum arbitrium, aut ea, quæ non conueniunt naturaliter. Alio modo cõtingit obseruari diem, vtpote, quia aliquis supponit nõ incipere facere tales res, nisi i die Martis, aut Mercurij, & sic de alijs diebus non curando quota luna sit, aut quis motus cęli, vel quis aspectus planetarum, sed solum obseruat illud facere, qa est dies Martis, aut dies Mercurij: & hoc illicitum est, quia est quedam speties superstitionis, & hoc modo prohibetur illic. Concluditur ergo ex superioribus quando tẽpora obseruanda sunt, & an dies Aegyptiaci dicantur a plagis inflictis Aegypto, an ab aliquo alio. *Ad homine vsque ad pecus.* Idest occidam primogenita hominum: & primogenita iumentorũ.

Quomodo interdum obseruare tẽpora ad seminandũ & ad incidendum arbores licitum est, aliquando superstitiosum

Cõclusio quęst.

Licèt iumenta non peccassent, nec quidquam mererentur mali, quia tamen erant Aegyptiorum, mortua sunt: vt ipsi in eis punirẽtur, vnde considerandum quòd non solum mortua sunt primogenita iumentorũ in Aegypto, sed & si Aegyptij aliquas aues nutriebant, quę pullos haberent primogeniti inter aues, moriebantur, & hoc si sunt aues, in quibus possunt distingui primogenita, nam vt cõmuniter in auibus domesticis non possunt cognosci primogenita, immo nec sm veritatem possunt dari primogenita, quia istę aues plura oua pariunt, & incubantes super ea faciunt omnia, vel plura eorum simul pullos habere: non tamen moriebantur primogenita ferarum, siue bestiarum, siue volucrum, quia illa non erant in possessione Aegyptiorum, nec hoc cognoscerent, nec sic affligerentur. *Et in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia.* Idest nõ solum puniam Aegyptios, sed etiam Deos eorũ faciendo in eis iudicia, idest admirabiles punitiones. Fuit ista punitio forte sicut punitio Dagõ dij Azotiorum, qui ante arca Domini pronus inuentus est, & caput, & palmæ eius abscissæ fuerant, quando arca dominiillata fuerat in templũ eius: vt patet primo Reg. 5. c. Vel, vt volunt Hebræi, ista punitio deorum fuit, quia omnia idola Aegyptiorum illa nocte subito putrefacta, atq; incinerata fuere: metallica vero resoluta, & fusa in terram, vt aurea argentea, & ærea, vel stanea: lapidea autem vsque ad pulueru cõminuta. *Ego Dominus.* Idest ego, qui ista dixi, sum Dominus, idest potens in omnia, ideo facere possum, quæ dico. *Erit autem vobis sanguis in signum.* Hic ponitur ratio mandati superioris, cum dicebatur, quòd deberent ponere sanguinem hędi, vel agni immolati super vtrunque postem, & in superliminari domus, scilicet vt esset signum Angelo transeunti, & non percuteret domum in qua sanguis illius esset ostijs. Iste autem sanguis non erat alicuius potestatis naturaliter, scilicet quòd illã posset tollere pestem, vel expellere Angelum percussorem, sed solum erat signum, vt ponitur in litera. Erat autem

Quęst. 16. Nota qua re iumentorum primogenita eriã mortua sunt.

tem

tem ſignum, vt Angelus videns ſanguinem non per-
Cur ſanguis agni ponebatur ſuper peſtes.
cuteret in illa domo. Sed dices quid proderat iſte ſan-
guis poſtibus, & ſuperliminari illitus? Quia etiam eo
non exiſtente Angelus cognoſcebat domos Hebreo-
rum, & Aegyptiorum, immo, vt dictum fuit ſupra 7. c.
dato ꝙ Angelus, vel demon non cognoſceret domos
illas ſine ſanguine, nunquam eas cum ſanguine noſſe
poſſet: quia iſta ſunt ſigna, quę viſui corporeo aliqd
reportant, intellectui autem nihil, ideo licèt Angelus
corpus acciperet, & omnia lineamenta organorum,
nihil tamen ſic videret, vt declaratum fuit 7. c. nihil er
go videtur prodeſſe ſanguis, vt ſignaret illam eſſe do-
mũ Hebræi, & non debere ibi percuti. Reſpondetur
ꝙ non ponebatur iſte ſanguis tanquam aliquid effice
ret, quia dato ꝙ in portis Aegyptiorum poſitus fuiſſet,
nihil ibi efficeret, quia nihilominus Angelus percute
ret eos, nec ẽt ponebatur in ſignum, tãquam per hoc
Angelus aliquid cognoſcere deberet: ſed vt aliqui
volũt, ponebatur in ſignum diſtinctiuum, vt ſicut Ae-
gyptij diſtinguebantur mẽte ab Hebreis, quia Hebrei
verum Deum colebant, Aegyptij autem non: ita vole
bat Deus, quòd in ſigno exteriori diſtinguerentur. Sed
hoc forte non multum valebat, quia ſigna exteriora
dantur ad diſtinctionem, & cognitionem, & ad hoc
proficiunt ſecundum ꝙ ab alijs cognoſcuntur, ſicut
circũciſio dabatur in ſignum, vt omnes populi ſcien
tes Hebreos eſſe circunciſos, cognoſcerẽt eos eſſe ſpe
tialem populum. Hic autem nihil tale erat, quia Aegy
ptij non cognoſcebant, quomodo ſanguis ponebatur
in domibus. Hebreorum, nec dato ꝙ vidiſſent eum ſe
quenti die oſtijs illitum, neſciebant ad quem finẽ po-
ſuiſſent, maxime quia, vt videtur ex litera, iſte ſanguis
non ponebatur in ſignum alijs gẽtibus, ſed Deo, quia
dicitur. Erit autem vobis ſanguis in ſignum in ẽdibus,
in quibus eritis, & videbo ſanguinem atque pertranſi
bo, nec erit in vobis plaga diſperdens. Iudei autem ali-
qui ſatis bene conſiderantes, dicunt, quòd hoc pone-
batur per modum cuiuſdã orationis ex mãdato Dei,
ſcilicet quòd dicerent Hebræi, qui erant in Aegypto:
domine Deus ſi peccata noſtra aliquem ſanguinẽ in
nobis effundi promeruerunt, ſit iſte, quẽ de hoc agno
effundimus, & iſte modus erat in ſacrificijs pro pecca-
to: vt patet infra 29. c. vbi cum immolarentur Hoſtiæ
I pro Aaron, & filijs eius, vt remitterentur peccata eo-
rum, ipſi imponebant manus capiti arietis, & vituli,
quaſi impecantes, quòd Deus trãſferret punitionem
debitam pro peccatis eorum in illa animalia immolã
da. Idem & clarius mandauit Deus Leui. 16. c. ꝙ fieret
emundatio omnium iniquitatum populi in die expia
tionum mandauit offerri duos hircos pro peccato, fa
ctiſque ceremonis circa primum hircum immolan-
dum, ſubiunxit de ſecundo, dicens: Poſtquam emun-
dauerit tabernaculum, & ſanctuarium, & altare, tunc
offeret hircum viuentem, & poſita vtraque manu ſu-
per caput eius confiteatur omnes iniquitates filio-
rum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorũ, quę
imprecans capiti eius emittet eũ per hominem para-
tum in ſolitudinẽ. Idem dicũt de Sephora vxore Moy
ſi, de qua ſupra c. quòd quãdo vidit Moyſen vexari ab
Angelo, quia filium non circunciderat, velociter ipſa
circuncidit, & tetigit pedes Moyſi præputio pueri ad-
huc fluente ſanguine, quaſi diceret: Domine ſi iſte
vir meus aliquid mali meretur, ſcilicet quòd effunda-
tur ſanguis ex eo, iſte ſanguis pueri, quem ſuper eum
effundo, oro vt ſufficiat. Iſta bene, & conformiter po-
ſita ſunt ad ſenſum horum verborum: ſed adhuc non
exprimitur in his, qualiter ille ſanguis in ſignum fue-
Auctoris intentio.
rit poſitus. Ideo videtur dicendum, quòd quia Deus
in his ceremonijs de Agno Paſchali intenderet prin-
cipaliter ſignare mortem Meſſię mediatoris, vt ait
F Apoſtolus prima ad Corint. cap. 10. Omnia in figura
contingebant illis: mandauit, vt iſte ſanguis ponere-
tur in poſtibus domus, vt eo exiſtente domus Aegy-
ptiorum percuterentur, & domos Hebræorum non
intraret Angelus percutiens, vt ſaltem implicitè iſti
Hebræi confiterentur, ſe per Meſſiæ ſanguinem eſſe
liberandos: ſic etiam eſt in alijs ceremonijs, quia vt
omnes catholici doctores aſſerunt, ceremonialia pro-
ficiebant Hebræis, non quidem in ſeipſis, ſed per ea
tacite, vel expreſſe profitebantur Meſſiam futurum,
in quo iſta vmbratilia ceſſarent. Et tunc ſtat quòd iſte
ſanguis eſſet ſignum, & hoc non ad alias gentes, ſed
ad Deum, cùm ipſe dicat: tranſibo, & videbo, & tunc
eſt ſenſus. Iſte ſanguis erit in ſignum, id eſt vos ponetis
G iſtum ſanguinem in poſtibus veſtrarum domorum
ex mandato meo, & quando ego tranſiuero per do-
mos veſtras, & Aegyptiorum, & videro ſanguinem,
erit mihi iſte ſanguis ſignum, quod vos profitemini
a morte liberandos per mortem Meſſiæ, & hoc ſal-
tem implicite, & ſic etiam ab hac morte liberabo vos.
Erat autem ille ſanguis ſignum ad placitum, & non
naturaliter ſignans: quia Deus intendebat eos liberare
a morte, & ſic ex ſola voluntate ſua liberabant a mor
te, nec iſtud ſignum aliquid tale efficiebat, vel ex na-
tura ſua ſignabat, ſicut fumus ſignat ignem, ſed ſolum
volebat liberare, & mandabat eis accipere pro ſigno
iſtum ſanguinem poſtibus illitum. Si enim manda-
ſſet quòd ponerent ad portam vnum lapidem, & ille
H eſſet in ſignum, & Angelus tranſiens, atque lapidem
videns, non percuteret eos, eſſet ille lapis ſufficiens
ſignum: ſed ſignum de ſanguine agni poſitum eſt,
quia magis decebat, vt profiterentur ſic ſaltem impli-
cite Meſſiæ ſanguine ſe fore liberandos. Tale autem
ſignum erat iris diluuij non venturi, quia vt declara-
tum fuit Gen. 9. cap. non ſignabat naturaliter iris dilu
uium vltę, de quo ibi Deus loquitur, non eſſe ventu-
rum, nam diluuium vltę naturaliter euenire non po-
teſt, ergo nullum ſignum poteſt illud non venturum
naturaliter ſignare; & ſic de conflagratione iudicij, vt
ibi, & Gen. 6. c. late dictum eſt, ſed quia Deus promit
tebat, quòd nunquam veniret diluuium vltę ſuper
terram, ideo voluntas eius ſola erat, quæ tollebat di-
luuium nunquam inundare ſuper omnes terras, vt ho
I mines tamen magis contenti eſſent, quia natura no-
ſtra ſcrupuloſa valde eſt, dedit pro ſigno iridem man-
dans, quòd nos intelligeremus, quòd quandocunque
iridem videremus, quòd Deus non erat deſtructurus
terram omnem per aquas, & ſicut dedit illud ſignum,
ita potuiſſet dare aliud. ſ. quandocunque videritis ſolẽ
oriri intelligatis, ꝙ non erit diluuium: Et patet quòd
hoc potuiſſet dari pro ſigno: nam ſi iris ad non futu-
rum diluuium nullam cauſalitatem tribuebat, aut na-
turaliter non ſignabat, ſed hoc accipiebatur ex ſola vo
luntate Dei, ita poterat velle, ꝙ ortus ſolis ſignaret di-
luuium non venturum, nihil efficiendo: dedit tamen
iridem in ſignum, quia magis decebat: nam Deus re-
K ſpicit ea, quæ ſunt vera, vel propinqua veritati, licèt er-
go iris ſecundum veritatem non tolleret vltę diluuiũ,
ſignabat tamen aliquid, quod erat propinquum. Nam
iris vt Gen. 9. c. declaratum fuit ſignat naturaliter di-
luuium particolare non cito futurum: magis ergo cõ-
ueniebat hoc poni pro ſigno non futuri vltis diluuij,
quam ortum ſolis, qui ſecundum veritatem nec ſimi-
litudinem, aliquid ad diluuium attinebat. Sic autem
fuit de ſanguine agni poſtibus illito ex ſignificatione
implicita mortis Meſſiæ. *Videbo ſanguinem, & pertran-
ſibo.* Id eſt cum Angelus percutiens viderit ſanguinem
in domorum veſtrarum portis: quia ſcit illum eſſe ibi,
licèt oculis non videat: nouit etiã tale pactum eſſe in-
ter me, & vos, vt, cùm ſanguis fuerit in portis, non
per-

Iris ſignũ eſt ad placitũ, quod diluuium vltę amplius venturum non eſt.

De nomine Phaſe.
percutiat ſed tranſibit domos veſtras, ſcilicet ꝙ Ange-
A lus veniens ad domum vnius Aegyptij, & percutiens
ibi omnia primogenita maſculina, tam hominum q̃
iumentorum, trãſibat ad ſequentem domum, vt ibi
quoque percuteret: & ſi in portis erat ſanguis illitus,
per tranſibat domum illam, nihil ibi mali efficiens. Et
ab hoc vocatur iſtud feſtum Phaſe, vt ait Abbenzra:
non quidem tranſitus id eſt ambulatio, ſed tranſitus
id eſt intermiſſio, vt cùm aliquis ſaltat tangit quaſdam
partes terrę, & alias in medio derelinquit. Vũ licèt nos
Hebræum nomen corrumpamus dicentes Phaſe, in
Hebreo tamen dicitur, Pereza, & hoc non tolerat lite-
ra latina, cum non ſit aliqua litera faciens talem ſono-
ritatem, & dicitur in Hebreo, Pereza, de perizea, id eſt
B olandus: quia ſicut olandus figit quendam pedem, & B
alterum non: & ſic diſcontinuatur ſuus motus: ita fa-
ciebat iſte Angelus exterminator, quia quandam do-
mum percutiebat, & alteram non, ſcilicet quia ibi ſan
guinem reperiebat in portis.

*Quid fiebat de domibus, in quibus ſimul Aegyptii, et Hebrei
morabantur, nunquid ſanguine tingebantur?*

Quæſt. 17.
Sed adhuc quęret aliquis, cùm ſupra cap. 3. dictum
ſit, quòd aliqui Hebrei habitabant in domibus Aegy-
ptiorum, cũ ibi dicatur poſtulabit mulier a vicina ſua,
& ab hoſpita ſua vaſa aurea, & argentea, & veſtes: vide
tur quòd aliqui eorum tanquam hoſpites morabãtur
in domibus Aegyptiorum, non habentes vbi morarẽ
tur, quid fiebat de illis domibus? quia ſecundum man
datum Dei tenebãtur illi immolare Phaſe, & tingere
C poſtes, & ſuperliminaria ſanguine, alioquin ſi aliquis C
de Hebreis hoc facere contempſiſſet, non ſolum pri-
mogenitus eius, ſicut Aegyptijs eueniebat, morerẽ,
ſed etiam omnes de domo ſua, & principaliter ipſe pa
terfamilias. Nunc ergo dato ꝙ illa domus ſanguine
tingeretur, quęrit an Angelus percuteret ibi aliquos.
Si autem dicas quòd neminẽ percuteret, ſequeretur
ꝙ aliqui primogeniti Aegyptiorum manſiſſent illęſi,
ſed falſum eſt, quia dicitur ſupra 11. c. & hic in litera,
quòd Deus percuteret primogenitum omne Aegy-
ptiorum ab homine vſque ad pecus. Item quia dr inf.
in litera, quòd non fuit domus Aegyptiorum in tota
Aegypto, in qua non eſſet aliquis mortuus. Si autem
dicatur, ꝙ Deus ibidem percutiebat Aegyptios, tunc D
non manebit pactum Dei, cum dicitur: Erit autem vo
bis in ſignũ in domibus, in quibus eritis, & videbo ſan
guinem atque pertranſibo. Sed aliquis reſpõdebit for-
taſſis, quòd Angelus tranſiens percutiendo, cũ deueni-
ret ad illam domũ, in qua manebant Hebrei, & Aegy
ptij, portaſque ſanguine illitas percuteret Angelus
omnia primogenita Aegyptiorum intra exiſtentia
de Hebreis autem neminem, & dicet quòd in hoc
non diſſoluebatur pactum domini: quia litera di-
cit: erit autem vobis ſanguis in ſignum, videbo, atque
pertranſibo, & non erit in vobis plaga diſperdẽs: & ſic
ſolum promittit, quòd non percuteret Hebreos, ſed
Aegyptios bene poterat percutere non ſoluto pacto.
Hoc tamen non poteſt ſtare, quia tunc eſſet iſta litera E
aliqualiter ſuperflua: nam, non deberet dicere, videbo
ſanguinem, ac pertranſibo, & non erit in vobis plaga
diſperdens: ſed ſolum dici deberet, videbo ſanguinẽ, &
non erit in vobis plaga diſperdens: nam illa litera, & p
trãſibo, multum repugnat huic poſitioni: ſonat enim
quòd Angelus videns illum ſanguinem, tranſire debe
bat nullo modo ibi percutiens: & hoc ſignat proprijſ-
ſimè iſtud nomen pereza in Hebreo, quod ponitur,
vbi nos corrupta litera dicimus Phaſe. Dicendum er-
go eſt quod illi Hebrei, qui morabantur in domibus
Auctoris reſponſio.
Aegyptiorum cum ipſis Aegyptijs, erat pauperes, &
habentes paucam familiam, & ſic non ſufficiebant ad
veſcendum agnum integrum: ideo ſecundum rela-
tiuam ſupra dictam, ſcilicet quando erat minor fami-
lia trãſibat in domos vicinorum ſuorum ſecundũ nu-
merum perſonarum, ſic iſti tranſibant in domos alio-
rum Hebreorum, qui in domibus proprijs morabant,
& ibi comedebant de agno. Et dato quòd aliquis Hebę
us habitans in domo alicuius Aegyptij haberet fa-
miliam ſufficientem ad eſum agni: tamen tranſibat di
uiſus in plures domos aliorum Hebreorũ, & hoc val-
de rationabiliter, quia ſi Aegyptij in terra ſua non erat
permiſſuri Hebreos ſacrificare de animalibus, quę ipſi
colebant: vt patet ſupra 8. c. quanto magis, quòd intra
domos Aegyptiorum videntibus ipſis immolarẽt ani-
malia, quę ipſi colebant: Hoc enim redundabat ad ma
gnam iniuriam Aegyptiorum, ideoque nullo modo
talia in domibus ſuis fieri paterentur. Itẽ & maxime,
quia domus illę in quibus immolabatur agnus, & co-
medendus erat, ſanguine tingebãtur in poſtibus, & in
ſuperliminaribus: hoc autem ſuper omnia Aegyptij
deteſtarentur, ſcilicet portas domorum ſuarum ſan-
guine abominationis ſuę, ſcilicet agni immolati fęda-
ri, nec hoc vlla ratione paterentur quin potius, ipſos
Hebreos, ſi talia auderent, hoſtiliter ad mortem perſe
querentur, & veriſſime magnum præiudicium fieret
in hoc Aegyptio tàm corã Deo, quàm coram homi-
nibus. Coram homnibus ſatis notum eſt, quia in do-
mo alicuius nihil contra voluntatẽ eius faciẽdum eſt,
precipue quod ipſi abominabile, & contra religionẽ
ſuam eſt. Coram Deo etiam hoc iniuria eſſet, quia li-
cèt Aegyptij melius feciſſent, ſi colerent Deum fa-
cientes eaſdem ceremonias, quas Hebrei faciebant:
tamen ad faciendum illas non obligabantur, nec pec-
cabant mortaliter in non faciendo: quòd ergo Hebrei
vellent cogere Aegyptios ad id quod Deus non obli-
gabat, ſcilicet vt linirentur ſanguine poſtes domus eo
rum, & ſupliminaria, erat irrationabile valde: ſicut ſi
aliquis Hebreus occideret aliquem Aegyptium, quia
nolebat circuncidi, ab vtroque enim æqualiter ſolutus
erat. Iſta ergo poſitio tenenda eſt, & tunc non ſequi-
tur aliquod inconueniens: quia omnes primogeniti
Aegyptiorum maſculi occiderentur, cum portę eorũ
non eſſent ſanguine tinctæ, & Hebræi, qui habitantes
in domibus Aegyptiorum veniebant ad domos He-
breorum, vt ibidem comederent de agno immolato,
manebant in eadem domo, quia ſanguine tincta erat
vſque mane. *Nec erit in vobis plaga diſperdens.* Id eſt non
veniet in vos illa peſtis primogenitorum qua vaſta-
bantur Aegyptij: vocatur autem iſta plaga diſper-
dens, id eſt deſtruens. Quia plagarum quædam ſunt
affligentes, quia homines affligunt, ſed non totaliter
deſtruunt, quemadmodum plaga ranarum, cyni-
pſum, & muſcarum: quoniam nullus moriebatur
his plagis. Vocatur plaga diſperdens, id eſt deſtruens
illa, quæ occidit, ſecundum quòd erat peſtis omnium
primogenitorum Aegyptiorum. *Quando percuſſero ter-
ram Aegypti.* Id eſt habitatores terræ Aegypti: eſt hic
metonymia, quia ponitur continens pro contento:
& quando dicitur hic, quòd Deus percuſſit primoge-
nita Aegyptiorum, non eſt putandum, quòd iſta
Deus per ſe fecerit, ſed per Angelum, cum infra dica
tur, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras:
ſed dato quòd hoc non exprimeretur, ſic intelligen-
dum eſſet ſecundum regulam, quam dedimus ſupra
3. cap. quòd licèt dicatur Deus aliqua facere in ſacra
ſcriptura, nunquam accipiendum eſt, quòd ipſe agat
per ſe, ſed per Angelum, niſi illa, quæ fiunt, talia ſint,
vt per potentiam creatam fieri non poſſint.

Habebitis autem hunc diem in moni-
mentum: & celebrabitis eum ſolennem
Domino

Domino generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel a primo die vsque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atque solennis: & dies septima eadē festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent, & obseruabitis azyma. In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Aegypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mēse quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vicesimāprimam eiusdem mēsis ad vesperam. Septē diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum peribit anima eius de cętu Israel, tam de aduenis, quam de indigenis terrę. Omne fermentatum non comedetis: In cunctis habitaculis vestris edetis azyma.

(Leui. 23. n. 98. cap.)

Habebitis autem. Hic ponitur tertium, scilicet ritus ad futuras generationes conseruandi: ideo ista quę hic posita sunt de azymis panibus, non mandatā sunt conseruari Hebręis, cum recesserunt de Aegypto, sed pertinebāt ad futuras generationes: sic patet inf. 13. c. Cūque te introduxerit Dominus in terram Chananęi, & Hethęi, & Heuęi, Amorręi, atque Iebusęi, quam iurauit patribus tuis, vt daret tibi, terrā fluentem lacte, & melle, celebrabitis hunc morem sacrorum mēse isto: licèt tamē non mandasset Deus istos dies azymorum obseruare, accidit quòd obseruarent necessitate coacti: quia non permiserunt eis Aegyptij panes fermentare, vt patet infra. *Habebitis hunc diem monumentum.* Idest in memoriam. (Quæst. 18. Prima expositio.) Potest intelligi ꝙ, ly, hunc, demonstret illum diem, in qua celebrauerunt immolationem agni, & eripuit eos Deus ab exterminatore sanguine illito vtriusque domorum postibus, & tunc est sensus. *Habebitis hanc diem in monimentum.* Idest semp recordabimini de hac die, scilicet quomodo ī ea percussis Aegyptijs vos liberati estis. Sed non conuenit iste sensus, quia immediate subiungitur. *Et celebrabitis eam solennem.* Sed manifestum est, ꝙ eadem die, in qua immolauerant in Aegypto, nunquam potuerūt vlterius celebrare, cùm illa non permansisset, tempus autem cum effluxerit iam non est aliquid in re, sed in sola apprehensione nostra conferente. (Secunda expositio.) Debet ergo intelligi, ꝙ particula hunc, demonstrat oēm diem, quæ annuatim succedit illi diei, in qua prima immolatio facta est in Aegypto: & sępe hoc modo demōstrat hoc per nomen hic, hęc, hoc, vt ait Priscianus in 13. libro maioris voluminis, & Ebrardus in c. de pronomine. s. referendo non ad id, qđ visui subijcitur, sed ad simile illi, vt dicimus, hęc herba crescit in horto meo, idest alia talis: sic ergo dicitur hic. *Hunc diem habebitsis in monimentum.* Idest alium, qui ei lapsu anni integri in eadem temporis dispōne & habitudine anni succedit. Et tunc non obstat ꝙ supra arguebatur, quia licèt ille dies immolationis primę, quę pterijt nunquam vlterius celebret:

F alius tamen succedēs ei anno versato celebrat, & tunc est sensus. *Habebitis hunc diem in monimentum.* Idest mandabo vobis quòd in quolibet anno recordemini facere vnum diem festiuitatis, in qua recordemini de immolatione, & exitu de Aegypto. Monimentum dicitur memoratio, quasi mentem monens, idest eam faciēs recordari præteritorum, & hoc modo vocant libri hystoriarum monimenta maiorum: quia per eos ducimur in recordationem gestorum antiquorum. (Monimentum dicitur quasi mentem monens, & ob hoc libri hystorici dicuntur monimēta maiorum.) *Et celebrabitis eum solennem.* Idest illum diem quolibet anno transuerso huic diei immolationis primę succedentē facietis valde solenne. Solennitas ista erat in immolatione agni, & eiectione panis fermentati de domo, atque introductione azymorum: *In generationibus vestris.*

G Idest in omnibus descendentibus a vobis: quia omnes Hebręi obligabantur ad faciēdas ceremonias has sub pęna exterminationis a populo Dei, vt patet Num. 9. c. cū dicitur. Si quis mundus est, & in itinere non fuit, & tamen Phase non fecit, exterminabitur anima illa de populis suis. *Cultu sempiterno.* non quòd semper duraret, quia tunc oportebat etiam post diem iudicij durare, cùm sempiterna dicantur illa, quæ principia habent, finibus tamen durationis carent, sicut animę nostræ, & Angeli. Accipitur autē sempiternum pro quadam duratione indeterminata, quę satis magna est, & sic dicitur de alijs quibusdā cęremonialibus, vt de circuncisione; ꝙ esset pactum sempiternum in carne Hebręorum: vt patet Gen. 19. c. 17. c. Aliquando enim

H dictio Hebraica, quæ hic ponitur. s. olam, significat satis paucum tempus. s. tēpus iubilei, quod est ad magis quinquaginta annorum, & rursus post alios quinquaginta fit alius iubileus: vt patet Leui. 25. c. dicitur tñ infra 21. c. & Deut. 15. ꝙ si aliquis emeret seruū, qui esset Hebręus in anno septimo remissionis eū dimissurus esset liberū: si autem ille diceret ꝙ bene erat sibi apud Dominum suum, velletque manere cum eo perforāda erat auris eius, & erat seruus vsque in sempiternū: vt habetur Deut. 15. vel vsq; in seculum, vt patet infra. 21. c. Nam in hoc nihil differt, cum eadem dictio ponatur in Hebręo vtrobique. s. olam: iste tamen cum venire, annus iubilei liber exibat cum vxore sua, & filijs, vt patet Leuit. 25. c. Aliqui autem dicunt ꝙ ista obser

I uatio durabat in ęternum, quia dato ꝙ non conseruaretur in se, conseruabatur in alio meliori, sicut obseruatio Phase Iudęorum in obseruatione nostra pascha li. Et hoc licèt aliqualiter videatur, non est solidum: quia dato quòd sint aliquæ obseruationes veteris testī quæ habebant alias quasi correspōdentes in nouo testamento: tamen non omnes sunt hmōi: quia obseruationi azymorum, quæ fiebat septem dies, nihil consimile successit in nouo testamēto: tamen dicitur hic quòd ista comestio azymorum debebat obseruari in ęternum. Etiam nihil successit in nouo testamento festiuitati hebdomadarū, ī qua ducebant primitię messis triticeę: & tñ ista debebat esse legitimum sempiternum, vt patet Leuit. vigesimotertio capitu. Idem de festo tabernaculorum, vel Scenophegiæ, & de fe

K sto clangoris, & de festo expiatiōnis: de istis tamen dicitur quòd etiam erāt legitima sempiterna: vt patet Leui. 23. cap. Dato ergo quòd nullā obseruatio similis eis, quæ erant in veteri testamento, succederet in nouo: tamen ista cęrimonialia cessatura erant. Dicendum ergo quòd obseruata sunt vsque in sempiternum, idest vsque ad illud tempus, in quo ex natura sua repugnabit eis obseruatio: dum autem non repugnauit semper obseruata sunt: repugnabat nanque formaliter cęremonijs veteris testamenti obseruari in nouo testamento, quia cęremoniæ veteris testamenti erant quidam ritus protestantes implicitè Messiam futurum: si ergo in nouo testamento obseruarentur (Auctoris expositio.)

rentur etiam signarent Christum venturum, sed cùm Christus fuerit minister noui testamenti, venit ante principium noui testamenti: seruare ergo cęremonias, quę signarent Christum adhuc venturum erat facere legem mentiri. Adueniente ergo Christo, & incipiente nouo testamēto, nec opus fuit seruari cęremonias veteris testamenti, nec debuerunt teneri. *Septem diebus azyma comedetis.* Dicuntur azyma panes sine fermento. quia azymus dicitur ab a quod est sine, & zymon quod est fermentum, quasi sine fermento: (Azymus vnde dicitur.) ista azyma durabant septem diebus integris: vt patet infra: nam die 14. mensis primi post meridiem, scilicet ad vesperam, vt ibidem dicitur incipiebant, & mandatur quòd comederentur vsq; ad vigesimamprimam diem eiusdem mensis ad vesperam. Et vt supra diximus,

B non fuerunt azyma imposita Hebręis, vt obseruarentur in exitu de Aegypto post primā immolationē, vt patet cap. sequenti: accidit tamen quòd illi comedissent azyma istis septem diebus: quia cum fermenta re vellent massam, cogentibus Aegyptijs tulerunt pastam cosparsam aqua & non fermentatam, sicque coxerunt in socoth, & comederunt illis septem diebus panes azymos ex euentu. Deus aūt qui hoc pręsciebat mādauit, vt in futuris generationibus seruarentur iste septem dies azymorum, ad memoriam horum dierū, in quibus exeuntes de Aegypto azyma comederunt: sic patet Deu. 16. c. cum dicitur: Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quia in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egres

C sionis tuę de Aegypto omnibus diebus vitæ tuę. Immo si Deus mandauisset Hebręis exeuntibus de Aegypto, vt obseruarent illos dies septē in azymis nō valde rectè diceretur, ꝙ postea celebrarent futuræ generationes illos dies azymorum: quantum ista proprie mandantur, quando populus liberatur a deo ab aliquo labore, & in memoriam illius liberationis indicitur sibi a Deo, quòd aliquid faciant: si autem non euenisset eis ille labor infligentibus Aegyptijs: sed Deus mandasset obseruare illos dies in azymis, fuisset non imponere aliquid in memoriam pręteriti beneficij, sed labori pręterito laborem in futuro adiungere. *In die primo non erit fermentum in domibus vestris.*

(Quæst. 19. Quis fuerit dies primus. Azymorum.)

D Quis est iste dies primus? Aliquis dicet, ꝙ iste est dies 14. mensis primi, in cuius vespera īmolabatur agnus, & mandabatur expelli fermentum de domo. Et patet hoc, quia infra dicitur, primo mense 14. die mensis ad vesperam comedetis azyma. Sed non potest hoc stare primo, quia dicitur immediate ꝙ ista prima dies erat sancta, & solennis sicut dies septima: quasi dicat quòd isti duo dies erant solenniores cæteris: vt patet Leuit. 23. c. vbi latè ponitur quid agi deberent in his solennitatibus: sed hoc non potest conuenire diei 14. mensis primi, in quo fiebat immolatio agni: quia in illo die nulla solennitas erat; sed ita fiebant omnia officiorum opera, vt in alijs diebus. Solum autem hoc fiebat, quòd post meridiem excludebatur panis fermentatus

E a domo, antequam immolaretur agnus: & magis declaratur hoc Leui. 23. c. quia cum ibi ponatur tota festiuitas horum dierum, nihil ponitur in die 14. sed incipitur computari solennitas a die quintadecima. Item quia dicitur infra: in eadem enim ipsa die, idest in prima die azymorum educam exercitum vestrum de terra Aegypti: sed manifestum est, quòd non fuerūt educti Hebræi de Aegypto die quartadecima, quia in illa immolauerunt Phase, & sequenti nocte fuit mors primogenitorum: sed die sequenti, scilicet quintadecima egressi sunt de Aegypto. (Auctoris expositio.) Dicendum ergo quòd prima dies azymorum erat dies quintadecima mensis primi. Et sic dicas quòd in die quartadecima comedebantur azyma: vt patet infra. Respondetur quòd

A non comedebātur in toto illo die, sed ad vesperā post meridiem: ideo non computatur vt vnus dies: sed pars illa diei computatur cum die quintadecima mensis eiusdem, quæ erat primus dies integer, in quo comedebantur azima: dies autem vicesimusprimus cōputatur, vt vnus dies: quia licèt non computaretur totus ille dies pro azymis, quia vsque ad vesperam solum comedebantur: tamen quia maior pars diei, & prima obseruanda erat in azymis, vocabatur etiam dies azymorum. *Non erit fermentatum in domibus vestris.* Etiam ex hoc manifestatur de quo intelligatur: nam in die quartadecima poterat esse fermentatum in domibus Hebręorum vsque post meridiem, & comedebant illo die in prandio de fermentato: in die autem quintadecima qui vocatur hic primus, nullo modo erat fermentatum quicquam in domo. *Quicunque comederit fermentatum a prima die.* Computatur hic prima dies, vt diximus ipsa dies quintadecima mensis primi: & non solum ipsa, sed etiam illa parua pars diei, quæ erat ab eo tempore quod dicebatur vespera vsque ad occasum solis: nam in occasu solis diei quartędecimę incipiebat dies 15. cum mandatum sit eis Leui. 23. A vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra, modica ergo erat pars quæ restabat in die 14. ab illo tēpore, qđ vocabatur vespera vsque ad solis occasum: ideo computari poterat cum die quintadecima. Et sic necesse est, quia non solum merebatur mortem ille, qui vesceretur pane fermentato in die 15. sed etiam ille qui in die quartadecima post meridiem ab eo tempore, quo vespere vocari incipit, fermentato vteretur. Sic patet infra cum computatur ista obseruatio azymorum a vespera quartędecimę diei vsque ad vesperam diei 21. & subiungitur immediate pęna mortis non obseruanti hæc. *Peribit anima illa de Israel.* Idest occidetur mandato iudicis, si constiterit, sicut de illo, qui sanguinem comederet: vt habetur Leuit. decimoseptimo cap. & Deut. decimosecundo, & Leui. septimo. Cum autem non constaret, Deus exterminabat animam illam, vel occidendo illum virum, aut infligendo magnas poenas, nisi de commisso doleret, proponens talia deinceps non committere. *A die primo vsque ad diem septimum.* Idest a meridie diei quartędecimę vsque ad post meridiem diei vigesimoprimo nam in die quartadecima ante immolationem agni inquirebatur tota domus, si esset quicquam fermentatum, & si aliquid reperiebatur, excludebatur a domo. Sic enim mandatur infra vigesimętertię cap. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ tuæ. idest non immolabis victimam tuā, quæ est agnus paschalis pertinens ad quemlibet de Israel, de cuius sanguine postes domus liniri debebant, super fermentato, idest dum fermentatus panis fuerit in domo. *Vsque ad diem septimum.* Non vocatur dies septimus mensis, sed septimus ab eo tempore, quo incipiebant azyma comedi, & sic cum dies primus esset a vespera quartędecimę diei, dies septimus erat vsque ad vesperam vicesimęprimæ diei. *Dies prima erit sancta atque solennis.* Sanctus multa significat: sed cōmuniter in sacra scriptura dicitur sanctus, idest Deo applicitus, scilicet qui tollitur ab vsu humano, & applicatur soli cultui diuino: sicut dicitur infra decimotertio cap. sanctifica mihi omnem primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel, idest applica ad cultum meum omnia primogenita. (Sanctu qđ significet.) Et hoc patet, quia primogenita pecorum immolaticiorum immolabant, primogenitam autem hominum redimebantur quinque siculis, vt patet Numer. tertio capitulo, & dabantur illi quinque sicli Deo: asinus autem commutabatur oue: & sic omnia ista primogenita applicabantur Deo, quod non fiebat de alijs secundo loco, aut tertio genitis, vocatur

catur autem dies ista sancta, idest Deo applicata, quia F expendebatur in cultum eius, & non in vtilitatem hominum: vocatur autem solennis, quia in ea multa ad honorem dei fiebant specialius quàm in alijs diebus: quidam enim sunt dies, qui sancti sunt, sed non solennes sicut sabbatum, quòd erat in maiori custodia, q̃ cętera festa, quia nec licebat in eo ignem accendi, vel cibos apparari, sicut in alijs solennitatibus, etiam paschalibus: vt patet Leui. 23. c. Alij autem dies sunt sancti, & solennes sicut isti dies duo paschales, & festum hebdomadarum, & festum scenophegiæ, & dies propitiationis sancti sunt: quia in his etiam a corporalibus operationibus vacandum, & deo soli adherendum est. Dicuntur solemnes, quia in eis fiunt specialia sacrificia, aut oblationes, vel quædam alia pertinentia ad magni G tudinem horum dierum, quæ non fiunt in alijs. De solennitate huius diei ponitur Leui. 23. c. scilicet quòd illo die adducerentur primitiæ spicarum ordeacearũ, & adolerẽtur coram Domino. Debebat etiam immolari agnus cum libamentis suis, scilicet vino, & oleo, vt ibidem describitur. Debebant etiam in eadem die offerri duo vituli de armento, aries vnus, agni anniculi septem, & tres decimæ similę conspersę oleo cum quolibet vitulo duæ decimæ cum ariete: & decima decimæ cum quolibet agno, & vnus hircus pro peccato, & non solùm erat ista dies solennis, & aliæ similes quantum ad Deum, sed etiam quantum ad ipsos Hebræos: quia illa die induebantur melioribus vestibus, & comedebant delectabiliora fercula, & in maiori abundantia, quàm cęteris diebus: sic patet Nec. 8. capi. Comedite pinguia, & bibite mulsum, dies enim Sanctus Domini est. *Et dies septima eadem festiuitate venerabilis*. Dies intermedię erant ad sacrificãdum domino: tamen non vocabantur sanctę, quia in eis licebat operari sicut in cęteris dieb⁹: ideo prima dies, & vltima solum erant solennes: vt patet Leu. 23. sed solennior erat dies septima, quę erat vltima, quàm dies prima: & patet, quia dicitur ibidem: dies septimus erit celebrior, & sanctior, nullumque seruile opus facietis in eo: idem patet Numeri 28. cap. De primo autem die non dicitur quòd in eo non debebat fieri aliquod opus seruile sed intelligit, vt patet hic in litera: & hanc differentiam innuit beatus Ioannes 7. cap. cum dicit. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat: vocauit autem istum diem magnum quasi cęteris maior esset. Et si arguas quia dicitur hic in litera, quòd dies septima eadem festiuitate venerabilis est. Respondetur q̃ dicitur eadem festiuitate per respectum ad dies intermedios: quia dies intermedij licèt essent dies azymorum, tamen non erãt sancti nec solennes: septimus autem erat venerabilis eadem festiuitate qua primus, idest q̃ non erat profestus sicut intermedij, sed venerabilis sicut vel primus dies: non tamen in hoc negatur, quia esset etiam maior solennitas quàm in primo, cũ declaretur in Leuitico satis. Tamen teneri potest oppositum, scilicet q̃ isti duo dies erant æqualis solennitatis, cum dicatur in litera, q̃ dies septimus eadem festiuitate erit venerabile: ergo ęquãtur. Item quia dicitur immediate de ambobus, q̃ nullum opus seruile fiet in eis: & quando arguitur quia infra Leui. vigesimotertio & Nume. vigesimooctauo capit. dicitur quòd dies septimus erit sanctior, atque celebrior. Respondetur quòd non intelligitur comparando ad primum sed ad intermedios: & ideo patet hoc, quia postquam dixisset solennitatem huius diei, dicit de alijs diebus, quod non erant solennes: & quia idem de septimo intelligeretur, facit differentiam dicens, quòd dies septimus sanctior atque celebrior erit, quam quinq; dies intermedij inferiplum & primum: non tamen magis quàm primus. Demonstratur etiam in hoc, quia si celebrior esset quàm primus, oporteret quòd aliqua fierent spetialiter in eo, quę non fierent in primo. Sed non videtur esse verum: quia tunc litera declarasset illa: aliàs ipsi nescirent quid specialius in hoc die quàm in cęteris facere deberent: & tunc esset superfluum dicere, quòd erat celebrior, & non declarare maiorem celebritatem suam. Ad illud autem quod dicitur Ioannis septimo capit. quòd clamabat Iesus in die nouissimo magno festiuitatis, respondetur quòd ille dies erat magnus, non quòd omnibus alijs maior esset, sed quia inter septem dies ipse solus, & primus celebres & magni erant: & hęc positio magis tenenda videtur quàm prima. *Nihil operis facietis in eis*. De his, quæ pertinent G ad seruitutem humanam. *Exceptis his, quæ ad vescendum pertinent*. Poterant enim in his diebus facere cibos, & alia pertinentia ad cibos, vt accendere ignem, scinde religna, haurire aquam: non poterãt tamen eadem die vendere carnes, quia venditio carnium est quędam dispositio remota ad parandum cibos, cum possent die præcedenti decoriari, & vendi, sicut fiebat pro sabbatis. Sciendum tamen, quòd si aliquis istorum duorum dierum, scilicet primus aut septimus erant in die sabbatj, non poterant facere etiam ea, quę pertinebant ad cibos, nec accendere ignem, sicut dicitur infra 35. capit. Non accendetis ignem in cunctis tabernaculis vestris: dies enim sabbati strictioris obseruationis erat, quàm cętera festa etiã paschalia.

Operaq̃ in primo & vltimo die phase ab hebręis peragi poterant.

H *Quæ opera in lege veteri poterant fieri in sabbato. Et a quibus operibus abstinendum sit in festiuitatibus legis Christi. Et quæ frangũt festum, & quæ non. Et quid proprie sit seruile opus.*

Quęst. 20. Quid sit opus seruile.

Ex hoc autem videri potest quid dicatur opus seruile, quod a plerisque dubitatur: aliqui autem putauerunt opera seruilia dici, quibus homo seruit homini, vel sibi, vel alteri. Et hoc falsum est, quia tũc nihil fieri posset in talibus festiuitatibus Hebręorum, in quibus prohibebantur opera seruilia: sed falsum est, quia poterant in eis fieri multa: nam poterant parari cibi, & adaquari iumenta, & similia: de cibis patet hic, quia cum prohibeantur alia opera, sola ea, quæ ad cibum pertinent, excludũtur. Dicendum ergo quòd in operibus sunt tria genera, quędam sunt necessaria, q̃ ad alios dies differri non possunt, nec poterãt aliquo modo præueniri vt fierent. Et licèt quędam istorum aliàs seruilia essent, tamen necessitas facit ea non esse seruilia. Et ista necessitas est duplex: quędam est ex dei mandato, cui necessario obediẽdum est: ideo, si Deo mandante aliquis agat contra aliquod istorum precęptorum, non peccat: quia cogitur sic facere a mandato Dei, & isto modo Israelite non peccauerunt in deserto, licèt ambularent in sabbatis: quia Deus mãdauerat, q̃ mouente nube mouerentur, & quiescente illa quiescerent. Sed aliquando contingebat eos moueri sine intermissione per plures dies, nulla requie aliquorum dierum habita: ergo ambularent in sabbatis: & hoc doctores Hebręorum confitentur. Antecedens, scilicet q̃ mandato Dei ambularent, patet Num. 9. ca. vbi dicitur. Ad imperium Dñi proficiscebãtur, & ad imperiũ illius figebant tentoria. Itẽ Elias propheta ad mandatum Dei ambulauit 40. diebus & 40. noctibus sine intermissione vsque ad montem Dei Horeb. vt patet 3. Re. 19. c. sed manifestũ est, q̃ in illis 40. diebus aliqua sabbata fuerunt: ergo ad mandatum Dñi ambulauit in sabbato, & non peccauit. Alia autem est necessitas, quę est ex parte hominũ. s. cũ ipsi homines, aut res suę periclitantur, & necesse est perire, nisi succurratur eis in sabbato, & tũc succurri potest. Quis dubitat quin iumentis in sabbato pabulum dari deberet, & adaquari etiam debebant? Nam nisi hoc fieret, necesse erat ea perire. Quis etiam dubitat, q̃n pecora pasci deberẽt in

Dies septimus azymorum solennior ac celebrior.

I Tria operum genera.

Necessitas in operib⁹ nostris duplex.

K

in sabbatis, & solennitatibus, & cõseruari, aliàs moreręntur fame, vel deuorarentur, & perderentur, si tũc in custodita relinquerentur? Custodiebant ergo Iudęi pecora sua in sabbatis, sicut in alijs diebus. Medicinæ etiã in sabbato dari poterant, vt nõ periclitarentur infirmi, & licebat parari cibos eos, qui ante festum parari non poterant: licèt pro sanis non pararentur in sabbatis: qa cibi facti pro infirmis sunt in eadem necessitate, ĩ qua medicina eis exhibitæ.

Opera q̃ i sabbato fieri possunt, & ipsum nõ soluũt.

Quęst. 21. An liceat curare, & medicare i sabbato.

Quod aũt liceret curare in sabbato satis demõstrabat Iesus sanãs multos in sabbatis: vt patet de Hydropico, quẽ apprehensum sanauit corã Pharisęis, & legis peritis: vt patet Luc. 14. c. etiã de paralytico, qui multis annis iacebat in grabato, vt patet Io. 5. c. Et de muliere q̃ patiebatur fluxũ sanguinis a 18 annis, vt patet Luc. 13. cap. De multis quoq; alijs patet discurrenti libros Euangeliorum. Quòd autem licebat ducere iumentũ ad aquas in die sabbati, patet Luc. 13. cũ dixit Christus hypocritæ vnusquisq; vestrũ nõ soluit sabbato bouem suũ, aut asinũ à pręsepio, & ducit ad aquare? quasi dicat sic. Et cõcludit ibi pari modo de curatione in die sabbati, q̃ licita esset dicens: hanc autem filiã Abrahæ, q̃ alligauit Satanas à decem & octo annis nõ opportuit solui a vinculo die sabbati: quasi dicat, a fortiori eã solui oportuit. Circa curationem Christi in sabbato putãdum est, q̃ cũ ipse Deus esset, poterat curare ĩ sabbato, vel quãdocunq; ei placuisset, nec ipse obligabat custodire sabbatum, cũ ipse dedisset legẽ illam: lex aũt subditos, in quos fertur obligat, & non legislatorem, sed nõ oportet isto modo excusare operationem Christi in sabbato, quia cũ ipse se excusaret corã Hebræis, non respondebat, dicens: ego sum Deus, & possum hoc facere, sed defendebat se rationibus legitimis, tanquã esset quidam alius vir, vt patet Luc. 14. cap. vbi cũ eum accusarent Pharisæi, quòd curaret sabbato, quòd non licebat, respondit Iesus, hoc non esse cõtra legem, adducens exemplũ de boue, aut asino cadente in puteũ, & tũc dicitur q̃ Pharisæi non poterant respondere ad hęc tanquã ipse rationabiliter se excusaret, & sic ipse presupposuit Mat. 5. ca. q̃ non veniebat soluere legem sed adimplere: & sic fuit, quia vsq; ad passionem suã seruauit totam legem Moysi ad literã, sicut obseruabant alij Iudęi: semel aũt Christus operans in sabbato curando legitur se excusasse vocando se Deũ, & posse facere hæc: vt patet Io. 5. cap. Nam cum sanasset paralyticum iacentẽ in grabato, Pharisæi persequebant eũ, quia hoc faciebat in sabbato: quibus respondit; Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor, in quo dicebat se Deum, & posse facere ista, & sic intellexerunt Pharisęi: quod patet per ea, quę subduntur, scilicet propter hoc magis quærebant eũ interficere, quia non solum soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suum dicebat Deũ ęqualẽ se faciẽs. Et iterũ q̃n accusauerũt Pharisęi discipulos eius, q̃ in sabbato spicas vellerent confricantes manib⁹, comederẽt: pro quibus cũ respõdisset Iesus & euidentibus rationibus de scriptura veteris testi, pbans non violari sabbatũ, subiũxit aliam excusationẽ. s. q̃ ipse poterat violare sabbatum sine peccato, quia erat maior sabbato, in quo dicebat se Deũ, vt patet Mat. 12. ca. Cõsiderandũ aũt, q̃ datoq̃ Christus defenderet se solũ rationibus legitimis, vt quidam homo, etiam dato q̃ curatio medicorum in sabbato esset illicita: tamen cũ ratio Christi erat licita: quia curatio medicorum est quidam labor, & occupatio, scilicet considerare patientis dispõnem, & medicinam congruentem parare & dare ei, & cibos quoque infirmitati conformes: curatio autem Christi nihil laboris, aut occupationis habebat: quia solo verbo curabat: vel cum volebat manum patienti imponebat; hæc autem non tollebant quietem sabbati. Sciẽdum vltęrius, quòd licèt istæ curationes Christi nullo modo poterant esse illicitæ, eo quòd nullam quietem sabbati soluebant: tamen curationes medicorum adhuc aliquando magis licitę essę poterant, quàm curationes Christi. Nec intelligantur ista verba in deteriorem exitum, quòd aliqua opera nostra sint meliora aliquibus Christi operibus: quia minor actus Christi fuit perfectior omnibus actibus omnium hominum simul sumptorum, cùm ille homo Iesus verbo diuino iunctus gratiam sine mensura acceperit: merebatur ergo in quolibet actu inestimabiliter, sed accipiendo sane, scilicet comparando actus non quantum ad personas agentes, sed ad genus act⁹: sicut orare ex genere suo actus melior est, quàm comedere & magis meritorius: magis tamen Christus merebatur comedendo, quàm nos orando, quia ille actus, qui est comedere in eo ordinabatur a maxima charitate, quæ tanquam radix dat actui quantitatẽ meriti: in nobis autem iste actus, qui est orare à parua charitate ordinatur: nunc ergo secundum istũ sensum dico, quòd curationes factæ à medicis in aliquo casu possent videri magis licitę quàm curationes factæ à Christo, non quantum ad agentem, sed quantum ad hoc quòd non est soluere sabbatum: & hoc patet, quia tanto aliqua operatio minus soluebat sabbatũ, quãto magis necessaria erat, sed aliq̃ curationes factę à medicis magis necessarię esse possunt, quã curationes factę à Christo, non quidẽ simpliciter magis necessariæ, sed magis necessarię quantũ ad ipsum, qui curatur: namque tum ad demonstrationem diuinæ virtutis magis necessariæ erãt illę, quas faciebat Christus, quã istę, quas agunt medici, sed ad salutem infirmi aliquando non. Nam si legantur omnes, quos Christus sanauit, in Euangelijs memorati prętęr puerũ centurionis, & filium reguli, qui graui bus febribus vexabãtur ad mortem, & socrum Symonis Mat. 8. quę etiam tenebatur febribus, reperietur, quòd non erat periculũ in illis, si detineretur curatio eorum ad alterum diẽ: vt patet Mat. 3. cap. de illo qui habebat manum aridam, & curauit eum in sabbato: dato autem quòd non curasset eum illa die, nõ periclitaretur ex hoc: idẽ patet de muliere sanata a domino in sabbato, quæ patiebatur morbum à decem & octo annis: quia poterat sustineri vsque ad alteram diem: de quo Luc. 13. idem de Hydropico, quem sanauit sabbato in domo Pharisæi. Luc. 14. idem de paralytico, quem sanauit in porticu Salomonis iacentem in grabato, vt patet Io. 5. c. In nullo.n. istorum erat necessitas curationis pro illa die: contingit tũ in infirmis, quos medici curant, quòd tanta sit necessitas, vt si vna die prętermittanẽ à medico ea, quæ fieri debent, moriatur ęgrotus.

Christus vsque ad passionem suam obseruauit totam legem Moysi ad literam.

A

Orare melior actus est quã comedere: Christ⁹ tamẽ magis merebatur comedendo quàm nos orando.

B

Licet etiam bellum agere die sabbati, cùm hostes præmunt; aggredi tamen non licet, quãuis de hoc fuit apud Hebræos dubium, & magnis temporibus hoc in determinatum remãsit. Nam tempore Mathathiæ, cũ ciuitas Ierusalem destructa fuisset ab Antiocho rege, & multi recessissent de Ierusalem, vt non cogerentur immolare idolis, venerũt ad eos ministri Antiochi, & intulerunt eis bellum diebus sabbatorum, scientes q̃ illis diebus non pugnarent: putantes autem illi Iudæi, quòd peccatum esset pugnare in sabbato, non se defenderunt, nec obturauerunt loca discooperta, dicentes: Moriamur in simplicitate nostra, testes erũt super nos cœli, & terra, quòd iniuste perditis nos: & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum vsque ad mille animas. Mathathias tamen, qui erat summus sacerdos cum aliorum assensu determinauit inferentibus bellum in diebus sabbatorum esse resistendum, & sic factum est. De his extra de regulis iuris, quod licitum non est. Et Machabęo. primo capit. secundo.

Quęst. 22. An in die sabati bellum agere liceat.

C

D

E

L

Sicut

An liceat pro necessitate sua aut rerum suarũ aliquid agere ĩ sabbato.

Sicut aũt licèt homini pro pſonæ ſuæ neceſſitatib', vel alterius proximi aliqd agere in ſabbato: ita licet p neceſſitatibus rerum ſuarũ: vnde ſi aliqui exiſtẽtes ĩ locis tutis, & nõ timẽtes hoſtes, viderent hoſtes rapiẽtes prædam magnã, quæ eſſet in agris, licitè inuadere poſſent pro defenſandis rebus. Si ẽt aliquis hãs ſegetes in agris videret inundationem aquarũ, aut aliam ſubitaneam deſtructionẽ ſuperuenturã, quæ vniuerſa diſperderet, niſi occurreretur, debet ſuccurrere ẽt in die ſabbati: & patet hoc, quia ſi nos pro aãlium noſtrorũ neceſſitate aliquid in die ſabbati facere poſſumus: ita ne perdamus alias res, Antecedens patet, qa Chriſtus determinauit Luc. 13. c. & Phariſæi in hoc conſenſerunt coacti ratione, qp in die ſabbati iumenta ducerentur ad aquã. Itẽ Luc. 14. dicitur, qp ſi bos, aut aſinus alicuius ce ciderit in puteũ in die ſabbati, confeſtim extrahi debet. Ex his ergo patet, qp omnia opera neceſſaria tã ad perſonas, quàm ad res poſſeſſas poterãt fieri in die ſabbati. Vocantur aũt opera neceſſaria ea, quæ ſunt ad euitandum manifeſtum periculũ, & non ea, quæ ſunt ad manifeſtũ lucrum: poterit.n. aliquis licitè die ſabbati facere aliquod opus, ne moriatur vnus aſinus, quẽ habeat: nõ tamen poteſt facere aliquod opus in ſabbato, etiã ſi poſſit lucrari mille aſinos. Secundũ etiam qp neceſſitas perdendarũ rerũ eſt duplex: quia aliqñ eſt directa, & abſoluta, aliquãdo indirecta, & cõditionalis. Neceſſitas autẽ abſoluta ſiue directa excuſat facientẽ op' in die ſabbati, ne perdat res. Neceſſitas autẽ indirecta, & cõditionalis non excuſat, v.g. Si aliquis nõ cuſtodiat pecora ſua in die ſabbati, diſpergentur: ideo cuſtodire debet: vel ſi bouem cadẽtẽ in puteũ dominus ſuus nõ ſubleuet die ſabbati, morietur: ideo extrahere debet; iſtæ ſunt neceſſitates directę, & abſoluteę, quia venit neceſſitas directè a parte ipſius rei: dicitur neceſſitas indirecta, vel conditionata, qñ non euenit neceſſitas perdendi directè ab ipſa re, ſed ab liquo agente volũtario inducere nos volente ad aliquod inconueniens per rerũ perditionem. Vt ſi aliquis dicat, ego accipiam tibi omnes facultates tuas, niſi ambulaueris decem leucas in die feſto: tunc potius debet permittere perdi oẽs res ſuas, quàm ambulare nec vnam leucam: quia melius eſt omnia mala pati, quàm malo conſentire, vt patet 32. q. 5. cap. ita ne, & extra quod vi, aut metus cauſa in cap. ſacris. Ratio aũt diuerſitatis in his ſatis patet: quia quando aliquis habet neceſſitatẽ directam non cõſentit in aliquod per ſe malũ ſeparatũ ab ipſis rebus, quas perditurus eſt niſi ſuccurrat: in neceſſitate autẽ conditionata primo conſentitur in aliquod, qđ eſt per ſe malum ſeparatũ ab ipſis rebus, quas vult eripere: nõ tamẽ decet eas tali modo eripere. Secundũ genus operationum eſt facere aliqua, quę nõ ſunt ſimpliciter neceſſaria: ſunt tamẽ immediate conſeruatiua vitę humanę, vel licèt ſint ſimpliciter, nõ tũ ſunt neceſſaria determinatè pro hoc vel illo tẽpore, & talis eſt ciborũ paratio. Cibi.n. conſeruãt vitã humanam, & potus: ideoq; ſunt neceſſarij; tũ paratio eorũ nõ eſt neceſſaria pro aliquo tempore determinato. ſ. qp nũc debeat fieri, & poſtea non; quia in vna die poteſt fieri ciborũ apparatio pro altera die; cętęrę autem operationes humanæ, vt arare, metere, & texere, & facere calceamẽta non ſunt ita directę ad vitam hominis ſicut cibus, & potus, licèt oĩa ad vitam proficiant; ideo illa ponuntur in altero genere, & iſta diſtinctio patet ex feſtiuitatibus Paſchalibus, in quibus ciborum apparatio permittebatur: cęteri ãt labores non, vt patet hic: & Leui. 23. cap. In ſabbato autem quod valdè magnæ obſeruationis apud Hebręos erat, non permittebatur aliquod genus operis niſi primum, ſcilicet quæ neceſſaria erant, ciborum autem apparatio nullo modo permittebat, vt patet infra 20. cap. & 31. quia omnia opera excludebantur, quod de

Quæ vocãtur opera neceſſaria.

Secũdum genꝰ operũ de quo ſupra q. 20

F voluntarijs intelligendum eſt: neceſſaria autem nulla lege regulantur.

Quæſt. 24.

Ex hoc cõcluditur quid dicatur opus ſeruile: nã poſſet ſic diffiniri ſaltẽ largè circumſcribendo: Opus ſeruile eſt operatio laborioſa organorũ executiuorum nulla vrgente cauſa ad humanã vitam nõ immediate ſuſtinendã, aut fouendã. Dicitur primò operatio laborioſa. i. quæ de ſe laborioſa ſit, ad excludendum actũ, qui eſt comedere, & bibere, qui nõ ſunt laborioſi. Aliqui actus ſunt, qui licèt ĩ ſe laborioſi ſint: alicui tñ habitua to perfectè non ſunt laborioſi, immo valde delectatur in eis, ſicut eſt ſcribere: qui actus alicui fortè videbiẽt ſaltẽ pro aliquanto ſpacio delectabilis: quia vt ait Phil. 2. Aeti. ſignũ aggrauati habitus eſt fieri delectationẽ in

Quę ſic diffinitio operis ſeruilis. & declaratio diffinitionis & qđ op' ſeruile frãgar ſabbatum.

G operibus: ideo dicitur communiter, qp habitus facit faciliter, & delectabiliter operari. Dicitur vltra, organorum executiuorum: quædam enim organa potentiarum actiuarum dicũtur propriè executiua, quia exequi eſt aliquid facere, quod a ſuperiori potentia determinatum eſt: voluntas autem potẽtia ſuperior eſt, quę oſa agenda determinat: organa aũt potentiarũ paſſiua rũ non ſunt executiua, quia cũ exequi, vt dictum eſt, ſit facere id, qđ a ſuperiori potẽtia determinatũ eſt, oportet executionẽ eſſe actum voluntariũ: ſed in potentijs paſſiuis nõ reperitur actus voluntarius: quia agere eſt in poteſtate agentis; ſed pati non eſt in poteſtate patiẽtis: ratio eſt quia agere eſt ab ipſo agente: pati autẽ nõ eſt ab ipſo patiente, ſed ab altero, ſcilicet ab agente, cũ

H fit illatio actionis, vt patet in prædicamentis per Phi. lo. potẽtiæ paſſiuæ ſunt oẽs ſenſitiuæ tã interiores, q exteriores, quia patiunt, & immutãtur ab obiectis. Ideo potentiæ viſiuæ organum, & ipſa potentia, & ſic de auditiua, de guſtatiua, de tactiua, & olfatiua, nõ vocãtur potentię executiuæ, nec organa ſua vocantur organa executiua, quia nõ mouentur ad imperiũ voluntatis, ſed ad motum obiecti. Nam vt ait Aug. non eſt in poteſtate noſtra quibus viſis tãgamur: actus ergo iſtarum potentiarum non vocantur actus executiui: ideo de his ſatis patet, qp non ſint actus ſeruiles, etiam quia iſti pertinent ad genus actuum neceſſariorum. Potentiæ actiuæ dicuntur executiuę, & organa ſuà dicuntur organa executiua. Sed adhuc iſtæ potentiæ diſtinguuntur, qa

Actiuæ potentia naturales nõ ſunt executiuæ.

I quædam ſunt naturales potentiæ actiuæ, vt digeſtiua, attractiua, expulſiua, generatiua, augmentatiua. Quòd autem ſint actiuæ patet, quia non mutantur aut alterãtur ab obiectis, ſed alterant obiecta, quia potentia digeſtiua alterat cibum, & potentia attractiua, & ſic de cęteris. Sed iſtæ potentiæ actiuæ naturales non vocãtur executiuę propter duo: primo quia potẽtia executiua, vt diffiniuimus, exequitur determinationem ſuperioris potentiæ, ſcilicet voluntatis. Iſtæ autem nõ mouentur arbitrio voluntatis, quia voluntate mãdante, vt ceſſent ab agendo, non ceſſant, & ipſa mandante, vt agãt nihil magis agunt etiam ipſa nõ aduertente æqualiter actus ſuos explent. Sic ait Boetius de cõſola. lib. 3. proſa 11. acceptas eſcas ſine cogitatione trãſigimus, & in

Naturales potentiæ actiuæ nõ habent determinata organa, ſed ſunt in toto corpore.

K ſomno ſpiritũ ducimus neſciẽtes, ſola ergo natura mouente iſtæ potentiæ agunt, & ea deficiente ab agendo quoque ipſę deſinunt, quia plantatiui generis, & non humanę ſpeciei vires hę ſunt. Sed non vocantur iſtæ potentiæ executiuę, quia potentię executiuę determinata habent organa: iſtę autem naturales potentiæ, licèt in quibuſdam corporis partibus magis actus ſuos quàm in cęteris demonſtrent: in toto tamen corpore ſunt. Digeſtiua namque potentia, licèt in ſtomaco, & epate magis appareat, tamen in toto corpore eſt: quia in omnibus membris digeſtio celebratur, vel ut cibus parti corporis ad quam tendit. Similiter expulſiua, etiam non ſolum in inteſtinis: ſed etiã in toto corpore eſt: quia ex oĩbus corporis partibus per conca-

Multi inconſulte iſtam opinionẽ attribuunt ſ. Tho. ſed ſi vere loquamur Tho. tenet qp fiat de ſuperfluo nõ tamen de tali ſuperfluo de quali Do. Abulẽ. loquitur in prima parte q. ſi. art. ſi.

A ceteris conſueuit. Teſticuli ergo principaliter agũt: qa ipſi aſcendentes viribus naturę ad ſuperiora per quaſdam chordas tangunt vaſa ſeminalis humoris cõtentiua, & partem eius diſtillare faciũt: cùm autẽ recidant ad inferiora ceſſat fluxus, & cũ iterum moueantur in ſuperiora faciunt defluere, donec totũ exhauriatur ẽt ipſę medullæ. Patet etiã hoc magis, quia aliqui putant principaliter agere virgam virilem. Sed falſum eſt qa ſolũ eſt vt canalis, per quẽ ſemen tranſit, & non principium motiuum nã in ſomnis nullo modo mota virga virili ex apprehenſione fantaſtica, aut imaginatiua, quæ dominatur naturæ motis teſticulis, & aſcendentibus ad vaſa ſeminaria ſemen diſtillat. Patet ergo ex ſuperioribus quòd potentię actiuæ naturales non vocãtur potentię executiuæ, ideo non vocãt actus ſiuus operatio ſeruilis, vt digerere, attrahere, gignere, manẽt ergo alię operationes potentiarum actiuarum, quę ſunt animales. Et licèt omnes iſtę potentiæ, & organa large operatiua nuncupentur, tamen ſpecialiter loquẽdo quædam ſunt motiuæ, quædã operatiuę, & quædã expreſſiuæ. Motiua organa dicuntur nerui, & muſculi, in quibus reperitur potentia motiua, & iſta eſt principaliter in cruribus, ad ambulandũ, licèt ſit in alijs partibus corporis: magis tamen propriè habet organum q̃ potentiæ naturales actiuæ, de quibus ſupra diximus, qa illę ſunt ſimpliciter in quamlibet parte corporis: iſtæ autẽ, ſcilicet motiuę ſunt in ſolis partibus neruoſis atque muſculoſis. Alia ſunt organa, quæ ſpecialiter vocantur operatiua, ſicut ſunt manus: quia licèt alia mẽbra operatiua ſint: manus tamen ſpecialiter ideo vocãtur organa organorum, vt ait Philoſophus in 2. de anima. Alia ſunt organa expreſſiua cuiuſmodi eſt lingua cum alijs inſtrumentis vocalibus, de quibus Philoſophus 2. de Anima. cap. de voce: quia illa virtũti interpẽtatiuę. i. locutiuę, quę eſt quædã vis aãæ deſeruiunt: cũ iſta tria ſint organa executiua, qa volũtati obediũt pci piẽti: vt patet de lingua, q̃ exprimit qp volũtas imperat, & manus quæ agit id, quod voluntas vult, & pedes in quibus eſt vis motiua, qui ferunt hominẽ quo vult, & vt dicit Philoſophus in 1. Poli. c. 3. dominatur eis pars racionalis principatu deſpotico: poterit eſſe in his operatio ſeruilis, vt declarabitur. Et inquantum dicit operatio organorum executiuorum, excluditur operatio

Operationes intellectꝰ memoriæ, & voluntatis ſeruiles eſse non poſſunt.

D intellectus voluntatis, & memoriæ: quia iſtæ non ſunt potentię organicę, cum non alligentur alicui organo; nec conſequantur ſpecialem cõditionem organi, aut partis corporis: quia tunc determinarent ſibi certum genus obiecti: ſicut potentia viuſia, vel auditiua ex cõplexione organi. Hoc tamen falſum eſt: quia intellectus extenditur ſecundum extenſionẽ, & latitudinem entis, nec determinat ſibi cõditiones particulares, quę conueniunt modo, & complexioni organorum: ideo actus iſtarũ non ſunt operationes ſeruiles: quãtumcũq; ergo aliquis inſiſtat recordationi, aut intellectioni, vel volitioni non dicetur habere actum ſeruilem. Intribus autem iſtis potẽtijs operatiuis poſſunt eſſe operationes ſeruiles: & patet primo de operatione ſeruili,

E quæ eſt in ambulando: ideo aliquis ambulando poteſt ſeruiliter agere. In hoc autem differt, quia iſta ambulatio aut fit propter delectationem, & corporis recreationẽ ad accellerandam digeſtionem, vt ealor naturalis excitetur: aut eſt ad aliquam acquiſitionem lucri, uel negociorum expeditionem. Si primo modo, non poteſt reduci in opus ſeruile: niſi ex quantitatę, ut ſi aliquis ad delectationem die feſto eat ad uenationem vnam, vel duas leucas: quia dato quòd non intendat ibi aliquam vtilitatem, ſcilicet rei leuationẽ ſumptuũ domeſticorum ex acquiſita venatione tamen ex quãtitate ſua tollit quietem ſabbathi, & vacationem in Deum, quæ eſt principalis intentio feſtiuitatis.

Opinio doctoris.

concauitates poroſas digeſtionis ſuperflua meatibus anguſtiſſimus excludũtur. Attractiua ẽt in ſingulis membris eſt: quia aſſumpto attractoque cibo omnes partes corporis nutriuntur. Generatiua aũt vt quibuſdam videtur: ſatis ſimpliciter conſiderantibus in genitali mẽbro eſt: nã cũ generatio fiat ſecundũ virtutẽ deciſã ab aãa in ſemine diſponentẽ tranſmutantẽ, atq; cõfigurãtẽ ſemen vſq; ad cõpletam organizationẽ ſecundũ cõformitatẽ ſpeciei, vocabitur potentia generatiua q̃dã potentia ſeminis deciſiua, & expulſiua. Hęc aũt nõ ſolum eſt in mẽbro genitali, ſed magis eſt ĩ ſingulis mẽbris cũ in ſingulis membris ſit quędam vis deciſiua de ſubſtantia eius, ut in ſemine reperiantẽ partes formatiuæ omniũ partium corporis ſecundum loca corporis, a quibus deciſa ſunt: nã ſi ſemẽ eſſet ſolũ de ſuperfluo alimẽti, vt quidam ſimplices putauerunt, cũ ſuperfluũ alimenti non ſit cõuerſum in ſubſtantiã corporis animalis, nõ conſequeretur aliquã virtutẽ ſpecialem animalis: nec eſſet poſſibile gigni naturaliter aliquod animal ſicut vrina eſt ſuperfluum digeſtionis, & ſtercus, nihil tamen ex eo gignitur: quia non aſſimilatur naturæ animalis, cum non tranſierit in ſubſtantiam eius. Itẽ tunc ſequeretur, dato quòd poſſet fieri generatio, qp cum generans in animalibus ſolum largiatur materiã, & virtus naturalis materiæ poſtea cętera efficiat, qp nullus homo eſſet filius alterius hominis: quia non eſt de ſubſtantia eius, ſed magis eſt de ſubſtãtia alimẽti ſcilicet arietis, vel vaccæ. Concedendum ergo neceſſario de parte ſubſtãtiali patris, & matris deſcindi materiã ſeminalem. Sed adhuc rurſus aliqui putauerunt qp licèt eſſet ſemen de ſubſtãtia animalis gignentis, tñ deſcindebatur de vna parte corporis, ſcilicet de lũbis. Sed falſum eſt, neceſſe eſt. n. ſingula mẽbra corporis ſpermatizare: nã generatio fit ſecundũ virtutẽ deciſam a ſemine, ſemen aũt ſi deſcindereẽ ab vna ſola parte corporis, ſolũ haberet virtutẽ formatiuã ſecundum cõuenientiã illius partis, ideo nõ formarentur diuerſa mẽbra in aãali genito: qđ tamen falſum: qa tãta diſtinctio mẽbrorũ eſt in animali genito, ſicut in ipſo gignẽte: oportet ergo deſcindi a ſingulis mẽbris. Et patet hoc, quia ſicut eſt in digeſtione ita eſt ĩ generatione: in digeſtione aũt quãdo cibus digeſtus eſt in ſtomaco, adhuc non eſt natus trãſire ĩ ſubſtãtiã alicuius mẽbri ſpecialis corporis, ſed poſtea p vim attractiuã ſingulorũ mẽbrorũ deducitur ad illa, & p virtutẽ ſpecialẽ digeſtiuã, & aſſimilatiuã digeritur, & aſſimilatur trãſitq; in formã, & ſubſtãtiã illorũ mẽbrorũ: ita in generatione, cũ debeat aliud totũ animal produci ſimili generanti, oportet vt de ſingulis mẽbris aliquid deſcindat, in quo ſit virtꝰ aſſimilatiua materię ad illud mẽbrũ, à quo deciſa ẽ: partes aũt iſtę ſpermaticę deciſę a ſingulis mẽbris, cũ magna parte ſuperfluí de alimento cõſeruãtur in quibuſdã vaſculis ſeminarijs adhęrẽtibus lũbis: ideo dicit vis luxuriæ eſſe in lũbis, & liquidũ ſalſum fluere de lũbis ſecũdũ Iſid. 8. Aeti. de Venere dea gentiliũ cũ alijs diis. Ob hoc etiã cum inſurgit paſſio venerea, fiunt immutationes, & ardores quidã in lũmbis: ex illis aũt vaſculis defluit ſeminalis humor in coitu, vel aliàs. Patet ergo qp in generatione principaliora ſunt alia mẽbra corporis ſimul ſumpta q̃ virga virilis. Et adhuc conſiderando quòd virga virilis organum eſt, per qđ defluit ſeminalis humor, dicẽdũ eſt teſticulos principaliter agere in ſeminis effuſione quàm virga: quia cũ ſemen cõtineatur in vaſculis ſeminarijs per motum virgę virilis quantumcunq; eſſet, aut qualiſcunq; numquã ſemen effluereret, niſi teſticuli mouerent principaliter. Et patet in ſpadonibus, qui licèt virgam retineant, teſticulis tamen amputatis ſeminalẽ humorẽ nunquã effundunt, licèt fęminas cognoſcãt, & virgines deflorare poſſint retenta ſoliditate, & inflatione accidentali virgę, vt in

ergo in festiuitatib⁹ talibus venationibus insisteret, detractis adhuc alijs culpis, aut grauitatibus quę solent in venationib⁹ subsequi, ex solo hoc motu crederem eũ mortaliter peccare: & satis patet, si respiciatur intentio festiuitatis. Ad tollendum ergo istas humanas cauillationes, quæ poterant fieri, fuit determinatũ ex traditione antiquorũ Iudæorum fortè ab ipso Moyse, vel aliquo alio Propheta aut sancto viro, q̃ in diebus sabbatorum solum possent Hebræi moueri in directum pro mille passus, qui sunt dimidia leuca: & sic patet Act. 1. ca. vbi dicitur, quòd, cũ Apostoli vidissent Iesum ascendentem in cęlũ stantes cum eo in monte Oliueti, reuersi sunt ab illo monte vsq; in Ierusalẽ, qui mons vt dr̃ ibi est iuxta Ierusalẽ, sabbathi habens iter. i. intermontem & Ierusalem est tantum spacium, quantum concedebatur cuilibet Hebręo ambulare in sabbato. Distat aũt mõs Oliueti à Ierusalem quasi per dimidiã leucam, quæ facit mille passus: vt patet in libro de diuisione terræ, & sic dicitur ab eis, qui viderunt terram illam. Sicut ergo Iudęis peccatum mortale erat ambulare in sabbato vltra mille passus, & vocabantur tales sabbati transgressores; ita apud nos licèt non sit tã stricta festorum obseruatio tamen ambulare vnã leucam, aut duas ad venationem, aut maiorem diei partẽ morari in ea satis, videtur mortiferum esse: si autẽ aliquis ambulet itinerando ad expediendum aliqua negocia, satis est mortale peccatum manifestum.

Apud Iudæos determinatũ est vt ĩ sabbato non amplius mille passibus in directũ mouerentur.

Quęst. 25. Et sicut in itinerãdo peccatũ mortale est pro negocijs: ita siquis in vrbe illa die velit negociari, nisi circa aliqua valde parua, aut leuia, quæ quietem sabbati nõ impediant, peccatum mortale videtur. Nisi hoc sit in causam piam: quia tunc si alia die non potest ita commodę expediri, vel aliæ oportunitates cum conscientiæ timore fieri possent, distinguendo tamen qualia, & quanta erant, quæ expediebantur: tutius tamen esset abstinerę, nisi valde esset causæ necessitas, vel aliæ circunstantiæ valde particulares, quę non possunt in communi iudicari, sed cadunt in peritia iudicãtis cum casus se offert, vt ait Philosophus in 3. & 5. Aetico. in his autem bonę conscientię arbitrium tenendum est, cùm regula in vniuersali dari impossibile sit. Et sicut est circa actus potentiæ motiuæ, ita est circa actus potẽtiæ operatiuę, quia possunt esse ibi actus seruiles, ut arare, fodere, texere, suere, & sic de cęteris: & sicut potentia operatiua manus est generalior cęteris potẽtijs, cum dicatur organum organorum ita per eam sunt plures operationes seruiles. Quando autem istę vocẽtur seruiles, magis dicetur immediatè. Est tertia potẽtia executiua potentia expressiua, quæ vocatur interpretatiua, aut locutiua, & habet organa, scilicet linguã & cętera, quæ sunt instrumenta vocalia, vt patet in secundo de Anima, & nõ est sic in ista potentia sicut in cęteris: quia in alijs sunt actus, qui sunt de se seruiles, in ista autem non sunt actus de se seruiles: arare autẽ, aut itinerare, qui pertinent ad alias duas de se seruiles sunt: non est autem sic in locutione pertinente ad potentiam expressiuam. Notandum tamen est, q̃ actus dicitur seruilis, qui ad seruum pertinet: ideo actus, qui nullo modo pertinet ad seruum, non vocatur seruile: & sic nostrum intelligere, quod nullo modo pertinet ad seruum nostrum, scilicet quia nullo modo potest per eum expediri, non vocatur actus seruilis. Dicitur actus seruilis dupliciter, secũdum quòd dupliciter potest pertinere ad seruũ: vno modo quia per ipsum seruum expediri potest, aut expediri decet, ne dominantis vilescat status, vt arare, fodere, verrere, & similia disponere, atque cibos parare, quę sunt ancillaria ministeria, vt ait Arist. primo Polit. cap. 4. & isto modo actus potentię expressiuę, scilicet locutio ipsa non dicitur actus seruilis, quia non potest per seruum expediri: nam seruus non potest dicere id, quod dominus suus dicturus est, nisi priùs ei dominus dicat: & tunc idẽ est quòd dicat ipse seruo, aut q̃ dicat alteri, cui seruus dicturus est. Etiam quia per locutionẽ non deprimit̃ auctoritas dominantis, sicut cũ araret, aut foderet, aut cętera ancillaria disponeret: maximè quia ipsa locutio potest esse executio alicuius artis liberalis, à qua nõ denominatur actus seruilis, vt cum quis loquitur de grammatibus, aut Rethoricis, vel Geometricis, & sic de cęteris. Alio modo vocatur operatio aliqua seruilis a fine, pro quo fit, vtputa si fit propter lucrũ: seruus enim a domino propter lucrum accipitur, scilicet vt excuset dominum faciendo ea pro quibus faciendis hominibus laboris mercedem daturus esset.

De tertia potentia executiua vt act⁹ seruilis in ea fiat.

Quęstio. 26. Operationes ergo linguæ, quę secundum se erant liberales, ex fine possunt esse seruiles: legere ergo, & docere quãcunq; artẽ, & causas aduocare, & iudicare, & alia similia facere, vt ponere ratiociniare, liberales act⁹ sunt: nam docere de se non est opus seruile, legere de se non est seruile; efficiuntur tamẽ seruilia ex fine, vt si quis doceat ex cõuentione, vt lucretur: vel si studeat vt lucretur, vel cantet: ideo peccatũ est siquis in die festo doceat, vt pecunias acquirat, vel studeat eodẽ modo: vel aduocatus, aut procurator si causam peroret; & aduocatus si illa die libellum condat, aut aliqua alia partis suæ munimenta, vt pecunias inde sumat. Peccãt etiam isto modo illi qui eo die ratiocinia rerum suarum, aut redditu ũ faciunt, aut cum debitoribus rationem ponũt, nisi hoc sit valde breue, vt quasi in duob⁹ verbis perfunctoriè agendum esset, ita q̃ nihil esse iudicaretur. Aliquando tamen ista opera potentiæ expressiuę nõ sunt seruilia ex fine, nec aliquo modo: prohibita tamen sunt in die festo; quia per accidẽs impediunt quietẽ diei festi, vt si quis doceat die dominica, aut aliqua magna festiuitate nõ propter pecunias, sed pietatis causa, non esset aliquo modo seruile opus: nõ tamen liceret tota die doctrinę vacare, sicut in alijs diebus profestis, quia tunc nulla distantia festiuitatis, & nõ festiuitatis fieret; debet tamen fieri distantia, quia dies festus principaliter inuẽtus ẽ ad vacandũ Deo magis quàm necessitatib⁹ proximorum: ideo licèt opera charitatis proximis illa die impẽdenda sunt, præcipuè tamen deo vacandũ est. Sic enim dicitur q̃ sabbatũ debet dño sanctificari. i. domino applicari, scilicet vacando principaliter ei; & hoc est per specialẽ recogitationẽ beneficiorũ perceptorum a Deo, vt ex hoc insurgamus in laudem Dei contẽplantes magnitudinẽ eius: si aũt totaliter occupemur illo die necessitatibus proximorũ, nihil vacabit nobis ad vacandũ Deo; qd̃ tamen necessariũ est. Et hoc verum est, nisi sit pietas talis circa proximum, quæ commodè dilatari nõ potest: quia tunc potest, & debet quilibet dimissa diuina cõtemplatione descendere ad actiones proximorum: vt cũ quis taliter infirmatur, vt indigeat totaliter sibi ministrari tota die: cessandum est ab alijs contẽplationibus in die festo, & implicandũ est his pietatis actionibus: tunc. n. necessitas tollit omniũ obligationem alterã. Sic ẽt dicendum q̃ diebus valde festiuis, vt dominicalibus, & alijs pręcipuis nullus tota die studere deberet, quãtumcunq; id, quod quisq; studeat, bonum sit, & nõ intentione lucrandi; vtpote si quis studeat in Theologia; debet. n. fieri differentia inter diẽ solennẽ, & nõ solennẽ in studẽdo; contrariũ aũt facere nõ caret culpa. Primò qa tollit̃ quies festiuitatis: secũdo qa studere ẽ aliquid ad finẽ: vacare aũt Deo est aliquid, qd̃ est pars ipsi⁹ finis: ideo dimittẽdũ est studiũ ꝓpter vacationẽ ad Deũ.

An docere legere, ad uocare q̃ que opera seruilia sunt, & in festis fieri possunt.

Peccant q̃ in die festo ratiocinia, & cõputus faciunt.

Diebus festiuis nulli licet ꝑ totam diem studere et si Theologię studeret.

Pręcipuè

Pręcipuè cum aliquis obligetur ad vacandũ Deo aliquo modo secundũ gen⁹ status sui, & cognitionis suę. Studere autem nemo obligatur, maximè quia ista obligatio, quæ est ad vacandũ, est pro certo die: ideo tũc vacandum est. Hoc aũt verum est nisi magna necessitas studij esset: vtputa in eo, qui studere deberet ad sermonizandum sequenti die, & nõ posset sequenti die aliter tenere mẽte actũ suum, nisi sic faceret. Idem de doctoribus, vel magistris, aut cęteris regentibus cathedras, si cum labore pręuident lectiones suas. In his tũ non est tãta excusatio: quia pro pecunijs legunt lectionem suam: & sic sunt mercenarij facientes opera seruilia: ideo tenẽtur facere aliqualẽ vacationem ad Deũ, saltem audiendo Missam, aut aliqua officia diuina, & aliquid Deo in cogitatione tribuendo de die: & tunc non peccabũt cęteram diei partem studio lectionum suarum impendentes.

Quęst. 27. De cantoribus idem etiam dicendum est, quia cantare est actus potentiæ expressiuæ, idest locutiuę: ideo secundum se actus liberorum est: potest tamen, vt dictum est de cęteris, effici seruilis ex fine, vtpote q̃ aliqs cantat ex conuentione docens: vt ei dentur pecuniæ, vel quia seruit alicui domino cantando, vt detur ei certa pensio. Distinguendum tamen est, quia si aliquis cãtans coram aliquo domino, vel aliquis laicus, vt interdum solet esse sacrista Ecclesiæ cantando seruiat, vt in de mercedem accipiat, quia tunc distinguendum est, quia aut merces istorum incerta est: vtpote quòd ille, qui seruit alicui domino cantando, nõ conuenit quid ei detur, sed seruit expectans prẽmium secundum domini voluntatem, & tunc iste nullo modo peccat cantando in festis, quia non est specialis directio istius act⁹ canendi in festiuitate ad remunerationem, cùm illa nesciatur: etiã quia ipsa incertitudo prẽmij tollit aliquid de seruilitate operis, tollendo specialem intentionem voluntatis in prẽmium. Sic de laico sacrista canente in Ecclesia, cui certa pensio non assignata est: sed vtrum magis, aut minus habeat dependet ex euentu: vtpote si constituatur ei salarium in redditibus de mortuorũ exequijs: quia ista nõ sunt certa, cũ cõtingat aliqñ mori, & aliqñ nõ, vel in quocũq; alio incerto habeat suũ priuilegium: tunc non peccat in canendo, cùm incertitudo prẽmij pro ista, vel illa die tollat specialem ordinationem operis ad lucrum, quæ efficiebat opus seruile. Si autem cantori Ecclesiæ certum salarium sit positum, vel cantori alicuius domini, distinguẽdum, quia aut hoc est impositum pro multis, vtpote si dicatur q̃ sacristæ laico Ecclesię dabuntur viginti duplæ: quòd toto anno ministret cãtando ad Missam cęteraque officia, eodem modo si dominus cantori suo certum salarium pro vno anno, aut pro vno mense constituat: aut non sic fit, sed forte cõuenitur specialiter, vt si fortè cras sit solennitas aliqua, & cõueniatur cum aliquo quòd cantando adiuuet ad officia, & dabuntur ei tot aut tot pecuniæ: & tunc dicẽdum quòd si primo modo fiat consignatio certi salarij, & ex illo cuilibet diei certa pars obueniat, tamen cantando in diebus festiuis non peccat, quia quando fit ista conuentio, non habetur specialiter intẽtio, vt pro labore certæ diei, scilicet festiuitatis detur prẽciũ: sed pro toto anno: ideo opus non iudicatur esse seruile. Et sicut in contractibus, aut alijs factis humanis debet res potius iudicari, quòd valeat, quàm quòd pereat: vt patet de regulis iuris in sexto: ita hic iudicandum est nõ haberi specialem intentionem ad laborem aut certum prẽmium festorũ: & sic ipsi facientes tales conuentiones habere debent intentionem, vt specialiter ista non intendant. Et tũc excusatur istud opus quòd non sit seruile ex tribus: primo ex fine, quia vt dictum est, non attenditur, aut nõ attendi debet specialiter intentio laboris certę diei, scilicet diei festi, aut lucrum diei illius: & isto modo dicitur in canonicis, aut præbendatis alicuius Ecclesiæ, qui si cãtent, vel recitent in Ecclesia non principaliter, vt Deo seruiant, vel non intendentes aliquo modo Deo seruire: sed vt recipiant reditus præbendæ, & hoc faciant in diebus festis, nõ dicuntur violare custodiam festiuitatis, sed solum peccant mortaliter: quia deordinãt finẽ, cũ tenerentur cantare principaliter ꝑ Deũ, & nõ ꝑ reditus præbendæ. Secundũ quod excusat est necessitas operis, quia Ecclesia requirit pro diebus festis sicut pro alijs diebus cantores, immo præcipue in festiuitatibus. Et quantum ad hoc reducitur ad genus operis necessarij, vel quasi, & non vocatur seruile.

An cantores cantãdo diebus festiuis peccent.

Tria sunt quę excusant opus seruile q̃ non sit seruile.

Quęst. 28. Et his duobus modis licitum est, nec videtur facere opus seruile, qui parat cibos alicui diebus festis non ex conuentione speciali pro illo festo, sed pro toto mense, aut anno, quia qui pro certo præcio conuenit parare cibos in toto mense, aut anno, non verè specialiter intendit conuenire pro diebus festis: sed pro toto mẽse, aut anno simul: etiam quia cibi ita sunt necessarij pro diebus festis sicut pro alijs: ideo sicut permittitur alicui quòd paret cibos ꝑ se, ita permittet̃ q̃ paret pro alijs ex conuentione: licèt in hoc sit differentia, quia in sabbato in lege veteri non permittebatur apparatio ciborum: quia etiam ignem accendere prohibebãtur, vt patet infra in cap. 35. in alijs autem festis permittebatur ciborum apparatio cęteris operibus prohibitis, vt patet hic in litera cum dicitur: Nullum opus facietis in eis exceptis his, quæ ad cibum pertinent: in nostris autem solennitatibus, qnę non strictè obseruãtur, vt declarabitur infra 20. cap. permittitur ciborum apparatio, qualiscunque solennitas illa sit: est ergo necessitas aut quasi necessitas parandi cibos illa die. Cęterum iustum non est quòd aliquis laboret parando cibos maximè pro multis, quia magn⁹ labor est, & multũ occupatiuus: ideo debet recipere aliquod prẽciũ. Nec est dicendum quòd quilibet deberet parare pro se cibos die festo potius, quàm ex conuentione parari ab alio faceret, aut permitteret: nam quædam personæ sunt, quibus forte inhonestum esset parare cibos, nec Deus eas ad hoc obligat: nam sicut non debent cogi diuites pauperum cibis vti, vt ait beatus Augustinus, & habetur in decretis. 41. dist. in cap. non cogantur diuites. Ita nec honorati viri, & habentes status prẽminentiæ in sęculo, vel in Ecclesia non obligabũtur ad hoc, quia inhonestum esset valde, quòd vnus rex die festo pararet pro se cibos, etiam quia non obligatur rex currere per viam consiliorum strictam: sed ꝑ viam patentem mandatorum. Etiam quia paratio ciborum est valde seruilis; & non solum seruilis, sed etiam computatur inter opera banausorum, vt patet per Philosofum primo Polit. capit. quarto, vbi vocat ciborum apparationes ancillaria ministeria & banausa. Et hoc verum est ex seipsa: sed ex necessitate aliquali vocatur non seruilis, vt infra declarabitur. Etiam non conuenit hoc, quia si quilibet deberet pro se cibos parare multi impedirentur a vacatione diei festi; nunc autem cùm vnus pro omnibus facit pro prętio, non impediuntur cęteri. Et ideo licèt aliqualiter de se videretur inhonestum, datur indulgẽtia propter bonum, quod inde sequitur, vt alia, quæ mala erant vitarẽtur, sicut aliqualiter dicitur de actu matrimoniali, qui datus est secundum indulgentiam, & non secundũ præceptum, vt patet 1. ad Corin. 7. capit. quod declarat Augustinus super Gene. ad literam, & in libro de Nuptijs dicens, quòd actus carnalis, qui est in carne mortua per peccatum mortalis erat, sed efficitur venialis, idest permissus, & non peccatum veniale, vt aliqui male intelligunt, excepta honestate nuptiarum. De hoc in quarta sententiarum per Magistrum dist. 26.

An qui parat cibos alicui diebus festiuis peccet vt coquus.

De Episcopis etiã eodem modo dicim⁹, q̃ nõ esset honestũ episcopũ parare cibos, cũ posset habere seruiẽtes ad hoc: nõ obligat ergo parare cibos, obligat tñ mentẽ suã habere paratã per humilitatẽ, & deiectionem sui, quòd non erubescat ista facere, si temporis opportunitas hoc exigeret. Et hoc, quia tenetur sequi regulã cõsiliorum, cũ teneat statum pfectionis, & succedat Christo, & beatis Apostolis. Ex imitatione ergo Christi tenetur se ad ista paratũ in mente habere, quia cũ ipse lauisset discipulorũ pedes, vt patet Io. 13. c. dixit: Scitis qd fecerim vobis: vos vocatis me magister, & domine, & bñ dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui vestros pedes magister, & dominus, & vos debetis alter alterius laua re pedes: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hoc autem plenius patet Matt. 20. c. vbi Christus prælatis succedentibus sibi humilitatis formam tribuit, cum fecit differentiam inter principes seculi, & inter principes Ecclesię, qui sibi successuri erant, dicens: Scitis quia principes gentiũ dominãtur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent eorũ: non ita erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare. Cũ ergo succedant Episcopi in locũ Apostolorũ, cogũtur ad istas obseruationes, vt mente ad hoc prompti sint: nam status transit cum onere, vt patet de regulis iuris in sexto in regula: rationi congruit, vt succedat ĩ onere qui substituit in honore: sed illę obseruationes sunt onera Episcopalis dignitatis, vt declaratum est, ergo Episcopi coguntur subire illa.

Tenentur Episcopi ad cõsilia ex cõditione status.

Quęst. 29.

Ex superioribus ergo patet q̃ aliquem parare cibos ex cõuentione pro anno vel mẽse non est peccatũ, ẽt si die festo paret, licẽt tamen apparatio ciborũ fieri deberet, ablutio tamen vtensilium, cęterorumq; vasorum ad cibos, & parationẽ non deberet eadẽ die fieri, sed differri ad alterã diẽ, quia hoc nõ pertinet ad ciborũ parationem, maximè quia nõ est hoc necessariũ, & potest fieri in nocte sequenti, quæ non pertinet ad diẽ festũ; secus quãdo sunt multi dies festi simul, vt ĩ octauis Paschalibus, quia tunc non potest differri ad diem non festũ, cum necesse sit interim vtensilia mũda esse. De his ergo parationibus ciborum, qñ fiunt pro p̃cio, si fiant pro magno tẽpore, & nõ pro aliqua die speciali festi, patet q̃ non sit seruile opus: sed si sit pro aliqua die festiua specialiter, videtur esse aliqualiter magis difficile: nec tñ est prohibitũ, quia necessariũ est: cũ interdũ contingat ad aliquẽ diem festũ, in quo fit aliqua solennitas in cibis propter cõuiuia nuptiarũ, aut alias necessariũ esse conueniri specialiter cũ aliquo parare cibos. Tertium qd̃ faciebat; non esse opus seruile ipsum cantum sacristę die festo in Ecclesia est, quia ille cãtus non est aliqua operatio ad humanum obsequium, sed ad laudãdum Deum: & idẽ de præbendato dicẽte horas in illa die, vel eunte ad chorum: ideo conuẽtio precij pro illo labore non facere opus seruile, nisi specialis intentio ad illum diem habeatur, vt infra declarabitur: & sicait Apost. ad Cor. c. 4. quòd si Christus ab aliquo prediceẽt, siue per veritatem. i. cum vera ĩtentione, siue per occasionem. i. causa lucri non curat: si tamen pdicare pro pecunijs in die festo esset frãgere obseruationem festi curaret Apostolus, & talia prohiberet: vr̃ ergo q̃ solum est peccatũ in deordinatione finis, sed non in fractione festi, si autẽ fiat conuentio pro certo die. s. vt cum aliquo conueniat, quòd dabuntur ei certę pecuniæ, vt ĩ hac die Paschę, & octauis eius adiuuet ad canendum diuina officia, tunc satis videtur difficile q̃ aliquis taliter conductus cãtet: si propter nihil aliud cãtat, nisi vt merces ei detur. Adhuc tamen non videtur esse tãta violatio festiuitatis sicut in alijs officijs, vt arare, fodere, aut texere ex causis supradictis. s. quia necessitas Ecclesiæ hoc petit: & quia iste vacat diuinis laudibus cãtando, quibus aliàs vacaturus esset. Nec tamen dicendum est quòd iste in hoc committat Simoniam, quia actus ille est talis, qui potest cadere in laicum, nec est sacramẽtũ aliqd̃, sicut non cõmitteret simoniã laicus, qui pro certo pręcio conuento pulsaret Ecclesiæ cimbala, siue in vna die, siue in multis. Vel qui Ecclesiã verreret eadẽ cõuentione; est tñ aliqualis dissolutio festi, qã pro ista die specialiter cõuent⁹ est, & ipse ita laborat ac si aliqua alia officia ĩ die profesto, & cõi ageret.

An ablutio vasorũ ad cibos ĩ die festo sit peccatum.

Tertium qd̃ excusat op⁹ seruile.

Sed adhuc argues quòd ille qui de canonicis aut prębendatis vadit ad Ecclesiam & cãtat solum pp distributiones quas scit esse in illo die, quòd frãgat festiuitatis obseruationẽ, si dies festus ille sit. Respondetur quòd si aliquis p̃bendatus hoc modo faciat, mortaliter peccat peruertendo finem eundi ad Ecclesiã, aut faciendi diuina officia: nullo tñ mõ dissoluit festiuitatis obseruationẽ: quia ex eo quòd prębẽdatus ẽ in aliqua Ecclesia, habet ius recipiẽdi distributiones quotidianas, si sacris assistat officijs: nulla ergo conuẽtio cũ eo fit, vt eat ad Ecclesiã: & sic mercenarius non est ex contractu, sicut ille, qui pro conuẽta summa pecuniarum adiuuat ad cãtandũ officia in aliquo festo. Ad hoc ergo q̃ istud licitè totaliter fieret, cum necessitas Ecclesię hoc expetat, deberet ille, qui taliter conuentus cantat, cantare sine certę pecunię conuẽtione: sed qã ad cibos aliqbus indigebat pecunijs deberent sibi dari cibi, aut pecunię pro cibis, & forte aliquid plus secundũ laboris exigentiam: ita tñ quòd non interueniat ita purus contractus.

An canonicus cantans in die festo in ecclesia solũ propter distributiones soluat festum.

Quęst. 30.

Quid de illo qui cantat Missam, aut recitat in die festo solũ pro pecunijs? Respondeẽ distinguẽdum esse, qã aut dicit missam propter pecunias solũ non tñ conueniendo, aut taxando quantum ei deẽ, sed solum expectando illam mercedẽ, q̃ sibi dandã esse scit: & tunc aut est simonia, aut aliqd̃ simile simonię verę, licẽt nõ sit cõtractus de quãtitate: sicut Giezi puer Heliseĩ nõ cõuenit aliquid sibi dari à Naaman Syro pro sanatione à lepra; quia tñ petijt aliquid sibi dari fuit verè peccans in hoc scelere: vt patet 4. Re. c. 5. Immo ab eo inchoauit istud vitiũ: iste tñ non frangit festiuitatis celebritatẽ, aut obseruationẽ, quia non cõuenit. Si aũt conueniat, & taxet summã p̃cij sibi dandã, p̃ missa dicẽda, tũc erit clarè simoniacus, & fractor festiuitatis aliqualiter, quia tanq̃ mercenarius in die solẽni locauit operas suas; non tamen totaliter frangit festiuitatem.

Quęst. 31. An sacerdos dicẽs Missam in die festo, p̃ pecunijs frangat festum.

De aduocatis autẽ idẽ est iudicium, quia cum purè mercenarij sint conuenientes pro certo p̃cio, aut quota partis litis, si obtineãt non poterunt die festo in hoc cõdere libellos suos, aut cętera cliẽtulorũ suorũ munimẽta. Secus si agerent causã pro miserabilibus p̃sonis, aut causis valde pijs, sicut sunt causæ Ecclesiarũ, aut hospitaliũ, vel monasteriorum, quia in his cõcedit sedes Apostolica priuilegia: nã clerici ẽt si in minoribus ordinibus sint, dum tñ de bonis Ecclesiæ sustẽtentur, nõ possunt aduocare causas aliquas, nisi Ecclesiæ suæ, aut personarum cõiunctarum, aut miserabilium personarum, vt orphanorum, & viduarum, cęterorumq; pauperum, vt patet extra, de postulãdo. c. Clerici, & cap. ex parte, & c. cum sacerdotis. Et hoc si gratis pro deo faciat, aut pro valde modico pręcio, ita vt non videatur esse merces laboris, aliàs autem illicitum est ista facere, cùm pure mercenarius sit agens.

Quęst. 32. An aduocati pro p̃cio laborãtes ĩ die festo fragãt festum.

De iudicando autẽ, qui est actus interpretatiuæ, dato q̃ iudex non pro pecunijs iudicaret, prohibitio imposita est, ne isti seculares actus talib⁹ diebus fiãt: vt patet extra de ferijs. c. omnes dies: & per totum titulũ. Et hoc pp duo: Primo quia licẽt iudicare secũdũ se nõ sit actus seruilis, est tamẽ seruilis ex fine. s. quia fit ad limitandas contentiones pro causis seruilibus. i. rerum, quę

Quęst. 33.

sunt ad vtilitates humanas, scilicet in pecunijs, & in cæteris, & multo fortius prohibentur causæ criminales illis diebus. Secũdo quia dato quòd iudicare nullo modo esset actus seruilis, tamẽ erat impeditiu⁹ vacationis diei festi, in quo homines circa Deũ intendere debẽt; actus autẽ forenses totaliter tollunt hoc, cùm ibi sint mentiũ, & verborum disceptationes, & pugnæ: vnde iudicia iurgia dicta sunt, quasi iuris garriũ, quia partes aduersæ iure garriunt. i. disceptant; vt ait Isidorus Etymolog. lib. 18. & extra de verbo signi. ĩ c. forus. Et hoc patet, quia si in ieiuniorum diebus, in quibus nulla festiuitatis obseruatio est, prohibentur cõtentiones iudiciorum & petitiones debitorũ, quantomagis in diebus festiuis, qui magna obseruatione colendi sunt? Antecedens patet Isa. c. 58. Ecce enim in die ieiunij vestri in ueniuntur oẽs voluntates vestrę, & omnes debitores vestros repetitis: Ecce ad lites, & cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie: nolite ieiunare sicut vsque ad hãc diẽ, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diẽ affligere hominem animã suam: nunquid cõtorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerẽ sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diẽ acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui cõfracti sunt liberos, & omne onus disrumpe. Dicitur vltra in diffinitione, operis seruilis nulla vrgente causã, idest ita quòd nõ sit necessitas illius operationis: quia necessaria pertinent ad primũ genus operis: ideo non sunt seruilia formaliter, licet materialiter aliquando coincidant cũ seruilibus.

Ad iudicare liceat in diebus festiuis.

Declaratio diffinitionis operis seruilis.

Et hoc siue sint necessaria respectu nostri ad Deũ, siue respectu personarũ nostrarũ, siue rerũ nostrarum, vt late supra declaratũ fuit. Dicitur vltra in diffinitione, ad humanã vitã non immediate sustẽtandã. Quia q̃dã sũt operã humana quæ pertinent ad sustentationẽ vitę humanę immediatè, & quędã, quæ mediatè. Immediatè dicũtur ad vitã humanam pertinere ea, quibus vita humana conseruatur: & sine quibus nullo modo potest cõseruari: huiusmodi aũt est cibus, & potus, quo intrinsece nutritur, & conseruatur homo, & quælibet aĩalia. Opera mediate facientia ad vitã humanã sustentandã sunt illa, quæ licẽt faciant ad vitã, tamen eis non existẽtibus simpliciter, aut pro tunc potest vita humana sustẽtari, sicut arare, texere, negociari, itinerari: quia licẽt aliqua istorum sint necessaria remotè: tamẽ nullũ eorum est, quod immediate faciat ad vitã humanã: quia arare non facit immediate ad vitã humanã, sed cibus causatus ex hoc, quia terra aratur, & alia opera in ea fiunt. Sic est de texere, suere, coria madere, gladios fabricare, quia istis non existentibus adhuc possunt homines viuere: & dato quòd non bene viuatur sine eis magno tempore existentes, tamen non determinantur ista opera ad certa tempora, scilicet quòd non possim⁹ viuere, aut bene viuere hodie, vel mane, nisi sint ista operata. De ciborum tamen paratione aliter est, quia quolibet die, aut quasi oportet ponere ciborum parationem: non vocatur ergo paratio ciborum opus seruile. Et patet hoc quia in sabbato erat prohibita ciborum apparatio, & ignis accensio, vt patet infra 35. cap. in alijs aũt festiuitatibus non erant prohibitæ apparationes ciborum, vt patet hic in litera. Propter hoc autem in mandato de custodia sabbati non dictũ fuit, qd̃ non fieret opus seruile in eo: sed quòd nullũ opus fieret, vt patet infra 20. ca. cũ dicitur: Septimo autem die sabbati domini tui non facies in eo omne opus. i. nullũ opus facies: ex equipolentia. Sic o[illegible] habet infra. 31. ca. Sex diebus fac opus, in septi[illegible]bbatũ est requies sancta domino, oĩs qui fecerit op[illegible] in hac die, morietur. Ecce qualiter nõ determinauit de quo genere operis

Ciborum apparatio non potest dici seruile opus si parua sit & necessitas cogat.

A intelligeretur: sed vniuersaliter dixit, nõ esse faciendũ opus, quasi omne opus cuiuscunq; modi, dũ tamẽ voluntariũ esset, excluderet ab hac die: opera autem necessaria fieri poterant vt supra declaratum est. sic dicit Leui. 23. cap. Dies septimus, quia dies sabbati requies est vocabitur sanctus: omne opus non facietis in eo in cunctis habitationibus vestris. Cum aũt Deus ageret de alijs solennitatibus, non sic vniuersaliter locutus est omne opus prohibẽs, sed solum opus seruile, vt patet Leui. 23. cap. Nam cũ incepisset ibi dicere de festiuitate azymorũ, quæ durabat per septem dies; vt patet hic in litera huius c. dixit quòd primus dies erat celeberrimus, & dies septimus illi⁹ festiuitatis celeberior, & subiunxit: Nullumq; opus seruile facietis in eo. Deinde cum in eodem cap. diceret de festiuitate hebdomadarum septem, idest de Pentecoste inquit: Omne opus seruile non facietis in eo: legitimum sempiternum erit in cũctis habitaculis, & generationibus vestris: deinde cum sermonem faceret de festo clangoris in eodem c. idem subiunxit, scilicet. Omne opus seruile nõ facietis in eo, Deinde cum loqueretur de festo tabernaculorum dixit, quòd dies primus erat celeberrimus & nullum opus seruile ĩ eo fieri debebat: cùm autem in sabbato dicatur nullum opus esse faciendum, & in istis solennitatibus dicit, opus seruile vetari, necesse est distingui inter omne opus, & opus seruile. Sed dices forte, quòd scriptura noluit hic distinguere inter omne opus, & opus seruile, sicut interdum consueuit non multam differentiam facere in terminis. Sed hoc non potest stare, quia si scriptura accepisset hic omne opus solũ pro opere seruili, ita quòd ista cõuertereneẽ, & interdum diceret de sabbato quòd non esset in eo faciẽdũ aliquod opus: interdũ quòd nõ esset faciendũ in eo opus seruile: sed nũquã sic dicitur, qã vbicunq; agitur de sabbato semp dicitur, quòd nullũ opus seruile ĩ eo fieri debebat, vt patet supra 20. & 31. c. etiã Leui. 23, & in alijs locis. Itẽ diceretur quãdo agitur de alijs solennitatibus aliquando nõ faciendũ esse opus seruile, & aliquando diceret nullũ opus esse faciendũ. Sed falsũ est, quia semper dicitur, quãdo agitur de festiuitatibus supradictis, quòd nullũ op⁹ seruile fiet in eis; necesse est ergo distingui inter omne opus, & opus seruile. Et cõfirmatur hoc, quia cum ageretur Leui. 23. cap. de cæteris quatuor festiuitatibus, & diceret quòd nullũ opus seruile in eis faciendum erat, de hac sola subiunxit, qd̃ anima, quæ in die illa, vel quidpiam operis faceret, deleretur de populo suo, & conclusit: Nihil ergo operis facietis ĩ eo. Et ratio diuersitatis fuit, quia in festiuitate propitiationis nõ parabatur cibus, sicut in die sabbati, & patet quia in toto illo die non comedũt quicquam, aut bibunt Iudęi, ideo nihil parare debent: sed tota die orationi, & lectioni vacant. Et si dicas quòd comedũt occidente sole. Respondetur quòd iam illud nõ ẽ de eadẽ die: nam Hebræi cõputant dies ab occasu solis vsque ad alium occasum solis, vt patet Leui. 23. ca. A vespere vsque in vesperum celebrabitis sabbata vestra; ille ergo solis occasus pertinet ad alteram sequentem diem, & sic in ea dei nihil comedunt. Item quia si ista duo, scilicet omne opus, & opus seruile conuertẽtur, cum dicatur in alijs solẽnitatibus, quòd nullũ opus seruile in eis fieri debebat, sequeretur qd̃ nulla differẽtia erat in obseruatione sabbati, & cęterorũ festorũ: Sed falsũ est, quia ĩ obseruatione sabbati nõ licebat parare cibos, aut accẽdere ignẽ, vt patet infra 35. c. in alijs autẽ festiuitatibus licebat parare cibos, vt habetur hic in litera cum dicitur: nihil operis facietis in eis exceptis his, q̃ ad vescendum pertinent. Oportet ergo dare differentiam inter obseruationem sabbati, & cęterorũ festorũ: sed nulla alia dari potest, nisi q̃ in sabbato non parabantur cibi, & in alijs festiuitatibus parabantur, vt pa

An facta scriptura distinctionem faciat inter omne opus & opus seruile.

Iudęi ĩ die ꝓpitiationis nihil comedũt aut bibunt.

tet hic litera, ergo parare cibos non est opus seruile, cũ permittatur in festiuitatibus illis, in quibus nõ permittitur aliquod opus seruile, vt patet ex supradictis. Quia autem omne opus nihil addat super opus seruile, nisi parationem ciborum, patet ex hoc, quia Leuit. 23. cap. dicitur. quòd in die sabbati nullum opus faciendũ erat, & quòd in aliis festiuitatibus non deberet fieri aliqd̃ opus seruile: hic autẽ dicitur quòd in festiuitate azymorũ in prima die, & in septima nihil operis fieri debebat præter ea, quæ ptinẽt ad cibos, & tamẽ in ea prohibetur omne op' seruile; ergo sola ciborũ apparatio includitur in omni opere, & nõ in seruili. Prohibebatur ciborũ apparatio in die sabbati, si esset morosa, aut aliqualiter impeditiua, vt accendere ignẽ, coquere aliquid, vel torrere: sed leuis apparatio, quemadmodũ ciborũ decoctorum dispositio in vasculis mense, & appositio panũ, & similia. De leui apparatione patet Mat. 12. c. vbi dicitur q̃ Apostoli ambulantes cũ Christo in quodã sabbato per sata esurientes spiças euellebant, & comedebant: prius grana excucientes, & purgantes, de quo accusati sunt, & Christus respondit pro eis. Ali qui autem volunt, vt diximus, quòd isti excusentur, quia illa apparatio ciborũ erat valde leuis, quasi dicat, quòd si maior fuisset, nõ excusarentur. Sed hoc nõ est verum quia non solũ in parua occupatione parationis excusarentur: sed etiã in valde magna, vt pote si quis q̃ de Iudeis in sabbato stetisset in aliquo loco, in quo ei nihil occurreret, nisi pisces crudi, & carnes crudæ, & forte passus fuisset fame ex die præcedenti, ita quòd illũ diem sine cibo crederet se non posse transigere: nũquid deberet mori fame, aut comedere pisces crudos, aut carnes? Neutrum facere debebat: mori enim nihil comedere volens irrationale valde erat, & peccatũ. Comedere autem carnes crudas horribile est naturæ humanæ: etiam quia indigestibiles sunt, & peirclitaretur sanitas: debebat ergo facere ignem, & coquere, vel assare pisces, & facere reliquum necessariũ apparatũ. Et hoc, quia necessitas omnẽ legem excludebat. Et istũ modum respondendi habuit Christus, quia nõ dixit illas apparationes leues eẽ, sed dixit esse necessarias allegãs exẽplum de eo, quod fecit Dauid, cũ fugeret a Saule: quia petijt panes sibi dari, & quia nulli erãt, qui dari possent, nisi panes propositionis, quos solis sacerdotibus comedere licebat, comedit de illis, & tamen fuit sine crimine, quia necessitas famis hoc egit. Cum ergo dicitur in hac diffinitione operis seruilis, quòd illa operatio non pertineat immediate ad vitam humanam sustentandam, sed sustentet mediate, vt diximus supra, intelliguntur oĩa opera potẽtiæ motiuæ, quæ ptinet principaliter ad pedes, & operatio potẽtiæ operatiuæ, q̃ est in manibus actus enim harum duarum potẽtiarum sẽper vocãtur seruiles præter ciborum parationem, quę pertinet ad operatiuam scilicet manualẽ nisi sint necessarij, aut valde parui propter aliquam recreationem, vt declaratum fuit supra Quãtum ergo ad potẽtiam motiuã, cuius actus comunior est ambulare, diximus supra quòd in sabbatis, aut in diebus festiuis nostris non licebat itinerare ad negocia. Ad recreationẽ autem licebat aliquantulum ambulare: sed parum, scilicet solum per mille passus, vt patet Act. j. c. in nostris autẽ festiuitatibus, quæ non ita stricte obseruantur, poteramus aliqualiter magis moueri.

Leuis ciborũ apparatio non prohibetur in die sabbati.

Quæst. 34. An itinerantes in die festo peregrinãdo ad aliquas deuotas ecclesias frãgãt festum.

Sed quid dicendũ est de illis, qui euntes peregrinando ad aliquas deuotas Ecclesias itinerant diebus festiuis? Quidam doctores distinguunt vtrũ ista itineratio ad loca deuota sit in eundo, aut in redeundo; si in eundo est sine mortali peccato: si autem in redeundo, est peccatum mortale. Ad videndum aũt veritatẽ huius, & omnium aliorũ circa obseruationem festorum, cõsiderandũ est, vtrum aliquo modo incidat necessitas itinerãdi, ita q̃ illa necessitas sit rerũ aut personæ, & sit directa, vt declarauimus supra: quia tũc generaliter dicendum, q̃ qualitercunq; eueniat, licitũ sit, verbi gratia, si quis itinerans ad vnam Ecclesiã deuotã accedat in vespere alicuius festi ad locũ, in quo cibum nullum inuenire potest, quia forte est terra inhabitata, vel aliter, tunc licitè potest itinerare die festo vsque ad locũ, in quo cibos inueniat, dum tamẽ ipse itinerans nõ fuerit in culpa, scilicet quia sciens talem dietam se habere noluit præuidere: quia qui in culpa fuit, non debet ex hoc iuuari: sibi.n. imputet, qui se talẽ constituit, vt dietam illam haberet, cũ potuisset ad locum conueniẽtem accedere, nisi neglexisset. Sicut dicitur quòd excomunicatio non incutit iustum metum, si autem ponatur quòd aliquis egit, quare excommunicari deberet, iste timere debet excommunicationẽ, sed non excusatur propter hoc: sibi enim imputet; q̃ talẽ se cõstituit, vt excõmunicationem timere deberet, vt patet extra de his q̃ qui metusue causa fiũt in ca. cũ dilectus, per doctores. Potest etiam euenire necessitas, vt si timeatur de via non secura, nisi tunc transeatur, & hoc siue propter hostes, siue propter latrones: & sic de similibus, quia tunc siue itinerans ad loca deuota, siue non, excusatur. Aliquando etiã excusatur propter aliquã causã honestã, licèt non necessariã, vt si quis itinerãs peregrinando perueniat in vespere alicuius festi ad locum, in quo missam audire nõ potest, maximè si dies sequens sit dominica, potest itinerare per vnã, vel duas leucas vsque ad locum, vbi audire possit, vel etiã magis si prodistat locus, in quo sit Ecclesia. Si tamen est aliquis locus magnus, & delectabilis, in quo quiescere possint peregrinantes, & solum propter delectationem, quã ibi habere intendunt, itinerant recedentes de aliquibus locis paruis, in quibus manebant, vbi tamen cibus sufficienter, & Missam pro sequenti die inuenire poterant, & tendunt ad magna loca ambulantes die festo vsquequo illa loca attingant, non videtur esse sine culpa. Ad hoc tamen videndum est id, quod dicebatur à quibusdam, scilicet quòd aut peregrinãtes sunt in recessu de loco deuoto, aut in eundo: in eundo peccatũ non ponebant, in redeundo autem sic: fundamentum istorum est, quòd peregrinantes in eundo peregrinantur pro Deo, scilicet vt accedãt ad loca deuota, in quibus colitur Deus: in reditu peregrinãtur pro se, quia peregrinantur, vt veniant in domos suas: ideo aliqua pro Deo facere licet, quæ pro nobismet nõ licet. Hæc autem licèt quẽdam colorem habeãt, tamen non videntur cõtinere solidam veritatẽ: verum est enim quòd liceret in die festo peregrinis itinerare, si Deus mandauisset, vel obligauisset ad peregrinandum, & nulli alij dies essent possent ad peregrinãdum, nisi dies festis: sed neutrũ est: quia Deus non obligauit nos ad peregrinandum, & dato quòd mandasset nos peregrinari, manebãt alij dies, in qbus peregrinari possemus: ideo si aliquis siue eundo, siue redeundo, itineret in die festo, nõ peregrinat p Deo, sed pro se ipso. Nã licèt pro Deo ipse eat ad talẽ locũ deuotũ, tñ quòd eat ista die festiua nõ est pro Deo, sed pro seipso; quia vt non expẽdat de suis rebus magis, si pluribus diebus manserit peregrinando, diebus festis etiam peregrinatur, vt breuius iter conficiat. Distinguendũ tamen est ad aliqualẽ veritatẽ illius dicti: qa locus ille, ad quẽ fit peregrinatio, aut est habens indulgentias pro certo die, & nõ pro alijs, aut non, sed in omnibus diebus equale est, quod in eo obtinetur. Si autẽ in oĩbus diebus equales sint indulgentiæ, non refert magis, quòd eat vno tempore q̃ altero sic nullo modo excusabitur [illegible] ambulans diebus festis, quia nulla causa vrgebat, vt [illegible] diebus ambularet, ideo tunc nõ est facienda differẽtia in eundo, vel redeundo sit. Si autem sint indulgentiæ in certa die, & tunc ille qui pere-

peregrinatur, aut recessit de terra sua tempore abundante ad peragendum tantam viæ distantiam, aut nõ. Si autem non accepit sufficiens tempus, vt possit accedere in die illa, & propter hoc itinerat, vt accedat in die illa, licèt aliqualiter magis excusetur, quàm si esset in reuentu, quia iam quodammodo necessitatur cõditionaliter, scilicet vt possit habere suum propositũ, non tamen totaliter excusatur, quia culpa sua se talem constituit, vt cogeretur postea aliqualiter itinerare in die festo. Si autem aliquis volens incipere iter tempore debito, non potuit incipere detentus aliquibus vrgentibus causis, licèt melius, & consultius sibi esset, vt non peregrinaretur, sed vt maneret in patria, cũ non obligetur peregrinari, & obligetur festa non frãgere, si tamen desiderio obtinendi indulgentias itineret, & cogatur, vt accedat, itinerare diebus festis, à magna parte delicti excusatur, tamen aliqualiter peccat, cùm aliqualiter fuit in culpa recedendo tali loco de terra sua in tam pauco tempore, vt cogeretur diebus festis itinerare. Si autem aliquis recessit de terra sua tempore, quo posset conuenienter venire ad locum indulgentiarum, & postea casualiter in itinere impeditus fuit, vt non posset accedere ad locum, nisi diebus festis itineraret, non peccat itinerando, cùm tunc iter totaliter fiat propter Deum, dum tamen illi occasionali impedimento ipse itinerans causam non dederit. In redeundo autem nullo modo potest excusari, nisi ex aliqua causa necessitatis, de quibus supra dictum est: vtputa si nõ potuit in vespere alicuius festi accedere ad locum, vbi cibos haberet, aut quia timuit hostes, vel latrones in via intelligendo, vt supra diximus, ita quòd ipse harum impeditionum causa non extitisset.

Quæst. 35. An faciens opera manualia diebus festiuis frangat festum.

Si autem fit actus pertinens ad potentiam operatiuam, scilicet ad manum, etiam sunt operationes seruiles, & valde multæ, secundum quòd manus in plura potest, quàm cœtera organa, cùm ipsa vocetur organum organorum, & quia omnes actus manuales penè sunt seruiles, inquirendum est, vtrum faciendo aliquos tales actus manuales dicatur aliquis frangere festiuitatem. Et tunc distinguendum est, quia isti actus, aut sunt parui, aut magni. Si autem parui, dato quòd seruiles sunt, nõ videtur frangi festiuitatis obseruatio, vt si aliquis acuat gladium ad scindẽdum carnes, quia iste paruus labor, & breuis est: vel si aliquis ducat aquã de fonte, aut puteo, qui non multum distat, vel domũ verrere, & alia similia parua facere, de quibus tenenda est consuetudo patriæ: nam si in aliquo loco sit consuetudo in die dominicali non duci aquam de fonte, aut non verri domos, sed ista parata esse ex die præcedenti, tenenda est consuetudo, quia laudabilis est: si autem consuetudo sit, quòd ista fiant, fieri possunt, quia in his non multum differt. Si tamen sit consuetudo ista non fieri, & aliquis faciat contra consuetudinem, præcipuè si ex contemptu, satis grauis culpa est. Si autem ista sint magna, idest sit aliquis actus, qui durat p magnam partem diei, vt per tres, vel quatuor horas, aut per medium diem distinguendum est. Quia aut sunt opera delectabilia, vt pulsare in vasis musicis, & tunc nullo modo est fractio festi, licèt aliquo alio modo posset esse peccatum, vtputa, si aliquis ageret hoc ex lasciuia. Vel fortè intentus isti pulsationi abstrahebatur à vacatione in Deum, vtpote, quia non ibat ad Missam, & sic de alijs vacationibus, ad quæ aliquo modo obligamur. Ista enim opera sic assumpta seruilia non sunt, quia secundum se non sunt seruilia, nec etiã ex fine, cùm solùm fiant ad delectandum. Potest tamen hic aliquis facere ista opera seruilia ex fine, vt si aliquis pulset ex conuentione, vt aliquid lucretur, & sic sunt illi, qui pulsant vasa musica ad nuptias conducti certo precio pro tota die, & sic ad alios actus solennes, & licèt fortè ista pulsatio esset delectatio durans aliquanto spacio, tamẽ cùm protrahatur in magnam partem diei, vel multum frequẽter satis laboriosa est, maximè in vasis musicis resonantibus flatu, & non solùm pulsu, quia emittitur multus flatus, & exinanitur cerebrum atque desiccatur. De istis autem, & de illis, qui in ecclesijs pulsant organa conducti pro diebus festiuis, quasi eodem modo dicendum esset, mitius tamen de illo, qui organa ecclesiæ cõductus pulsat, quia iste habet vnam causam excusantem, quàm non habent illi, qui conducti pulsant in nuptijs, aut alijs actibus secularibus, licèt quòd ecclesiæ necessitas, aut honestas in magnis festis hoc expetit. Est etiam alia causa, quia ipsa organorum pulsatio est quædam vacatio in Deum, cùm sit laus eius, vt patet ps. 150. Laudate dominum in sono tube, laudate eũ in psalterio, & cythara: laudate eum in timpano, & choro: laudate eum in cordis, & organo: laudate eum in cimbalis benesonantibus: laudate eum in cimbalis iubilationis. Item psal. 80. dicitur buccinate in Neomenia tuba in insigni die solennitatis vestræ, & Num. 10. ca. mandauit Deus fieri duas tubas argenteas ad canendũ in kalendis, aut alijs solennitatibus, ideo Dauid quando adducere volebat arcam in domum suam, cantabat, & psallebat in organis coram ea, vt patet 2. Reg. 6. cap. cum dicitur: Dauid autem, & omnis Israel ludebat coram domino in lignis fabrefactis, citharis, liris, & timpanis, fistris, & cimbalis. Et ob hoc quando Dauid voluit relinquere dispositionem ministrorum templi p Salomone filio eius, constituit cantores, & pulsatores in varijs organis musicis, de filijs Asath, & Heman, & Idithum, vt patet 1. Paralit. cap. 25. Gentiles etiam hoc modo Deos suos honorabant, sic patet Dan. 3. cap. qui mandauit ad adorationem statuæ magnæ pulsari tubas, & fistulas, citharas, sambucas, & psalteria, & simphonias, atque omne genus musici vasis. Sic etiam Aegyptij exibant obuiam Api tauro Deo magno Aegyptiorum, vt ait Solin. in Polistor. cap. de Aegypto. Minus ergo iste actus seruilis est, & magis excusabilis, quàm pulsatio in actibus, & solennitatibus secularib'. De hoc ergo dicendum est, vt de cantore, qui conducitur ad cantandum in diebus solennibus. Si autem in istis aliqua fractio solennitatis est, magis est in alio, quàm in eo, q̃ seruit ecclesiæ. Dicendum ergo, quòd ista opera musicalia sic facta ex conductione, & cantare, de quo supra diximus, attento rigore videntur seruilia, & violare aliquo modo festum. Consuetudini tamen relinquenda sunt, quæ interdum ea, quæ peccata essent, facit non esse peccata, cùm antiquata sit, & accipiatur pro lege, vbi lex deest, vel vbi nõ multum declarauit, & sic mitius est. Quantum verò ad alia officiorum manualium opera distinguendum est, qa quædam sunt officia, quorum actus sunt conuenientes, vel vtiles diebus festiuis ipsis artificibus. Alia officia, quorum actus magis vtiles, aut quodammodo necessarij sunt propter ipsos recipientes operata ab ipsis artificibus, verbi gratia, actus qui est texere, fabricare gladios, suere vestes, & lauare pannos, & similes sunt vtiles in diebus festis ipsis solis artificibus, scilicet quòd si faber fineretur fabricare gladios die festo, aut textor texere, aut sutor suere, accresceret eis maius lucrum, quia quotidie lucrarentur, nunc autem in diebus festis consumunt de acquisitis, & nihil acquirunt, nulla tamen vtilitas esset recipientibus ipsa operata ab artificibus istis, nam nulla vtilitas magis inest toti ciuitati, quòd sutores suant in die festo, quàm quòd non suãt, & quòd fabri gladios die festo faciant, aut quòd non faciãt, quia nec nos ex hoc aliquid acquirimus, aut de acquisitis perdimus. Et de istis datur regula generalis, quòd omnis artifex, qui operando in die festo sibi soli prodest

Pulsans instrumento musicalia in nuptijs diebus festiuis spe lucri, & tota die peccat.

Deus valde laudatur in cantu vasorũ musicaliũ, & mandat se ibi laudari.

Consuetudo interdũ facit ea, q̃ peccata essent nõ esse peccata.

Regula vniuersalis ōis artifex, q operādo in die festo sibi soli pdest in operando mortaliter peccat, & dissoluit festū

prodest in operādo, mortaliter peccat, & festiuitatem dissoluit, nisi forte id, quod fecit valde modicum est, quia modicum, vt supra diximus, non facit solennitatem dissolui: licèt in his consuetudo, & animus agentis inspiciendus est, scilicet qua intentione id agat, & cùm ille actus de se sit illicitus pro tali die, consideranda est conscientia operantis, quia si credat se mortaliter peccare, mortaliter peccat, cùm voluntatem suam deordinet ad faciendum id, quod putat esse peccatū, quia qui agit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, vt patet extra de restitutione spo. capit. literas, & extra de præscrip. quoniam omne. Et hoc est, quia iste actus, quem aggressus est, erat de se illicitus: si fortè fuisset actus licitus, & ipse operans ex errore iudicij putaret esse illicitum, nō oportebat, quòd mortaliter peccaret, licèt se mortaliter peccare putaret, vt determinat Beatus Thomas de Aquino, in quadam quæstione de quolibet, in quo quærit de errore conscientiæ. Si autem iste actus de se esset illicitus, & tñ posset esse non illicitus ex quantitate actus, vtpotè, quia modicum egit, & tunc si putat se non peccare, agens non peccat, si autem putat se peccare, peccat, vt supra dictū est, licèt non tantum peccet quantum putat: ratio diuersitatis est, quia peccatum consistit in deordinatione voluntatis, cùm eligit declinare ab eo, quod ante simpliciter bonum ei esse dicebatur. Nunc ergo ille, qui agit actum, qui de se est illicitus, & aliquo modo potest esse licitus, si putat se bene agere, nō deordinat voluntatem suam, cùm bono se adhærere putet, & sic non potest ibi formaliter reperiri ratio peccati: quando autem agit id, quod de se est illicitum, licèt aliquo modo posset esse licitum, si putat se peccare, peccat, quia putando quod facere hoc est peccatum, & velle postea illud facere, est velle declinare à bono, & actualiter declinare ab eo, quod est iudicatum esse bonum, de his autem fortè alibi magis dicetur.

Vide & examina verba Tho. in illo quolibet, quia dubia.

Quæst. 36. An macellarij, & vēditores panis vini ac fructuum, & aliarum rerum comestibiliū die festo peccent, & frangant festum. An nundinæ licitæ sint in diebus festis.

Alij sunt artifices, quorum operatio in die festo, nō solùm prodest ipsis, immo magis recipientibus opera ipsa, quemadmodum macellarij venditores vini, venditores panis, & fructuum, & similes: nam maius bonum est ciuitati, quòd vendantur carnes, quàm ipsi carnifici, quia carnifex solùm acquirit per venditionē carnium pecunias, ciuitas autem acquirit conseruationem in esse, quia carnes sunt alimentum, sic de venditoribus panis, & aliorum alimentorum. Et de istis est aliqualis difficultas. Sunt tamen alij, qui vendunt diebus festis ea, quę non pertinent ad vitam sustinendam immediate, vt qui vendunt pannos, aut calciamenta, aut varia iocalia auri, & argenti, vel vtensilia rei familiaris, & de istis non est dubium, quin soluant festiuitatem: ideo prohibuerunt iura fieri nundinas, aut forum diebus dominicis, vt patet extra de fer. cap. omnes dies, vbi vetatur diebus dominicis fieri nundinas, & forum, & quòd non iudicentur causæ criminales, & quòd iuramenta solenniá non fiant, nisi pro pace tenenda, aut componendis treugis: causæ etiam ciuiles, siue pecuniariæ iudicari non debent, & si iudicentur, processus factus in eis est nullus, vt patet extra de ferijs in capitulo, Constitutus. Nisi sint causę personarum miserabiliū, in quibus non tenetur rigor iuris. De illis autem, de quibus dicere incepimus, considerandum est, quòd illa officia non sunt ęqualiter illicita in diebus festis, aut licita. Est autem hoc in duobus, quia illa artificia, quæ habent res minus necessarias, sunt magis illicita. Item illa quæ habent res, quæ minus in alia die fieri possunt, sunt magis licita. Ex hoc sequitur, quòd venditores pigmentorum, idest aromaticarum specierum magis peccant, quàm cœteri venditores, quia nihil minus necessarium ad sustentationem vitæ, quàm pigmenta, quæ sunt ad facienda

F varia condimenta, & delectationes in gustu. Etiam dato, quòd pigmenta in condimentis velimus, ita bene emere possumus præcedēti die sicut in die festo, ideo vendentes pigmenta in talibus diebus satis videtur frāgere solennitatem, & fortè peccare mortaliter. Deinde sequuntur venditores fructuum, quia fructus minus sunt necessarij ad vitam sustentandam. Deinde sunt tres ocupationes, scilicet carnificum, & panetariorum, atque vendentium vinum. Hæc enim tria ad vitam humanam necessaria sunt, sed in hoc diferunt, quia panis, qui simpliciter magis necessarius est, cùm dicatur Eccl. 29. cap. Initium vitæ hominis panis, & aqua magis cōmunis, quia quasi nulla domus est manifestè, in qua panis non fiat, sed de carnibus, & vino
G non est sic, maximè de carnibus, quia nullus de ciuitate carnes habet, nisi carnifices, qui eas occidunt, & parant, de istis tamen tribus nullum est, quod minus anticipari possit, q̃ officium vendentium vinum. Nam panis potest emi vna die pro alijs diebus sequentibus, de carnibus etiam quia carnes possent in die pręcedēti festum ad vesperam vendi, & conseruarentur illæsæ pro alia die, sed non est sic de vino, quia vinum non congruè obseruatur de vna die ad alterā saltem quantum ad omnes. Ideo Hebræi faciunt aliquid speciale in vino, scilicet quòd cùm in sabbato suo à cęteris venditionibus, & emptionibus cessent, solùm vinum vendunt credentes se non frangere sabbatum. De venditione autem panis non est tantus labor, nec tantum
H tollit de vacatione in Deum, quia non oportet ibi facere magnam apparationem. Esset tamen valde bonum, si non venderetur publicè, vt venditur in festis. Non quidem, quòd vendere panem postulanti in illa die aliquod peccatum sit, sed quia non est valde conueniens festiuitati, quòd venditrices sint in loco publico tota die expectantes emptores, sicut in alijs diebus profestis fit. De venditione autem vini dicendū, quòd satis concedenda est ex multis oportunitatibus, quæ habentur sic vendendo, & non haberentur vendendo præcedenti die. Hoc tamen obseruandum esset, scilicet vt ante Missam expletam diebus festis vinū non venderetur, maximè diebus dominicis, quibus omnes Christiani Missam audire tenentur, nisi aliquā
I habeant excusantem causam: qui autem post Missam vinum petit honeste petit, qui vero ante Missam inhoneste, nec in hoc ei fauendum esset. De carnium autē venditione valde esset licitum, quòd die præcedenti fieret, quod est opus satis laboriosum, & impediens artifices tempore, quo vacare deberent audiēdo Missam, pręcipuè cùm die præcedenti ita bene fiat, vt die dominica, nec quidquam de laboribus, & vtilitatibus hominum perderetur. In aliquibus autem locis consuetudo valde laudabilis est diebus festis, maximè dominicis non vendi carnes, & multum tenenda est. Faciens autem contra eam satis grauiter peccat: vbi autem non est consuetudo, relinquatur consuetudini, vt ait Guiller. in hoc casu, & in quibusdam similibus:
K licèt tamen non vendantur carnes diebus dominicis, possunt tamen saltem in aliqua parte diei apparari carnes, scilicet iugulari, & decoriari pro sequenti die, si aliter non possunt parari, aut saltem non congruè, maximè quando multa festa similia sunt, quia tunc necesse est in eis carnes parari, quia non possent teneri ex alijs diebus.

Hebræis licèt vinum vendere in sabbato.

Vinum diebus festiuis, nè ante Missam vendatur. vt extra de consec. dis. 1. in ca. totas missas.

De venditione carnium.

Quæst. 37. An scribētes diebus festiuis frāgant festū.

Quid dicendum de eis, qui diebus festis scribunt? Respondetur secundum Guiller. quòd aut scribunt pro se, aut pro pecunijs, si autem mercede conducti violatio festi est, & peccatum graue. Si autem pro se, aut est magna scriptura, aut parua, si magna, vtpotè si aliquis vnum librum pro se scribat, peccatum est, quia tunc nō fit differentia inter vacationem festi, & laborem

rem

rem aliorum dierum. Si autem aliquid paruum est: maximè si spirituale est, vt si aliquis scribat aliquas deuotas notulas, aut prædicator scribat sermones suos, quos facturus est. Aut studens non habens lectionem pro sequenti die scribat eam in libro suo, aut si librum corrigat mendacem: qui ad audiendum lectionem, aut ad studendum per eum immediatè necessarius est. Sic tantum Guill.

Quæst. 38. An liceat diebus festis moleř.

Quid de molendinis, & pariferis, vtrum liceat die dominica molere. Respondetur, quòd Molendini, & pariferæ, aut molunt cùm industria, & labore humano aliquali, vt sunt pariferę, & molendini ad aquā, & de istis tenendum est, quòd non debent molere die dominica. Vtrum autem in alijs festiuitatibus, consuetudo patriæ attendenda est: licèt quædam magna festa Beatæ Virginis, & Apostolorum ab hoc secludenda essent, de cęteris autem fiat, vt consuetum est fieri: si autem sint Molendini, qui paruo hominum labore molunt, vt Molendini ad ventum, tenenda est consuetudo, vt ait Guill. sed magis videtur, quòd saltem diebus dominicis cessare deberent.

Quæst. 39. De his qui homines trāsducūt p flumina diebus festiuis an frangant festum.

Quid de illis, qui transducunt homines in brachijs per flumina, vtrum liceat die festo facere. Respondetur, quòd illi, qui volunt transire, aut ferunt merces, aut seipsos solos: si autem ferant merces, non sunt transuehendi, quia opus seruile faciunt: si autem seipsos solos, tunc aut incipiunt iter euntes ad aliqua loca distantia, & tunc non essent transuehendi, aut veniūt de alijs locis ad illum locum, apud quem barcha est, & tunc transuehendi sunt, siue itinerent, siue nō, quia si itinerent fortè carebunt cibis, si non transducantur, vel cogentur itinerare per aliam partem, vel retrocedere, aut vadis se exponere, quorum omnia, aut mala, aut periculosa sunt. Si autem sint homines locorum finitimorum, aut habitantes segregatim, vt in quibusdam partibus consuetum est, & conuenire volunt illo die in locum maiorem, vel quia ibi Missam audire volunt, vel vt quiescant licitum est.

Quęst. 40. De fodiētib⁹, & arātibus diebus festis pro pauperibus an frangant festum.

Quid de illis, qui arant, & fodiunt diebus festis? Respondetur, quòd aut faciunt pro se, aut conducti, aut alteri gratis pro Deo: nulli autem licet conductione aliqua interposita diebus festis arare, aut fodere: nulli etiam licet diuiti, aut pauperi in agris suis colere die festo. Si autem fiat gratis pro Deo in subuentione aliquarum miserabilium personarum, licitè fieri potest. Sed distinguendum, quia aut sunt magna festa, vt dies Dominicæ, & festa Beatæ Mariæ, & Apostolorum, & tunc fieri illicitum est: si autem sint minora festa, quemadmodum octauę Paschales, fieri potest, & sic consueuit fieri in quibusdam terris, vt in octauis Paschalibus. diuites arent prædia pauperum, & sicut est de arare ita est de fodere. Et licèt honestius valde esset ista opera pietatis in diebus non vacatiuis facere, scilicet quando sua opera facere licitum est: tamen quia homines ita sunt amantes seipsos, quòd nō dimitterent facere opera sua die, quo facere possunt, vt opera pauperum facerent: saltem qūocunque ad pietatem ducendi sunt: ideo Ecclesia illud tolerat, & consuetudo, & pietas licitum faciunt. Præcipuè cùm Christus aliquid de similibus signare voluit, quando Hebræis Pharisæis accusantibus discipulos eius, quòd sabbato spicas vellerent, & comederēt; respondit post duas primas responsiones, quæ habentur Matth. 12. hæc verba. Si sciretis quid est misericordiā volo, & nō sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes: quasi dicat, quòd in quibusdam magis pietati, quàm sacrificio fauendum est.

Quęst. 41. An restaurantes ædificia ecclesiastica diebus festiuis frāgāt festum.

Quid de illis, qui faciunt, aut restaurant aliqua ædificia Ecclesiæ in die festo? Respondetur, quòd aut Ecclesia est pauper, aut non: si autem Ecclesia non sit
A pauper, non est pro ea die festo laborandum, cùm ipsa possit de reditibus se construere. Si autem sit pauper, possunt ædificia restaurari, vt supra diximus non in diebus dominicis, aut magnis festis, sed in paruis, & tunc etiam non tota die ne Missa omittatur, & decens ad Deum vacatio. Audita autem Missa potest fabricari in ædificijs, sed non tantum quantum in profestis diebus, scilicet vsque ad lassitudinem: sic tenet Guill.

Quęst. 42. An reædificātes pōtes, & muros diebus festiuis frāgant festū.

Quid de reædificatione pontium, & murorum, & aliorum publicorum ædificiorum. Respondetur, quòd aut instant hostes, qui per murum introire possent, aut per pontem, & tunc quocunque die, licet murum construere, & reficere pontem: quia si bellū diebus festis suscipi potest, etiam omnia bellica ad de-
B fensionem apta parari possunt, quia accessorium sequitur regulam principalem, vt patet de regulis iuris in sexta, in regula. Accessorium. Etiam quia quandocunque permittitur aliquid fieri, omnia sine quibus illud expediri non potest, permittuntur, vt patet extra de officio delegati capitulo præterea, in primo.

Quòd autem ista fieri possint tutandæ vitæ suadēt necessitas, quæ omnem legem excludit, & actum quēlibet licitum facit, vt patet extra de regulis iuris capit. quod licitum nō est. Sic.n. dicitur de Machabęis: nam illi viri, qui recesserūt de Ierusalē, nè cogerētur immolare dijs gentilibus, cū bello impeterentur diebus sabbatorum non putantes, quòd necessitas obseruationum sabbati excludebat, non opilauerūt loca secreta,
C idest noluerūt ponere aliquod murale diebus sabbatorum, nec alijs pugnantibus se defenderunt, sed dixerunt, moriamur in simplicitate nostra, testes erunt cęlum, & terra super nos, quo iniustè perditis nos, & occisi sunt quasi mille animæ virorum, mulierum, atque paruulorum, & pecora sua. Deinde alij Machabęi determinante Mathathia, qui erat summus sacerdos, aggressi sunt inuadentes se diebus sabbatorum, non putantes se peccare, & sic erat, vt habetur primo Machab. cap. 2. Si autem non sit necessitas belli, aut alicuius imminentis mali, non possunt pōtes, aut muri die festo refici. Nec valet si dicatur, quòd est opus publicum, quia seculare est, & non ita pium sicut reficere Ecclesias: maximè quia communitates nunquam sūt
D ita pauperes, sicut Ecclesiæ, quiá semper habent aliquos proprios reditus. Et si fortè esset aliqua ciuitas, quæ reditus non haberet, sicut Lacedemonia in Græcia, vt ait Aristo. 2. Polit. cap. 6. de politia Lacedemoniorum in fine, tunc possent rectores ciuitatis omnes de ciuitate cogere ad illationes pecuniarū, idest quòd singuli darent aliquid, vel quòd omnes laborarent, cū omnibus ista vtilitas communis esset, vt patet. Vel quòd omnes illi laborent totaliter, licèt hoc raro contingat, quia semper ciuitates habent proprios reditus pro reædificatione, & publicis sumptibus. Quia politia illa in qua communitas nulla bona habet, est valde vituperabilis, vt probat Phylosophus 2. Polit. vbi supra: ideo raro accidit ciuitates taliter se habere. De Eccle-
E sijs autem non est idem iudicium, quia non sunt pertinentes ad bona publica; ideo non possunt ita induci homines per legem punientem ad exequendum vtilitatem Ecclesiæ, Etiam quia Ecclesias contingit valde pauperes esse, quòd non est in ciuitatibus. De ista autem materia obseruationis festorum possent esse infinitę quæstiones; ideo nullus est, qui scripto, aut mente eas comprehendere possit, sed sicut in quibusdam iudicatur, ita in omnibus alijs, cùm venerint ad casum, iudicio viri prudentis terminabuntur. Aut recta conscientia, quando perfecta ratio de illis haberi nō potest. Hoc autem Deus preuidens vnicuique cōscientiam dedit tanquam iudicem particularium, quę alio iudicio legis iudicari non valent; ideo p conscien-

tiam

tiam ligamur, & per conscientiam absoluimur. Quia vt ait Apostolus, hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ, ad Corint.2.cap.primo, & alibi ad Roma.14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, idest omne quod est contra conscientiam, sicut homo credit bonum, aut malum esse, de quo supra magis diximus. Dicitur vltimo in diffinitione operis seruilis, ad humanam vitam sustentandam non immediatè: ex quo elicitur, quòd id, quod nullo modo est propter nos, nec directè, nec indirectè, licèt sit actus de supradictis, non erit seruilis, quia erit ad Dei seruitutem, & non ad humanam vtilitatem. Sed valde cauendum est, quia quædam videntur esse ad Dei seruitutem, & sunt propter hominis vtilitatem, sicut ambulare peregrinando in die festo ad loca deuota, propter Deum videtur esse. Sed subtilius considerando reperietur, quòd est ad vtilitatem hominis, vt supra declarauimus. Sunt autem alia, quæ purè sunt propter Deum, licèt sint pertinentia ad potentias seruiles, vt ambulare, scilicet si sint aliqui populi, vt consueuit esse in paruis ruribus, & illa Ecclesia distat ab vtroque populorum per vnam, vel per duas leucas, vel quasi, possunt ire in die Dominica illuc ad audiendum Missam, nec in hoc frãgunt solennitatem, cùm propter Deum solùm faciãt nulla rei familiaris vtilitate prætenta: immo in hoc satis merentur si bono animo laborem illum itineris tolerent, quasi si peregrinarentur ad aliqua loca deuota extra terram suam. Etiam si aliqui existentes in ruribus die dominica, vel in alio festo veniant diluculo ad villam, vel ciuitatem, vt audiant sermonem. Et sic de quibusdam alijs, quę solùm sunt ad Dei cultum, & nõ sunt magni laboris, quia si fortè aliquis existens in rure velit venire ad audiendum sermonem, qui fortè fiebat in vespere, & distaret locus suus à ciuitate p̃ sex, vel per septem leucas, ita quòd maiorem partem diei festi ambulare deberet, licitum non esset, tunc enim oportebat venisse die præcedenti, qui esset profestus siue nefastus: hoc modo clerici rurales, qui die dominica ex necessitate locorum beneficij sui, & ecclesiarũ fortè duas Missas celebrare tenentur, possunt duas, vel tres leucas ambulare. Idem iudicium de similibus. Hoc etiam licebat in veteri testamento quantum ad sabbatum, quod erat obseruationis strictissimæ: nam licèt in domibus Hebrẽorum non liceret facere ignẽ: licebat in templo immo sub prẽcepto erat, quòd ignis in altari semper arderet, & sacerdos quotidie subijceret ei ligna, vt patet Leui. 6. cap. Etiam in die sabbati non licebat animalia occidi, nec carnes vendi, aut parari, cùm omne op̃ simpliciter manuale laboriosum esset prohibitum, vt patet infra 20. & 31.c. & Leui.23. In templo autem, siue tabernaculo omnia ista facere licebat, quia ibi occidebantur carnes, & decoriabãtur die sabbati, & diuidebãtur in frusta, & ponebantur super prunas, & cremabantur: sic patet Num.28.cap. vbi mandatur, quòd quolibet die offerentur duo agni anniculi vnus in mane, & alius in vespere, & quòd in sabbatis super hos duos agnos offerentur alij duo agni, cùm libamentis suis. Sed dices fortè, quòd ista animalia occidebantur, & decoriabantur præcedenti die, & concidebantur in frusta: deinde die sabbati solùm ponebantur super ignem altaris, & sic non videtur tanta sabbati fractio. Sed hoc non est verum, qa eadem die, qua occidebatur victima, sanguis eius debebat fundi per cornua altaris holocaustorum, & postea detracta pelle concidebatur animal, & ponebatur super prunas, vt patet Leui. 1. cap. ergo eadem die qua occidebatur incendebatur, ergo die sabbati ista fieri poterãt: maximè, quia tunc multæ victimæ pacificæ, & holocausta offerebantur à popularibus, & sic occupabãtur maiori parte diei sacerdotes in iugulando animalia, &

Declaratio vltimę particulę diffinitionis seruilis posite supra q̃st. 24.

In veteri lege in sabbato licebat occidere animalia, & decoriare, & ignem accendere i tẽplo.

decoriando, atque in frusta concidendo. Et patet hoc maximè, quia in die propitiationis, quæ erat tantę obseruationis, sicut sabbatum, cùm mãdaretur in eo nullum opus fieri simpliciter, sicut in sabbato, vt patet Leuit.23.cap. immolabatur hircus in tabernaculo, & effundebatur sanguis eius aspergendo contra propitiatorium inter Sancta Sanctorum, & postea fundebatur reliquus sanguis per cornua altaris holocaustorum. Idem fiebat de vitulo, & postea ducebantur ista animalia extra castra, & cremabantur, & alius mittebatur cum capro emissario per solitudinem, vt patet Leui.16. & aliquid de his ad Hebr.9.cap. Ergo multa fiebant in sabbato, in quo nullum opus fieri debebat. Et non solùm faciebant hoc sacerdotes, sed etiam populares, quia in sabbatis, aut alijs solennitatibus offerebant hostias pacificas, de quibus certa pars comburebatur coram domino in altari, vt patet Leui.3. cap. & certa pars manebat, vt comederent ipsi offerentes, & sacerdotes, vt patet Leui.7. cap. Sed istam partem remanentem ipsi populares coquebant in sabbato intra atrium tabernaculi, & patet hoc, quia dicitur 1. Reg. cap.2. quòd filij Helì duo peccabant valde in hoc, scilicet quòd quando aliquis de Israel immolaret victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollã siue cacabum, & omne quod leuabat fuscinula tollebat sibi sacerdos, & postea subiungitur, quòd etiam antequam immolarent adipem veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti da mihi carnes, vt coquã sacerdoti, non enim accipiam à te carnẽ coctã, sed cruda: ex quo videtur quòd secũdum morem tabernaculi, & offerentium ipsi offerentes coquebãt partem residuam victimæ pacificę, & post sacerdotes tollebãt partem suam coctam, sed illi filij Helì erant filij Belial nescientes dominum, nec officium sacerdotum. Ex quo concluditur, quòd etiam populares in sabbato poterant coquere carnes, quas offerebant, & ibi in atrio tabernaculi comedebãt, quia iste erat cultus Dei, in quo nullum vocatur opus seruile. Et isto modo respondit Christus Pharisæis Matth. 12. cap. cùm accusarent discipulos de sabbati transgressione, dicens: Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt. Tertium opus siue genus operis est opus seruile de quo supra satis dictum est. Ex his ergo apparet à quibus operibus abstinendum sit in festiuitatibus. Nã tria genera operum posita sunt. Primum erat opus necessarium, à quo nulla abstinentia erat in sabbato, vel alijs solennitatibus veteris testamenti, nec est nunc alia abstinẽtia ab illo in festiuitatibus noui testamẽti. Secundum opus erat cibi apparatio, quod non est simpliciter necessarium pro illa die, cùm possit fieri alia die prẽcedenti. Et istud fuit vetitum in sabbato in veteri testamento, & in die propitiationis, vt patet Leuit. 23. capit. cùm omne opus simpliciter vetetur. In alijs autem festiuitatibus Hebræorum, vt in Pascha azimorum, & in Pentecoste eorum, & in festo Clangoris, & festo Tabernaculorum permittitur ciborum apparatio; ideo sabbatum, & dies propitiationis tenent primum gradum obseruationis festorum. Tertium genus operationum, quæ vocantur solę seruiles vetatur in omnibus festiuitatibus Hebræorum, & istę solæ vetantur in festiuitatibus noui testamenti: nam in omnibus festiuitatibus nostris licitum est cibos parare; ideo nostræ festiuitates minus obseruantur, quã sabbatum, & propitiationis dies. Et obseruantur ęqualiter sicut Pascha Azymorum, & cœterę solennitates Hebræorum. *Et obseruabitis Azyma.* Idest in istis diebus quiescetis ab operibus seruilib̃, & comedetis panem sine fermento. *In eadem enim ipsa die.* Idest in die 15.

G Non solũ sacerdotes in sabbato faciebant ministrationes quæ videbantur seruiles, sed etiam populares offerebant hostias.

H

I Tertium membrũ de quo supra.q.20.

K

Loquitur

Quæst.43. Quare sic loquitur Deus de ista die decima quita

Loquitur Deus de ista quintadecima die, quasi diftaret, quia ista dicta fuerunt Moysi, die quarta, aut quinta mensis primi, vt declaratum fuit in principio huius capituli. *Deducam exercitum vestrum.* In idiomate Hebręo communiter consueuit multitudo virorum, siue pugnatorum, siue non pugnatorum vocari exercitus. Et sic erat hæc, quia Israelitę exeuntes de Aegypto, non ibant ad pugnandum, sed ad itinerandum. Vel potest vocari exercitus, quia in tota ista multitudine solum computantur illi, qui erant apti ad arma. Nam infra dicitur: profectique sunt filij Israel de Ramesse in Socoth sexcenta fermè milia virorum peditum absque mulieribus, & paruulis. *Et custodietis diem istum.* Idest diem qui succedit annuatim isti quintodecimo die egressionis de Aegypto euoluto anno. *In generationibus vestris.* Idest quòd omnes posteri vestri custodiant. *Ritu perpetuo.* Supra declaratum fuit quomodo sic iste ritus, vel cultus perpetuus. *Primo mense.* In hoc patet, quòd Deus non mandabat Iudæis obseruare azyma in anno, quo egressi sunt de Aegypto, sed in futuras generationes, quia quando dabat istam legem de obseruandis azymis. Iam erat mensis primus, cùm dictum fuerit in principio cap. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, sed hic non dixit in isto mense quartadecima die mensis ad vesperum comedetis azyma, sed dixit: primo mense quasi non loquat̃ de isto primo mense, in quo tunc erant, sed de alijs primis mensibus, qui venturi erant alijs annis postquam exirent de Aegypto, & introducti essent in Terram Chanaan. *Quartadecima die mensis ad vesperum comedetis Azyma.* Post meridiem quartadecima die mensis primi, non poterant comedere Hebræi panem fermentatum, sed non immediatè obligabantur comedere panem azymum quousque immolarent agnum, & comederent eum, non enim poterant comedere agnum paschalem cum fermentato pane, nec poterãt sine azymis, dato quòd aliquis vellet comedere sine pane carnes agni, quia supra dictum est: Edent carnes assas igni, & azymos panes: agnus autem immolabatur ad solis occasum, vt patet Deut. 16.ca. & postea assabatur atque comedebantur carnes eius; ideo hoc erat in principio noctis, sed dicitur hic ad vesperum, quia poterat post meridiem quacunq; hora immolari, & consequenter comedi ad vesperum, scilicet ad solis occasum, vel ante.

Agnus paschalis nõ poterat comedi cum fermẽtato pane, nec sine azymis.

Quare Iudæi moderni hodie obseruant comestionem Azymorum, sed non obseruant immolationem agni Paschalis.

Quæst.44.

Iudæi autem moderni obseruant comestionem azymorum, sed non obseruant immolationem agni, quia nunc non immolant agnum. Aliqui autem simplices Christiani dicunt, quòd hoc faciunt, quia reges non permittunt eos ista facere, vel domini, in quorum terris sunt. Sed falsum est, quia etiam dato, quòd reges eis mandarent immolare agnum secundum cœremonias legis, ipsi nullo modo agerent: potius enim se mori permitterent. Sicut si mandaretur eis existentibus Iudæis, quòd comederent carnem porcinam, quia eodem modo vtrunque militat contra cęremonias veteris testamenti. Aliqui autem de Iudæis dicunt, quòd non obseruant nunc cœremoniam de agno paschali, & obseruant cęremoniam azymorum, quia dicitur infra de obseruatione azymorum, In cunctis habitaculis vestris comedetis azyma. Et de agno paschali non dicitur in cunctis habitaculis vestris, sed dicitur, custodi verbum istud legitimum tibi, & filijs tuis vsque in æternum. Sed ista responsio valde inepta est, & potius probat oppositum, nam ex hoc patet, vel saltem cõcluditur, quantum ad ipsos, quòd etiam hodie debeant immolare agnum paschalem, & de azymis nihil apparet ex hoc loco, & patet quia cum dici-

A tur de agno paschali, quòd debet manere vt legitimũ sempiternum, determinatur tempus, scilicet quòd sẽper obseruari deberet. Ideo secundum eos, quinescíunt distinguere inter diem & omnem diem, vt ait Apostolus ad Rom. 14. cap. teneri deberet sic ad literam, si nihil aliud respiciatur. Cùm autem dicitur: In cunctis tabernaculis vestris azyma comedetis, non determinatur tempus durationis illius legis, sed locus. Nec ex hoc aliquid apparet, nisi aliud respiciatur, verum est tamen quòd etiam litera mandat hic obseruare eis azyma ritu perpetuo, cùm dicit, primam diẽ azymorum obseruandam in generationibus suis cultu perpetuo. Cùm ergo dicatur hic deberi vsque in sempiternum quolibet anno obseruari legitimũ immolationis, non possunt ex hac parte inducere, quòd aliquo tempore cessare debuerit. Item non intelligitur sic ista litera, vt isti putant, scilicet quòd non dicatur de immolatione agni debere obseruari in singulis domibus, & de azymis, quòd in omnibus habitaculis obseruari deberent, quia agni immolatio non deberet durare ad semper, & panis azymi obseruatio sẽper durabat. Sed dicitur de azymis, quòd in omnibus habitaculis comedi debebant, quia nulla erat domus quantuncunque parua, in qua non possent comedi azyma. De immolatione autem agni nõ dicitur, quòd esse deberet in qualibet domo, quia vt supra dictum est, aliquę erant domus, in quibus non erant personæ sufficientes ad esum agni, & tunc debebant duæ domus sumi aut tres, si duæ ita paruæ essent, quòd non sufficerent. Causa autem radicalis quare nunc ipsi comedunt azyma, & non immolant agnum, quia pro comestione azymorum determinatus non fuit locus, aut terra, quia in quacunque terra essent, poterant comedere. Comestioni autem, & immolationi agni paschali determinatus erat locus, scilicet solùm ciuitas, in qua esset tabernaculum Domini, vt patet Deutero.16. cap. cùm dicitur: non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quàm dominus daturus est tibi, sed in loco quem elegit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Ideo quando Hebræi volebant facere Pascha, ascendebant ad locum, in quo erat tabernaculum, & ibi intra atrium tabernaculi im

B

C Comestio azymorũ non determinabat terra, nec locum, & agni immolatio vtrunque.

Sacrificia extra tabernaculum offerre erat pęna capitalis.

D molabatur agnus, scilicet iugulabatur, & propter hoc mandabantur quolibet anno ascendere in locum Sãctuarij in festo azymorum, vt patet infra 23. & 34. & Deuter. 16. cap. debebat autem immolari iste agnus in atrio tabernaculi, quia erat vnum de sacrificijs domini, vt patet Num.9.cap. cùm dicitur. Peribit anima illa de populis suis, quia sacrificiũ domini non obtulit tempore suo. Sacrificia autem nũquam extra tabernaculum offerri, aut immolari debebãt sub pęna capitis, vt patet Leuit.17. cùm dicitur: homo de domo Israel, siue de aduenis, qui peregrinantur inter vos, qui obtulerit holocaustum, siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit, vt offeratur domino, interibit de populo suo. Sic ẽt dr̃ Deuter. 12. ca.

E Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit dominus in vna vrbium tuarum offeres. Et propter hoc quando aliquis de Iudęis habitantibus in terra promissionis erant negociando extra terram illam, ita quòd non posset venire ad locum Sanctuarij, non immolabat Phase, sed in secundo mense quartodecimo die mensis ad vesperam immolabat, si posset redire eo tempore in terrã suam, vt patet Num.cap.9. cùm dicitur. Homo, qui fuerit mundus super anima, siue in via procul in gente vestra faciat Phase domino mense secundo quartadecima mensis secundi ad vesperam, vsque ad vigesimã primã eiusdem mẽsis ad vesperam. Ecce qualiter computantur hic dies de momento ad momentum,

scilicet

scilicet quòd eo tempore, quo incipiebant comedere azyma in die quartadecima mensis, inciperent comedere fermentatum die vicesima prima, & sic ex parte diei quartidecimi, & reliqua diei vicesimæ primæ efficiebatur vnus dies integer. *Septem diebus*. Computando, vt supra positum est. *Fermentatum non inuenietur in domibus vestris.* Non solùm prohibentur comedere fermentatum, sed etiam retinere in domo, ideo in die quartadecima mensis ad vesperum, scilicet postquam sol incepisset declinare à puncto circuli meridiani, inquirebant omnes Hebræi domos suas, & nunc identidem faciunt. Et siquid de fermentato reperiretur excludebatur, scilicet quòd dabatur animalibus ad comedendum, vel aliàs: ita quòd nullo modo reperiretur, vel esset in domo eorum.

Quæst.45. Duplex ratio, propter quod Iudæi nō possunt habere panē fermentatum in domibus tēpore immolationis agni.

Huius autem duplex ratio erat. Prima quia ista comestio azymorum signabat comestionem Israelitarum, quæ fuit in exitu de Aegypto, cùm ergo illi nihil habuerunt secum de pane fermentato, sed solùm tulerunt Massam consparsam, & fecerunt azymos, ita debebant alij successores nihil retinere de fermentato in domibus suis in istis septem diebus. Alia ratio est, quia Deus uolebat, quòd nullo modo Iudæi transgrederentur istud præceptum. Et quia cognoscebat figmentum nostrum esse debile, maximè illorum, qui valde imperfecti erant, qualiter habentes cor generosum naturaliter recusamus iugum, & nitimur in vetitum, ideo magis inclinarentur ad comedendum fermentatum illi Iudæi, quando eis prohibitum esset, quàm antequam vetaretur: sic ait Apostolus ad Ro. cap.7. declarans præcepta legis veteris esse duræ obseruationis dicens: Nam & peccatum occasione accepta per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Si ergo Iudæi in domibus tenerent panem fermentatum ex hac concupiscentia stimulati comederent de illo agentes contra Dei mandatum; prohibuit ergo Deus occasionem mali. Etiam quia panis azymus est insipidus, & gustui disconueniens, & stomacho valde nociuus, & Iudæi laborem sustinent in comedendo de illo, vt patet Deuter. 16. cap. cùm dicitur: Septem diebus comedes absque fermēto afflictionis panem: cùm ergo viderent in domo panem fermentatum, quo suaue est vesci, inducerentur ad comedendum de eo. *Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel*. Idest quòd à iudice occidi debet, si constet eum talia egisse: si autem non constat, Deus eum occidet, vel dabit ei aliam pœnam, nisi conteratur de hoc. Et hoc est perire de cœtu Israel, idest quòd per mortem tolletur, nè sit in cœtu Israel, idest inter cœteros homines. Et ista est maxima pena homini, qui moritur: nam ipse dolor, qui est in patientibus mortem, licèt valde crudus sit, tamen non est in hoc totum malum, quia subito transit, & multa alia cruciaminum genera interdum homines tollerant, quæ mortis dolore acriora sunt.

Malū morte horribilius est ab amatis rebus separari

Sed malum quod in morte horribile est, iudicatur ipsa perpetua separatio ab omnibus, quæ amabamus, & in quibus tota vita nostra, & totum bonum nostrum consistebat, maximè in illis, qui sunt ardentissimi huius seculi amatores, nihil in futuro seculo sibi repositum præstolantes: dolent enim isti inextimabiliter quasi cor eis radicitus euellatur. Nam cùm anima transeat in amatum, & isti tenacissimè res fluxas huius seculi ament, ab eis violenter maximè distrahuntur: præeligerent enim millies mori, vt iterum ad semper hic viuendum redirēt: quàm semel mori etiam absque dolore.

Viris sanctis vita exilium est, & mors patrie recuperatio.

Viris autem sanctis in oppositum cedit quorum bonum nondum reuelatum est, sed in futuro expectatur: ideo quandiu viuunt, ingemiscunt ad mortem suspirantes, quia vita eis exilium est, mors autem patriæ recuperatio: sic di-

F cit Apostolus 2. ad Corint. Quandiu viuimus in corpore peregrinamur à domino, ibid. cap. 5. ideo mortem quoddam bonum sibi putant, quia per eam ęternorum bonorum inchoatur introitus, ideo dicebat Apostolus ad Phylippen. primo capit. Mihi autem viuere Christus est, mori autem lucrū. *Tam de aduenis.* vocantur hic aduenæ non illi, qui adueniebant solum ad habitandum, vel negociandum in terram eorum, sed illi, qui veniebant de ritu gentilitatis ad Iudaismū, & isti vocantur alibi prosceliti, sic nominat eos Christus Matth.23.cap. redarguens Pharisæos, cùm dixit: Væ vobis Pharisæi, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis proselitum vnum, idest vt conuertatis vnum ad fidem, & cùm fuerit factus, facitis eum filium Ge-

Aduena. Proseliti.

G hennæ duplo quàm vos. Isti autem aduenę postquam semel circuncidebantur, obligabantur ad omnes cœremonias legis, vt ait Apostolus ad Gala.5.cap. Testificor omni homini circuncidenti se, quòd debitor sit vniuersæ legis faciendæ, idest quòd obligetur ad omnia mandata legis: ideo si aliquis repugnaret alicui obseruationi, eadem pœna plectebatur, qua ille, qui erat de genere Hebræorum: sic patet infra, & Leuitici 24.cap. *Quam de indigenis terræ.* Idest de illis, qui de terra nostra oriundi sunt, scilicet qui sunt nati de genere Hebræorum, & dicitur indigena, non ab indigeo, indiges, sed indigena, quasi inde genitus, idest qui natus fuit de ipsamet terra. Et inde vocantur etiam in-

Indigene qui dicāt.

H digetes, idest oriundi de terra illa: sic enim vocant Poetæ Gentilium Deos indigetes, idest genitos, vel morantes in terra, in qua coluntur, & sic vocat Ouidius Meta.15. libro Aeneam Deum indigetem, quia in Italia Deus factus est, in qua moratus fuit, & tenuit regnum. *Omne fermentatum non comedetis.* Idest nullum fermentatum, per æquipollentiam negationis postpositæ. Et bene seruatur his bis æquipollentiæ, quia nullum fermentum, vel fermentatum comedere debebant, nec minimam saltem particulam. *In cunctis habitaculis vestris comedetis azyma*. Non erat sic de azymis, sicut de agno Paschali, quia azyma vbique comedebantur, etiam si non esset in domo nisi vna anima: agnus autem non mandabatur sic comedi in omnibus

Indigetes

I domibus, quia aliquæ domus paruę erant, in quibus non poterat comedi vnus agnus; ideo iungebantur multi de alijs domibus ad vescendum in vna, secundū numerum personarum sufficientium ad esum agni. Ex hoc patet, quia non comedebantur die quartidecimi mensis primi azyma, in omnibus domibus Hebræorum, quia prima comestio azymorum erat cum agno Paschali, sed domus paruæ non immolabant agnum, sed transibant ad alias, ergo in illis non comedebantur azyma illa die, sed sequenti die, scilicet decimaquinta, & consequenter.

Vocauit autem Moyses, omnes seniores
K filiorum Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase. Fasciculumque Hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrumque postem. Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane: transibit enim dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit sanguinem in superluminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, &

Dist.11.ca. ecclesiasticarum in 5. scriptura in glo. De cōsecr dist. 2. cap. Quid sit sanguis.& c.accipite.

lædere.

lædere. Custodi verbum istud legitimum A tibi, & filijs tuis vsque in æternum. Cumque introieritis terram, quam Dominus Deus daturus est vobis, vt pollicitus est, obseruabitis cæremonias istas. Et cum dixerint vobis filij vestri: Quæ est ista religio? Dicetis eis: Victima transitus domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. Incuruatusque populus adorauit. Et egressi filij Israel fecerunt B sicut præceperat dominus Moysi, & Aaron.

Vocauit autem. Hic ponitur secundum, scilicet mandati diuini promulgatio ad Israel. *Vocauit autem Moyses.* Vtrum autem Moyses staret in Terra Gessen, quando istud mandatum ei à domino datum est, aut in vrbe regia inferendo plagas Pharaoni, & Aegyptijs non cō stat: dicendum tamen quòd si Moyses stabat in vrbe regia, in qua erat Pharao, quòd venerit tunc in Terra Gessen, in qua erat cœtus Israel, & mandauerit ibi cōgregari seniores populi ad audiendum mandatum. *Cunctos seniores filiorum Israel.*

Quæst.46.

Sed dices quomodo fecit hic Moyses vocari solos C seniores, cùm Deus mandauerit vocari, aut denunciari hoc toti populo, vt patet supra, cum dicitur: loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicetis eis. Respondetur, quòd seniores dicuntur totus populus, quia continēt virtualiter totum populum, cùm isti seniores dicantur homines prudentes, & magnæ auctoritatis, reliqua autem rusticana, atque indocta multitudo ad nihilum in talibus vtilis est, nisi vt discordiam generet. De hoc autem magis dictum fuit in principio capituli. *Ite tollentes animal*. Scriptura non intendit insistere superfluis, & cùm Moyses tenuerit in annunciando ista populo formam, quam ei Deus mandauerat, non oportet hic enarrari qualiter Moyses ista populo enarrauerit, quia tunc esset bis ponere D idem in eisdem verbis. Refert ergo breuiter scriptura ea, quę Moyses dixit subticendo pleraque eorum, quę dixit, & quædam nouiter ponendo, quæ ei mandauerat Deus dicere, & non fuerunt supra posita. *Tollentes animal*. Non dicitur hic, quod animal istud fuerit, ex quo manifestum est, quòd non sic dixit Moyses, quia tunc non intellexissent Hebręi, de quo animali loqueretur, an de boue, vel capra, vel ariete, sed ipsi immolauerūt agnum, ergo manifestū est, ꝙ dixerit eis, ꝙ esset agnus, aut hædus pcipuè, qa Deus mādauerat ei explicare ita, vt supra positū est. Sed ponit hic animal, nihil vlterius explicando de qua specie esset, aut de conditionibus, quia ista ex superioribus dantur intelligi, vt narratio scripturæ breuior fiat. Et satis conuenienter E ponitur hic animal non determinando, quia de duabus speciebus assumi poterat, scilicet de agnis, aut hædis. *Ite tollentes animal.* Idest eatis, & tollatis animal, scilicet vt teneatis eum in domo die decima mensis, vt dicitur supra. In Hebræo dicitur. *Euntes accipite*. Idest ille, qui non habet gregem, emat agnum, aut hædum, qui autem habet gregem, accipiat de grege suo. *Per familias vestras.* Idest quælibet familia, scilicet domus tollat vnum agnum, intelligendo vt supra, si sufficiens est ad vescendum agnum, aliàs cōgregarentur de pluribus domibus. *Et immolate Phase.* Idest immolate sacrificium transitus, scilicet quòd immoletis illum agnum, cuius sanguis in postibus ponendus est, vt tran-

seat percussor. Etiam quia ipsi festinantes, & cum apparatu itineris comesturi erant. Non erat agnus ille Phase, sed vocatur Phase secundum prædicationem casualem, & non formalem, qua sæpe vtitur scriptura. Et iste modus tenetur in omnibus libris scripturę sacræ, vbi agitur de isto festo, quia semper vocatur agnus Phase, sic patet Deuter.16.ca. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum. idem modus tenetur in libris noui testamenti, quia iste agnus vocatur Pascha, sicut hic vocatur Phase, sic dicitur Matth.26. & Luc.23. Vbi vis, vt paremus tibi comedere Pascha? idest agnum paschalem, & ipse Christus, cùm loqueretur ad eos in cœna, ait: desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar, vt patet eisdem capitulis. Et nos etiam loquentes communiter dicimus Christum esse Pascha nostrum, vt patet in hymno Paschali vbi dicitur.

Iam Pascha nostrum Christus est.
Qui immolatus agnus est.

Fasciculumque Hyssopi. Istud exprimitur hic, quod ante non ponebatur, scilicet quid esset illud, quo sanguis agni immolati aspergi deberet. Et hoc etiam dixit Deus Moysi, sed nō fuit supra positum, nam Moyses nihil auderet dicere, nisi dominus illud dixisset, quia Deuter.18.cap. valde comminatur Deus illi Prophetę, qui aliquid dicit quod à Deo non accepit. Hyssopus apud nos signat herbam, ex qua fiunt cordæ, & vulgariter dicitur Esparto, sed in Hebræo ponitur quoddam nomen quod apud nos signat herbam, quę vulgariter vocatur Oregano, in hoc autem multum non refert, melius tamen dicitur Hyssopus, quàm Origanum, quia Hyssopus est propriè herba ad aspergendum aquam, vel aliquid aliud quando est sicca, & fracta plurima tunsione, & redacta in fila. Origanum autem non est huius conditionis: ideo videtur, quòd fortè est æquiuoca dictio, vel ipsi non propriè declarant illud vocabulum. Et suadetur ex hoc, quod 3. Reg. cap. 4. vbi ponitur magnitudo sapientiæ Salomonis, dicitur quòd Salomō disputauit super lignis à Cedro, quæ est in Libano vsque ad Hyssopum, quę egreditur de pariete, sed manifestum est, quòd non est Origanū de herbis, quę sponte nascuntur in pariete, sed in ortis per culturam: Hyssopus autem, idest sparto sponte nascitur, siue in parietibus, siue in agris. Item quia ibi vult textus innuere Hyssopum esse herbam, quasi minoris valoris, aut perfectionis inter omnes, cùm dicat, quòd Salomon disseruit à Cedro, quæ est in Libano vsque ad Hyssopum, quæ egreditur de pariete; quasi dicat, à maximo vsq; ad minimum. Sed manifestum est, quòd Hyssopus, si accipiatur pro Origano non est inter herbas imperfectissima, quia est herba boni odoris, & apta condimentis, & apparationibus carnium. Si autem accipiatur pro Esparto, verum est, quòd est imperfectissima, quia agri pleni sunt, & sine aliquo humano studio crescit, & nihil aliud proficit, nisi quia filositate sua, & extensione ad cordas faciendas assumitur. Oportet ergo accipere ibi in 3. Reg. cap.4. Hyssopum pro Esperto, & cùm hic ponatur eadem dictio in Hebræo, etiam signabit Sparto. De ista herba fiebat vnus fasciculus, secundum quòd in ecclesijs fit aspersorium aquę de Hyssopo. *Tingite in sanguine*. Immediate vt iugulabatur agnus aspergebatur sanguis facto isto fasciculo, nè sanguis relictus per aliquam moram gelidus, atque concretus redderetur, & postea nō posset aspergi. *Qui est in limine.* Non est intelligendum, quòd sanguis agni immolati staret in limine, quia cū sit fluxibilis, quasi aqua difflueret de limine quod est lignum transuersaliter positum in domus introitu, cui insident portæ, sed intelligendum, quòd ille sanguis recipiebatur in aliquo vase magno, scilicet pelui,

Hyssopus quæ herba sit.

aut

aut lintere, & ponebatur in limine domus, vt in eo ibidem posito tingi posset fasciculus ad liniendum postes, & superliminaria. *Aspergite ex eo.* Idest ex sanguine. *Superliminare.* Dicitur superliminare lignum directè oppositum liminari domus secundum situm, scilicet subtus, & supra: nam liminare, vt dictum est dicitur lignum transuersaliter iacens in introitu domus, cui insident duo cardines inferiores portarum: superliminare dicitur lignum iacens transuersaliter supereminenter in domus introitu, in quo coniunguntur duo cardines superiores portarum: hoc autem superliminare rubricari debebat sanguine agni. *Et vtrunque postem.* Dicuutur postes ligna duo erecta à cardinibus inferioribus vsque ad superiores, quibus inhærent latera portarum duarum: tingebantur autem postes, & superliminare, valuæ autem non aspergebantur: quare autem hoc fieret in vno, & non in alio, ratio nõ videtur, & fortè rationem ponere de omnibus non oportet, quia quædam sunt pure positiua, quæ non dependent à ratione determinante hoc magisque oppositum. Sicut si mandatur, quòd aliquis det siclum & dimidium pro aliqua re, nõ est maior causa quare det siclum & dimidiũ ex præcepto, quàm quòd det duos: sicut patet Num. 3. cap. mandatur ibi, quòd loco cuiusslibet primogeniti, qui redimitur, accipiantur quinque sicli, sed non est maior causa, quare det quinque, quàm tres, vel sex: de hoc modo legis positiuę diximus magis Leui. vlt. cap. Si autem aliqua ratio potest assignari, ista videtur, scilicet quòd ille sanguis ponebatur vt signum, quia dicitur infra: cumq; viderit sanguinem. ad hoc autem quòd videatur melius ponitur in postibus, & superliminari quàm in valuis, quia valuæ sunt volubiles, & cùm aperiuntur, à transeuntibus non videtur sanguis earum; postes autem, & superliminare immobiles sunt, ideo qũocunque valuę se habeant, semper videbitur sanguis superliminari, & postibus illitus. *Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane.*

Quæst. 47. Quare hoc mandatum est? Respondetur, quòd propter Angelum percutientem, quia fortè apparebant illa nocte terribiles visiones ambulante per vicos Angelo exterminatore, & Iudæi territi fuissent si talia vidissent. Vel fortè quia Deus mandauerat exterminatori, vt omne primogenitum in calle repertum, aut in domibus non aspersis sanguine occideret; ideo si percussor inueniret aliquem de Hebræis, qui primogenitus esset extra domum, occideret eum. Ista obseruatio solum data fuit pro prima celebratione agni paschalis, quæ facta est in Aegypto. In alijs autem non factum fuit hoc, quia non subsistebat eadem causa: nã vt dictum est, Hebræi non exiuerunt domos suas illa noctę in Aegypto, quia tunc Angelus exterminator transibat per vicos: postea autem, cùm in terra promissionis celebrata fuit ista solẽnitas, non ambulabat Angelus percutiens per vicos. De sanguine autem qui ponebatur in portis, dicendum est, quòd non eadem ratione positus fuit in prima immolatione in Aegypto, & in cœteris postea in terra promissionis, quia in Aegypto positus fuit, vt Deus videret sanguinem, & non sineret Angelum percutiẽtem ingredi domos Hebræorum, in cœteris autem immolationibus factis in Terra Chanaan sanguis illitus postibus non ponebatur, vt Angelus videns recederet à domo illa, sed vt signaretur, quòd in prima immolatione Aegypti positus fuit ille sanguis, & liberati fuerunt Israelitæ ab Angelo percussore. *Transibit autem dominus percutiens Aegyptios.* Idest Angelus à Deo missus transibit per omnes vicos locorum ad percutiendum in qualibet domo Aegyptiorum. *Cumque viderit sanguinem.* Humano loquitur more: quasi dicat, quòd tunc Deus recordaretur pacti sui, cùm videret sanguinem in portis, quia illud signum inter eum & Hebręos conuentum fuerat. Est sensus, quòd Deus volebat saluare Iudæos ab exterminatore, & ad hoc dedit eis signum de sanguine illito portis, vt per hoc intelligeretur saltem implicitè, quòd per sanguinem, & mortem Messiæ saluandi erant. Cùm ergo Deus sciret Hebręos compleuisse mandatum eius de rubricando sanguine portas, tanquam obseruatores mandati saluabat eos. *Transcendet ostium.* Quia quando aliquod ostium sanguine tinctum non erat, intrabat Angelus in illud, & percutiebat primogenita intus existentia: domos autem Hebræorum transcendebat, idest transibat, quia non intrabat ad eas. *Et non sinet percussorem ingredi domos vestras.* Idest Angelum illum, qui percutiebat. Ingrediebatur verissime ille Angelus in domos Aegyptiorum, quia Angelus cum sit finitæ essentiæ, & virtutis non potest vbique agere, sed in loco determinato, cùm ergo percutere vellet primogenita Aegyptiorum, quæ erant intra domos, intrabat domos eorum.

An Angelus percutiens Aegyptios fuerit bonus, vel malus. Quæst. 48. Omnes creaturę, et irrationales sunt executiuæ diuinæ iustitiæ.

Circa hoc quæritur, an iste Angelus percussor, qui hic ponitur, fuerit malus Angelus, an bonus. Respondetur, quòd omnes creaturæ sunt executrices diuinæ iustitiæ in ipsos malos, aut purgatiuæ quantum ad ipsos bonos, sicut ipsi Deo ordinare placet; ignis namque gehennæ diuinæ iustitiæ organum est, malos in æternum affligens. Ignis etiam alius purgatorius ponitur, qui secundum diuinam iustitiam in bonis nondum perfectè bonis omnem prorsus manentem saltem paruæ fœditatis rubiginem tollit, & purgat. Aliæ etiam irrationales creaturæ interdum in malos puniẽdos diuina iustitia exigente exardescunt: sic dicitur Sapientiæ 5. cap. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit pro illo orbe terrarum contra insensatos. Sicut ergo cunctæ irrationales creaturę ad nutum Dei seruiunt in puniendo malos, & purgando bonos: quantomagis angelica natura, quæ rationalis est, & ponitur propriè ministratiua Dei: quia vt ait Daniel cap. 7. quidam de Angelis ministrant, quidam assistunt; quia millia millium ministrabant, & decies centena milia assistebant ei. & Apostolus ad Hebr. 1. cap. vocat Angelos spiritus administratorios: ab hac autẽ assistentia, & ministratione dæmones pro sua indignitate sũt expulsi: sed nec propter hoc totaliter Deo ministrare desierunt: nam sicut in magna patrisfamilias domo quædam sunt vasa aurea, & argentea, quædam lignea, & fictilia, quædam in honorem, & quædam in contumeliam, vt ait Apostolus 2. ad Timo. 2. cap. ita quidam sunt ministri Dei secũdum honorem, & quidam secundum contumeliam: dæmones autem, qui ministri Dei secundum honorem esse potuerant, sua indignitate vasa iræ, & ministri in contumeliam facti sunt: ideo & si dæmon non ministret Deo nunc eo modo quo ministrasset, si mansisset, aliquo tamen modo ministrat, & sic tam dęmones, quàm boni Angeli Dei ministri sunt. Inflictio autem pœnarum quędam diuinæ iustitiæ ministratio est: ideo non est dubium, siue per bonos Angelos, siue per malos potuisse effici, & hoc sacra scriptura in plerisque locis insinuat tam dęmones, quàm bonos Angelos Deo ministrare puniendo aliquos. Sed aliqui fortè iudicabunt ista debere fieri secundum quandam conuenientiam, scilicet quòd mali Angeli dentur in punitionem malorum, & boni in punitionem bonorum, cùm eos interdum puniri conueniat, vt boni non puniantur à malis Angelis, quos sępe vicerunt, & ne ipsi dęmones glorientur in bonorum punitionibus, quas exercent. Ad hoc autem dicendum quòd bonorum, & malorum punitio consideratur dupliciter, quia aut dum viuunt,

Dæmones vt sũt Dei ministri.

An boni p bonos, mali p malos Angelos torqueãt.

viuunt, aut post mortem. Si autem considerentur post mortem verum est: quia mali in inferno à Dæmonibus solis cruciantur, nec aliquis de bonis angelis illuc ad cruciandum quendam vadit. Etiam boni post mortem in purgatorio non torquentur à malis angelis: nec permittuntur dæmones videre tormenta bonorum, nè de eis aliqualiter gaudeant, & iam iniustum erat, quòd boni punirentur à malis angelis, quia consummata victoria non debet victor subijci victo. Nec rursus puniuntur boni in purgatorio à bonis angelis, quia cum iam illi, qui in purgatorio sunt, sint certi ciues ciuitatis Dei, & conciues angelorum sanctorum: non est iustum, quòd ab illis puniantur, cùm quibus post paululum exultaturi sunt: sed potius ipsi angeli boni ex Dei voluntate aliquando veniunt ad eos, qui purgatorio igne affliguntur, & consolantur eos tolerabiliora cruciamina facientes. Et reuelant eis aliqua de bonis, quæ fiunt in hoc seculo pro eis, vt inde citius liberentur: reuelant etiam prosperitates suorum saltem in virtutibus, quos in seculo dilexerunt, ex quo consolantur cùm eos desiderent saluos fieri. Ignis autem ille purgatorius nullo angelo bono, vel malo accendente ardet, sed diuina iustitia nutriente, & affligente per illum vnumquemq; secundum q promeruit. Si autem considerentur pœnarum inflictiones factæ ab angelis in vita ista, commutantur: quia interdum boni angeli puniunt bonos, & interdum malos, & mali angeli interdum bonos, & aliquando malos, vt ait Dionysius quarto capitulo libri de diuinis nominibus. Ratio autem diuersitatis est, quia homines licèt ab æterno præordinati sint à Deo, qui quosdam ex pura misericordiia elegit ad vitam æternam, & quosdam ex propria malitia damnandos prescciuit: tamen secundum se quandiu viuunt sunt in potentia ad vtrunque. Nullus homo est, qui quandiu viuit, non sit in potentia, vt damnetur, vel vt saluetur: & sic secundum se indifferens est ad ciuitatem Dei, vel ad ciuitatem diaboli: ideo conueniens est, vt aliquando ab angelis ciuitatis Dei, idest à bonis: interdum autem ab angelis ciuitatis nequam, idest à dæmonibus flagelletur. Per mortem autem determinatur homo ad sortem alicuius ciuitatis, quàm in æternum permutare non potest. Mali ergo per mortem ciuitati diaboli associati ab angelis bonis puniri non debent, sed ab ipsis malis. Boni autem, qui in purgatorio igne cruciantur, cùm certissimè pertineant ad ciuitatem Dei, non debent permitti puniri à malis angelis, nè in hoc lætentur ex summa inuidia, quam habent: esset enim hoc magnus dolor bonis, & magnum dedecus, vt cùm certam victoriam de dæmonibus obtinuissent, rursus eis puniendi subijcerentur: hoc autem in via non erat dedecus, quia licèt interdum boni angelos malos vincerent: tamen perfecta victoria dependebat ex futuro euentu, scilicet ex vltimo triumpho apud mortem: ideo boni tanquam incerti non arbitrarentur sibi ad contumeliam puniri à malis angelis, sed cum post mortem certissimam victoriam obtinuerint, dedecus magnum esset rursus ei subijci. Par ratio est bonos angelos non punire malos post mortem, quia boni angeli quæcunque faciunt ad bonum faciunt, & principaliter puniunt, vt ad bonum reducant, quàm vt totaliter lædant: illi aũt qui in inferno puniendi deputati sunt, non puniuntur iam per modum correptionis, vt quoquo modo meliores fiant, sed puniuntur per modum vindictæ: ideo non conuenit eis talis pœnarum illatio. Nec valet si arguas, quòd angeli boni euerterunt Sodomam, & alias tres ciuitates, vbi erant viri pessimi, & peccatores coram domino, vt patet Genesis decimo octauo. Et omnes perierunt damnati morte æterna. Ad hoc dicendum, quòd vtrum Sodomitæ omnes morte æterna perierint, non constat, licèt aliqualis præsumptio est omnes eos Tartareis sedibus collocatos, vt aliqualiter suadetur ex his, quæ diximus Genesis decimonono capitulo: dato tamen, quòd omnes morte æterna perijssent, tamen vt supra diximus nullus eorum, vel quoruncunque aliorum esse poterat, qui dum puniretur non contereretur de malo, & efficeretur dignus vita æterna: ideo quantum ad hoc poterat esse angelorum punitio ad corrigendũ magis quàm ad æternaliter cruciandum. Angeli ergo boni aliquando bonos viuentes aliquando malos affligunt: quòd autem bonos affligant patet de illo angelo, qui percussit septuaginta millia virorum in Israel propter numerationem facta à Dauid, vt patet secundo Regum, vltimo capitulo: illi tamen erant viri boni, quia ipse Dauid vocauit eos oues, & innocentes, cùm dixit ad Deum: Ego sum, qui peccaui: ego sum, qui iniquè egi, isti oues sunt, quid fecerunt? quasi dicat, nihil, vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Quod autem ille fuerit angelus bonus apparet aliqualiter ex litera, quæ vocat eum angelum domini: Dæmones autem non consueuerunt vocari angeli domini, sed angeli mali, vel angeli simpliciter. Etiam quia Dauid locutus fuit illi angelo cum magna reuerentia, vt quidam volunt. Sed non est verum, quia nihil ibi Dauid angelo locutus fuit, sed soli Deo cum dixit litera: Dixit autem Dauid ad dominum, cùm vidisset angelum: ego sum, qui peccaui & cęt. patet tamen magis, quia Dauid fecit altare in illo loco, in quo vidit angelum, vt habetur secundo Regum vltimo capitulo, quod non fecisset si ille angelus malus fuisset: licèt hoc satis calumniabile est. Quod autem boni angeli interdum malos homines viuentes crucient, patet in euersione Sodomorum, quòd Sodomitæ viri pessimi erant, & peccatores coram domino: tamen angeli, qui subuerterunt quatuor ciuitates illas, boni erant, quod patet Genesis decimo octauo, & decimonono capitulo, quòd duo illorum venerunt in Sodomam ad destruendum eam, & Abraham associatus fuit eis, si tamen isti fuissent angeli mali, non misisset eos Deus ad Abraham. Etiam non loqueretur cum eis humilians se tantum, vt patet Genesis capitulo decimo octauo. Item quia licèt mali angeli interdum ponantur ad puniendum, nunquam tamen mittuntur ad liberandum aliquę, quia cùm sint inuidi nollent facere nobis bonum. Est ergo hoc angelorum bonorum officium: sed vt patet Genesis decimonono capitulo, illi angeli subuerterunt Sodomam, & liberauerunt Loth cum vxore, & filiabus suis. Nec vlaet in hoc dictum Hebræorum, qui voluerunt vnum de illis duobus angelis missum fuisse ad liberandum Loth, & alius ad subuertendum Sodomam, quia vt declarauimus Genesis decimonono capitulo, & firmiter probauimus, ambo angeli liberauerunt Loth, & ambo subuerterunt Sodomam. Angeli mali interdum bonos cruciant, & interdum malos: bonos autem pœnas infligendo, & passiones concitando: sunt enim dæmones incentores ad malum, quia inuidia sua laborant nos ad malum pertrahere. Et ob hoc aliquando excitant nostram vim concupiscibilem ad libidinem valde inflammando: interdum irascibilem faciendo sanguinem feruere circa cor: aliquando autem phantasmata permutant, vt mala cogitemus secundum quòd latè declarauimus supra septimo capitulo, vbi de potestate dæmonum, & bonorum angelorum diximus: iste autem actus nequaquam conuenit

Quomodo animæ in purgatorio existentes cõsolãtur ab angelis.

Homines dum viuũt interdum à bonis, & interdum à malis angelis puniuntur.

An ex Sodomitis ali qui saluati fuerunt.

Angeli Sodomã subuertentes boni fuerunt.

Angeli mali interdũ bonos, & interdum malos cruciant.

nit Angelis bonis, quia iste est actus tentandi, licèt per accidens sit materia virtutis, tamen directè tendit ad subuersionem nostram; ideo angeli boni non faciunt in bonis hominibus, vel malis, quia nemini dant vllam offensionem, idest peccandi occasionem. Nec est idem de pœnarum inflictione, quia pœnæ directè tendunt in bonum, scilicet in correctionem, cũ sint quædam medicinæ, vt ait Phylosophus in 2. Ethi. cùm dicit: Demonstrant autem pœnę per hoc factæ: medicinæ enim pœnæ quædam sunt, natę fieri p contraria. Sicut ergo medelæ, quæ in corporibus pœnales sunt, dantur ad sanandum morbos animorũ, sic enim faciunt legislatores, & iudices in rectis policijs: quantomagis Deus, & angeli, q ordinatius agunt? Pœna ergo ad malum nunquam est, nisi aliquis per malam voluntatem abutatur earideo pœnarum inflictiones conueniunt angelis bonis, & non tentationes: nunquam ergo angelus bonus quenquam ad iram, aut libidinẽ mouit: sed angelus malus cupiens euertere nos tentat quotidie, permissus tamen à Deo. Deus etiam nunquam tentat aliquem, vt patet Iacobi, cap. 1. cùm dicit: Nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentor: Deus enim tentator malorum non est, ipse enim neminem tentat: vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Et idem dicit Apostolus prima Corin. 10. ca. Fidelis est Deus, qui non p̃mittet vos tentari vltra id quod potestis, sed faciet tentatio cum profectu. Non dixit enim, quòd Deus non tentabat nos vltra id, quod poteramus, quasi ex opposito concederet, quòd Deus tentabat nos quantũ poteramus, sed dicit, quòd Deus non permittit nos tentari vltra id quod possumus: quasi dicat, solùm permittit nos tentari iuxta id, quod possumus. Et sic ipse nullo modo tentat, nec vltra id quod possumus, nec citra illud. Aliæ sunt pœnalitates, quæ dantur bonis interdum propter aliqua peccata parua, quæ egerunt, vt purgentur, vel vt ab alijs maioribus caueant, vel vt appareat eorum tollerantia. Et istæ pœnæ per malos angelos infliguntur, vt patet de Iob, qui à malo angelo punitus fuit, scilicet filij sui occisi, & filię, & omnia alia destructa, ipse quoque ad vltimum in corpore vulneratus, vel potius vlceratus, vt patet Iob. c. 1. cùm dicit; Quadam autem die, cùm venissent filij Dei, vt assisterent coram domino, affuit etiam inter eos Satan: & postea dixit dominus ad Satan: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd nõ sit similis ei in terra simplex, & rectus ac timens Dominum, & recedens à malo? Et postea subditur, quòd Deus dederit potestatem Satanæ, vt percuteret bona Iob: deinde percussis omnibus, adhuc contendente Satana, Deus dedit ei potestatem percutiendi ipsum Iob, & percussit à planta pedis vsque ad verticem ipsum Iob vlcere pessimo. Nicolaus etiam dicit, quòd angelus malus infligebat pœnas Beato Paulo, vt patet secundæ ad Corinthios decimosecundo capitulo, vbi dicitur: Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me collaphizet. De hoc tamen dicendum, quòd aut intelligitur, quòd angelus malus inflixerit aliquas corporales punitiones Beato Paulo, sicut inflixit Beato Iob, aut Beato Antonio, quem multi dęmones frequẽter laniabant, & percutiebant baculis, vt patet in vitis patrum: aut accipitur punitio Satanæ pro quadam tentatione ad libidinẽ. Accipiendo isto secundo modo verum est, scilicet quòd Paulus terribiliter cruciabatur à concupiscentia venereorum actuum intantum, quòd ipse exclamaret: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? vt patet ad Rom. 7. capitulo. Et hoc non erat speciale in Paulo, quia non solum in eo, sed etiam in omnibus nobis est, quia grauissime à dæmone affligimur, & tentamur. Si autem accipiatur secundo modo, scilicet quòd Paulus à dæmone corporaliter afflictus fuisset, falsum est, quia nullo modo tetigit dæmon Beatum Paulum. Et sic litera sonat, quòd non vult eum à dæmone cruciatum, sed à concupiscentia carnali: nam dicitur, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ: stimulum enim carnis suæ dixit sibi datum ad cruciatum, & non dæmonem. Et si dicatur, quòd dicitur ibi angelus Satanæ: non valet, quia non vult dicere, quòd angelus Satanæ, idest diabolus ei ad torturam datus sit, sed quòd Angelus Satanæ erat stimulus carnis suę. Et sic innuitur, quia angelus Satanæ ponitur aperte post tanquam p̃dicamentum, quod identificatur cum priori. i. stimulus carnis meæ angelus Satanæ, idest stimulus carnis meæ est mihi angelus Satanæ, idest missus à Satana, scilicet quòd Satanas mittebat sibi illum stimulum carnis. Et hoc vult Augustinus in libro contra Faustum, & in libro de verbis domini, scilicet quòd ille stimulus carnis à Deo ei datus est, & à Satana: à Deo autem, vt virtus sua probatior redderetur: à Satana autem, vt ad mala inclinatus redderetur, & malus efficeretur. Angeli autem mali interdum malos cruciant, vt patet de Saule, de quo dicitur primo Regum decimosexto capitulo, quòd spiritus domini recessit à Saule, & exagitabat eum spiritus nequam à domino: idest spiritus malus per mandatum Dei torquebat eum, & sic patet ex verbis seruorum eius: dixerunt enim: Ecce spiritus Dei malus exagitat te, iubeat dominus noster rex, & serui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus Dei malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ideo subiungitur postea de Dauid, quòd quandocunque Spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid cytharam, & pulsabat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Aliquando etiam spiritus mali, idest dæmones inuadunt malos propter aliqua peccata, qui vocantur arrepticij, de quibus frequentissimè in euangelijs, quia multos eorum Christus sanabat. Vnde dixerunt Pharisęi, quòd Christus in virtute Beelzebub dæmonia à corporibus expellebat; vt patet Lucæ vndecimo, & Matthei decimoseptimo: dicitur de illo arrepticio, quem non potuerunt sanare Apostoli, qui ignibus se iactabat, & in aquam frequenter, de quo dixit Christus, quòd hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio. Etiam de illo homine in quo erat dæmonum vna legio, idest sex millia sexcenti, sexaginta-sex, & missus fuit in agmen porcorum, vt patet Marci quinto capitulo. Aliquando etiam dæmon cruciat malos ex mandato sanctorum, vt illi per hoc purgentur. Ipse autem dęmon intendit eos non purgare, sed ad malum inducere, vel occidere, vt patet in Ecclesia primitiua, quando aliquis excommunicabatur, quia tradebatur Satanæ ad cruciandum, vt per illum cruciatum lueret pœnam meritam, & sic saluaretur in die Iudicij, vel in die mortis suæ; sic patet primæ ad Corinth. cap. quinto, de illo quem Apostolus tradidit Satanæ puniendum, quia cum nouerca sua coibat tenendo eam in vxorem, cùm dicitur: Omnino auditur iter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec iter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat: & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de vobis, qui hoc opus fecit: ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui, vt prius eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & spiritu meo cum virtute domini Iesu, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

Angeli mali sunt, qui homines tentant.

Angeli mali interdum malos cruciant.

Dæmones ob varia homines inuadunt.

An Angelus malus pœnas inflixerit D. Paulo.

Satis

Satis ergo videtur dicendum, quòd ille Angelus immo illi angeli, q̃ percusserunt Aegyptios, quia vt supra 11. ca. declarauimus, multi erant, videtur q̃ fuerit spiritus malus: magis enim sic consonat litera, quàm si ponatur, q̃ fuerit bonus angelus: quoniam Ps. 77. dicitur loquendo de plagis Aegyptiorum. Misit in eos irã suam immissiones per angelos malos: hoc autem aliqualiter suadet, non tamen necessario probat, quia ex hoc videtur, q̃ aliquæ plagę inflictę sint Aegyptijs per angelos malos, sed q̃ omnes inflictæ sint per angelos malos, non patet, quia potuerunt aliquę à bonis, & aliq̃ à malis infligi, vel si plures earum à malis illatę sunt, q̃ ista de percussiõe primogenitorum illata fuerit per malos, non concluditur ex hoc: vt dixi, tamen magis videtur consonare, q̃ mali angeli fuerunt, cùm psal. dicat: immissiones per angelos malos. Item, quia qñ scriptura vult nominare aliquem spiritum, dicit cum angelum Dei, vel spiritum Dei, & sic de similib̃, sicut sæpe patet in scriptura: sic enim dicitur 2. Reg. 24. ca. quòd ille angelus, qui percussit de populo septuaginta millia, erat angelus domini, & omnes doctores vocãt eum spiritum bonum. Iste autem percussor filiorum Aegyptiorum, non vocatur angelus domini: immo nec angelus, sed exterminator, vel percussor quod solùm sonat in pœnam. Etiam quia dicitur in litera. *Non sinet ingredi percussorem.* Quasi dicat, quòd ipse percussor libenter intrasset, si permitteretur: sed hoc non pertinet ad bonos angelos, qui libentius nobis remittunt, quàm puniant, & ipsi defensores nostri sunt, & dicuntur postulare pro nobis, cùm labimur aut punimur, vt patet Matth. 23. cap. Angeli pacis amare flebunt. & Apostolus ad Rom. 8. cùm dicitur, similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Custodi verbum istud.* Idest totum istud mandatum, quod tibi do de immolatione agni Paschalis, & obseruatione azymorum. *Legitimum tibi, & filijs tuis.* Quia Deus volebat non solum custodiri Pascha pro tunc, sed etiam in futuras generationes: ideo ponebatur mandatum illud in lege. *Vsque in æternum.* Idest in multa tempora: supra exponitum est: manifestum enim est, q̃ istud nomen æternum, aut sempiternum non accipitur in propria vi, quoniam etiam ipsi Iudęi confitentur hoc. Et patet Deuter. 16. cap. vbi dicitur, q̃ Phase non debebat immolari in qualibet vrbe, sed solùm in ciuitate, quam Deus elegisset ad ponẽdum ibi tabernaculum suum: cùm ergo essent extra terram Chanaan non poterant immolare Phase, & sic non erat sempiternum mandatum. *Cunque introieritis terram, quàm dominus Deus daturus est vobis.*

Ex hoc patet, quòd in deserto non obligabantur seruare istam immolationem Phase, aut azymorum ritum. Et si dicas contra, quia Num. 9. capit. dicitur quòd Iudęi fecerunt in deserto Phase, secundum omnes cœremonias Phase, quod fecerant in Aegypto. Respondetur, q̃ nunquam in quadraginta annis, quibus morati sunt filij Israel in deserto, vt habetur Deu. 8. cap. fecerunt aliquod Phase: nisi illud, quod celebrauerunt secundo anno exitus de Aegypto in monte Sinaì, vt dicitur Num. 9. cap. Et hoc quia tunc non mouebantur per diuersas partes deserti, sicut ante & post moti sunt: nam in monte Sinaì mansit populus Israel quasi per annum, quia mense tertio anni, quo egressi sunt de Aegypto, venerunt in monte Sinaì, vt patet in fra 19. capit. Et hoc in primo die mensis tertij: deinde anno secundo egressionis de Aegypto mense secũdo die vigesimo mensis recesserunt de monte Sinaì, vt patet Num. 10. capit. deficiebant ergo decem dies ad completionem vnius anni, quo stetissent filij Israel in monte Sinaì: ideo erant ibi quasi habitatores, & non tanquam peregrini. Etiam quia ibi erãt prope terram Madian, de qua erat Ietro cognatus Moysi, & habere poterant omnia necessaria ad celebritatem Paschatis. In alijs autem mansionibus mouebãtur per desertum Pharan terram inhabitatam, & sine vlla qete, vt nunc huc, & nunc illuc mouerentur. Etiam dicẽdum q̃ illa celebratio Paschalis facta in monte Sinaì non fuit facta ex viribus huius mandati, sed ex mandato speciali, quia Nu. 9. cap. dixit Deus ad Moysen in deserto Sinaì anno secũdo postquam egressi sunt de terra Aegypti mẽse primo dicens: Faciant filij Israel Phase tempore suo quartodecimo die mẽsis huius ad vesperum iuxta oẽs ceremonias, & iustificationes eius. *Vt pollicitus est.* Idest sicut promisit: istud additur, quia dicere posset aliquis de Hebræis: ad quid das nobis legem pro tempore, quo steterimus in Terra Chanaan, quia nõdum terram illam attigimus, nec scimus vtrum aliquis nostrum ema visurus sit, & sic inane præceptum est? Respondet Moyses tacitè, quòd certum est aliquos de eis illuc ituros, quia Deus promisit illam terram dare eis, ergo certum est, quòd dabit, & aliqui eam attingent, quoniam verbũ domini inuariabile est, vt patet Matth. 24. capit. Cœlum & Terra transibunt, verba autem mea transient. *Obseruabitis cœremonias istas.* Cœremoniæ dicuntur quædã obseruationes, vel modi speciales colendi Deum, qui non sunt de se determinati à recta ratione, sed ex solo mandato Dei, vel legislatoris, & istud adhuc proprius importatur per nomen positum hic in Hebræo, quàm in litera nostra. *Et cum dixerint vobis filij vestri.* Hic ponit Deus rationem quare faciant Iudæi istas cœremonias. Et notandum quòd ista est ratio declarans, quare Deus aliquid mandauerit facere Hebræis, sed quia magis hoc, quàm illud non datur causa, sed sola voluntas ferentis legem. Et ponit Deus responsionem, quam dare deberent filijs suis interrogaturis in posterum de hac obseruatione. Et magis posuit Deus hoc in huiusmodi præceptis, quàm in alijs, quia ista cęremonialia, cùm non insurgant ex determinatione rationis, qñ ab aliquibus videntur obseruari, apparẽt eis mirabilia, donec constet eis de motione eius, qui mandauit, vel cur introducta sunt. Non est sic dubium de præceptis moralibus, quę ponuntur in decalogo, quia: Non occidere: Non fornicari: Parentes honorare, etiam euidentem rationem habent de se: ideo nullus de eis inquirit, quare imposita sint, cùm & ipsæ Gentes, quæ legem non habent, naturaliter faciunt ea, quæ legis sunt, conscientia dictante illis, vt patet ad Rom. 2. cap. De his ergo cœremonialibus, quia sciebat Deus interrogaturos posteros Israelitarum, reddidit rationẽ, quam ipsi dare possent. Idem ponit de redemptione primogenitorum, vt patet sequenti capitulo, & generaliter de omnibus alijs cœremonijs, & iudicijs, vt patet Deuter. 6. ca. *Quæ est ista religio?* Idest, quæ cęremoniæ sunt istę, quas obseruatis? non quærunt principaliter de quid est, quia ipsi bene norunt quid est, sed de causa, scilicet quare introductæ sunt: dicitur enim religio aliquis modus specialis colendi Deum, siue verũ, siue falsos Deos: vocaturque religio à religando, quia religant se homines illi mõ viuendi, & colendi Deũ. *Victima transitus Domini est.* Idest istud est sacrificium factum in memoriam trãsitus domini, scilicet cũ Deus percutiens primogenita Aegyptiorum transcẽdebat domos nostras nihil nocens, sicut infra declaratur. *Quando transiuit super domos filiorum Israel.* Angelus erat, qui transibat, & dicitur trãsire super domos, quasi notetur, q̃ angelus volitaret per aera super domos, & descenderet in domum, cùm percutere vellet, & rurius in alterã. *Percutiens Aegyptios.* Idest primogenita Aegyptiorum

Angeli Aegyptios pœnientes mali fuerunt.

Quæst. 49 An Iudęi i deserto obligabãtur seruare istam Phase.

Religio q̃ sit & vnde dicatur.

ptiorum tam in iumentis, quàm in hominibus. *Et domos nostras liberans.* Idest nullum occidens in domibus nostris, quia vt dicitur supra præcedenti capitulo. Apud filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus. *Incuruatusq; est populus.* Idest seniores, qui soli vocati fuerant ad audiendum mandatum domini, sed ipsi sunt populus, quia reliqua multitudo includitur virtualiter in senioribus, qui sunt maioris auctoritatis: fuerũt autem incuruati regratiantes Deo pro tanto beneficio, quod eis promittebat. *Et adorauit.* Vocatur hæc adoratio extensiõ manuum ad Deum. Sic dicitur ps. 143. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, idest ita sit obsecro adoratio Dei, quàm ego facio eleuando manus Deo acceptabilis, sicut sacrificiũ, quod fiebat in vespere quolibet die. Adoratio autem secundum se est quidam cultus, quem anima deuota Deo exhibet in seipsa per fidem, & caritatem: sic dicitur, Ioan. 4. cap. Deus spiritus est, & eos qui eum adorant, oportet in spiritu adorare. & Augustinus in Enchiridion ait: fide, & spe colitur Deus. Adoratio tamẽ prout apparet in signo exteriori dicitur quidam situs, vel depressio partium corporis curuando corpus, & extendendo manus in signum interioris adorationis: sic enim ait Apostolus ad Timot. 2. cap. 2. tendentes puras manus ad Deum sine crimine: si autem ista corporis habitudo non correspondeat interiori motui affectionis in Deum, non est adoratio, sed vera irrisio. *Et egressi filij Israel.* Hoc potest referri ad seniores, & est sensus, quòd illi egressi sunt, scilicet à loco, in quo steterant cum Moyse & Aaron audientes mandatũ dñi. Et tunc inceperunt facere quod mandatum fuerat. Si autem referãt ad populum, est sensus, quòd filij Israel, idest totus populus audientes ista à senioribus incepit quærere agnos ad immolandum, & dicuntur egredi non quòd egrederẽtur de loco suo ad alium, sed quia mos scripturę est dicere de aliquo, quando nihil faciebat, & postea aliquid facit quod egreditur, idest exit in actum, idest exit à vacatione in occupationem: sic dicitur supra 2. capit. Egressus est post hęc vir de domo Leui, & accepit vxorem, ad accipiendum autem vxorem non oportebat eum egredi aliquo modo, maximè quia tunc non accepit eam nouiter, vt ibidem probatum est, sed dicitur egredi, quia ante non accedebat ad vxorem suam, & tunc incepit accedere ad eam. *Fecerunt sicut præceperat Dominus.* Scilicet inquirendo agnum, vel hædum die decima mensis, & immolantes die quartadecima ad vesperam. *Moysi & Aaron.* Non mandauit Deus ista Moysi & Aaron, quia soli Moysi loquebatur, vt sæpe dictum fuit supra, sed dicitur mandauisse Moysi & Aaron, quia Moysi Deus ista reuelauit, & mandauit ei vt ipse cum Aarõ starent cũ senioribus Israel, & declararẽt eis præceptum domini,

Conuenientissima allegoria agni Paschalis Messiæ mortem, & Eucharistiæ sacramentum euidentissimè repræsentantur.

Nunc autem quia cœremonias agni Paschali literaliter exposuimus, vt in principio huius capituli proposuimus, sensum allegoricum, siue tropologicum breuiter substringamus, non quidem eo ordine, quo literam exposuimus particulatim sensus eliciendo, sed sumatim quid contineat enunciando: nam sicut ille agnus à Iudæis immolatus erat agnus Typicus, & Pascha vmbratile: ita Christus erat agnus verus, & verum Pascha: sic dicitur prima ad Corinth. quinto capitulo. Pascha nostrum immolatus est Christus. Agnus à Iudæis immolatur, quia Christus ab eisdem patitur. Tota eum multitudo filiorum Israel immolat, quia omnes coram Pilato petierunt, vt eum crucifigeret, vt patet Matth. 27. cap. Ad vesperam, idest ad solis occasum immolatur, vt patet Deuter. 16. ca. quia Christus aduesperascente mundo, & in vltimis diebus passus est: nam Isaia 2. capitu. & Michæas in quarto, dies Messiæ dies nouissimos vocant, cùm dicitur; Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: venite ascendam in montem Domini, & cœtera. Quæ omnia de Christo, idest de Messia debere intelligi tam Christianorum, quàm Iudæorum testatur assertio. Sanguis agni in vtroque poste linitur, cùm memoria Passionis Christi in corde per fidem, & ore per confessionem imprimitur, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Tunc autem super liminare sanguine agni rubricatur, cùm cor nostrum ad spem cœlestium per merita Passionis Christi eleuatur, quia spes est certa expectatio futuræ fœlicitatis, ex meritis Christi principaliter proueniens. Sanguis postibus illitus ab exterminatore liberat, quia omnes qui Christi meritis non saluantur, mors æterna condemnat. Istud animal quod immolabatur agnus esse debebat, quia Christi, qui vt agnus pius erat, & cunctis sine quærela, typum preferebat: dicitur namque de eo Isa. 53. cap. Sicut ouis ad occisionem ducetur. Et tanquam agnus coram tondente obmutescet, & non aperiet os suum. Aliquando etiam hædus accipi poterat, quia fœtorem carnis, siue Christi carnem signabat, quæ licèt mundissima esset, venit tamen in similitudinem carnis peccati, vt patet ad Rom. 8. cap. vel signat, quòd Christus tanquam abominabilis, & vilis alijs habitus est, sicut enim ipse de se clamat: Ego vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis psal. 21. Et alibi, Super me mouerunt caput suum omnes, qui sedebant in portis. de hoc etiam Isai. cap. 53. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatũ. & ante hoc: non est ei species, nec decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Dicitur autem iste agnus anniculus, quia si maior esset, aries dicitur, qui robore suo premit cœterum ouium gregem, quod Christo non cõueniebat, quia in humilitate passus est, & non in robore: ideo dicitur obmutuisse in passione tanquam agnus, aries autem cum tondetur, aut occiditur, non subticet. Dicitur immaculatus, quia Christus mortuus pro nobis, & relinquens exemplum vestigia eius insequendi, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, vt patet 1. Petri. cap. 2. nam cum malediceretur non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur. Sicut agnus iste Christi veri tipum gerit, ita eius comestio Eucharistiæ noui testamenti designat sumptionem. Carnes agni nocte comeduntur, quia corpus Christi in huius vitæ tenebrosa nocte, & luctuosis calamitatibus tanquam mentium infirmarum verum atque perfectum solamen accipitur: sic dicitur psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. De carnibus agni vsque mane nihil dimittitur, quia in mane, quod futurę vitæ principium est, Christum iam sacramentaliter non sumemus, sed delectabimur in eo vacantes, & videntes, quoniam ipse trãsiens pręcinget se, & ministrabit nobis in regno suo, vt patet Matth. Hic autem solum Christi corpus sacramentaliter sumimus, idq; viaticum dicitur, quia in via solum à nobis sic accipitur. Carnes agni comeduntur assę calore igneo, qa Christus pro nobis passus est ex amore nimio, quia propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, misit Deus vnigenitũ suũ, vt peccata nostra redi-

Quid sit adoratio.

Adorationi exteriori debet motus mẽtis correspondere

Quęst. 50.

Agnus immaculatus erat, quia Christum qui nullũ fecit peccatum preferebat.

redimeret, de quo Apostolus ad Gala. capit. quinto, quod ipse frequenter declarabat, cùm dicebat: cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt patet Ioan quarto capitulo. Carnes non crudas agni lex comedi iubet, quia vt ait Gregorius, carnes Christi crudas ille comedit, qui eum purum hominem esse intelligit. Coctæ aqua non comeduntur, quia ille eas coctas aqua comedere dicitur, qui misteria vnionis verbi cum natura assumpta per humanam sapientiam inquirere nititur. Carnes agni totaliter debent comedi, quia totus Christus cum omnibus, quæ nobis de eo catholicè proponuntur debet credi. Nihil autem de carnibus agni reijciendum est, quia de nullo articulo aut puncto fidei catholicæ, quòd falsus aut dubius sit à nobis putandum est, sed omnia accipere debemus, & credere captiuantes omnem intellectum nostrum, & aliorum in Christi obsequium, vt patet secundæ ad Corinthios capitulo primo. Siquid autem de carnibus agni in nocte manet, igne cremandum est, quia siquid de credibilibus pertinentibus ad Christum in hac tenebrosa nocte à nobis concipi, vt est, non potest, spiritus sancti igni relinquendum est, idest quòd ea quæ cognoscere non valuerimus, Dei iudicio relinquamus, nè cogamur euanescere in cogitationibus nostris, cum pręceptum sit: Altiora te ne quæsieris, & maiora te ne præscrutatus fueris, vt patet Ecclesiastici capitulo tertio. Et Prouerbiorum vigesimoquinto capitulo. Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria; præcipuè, quia deficiunt scrutantes scrutinio, & cum accedit homo ad cor altum, tunc exaltatur Deus, vt patet psalmo sexagesimotertio. De carnibus agni alienigena nullus comedit, quia corpus Christi nulli dandum est nisi credit. Carnes agni cum azymis comedere debemus, quia si Eucharistiam sumere debemus, oportet vt in sinceritatis atque puritatis vitæ azymis conuersemur. Sic enim ait Apostolus primæ ad Corinthios capitulo quinto: itaque epulemur non in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Cùm lactucis agrestibus, quæ amaræ sunt, Carnes Christi comeduntur, si cùm Eucharistiam sumere debemus, nobis scelera nostra cum cordis amaritudine ad memoriam reducuntur. Ossa agni non confringuntur, quia ossa Christi in Passione illæsa reponuntur, sic enim declarat Beatus Ioan. capitulo decimonono, scilicet quòd milites venerunt, & fregerũt primo crura latronum, ad Iesum autem cum venissent, inuenerũt eum iam mortuum, & non fregerũt crura eius, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua: facta sunt autem hæc, vt compleretur scriptura, scilicet, os non comminuetis ex eo. Et sic videtur, quòd præcipua intentio huius obseruationis fuit ad signandum, quòd ossa Christi frangi non deberent, quia euangelista non assumit probationem in sensu allegorico, sed in literali, quoniam in Metaphoris non est arguere. Ad esum agni renes accingere debemus, quia Eucharistia sumere non licet, nisi à carnalibus venereisque delectationibus abstineamus. Sic enim ait Gregor.: tunc lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctam⁹. Baculos ad esum agni tenem⁹ in manibus, quia ad sumptionem Eucharistię non solum fides in corde, & voce lucere debet, sed ẽt in operibus. Calceamenta tenemus in pedibus, quæ de mortuorum animalium pellibus sunt, quia vt digne Christum assumamus, antiquorum Sanctorum in domino mortuorum exempla debemus affigere mentibus, vt ex his quantum proficimus, aut deficimus attendamus, vt ait Gregorius in Homilia super Lu-

To⁹ agn⁹ comedebat, quia totus Christus debet credi.

Non est arguere in Metaphoris.

cam capitulo decimo, vt aliqui volunt, sed falsum est, quia oppositum ibi dicit, cùm ad malam significationem calceamenta trahat, quia ibi Apostolis interdicebantur. Festinanter agnum comedimus, quia Eucharistiam nos de huius seculi miserijs exire quotidie contendentes assumimus. Illi autem primogeniti, qui de agni carnibus non comederunt, mortui sunt, quia qui Eucharistiam tanquam inutilem contempserint, morti æternæ mancipati sunt: quia vt dicit Christus, & habetur Ioan. sexto. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. In vna domo totus agnus comedebatur, & indiuisus, quia in conuenticulis hæreticorum, licèt sacramenta secundum substantiam sint, tamen digne, & vtiliter non sumuntur: plura autem de agno Paschali speculari possemus, quæ cuilibet experto satis nota videbuntur.

Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in Terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Surrexit Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto. Neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Vocatisque Pharao Moyse & Aaron nocte ait: Surgite, & egredimini à populo meo vos, & filij Israel, ite & immolate Domino sicut dicitis. Oues vestras, & armenta assumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantque Aegyptij populum Israel de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. Tulit igitur populus consparsam farinam antequam fermentaretur, & ligans in palijs posuit super humeros suos. Feceruntque filij Israel, sicut præceperat Dominus Moysi, & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea, & aurea, vestemque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptijs, vt commodarent eis, & spoliauerunt Aegyptios. Profectique sunt filij Israel de Ramesse in Socoth sexcenta ferè millia peditum virorum absque paruulis, & mulieribus, sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues, & armenta, & animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntque farinam, quam dudum de Aegypto consparsam tulerant, & fecerũt subcineritios panes azymos. Neque enim poterat fermentari co-

Decima plaga primogenitorum. ps. 77 supra 134. sapien. 18.

Exitus de Aegypto. psalm. 77. psal. 104. psal. 134. sapien. 18. supra cap. 3. & 6.

14 q. 5. ca. scriptũ §. è contra. Item cap. dixit Dñs. Sup. 11 & sup. c. 1. Reg. 6.

gentibus exire Aegyptijs, & nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de Terra Aegypti. Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra Aegypti, Hanc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis.

Factum est autem, Hic ponitur secundum principale, scilicet postquam legislator posuit cœremonias incidentaliter quantum ad Agnum Paschalem, hic redit ad Historiam principalem. Et diuiditur in tres partes; Primo ponitur Hebræorum per Moysen de Aegypto eductio: Secundo mansionis Aegypti recapitulatio: Tertio quorundam cœremoniarum Paschalium repetitio. Secunda ibi. *Habitatio autem*. Tertia ibi. *Dixit quoque Dominus*. Circa primum factum est autem. *Factum est autem in noctis medio*. In tempore quo prænunciauerat Dominus futurum esse, vt patet præcedenti capitulo, scilicet media nocte ingrediar Aegyptum, & morietur omne primogenitum in Terra Aegypti. *Percussit Dominus omne primogenitum*. Idest occidit. Scilicet infligendo quoddam pestis subitaneæ, vt magis sic Aegyptij ad timorem mouerentur. Non est autem putandum, quòd Dominus percusserit per seipsum, cùm supra dictum sit, quòd transibat Angelus exterminator, & percutiebat, sed dicitur Deus percutere; quia eius mandato Angelus ille percussor feriebat. *A primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius*. Ponitur primo primogenitus Pharaonis, quia iste erat honorabilior in tota Aegypto: & sciendum, quòd non solum vocantur hic primogeniti filij familias, qui sunt sub custodia patrum suorum, & primo nati sunt, sed omnes homines in Aegypto, siue senes, siue iuuenes, siue habentes tunc patres, siue non habentes, qui apud patres suos primogeniti fuerunt, & sic multi senes centum, aut plurium annorum mortui sunt in Aegypto, quia primogeniti erant: etiam contingebat, quòd in eadem domo morerentur pater, & filius, quia vterque erat primogenitus: nam filius erat primogenitus patri suo, & pater eius alteri patri suo primogenitus extitit.

In morte primogenitorũ in Aegypto contingebat, q; pat, & filius in eadem domo morerentur.

Quare Pharao non fuit mortuus in morte primogenitorum, cùm ipse esset primogenitus, & hæres regni.

Sed quæres de Pharaone, quomodo Pharao non fuit mortuus in hac peste, quia ipse videtur fuisse de primogenitis, quoniam primogeniti succedunt patribus in regnum. Responderi potest dupliciter. Vno modo, quòd Pharao non fuerit primogenitus, quia tunc non assumebantur reges per successionem, sed fortè per electionem. Et patet aliqualiter, quia Regnum Aegypti non manebat semper in eadem linea Regum, sed fiebant Dynastiæ, idest tempora principatuum, & vno tempore regnabat Reges Diapolitani, alio tempore Thebæi, alio modo illi, qui vocabantur Pastores Reges, vt latius declarauimus Genesis vigesimoquinto capitulo: cùm ergo mutarentur tempora regnandi ad diuersas domos, non videtur, quòd secundum legem primogenitorum curreret successio, sed secundum electionem illius

Quæst. 51. Cur Pharao mortuus non est cũ esset primogenitus.

F domus, scilicet maiorum in illo genere, & sic potuit esse, quòd iste Pharao, qui vocabatur Ceneres, vt declarauimus supra secundo capitulo, non fuerit primogenitus patri suo. Alio modo potest responderi, & fortè melius, quòd licèt Pharao esset primogenitus, tamen non permisit eum Deus in peste illa perire, vt reseruaret ad videndum maiora mala, vt magis cruciaretur exigentibus peccatis suis: nam nunc valde cruciabatur in peste illa; nullus enim erat in tota Aegypto, qui maioribus anxietatibus vrgeretur. Alij namque dolebant de morte suorum primogenitorum, ipse autem pro primogenito, totoque populo angustiabatur. Alij namque solos primogenitos perdebant, ipse autem primogenitos, & seruos, &
G regnum totum amittebat. Nam cùm cœteri morerentur, quid ei proderat tenere regnum, cùm quasi ad nihilum redigeretur, vt nullos quibus præesset haberet: præelegisset ergo ipse inter cœteros morte cadere, quàm cœteris morientibus solus inutilisque rex manere: magna ergo afflictio erat; sic namque quondam rex Oedipus Thebanorum flebat suorum omnium penè stragem pestiferam cernens, se solum superstitem mansurum arbitrabatur, de quo Seneca Tragædia quinta, quæ vocatur Oedipus carmine primo, cùm post multas quærelas de morte ait:

Afusus aris supplices tendo manus.
Matura poscens fata, præcurram vt prior.
H *Patriam ruentem neue post omnes cadam.*
Fiantque regni fumus extremum mei.
O sæua nimium numina, o fatum graue.
Negatur vni nempe in hoc populo mihi
Mors tam parata? Sparue letali manu.
Contacta regna: linque lachrymas funerat
Tabifica cœli vitia, quæ tectum inuebis.
Infaustus hospes, profuge iam diuum ocyus.

Pharao ergo si inter hos mortuus fuisset, non vidisset maioris, aut ferè dimidiæ partis regni sui stragem tam in hominibus, quàm iumentis, nec angustiatus sic fuisset, sed adhuc ad vlteriores calamitates seruabatur, scilicet vt pereuntè coram se toto suo
I exercitu fluctibus maris rubri ipse vlterius moreretur; & sic omnium Aegyptiorum in fœlicissimus, atque calamitosior foret, quod non contigisset, si eum mors inter cœteros primogenitos occupasset.

Vsque ad primogenitum captiuæ. Iste erat vltimus in dignitate in omnibus primogenitis Aegyptiorum; ideo ponitur primus, & vltimus, vt reliquus ordo medius intelligatur. *Quæ erat in carcere*. Supra vndecimo capitulo dicitur, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ sedebat ad molam, sed idem est; quia ancillæ tales in die molunt, in nocte autem ne effugiant carcere includuntur. *Et omne primogenitum iumentorum*. Vocantur iumenta ipsa pecora, & animalia cœtera à iuuando, etiam quæ in oneribus subuehendis infirmitatem nostram adiuuant, vt equi: Asini,
K Cameli, Boues, & Muli. *Surrexitque Pharao nocte*. Idest post mediam noctem, nõ enim crediderant Aegyptij verbis Moysi, scilicet quòd primogeniti eiº illa nocte morerentur: ideo dormiebant securi in lectis; cùm autem facta media nocte quilibet in domo sua sensit mortem filiorum, & iumentorum, surrexit à lecto clamans dolore magno commotus, & quia mors incepit in primogenito Pharaonis: ideo ipse primo surrexisse ad plangendum dicitur. *Et omnes serui eius*. Qui ei specialiter in domo sua astabant, & ministrabant: isti autem surrexerunt propter duo: Primo, vt plangerent primogenitum regis, qui erat Dominus eorum. Secundum, vt etiam plangerent

gerent suos primogenitos: nam inter ipsos seruos Pharaonis multi moriebantur, quia multi erant primogeniti. *Cunctaque Aegyptus*. Idest omnes habitatores Aegypti: fuit enim iste vniuersalis dolor, quia nullus fuit locus nullaque domus quantacunque parua, quæ istum dolorem euaserit. *Et ortus est clamor magnus in tota Aegypto*. Nunquam enim tantus dolor fuit in Aegypto: excedebat enim iste dolor magnitudine omnes dolores tam extensione, quàm intensione. Extensione quidem, quia nullus vnquam tam communis in Aegypto fuit, cùm non esset domus, in qua non iaceret aliquis mortuus. Erat autem magnus intensione, quia erat dolor primogenitorũ. Cùm enim patres tenerrime filios diligant, maximeque primogenitos, nullus dolor eis maior euenire potest, quàm
B de morte eorum: nam dolor, qui postea eis euenit de submersione Pharaonis totiusque exercitus in mari rubro, non fuit tantus, quia non se extendit ad omnes, etiam quia non erant illi filij primogeniti, sed multi fortè eorum nullum, qui pro eis doleret habebant. *Neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus*. Istud ponitur ad probandum planctus magnitudinem, quia erat vniuersalis. Et si dicatur, quomodo erat in qualibet domo aliquis mortuº, quia aliquę domus essent, quæ non haberent primogenita. Rabbi Abraham Ebbenzra dicit, quòd hic non ponitur, quòd omnino non fuerit aliqua domus, in qua non iaceret mortuus, sed quòd ponitur pro pluribus, scilicet quòd in pluribus domibus Aegyptiorum erant mortui. Hoc autem non multum videtur, quia aliud est quando scriptura ponit affirmatiuè istud signum, omnis, quia tũc aliquando accipitur pro multis, vt patet Gen. 41. cap. Omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent cibos. Sed hic magis vult prescindere, cùm ponit negationem dicendo, neque erat domus, in qua non iaceret mortuus. Maximè quia hoc non erat valde difficile, quia paucæ domus sunt, in quibus non sint filij, & tunc aliquis inter eos est primogenitus, & ille moriebatur: vir etiam, vel vxor si primogeniti essent moriebantur: paucissimę ergo domus erant, quæ aliquid de hoc non haberent. Maximè quia sic Deus disposuerat, vt vniuersalis dolor in Aegypto esset. Contingebat autem, quòd in eadem domo plures mortui essent, quia si plures filij primogeniti essent, plures moriebantur, vtpote si paterfamilias ex pluribus vxoribus filios suscepisset, quia tunc haberet duos primogenitos. Et si plures vxores, vel concubinas potuisset habere plures primogenitos, & omnes moriebantur: ipse etiam paterfamilias si primogenitus extiterat patri suo, moriebatur, & ipsa vxor si primogenita erat. Et sic aliquando contingeret omnes de domo mori: vtpote si tres essent, scilicet vir, & vxor, & vnus filius primogenitus, quia tunc si paterfamilias primogenitus esset, & ipsa vxor, nullus domui illi superstes maneret. *Vocatisque*. Supra posita fuit causa exitus, scilicet vniuersalis mors primogenitorum: hic subditur ipse exitus Hebræorum. *Vocatisque Moyse, & Aaron*. Pharao tantis doloribus conuallatus magis timore futuri, quã dolore præteriti angebatur: putauit enim totam Aegyptum subito perituram, si Hebræi in ea manerent: fecit ergo velociter vocari Moysen & Aaron, vt cœterum populum educerent. Erant autem tunc Moyses & Aaron in ciuitate regia, quia præcedenti die plagam Aegyptijs euenturam prædixerãt: maximè, quia Moyses spiritu prophetico cognouerat, quòd Pharao ipsa nocte mitteret ad eum, vt exiret de Aegypto, cũ populo sibi subiecto, & sic prenunciauerat Pharaoni: ideo vt ipse dixerat, Pharao misit omnes seruos suos ad rogandum Moysen, vt ipse cum reliquo populo Hebræorum dignaretur statim exire de Aegypto.

A Potest autem intelligi hoc dupliciter. Vno modo, quòd serui Pharaonis vocarent Moysen & Aaron, & dicerẽt eis ista verba ex parte Pharaonis, scilicet: egredimini à populo meo, & abeuntes benedicite mihi. Alio modo potest intelligi, quòd Pharao cum seruis suis descendit ad Moysen & Aaron, & dixit eis per seipsum, quòd egrederentur immediate de Aegypto, & hoc magis consonat: supra vers. vndecimo capitulo, dixerat Moyses ad Pharaonem: descendent omnes serui tui isti ad me, & orabunt me dicentes: Egredere tu, & omnis populus, qui subiectus est tibi: & non dixit ibi, quòd Pharao descenderet, quia in omnibus his Moyses obseruabat regalem reuerentiam, non enim decebat, quòd Moyses diceret Pha-
B raonem ad se descensurum, licèt in veritate sic esset. *Nocte, & ait*. Tantus timor Pharaonem inuaserat, vt non expectauerit vsque mane ad mittendum nuncios Moysi, vel ut ipse iret, sed immediate surrexit, & vocauit Moysen & Aaron, & dixit, vt abirent, quia propter eos istam malorum grauedinem incumbere Aegyptijs non dubitabat. Et non est intelligendum, quòd Pharao fecit vocari ad se Moysen & Aaron, quasi cum eis locuturus, licèt dicatur hic, vocãs Moysen & Aaron, quia immediate subditur, surgite, & egredimini à populo: ergo ante vocauerat eos, quàm surgerent, vel egrederentur. Est ergo sensus, quòd Pharao, & serui sui descenderunt ad domum in qua manebant Moyses & Aaron, & fortè aliqui alij de
C Hebræis secum, & ipsi dormiebant, quia tunc erat media nox, Pharao ergo & serui sui vocauerunt ad Ianuam, dixitque Pharao ista quæ sequuntur, scilicet, surgite, & egredimini. *Surgite*. Idest non maneatis hic pigrescendo, sed confestim surgite. *Et egredimini à populo meo*. Idest egredimini de Aegypto, quia propter vos ista pestis venit. Egressuri autem erant ad immolandum in solitudine itinere dierum trium, quia sic petierant à principio, vt patet supra tertio, & quinto capitulo. *Vos, & filij Israel*. Non erant ibi filij Israel in ciuitate illa, sed in Terra Gessen, quæ satis modicum distabat ab illa vrbe regia, vt quidam volunt. *Et immolate domino sicut dicitis*. Scilicet solùm euntes viam dierum trium. *Oues vestras, & armenta*
D *assumite*. Idest oues, & capras, quæ vocantur greges, & boues, qui vocantur armenta: nominauit hic oues, & armenta, & non paruulos, & senes, licèt ista principalia essent, quia supra prima vice quando Pharao consensit, vt recederent ad immolandum, vt patet capitulo primo mandauit, vt recederent soli viri manentibus vxoribus, & senibus atque paruulis. Sed cum rursus alia plaga premeretur, concessit etiã omnes viros, & fœminas, paruos, & magnos ire: sed dixit, quòd manerent armenta, & oues, & in hoc manserat Pharaonis firma sententia: nunc autem dicit, quòd etiam armenta, & oues illuc eant. *Vt petieratis*. Quia Moyses dixit supra decimo capitulo, cùm negabat ei Pharao dare armenta, & oues: hostias quoque, & holocausta dabis nobis, quę offeramus Domino Deo nostro: cuncti greges ascendent nobiscum, & non remanebit ex eis vngula. *Et abeuntes benedicite mihi*. Idest quando immolaueritis Deo vestro rogate pro me, vt misereatur mei, & imprecamini mihi bona, & regno meo. *Vrgebantque Aegyptij populum*. Sicut enim in ciuitate, in qua erat Pharao ipse, & serui eius vrgebant Moysen & Aaron, vt recederent. Ita reliqui Aegyptij, qui morabantur in Terra Gessen inter Hebręos, surrexerunt nocte, & vrgebant eos, vt recederent: ipsi tamen iuxta mandatum Domini non exierunt de domibus suis vsque mane. *De Terra exire velociter*. Quia putabant, quòd si amplius ibi manerent tota periret Aegyptus.

E

Dicentes: Omnes moriemur. Idest nisi vos velociter exieritis, omnes subito moriemur: nam licèt Deus dixisset per Moysē, q primogenita omnia in Aegypto morerentur, & ipsi qui ante audierant, hoc experientia cōprobassent: tamen sicut in alijs plagis accidebat, quòd vna inflicta si Pharao dimittere populum nollet, alia confestim sequebatur, vt colligitur ex superioribus: ideo quia post plagam primogenitorum nulla grauior restabat, nisi vt omnes simil perirent, putauerūt, quòd si Hebræi amplius starent in Aegypto, Aegyptij tanquam rebelles, & detinentes eos simul morerentur. *Tulit igitur populus.* Idest tota multitudo filiorum Israel. *Conspersam farinam.* Dicitur farina conspersa pasta commixta ex aqua, & farina, quando nondum est fermentata, & totus populus hoc fecerat, quia omnes scientes se recessuros sequenti die, vt Moyses prædixerat eis per aliquos dies ante: ideo in nocte illa post mediam noctem inceperat parare Massas suas, vt facerent panes, & coquerēt in Aegypto pro itinere antequam recederent, sed quia valde inquietati sunt exire velociter Aegyptijs vrgentibus, non potuerunt fermentare Massam, quam conspersam habebant, idest commixtam aquæ.

Quomodo Hebræi egressuri de Aegypto tam paucos panes secum tulerunt.

Quæst. 5. Sed quæres, quomodo Hebræi ambulaturi iter magnæ solitudinis, tam paucos cibos secum tulerunt de Aegypto, cùm cito panis, quem ducebant defecit eis? Fortè aliquis dicet, quòd sperauerunt in domino, ideo putauerunt, quòd licèt modicos cibos portarent, Deus eis daret. Sed non potest hoc stare, quia gens valde infidelis erant, nec sperarent tantum in Domino. Et patet quia infra 14. capit. dicitur, quòd cùm viderunt Pharaonem exercitumque eius venientem supra se, timuerunt valde diffidētes de diuina bonitate, & dixerunt: Forsitan sepulchra non erant in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in hac solitudine? quid hoc facere voluisti, vt educeres nos de Aegypto? nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs, multo enim melius est seruire eis, quàm mori in solitudine? Etiam quia postea deficiente pane fame laborare incipientes dicitur, quòd murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine, dixeruntque ad eos. Vtinam mortui essemus per manum domini in Terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Si ergo ita murmurauerunt contra Moysen & Aaron in deserto, postquam viderunt mirabiliaeius in mari rubro, & non crediderūt, vel sperauerūt in eo, quanto magis antequam exirent de Aegypto, cùm nondum vidissent mirabilia Dei in mari rubro? Dicendum ergo, quòd Iudei scieb ant terrę Chanaan viam à Terra Aegypto, quia licèt nō ambulasset aliquis eorum per eam, cùm non dimitterentur exire de Aegypto, sed semper vacare operibus: audierant tamen, per quem locum erat via, & quomodo populata esset, quia vt dicitur infra 13. cap. via vicinior Terræ Chanaan ab Aegypto erat per Terram Phylistijn, & illa erat breuis atque populata; putabant se ergo ituros per illam viam, & sic haberent omnes cibos necessarios in locis, per quos transirent. Deus tamen noluit ducere eos per illam viam, nè fortè videntes aduersum se bella insurgere, redirēt in Aegyptum: duxit autem eos per magnam solitudinem Arabiæ, scilicet desertum Sin, & Pharan: ideo cùm Hebræi viderent se ibi carere cibis tanquam non habentes vnde emerent, inceperūt murmurare, vt patet infra 16. cap. *Antequam fermentaretur.* Quia non potuerūt eam fermentare cogentibus Aegyptijs velociter exire, sed solùm conspargere farinam sufficerit. Vel vt ait Ebbenzra, illa Massa conspersa erat ex alijs diebus, & tunc fermentari debebat, quia sic dicit esse consuetudinē in Aegypto, vt Massam per plures dies conspersam teneant, & deinde quando volunt eam fermentare ad faciendum panes fermentant. *Ligans in palijs.* Idest in quibusdam sindonibus albis, quia ibi melius ligabatur, quàm in palijs, idest vestimentis, qui sunt panni pilosi, & adhęreret eis fortè pasta. *Tosuit super humeros suos.* Aliqui portabant in humeris; aliqui in asinis, sed ad portandos paruulos, & alia suppellectilia, vix sufficiebant iumenta eorum: ideo Massas humeris imponebant. *Feceruntque filij Israel sicut præceperat eis dominus, & petierunt.* Licèt ponatur hæc coniunctio copulatiua denotans ista esse duo, scilicet. Facere quod præceperat dominus, Et petere ab Aegyptijs vasa aurea, & argentea: tamē idem sunt, sed ponitur secundum morem scripturæ, quę interea describit rem in confuso, deinde explicat particulariter. Nā cùm dicitur quòd filij Israel fecerunt, sicut præceperat eis dominus, ponitur in vniuersali & cōfuso cōpletio præcepti. Erat enim præceptum, quòd filij Israel peterent vasa aurea, & argentea, & vestes ab Aegyptijs, & fuit hoc primo mandatum Moysi in monte Sinai, cùm esset in Terra Madian, vt patet supra 3. cap. deinde mandatum fuit iterum paulo ante exitum, vt patet supra præcedenti capitulo: cùm autem dicitur, & petierūt, ponitur pręceptum in speciali. *Et petierunt ab Aegyptijs.* Scilicet die præcedenti. *Vasa aurea, & argentea, vestemque plurimam.* Quasi ituri essent ad sacrificandum domino Deo suo, & mox reditur: habebant ergo rationabilem colorem, quia Deum suum, quem solenniter colere intendebāt, his preciosis rebus, quæ apud mortales magni valoris existimantur, honorare debebant: Deus autem si secundum seipsum respiciatur, non colitur in auro, & argento, aut veste preciosa, ga hæc omnia ad naturam infimam, scilicet elementum terræ pertinent, & sola humana opinio eis precium tribuit, sicut cuilibet alteri rei precium attribuere poterat: quia naturaliter attendendo, vna formica toto auro quantuncunque in vniuerso sit, preciosior est, cum excedat illud in gradum essentialis perfectionis. Gradus autem perfectionis accidentalis, quomodocunque sint, non æquiualent vni gradui perfectionis essentialis. Maximè quia inter aurum & formicam non solum est vnus gradus perfectionis essentialis, sed valde multi, scilicet gradus essentiales lapidum pręciosorum, qui fortè essentialiter excellunt aurum, deinde gradus essentiales omnium plātatiuorū, scilicet omnium herbarū, & arborum, quæ sunt essentialiter ordinatę sicut numeri, vt ait Phylosophus: species namque sunt sicut numeri. Et deinde aliqui gradus animalium: si qui sunt infra formicam, vt antisoricam, & conchilium, quę non habent vim secundū locum motiuum. Si ergo Deus secundum se consideretur, & istę res secundum se considerentur: magis coletur Deus in vna formica, quàm in toto auro, & argento vniuersi. Deus ergo non colitur in aliqua harum rerum, nec in auro, nec in argento, nec in vestibus, aut pecoribus cœterisque rebus, sed in sola anima nostra, quæ rationis particeps est, atque per hoc Dei capax, & eius imagine insignita. Et adhuc Deus non colitur ab anima nostra per se, & simpliciter quasi naturaliter, sed per quædam dona à Deo immissa, scilicet spe, fide, & charitate, secundum quas Deo vnimur & adhæremus, sic enim ait August. in Enchiridion: fide, & spe colitur Deus, & Beatus Ioan. 4. cap. Deus spiritus est, & eos qui eum adorare debent, oportet in spiritu ambulare, vel adorare. Non enim colitur

Auctoris opinio.

Naturaliter vna formica toto auro mundi preciosior est.

Deus' colitur anima fide, & charitate informata.

Deus

Deus ab anima nostra in hoc, quòd aliquid intelligimus, vel aliquid volumus, quia tunc omnes homines eum colerent: sed in hoc, quòd eum per fidem specialiter tenemus, captiuantes intellectum nostrum, & aliorum in obsequium Christi, vt patet 2. ad Co. 10. c. Vel saltem credentes de Deo ea, quæ naturaliter intelligi non possunt, scilicet vt ait Apostolus ad Ro. 1. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius deitas, & subditur, quia quod notum est Dei, manifestum est illis: sine ista fide quantumcunque subtiliter intelligamus, a nobis Deus non colitur: & patet, quia cultus est quidam honor Deo exhibitus, secūdum quem creatura placet suo creatori, sed sine fide impossibile est placere Deo, vt patet ad Heb. 11. capit. ergo sine fide Deus non colitur. Deus etiam a nobis charitate colitur, secūdum quòd per amoris motum informati ferimur in Deum propter seipsum diligendū. Et iste est maximus cultus Dei; nam licèt per fidem credamus, & in Deum: per charitatem tamen ei vnimur, atque cum eo identificamur, quia vt patet Io. ca. 4. Qui diligit Deum, vnus spiritus est cum eo. Dęmones autem licèt credant, vt ait Iaco. in canonica sua ca. 2. Dęmones credunt, & contremiscunt: tamen quia Deum secundum charitatem non diligunt, nullo modo eum colunt. Colitur etiam Deus a nobis spe, prout eum iam amantes tantum bonitati eius confidimus, quòd ad sperāda bona cęlestia ex liberalitate eius insurgimus. Colitur etiā a nobis Deus per alias virtutes inquantum sunt quidam boni habitus animę, non quidem immediate, quia non immediate Deū attingunt: sed prout a charitate in Deum ordinātur tanquam in finem altissimum, sicut in moralibus a iustitia legali actus virtutum particularium ordinantur in bonū comune tanquam in obiectum altissimum. Res autem inferiores corporeæ in tantum sunt ad cultum Dei, inquantum volūtatis nostrę, & interioris virtutis testimonia quædam sunt: nam cum nos aliquem hominem maximè honorare volumus, facimus ei magnas humiliationes, & ei ista pręciosa, quæ nos multū apręciamus, apponimus, vt aurum, & argentum, & vestes præciosas; ista enim placent illi inquantum affectionis, quæ secundum se conspicinō potest, quædam demonstrantur insignia. Si enim ille, cui ista apponūtur, vel cui magna corporis reuerentia exhibet, cognosceret ista non ex voluntate honorandi, sed voluntate illudendi procedere, non delectaret, quin potius abominabile valde sibi esset. Ita enim Deus volens sibi affectionem puram sine crimine haberi, & hanc per hæc exteriora monstrari, non quantum ad ipsum: quia ipse bene nouit abscōdita cordis, sed quantum ad alios, vt alij videāt quòd nos Deum colimus, ista acceptat. Vult enim Deus sibi fieri, vt fit dominis temporalibus, scilicet vt sicut alijs affectus interior per signa exteriora panditur: ita apud Deum interior cultus per exteriora signa demonstretur, & per hoc est maior cultus, cū aliquis intra, & extra Deum colit, quàm cum intra solum colit. Nam licèt ipse exterior cultus, & res adhibitæ ad honorem secundum se nihil placeant: cum tamen ordinantur a voluntate, Deo valde placent: & sic est ibi duplex bonum. Primum est ipse motus interior fidei charitatis, & spei in Deū qui per se nullo alio adiuncto placet. Secundo sunt ipse res, & actus exteriores, qui, vt a voluntate directi, Deo placent. Et isto modo dicitur, quòd quando aliquis sacrificium facit bono animo, odoratur dominus odorem suauitatis, vt patet Gen. 8. cap. de Nòe, qui obtulit Deo holocaustum de cunctis animalibus mundis. Et in Leuitico vocatur odor holocaustorum odor suauissimus domino, ex eo, quòd voluntate bona Deus iudicat bonum, & accepta bile illud sacrificium: sic enim dicitur Gen. 4. cap. Respexit Deus ad Abel, & munera eius. Quod aūt Deus velit sibi fieri sicut nos facimus viris potentibus, quos honorare cupimus, patet Mala. 1. ca. cum loquit Deus contra sacerdotes, qui contemnentes cum, offerebāt animalia cęca, & clauda, cum dicit: Dicit dominus exercituum ad vos ò sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutū, & dicitis in quo polluimus te? in eo quòd dicitis mensa domini despecta est: si offeratis cęcum ad immolandum, nō ne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est, offer illud duci tuo, & si placuerit ei, & susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum, quasi dicat, non suscipiet illud dux tuus, & sicut ipse non susciperet, ita nec ego. *Dedit autem dominus gratiam populo coram Aegyptijs.* Idest Deus dedit Hebræis quandam qualitatem supernaturaliter creatam, secūdum quam placuerūt Aegyptijs, ita quòd omnia quæ petiuerant impetrarent. Vel quòd Deus mouit corda Aegyptiorum, vt libenter darent Hebræis quod petebant. *Vt comodarent eis.* Ex hoc repellitur error quorundam Iudæorū, qui dixerūt quòd Iudæi acceperant gratis dona, & nullo modo poterant committere furtum: quia hic dicitur, quòd Hebræi petiuerūt, comodatum, & Aegyptij comodatum dederūt. Nullo enim modo verisimile est etiā si non exprimeret in litera, q. Aegyptij darent diuitias suas auri, & argenti Iudęis abdicando à se proprietatem, & possessionem. *Et expoliauerunt Aegyptios.* Per fraudem quandam saltem apparentem. Dicuntur autem spoliare, quia tulerunt eis meliora de possessionibus suis, scilicet aurū, & argētum, & vestes. Nec est intelligendum, quòd expoliauerunt omnes Aegyptios, sed solum illos inter quos habitabant, sic dicitur supra 3. cap. postulabit mulier a vicina sua, & ab hospita sua vasa aurea, & argentea, & vestes: vtrum autem in hoc peccauerint supra 3. cap. late tractatum est. *Profectique sunt filij Israel de Ramasse.* De Ramasse dictum est supra 1. c. & Gen. 47. est enim Ramasse quædam ciuitas, quæ postea Thebæ, vel Thebea ciuitas dicta est, de qua fuit beatus Mauricius princeps legionis Thebeæ, quem Maximianus occidit super Rodanum flumen Frācię prope ciuitatem Auinionem, de quo Gualterus Alexandreidis lib. 2. ponit pulchros versus, & incipitur: Qualiter alpinis. Non est intelligendum quòd omnes Hebręi habitarent in ciuitate Ramasse, quia sexcenta milia virorum peditum pręter senes, & paruulos, & vxores, non possent in vna ciuitate commorari: maximè quia inter eos morabantur Aegyptij, vt patet ex superioribus. Erant ergo in pluribus locis terræ Gessen; tamen quando recedere debuerunt, cōgregati sunt ad ciuitatem Ramesse, vt omnes simul recederēt, & haberent vnum ducem, ne dispersim euagarentur, & ibi venit super eos nubes dirigens exercitum eorum: quia vt dicitur sequenti capit. Dominus autem pręcedebat eos ad ostendendam viā per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Nunquā defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem coram populo. Item quia si Deus non dedisset columnā nubis super eos, immediatè vt exierūt de Ramesse, nescirent quam viam tenere deberēt, & fortè ambulassent per viam terræ Philistiin, quæ vicinior est, & populosior. *In Socoth.* Prima mansio fuit in Socoth, quia non quieuit nubes donec accesserunt ad Socoth: sic enim ponitur Numeri 33. ca. vbi ponitur cathalogus mānsionum, quòd Socoth fuerit prima, ibi autem coxerunt panem, quē tulerant de Ramesse conspersum, & non fermentatum, vt patet infra. *Sexcenta fermè milia peditum.* Dicuntur pedites homines expedi-

Quomodo colitur Deus a nobis per virtutes morales.

Maior cultus est cū Deus mēte, & insignis exteriorib⁹ colitur quā cum mente tantum colitur.

Error quorundā Iudęorū repellitur.

Ciuitas Ramesse est ciuitas Thebea de qua fuit beatus Mauritius.

ti ad

ti ad bellum, vt sunt viri potentes vt armis, & non po-
F nitur hic numerus præcisus istorum exeuntiũ de Ae-
gypto: sed nõ causatur fermè sexcẽta millia, idest ferè,
quia ferè, diminuit vim verbi, quasi dicat, fortè non
erant tot: est enim iste modus alicuius numerantis,
qui non computat pẽsè, sed quasi quantum esse pos-
sit existimat per intellectum: plures enim erant pedi-
tes Hebræorum, quàm sexcenta millia in exitu de Ae-
gypto, quia numeri primo cap. vbi computantur pu-
gnatores, ponitur numerus præcisus, cum numeretur
per tribus, & familias, & capita, scilicet sexcenti mille,
& tria millia, quingenti, & quinquaginta: Ibi tamẽ nõ
computatur tribus Leuitica, vt patet eodem capit. &
Numeri 3. cap. Et si dicas, quòd isti creuerunt postquã
exierunt de Aegypto. Non videtur esse verum, quia
G isti computati sunt in principio anni secundi ab exitu
de Aegypto, vt patet Numeri primo capit. scilicet pri-
ma die mensis secundi, in anno secundo, in vno ergo
anno nõ poterant esse tot supercrescentes: quia addita
tribu Leuitica, & viginti tribus millibus virorum, qui
occisi sunt in adoratione vituli, vt patet infra 32. capit.
quia isti primo mortui sunt, quàm tolleretur summa
bellatorum, quæ ponitur Numeri primo ca. Et patet
quia isti mortui sunt ĩ primo anno exitus de Aegypto
in mense quarto eiusdem anni circa finẽ mensis quar-
ti: & summa bellatorum, quæ ponitur Numeri primo
cap. fuit accepta in secundo mense anni secundi: ergo
decem mensibus, aut nouem ad minus fuit prius in-
H terfectio colentium vitulum quàm numeratio bella-
torum: antecedens patet, quia Hebræi venerunt in
montẽ Sinai mense tertio, die prima mensis anni, quo
de Aegypto egressi sunt, vt patet infra 19. cap. deinde
3. die mensis eiusdem data fuit lex, & confestim Moy-
ses descendit in eadem die tertia, & sanctificauit popu-
lum aspergendo sanguinem in confirmationem fede-
ris, vt patet infra 24. c. deinde ascendit sequenti die, &
stetit cum domino quadraginta diebus, & quadragin-
ta noctibus: & quando descendit inuenit populum
colentem vitulum, & eadem die occisi sunt de popu-
lo viginti tres mille viri, vt patet infra 32. ca. Et sic fuit
ista occisio circa vicesimam diem mensis quarti, anni
primi: sed numeratio bellatorum fuit secundo anno
I ab exitu de Aegypto prima die mensis secundi, vt pa-
tet Numeri primo cap. In exitu ergo de Aegypto erãt
plures quàm sexcenti mille viri: tribus namque Leui-
tica seorsum computatur, vt patet Numeri primo, &
3. cap. de his magis diximus supra primo cap. *Absque
paruulis, & mulieribus.*

Isti enim nunquã computantur, quia nondum ha-
Quest. 53. bent nomen in populo: vxores autem sequuntur legẽ
virorum, ideo sub eisdem intelliguntur. Etiã quia scri-
pturę solum computant personas potentes rempubli-
cam defensare: mulieres autem, paruuli, & senes non
possunt pugnare, ideo non computantur, licèt de mu-
lierib⁹ voluit Socrates, & Plato, quòd deberent pugna
re sicut viri, & facere generaliter omnia, quæ faciunt
K viri, vt patet in secundo Poli. capit. secundo, & induce-
bant hoc ex ordine naturę in cæteris quidem animali
bus: nam omnibus animalibus hoc commune est, q̃
masculus, & fœmella fętus genitos fouent, & nutriunt,
ambo etiam cibos quærunt: & ambo alia inuadentia
animalia reijciunt, & expugnant: debuit ergo sic esse
in hominibus. Respondet autem ibidem Philosoph⁹,
non esse conuenientem parabolam, idest similitudinẽ
à cęteris animalibus ad homines, quia in cęteris ani-
malibus sunt eadem opera maris & fœmellę, quoniã
propter naturæ sui imperfectionem nõ sunt distincta
opera œconomiæ; viro autem, & vxori naturaliter o-
pera in œconomia distincta sunt, & opera domestica
pertinent ad vxorem, quę autem foris geruntur, quem

Qui pedites dicantur.

Pedites hebræorũ in exitu de Aegypto erant plures quam sexcenta millia.

admodum opera bellica ad virum solum pertinent.
Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cũ eis. Idest
multi de Aegyptijs promiscui, idest viri, & fœmine a-
scenderunt cum eis, quia videntes mirabilia, quæ Deꝰ
egerat in Aegypto super eos, cõuersi sunt ad ritum ĩ-
daicum. Isti autem forte voluerunt ire ad sacrificandũ
Deo Hebræorum cum ipsis Hebræis, vt placarent eũ
sibi, & postea videntes, quòd Hebræi totaliter recede-
bant de Aegypto, recesserunt cum eis. Magis tamen
dicẽdũ est, q̃ plures de Aegyptijs cognouerunt ab He-
braeis, quòd ipsi recedebant animo nunquam redeun-
di in Aegyptum, & ipsi voluerunt ascendere cum eis,
& tulerunt ea, quæ potuerunt de suis: nam si ipsi ascen-
dissent cum Hebræis solum animo sacrificandi, & nõ
recedendi simpliciter de Aegypto, nõ tulissent secum
res suas, & postea cum viderent Hebræos totaliter vel
le recedere de Aegypto, redirent in terram suam de-
ceptos fuisse credẽtes. Sed dices quomodo Aegyptij
permissi sunt recedere cum Hebræis, præcipuè cum
portarent bona sua? Respondetur quòd illi qui custo-
diebant portus regni tanta primogenitorum suorum
quos sępeliebant angustia tenebantur, vt non inquire-
rent quis de Aegypto exiret: sic enim dicitur Nume-
ri 33. cap. quòd Israelitę exierunt de Aegypto videntĩ-
bus Aegyptijs, & sępelientibus mortuos suos. Etiam
quia dato, quòd aliqui custodes in portubus vellẽt pro-
hibere exitum Aegyptiorum, tamen non possent co-
gnoscere, qui erant Aegyptij, aut qui Hebræi nã om-
nes eandem linguam, & habitum habebant. Morati
fuerant enim Israelitę in Aegypto ducentis, & quinde-
cim annis, & tota ista multitudo, quæ nũc exibat de
Aegypto nata fuerat ibi, ideo nosse poterant linguam
Aegyptiacam: & Aegyptij qui inter eos habitabant
nosse poterant linguam Hebræam, nulla ergo discre-
tio Hebræi & Aegyptij haberi poterat. Facile ergo
erat quòd Aegyptij admixti Hebręis egrederentur de
Aegypto inuito Pharaone. Satis enim planum est, q̃
Pharao nollet dimittere de regno suo exire Aegyp-
tios, cùm tanta mala passus fuerit, vt non dimitteret
Hebræos. *Oues, & armenta.* Per oues etiam capras in-
telligit: quia ista duo pertinent ad greges, armenta au-
tem vocantur boues. *Et animantia diuersi generis multa ni-
mis.* Vt asini, & equi, vel cameli, & similia, si qua habe-
bant. *Coxerintque farinam, quam dudum de Aegypto con-
sparsam tulerant.* Fuit farina cocta in Socoth; erat autẽ
consparsa, idest comixta aqua dudum, quia forte vt ait
Ebbenzra, Egyptij conspargebant farinam aqua, & te-
nebant eam sic multis diebus, nec corrumpebatur, qa
non erat fermentata: fermentum enim cito massam
corrumperet, nisi coqueretur, qd̃ patet quando post-
quam farina consparsa fermentata est, & tardatur mul
tum decoctio panis, quia tunc fiunt panes acetosi val-
de, & non conuenientes gustui aut stomacho. Non
enim potest dici, quòd eundo de Ramesse versus So-
coth morarentur pluribus diebus, sed vno solo. Vel po
test dici farina dudum consparsa, idest ante consparsa,
quasi dicat, licèt Hebræi coxerint panes in Socoth, ta-
men non cõsparserunt ibi farinam, sed eam de Aegy-
pto consparsam tulerunt. *De Aegypto.* Quasi dicat, q̃
cum essent in Socoth non erãt in Aegypto, & hoc ve-
rum est. Vel quia locus ille, & regio illa in qua est So-
coth, non sit de Aegypto, sed de Arabia. Aut quia
erat de Aegypto, sed terra illa est depopulata ita quòd
nullus habitat, & vocatur solitudo Aegypti magisquã
Aegyptus. Et istud secundum verius est: quia licet cõ
tra latus septẽtrionale terrę Aegypti terra Gessen sit
quasi extremitas Aegypti: tamen versus illam partem,
ad quam procedebant non erat extremitas Aegypti:
nam ipsi procedebant cõtra mare rubrum ad partem
orientalem eius: quia deseruerunt viam terræ Phili-
stin,

Multi de Aegyptijs videntes mirabilia Dei recesserũt cũ Hebræis de Aegypto.

Aegyptij conspargebant farinam aqua nõ fermẽtantes, & sic multis diebus sine corruptione durabat.

stin, quæ erat vicinior, & per latus septentrionale: ali-
A qualiter versus orientem, & ascenderunt magis cõtra
orientẽ, vt declaratum fuit supra 10. c. & declarabitur
sequenti c. Mare ergo rubrum, vt ait Paulus Orosius li
bro primo de Ormesta mundi, est ab oriente Aegypti
superiori, scilicet istius Aegypti, in qua erant Iudæi: er-
go antequam accederent ad mare rubrum, adhuc erãt
in terra Aegypti, sed non vocatur illa terra Aegyptus
saltem vulgato nomine: quia ibi nullus de Aegyptijs
habitabat saltem tunc, sed erat magna solitudo. *Et fece
runt subcinericios panes azymos.* Vocabant panes, quos
ibi fecerunt azymi, quia pasta de qua facti sunt, non
erat fermentata: vocabãtur subcineritij, idest facti sub-
cinere, quia Socoth non est aliquis locus populatus, in
quo inuenirẽt clibanos ad coquendũ panes. *Nec enim*
B *poterant fermentari cogentibus Aegyptijs.* Idest Hebræi vo-
luerant fermentare pastam in Aegypto, sed tantum
vrgebant eos Aegyptij, vt recederent, quòd ipsi cõuer
tentes se ad parandum alia, quæ itineri necessaria erãt,
& quæ de supellectilibus suis secũ tollere poterant nõ
potuerunt panem fermentare. Vel forte erat eis qdam
alius modus fermentandi, quàm nunc fit, morosior, &
non poterat ita breuiter expediri. *Et nullam facere mo-
ram sinentibus.* Aliqua fuit mora, quia Aegyptij vene-
runt ad vocandum Hebræos, vt recederent post me-
diam noctem: ipsi tamen non exierunt vsque ad auro
ram: sed illud tempus detinuerũt in pręparadis alijs re
bus, quas in itinere portari oportebat: maximè quia
tunc totam domum suam quilibet motur⁹ erat: ideo
ista mora, quę fuit postquam eos Aegyptij vocauerũt,
vt recederẽt, vsq; ad tempus, quo recesserunt, nulla dĩ,
quia non erat sufficiens ad omnia necessaria apparan-
da, quia nihil, & inutile equiparantur. *Nec pulmenti quic
quam occurrerat præparare.* Idest tanta erat vexatio Ae-
gyptiorum, vt cito discederent, quòd nullum cibum
pro itinere parare poterant. Erant ergo in satis magna
afflictione Hebręi, & Aegyptij, qui cum eis ascẽdebãt,
quia cũ mouerentur tunc per solitudinem, nullũ cibũ
comederunt, nisi panem azymorum subcineritiũ: nisi
forte aliquos arborum fructus in via reperirent. *Habi-
tatio autem.* Hic ponitur secundum, scilicet mansionis
filiorum Israel in Aegypto recapitulatio. *Habitatio au-
tem filiorum Israel, quã manserunt in Aegypto fuit 430. an-
norum.*

*An totum tempus peregrinationis seminis Abrahæ fuit qua
dringentorum trigintã annorum præcise.*

Quest. 54. Non est intelligendum, quòd in Aegypto tantum
manserit, cũ totum tempus peregrinationis seminis
Abrahæ sit quadringentorum annorũ solum, vt patet
Gen. 15. ca. & isti inceperunt ante ingressum in Aegy-
ptũ, & patet hoc in litera Gen. 46. c. nã ibi dicitur, q̃ qñ
descendit Iacob in Aegyptum descẽdit cum eo filius
eius Leui, & nepos eius Caath: Caath autẽ genuit Am
ram, vt patet supra 6. c. & Amrã genuit Moysen, vt pa-
tet ibidẽ. Anno aũt octogesimo Moysi fuit exitus de
Aegypto, quia tunc fecit Moyses plagas coram Pha-
raone, vt patet supra 7. e, ad plus ergo fuit mansio Israe
litarum in Aegypto tanta quanti anni istorum cõiũcti,
Vixit, aptem Caath annis 133. vt patet supra 6. c, dein-
de Amrã filius eius vixit annis 137. vt patet ibidẽ: Moy
ses autem filius Amrã erat annorũ 80, quando egressi
sunt de Aegypto, vt patet supra 7. c. coniungantur er-
go isti anni: & facient 350. annos præcisos, & sic non
sunt 430. Ab istis autem adhuc oportet tollere mul-
tos annos ad sciendum, quòd fuerunt præcisi illi, qui-
bus manserunt in Aegypto. Primo deducendi sunt
anni quos habebat Caath, quando descendit in Aegy
tum cum Iacob auo suo, qui forte esset annorum 20.
cum pater eius Leui esset tunc 44. annorum, vt decla-
rauimus Gen. 13. c. & supra 2. cap. Subtrahendi sunt et
anni, quos vixit Amram, postquã genuit Moysen, qui
simul plures erunt quàm centum viginti, aut triginta;
nam secundum veritatem sunt centum trigintaquin-
que, quia mansio filiorum Israel in Aegypto præcisa
fuit ducentorum quindecim annorũ, vt probauimus
Gen. 15. c. licèt communiter ab Hebręis vocẽtur 210.
& nos sequentes morem eorum aliquando sic voce-
mus. Dicendum ergo quòd iste numerus 430. anno-
rum non incipitur ab ingressu in Aegyptum, vt proba
tum est, sed ab aduentu Abraham de Aram in terram
Chanaam: in quo anno incipit esse habitatio extra ter-
ram suam: nam cum maneret Abraham in Arã, licèt
esset extra terram suã, scilicet ciuitatẽ Vr Caldęorum,
tũ quia manebat in domo patris suis Thare, non di-
cebatur peregrinare: cum aũt inde recessit, tunc pere-
grinari incepit, & sic cùm mandaret ei dominus rece-
dere de Aram in terram Chanaam tanquã mandaret
ei peregrinari dixit: Egredere de terra tua, & de cogna
tione tua: vt patet Gen. 12. c. Sciendum q̃ ista locutio
est impropria, quia si proprie acciperetur, nõ posset cõ-
putari nisi ab eo tempore, quo Iacob genuit Rubẽ pri-
mogenitũ suum in Mesopotamia, & erat annorũ 84.
vt probatur fuit Gen. 29. c. quia tunc incepit Iacob qui
dicit Israel habere filios: antea n. nulli filij Israel erãt:
sed ab illo tempore planum est, q̃ non possunt esse an-
ni 430. Licèt ergo propriè filij Israel dicantur filij Ia-
cob, tũ large vocantur filij Israel ipse Abraham cũ to-
ta sua successione, ideo habitatio eiꝰ dicitur habitatio
C filiorum Israel. Sed dices quare vocatur ista habitatio
filiorum Israel in Aegypto, cũ non solũ habitauerunt
in toto isto tempore in Aegypto, sed ẽt ĩ terra Chanaã;
& in Mesopotamia, cũ ibi moratus fuerit Iacob annis
20. vt patet Gen. 29. & 30. & 31. c. colligendo ex eis. Re-
spondetur quòd isti anni vocant ab Aegypto, quia ma-
iori tẽpore morati sunt in Aegypto, quã in aliquo alio
loco. i. aut in terra Chanaam, aut in Mesopotamia: im-
mo si cõputetur, medietas istius totius temporis mo-
rati sunt in Aegypto: nã totum tempus fuit annorum
430. medietas aũt est 215. & tãtũ mora, sunt in Aegy-
pto, vt declaratũ fuit Ge. 15. c. et dicetur infra. Itẽ quia
peregrinatio dicit quendã laborem, cũ sit exiliũ a pro-
pria patria, vel carentia propriarum sedũ: laborẽ autẽ
D nullũ ita durum sensẽrunt Israelitæ, sicut in Aegypto.
Nam in Mesopotamia nõ fuerũt subiecti in seruitutẽ:
licèt ibi Iacob satis pro vxoribus, & pecoribus labora-
uerit. In terra Chanaã, licèt habitarent vt peregrini, tũ
non subijciebantur in seruitutem. In Aegypto autem
non solum fuerũt redacti in seruitutem, sed etiã in du-
rissimam seruitutem. Respõsio tamen potissima quare
vocatur totũ istud tempus habitatio in Aegypto est
illa, quam assignamus Gen. 15. c. f. quia tẽpus istud in-
cepit in habitatione Aegypti, & finitum fuit in habita
tione Aegypti: medium aũt cũ denominetur ab extre
mis, & extremum vtrũq; istius temporis pertineat ad
Aegyptios, denominabitur totũ tẽpus mãsio Aegypti:
Patet hoc, quia primo anno, quo Abrahã exiuit de A-
E rã venit in terrã Chanaã: & quia tũc accidit ibi fames,
vt patet Gen. 12. c. coactus fuit Abrahã descẽdere ĩ Ae
gyptũ, & habitauit ibi modico tẽpore: postea reuersus
fuit ĩ terra Chanaam: & mãsit ibi per totã vitam suam
cum suo filio Isaac: deinde Iacob filius Isaac iuit in Me
sopotamiã ad accipiendam vxorẽ: vt patet Gen. 27. ca.
& mansit ibi 20. annis: vt habet Gen. 31. ca. deinde re-
uersus fuit in terra Chanaam, & mansit ibi quousque
anno. 130. vitæ suæ descẽdit in Aegyptum: vt habetur
Gen. 47. cap. & ibi mortuus fuit, & mãsit tota sua po-
steritas vsque ad completionem istorum annorum
430. Poterit autem si haberi computatio. Quando A-
braham venit in terram Chanaam anno quo egres-
sus est de Aram, erat annorum 75. vt patet Gen. 12. ca.
ab illo

Hebręi volebant pastam fermentare at Aegyptij vrgẽtes vt recederẽt nõ permiserunt.

Mansio ꝓcisa filiorũ Israel ĩ Aegypto fuit 215. annorum.

Cur vocetur habitatio filiorum Israel in Aegypto.

In nulla terra Hebræi fuerunt magis afflicti quam in Aegypto.

ab illo ergo tempore vsque ad natiuitatem Isaac, quæ fuit anno centesimo Abrahæ: vt patet Gen. 21. capit. fluxerunt anni 25. quibus addantur anni 60. à natiuitate Isaac vsque quo genuit Esau, & Iacob: sunt anni 85. quibus iungantur anni 130. quos compleuerat Iacob, quando descendit in Aegyptum: vt patet Genn. 47. erunt anni 215. manent ergo alij 215. ad completionem 430. annorum. Quòd autem computatio incipere debeat à tempore, quo exiuit Abraham de Aram Mesopotamiæ, patet ex hoc, quia Apostolus ad Gala. c. 3. computat 430. annos a tẽpore, quo fuit facta promissio Abrahæ vsque ad dationem legis in monte Sinai; idem enim est computare vsque ad exitum de Aegypto, vel vsq; ad dationem legis: quia lex data fuit post exitum de Aegypto 50. diebus: nam die 15. mẽsis primi fuit exitus de Aegypto: vt patet isto ca. & Num. 33. cap. & lex fuit data die 3. mensis tertij: vt patet infra 19. cap. ideo computando inclusiue a die 15. mensis primi vsque ad diem tertium mensis tertij sunt 49. aut 50. dies: in numero ergo annorum 430. nullã qualitatem notabilem faciunt 50. dies. Nunc ergo cũ numerus annorum positorum hic, & positorum ab Apostolo sit idem, & finis eorum sit idem, è contrario principium erit idem: sed Apostolus incipit computare suos 430. annos à promissione facta Abrahæ de semine multiplicando, & de terra Chanaam possidenda: vt patet ad Gal. 3. cap. Et ista promissio fuit facta anno primo, quo ingressi sunt ipse, & domus sua in terram Chanaam: vt colligitur Gen. 12. capit. ergo ab illo tempore debet incipi ista computatio. Hebræi autem incipiunt computare istos annos à tẽpore, quo dixit Deus Abrahæ. Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terram non suam: & affligent eos 400. annis: vt patet Gen. 15. cap. Sed non potest stare, quia numerus completus annorum reperitur a promissione facta Abrahę vsque exitum de Aegypto, vt supra patuit: quanto autem magis cõputenẽ à citeriori tempore, minus reperietur de annis, scilicet a tempore, quo ista verba dicta sunt Abrahæ; idest, peregrinũ futurum est semen tuum in terram nõ suam: quia inter introitũ Abrahę in terrã Chanaã, & promissionem factam ei a dño, ad tẽpus, in quo data sunt ista verba de peregrinatione seminis eius, transierunt aliquot anni: nam post illam promissionem factam descendit Abrahã in Aegyptum, & mansit ibi aliquanto tempore: deinde redijt in terrã Chanaã: vt patet Gen. 12. ca. Postea moratus est ibidem cum cõsobrino suo Loth: & deinde abinuicem separati sunt: vt patet Gen. 13. c. Deinde cũ habitasset aliquãto tẽpore Loth ĩ Sodomis, veniãtes quatuor reges inuaserũt ciuitatem, & tulerunt eum captũ cætero populo Sodomorũ, & Abrahã pugnans aduersus illos reges eripuit Loth: vt patet Gen. 14. ca. Deinde aliquantis interpositis diebus apparuit ei dominus, & promisit terrã Chanaã prędixitq; seminis sui peregrinationem: vt patet Gen. 15. c. Ista ergo prædicta aliquibus annis indigẽrũt ad fieri, qui necessario interciderunt inter promissionem, à qua Apostolus computat 430. annos, & ipsam prænũciationem seminis captiuandi. Qualiter autem hoc reducatur ad æqualem summam, cùm cõputentur communiter 400. anni a natiuitate Isaac vsque ad exitũ de Aegypto: quia tunc cũ inter promissionẽ factam siue ingressum Abrahæ in terram Chanaam, & natiuitatẽ Isaac soli 25. anni interciderint, quia Abraam erat 75. annorũ cum intrauit in terram Chanaã, vt patet Gen. 12. c. & cẽtum annorum erat, qñ genuit Isaac, vt patet Gen. 21. cap. ergo relinquitur, quòd isti anni totaliter collecti sic computando essent 425. Ideo dicendũ est quòd a natiuitate Isaac, in qua incepit semen eius peregrinari, non solum fluxerunt vsq; ad exitum de Aegypto anni 400. sed 405. & sic cum 25. annis qui præcesserũt ab introitu terrę promissionis Abrahę vsq; ad natiuitatem Isaac, resultabunt 430. anni completi: & isti colliguntur sic, scilicet quòd à natiuitate Isaac vsq; ad descensum in Aegyptum fluxerint 190. anni: sic a natiuitate Isaac vsque quo genuit Iacob fluxerunt anni 60. vt patet Gen. 25. cap. deinde quando Iacob descendit in Aegyptum erat 130. annorum, vt patet Ge. 47. c. qui sunt anni 190. deinde ergo vsque exitum de Aegypto manent 215. qui faciunt annos 405. & non 400. Pcisè. Nicolaus autem consentit in ista summa totali, sed non in modo eliciendi eam: nam sequitur opinionem Hebræorum, qui dicunt durationem Israelitarũ in Aegypto fuisse solum annorum ducentorum, & decem: ideo vult ipse quòd à natiuitate Isaac vsq; ad ingressum in Aegyptum fuerint anni 195. ad complendum totam summam: sic enim dicit, q̃ licèt ex cõputatione videantur esse 190. anni ex natiuitate Isaac vsque descensum Iacob in Aegyptum, tamen sunt 195. Et ratio sua est, quia isti anni computantur à nobis ex annis diuersarum personarũ, in quibus computantur anni cõpleti & relinquunt incompleti, & isti incompleti rursus in totali numero qui resultat ex omnibus cõputantur, & supplentur anni quinq; ex minutis, & cõfractis. Sed hoc non potest vllo modo stare, quia isti anni 190. qui cõputantur secundũ literã sumuntur ex duobus numeris integris. s. ex annis 60. quos habebat Isaac, quando genuit Iacob, & ex 130. quos habebat Iacob qũ descendit in Aegyptũ: cùm ergo isti non possint habere nisi duos annos incõpletos: illi facient vnũ annum solum: aut vnum & dimidium ad plus: nullo ergo modo poterunt suppleri quinque anni integri ex annis incõpletis. Et dato q̃ velis assumere annos priores. s. qui fuerũt ab ingressu Abrahæ in terram Chanã, solus ille est vn̄ numerus. s. 25. anni: vt supra patuit, cui solum corrispondere poterit ad plus vnus annus incõpletus, qui sit dimidius aut paulo plus quam dimidius, & sic non poterit ex omnibus istis tribus numeris integris assumi aliquid incompletum, quod possit facere ad plus duos annos, aut duos, & dimidium, impossibile ergo erit cõplere quinq; annos. Dicendum ergo, q̃ à promissione facta Abrahæ siue ab ingressu in terram Chanaam fluxerunt anni 215. vsq; ingressum in Aegyptum, de quibus computantur solum 190. à natiuitate Isaac vsq; ad descensum in Aegyptũ anni 190. solum, deinde in Aegypto manserũt annos. 215. Quia autem dicit Historia Iudęorum fuisse annos 210. solum non est verum. Causa autem erroris fuit, quia cõputando 400. annos à natiuitate Isaac vsq; ad exitũ de Aegypto: non oportet ponere plures fuisse annos mãsionis in Aegypto; nam à natiuitate Isaac vsq; descensum in Aegyptum sunt anni 190. ad complẽdũ ergo 400. annos deficiunt solum 210. ideo posuerit 210. annos fuisset mansionis Aegypti. *Quibus expletis.* Idest annis 430. cõputando ab ingressu Abrahæ in terram Chanaam. *Eadẽm die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti.* Hoc potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd completis istis 430. annis eadem die, idest eodem die qua completi sunt, exiuit totus Israel de Aegypto, & tunc sequitur, q̃ in eadem die illius mẽsis, in qua intrauit Abraham in terram Chanaam, exiuit Israel de Aegypto: sed Israelitæ exierũt de Aegypto die 15. mensis primi, qui est Martius: ergo die 15. Martij introiuit Abraham in terram Chanaam. Alio modo potest intelligi, quòd postquam cõpleti sunt isti 430. anni siue immediatè, siue iterpositis aliquibus diebus, aut mensibus, eadem die egressus est omnis exercitus domini de Aegypto, idest exiuit totus Israel de Aegypto, idest quòd omnis multitudo filiorum Israel eadẽ die egressa est de Aegypto, idest vna die, scilicet quòd

Lex. 50. dieb⁹ post exitum de Aegypto Hebræis data est.

Opinio Nicolai de Lira de iusta computatione annorũ reijciatur.

Auctoritate opinio.

Prima expositio.

non morati sunt in exeundo pluribus diebus: sed eadem die, qua primi inceperunt exire, & vltimi exierũt, nec manserunt aliqui exituri ad alteram diem, & ponitur hoc pro miraculo, quia tanta multitudo filiorum Israel, scilicet plures, quàm septingenti mille, ant quasi pedites, vt supra probatũ ẽ, & paruuli, & mulieres, & senes, & vulgus Aegyptiorũ, pmiscuũ innumerabile: qui oẽs forte excederẽt trigesies cẽtena millia, possent eadem die exire de eodem regno. Quia videtur quòd egebant pluribus diebus ad exeundum, præcipuè cum non irent vt bellantes, sed vt mouẽtes secum domos suas quantum ad supellectilia, quę asportare poterant, Etiam quia procedebant ibi mulieres, & paruuli, qui lento gressũ mouentur. Et hoc fuit ex speciali dei voluntate, ne si pluribus diebus egrederentur, Pharao caperet multos eorum qui vltimo exirent. *Omnis exercitus domini.* Non vocantur exercitus propriè, idest multitudo pugnantium: quia plures erant ibi non potentes pugnare, scilicet paruuli, mulieres, & senes: sed vocatur exercitus domini, idest multitudo domini, more Hebraico vocante turbam, vel multitudinem exercitum. *Nox est ista obseruabilis domini.* Idest ista nox est digna obseruatione: quia tãtum miraculum Deus fecit in ea, vt patet infra: obseruatio ista est: quia Hebræi tota illa nocte vigilant legentes in sacris libris: est autem nox ista nox quartędecimè diei secundum computationem nostrã: tamen secundum cõputationem Hebræorum est nox 15. diei: quia nox secundũ illos præcedit diẽ: est autem ista nox, in qua primo immolauerunt agnum in Aegypto, & mortua sunt primogenita Aegyptiorum. *Quando eduxit eos de terra Aegypti.* Non exierunt de nocte: quia Deus mandauerat eis supra vt nullus eorũ exiret limen domus suæ per totã noctem. Etiam quia Num. 33. c. dicitur q̃ exierunt 15. die mensis primi videntibus Aegyptijs: & sepelientibus mortuos suos, sed cum primogenita Aegyptiorũ mortua fuissent eadem nocte in media nocte non immediate Aegyptij sepelissent ea, sed expectarent vsque mane, vt plangerent mortuos, & funeris officia aptius exequerentur. Dicendum ergo q̃ dicuntur per noctem egressi: quia per noctem data fuit eis licentia & potestas exeundi: & isto modo respõdetur ad id quod habetur Deu. 16. c. cum dicitur, q̃ in isto mẽse eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto nocte. i. fecit tibi dari licentiam, vel fecit plagam mortis primogenitorũ, propter quã Pharao dedit eis licentiam exeũdi: immo cõpellebat exire: & ista licentia, & cõpulsio fuit post mediam noctem. *Hanc obseruare debent omnes filij Israel.* Et sic obseruant vsque hodie, vt supra diximus. *In generationibus suis.* Idest ipsi, & omnes veniẽtes de semine eorum. Obligauit autem ista obseruatio omni tempore, quo manserunt cętera cærimonialia: & quia Hebræi aliqua obseruant nunc de eis, quæ per Moysen mandata sunt, & alia non.

Regulę pulchræ ad sciendum quæ sunt illa, quæ Iudæi nũc obseruant de his, quæ eis Moyses mandauit: & quæ non.

Ad cognoscendum quæ seruant Iudęi, vel quę non seruant: considerandum est, q̃ omnia ceremonialia, quæ determinant certum locum nõ seruantur ab eis, Quę autẽ absolutè sine loci determinatione dicuntur, nunc ab eis obseruantur. Vnde quia circuncisio nõ cõcernebat certitudinẽ loci, vel terrę, in qua fieret: ita obseruatur ab eis nunc sicut in terra promissionis. In festiuitatibus aũt, scilicet sabbato, & Pascha azymorum, & Pentecoste, & festo Clangoris, & Propitiationis, & Tabernaculorum duo considerantur: primo ipsa obseruatio diei absoluta, de qua Leui, 23. c. Secundo ipsis immolationes debitæ illę diebus, de quibus Num. 28. & 29. ca. Quantum ad primum, scilicet obseruationem dierum absolutè; quia non concernebat locum: ità tenetur à Iudęis hodie sicut quando erant in terra promissionis. Agnus verò Paschalis, & cęterę immolationes, quæ fiebant in illis festis, quia concernebãt certum locum, cum non possent fieri extra locum sanctuarij. s. super altare holocaustorũ: & nunc nõ habent altare holocaustorum: ideo ista sacrificia non faciunt: antecedens patet Leu. 17. & Deu. 12. c. vbi prohibetur sub mortis periculo, ne quisquã audeat extra atrium tabernaculi sanctuarij immolare hostias suas. Obseruatio autem azymorum non concernit locum: ideo nunc tenetur a Iudæis, sicut in terra promissionis. In die autem Pentecoste, quę vocatur Leu. 23. c. festiuitas hebdomadarum, idest septem hebdomadarũ cõputando a festiuitate azymorum erãt duo, scilicet obseruatio diei in se, & ista tenetur: secundum erat sacrificium factum de pecoribus, & de spicis primis messis triticeæ, vt patet Leui. 23. & quia ista fieri debebant in tabernaculo, nunc non fiunt. Idem in festo Clangoris fiebat obseruatio ab omni opere seruili: vt patet Leui. 23. cap. & nunc fit: fiebat etiam immolatio animaliũ, vt patet num. 29. c. & nunc non fit. Ter etiam in anno ascendebãt in locum sanctuarij ad faciendum solennitatem domini, vt patet infra 23. & 34. cap. & Deut. 16 nunc aũt non, quia nec tabernaculum habent, nec morantur in terra promissionis. Etiam mandatum est sibi duas decimas quolibet anno facere, & in tertio anno tres decimas, sicut habetur Deut. 14. c. nunc autẽ nullam habent aut faciunt: quia sacerdotes, & Leuitę in tabernaculis non sunt, quibus ista dari debebant. In festiuitate propitiationis fiebat obseruatio ab omni opere simpliciter, & nunc fit. Mandabatur etiam fieri afflictio corporis illa die, vt patet Leui. 23. ca. & nunc fit, quia tota illa die nihil comedunt Hebræi aut bibunt. Mandabatur fieri oblatio arietis, & vituli, & duorum hircorum, quorũ vnus esset in sortem domini ad immolãdũ, & alius in Caprum emissarium, vt patet Leu. 16. c. & hoc nõ obseruatur. In festo Tabernaculorum erant duo dies custodiẽdi, & nunc custodiuntur. Erãt fiendę oblationes, vt patet num. 29. c. & illę non fiunt. Erat etiam fienda quædam exultatio in ramis arboris pulcherrimę, & spatulis palmarum, & arbore densarũ frondium, atque in salicibus de torrente, & habitare debebãt in tabernaculis factis de frõdibus, & ramis arborum: vt patet Leui. 23. c. Et quia istę cęremonię non concernebant certum locum, obseruantur vsque hodie. Mandabatur etiam abstinentia à quibusdam carnibus volatilium, & gressibilium: vt patet Leui. 11. & Deut. 14. c. & ista quia non concernunt locum obseruantur, Mandabatur quædã purificatio fieri in parientibus, vt post 40. dies in masculis, & 80. mulieribus: vt pariens iret ad templum, & offerret quasdam aues, scilicet par turturum aut duos pullos columbarum, vel agnum anniculum, vt patet Leui. 12. c, Hoc tamen nõ obseruatur nunc, quia ista oblatio in tabernaculo fieri debebat. Mandabat etiam fieri annus remissionis post septem annos, & iubileus post annos 50. vt patet Leuit, 25. c. quia tamen hoc quandam loci determinationem concernit, vt patet eodem cap. ex aliquibus circũstantijs ibi positis, nunc non obseruatur. Item mandabatur fieri separatio leprosorum, & quędam purificatio: nunc autem non fit, quia quædam animalia tũc offerri debebant. Etiam sacerdos ista faciebat, qui nunc non est, de quo Leui. 14. c. Viri patientes fluxum seminis immundi erant, & fiebãt eis quędam purificationes; sed nunc non fiunt, quia immolari debebant duo pulli columbę, vir autem de quo exibat semẽ coitus, & mulier, cum qua quisquã coiret immundi erãt & lauari debebant aqua nihil immolantes: sed quia ista immundicia solum erat quædam irregularitas priuans ab accessu, vel ingressu sanctuarij, & quia nunc

Pro miraculo existimat, q̃ oẽs hębrei & Aegyptij multi cũ eis vna die de Aegypto excederent.

Quęst. 55.

Hebræi quolibet anno duas decimas soluebant, & ĩ tertio tres nunc nullam habent.

Annus iubile i post 50. erat apud Hebræos.

Sub pena capitis Hebræis erat mulierem menstruũ patientem tangere.

non est sanctuarium, non curant de abluendo se. Mulier autem quæ patitur menstruum quolibet mense erat immunda, & nullus eam tangere debebat, nec quisquam cũ ea coire sub pena mortis: vt patet Leui. 20.c. ideo licèt mandentur ibi fieri quædam purgationes, quia tamen non habetur sacerdos aut tabernaculum, in quo fiant immolationes, quæ ibi dicuntur, nõ fiunt: sed solũ ipsę mulieres Hebræe postquam cessat sanguis mẽstruus lauantur aqua, vt mundæ sint respectu virorum suorum: de his omnibus Leui. 15. c. Probatio aũt zelotypię dabatur in lege: vt patet Nu. 5. c. quia tũ fiebat in tabernaculo illa probatio, nunc obseruari non potest. Votum etiam Nazareorum tunc obseruabatur, quia tamen illud præsupponit quasdã ceremonias tẽpli, & immolationes, nunc non fit: de quo Num. 6. c. Fiebat etiã abstersio omnium immunditiarum in lege veteri ꝑ cineres vitulę rufę comixtos aqua & aspersos super immundum: vt patet Nu. 19. c. & ad Hebræ. 9. Et licèt ista vitula rufa nõ immolaretur in tabernaculo, aut cremaretur, sed extra castra vtrunque agebatur, vt patet eodẽ cap. tũ quia aspersio fiebat septies cum sanguine eius cõtra fores tabernaculi: & quia immolatio fiebat per sacerdotem magnum, aut per filium eius: quoniã Eleazar filius Aarõ primã vitulam immolauit, non potest hoc obseruari: Primogenita etiam pecorũ immolabanẽ domino: vt patet infra 13. cap. quia tamen nunc non est locus, vbi immoletur, non obseruatur hoc. Item primogenita hoĩum redimebanẽ quinq; siclis: vt patet Num. 33. c. nunc tũ non fit, quia non sunt sacerdotes, ad quos ista iura pertinebant: vt patet Nu. 18. cap. Et sicut nos diximus de istis, ita quilibet inquirens poterit iam leuiter scire de omnib⁹ alijs ceremonialibus legis veteris: vtrum obseruẽtur a Iudæis, & causam sciet: & sic erit ista propria cognitio demonstratiua à priori faciens scire si accipiantur dicta legis, vt per se nota, & immediata principia.

Obiectio. Et si obijcias quia Num. 15. Deus mandauit Iudæis ducere in vestibus fimbrias, vt distinguerẽtur ab alijs popolis, & ibi non dicitur ꝙ obseruarent in terra promissionis, sed absolutè dixit quòd facerent fimbrias iacentinas per quatuor angulos paliorum: & tamen nũc nõ

Respon. 2. obseruãt sic. Ad hoc posset responderi dupliciter: vno modo quòd alia mandata superiora, quæ continentur in eodẽ ca. dicuntur obligare in terra Chanaam, ita intelligeretur de hoc mãdato. Alio modo potest respõderi, & melius, ꝙ istud mandatũ nullum determinatũ locum concernebat, ideo seruari debebat etiã extra terrã promissionis, & nũc ab eis seruatur, quia licèt nõ portent fimbrias iacintinas, portant tamen quædã fila nodata loco fimbriarum, & maximè faciũt hoc eorũ

Obiect. 2. Leuitæ, quos ipsi sic vocant. Et si arguas de præceptis iudicantibus, quæ ponuntur infra 21. cap. & 22. sæpe in Leuitico, & Numeris, atq; Deuteronomio, qa ista nõ

Solutio. obseruantur nũc. Respondetur ꝙ ad executionem legis punientis requiritur minister legis habens potestatem puniendi: sed Iudęi non habẽt nunc tales ministros, vel iudices ideo nõ possunt obseruare. Si tamen darẽtur eis iudices de genere suo, & permitterenẽ iudicare secundum quòd ipsi vellent, iudicarenẽ per illas leges inquantum non concernunt determinationem sanctuarij aut terræ promissionis. Tenendo ergo secundum quòd Iudæi tenent nunc (etiam si erroneũ sit) scilicet quòd ceremoniæ veteris testamenti obligabant in sempiternum: valde prudenter antiqui sui distinxerunt obseruationes tenendas, & non tenẽdas: nunc circa eandem solennitatem distinguentes multa. Moderni tũ plerorũq; istorũ causas, aut nesciunt, aut si respiciũt, sed solũ ex maiorũ tradõe custodiũt: qa ipsi maiores ab antiqs (licèt cãs quãr sic ĩ obseruatiõib. distinguerent) cognoscerent, tũ eas non scripserunt.

F Dixitque dominus ad Moysen, & Aarõ: Num. 9.
Hæc est religio Phase: Omnis alienegina
non comedet ex eo: omnis autem seruus
emptitius circuncidetur, & sic comedet.
Aduena, & mercenarius non edent ex eo.
In vna domo comedetur: nec efferetis de
carnibus eius foras: nec os illius confrige-
tis. Omnis cætus filiorum Israel faciet il-
lud. Quod siquis peregrinorum in vestram
voluerit transire coloniam, & facere Pha-
G se domini, circuncidetur prius omne ma-
sculinum eius, & tunc ritè celebrabit: erit-
que sicut indigena terræ. Siquis autem cir- 24.q. 1.ca. audiuim⁹, & ca. quia ex sol. &c. Quoniam vetus. Ioan. 19.
cuncisus non fuerit, non vescetur ex eo. Ea-
dem lex erit indigenæ, & colono, qui pere-
grinatur apud vos. Feceruntque omnes filij
Israel, sicut præceperat dominus Moysi, &
Aaron: & eadem die eduxit dominus filios
Israel de terra Aegypti per turmas suas.

H Dixit quoque dominus. Hic ponitur tertium, scilicet cæremoniarum agni Paschalis repetitio: fiunt autem istę repetitiones frequenter in veteri testamento. Causa autem duplex est: Prima, vt aliquid addatur: & sic si respiciantur omnes repetitiones factæ in veteri testamento, aut nouo nunquam reperietur aliqua, in qua non fiat additio: nisi forte illa fieret ex necessitate historiæ, vt pote cùm Deus mandaret aliquid dicere Moysi, dicebat ei quid dicturus esset: & postea ponit scriptura quomodo repetebat eadem verba Moyses Pharaoni: licèt hoc non semper adhuc fit, sed ponitur sub quadam clausula generale dicendo, fecerũt, vel locuti sunt Moyses & Aaron iuxta omnia, quæ præ- Causa quare sępe in veteri testamento cæremoniæ repetũtur duplex est.
ceperat dominus. Secundo fit replicatio ad imprimẽ

I dum magis eandem rem memoriæ: quia ex pluribus sensationibus, & intellectionibus causatur fortior impressio, vel causat memoria: vt ait Philosophus in primo Metaph. in principio: & propter hoc reperietur, quòd non fit repetitio in sacra scriptura, nisi quantum ad ea, quæ erãt valde specialia: & Deus volebat multum custodiri: sicut erat abstinere à cultu idolorum, de quo sępissima repetitio fit ĩ omnibus istis quatuor libris: & præcipuè in Deuteronomio: & sic de sabbato, & quibusdam alijs: ista autem obseruatio paschalis agni specialis erat: ideo repeti frequenter debebat, ꝑcipue quia hic aliquid additur ad superius dicta, vt patet considerando literam.

K *Dixit quoque Dominus*. Vtrum eadem locutio Dei fuerit ista cum superiori quando datæ sunt cæremoniæ Paschales, an postea iterum dictum fuerit, non plenè patet. Dicet forte aliquis quòd fuerũt duæ locutiones: quia hic dicitur. *Dixit quoque Dominus*. Scilicet quia fit hic interruptio præteritorum, & caput rationis: quod non diceretur debere fieri, si esset cõtinuata narratio. Sed hoc non concludit: quia sępe factũ fuit sic: & declarauimus supra 6. & 7. ca. nam cũ dominus dixisset Moysi quid agere deberet, postea interpositis quibusdam volens declarare qualiter illud agere deberet, dictum fuit in litera: Et dixit dominus ad Moysen; non obstante, tamen quòd ista ratio non concludit: videtur dicendum, quòd istud non dictum fuit simul cum superiori ennarratione cæremoniarũ, sed Quæst. 56. An ista locutio Dei ad Moysen sit alia a superiori.

post:

post: quia si simul dictum fuisset, non interponeretur A hic exitus de Aegypto, & mors primogenitorum inter vtrunque. Sed dicet aliquis: quo ergo tempore dictum est, nunquid ante exitum de Aegypto, vel post? Dicendum videtur, quòd post exitũ de Aegypto hoc dictum fuerit. Et primo suadetur ex hoc, quia interruptiones historiarum in sacra scriptura fiunt rationabilius quàm fieri possunt, vtputa spiritu sancto dictante, vt habetur 2. Petri ca. 1. sed cùm hic fiat interruptio historiæ ponendo ista præcepta, quæ non sunt res gestæ, sed dictæ, & supra ponatur exitus de Aegypto saltem in generali, intelligẽdum est ista fuisse dicta post exitum de Aegypto. Et si dicas nunquid immediate post exitum de Aegypto: an multis diebus post? Respõdetur quòd satis potest dici multis diebus post exi- B tum de Aegypto. Et si dicas, quare ergo positum fuit hic? Respondetur quòd ratio fuit, quia istud mandatum pertinebat ad ceremoniam obseruatã in exitu de Aegypto, scilicet ad immolationem agni paschalis: sic patet infra 16. ca. vbi dicitur ꝙ Aaron posuit manna in vno vase quantum continebat gomor, & posuit illud in vase coram domino: constat tamen quòd ea, quæ ibi dicuntur de manna fuerunt secundo Mense post exitum de Aegypto, vt habetur in eodẽ c. tabernaculum tũ non fuit perfectum, atq; Aaron factus sacerdos vsq; ad secundũ annum exit⁹ de Aegypto, vt patet infra 40. c. de erectione tabernaculi. Alia ratio, quia ista quæ hic dicuntur, magis pertinebant ad futuras generationes, quã ad eos qui erant in Aegypto: nam dicitur hic: Omnis seruus emptitius circuncidetur, & sic comedet, sed tunc nõ erat aliquis seruus inter Hæbreos, cùm ipsi essent serui Aegyptiorũ. Item quia dicitur: Siquis peregrinorum in nostram voluerit transire coloniam, & facere Phase, domini circuncidetur prius: constat tamen, quòd tunc non fuerunt aliqui facientes cum eis Phase: quia in domibus omnium Aegyptiorum Deus occiderat primogenita: & tamen tunc non erat aliquis, qui vellet transire in coloniam Hebræorum: ergo &c. *Ad Moysen, & Aaron.* Solum dictum fuit hoc Moysi, quia Deus loquebatur Moysi, & nunquam Aaron: tamen dicitur loqui ad vtrunq;, quia vterque proponebat illud populo, scilicet Moyses dicebat illud Aaron, & Aaron coram populo pro- D ponebat. *Hæc est religio Phase*. Idest istæ sunt ceremonię, quę obseruari debent in solennitate Phase, scilicet in agno Paschali. Dicitur religio a religando: quia homo se religat ad talem, vel talem obseruantiam

Alienigena quid significet. cultus diuini. *Omnis alienigena non comedet ex eo*. Idest nullus alienigena per æquipollentiã negationis postpositæ signo vniuersali: vocatur aũt alienigena, idest extraneus a cultu Dei: vel quia Gentilis est: vel quia Iudęus erat, qui conuerteretur ad Gentilitatem: nunc autem ipsi alienigenas vocant Iudæos ad Christianitatem conuersos: sic enim ait Rabbi Salomon. *Non comedet ex eo*. Idest ex agno Paschali. Ista eadem obseruatio in Eucharistia tenenda est: quia nulli danda est nisi qui catholicus sit: & non solum hoc, immo nulli danda est nisi ei, qui in statu bonæ vitæ est: alij enim iudicium sibi manducant, & bibunt: vt patet prima ad Chorinth. vndecimo capit. *Omnis autem seruus empti-*

Seruus emptitius, & mercenarius. *tius*. Dicitur emptitius ad differentiam illius, qui seruit pro mercede, & vocatur mercennarius: quia de illo alia lex danda est: vt patet immediate. Et dicuntur hic serui emptitij non solùm illi, qui pecunijs emuntur: sed etiam illi, qui in bello capiuntur, quia æquale dominium acquiritur in vtrisque, cùm de iure gentium illi, qui in bello capiuntur, efficiantur serui capientium: vt patet in instituta, de iure naturali gentium, & ciuili in §. ius gentium. Ista litera quantum ad illud, verbum, comedet, potest dupliciter intelligi:

A Vno modo ad dominum, scilicet ad ipsum Hebræum, & tunc est sensus: quandocunque aliquis Hebræus habuerit aliquem seruum emptitium, circuncidat illum antequam comedat de agno Paschali: nam si non circuuciderit eum, non poterit ipse dominus de agno Paschali comedere. Alio modo potest intelligi, quòd si aliquis Hebræus habet aliquem seruum: & ille seruus, quia est res domini sui, si voluerit comedere, debet circuncidi. Sed adhuc istud secundum potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd ponatur conditionaliter, scilicet quòd si seruus emptitius voluerit comedere de Phase, quòd circuncidi prius debet: secundo modo, quòd legatur per modum Cogebatur seruus empticius circuncidi & comede ro de Phase.
præcepti, scilicet quòd mandatur cuicunque Hebræo B habenti seruum emptitium, quòd illum circuncidat, & faciat eum comedere de agno Paschali: & iste sensus est, quem intendit litera, scilicet quòd ponatur per modum præcepti: nam si poneretur per modum conditionis, litera essent superflua, quia ponitur regula vniuersalis, quòd quicunque alienigena circuncidi voluerit possit comedere de agno paschali: si ergo serui emptitij circunciderentur, quis dubitabit, quòd comedere possent? ergo superfluum esset ponere. Item quia tunc quare poneretur differentia inter seruum emptitium, & mercenarium, & aduenam? nulla enim ratio esset: tamen dicitur de seruo emptitio, quòd circuncidetur, & comedet. De mercenario autem, & aduena dicitur, quòd non comedet C ex eo: sed manifestum est, quòd comedet si vult circuncidi: ergo non datur hic lex conditionaliter, sed absolute, scilicet quòd ex eo, quòd aliquis seruus emptitius est, debet dominus suus circuncidere eum. Etiam si nollit, & tunc comedet: cogetur etiam obseruare omnes aliàs cæremonias Hebræorum, & ratio diuersitatis est inter seruum emptitium, & mercenarium, vel aduenam, quia seruus emptitius est proprie seruus: & seruus est res domini sui, cùm vocetur possessio eius: vt patet per Aristo. in quinto Ethicorum: & infra capitu. vigesimoprimo dicitur seruus pecunia domini sui: & primo Politicorum capit. secundo, vocatur seruus organum animatum separatum: homo existens simpliciter al- D terius: sicut ergo quilibet homo habet potestatẽ super membra sua tanquam res suas: ita habet potestatem super seruum suum, cùm simpliciter sit res sua: potest ergo eum circuncidere. Mercenarius autem, & aduena non sunt res eius, apud quem manent, quia si aliquis mercenarius est, pro pecunijs laborat. Aduena autem adhuc magis liber est, quia a nullo aliquid recepit, nisi quòd venit ad morandum in aliquo loco, vel ciuitate causa lucri, aut aliàs. *Aduena, & mercenarius*. Aduena dicebatur aliquis Gentilis habitans inter Hebræos, vt mercatores, qui venirent de locis diuersis, & in multis locis faciunt habitationem vt morentur: isti enim non cogebantur circuncidi. Mercenarius vocatur aliquis de Gentilibus, qui ve- Differẽtia inter aduenã & mercenariũ.
niebat ad faciendum aliqua opera Hebræorum: quia E quantocunque iste esset familiaris Hebræis: tamen non poterat comedere de agno Paschali: nisi vellet circuncidi: quia tunc admitteretur libenter ad comestionem agni Paschalis inter eos, sed non sic dicit de seruo, quia seruus cogebatur circuncidi & comede re: mercenari⁹ aũt comedebat si volebat. *Nõ comedet ex eo*. Si solũ sint aduenæ aut mercenarij, sed si cõuertanẽ tunc comedent. *In vna domo comedetur*. Idest quòd in domo, in qua fuerit immolatus, comedetur totus. *Nec offeretis de carnibus eius foras*. Idest quando in vna domo fuerit assatus, non debet pars carnium mitti ad aliam domum, sed in eadem totus comedetur. Nicolaus autem dicit, quòd hoc fiebat ad signandam

primam

Opinio Nicolai de Lira refellitur.

primam immolationem agni in Aegypto, in qua tanta erat sollicitudo parationis ad iter, quòd non vacabat eis discurrere de domo in domum, nec mittere ad inuicem encenia. Sed sub reuerentia domini Nicolai nullo modo potest assignari ista causa in hoc loco. Quantum ad primum, cùm dicit quòd tantam sollicitudinem habebant, quòd non vacabat eis moueri de domo in domũ: non enim est ista causa, quia dato quòd nullam sollicitudinem habuissent, non possent discurrere de domo in domum: quia Deus mandauerat, vt nullus exiret de hostio domus suæ vsque mane, vt patet supra: in tota ergo nocte ex mandato Dei non poterāt discurrere de domo in domum. Itē secundo quando dicit, quòd propter sollicitudinem recedendi non vacabat eis mittere encenia, quia dato quòd non haberent illam sollicitudinem recedendi: tamen non possent mittere de vna domo in alteram quicquam. Et patet hoc tripliciter: primo quia dicitur supra, quòd in qualibet domo deberet immolari agnus: si domus esset sufficiens, si autem esset ita parua quòd non haberet personas sufficientes ad esum agni: tunc deberet aduocare ex alia domo secundum numerum qui esset sufficiens ad esum agni tot personas, quòd sufficerent ad comedendum agnum integrum. Si autem possent mitti de vna domo in alteram encenia: non oporteret vocari de alia domo personas illas ad esum agni, sed mitterent eis necessaria: Vel saltem Deus hoc mandaret, quòd si vna domus non sufficeret ad esum agni, pars illius daretur alteri domui, sed non iussit: quinnimo mandauit, quòd si de vna domo non sufficerēt, ad eandem domum de alia domo personæ aliquæ conuenirent. Item quia dicitur quòd si aliquid de carnibus ei⁹ superesset, igne consumeretur: sed manifestum est quòd si liceret mitti encenia de illis carnibus quibus vellent, nunquam aliquæ carnes manerent, quæ igne consumi deberent: ergo intelligitur, quòd non possent mittere encenia. Item encenia mittuntur eis, qui non habent: sicut mādantur inuitari illi qui pro se nihil parauerunt: sed tūc omnes habebāt ad saturitatem de agno Paschali: quia omnes, aut in domo sua immolabant, aut ab alijs, qui immolabant vocabantur, ergo non erat necessarium mitti alicui encenia. Item quia sicut istud agnum immolari, & solum comedi caput cum pedibus, & intestinis, erat quędam Messiæ futura figura: ita extra domum illam, in qua immolabatur nihil efferri, erat quædam futurorum figura: & istæ figurę principaliter intendebantur in significatione, licèt fieri debebant ista ad literam, vt mandabantur: sicut dicitur Ioa. 19. cap. quòd quando milites venerunt ad Iesum fractis cruribus latronum non fregerunt crura eius inueniētes eum mortuum: vt compleretur scriptura, quæ dicebat: os non comminuetis ex eo. In hoc intendebat Christus signare vnitatem Ecclesiæ in qua ministri consecrant Eucharistiam: siquis autem sit extra Ecclesiæ ministros, idest quòd non sit sacerdos, non potest Eucharistiam conficere; non ergo ideo non mittebant encenia isti in Aegypto, quia non vacabat eis propter solicitudines: sed quia sic eis mandatũ fuerat, vt non educeretur aliquid de carnibus eius foras ad significationem futurorum ex causis iam assignatis supra. *Nec os illius confringetis*. Istę duæ cęremoniæ repetuntur hic principaliter, scilicet quòd non comederetur per partes in diuersis domibus. Et scda quòd nullum os eius confringeretur: quia istæ duæ specialius signabant Messiam quàm cęteræ. Quia non efferri carnes extra vnam domum signabat vnitatem Ecclesiæ in conficiētibus ministerijs: quia autem non confringeretur os eius signabat nullum os esse confringēdum in corpore benedicto Christi. *Omnis cętus*. Idest tota multitudo. *Filiorum Israel faciet illud.* Idest Phase non coniunctim, quòd omnes vnum agnum aut hędum immolare deberent, vt aliqui tenuerunt, & supra improbauimus: quia non sufficeret vnũ animal omnibus: sed quòd omnis cętus filiorum Israel faciat illud, Idest quòd non sit aliqua domus inter filios Israel, in qua non fiat si sufficiens est. *Quare siquis peregrinorum*. Peregrini vocantur illi, qui de alio ritu scilicet de Gentilitate veniunt.

Duę agni cęrimonię maxime Messiam figurātes.

Quęst. 57.

Nec vocatur hic peregrinus qui Iudæus esset, & postea apostatans a lege verteretur ad aliquam sectam, & rursus vellet redire in legem: quia nullo modo reciperetur ab eis: sed magis si vellet redire occideretur si eum tenere possent: sicut faciunt Christiani siquis ad Iudaismum vertatur, vel saltem ad sarracenos: quia etiam si resipiscant, semper eis dabitur pęna. Etiam quia dicitur hic, quòd si peregrini conuerterentur, circuncidebatur tamen prius ex eis omne masculinũ domus: sed non potest hoc conuenire Hebræis: quia illi qui aliquo tempore Hebręi fuerint, circũcisi sunt. *In vestram voluerit transire coloniam*. Idest in vestrum ritum siue cultum: dicitur autem colonia à colendo, sicut cultus: proprie autem colonia, vt accipitur in libris historicis, dicitur ciuitas, quæ ab hostibus capta, & occisis eis, qui intra manebant, ab alijs peregrinis populatur. Et sic Romani quādo capiebāt ciuitates quasdam faciebant colonias, & quasdam tributarias, & quasdam de prouincia: accipiendo autem coloniam illo modo, dicitur colonia à colocolis, idest habitare: quia alienigenę ducuntur ad habitandum ibidem. Accipiendo aũt coloniã, vt dicitur hic, deriuatur de colo colis, idest honorare, quia colo multa signat, vt ait Hebrardus in his versibus.

Agros, rus, formam, superos colit, atque parentes.
Hos arat, hos habitat, ornat, honorat, amat.

Vnde dicatur colonia, & quę proprie colonia dicatur.

Colonia enim cultus Dei dicitur, siue cultus Dei veri, siue Dei falsi: hic autem pro Deo vero accipitur. *Circuncidetur prius omne masculinum*. Idest omnes qui sunt in domo sua, & sunt sub potestate sua circuncidentur: & per hoc intelliguntur serui emptitij: quia seruus est res domini sui: vt supra declarauimus. *Et sic ritè celebrabit*. Idest sic faciendo celebratio illa grata est Deo: aliter enim siquis non circuncisus in persona sua, vel in reb⁹ suis, scilicet in domesticis celebret Phase, non erit grata Deo immolatio, quando potius magna pęna dignus erit talia faciens. Sicut cum quis Eucharistiam indignè suscipit: quia iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans Corpus Domini, vt ait Apostolus primę Corint. 11. cap. Secundum substantiã tamē, & sacramētaliter, & realiter ita accipit Corpus Christi, qui est in peccato mortali quātocunque, sicut qui est valde gratus Deo: ritè tamen idest ordinatè non recipit: quia non recipit iuxta intentionem Dei instituentis sacramentum: qui volebat à bonis solum summi, vt per hoc ei magis incorporarentur. Sic enim intentio Dei instituētis istam celebritatem erat, vt solùm a circuncisis celebraretur: qui ergo incircuncisus erat, contra Dei intentionem faciebat, nec erat grata talis immolatio. Et ratio est: quia ista recordatio erat instituta ad recordationem beneficij Dei in Aegypto, scilicet quòd liberauit populum suum percutiens primogenita Aegyptiorum: ille ergo qui nō erat pars populi Dei, non reddebat congrue gratias de beneficio hoc, cùm esset impertinens: reddendo tamen gratias dicebat beneficium ad se pertinere, & sic erat quædam implicatio contradictionis eius, cum in sacrificando tacitè profiteretur se esse de populo Dei, in opere, negabat se esse, cum nollet se circuncidere, sicut dicit Io. canonica prima, & Apostol⁹ ad Tim, cap. primo. Qui confitentur se nosce Deum; factis autem

tem

Circuncisio tēpore veteris testi faciebat hoīm de populo Dei.

tem negant, &c. Circuncisio est enim illa, quæ faciebat esse aliquem de populo Dei tempore veteris testamenti, cùm poneretur in signum distinctiuum illius populi à cæteris. Sicut baptismus per caracterem efficit aliquem formaliter Christianum: qui ergo nō erat circuncisus, nō erat de populo Dei: ideo non pertinebat ad eum huiusmodi beneficium, nec memoriam eius tanquàm sibi impensi facere debebat. *Eritque sicut indigena terræ*. Idest sicut oriundus de terra vestra: quia dicitur indigena, quasi inde genitus, idest genitus de illa terra, de qua fit mentio: dicitur indigena terræ non solùm quia in terra, in qua vos habitatis, natus est: sed quia in vestro ritu natus est: nam si aliquis de Gentilibus esset aduena, aut mercenarius in terra Hebręorum: vel forte ibi habitasset ab antiquo, sicut Iebusęi in Ierusalem, & Ammorræi alijq;, qui habitabant inter filios Israel de gentibus: vt patet Iosu. 9. ca. de Gabaonitis: & Ios. 16. ca. & multis alijs, iste vocaretur indigena: quia in terra illa natus fuerat ipse, & patres eorum. Nō tamen esset iste indigena, de quo hic loquitur: sed ille qui natus est a patre Hebręo vbicunq; natus: & sic vocaretur iste indigena legis, sicut alij vocarentur indigenæ terræ. Hic autē accipitur indigena terræ large ꝓ indigena legis. *Si quis circuncisus non fuerit, non vescetur ex eo*. Hic concludit generaliter, quia supra posuerat speciales determinōnes de indigenis, & aduenis, & mercenario, & seruo emptitio: quicunq; ergo incircuncisus est, quacunque occasione hoc euenerit, comedere non debebat. Nicolaus dicit hoc solùm dici de Iudæis, qui pueros suos aliquando propter infirmitatem incircuncisos dimittebant, vt nō nocerent eis. Et hoc satis est bene dictum, tamen non multum vr̃, quia postquā Moyses filium suum Eliezer propter infirmitatem, & itineris laborē ne sanguis efflueret neglexerat circuncidere, vt patet sup. 4. c. & punitus fuit durę ab angelo, donec vxor eius Sephora tulit petram acutissimam, & circuncidit eũ: omnes timebant dimittere filios suos incircũcisos, nisi ex graui infirmitate aut debilitate: & talibus non conuenit esus carnium: quocunq; tamen modo contingat aliquē incircuncisum esse, nō debet comedere de carnib⁹ agni immolati. Sed argũes, qũo ergo mandauit Deus Israelitis, vt facerent Pascha tpe suo in deserto, cùm nullus tunc de Israelitis in deserto circuncisus fuerit: vt patet Iosuæ quinto cap. Aliquis forte respondebit, ꝙ omnes tunc circuncisi sunt, vt comederent agnum Paschalem secundum mandatum legis hic. Sed falsum est, quia dicitur Iosuæ quinto capitulo, ꝙ omnes Iudæi, qui in deserto nati sunt per 40. annos incircuncisi fuerunt vsquequo Iosue circuncidit eos in Galgala: nemo. n. eos in via circunciderat: non potest ergo dici, ꝙ circuncisi fuerint, vt mãducarent Phase. Aliter autem respondebit aliquis, ꝙ non circuncisus fuit tunc aliquis: tñ nullus incircuncisus comedit Phase: nam omnes qui circuncisi erant tanquàm dispositi ad immolandũ Phase immolauerunt illud: qui autem non erant circuncisi, non comederent ex eo. Sed hoc rursus non vr̃ verum: qui si illi qñ essent incircuncisi non comederent Phase, multi fraudati essent comestione Phase, sed in litera Nu. c. 9. solùm ponitur, ꝙ duo conquesti sunt se fraudari celebritate Paschali: & peterent se circuncidi: sed non fuit sic, ergo non erant aliqui incircuncisi. Itē quia quādo dñs in eodem c. daret legem de celebrantibus solennitatem Paschalem dixit: Homo qui fuerit super anima immundus, aut ꝓcul in via de gente vestra, faciat Phase domino mense secũdo 14. die mensis ad vesperã, & postea subdidit. Siquis aũt & mundus est, & in itinere non fuit: & tñ non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis: nulla tñ mentio fit ibi de incircuncisis, nec ponitur incircuncisio pro excusatione. Dicendum ergo, ꝙ nullus in deserto circuncisus fuit ad comedendũ Phase, vel aliàs, vt dr̃ Ios. 5. ca. Nec aliquis fuit de toto Israel, qui non comederet Phase, si potens esset comedere: quod dico propter pueros valde teneros, qui carnes comedere non pñt: quia nondum sunt ablactati, vt qui hñt solùm quatuor, vel quinq; mēses: & propter aliquos si infirmi erant, vel aliàs qui comedere non possent: nullus tñ de omnibus comedentib⁹ erat incircuncisus, sic non fiebat contra cæremoniam agni Paschalis. Et hoc fuit, quia omnes Hebræi, qui exierunt de Aegypto circuncisi erant: vt patet Ios. 5. ca. cum dr̃: Omnis populus, qui egressus est ex Aegypto generis masculini, vniuersique bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circuncisi erant: sed post exitum de Aegypto nullus natus fuit, qui posset comedere carnes vsque ad tempus, quo Pascha celebratum est: ergo nullus propter non circuncisum esse prohibitus est. Et hoc fuit, quia omnes illi, qui erant circuncisi, ita erant tenerrimi, ꝙ nullo modo poterant comedere carnes: nullo modo ergo obstabat ad comedendum Phase, non circuncisum esse: qa dato ꝙ isti paruuli circuncisi essent: nullo modo possent comedere carnes, quę sunt cibus solidus. Antecedens patet, quia istud secundum Pascha, quod in deserto factum fuit, de quo Num. 9. cap. fuit factum vno anno solùm à die, qua egressi sunt Iudæi de Aegypto: vt habetur Numer. nono, cum dicitur: Locutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquàm egressi sunt de Aegypto, mense primo dicens. Faciant filij Israel Phase in tempore suo, & sic in principio secundi anni dictum fuit hoc, & factum: ergo vnus annus solum fluxerat à primo Pascha: nunc ergo si aliqui paruuli nati sunt in illo anno in via, nondum essent vnius anni tempore istius secundi Phase: & sic propter teneritudinem, non possent comedere carnes: nullus ergo de toto Israel excusatus fuit aliquo impedimento comedere tunc de agno Paschali præter illos duos viros, qui polluti erant super anima hominis, idest contingendo cadauer, & illi fecerunt Phase mense sequenti quartodecimo die mensis: vt patet ibidem. *Eadem lex erit indigenæ, & colono*. Nulla enim erat acceptio personarum in hoc, sed omnes æqualiter manducabant Phase: & sic quantum ad omnes pœnarum inflictiones, vel reductiones iustitiæ æqualitas erat in eo, qui natus erat ex Iudæis, & ei qui conuersus erat ex Gentilitate, sicut dicitur Leuitic. vigesimoquarto, vbi agitur de lege talionis.

Quis propriè indigena dicatur.

Auct. opinio.

QVAESTIO. LVIII.

HOC autem fallit in honoribus, quia honores non dabantur conuersis de Gentilitate, scilicet vt essent principes populi, vel haberent aliquam excellentiam, sicut dabatur Hebræis, qui nati sunt ab Hebræis. Et istud obseruatur in rectissimis politijs, in quibus non dantur honores aut regimina aduenis, sed indigenis cæteris paribus, nisi in aliquo casu ad tollendum dissensiones, vel factiones ciuium. In ecclesia etiam idem obseruatur, quia episcopatus neophitis dari non debet, vt patet ad Titum 1, ca. datur tamen alijs: de hoc dicemus Deut. 23. cap. *Indigenæ, & colono*. Indigena dicitur, qui in Hebræorum ritu natus est, quia patrem Hebræum habebat. Colonus dicitur, qui ad colendũ verum Deum transit ad ritum Iudaicum veniens de Gentilitate: sicut qui de vna ciuitate transit ad habitãdum in alia ciuitate, quæ depopulata fuit per bella, vel aliàs. *Feceruntq; omnes filij Israel sicut præceperat Dominus*. Scilicet celebrantes primum Pascha in Aegypto. Ex hoc autem forte aliquis vellet inferre contra ea,

Equalitas apud Hebræos seruabatur tã Iudęis quã conuersis ad Iudaismum nisi ĩ honorib⁹.

quæ

quæ ſupra determinauimus, ſcilicet iſta, quæ dicuntur hic de cæremonijs Phaſe, dicta ſunt poſt exitum de Aegypto. Dicens quòd hic dicitur, ꝙ fecerunt filij Iſrael ſicut Dominus præcepit: ergo iſta ſuperius iam dicta erant eis, cum fecerunt Paſcha in Aegypto. Reſpondetur, quòd iſta non ponuntur hic ordine conſequenti, ſed ſecundum recapitulationem, ſicut ſæpe fit hic, & in alijs locis. *In eadem die eduxit Dominus filios Iſrael de terra Aegypti.* Sed non videtur hoc verum: quia exitus de Aegypto fuit die quintadecima menſis primi: ſed celebratio Phaſe fuit quartadecima die ad veſperam: non ergo fuit in eadem die. Reſpondetur quòd accipitur hic dies pro die naturali, qui continet vig intiquatuor horas, ſcilicet diem, & noctē, & cùm ſecundum Hebræos dies incipiant computari a veſpera, vt patet Leuit. vige ſimo tertio capit. ſcilicet. A veſpera in veſperam celebrabitis Sabbata veſtra: & veſpera, vt hic accipitur, eſt ſolis occaſus, cùm agnus immolari deberet in occaſu ſolis, vt patet Deut. 16. ca. ergo comederetur in nocte, & illa nox pertinebat ad diē ſequentem, quę erat quintadecima: ergo verum erat, quòd in die quintadecima egreſſi ſunt de Aegypto, & fecerunt Paſcha: & ſicidem dies fuit egrediendi, & celebrandi Paſcha. *Per turmas ſuas.* Ideſt diuiſi in partes, ſcilicet quælibet tribus per ſe non admixta alteri, & in qualibet tribu quælibet familia per ſe diſtincta ab alijs familijs: & in qualibet familia quelibet domus per ſe, vt nulla eſſet confuſio: quæ tamen ſequeretur ſi omnes miſcerentur.

CAPITVLVM XIII.

Iſra. 22. & 34. Num. 2 & 8. 15. q. 1. ca. Nec his q. inuictus. De voto. c. magnæ. Pſal. 113.

OCVTVSQVE eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quòd aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus, quā de iumentis; mea ſunt enim omnia. Et ait Moyſes ad populum: Mementote diei huius, in qua egreſſi eſtis de Aegypto, & de domo ſeruitutis: quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto: vt non comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini menſe nouarum frugum. Cumque intro duxerit te Dominus in terram Chananæi, & Hethæi, & Ammorræi, & Heuęi, & Iebuſęi, quam iurauit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem lacte, & melle; celebrabitis hunc morem ſacrorum menſe iſto. Septem diebus veſceris azymis, & in die ſeptimo erit ſolennitas Domini. Azyma comedetis ſeptem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatū, nec in cunctis finibus tuis. Narrabiſque filio tuo in die illo, dicens: Hoc eſt quod fecit mihi Dominus, quando egreſſus ſum de Aegypto. Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos: & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto. Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore a diebus in dies. Cumq; introduxerit te Dominus in terram Chananęi, ſicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam, ſeparabis omne, quod aperit vuluā Domino, & quod primitiuum eſt in pecoribus tuis: quicquid habueris maſculini ſexus conſecrabis Domino. Primogenitum aſini mutabis oue: quod ſi non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filijs tuis precio redimes. Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? Reſpondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Nam cùm induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito hoīs vſque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo Domino omne, quod aperit vuluā maſculini ſexus, & oīa primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid ob recordationem ante oculos tuos: eo ꝙ in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto.

Deu. 5. 16. q. 3. c. porro. 23. q. 5. c. Remittū tur. §. hoc notandū verbo Aegyptiaca.

23. q. 5. ca. Remittuntur. §. per ſcientes in finem.

Supra eo. 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor.

Locutus. Poſita quadam interruptione hiſtoriæ per cæremoniarum enarrationem de Paſchali celebratione: hic agitur alia incidentalis interruptio de primogenitorum redemptione: neceſſe enim erat fieri interruptionem hiſtoricæ narrationis, vt hoc interponeretur: quia dum iſta dicebantur, hoc factum fuit, vel potius dictum: & in nullo loco melius potuit poni quàm hic. Nam ante liberationem de Aegypto: ſaltem in generali enarratam non poterat conuenienter poni præceptum de primogenitorum redemptione. Nam iſtud præceptum fuit ad reddendū gratias Deo de tanto beneficio, ſcilicet de liberatione primogenitorum ſuorum cum morerentur primogeniti Aegyptiorum, & ponitur ad memoriam huius beneficij: prius debebat poni mors Aegyptiorum, & eductio de Aegypto ſaltem in vniuerſali, quàm præceptum de redemptione primogenitorum. Sicut ſignatum naturaliter eſt prius ſigno, & memorabile prius eſt quā recordatio, vel recordatiuum eius. Nec decebat, vt poneretur diſtanter à loco iſto: quia ſignum, & ſignatum naturaliter conueniunt, & vnum declarat reliquum, ideo poſito vno conuenienter ponitur reliquum.

Quando iſta verba de redemptione primogenitorum Moyſi dicta fuerunt.

QVAE-

QVAESTIO. I.

SED quæres: quando iſta verba dicta ſunt Moyſi à Deo? Reſpondetur, antequam exirent Hebræi de Aegypto, vel forte in ipſa die egreſſionis, quia Moyſes dixit iſta populo cum egrederentur de Aegypto, vt patet infra in litera cum dicitur: hodie egredimini menſe nouarum frugum, & ſic tunc egrediebantur. Et ſi arguas contra, quia dicitur in litera: mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Aegypto de domo ſeruitutis. Ergo videtur, quòd iam egreſſi fuerant. Reſpondetur, ꝙ licèt nondum egreſſi eſſent de Aegypto; erant tamen tunc in egredi. Dicitur tamen quando egreſſi eſtis, quia ibi mandabat Deus recordari illius diei. Quando autem recordatio illius diei eſſet, iam illa dies præterita eſſet, ideo pro tunc dicitur, qua egreſſi eſtis de Aegypto: quia pro tunc iam eritis egreſſi. Sed adhuc argues, quia infra dicitur, ꝙ Moyſes tulit ſecum oſſa Ioſeph: ſed prius Moyſes eduxit ea de ſepulchro quàm egrederentur de Aegypto: ergo etiā iſtud præceptum de primogenitis fuit datum, & pronunciatum antequam exirent de Aegypto, & antequam inciperent moueri ad egrediendum. Ad hoc reſpondetur, quòd iſta de oſſibus Ioſeph deportatis a Moyſe ponuntur per recapitulationem, quia poni deberent ante exitum de Aegypto. Sed tu dices, quòd non videtur maior ratio, quare dicamus iſtud de oſſibus Ioſeph poni per recapitulationem, quàm hoc ꝙ pertinet ad præceptum de primogenitis. Reſpondetur quòd non eſt ſimile, quia ex litera patere poteſt, ꝙ præceptum de primogenitorum redēptione impoſſibile ſit eſſe poſitum ſecundum recapitulationem: & narratio de oſſibus Ioſeph neceſſariò ſit poſita per recapitulationē: quod patet, quia cùm præceptum de primogenitis ſit quoddam ſignum liberationis de Aegypto, ſaltem peſtis primogenitorum ſecundum rectum rationis ordinem, quem ſequitur ſcriptura, neceſſariò fuit poni poſt illam liberationem. Hoc autem de oſſibus Ioſeph neceſſariò ponitur per recapitulationē: quia prius Moyſes tulit ſecum oſſa Ioſeph quàm moueretur de Aegypto. Et videtur hoc fuiſſe præcedenti die, vel aliquibus diebus antequam recederent, poſtquam ſciebat Moyſes certum diem receſſus. Non eſt enim veriſimile, quòd expectaſſet Moyſes vltimum tempus recedendi: maxime quia forte Moyſes fecit aliquam capſam, in qua poneret oſſa Ioſeph: vt ibi melius, & honorabilius oſſa Ioſeph ducerentur: & ſic aliqua ſaltem die ante acciperet ea: & dato quòd illa acciperet in die, qua exibant de Rameſſe incipientes moueri: tamen non poſſet illa accipere poſt primam manſionem: ſed in litera ponitur aſportatio oſſium Ioſeph poſt primam manſionem, cum dicitur: profectiq; de Socoth caſtrametati ſunt in Etham: ſed Socoth prima manſio eſt: vt patet Nu. 33. cap. & ſic dicuntur oſſa Ioſeph capta, & aſportata à Moyſe poſt primam manſionem, quod non eſſet ſic verum. Dicendum eſt ergo iſta poni per recapitulationem: diuiditur ergo in duas partes: primo agitur de primogenitorum redemptione tanquàm de quodā incidentali: ſecundo reuertitur hiſtoria, vt narret de materia principali ibi. *Igitur cum emiſiſſet.* Circa primū. *Sanctifica mihi omne primogenitum.* Accipitur hic ſanctificatio, ideſt applicatio, & ſic eſt ſenſus. *Sanctifica mihi omne primogenitum*, Ideſt applica ad cultum meum omnia primogenita. Omne autem quod ad Dei cultum applicatur ſiue directè, ſiue indirectè dicitur ſanctificatum: dies enim Sabbati ſanctificata dicitur, ideſt ad cultum Dei applicata; quia in illa die dinino cultui magis quàm alijs diebus vacare debemus. Dicuntur primogenita ſanctificata: quia Deo applicantur, & remouentur ab vſibus humanis: ſiue ſint immolatitia, quæ directè Deo applicantur, cùm non maneant apud dominos ſuos, ſed immolentur Deo; ſiue non, quia alia primogenita, quæ per ſe non applicantur Deo, applicantur per alterum, vt primogenitum aſini, quod commutatur oue. Vel primogenita Iſraelitarum: quia licèt non applicentur Deo per ſe, alios loco ſui faciebant applicari, vt filij Aaron, vt patet Num. 3. cap. & ſpecialiter ipſi Leuitæ, qui minores erant dicebantur dono dati ſacerdotibus à filijs Iſrael: vt patet Num. 8. cap. Veſtes etiam ſacerdotales, & tabernaculum cum omnibus vaſis, & vtenſilibus ſanctificantur, & vnguntur, quia ſpecialiter Dei cultui applicantur, cùm non liceat vti illis ad alios vſus. *Quod aperit vuluam.* Aliqui accipiunt aperire, ideſt apertum habere: & ſic dicunt primogenitum quod aperit vuluam, ideſt habet vuluam apertam: & ſic ſola fœmina primogenita mandarentur immolari, aut ſanctificari. Contrarium tamen eſt: quia maſculina primogenita mandantur offerri, vt patet infra in litera, fœminina autem non. Sed dicitur, quod aperit vuluam, i. quod primo exit per vuluam: ideo enim primogenitum eſt, quia vuluam matris primo aperit: nam quæ poſtea naſcuntur, nō dicuntur primogenita, nec primo aperire vuluam. Et dicuntur primogenita aperire vuluam ad naſcendum, cùm aliàs aperta fuerit ad ſemen ſuſcipiendum: ſed apertio quæ ad pariendum eſt magna valde, & laborioſa eſt vſque ad mortis periculum. Alię autem apertiones reſpectu huius doloroſæ non vocantur apertiones: ideo cum fœmella cuiuſcunque ſpeciei primo parit, vulua dicitur aperiri. *In filijs Iſrael.* Ideſt inter filios, quaſi dicat, omnia primogenita, quæ ſunt inter filios Iſrael domino ſanctificari debent: ſiue ſint primogenita hominum, ſiue iumentorum. Nec debet intelligi. *In filijs Iſrael.* Ideſt de filijs Iſrael: quia tunc eſſet ſenſus, quòd omnes filij Iſrael, qui eſſent primogeniti, ſanctificarentur: & ſolum eſſet lex de hominibus, & non de iumentis. Sed falſum eſt: quia immediate dicitur tam de hominibus quam de iumentis: & ſic ponitur hoc tanquàm vniuerſaliter dictū: & deinde ſubdiuiduntur partes, ſ. omnia primogenita, ſiue hominum, ſiue iumentorum. *Tam de hominibus quàm de iumentis.* Iſtud præceptum traditum fuit in exitu de Aegypto, vt ſupra dictum eſt, ſed non fuit immediate traditum executioni: oportebat enim ad tradendum executioni, vt omnia primogenita pecorum applicarentur: & omnia primogenita hominum. Quantum ad applicationem primogenitorum hominum ad Deum non fuit immediatè completum: ſed poſtea in monte Sinai, quando tribus Leuitica ſeparata eſt, & numerata: vt ſpecialiter famularetur domino, vt patet Num. 3. & 4. & 8. cap. Et hoc fuit in primo anno exitus de Aegypto. Et patet, quia conſecratio templi, & ſacerdotum ſimul fuit: ſed conſecratio templi fuit in principio ſecundi anni, vt patet infra 40. & Num. 7. cap. Ergo tunc fuit in ſacerdotibus, & Leuitis facta applicatio, & redemptio aliorum remanentium. Applicatio autem pecorum ad Dei cultum erat per immolationem, vt fieret de eis ſacrificium, ſed hoc non factum fuit immediate: nam non leguntur feciſſe ſacrificium vſque poſt dationem legis: cùm voluit Deus confirmare legem, vt quoddam pactum: cùm populo mandauit offerri vitulos duodecim, vt aſpergeretur ſanguis eorum ſuper altare: & librum legis, & populum: nam pactum in ſanguine confirmandum erat: vt ait Apoſtolus ad Hebræ. 9. capitulo. Et poſtea in conſecratione ſacerdotum, vt habetur Leuitic. octauo, & nono, & decimo capitulis. Et in dedicatione templi: vt patet Numer. 7. capitulo. nam ante non erant datæ leges de ſacrificijs, quæ in mon-

Expō aliquorum cōfutatur.

Diuiſio cap.

In monte Sinai præceptū de ſanctificatione primogenitorū primo traditum fuit executioni.

monte Sinai datæ sunt, & continentur in Leuitico, cuius omnia verba dicta sunt in monte Sinai: vt patet Leuit. vltimo capitulo, ideo non faciebant sacrificia. Fuit autem speciale in ista lege: quia cæteræ leges, & constitutiones solùm extenduntur ad futura: præterita autem non compræhendunt: vt patet extra de constitutio. capitulo, cognoscentes, & capitulo vltimo. Ista autem etiam ad præterita se extendit, sed non sine causa: quia hoc quidem nisi humanum dicit, scilicet quòd constitutio solum extenditur ad futura, nisi in ea specialiter de preteritis cauetur. Sic autem fuit hic: quia Deus mandauit specialiter Numer. 3. capitulo, quòd non solùm primogeniti hominum futuri applicarentur, sed etiam illi, qui iam nati erant. Immo rationabilius erat istos applicari, quàm futuros quia isti obligabantur, & non ita specialiter futura, cũ isti qui nunc erant, liberati fuissent. Vnde mandauit Moysi, quòd acciperet summam omnium primogenitorum Israel à mense vno, & supra, & inuenti sunt viginti duo mille ducenti septuaginta tres: & loco istorum: quia diuino cultui assignari debebant assumpti sunt omnes Leuitæ, qui erant viginti duo mille. Et quia super fuerant 273. de primogenitis populi, pro illis mandauit Deus solui pecuniam: ita quòd pro quolibet darentur quinque sicli. Pecora etiam, quia de primogenitis computabantur applicata sunt domino: & cùm deberent domino dari ad immolandum, mandauit ea dare Leuitis, scilicet quòd sicut Leuitæ accipiebantur loco omnium primogenitorum Israel; ita pecora Leuitarum acciperentur loco omnium pecorum Israel. Et quia ipsi Leuitæ erant ministri Dei non habentes vnde sustentarentur: donauit eis pecora sua, quæ immolari debebant Deo: ex quibus sustentarentur. De quibus magis Numer. 28. capitulo. vbi agitur de viribus sacerdotalibus. Sed pecora non principaliter fuerunt applicata Deo sicut ipsi primogeniti hominum: nam de pecoribus non fuit accepta summa, vtrum plura essent primogenita pecorum Israel, quàm omnia pecora Leuitarum. Et dato quòd hæc fieri mandarentur, Moyses hæc facere non poterat: quia non possent cognosci, quæ essent primogenita inter pecora: nisi quando nascuntur consideret ea pastor: & immediate segreget per aliquod signum: immo in grege magno nullus posset cognoscere omnia primogenita. Et adhuc patet, quòd non intendebatur principaliter pro nunc sanctificatio primogenitorum in pecoribus; sed postea in terra promissionis: ideo dicitur in litera: Cùm te introduxerit dominus in terram Chananæi, sicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit eam tibi, separabis omne quod aperit vulnam domino: & quod primitiuum est in pecoribus tuis. Sed licèt aliqui putent hoc specialiter in primogenitis hominum quàm in pecoribus fuisse factum: tamen verum non est: quia eadem cæremonia, & secundum idem tempus tenebantur de vtrisque, scilicet quòd sicut non obligabantur, nec debebant redimere aut immolare primogenita pecorum tunc, sed post ingressum terræ Chanaam: ita non debebant redimere primogenitos suos vsque in eandem terram: vt infra declarabitur. *Quam de iumentis.* Iumenta communiter vocantur animalia, non fera, nec comestibilia, ad laborem nata, vt hominem iuuent, in subuehendis oneribus prompta, quemadmodum sunt asinus, equus, mulus, camelus, & similia. Et ista distinguuntur contra bestias, quę dicuntur feræ, vt leones, vrsi, & similes, & contra pecora, quæ mansueta sunt: tamen ad iuuamen humanum in subuehendis oneribus non sunt, vt oues, capre, & similia. Et illo modo accipiendo iumenta, nullum iumentum immolabile, aut redemptibile est: nam equus

Iumẽta q̃ sint.

F nec redimitur, nec immolatur, idem de mulo, & camelo, solus asinus inter iumenta proprie dicta non immolatur, sed redimitur: accipiuntur ergo hic iumenta large, non pro iumentis adiuuantibus vsus humanos, sed pro pecoribus. Et de istis verum est, quòd pecora immolabilia sunt. *Mea sunt enim omnia.* Idest omnia primogenita pertinent ad me: & non solùm est verum, quòd primogenita sint aliquid Dei, sed etiam omnes res, quia domini est terra, & plenitudo eius: vt patet supra decimo capitulo, & Psal. 23. Sed vocantur hic primogenita speciali modo aliquid Dei: nam cætera sua sunt creatione, & quotidiana gubernatione atque conseruatione: primogenita autem Hebræorum, non solùm istis modis pertinebant ad G Deum: sed etiam quodam speciali beneficio, scilicet quòd ab eo liberata sunt, ne morerentur: nam cùm in Aegypto exterminator occideret primogenita Aegyptiorum: non permisit Deus ingredi eum domos Hebræorum, ad percutiendum: vt patet præcedenti capitulo, & istud assignatur infra pro causa. *Et ait Moyses.* Posita præcepti ad Moysen reuelatione: hic subiungitur de eius ad populum promulgatione.

In veteri lege iumẽta nõ immolabãtur præter asinum, q redimebãtur.

QVAESTIO. II.

ET sciendum, quòd non solùm ista, quæ posita sunt dixit Moysi Deus, sed etiam omnia quæ infra ponuntur, quæ recitauit Moyses coram populo. H Nam nihil aliud auderet Moyses dicere quàm quod à Deo audiuisset: sed sacra scriptura obseruauit breuitatem quantum potuit: nam si semel ponerentur omnia verba, quæ dixit Deus Moysi: deinde ponerentur eadem omnia, quo modo ea retulit Moyses populo, oporteret fieri inutilem repetitionem: ideo satis erat semel poni omnia, vel in diuina reuelatione ad Moysen, vel in promulgatione Moysi ad populum. *Memento diei huius.* Scilicet quintædecimæ mensis primi. *In qua egressi estis de Aegypto.* Quia licèt tunc egrederentur, refertur hoc ad futuras generationes, quæ recordari debebant huius diei: & tunc egressio de Aegypto esset præterita, vt supra declarauimus in principio. *De domo seruitutis.* Idest quòd sicut serui tenentur in vna domo ne fugiant, I et ibi coguntur laborare. ita vos tenebamini in Aegypto, & cogebamini laborare in duris operibus luti, & lateris: vt patet supra primo, & quinto capitulo. *Quoniam in manu forti.* Idest per magnam potestatem eduxit vos dominus, scilicet in operatione magnorum miraculorum, & inflictione penarum: nam Aegyptij Iudæos gratis nolebant dimittere. *De loco isto.* Scilicet de Aegypto: accipiendo locum valde large. *Vt non comedatis fermentatum panem.* Hoc coniungitur superiori, scilicet mementote, vt non comedatis panem fermentatum in die, qua egressi estis de Aegypto. Rabbi Salomon dicit, quòd Iudæi obligabantur comedere azyma in ista quintadecima die, quæ erat prima dies azymorum: in aliis autem solùm obligarentur abstinere a K fermento, & fermentato: non tamen obligabantur comedere azyma, scilicet quòd possent comedere carnes solas, aut pisces, aut fructus: dum tamen non comederent cum eis panem fermentatum. Sed hoc non videtur verum, quia æquale præceptum ponitur de omnibus istis septem diebus quantum ad azimorum comestionem, quia dicitur præcedenti capitulo. Septem diebus azyma comedetis, & postea subditur, Primo mense quartadecima mensis die ad vesperum comedetis azyma vsq; ad diem vigesimoprimo eiusdem mensis, & Deut. decimosexto capitulo, dicitur septem diebus comedes absque fermento afflictionis panẽ quoniã in pauore egressus es de Aegypto. Isto. n,

fiunt

fiunt ad recordationem decet esse fmm modum rei, A de qua fit: ergo sicut comestio azymorũ non solùm fuit in die exitus de Aegypto, sed etiam in sequentibus, non solum in futuris generationibus ad memoriam debuit eẽ sub precepto primus dies, scilicet dies quintadecima mensis, sed etiam alij sex dies sequentes *Hodie egredimini.* Istud præceptum fuit datum in exitu de Aegyto: ideo dicitur hodie, quia illa die egredi incipiebant: & sic decebat dari istud præceptum: quia præcedenti nocte fuerant primogenita eorum liberata: ideo tanquam firmius retinentes adhuc illud beneficium, libentius recipient præceptum de sanctificatione primogenitorum. *Mense nouarum frugum.* Idest in Martio, qui vocatur apud Hebræos Nisan vocabulo Caldaico, & coincidit cum Martio B nostro: & etiam interdum cum magna parte Aprilis nostri: vt declaratum fuit præcedenti capitulo. Sunt enim in hoc mense fruges nouæ, scilicet ordeũ; & sic dicitur supra 9. capitulo, quando venit grando, & destruxit ordeum, quod virens erat, & linum quod folliculos germinauerat: triticum autem, & far, quia serotina erant non sunt læsa. Et hoc est in terris temporaneis, & calidis, qualis est Aegyptus, quę in tertio climate est, & pars eius in quarto, codẽ modo in terra Chanaan, quæ satis calida est cum sit principaliter in principio quarti climatis, & partim in tertio, ideoque mensis iste primus est mensis primitiuorum in terra Chanaan, & mandabantur offerri in eo primitiæ spicarum ordeacearum, vt patet Leuit. vige- C simotertio capitulo. Et in Pentecoste adducebantur primitiæ spicarum triticearum, vt patet in eodem capitulo. *Cumque introduxerit.* Hic declaratur magis istud præceptum de azymis. *Cumque introduxerit.* Ex hoc innuitur, quòd dum essent in deserto, non erant seruatiri cæremonias azymorum: immo nec poterant, dato quòd vellent: quia ibi non habebant aliquẽ panem ad comedendum, nec azimum, nec fermentatum, sic innuitur infra decimosexto capitulo, cum dicitur: filij Israel comederunt man. quadraginta annis donec venirent ad terram habitabilem: hoc enim cibo aliti sunt donec pertingerent fines terræ Chanaã; & clarius hoc dicitur Deut. vigesimonono capitulo, cum dicitur: Adduxit vos Dominus quadraginta annis per desertum, & nõ sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate defecerunt, panem non comedistis, vinum non bibistis. Quando autem fuerunt in monte Sinai morantes potuerunt habere omnia necessaria, ideo mandauit eis dominus celebrare festiuitatem Paschalem, vt patet Nume. 9. capitulo. Et nullam aliam custodierunt in deserto. *In terram Chananæi.* Hic ponuntur quinque populi Chananęorum solùm: septem tamen sunt, qui promittuntur filijs Israel, vt patet sæpe, & habetur Deut. septimo capitulo, hic autem subticentur duo, scilicet populus Ferezeorum, & Gergeseorum, qui minores populi erant, & subintelliguntur nominatis alijs tanquàm principalioribus. *Quam iurauit patribus vestris.* Deus promisit terram Chanaan Abrahæ, vt patet Gen. decimotertio cap. & postea Gen. decimo quinto, fecit cum illo fędus occisis animalibus, & diuisis: sed in his omnibus iuramentum non intercidit. Postea vero cùm Abraam voluisset filium suum vnigenitum Isaac obediendo Deo immolare, Deus tanquam pro maximo cultu, & honore sibi exhibito volens dare magnam certitudinem de promissionibus factis, iurauit ei se daturum terram illam, & multiplicaturum semen eius, vt patet Gen. vigesimosecundo capitulo, & postea cùm Deus repeteret eandem promissionem Isaac, sub eodem iuramento facto confirmauit: vt patet Gen. vigesimosexto capitulo. Et multotiens alibi istud iuramentum repetit Moyses in istis quatuor libris. *Vt daret tibi terram fluentem Lacte, & Melle.* Istud dicitur sub Metaphora ad notandum fertilitatem terræ illius. Erat enim pascualis, ideo dicebatur fluere lacte. Erat etiam nemorosa, & ideo dicebatur abundare, vel fluere melle: quia apes in montibus mella conficiunt. Et ponebat hoc Moyses, vt incitaret eos ad desiderium terræ illius: quę tam fertilis erat, & eis Dei dono concedebatur: ne ipsi vilipenderent eam: nam mali, qui erant inter eos, magis volebant redire in Aegyptum, quàm ire in terram illam desiderabilem: & sic dicitur Psal. 104. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, idest terram Chanaan, quæ desiderabilis erat valde, quia tantis bonis abundabat. *Celebrabitis hunc morem sacrorum.* Idest tenebitis istas cæremonias circa agnum paschalem, vt dictum est, & obseruationes azymorum, vt etiam infra dicuntur. Dicetur mos sacrorum, idest consuetudo in obseruando cæremonias: quia omnia, quæ ad Deum fiunt dicuntur sacra, vel sanctificata, & cùm iste mos cæremoniarum ad Deum pertineat, dicetur mos sacrorum, idest ritus in sacris cæremonijs. *Mense isto.* Idest in primo mense. Ex quo patet, quòd istud præceptum de sanctificatione primogenitorum & repetitio de cæremonijs paschalibus dicta sunt in mense primo, in quo egressi sunt Hebræi de Aegypto. Et sic innuitur id quod supra dicebamus, scilicet quòd istud præceptum dictum fuit cum Hebræi inciperent de Aegypto exire. *Septem diebus vesteris azimis.* Ex hoc patet quod supra dicebamus, scilicet q̃ ita obligarentur ad vescendum azyma in omnibus septem diebus sicut in primo: quia de omnibus datur æquale mandatum. *Et in die septimo erit solennitas domini.* In ista obseruatione azymorum, quæ durabat per septem dies, duo dies erant celebres, s. primus, & septimus: quia nullum opus in his fiebat exceptis his, quæ ad cibum pertinent, vt patet præcedenti capitulo, & Leuit. vigesimotertio: in alijs vero diebus licebat omnia facere quæcunque vellent: fit autem hic mentio de septimo: quia de primo supra in isto capitulo dictum est, quòd obseruari deberet. *Azyma comedetis septem diebus.* Replicatio superioris sententiæ est. D *Non apparebit apud te.* Idest in domo tua. *Aliquid fermentatum.* Quia non solùm vetabatur comestio azymorum: sed etiam ne illis diebus esset in domibus Iudæorum, ideo in die quartadecima mensis primi post meridiem inquirebant Israelitæ domos suas: & nunc idem faciunt: & si aliquid fermentatum reperiebatur, eijciebatur a domo. Quare autem non deberet manere fermentatum in domibus Iudæorum præcedenti capitu. declaratum est. *In cunctis finibus tuis.* Idest in tota terra tua, scilicet in domibus: quia quòd maneret in aliquo loco, ad quem homines non accedunt: non videtur esse prohibitum: & sic præcedenti capitulo solùm dicebatur, non apparebit fermentatum in domibus vestris. *Narrabisque filio tuo.* E Hic ponitur quid respondere deberent patres, cùm filij inquirerent in futurum de istis cæremonijs quid signarent, vel propter quid fierent in redemptione primogenitorum, & præcedenti capitu. ponitur responsio ad inquisitionem de agno paschali: nunc autem mandatur, quòd patres narrent filijs ista. Quia si forte filij non interrogauerint patres, debent eos instruere in hoc, scilicet dicentes quid mandauit Deus, & quare mandauerit: nam cùm fides sit ex auditu, vt patet ad Rom. 10. & non ex aliqua speculatiua inquisitione: quanta ad ea, quæ sunt propria fidei non possent sequentes generationes aliquid de eis, quæ de Deo credenda erãt cognoscere, nisi prioribus eis enarrantibus: vt. s. illi, qui immediate viderunt ista à Deo

Multotiẽs Deus promisit Abraę terrã Chanaã: sed semel iurauit.

Filij Hebræorum debebant à patribus quærere legis cæremonias, & patres eos instruere.

fieri

fieri in Aegypto,& in deserto,& audierunt præcepta domini, narrarent ea successoribus suis immediatis commendando eis, ꝙ ipsi etiam sequentibus enarrarẽt, & sic propagaretur fides in omnes generationes, & hoc commendat Deus, vt patet Deuter. 6. capit. dicens: narrabis ea filijs tuis. *In die illo*. Idest in tempore illo, scilicet quando egressi fueritis de terra deserti introeuntes in terram Chanaam. Quia ad tunc obligabat ista obseruatio, vt patet in litera, ideo tunc ratio ipsius reddi debebat. *Hoc est, quod fecit Dominus*. Scilicet quòd fecit nos comedere panem sine fermento, cùm Aegyptij cogerent nos velociter exire de Aegypto. Etiam Deus fecit hoc, scilicet liberãdo primogenita nostra in Aegypto, & occidendo primogenita Aegyptiorum, ideo mandat sibi fieri has solennitates agni Paschalis, & azymorum. *Mihi, quando egressus sum de Aegypto*. Istud pronomen, ego, demonstrat hic totum Israel: quia omnes Israelitæ filijs suis dicere ista debebant, & tunc verum est, ꝙ Deus fecit ista Israeli: quia populus qui transijt, & qui manet: licèt simpliciter diuersi sint: quia Ecclesia. 1. c. dicitur, generatio transijt, & terra in æternum manet: tamen aliquo modo dicitur iste populus, idem, nunc: & ante hoc per mille annos per continuitatem generationis: sicut dicitur de fluuio, quòd est idem, qui nunc fluit, & fluebat ante mille annos, scilicet idem Tagus, idem Dorius, licèt nullũ pedale, aut nulla pars aquę nũc est in eo, quę fuit ante hoc per mille annos: poterat ergo totus Israel dicere nũc: Deus eduxit me de Agypto: quia eduxit istum populum, cuius partes sibi succedunt in temporis mutabilitate. *Et erit quasi signum in manu tua*.

Quõ populus aut fluuius est idem i tp. bus tnuicẽ distantib.

QVAESTIO. III.

Quare Iudæi appẽdebãt philateria.

IVDAEI aliquando hoc obseruauerunt ad literam, facientes quasdam cedulas, & scribentes in eis exitum de Aegypto, & quædam quæ continentur Deut. 6. cap. pertinentia ad vnitatem diuinæ essentiæ, & præcepta decalogi, & istas ligabant brachio dextro, & ponebant in fronte: & licèt omnes non obseruarent, Pharisei tamen obseruabant, qui erant præcipui legis obseruatores, tenentes eum locum inter Iudeos, quem religiosi tenent apud nos, ideo de eis dixit Christus Mat. 23. cap. Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant Philateria sua, & magnificant fimbrias. Vocantur istæ cartulæ philateria à philaxe, quod est obseruare, & thorath, quod est lex, quasi legis custodia, scilicet quòd ibi custodiebantur præcepta legis saltem principalia. Fimbriæ autem sunt, quæ erant in quatuor angulis palliorum, de quibus Numeri quintodecimo capitulo. Iudæi autem moderni non appendunt in brachio, aut in fronte huiusmodi cartulas: sed ponunt eas in postibus domorum suarum, vt intrantes, & exeuntes recordentur mandatorum Dei, vt dicitur Deut. sexto capitulo, cum dicitur. Meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in postijs, & limine domus tuæ. Hoc autem quod leuius est, scilicet ponere ea in postijs domus, hodie obseruant plerique Iudæorum. Non erat tamen intentio Dei mandantis, quòd ista ponerentur ante oculos, & in manu: sed quòd homo versaret in eis animum suum sicut dictum fuit, scilicet stans in domo, aut in via gradiens, dormiens, atque consurgens: sic enim Dauid describens virum beatum, qui hic promeretur, vt in vita æterna beatus sit: pro primo posuit affirmando. In lege domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Apportatio autem harum cẑdularum ad rem modicum proficiebat: sed loquebatur Deus sub quadam similitudine, scilicet sicut signum continuo positum ante oculos nostros facit nos continue cogitare de ipsa re signata: ita Deus mandabat ista præcepta esse in nostra cogitatione continue, quasi appensa essent ante oculos nostros. Et ideo litera nostra hoc attendens dixit. *Et erit quasi signum in manu tua*. Idest non quòd ista ponantur in manu, aut in fronte inter oculos. Sed sicut ista existentia inter oculos reducerent ad continuam cogitationem: & sicut plerunque cum quispiam vult recordari alicuius rei, quæ ei dicta fuit, ponit filum in manu: & licèt obliuiscatur, postea conuersus videnſque filum in manu, recordatur rei, quam intendebat. Sic debet esse memoria istorum iugis apud nos, quasi ista signa haberemus. Et quòd Hebræi ista ponerent ante portas suas tempore, quo obligauit obseruatio cæremoniarum non erat inconueniens: tamen non obligabantur, quia hoc non mandabat Deus. Vel possunt dici, ista posita inter oculos ad mouendum intellectum, qui vocatur oculus, aut visus animæ: vt ait Philosophus sexto Ethicor. tractans de potentia demotica, & prudentia. Poni dicebatur in brachio ad monendum nos, vt operemur: quia ista duo sunt quæ Deus à nobis petit, fides scilicet & operatio: fides nam que sine charitate, & operatione mortua est: vt ait Iacobus canonica sua secundo capitulo. Et hoc rationabile erat: quia quædam præcepta istorum erant ad agendum, quædam ad credendum solum. Oportebat ergo vtrumque admonere, intellectum scilicet & operationem. *Et quasi monimentum*. Idest memoria, vel signum recordatiuum. Dicitur namque monimentum de moneo mones: quia ad intelligendum aliquid monet: hic vocatur monimentum ante oculos, sed infra ponitur quasi quid appensum ante oculos: declarat enim magis ibi quàm hic: nam dato quòd ista fieri deberent, aut aliqua similia, non solum deberent esse monimentum ante oculos, sed debent esse appensa: quia si istæ cartulæ fronti ligarentur, & non penderent, nec mouerentur, oculus non respiceret ea: cum autem appendantur, ita quòd perueniant ad oculos, & non sint fixæ, sed moueantur, magis incitabunt, cùm videri poterunt. Etiam quia non solùm visu, sed etiam tactu proficient, cùm tangendo per motum partes propinquas oculis, dato quòd non viderentur, sic perciperent, & mouerent, ideo Deuter. sexto dicitur: eruntque, & mouebuntur in oculis tuis. *Vt lex Domini semper sit in ore tuo*. Ista est intentio supradictorum, scilicet quòd lex deberet esse quasi memoria in oculis nostris, & in manu nostra, vt sic continuo eam cogitatione versantes, etiam in ore versaremus: volebat enim Deus vt laudes eius semper enarrarentur, & præcepta custodirentur, ad quod proficiebat continua ruminatio legis in ore, quia sic alios concitaremus, & nos ipsos. *In manu forti eduxit te Dominus de Aegypto*. Idest in magna potentia, & prodigijs multis, vt supra patuit: & hoc repetit sæpe scriptura commemorando Hebræis sæpissimè diuinum beneficium: vt sic propriores ad mandata exequenda efficiantur. Et non est mirandum quòd hic interdum dicat: egressi estis de Aegyto, & interdum dicat: egredimini per præsentis modum, quia in Prophetis mutantur tempora, ideo interdum per futurum, interdum per præteritum, & per præsens de eadem re loquuntur, quod multis est occasio parum, aut nihil intelligendi in eis. Nam cum putant præterita tempora describi, tunc euentus futuros enunciant: & cum putant de futuro loqui in tempora præterita relabuntur. *Custodies huiusmodi cultum*.

Philateria & fimbriæ quid sint. Cap. 8. 1. & lib. 1. ca. 6.

In Prophetis sæpe tpa mutãt de eadem re loquentibus.

Iste cultus est obseruantia azimorum, de quibus immediate dictum extiterat. Et obseruatio cæremoniarum agni paschalis. *Huiuscemodi*. Idest huiusmodi, quia est adiectio syllabica, quæ interdum ponitur ad coniungendum duas dictiones in vnam, & sic dicim' sicubi, interposita, c. pro, si vbi, idest si in aliquo loco: interrogatiuè aut infinitiuè sic dicimus; hæccine idest hæcne, scilicet nunquid hęc, vt patet Deut. 32. c. Aliquando adiectio ponitur in fine dictionis, vt cum dicimus hosce, idest hos, sic enim dicit frequenter Terentius in comedijs suis: per hosce dies, idest per hos dies. Sic etiam dicimus suapte, meapte, idest sua, & tua, de quibus Priscianus maiori volumine lib. 13. *Statuto tempore*. Idest annuatim, scilicet immolationem agni Phasę: die quartadecima primi mensis ad vesperum, & azima ex tunc vsque ad vigesimam primam diem mensis eiusdem vsque ad vesperum, sic enim statutum fuit, cap. præcedenti. *A diebus in dies*. Idest ab vno anno in alterum, scilicet quòd consideretur tempus, in quo tunc offertur isto anno, quòd eodem tempore immoletur, aut custodiantur azima sequenti anno, & sic in cæteris annis. Vel aliter, quòd iste cultus maneat a diebus in dies, idest ex nunc vsque ad alios dies, scilicet vsque in sempiternum, vt supra dictum est. Vel in generationes, & generationes. Prima tamen expositio melior est. *Cumque introduxerit*. Hic ponit sanctificationem primogenitorum, quomodo Deo applicari deberent. *In terram Chananæi*. Vocatur Chananæus non vnus de illis septem populis, sed omnes simul vniti, vt descendunt a Chanaam.

QVAESTIO. IIII.

An obligarẽtur Iudæi in deserto ad oia hæc.

EX hoc patet etiam quòd nõ obligabantur ad sanctificationem primogenitorum vsque dum intrarent terram Chanaam, & ibi pacificè morarentur expulsis hostibus, atque interfectis, & diuisa terra. Dominus tamen mandauit postea applicari in monte Sinai, vt patet Numeri cap. 3. cùm accipi mandauit omnes Leuitas loco primogenitorum Israel: & ꝙ excrescentibus de primogenitis filiorum Israel datum fuit precium pro quolibet quinque sicli, vt patet ibidem, & pecora Leuitarum pro pecoribus totius Israel accepta sunt: & hoc fuit ex speciali mandato Dei, aliter enim non obligasset ista lex: nunquàm tamen postea in deserto ista redemptio facta est, aut sanctificatio, scilicet quòd postquàm omnes Leuitę in deserto Sinai accepti sunt loco primogenitorum totius Israel, qui tunc erant, etiam si aliquis nasceretur primogenitus non applicabatur domino, nec dabatur de eis pretium. Et si aliqua primogenita pecorum nascebantur, non immolabantur domino. Ratio fuit, quia sicut mandatum de celebrando solennitatem paschalem, & azima fuit datum pro tempore, quo essent in terra promissionis, & ideo cum steterunt in deserto, nunquam celebrauerunt Phase, nisi vnum in secundo anno exitus de Aegypto, dum starent in monte Sinai, de quo diximus præcedenti cap. latè, & hoc quia mandauit dominus expresse, vt patet Numeri 9. cap. Ita nunc cùm ista lex de primogenitis sanctificandis solum dicatur ad terram Chanaam, tenẽda nullo modo obligabat in deserto, nisi quia Deus specialiter mandauit Numeri 3. cap. quòd tunc fieret applicatio pro ipso de tribu Leui, & omnibus pecoribus eorum loco omnium primogenitorum aliarum tribuum. Et applicatio pecorum suorum pro omnibus primogenitis pecorum reliqui populi: sed cùm illa lex non data fuerit vlterius, nec dixerit, deinde semper primogenita debere sanctificari, manebat in vigore ista lex, quæ dicit solùm esse primogenita sanctificanda post introductionem in terram Chanaam, ideo nec pecorum primogenita, nec hominum in 40. annis quibus mansit Israel in deserto, vt patet infra 16. & Deut. 8. sanctificata sunt, scilicet quòd pecorum primogenita, non immolabantur, & primogenita hominum precio non redimebantur. Fuit autem motiuus huius quia precium redemptionis primogenitorum dabatur Leuitis ad sustentationem, cùm ipsi essent applicati Deo loco omnium primogenitorum Israel, vt dicitur Numeri 3. ca. scilicet, tulit Moyses precium eorum, qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel mille trecentos sexaginta quinque siclos iuxta pondus sanctuarij, & dedit illud Aaron, & filijs eius iuxta verbum, quod præceperat sibi dominus. Nunc autem in deserto sacerdotes, & Leuitæ non indigebant pecunia: quia non comedebant panem, aut vinum, quod pecunia emere deberent, quia continuis 40. annis panem non comederunt, & vinum non biberunt, vt patet Deut. 29. ca. sed manna de cęlo: nullo ergo modo indigebant pecunia. Postquàm autem intrauerunt terram promissionis, eguerunt pecunia, cùm oporteret emere cibos deficiente manna, vt patet infra 16. & Iosuę 5. capit. vbi dicitur, quòd cùm attigerunt terram Chanaam, cessauit manna: ideo tunc debuit dari pecunia pro redemptione primogenitorum. Nec poterat aliquis de istis primogenitis applicari Deo, ita ꝙ accederet ad ministrandum in tabernaculo: quia quicunque accederet ad tabernaculum, dato quòd non ministraret, nisi Leuita esset, iubebatur interfici, vt patet Numeri primo, cap. cùm dicitur: deponẽt Leuitæ tabernaculum cùm castra metanda fuerint, & erigent: quisquis externorum accesserit, occidetur. Idem Numeri 3. cap. Idem 16. cùm Core, & tota sua coniuratorum multitudo partim incensa partim submersa est. Primogenita etiam pecorũ non debebant tunc immolari: quia cum in deserto mouerentur mota nube, & vagi incederent, non poterant facere sacrificia. Et hoc patet, quia festiuitates, quæ ponuntur in Leuitico secundum suas immolationes non obseruatæ sunt in deserto, vt ibidem dicetur. Etiam quia Numer. 15. cap. cum daretur modus sacrificandi, dictum fuit. Cùm ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam pacificam, vota solueutes, vel sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris offerentes odorem suauitatis domino. Ecce qualiter ibi præsupponitur, quòd oblationes, & victimæ non erant faciendæ in deserto, sed in terra Chanaam. Causa autem potissima quare non fiebant in deserto immolationes, erat, quia in omnibus illis offerebatur tertia pars vini, & similę triticeæ, vt patet Numeri 15. cap. sed in deserto nihil tale erat, ergo non poterat fieri immolatio. Et si aliquis proteruiat dicens, quòd ibi dicitur, quòd oblationes faciendę erant in terram Chanaam, sed non negat quòd in deserto fieri deberent. Hoc non valet, quia illic dabatur modus solum ad immolandum in terra Chanaam, & nõ in deserto: si ergo dicas quòd in deserto fiebat immolatio, da modum, per quem fiebat, satis patet in istis quatuor libris Moysi, quòd nunquàm tale reperitur. Dicendum ergo videtur, quòd forte nunquam facta fuit immolatio aliqua in toto deserto, nisi illæ, qui factæ sunt in confirmatione legis, de quibus infra 24. c. & illæ, quæ factę sunt in consecratione tabernaculi, & sacerdotum, de quibus datur forma infra 29. c. & postea nunciatur factum fuisse, & modus faciendi exprimitur Leui. 8. & 9. & 10. c. Et si arguas quomodo ergo consecratus fuit Eleazarus filius Aaron, quę factus fuit sacerdos magnus mortuo Aaron? Respondetur,

Cã quare in deserto nõ fuit facta primogenitorum redẽptio.

Quicunq; ad tabernaculũ accedebãt interficiebãt nisi Leuita esset vel sacerdos.

detur quòd nulla consecratio, aut victimarum immolatio ibi facta est, sed solum indutus fuit vestibus sacerdotalibus patris sui. Et hoc satis colligitur ex tex. Numeri 20.c. cum dicitur. Cunque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filiũ eius illo mortuo in montis supercilio descendit Moyses cum Eleazaro, & sic nulla alia solennitas ibi facta fuisse videtur. Causam autem fuit, quia oportunitas loci non erat: nam stabant apud terram hostilem, & carebant necessarijs ad solennitatem istam, vnde ab hostibus inquietabantur: qui etiam non permitterent eis requiescere: nam immediate sequitur ibidem, quòd Chananęus rex Arad pugnauit contra Israel, & vicit atque accepit ex eo prædam. Concluditur ergo ex superioribus, quòd in deserto non fuit facta sacrificatio primogenitorum hominum, aut pecorum, sed reseruabatur facienda in terra Chanaam præter illam vnicã, quæ facta fuit in deserto Synai. Ratio autem huius fuit, quia Moysęn præsciuerat Deus moriturum ante transitum Iordanis, ideo quia ille erat legislator, & sanctissimus atque prophetarum maximus qualis postea non surrexit in Israel, vt patet Deut. 34. c. decuit, vt ille daret formam sacrorum, cum sacrificia essent potissima pars legis, & non solum daret formam sacrificandi verbo, sed etiam doceret exemplo. Nam quędam sunt, maxime ea, quæ sunt multum particularia, quæ magis oculo quàm verbo intelliguntur. Etiam decebat vt iste eligeret ministros, qui eẽnt determinati ad cultum Dei, & daret eis regulas, sacrificandi, & totius ministerij, atque cultus diuini: vtrunque autem fecit in monte Synai, quia lege susceptа, & fabricato tabernaculo mandato Dei accepit Aaron & filios eius de cęteris Leuitis, & consecrauit eos Domino atque ministrare fecit. Tunc etiam dedit eis modum sacrificandi, & faciendi cętera: hæc autem facta sunt in monte Synai, qui erat locus quietissimus, separatus ab omni hostium impulsu. Nam ab Aegypto nullus timor erat, quia satis distabat. Ab Idumæis, Ammonitis, Moabitis Chananęis, cęterisque populis satis distabant, quia isti erant cõiuncti terræ Chanaam. Erant ergo tunc in vastissimo deserto. Sin, & deinde succedebat desertum Pharam, vt patet Numeri 13.c. Et post illud desertum erant hostes, qui nominati sunt: nam vt patet Numeri 33. c. vbi ponitur cathalogus mansionum inter montem Synai & montẽ Hor, qui est in extremis finibus Edon, & apud Moab, & cęteros populos, sunt mansiones viginti. Et in his omnibus non reperiebant hostes, quia erat magna solitudo, præterquam dum essent in Cadesbarne, quæ est decimanona mansio post montem Synai: nam ibi existentes cum murmurassent contra Dominum venientibus exploratoribus, & sequenti die mortuis illis ascendere vellent in montem contra terram Chanaam descendit Amalechita, & Chananęus, qui habitabant in montibus & percusserunt eos, vt colligitur Numeri 13. & 14. c. Propter hoc ergo morati sunt in monte Synai vno anno demptis decem diebus, vt probauimus præcedenti cap. Et in illo anno facta sunt omnia hæc. *Sicut iurauit tibi, & patribus tuis.* Quòd autem iurauerit Deus dare istam terram de nullo legitur, nisi de Abraam: vt patet Gen. 22. c. Si autem legantur promissiones factæ Isaac, & Iacob, non reperietur in eis quòd Deus iurauit, sed, quòd solum promisit. Quòd autem iurauerit eam dare istis, qui tunc erant in deserto, nunquam legitur: sed dicitur iurasse istis, & patribus suis: quia sicut promisit Abrahæ illam terram, & confirmauit iuro, ita alijs quibus eam postea promittebat dicebat, ego dabo tibi & semini tuo terrã Chanaam, sicut iurauí Abranę patri tuo. Et licèt tunc nihil iuraret, quia tamen promittebat sub iuro facto Abrahę, tantum erat ac si iurasset tunc, cùm idem iuramentum obligaret tunc, si Deus obligari posset. Sic enim fit secundum iura humana, quia si aliquis inquiri dicitur, vt veritatem dicat de multis articulis, & respondeat de vno, & postea dicitur ei sub iuro pręstito mandatur tibi, quòd dicas veritatem etiam in hoc articulo, de quo nunc quæro, eodem modo obligatur, sicut si in quolibet articulo nouiter iuraret, & eodem modo deieraret si in secunda interrogatione mentiretur sicut in prima. Quod autẽ Deus sub iuramẽto præstito Abrahę promiserit etiam aliquibus alijs terram illam, patet in promissione facta Isaac: vt habetur Gen. 26. cum dicitur. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo. Istis autem qui nunc erant in deserto, non solum non promisit Deus sub iuramẽto terram illam, immo nec promisit eam aliquo modo, quod patet si legatur Exodus a principio vsque huc. Et hoc, quia Deus nunquam loquebatur populo per se, postea autem c. 23. dicitur quòd Deus introducet eos in terram illam si obseruauerint mandata sua, & mittet Angelum suum, qui exterreat omnes illas gentes. Dicitur tamen Deus promisisse, & iurasse istis dare terram Chanaam, quia quando iurauit eam dare Abrahæ iurauit eam dare istis, vt patet in forma iuramenti: quæ habetur Gen. 22.c. cum dicitur. Per memetipsum iurauí, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, & velut arenam, quæ est in littore maris, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. *Et dederit eam tibi.* Idest fecerit te in ea pacifice habitare. Aliud nanquam est introducere in terram Chanaam, & aliud dare eãi quia Israelitę non tenuerũt pacificè terram possessionis vsque annos septem post ingtessum in eam, & post diuisionem eius per alios septem annos, de quibus alię historiæ fidem faciunt quantum temporis fuerit secundum certitudinem vsquequo habitauerunt in pace, & redierunt duæ tribus, & dimidia de bellis adiuuantes alias tribus, sed constat quòd fuit magnum tempus: sic enim dicitur Iosuę 22. ca. ad duas tribus, & dimidiã. Non reliquistis fratres vestros longo tempore vsque in prę sentem diem. Licèt igitur non constet vtrum quartuordecim anni, an plures fuerint, constat tamen quòd fuerint plusquam septem: quia Caleb filius Iephone princeps in tribu Iuda petiuit a Iosuę dari sibi Hebron antequam distribuerẽtur sortes alijs, tribubus, vt patet ex processu libri Iosuę, quia hoc habetur Iosuę 14. & distributio sortium habetur Iosuę 15. & 16. vsque ad 20. c. exclusiue. Et tamen postea recesserunt duæ tribus & dimidia ab alijs, vt patet Iosuę 22.c. Sed quando Caleb petiuit Hebron, fluxerant septem anni ab introitu terrę Chanaam, ergo quando recesserunt duæ tribus & dimidia ab alijs, erãt plures quam septem anni: antecedens patet, quia quãdo petiuit Caleb, erat annorum 85. Et dicitur ibidem quòd transiuerant 45. anni ex tempore quo fuit explorator vsque tunc: sed ab illo tempore vsque ad transitum Iordanis fluxerunt trigintaocto anni, ergo manent septem. Antecedens patet, quia in deserto ante transitum Iordanis steterunt Israelitę 40. annis: sed cùm missi sunt exploratores erat secundus annus, ergo manebant trigintaocto. Tunc enim proprie dicebatur Deus dedisse eam Israel, & ante non, sed introduxisse in eam: ideo finita diuisione terræ, & hostium deletione: dicitur Iosuę 21.c. Deditque Deus Israeli omnem terram, quam se patribus eorum traditurum iurauerat, & possederunt illam atque habitauerunt in ea: dataque est ab eo pax in omnes per circuitum

Laudes & gręę Moysi. Moyses sacrorũ formam dedit & ministros elegit.

Omnibus Patriarchis Deus promisit dare terrã Chanaam, sed nulli iurauit nisi Abraæ.

Hijsqui in deserto erant non promisit Deus dare terrã Chanaan.

Israelitę non habitauerunt quiete terra promissionis vsq; ad 14. annos post transitum Iordanis.

Oblatio sanctificationis primogenitorum non obligauit immediate post introitum terrę promissionis.

cuitum nationes, nullusque eis hostium resistere ausus est: sed cuncti in eorum ditione coacti sunt: nec vnum quidem verbum quod se illis præstaturum esse promiserat, irritũ fuit, sed omnia rebus expleta sunt. Ex hoc autem patet quòd oblatio superiorum, scilicet sanctificationis primogenitorum non obligauit immediate post introitum in terram promissionis, sed postquàm terra pacificè possessa est. Et idem dicendum videtur de alijs obseruationibus, scilicet de Phase immolatione, & azymorum obseruatione, scilicet, quòd non fuerit in tempore, quo non pacificè possederunt. Si autem obijcias de Phase quod immolauerunt in introitu terrę promissionis: vt patet Iosuę 5. c. Respondetur quòd hoc fuit, quia tunc vacabant à bellis, sed postea cum a bellis non vacabant, nihil horum facere poterant. Quod autem non obligarentur ad hæc vsque quo quiete possiderent terram, & etiam quòd in deserto nihil de his cęremonijs custodirent: patet Deut. 12. c. cum dicitur: Non facietis ibi idest in terra Chanaam, ad quam itis quę nos facimus hic hodie singuli quod sibi rectum videtur: & subijcit causam quare non fiat obseruatio cęremoniarum, cùm dicit. Nec enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem, quàm Dominus Deus daturus est vobis: quasi dicat quòd postquam tenuerint requiem, & possessionẽ à Deo promissam, ista facere deberet, ante vero non. *Separabis omne, quod aperit vuluam Domino.* Idest separabis ad cultum Dei omne primogenitum de pecoribus, quæ dicũtur aperire vuluam: quia illis nascentibus primo materna claustra totaliter aperiuntur, cum in conceptu parua fuisset apertio. *Et quod primitiuum est.* Idest primo nascitur, idem sunt ista. *De pecoribus tuis.* Hic accipitur proprius quàm supra, cùm dicebatur, quòd primogenita hominum, & pecorum sanctificanda essent, ex quo excludũtur primogenita in alijs animalibus, vt in eqs, mulis, & camelis, quia ista non sunt pecora. Etiam de auibus, nam non obligabantur dare primogenita auium, dato quod illa cognoscere, possent: non debebat etiam offerri precium profane redimendo: vt patet Deute. 24. c. de his omnibus plenissime cum suis fundamentis infra 3. 4. c. pecora autem solum vocantur oues, & capræ, atque boues, nam de his solis licebat immolari: vt patet Leui. 1. capitu.. vbi ponitur sufficientia animalium quę in holocaustum offeruntur, & ponuntur ista tria solum, & in omnibus alijs libris, vel nunquam reperientur immolari, nisi de istis tribus speicebus quadrupedum. *Quicquid habueris masculini sexus.*

QVAESTIO. V.

Cur Deus masculos primogenitos offerri præceperit.

ALIQVI volunt, quòd ideo mandat de masculo offeri, quia ista sanctificatio fit propter liberationẽ primogenitorum in peste Aegypti, & in peste Aegypti solum liberati sunt masculi. Sed hoc non videtur verum alicui, quia tunc quæritur vtrum in gregibus Hebręorum esset aliqua ouis, quæ esset primogenita, & inter homines si fuit aliqua fęmina primogenita. Si autem dicas quòd non falsum est. & inopinabile: quia in tanta multitudine pecorum Hebręorum non est aliquo modo rationi cõforme, quòd nulla fęmella primogenita esset: aut in hominibus nulla mulier primogenita, cùm tam numerosa turba esset. Si autem dicas, quòd aliqua fęmella in pecoribus fuit primogenita, & aliqua mulier in hominibus, cogeris dicere quòd illa mortua fuit, cùm non sit liberata a percussore, sed hoc manifeste est contra literam supra 11.c, cum dicitur: Erit magnus clamor in terra Aegyptiorum qualis non fuit antea, nec postea futurus est: apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus. Etiam præcedenti cap. dictum, fuit quòd cùm Deus videret sanguinem in superliminari domus, & in utroque poste, transiret, & non permitteret ingredi percussorem, ergo nullus de Hebręis mortuus fuit masculus, aut fęmina: necesse est ergo dicere tam masculos, quam fęmellas liberatos fuisse in hominibus, & pecoribus. Dicendum ergo videtur istis, quòd Deus solum mandauit redimi masculina, aut immolari, quia Deus vult pro se perfecta cùm ipse perfectus sit, sicut dicitur Mat. 5. c. Estote perfecti sicut pater vester cęlestis perfectus est. Opera etiam Dei perfecta sunt: vt patet Deute. 32. volebat ergo sexum perfectum sibi attribui, iste aut est sexus masculinus, cũ natura intendat gignere masculinũ, & fęmina sit vir occasionatus vt ait Philosophus, debuit ergo ei applicari & offerri masculus. Quando autem primogenita erant fęmellæ, non immolabantur Domino, nec redimebantur, quia cum non liceret secundum se, nihil loco eius licitum erat dari. Licèt aliqui volunt quòd deberet dari aliud animal, vel precium. Sed falsum est, quia hoc teneret, si istud animal ex cõditione speciei, & sexus licitum esset, & ex conditione indiuidtiali sua per accidens esset illicitum: vt si esset claudum, cęcum, aut debile, vel fractũ, aut amputatis aliquibus corporis partibus secundum illa, quæ ponuntur Leui. 22. c. cùm tamẽ animal ex natura speciei est illicitum, vt canis aut equus, nec ipsum, nec aliud loco eius dari debebat, sic dicitur Deute. 23. non offeres precium canis, idest non solum canis in se illicitus erat, sed etiam quicquid loco canis daretur: sic cùm fęmella, vt primogenitum dari non licet, nec aliquid loco eius dari licebit: hoc tamen verum non est, sed teneas id, quod declarauimus infra 34. capit. *Consecrabis Domino.* Idest separabis illud, vt sacrum: vt sit ad cultum Dei, scilicet immolando illud. *Primogenitum Asini mutabis oue.* Idest primogenitum Asini in mundum est tàm ad cibum, quàm ad immolationẽ, ideo non immolabis illum, sed loco eius dabis ouem.

De Gen. alienum vbi. 2. c. 3.

Sed ex hoc argues contra supradicta, scilicet quod licèt aliquod animal sit immundum secundum speciem, quòd liceat aliquid dari pro eo, quia pro Asino aliquid datur, scilicet ouis. Respondetur quòd iste fuit casus spetialis expressus a lege ex quadam spetiali causa, ideo non debet trahi ad consequentiam, quia quæ vni in priuilegium conceduntur, ab alijs in prę sequtiã trahi non debent, vt patet extra de regulis iuris, in sexto in regula, quod alicui gratiose conceditur trahi non debet ab alijs in exemplum. Inter cętera animalia, quæ primogenita habebant, solum primogenitũ Asini redimitur oue, alia aut animalia non redimebãtur oue, aut pecunia: quia si aliqua alia redimenda fuissent, hic explicarentur, cùm ista esset lex data primo de applicatione, & sanctificatione primogenitorum, & ea, quæ hic non exprimerentur, non possent intelligi, nec fierent. Et si obiciatur, quod dicitur Numeri 18. c. vbi agitur de applicatione primogenitorũ ad Deum, scilicet omne animal immundum redimi facies quinque siclis: sed de asino dicitur, hic, quòd oue commutandus erat, ergo hic de alijs animalibus immundis, vt de æquis, & mulis dictum est. Respondetur, quòd non erant redimenda primogenita in alijs animalibus præterquam in pecoribus, & quod hic dicitur de animali immundo non est intelligendum de animali immundo secundum speciem, vt æquus, & mulus, & camelus: sed de animali immundo in se ipso ex accidenti, licet mundum esset secundum speciem; vt si aliquem primogenitum arietem, aut hyrcum, vel bouem contingeret esse cęcum aut claudum, habentem aliquam aliam de enormitatibus,

Obiectio contra dicta tollit.

tatibus,quę ponuntur Leu.22.c.quia ille debebat redi F
mi precio quinq; siclorum, & non animalia immūda
secundum spetiem. Aliter etiam potest responderi,
sicut respondetur infra 34.c.Quare autem asinus
magis quàm alia animalia immunda redimebatur, ita ꝙ
daretur pro eo ouis? Respondet Rabbi Abraham,
Auenezra, quia soli asini educti sunt ab Israelitis de
Aegypto. Ista sati s bona responsio erat, & valde con-
formis intentioni, propter quam fiebat ista sanctifica-
tio primogenitorum, scilicet quòd liberata sunt pri-
mogenita de Aegypto: si ergo solos asinos de Aegy-
pto Hebrei eduxerunt, valde rationabile est, quòd so-
li primogeniti asinorum inter cętera animalia redi-
mantur. Sed hoc videtur falsum manifeste: quia su-
pra 12. c. dictum fuit: Profecti sunt filij Israel de Ra-
messe in Socoth sexcenta fermè millia peditum abs-
que paruulis & mulieribus: sed & vulgus promiscuū
innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta, &
animantia diuersi generis multa nimis: ergo non so-
lum asinos habebant, sed etiam præter pecora habe-
bant alia animalia diuersarum spetierum. Magis ergo
videtur aliquibus dicendum quòd asini fuerunt redē-
pti commutando eos oue, quia licèt aliqua alia ani-
malia haberent, vt equos, & mulos, vel forte came-
los: tamen pauca animalia erant de illis, ideo modicū
adiumentum Hebræis egredientibus præstare pote-
rant, asini autem fuerunt quasi in multitudine infini-
ta, ideo illi totum onus suppellectilium Hebræorum,
& paruulos suos, & vxores deferebant. Quamobrem
voluit Deus illud animal honorare, aut quandam ei
excellentiam inter cętera tribuere. Et si dicas contra,
quia supra dicitur quòd animalia diuersi generis quæ
habuerunt Hebræi exeuntes erant multa nimis, ergo
falsum supponitur, cum dicitur, quòd pauca anima-
lia erant de alijs, vt de equis, vel mulis, aut camelis.
Respondetur quòd bene stat, quia cum dicitur quòd
animalia, quæ habuerunt Hebræi exeuntes de Aegy-
pto erant multa nimis, non intelligitur, quòd de quo-
libet diuersorum generum essent animalia multa ni-
mis, sed sufficiebat, quòd ipsa omnia simul essent mul
ta nimis: & quòd de vna spetie earum, vt de specie asi-
nina essent multa nimis, de alijs autem vt de equis aut
camelis essent valde pauca. Et tunc manet qđ dictum
fuit, scilicet quòd asini quasi tulerunt totū onus He-
bræorum exeuntium de Aegypto. Sed magis tenen-
dum quòd dicit Rabbi Abraham Auenzra: & ad tex-
tum illum, Dicitur quòd animalia multa nimis di-
uersorum generum erāt boues, oues, capræ, asini, de
quibus facta fuerat mentio. Licèt posset teneri alia po
sitio. *Quod si non redemeris.* Idest si nolueris redimere
asinum dando pro eo vnam ouem, siue arietem. *Inter
ficies.* Idest mando quòd interficias illum, & hoc fie-
bat, quia iste asinus, qui primogenitus erat, obligatus
erat Deo, vt applicaretur ad cultum eius: & quia dire-
cte non applicabatur ad cultum Dei immolando eū:
cùm immundus esset: dabatur pro eo ouis, & tunc
asinus ille absoluebatur ab obligatione, qua tenebatur
Deo, & sic poterat conuerti ad vsus humanos. Si au- K
tem non dabatur pro eo ouis, manebat obligatio asi-
ni ad applicationem ad Deum, nec poterat licitè con-
uerti ad vtilitatem, aut seruitium humanum, manda
batur ergo occidi, vt sic tolleretur, ne aliquis posset il-
lum ad vsus suos conuertere. Nec est tenendum vt ali
qui imperitè extimantes arbitrantur, scilicet, quòd si
non dabatur ouis pro asino, quòd occidebatur asinus
ad honorem Dei: quia hoc abusio est. Non enim vult
Deus tales sibi immunditias immolari, nam si ad ho-
norem Dei dari posset, non commutaretur oue,
sed ipse per se immolaretur: sed falsum est, quia litera
non consentit. Etiam quia si ad honorem Dei immo
lari posset, non occideret eum dominus suus: sed ip-
se sacerdos immolaret eū, & cōfferret sanguinem eius, Gentiles Deo Priapo asinum immolabant.
& comederet carnes, quia ista erat lex quantum ad
animalia primogenita, quæ immolabantur: vt patet
Numeri 18.c. Gentiles autem asinum immolabant
Deo suo Priapo, vt ait Ouidius libro primo fastorum
cùm dicitur de eo. Hellespontiaco victima grata Deo.
vocatur Deus Hellespontiacus Priapus: quia fuit na-
tus in insula Hellesponto: & ab ea propter magnitu-
dinem membri virilis exulauit, & postea in gratiā ob
eandem turpissimam causam in deum assumptus est,
vt ait Linguitio. Huic autem asinus immolatur pro-
pter inimicitiam, quam habet cum eo, quia clamori-
bus suis importunus eum a solatio nympharū, quod
G ei iam inesse videbatur disturbauis, vt prosequitur sa-
tis turpiter verbis tamen dulcibus Ouidius in primo
Fastorum. Alias autem similes turpitudines, nequid
intactum linqueret, gentiles dijs suis faciebant, cum
immolabant Phebo equum, Dianę viscera canis, vt
ait idem Ouidius in primo Fastorum. Vbi nos dici-
mus hic *Interficies*. In Hebræo habetur. *Deceruicabis.*
Idest abscindes caput per ceruicem.

QVAESTIO. VI.

Nota ridiculum dictum rabini Iudęi.

QVIDAM autem Iudeus doctor satis ridiculus
dixit, quòd debebat illi asino suspendi in quadā
cartula nomen Domini sanctum, scilicet nomen te-
H tragrammaton quod est ineffabile, & illa charta de-
beret pendere à ceruicibus, & hoc vocabat deceruica-
ri. In quo dicto tāta apparet fatuitas, vt redargutione
extrinseca non egeat. *Omne autem primogenitum hominis
de filijs eius.* Idest de populo Israel ad excludendū mer-
cenarios, aut aduenas, qui manebant inter Israelitas in
ciuitatibus suis: quia isti redimi non debebant, cùm
isti non pertinerent ad populum Dei. De seruis autē
emptitijs, qui circūcisi erant, & de cęteris alienigenis
circuncisis dicendum est, quòd etiam primogenitos
redimebant sicut illi, qui descendebant de vera linea
Hebręorum. Et hoc quia serui emptitij, & alienigenę
circuncisi admittebantur ad comedendū de Agno Pa
schali, ergo debebant admitti, vt redimerēt primoge
nita sua. Valet cōsequētia, quia cui maius conceditur,
minus concessum esse videt, sed magis erat comedo-
re de Agno Paschali, quàm redimere primogenitos,
& hoc permittebatur, ergo etiam redimere primoge
nitos: minor patet quia agnus Paschalis erat quoddā
sacrificium: vt patet Numeri 9. c. cum dicitur. Qui
mundus fuerit, & in itinere non fuit, & tamen non
fecit Phase, peribit anima illa de populis suis, quia sa-
crificium Domini non obtulit tempore suo: hoc etiā
latius c. præcedenti probatum est: permittere autem
aliquem comedere aliquid de sacrificio Domini, mul
tum est: redimere autem primogenitos, modicum
valde est, scilicet solum dare pecunias sacerdotibus
pro suis primogenitis. Item eadem causa est immo-
landi Phase, & comedendi, & redimendi primogeni
ta, cuicunque ergo vnum conuenerit, & alterum con
ueniet, cùm posita causa sequatur effectus: antecedēs
patet, quia causa immolationis Phase in Aegypto fuit
vt liberarentur ab Angelo percutiente sanguine illi-
to portis: vt patet præcedenti c. quia sanguine viso nō
permittebat Dominus Angelum percussorem ingre-
di domos Hebręorum. Redemptio autem primoge-
nitorum ex eadē causa fiebat, scilicet vt recordarētur,
quia Deus liberauerat primogenita eorum ab angelo
exterminatore: ista enim causa infra in litera assigna-
tur, si ergo ex ista causa Gentiles circuncisi permitte-
bantur facere Phase, & comedere de illo: eodem mo-
do permitterentur immolare primogenita. Nec ob-
stat

stat litera cum dicit. *De filijs tuis.* Quia illud possessi- A
uum, tuis, non dicit formam alicuius specialiter de
Israel: sed refertur ad totum Israel, vt sub hoc nomi-
ne intelligerētur necessario omnes, qui sunt de Israel:
non solùm autem sunt de Israel illi, qui nati sunt de
semine Hebręorum, sed omnes qui circuncisi sunt,
quia per circuncisionem incorporabantur populo Iu
daico: sicut nunc per fidem, & Baptismum incorpo-
rantur populo Christiano, vt magis declarauimus præ
cedente c. *Precio redimes.* Non ponitur hic precij quan
titas: sed Numeri 3.c. determinatur, & sunt quinque
sicli secundum pondus sanctuarij: quia tantum datū
est pro quolibet de illis primogenitis filiorum Israel,
qui excreuerunt ad numerum Leuitarum. *Cumque in-*
terrogauerit te filius tuus. ponitur hic responsio ad inter- B
rogationes, quæ fieri possent super his obseruationi-
bus: nam vt dictum fuit supra ista præcepta, quæ sunt
cęremonialia, de se non habent aliquā rationem, quare
sic, vel sic fiant, nisi det ab ipso iponente ea: & quia
venturi successores admirarentur de istis cur fiebant
inquirerent, ideo ponitur hic responsio. *Filius tuus.* Sci
licet quem teneris principaliter instruere: quia licèt
omnibus esse debemus parati reddere rationem de ea
fide, quę in nobis est, vt ait Apostolus, multo magis si
lijs nostris, quos tenemur instruere in moralibus, vt de
clarauimus Gen. 18.c. *Cras dicens.* Ponitur cras pro tem
pore futuro, etiam post multos annos: quia si ista inter
rogatio fieret mille aut quinque milibus annorum,
postquam talis responsio a Domino subiecta est, tali- C
ter responderi debebat: vt ponitur hic in litera, & sic
in omnes generationes: & sic dixit Iacob ad Laban so
cerum suum cùm iniret cum eo pactum pro custodia
ouium, scilicet cras respondebit mihi iustitia mea, cū
placiti tempus aduenerit: vt patet Gen. 30.c. vbi, cras,
vocatur tempus in quo pariebant oues: quod distabat
ab eo tempore, quo ipse pactum inijt: nam primo cō
cipiebant in conspectu virgarum, & canalium, & post
pariebant. *Quid est hoc?* Idest quare fit hoc? bene sciebāt
filij quid est hoc quod fiebat, quia videbant ipsi da-
re pecuniam pro redemptione primogenitorum,
sed causam ignorabant, & hanc inquirebant. *In manu
forti.* Idest magna potentia, & prodigijs multis. *Eduxit
nos Dominus de Aegypto.* Nam Pharao non permittebat D
nos exire gratis. *De domo seruitutis.* Idest de domo, in
qua seruituti subiecti eramus: nam erat Aegyptus no-
bis tanquam quædam domus, in qua omnes Hebræi
coniuncti erant, vt seruirent Aegyptijs. *Nam cum in-
duratus esset Pharao.* Quia plagis nouē præcedentibus
non emollitum fuerat cor suum, vt nos dimitteret: vt
patet supra discurrendo per omnes plagas illatas, quia
in qualibet indurabatur. *Occidit Dominus omne primo-
genitum.* Dominus enim fecit hoc, quia ipse misit An
gelum percussorem, qui omnia primogenita Aegy-
ptiorum occidebat. *A primogenito hominis vsque ad pri-
mogenitum iumentorum.* Idest omnia primogenita qua-
liacunque illa essent siue ouium, siue iumentorum,
occisa sunt: nam a primogenito Pharaonis, qui sede- E
bat in solio eius vsque ad primogenitum captiuæ, quę
sedebat ad molam, & primogenita iumentorū mor-
tua sunt: vt patet supra 11.c. *Idcirco immolo Domino.*
Non est ista causa si accipiatur litera vt iacet: nam ꝙ
Deus occidisset primogenita Aegyptiorum, si nihil
vlterius foret, non esset causa, vt Hebræi tenerentur
ad aliquid Deo. Sed est sensus literę per suppletionē,
scilicet quòd ex eo, quia Deus occidit primogenita
Aegyptiorum nolentium aliter dimittere egredi He-
bræos, & sic permissi sunt egredi, quòd teneantur pri-
mogenita Hebræorū obligata Deo. Vel aliter quia
Deus percussit primogenita omnium Aegyptiorum
nolente Pharaone dimittere populum: & liberauit
tunc primogenita Hebræorum ab Angelo extermi-
natore: ne eis quicquam noceret, ideo tenentur Deo
obligata tanquam tunc moritura, nisi ea Dominus li-
berasset. *Omne primogenitum.* Scilicet primogenitum
pecoris: non enim potest intelligi de primogenito asi-
ni, quod immundum est: aut de primogenito homi-
nū, quia homines nō sunt animalia immolatitia. *Im-*
molo Domino. Idest trado ea ad immolandum, quia ip Solus sacerdos immolare potterat.
se, qui dabat primogenitum pecoris, non immolabat
illud, sed sacerdos: nam nullus alius hoc officium sub
pęna mortis accipere debebat, quia vt dicitur Numeri
1. & 3.c. quicunque de extraneis a tribu Leuitica ac
cederet ad tabernaculum ad ministrandum, vel quia
vellet ibi aliud facere, mori debebat.

Sed dices: quomodo primogenita pecorum immo
labantur Domino, cùm ipsa pertinerent ad ius sacer- An primogenita pecorū immolabantur cū ad sacerdotes pertinerent.
dotum? Forte aliquis dicet, quòd pecora primogeni-
ta immolabantur Domino, & in holocaustum incen
debantur: pellis autem manens cedebat in ius sacerdo
tis: quia vt dicitur Leui.6.c. de animali quod intendi-
tur in holocaustum, pellis solùm pertinebat ad eum,
qui faciebat holocaustum. Sed hoc non potest stare,
quia Numeri 18. c. dicitur quòd carnes animalis dati
pro primogenito pertinebant ad sacerdotem. Dicen-
dum ergo, quòd de pecore primogenito oblato perti-
nebat primo ad Deum sanguis, qui effundebatur in
altari holocaustorum, sicut in cęteris sacrificijs. Perti-
nebat etiā totus adeps idest pinguedo interior. Et hoc
tàm generali, quam specialilege. Generali quidem
quia Leui.3.c. dicitur: Omnis adeps Domini erit iure
perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis
vestris, nec adipem, nec sanguinē omnino comedē-
tis, & Leui.7.c. dicitur: Si quis adipē, qui offerri debet
in incensum Domini, comedeat, peribit de populo
suo. Lege autem speciali etiam hoc pertinebat ad
Deum, quia Nume. 18. c. dicitur quòd adeps primo-
geniti pecoris oblati pertinebat ad Deum. Istis autem
datis Deo, omnes carnes animalis pertinebāt ad sacer-
dotem, sic enim dicitur ibidem. Primogenita autem
ouis, bouis, & caprę non facies redimi, quia sanctifica
ta sunt Domino: sanguinem autem eorum fundes su
per altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem
Domino, carnes vero in vsum tuum cedent, sicut pec
tusculum consecratum, & armus dexter tua erunt.
Et isto modo respōdetur ad argumentum factum de
litera, cum dicitur quòd primogenita pecorum Do-
mino immolantur, verum est, sed propter hoc non
sequitur, quin omnes carnes illius animalis pertineāt
ad sacerdotem: quia immolatio idem est quòd iugu-
latio, siue occisio ideo immolantur Domino ista pri
mogenita, quia ad honorem eius occiduntur, & san-
guis eorum funditur in altari, & adipes incenduntur
ad honorem Dei, carnes tamen manent cedentes in
ius sacerdotū. Si autē diceretur: iccirco offero in ho-
locaustum omne primogenitum, tunc teneret argu-
mentum, quia de holocausto nihil manet nisi pellis
nam omnia membra cum capite, pedibus, & intesti-
nis Domino incenduntur; vt patet Leui.1 c. & sic ni- De holocausto nihil apud Hebręos manebat nisi pellis.
hil maneret sacerdotibus. Sed immolatio nihil tollit,
Omne quod aperit vulnam masculini sexus. Idest omne qđ
est primogenitum, vel aperit vulnam vt supra declara
tum est; & est masculini sexus, quia fęmellę dato ꝙ
primogenitæ essent, non immolabantur Domino;
causa autem supra assignata est, *Et omnia primogenita
filiorum meorum redimo.* Idest quia filij nostri non sunt
animalia immolatitia, nō immolo eos: sed do pro eis
precium quinque siclorum. Ex hoc patet, quòd ista
non sit locutio vnius hominis de Israel, sed totius Isra
el, quia nullus de Israel diceret omnia primogenita
filiorum meorum redimo: quia non habet vnus ho-
mo

mo filios multos primogenitos, sed hoc conuenit po F
pulo, qui habet multos filios primogenitos: qui cum omnes generantes in populo sint partes populi: & omnes geniti dicantur filij populi, aut ciuitatis illius; sic dixit Christus Luc. 23. c. loquens ad mulieres Ierusalem, quæ plangebant, cùm adduceretur ad mortem: Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete. Sic dixit Efron Ethæus Abrahæ, scilicet, coram filijs populi mei Gen. 23. c. & Ieremias dixit Treno 3. c. Oculus meus deprædatus est animã meam in cunctis filiabus vrbis meæ. *Erit igitur quasi signum in manu tua.* Hic concludit iterum quod supra dicebat, scilicet quòd istæ obseruationes rememoratiuę beneficij Dei liberando primogenita, & educendo de Aegypto sint in iugi meditatione nostra. *Quasi signum in manu tua.* Idest sicut signum positum in manu, scilicet filum ligatum, vel aliud quidpiam, quod ad recordationem ligatum est, nos iam oblitos rei ad memoriam eius, recordationemque reducit, vel quia in manu ligatum est nos in obliuionem cadere non permittit: ita erunt istæ cęremoniæ, scilicet quòd tu habeas istam cęremoniam de redimendo primogenita tanquam aliquid recordatiuum liberationis primogenitorum tuorum in Aegypto, & sic erit vt signum ligatum manui ad recordationem huius. *Et quasi appensum quid.* Hic declarat magis quàm supra, quia ea, quę appensa sunt magis videntur, quàm ea, quæ ligata sunt. Nam si aliqua cartula, vel quicquam aliud in fronte firmiter ligata esset, & fronti applicita, non posset venire ante oculos: quod autem appensum est ante oculos, & mouetur, videri potest, cùm illud interdũ motu suo tangat oculos. Ideo dicitur Deute. 6. c. eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos. Dicuntur autem ista appensa, quia ligata sunt capillis aut fronti adhærentia, & mouentur in parte inferiori ante oculos. *Ob recordationem ante oculos tuos.* Idest sicut si tu haberes aliquid ante oculos tuos pendens ad recordationem alicuius rei illud faceret te continuo cogitare super tale rem, aut non sineret te obliuisci: ita debet esse istud præceptum, quòd nunquam obliuiscaris illius eductionis, & liberationis Aegyptiacæ per redẽptionẽ primogenitorum tanquam per quòddã signum pendens ante oculos. *Eo quòd in manu forti.* Idest magna I
potestate. *Eduxerit nos Deus de Aegypto.* Quasi dicat magnum beneficium Dei fuit erga nos, educere nos de Aegypto, faciendo pro nobis tanta miracula, ideo non debetis ponere illud in obliuione, sed continuo recordari tanquam haberetis signa posita in manibus, & ante oculos.

5. q. 5. cap. nõ omnis in versi. populum cõsumacem.

Igitur cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam terræ Philistim, quæ vicina est, reputansne forte pęniteret eum, si vidisset aduersum se bella cõsurgere, & reuerteretur in Aegyptũ, sed circunduxit per viam deserti: quæ est iuxta mare rubrum: & armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eo quòd adiurasset filios Israel dicens: Visitabit vos Deus: efferte ossa mea hinc vobiscum. Profectique de Socoth castrametati sunt in Ethan in extremis finibus solitudinis. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in

Gen. 50. Ios. 24. 13. q. 2. c. Hebron Nu. 14.

columna nubis, & per noctem in columna
ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo.

Igitur cum emisisset. Posita circa quædam cęremonialia parte principali, hic agit de egressione Aegypti, & de his, quæ acciderunt in egressione, & diuiditur in tres partes, primo ponitur modus procedendi: secundo remotio impedimenti, tertio continuatio itineris cępti: secũda in prin. 14. c. tertia in 15. Circa primum
G vbi ponitur modus procedẽdi. *Igitur cum emisisset Pharao populum.* Idest quando Pharao mandauit Hebreis, quòd recederent ad sacrificandum, & compulit illos cito recedere. *Non duxit eos Deus per viam terrę Phylistim.*

QVAESTIO. VII.

DEVS enim erat, qui ducebat eos, idest dirigebat in itinere suo, sicut dicitur infra: Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diẽ in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore; nunquam defuit columna nubis per diem & columna ignis per noctem coram populo, & sic dicitur infra 40. c. Si quan-
H do nubes tabernaculum deserebat, profiscebantur filijs Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. & Numeri 9. c. dicitur. Cunque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel, & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur, ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculũ. *Per viam terræ Philistijm.* Via quæ descendit ab Aegypto versus terrã Chanaan est per terrã Phylistiim, q̃ est in extremitate terræ Chanaan in latere meridiano eius: & patet quia Gen. 10. c. vbi ponuntur termini terræ Chanaan ponitur Sydon a parte anguli occidẽtalis in cõtingentia lateris septemtrionalis. Et Gerara ponit pro latere australi. Sodoma, & Gomorrha, et Lasa ponuntur pro angulo orientali incontingentia lateris meridiani. *Cum dicitur.* Factique sunt termini Chanaan venientibus a Sydone Geraram vsque Gazam, donec ingrediaris Sodoman, & Gomorrham: & Adama, & Seboyni vsque Lasa. Generara tamen est in terra Phylistinorum: vt patet Gen. 20. & 21. c. quia ibi vocatur Abimelech rex Gerare, & idem vocatur rex Phylistinorum tãquam Gerara sit Metropolis in terra Phylistinorum. Et Abraam cum maneret apud Geraram, dicebatur peregrinari in terra Phylistinorum: & hoc clarius patet Gen. 26. c. vbi viri Gerarę vocãtur Phylistiim, vel Palestini per istam viam descendit Abraham in Aegyptum: vt patet Gen. 12. c. cum dicitur quòd Abraam perrexit contra meridiem, & descendit in Aegyptum: si autem Abra-
K ham non tenuisset istam viam, sed debuisset ire per viam, qua postea ascenderunt Israelitæ non debebat de loco, in quo habitabat, scilicet inter Bethel, & Hay descendere ad partem australem: sed magis ascendere ad orientem: quia Iericho, & Iordanis fluuius, per quem intraueruntIsraelitę in terram Chanaan, vt patet Iosuę 3. & 4. capi. est ad orientem terrę Chanaan: vt patet ex his, quæ dicuntur Numeri 32. Bethel autem & Hay sunt procedendo contra occidentem post Iericho, & montem Hebal atque Garizin: vt patet Deute. 11. scilicet post viam, quæ pergit contra solis occubitum. Per hanc etiam viam descendere volebat Isaac in Aegyptum: nam cùm orta famę dispo-

Termini terrę Chanaam.

Abraam descendit in Aegyptum per viam terrę Philistijm.

disposuisset descendere in Aegyptum, & incepisset A
descendere, venit recta via in Geraram, & cùm vlterius progredi vellet in Aegyptum, a deo inhibitus est. Ecce qualiter via a terra Chanaan in Aegyptum, & è contrario, erat per terram Phylistiim in qua erat Gerara, quæ vicina est. Ista via est valde breuis, cùm Aegyptus sit magis occidentalis quàm terra Chanaan, & sit latus septemtrionale Aegypti versus latus meridianum terrę Chanaan, oportet quòd illi, qui recte vadunt de Aegypto ad terram Chanaan ascendant contra Orientem, sed non directe contra orientem Aegypti, sed declinando in latus septemtrionale: sicut si aliquis volens pertransire totam longitudinem quadrati, non ascendat directe per costam, sed declinet
B ascendens per diametrum quadrati, & tunc aliquaiter apropinquat orienti, & aliqualiter ad latus septemtrionis. Huiusmodi autem via est cùm aliquis ascẽdit de Aegypto in terram Chanaan per terram Philistim, qa terra Philistiim est meridiana pars terræ Chanaan, ideo erit septemtrionalis Aegypto: cùm Aegyptus sit magis versus lineam æquinoctialem, & contra latus meridianum quàm terra Chanaan, vt colligitur Numeri 13. c. Ascendendo per viam, qua ascenderũt Israelitæ est ascendere quasi directè de Aegypto versus orientem suum, licet aliqualiter se in arcus deflecterent: & deinde tantum eleuauerint versus orientẽ, quousque transirent totam longitudinem terrę Chanaan versus Orientem, quousque essent secundum longitudinem vltra orientalem partem terrę Chanaã
C scilicet in terra Seon regis Amorręorum, & Og Regis Basan, quæ est ad orientem alterius terræ Chanaan, quæ est circa Iordanem, vt patet Numeri 32. c. cum duæ tribus, & dimidia accipientes terram istorum duorum regum Ammorrhęorum, professæ sũt se recepisse possessionem ad orientalem partem terræ promissionis. Et deinde inde deflecterentur in arcùm venientes de orientali parte versus ipsum Orientem terrę promissionis tanquam contra occidentem. Quod etiam ista via terræ Phylistiim breuis sit patet, quia terra Phylistiim est pars terræ Chanaan, vel saltẽ coniuncta ei in latere meridiano: magis tamen dicendum est quòd sit pars terræ promissionis, siue Chanaan, quia cùm Isaac esset in Gerare, & spondiss-
D set ei Deus dare terram Chanaan, quàm promiserat Abrahæ dixit: Tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas regiones has: si autem non fuit Gerara, quæ est caput Palestinæ de terra Chanaan, non dixisset vniuersas regiones has, quia istud pronomen demonstrat rem præsentem ante oculos constitutam: sed dixisset dabo regiones illas. Item quia cùm posuisset terminos terræ Chanaan, posuit inter eos Geraram, & Gazam quoque quæ sunt duæ ciuitates terræ Phylistim: de Gerara iam patuit, de Gaza autem habetur primo Regum 6. c. vbi ponuntur ciuitates Philistinorum offerentes per singulos annos aureos, & dicitur ibi: Gaza vnum. Quod autẽ ponantur termini terrę Chanaan, patet Gen. 10. cùm dicitur: Factique sunt termi-
E ni Chananęorum per gentibus a Sydone vsque Geraram, & Gazam, & Sodomã, Gomorram, Adamam, & Lasa. Nec vlaet si dicas, quòd isti sunt termini extrinseci, quia tunc poterit terra Phylistim esse terminus terræ Chanaan, & esse alia terra. Nam non potest stare quòd Sodoma, Gomorra, Seboym, Adamar & Lasa ponuntur ibi termini terrę Chanaan, & tamen sunt intra terram Chanaan. Nun ergo cùm terra Phylistim sit pars terræ Chanaan, & terra Phylistim sit propinqua valde Aegypto, ergo erit terra Chanaan propinqua Aegypto per partem illam: quia tantum aliqua res est propinqua alteri, quantum aliqua tua pars propinquissima appropinquat illi: quòd autem terra

Via terræ Chanaan per terrã Phylistii breuis est.

Terra Phylistiim est pars terrę Chanaan.

Respõsio tacita.

Philistiim sit propinqua Aegypto, quia Gerara, quæ est in terra Phylistiim est propinqua Aegypto, patet nam est apud desertum Sur, & Cades, vt patet Gen. 20. nam ibi dicitur, quòd habitabat Abraã inter Sur, & Cades, & peregrinabatur in terra Gerare: quasi dicat, quòd existens inter Sur, & Cades erat peregrinus habitator terrę Gerarę, sed desertum Sur propinquũ est Aegypto, quia immediate vt Hebræi exierunt de Aegypto transeuntes mare rubrum, intrauerũt in desertum Sur, vt patet infra 15. c. cùm dicitur. Tulit aũt Moyses filios Israel de mari Rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Cùm ergo Gerara, quæ est in via descendendo de terra Chanaan in Aegypto sit apud desertum Sur, videbitur quòd inter Aegyptum, & terram Phylistiim solum sit interiectum desertum Sur, ascendendo autem per aliam viam, qua iuerunt filij Israel, transierunt per multas solitudine, s& vastas, atque terribiles: vt patet Deute. 8. c. & magna itineris arcuatio, longissimique fuere circuitus: sic dicitur Iosuę 5. c. Omnis populus, qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersique bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus. Idem patet Deute. 2. c.

Desertum Sur est inter Aegyptum, & terrã Philistiim.

Reputans ne forte pęniteret eum, si vidisset aduersus si bella consurgere.

QVAESTIO. VIII.

HIC ponitur causa quare Deus duxit Hebręos per viam deserti, quæ laboriosa erat, & prolixa. Et ponitur Deus deliberans more humano aliquid conditionaliter fiendum, quasi Deus dubitaret vtrum pęniteret in futurum cępti itineris, & vellẽt redire in Aegyptum: sed non est alia talis conditio, aut dubitatio in Deo, sed scriptura loquitur plano modo, vt nos intelligamus, & noluit ponere alium modum, qui magis conueniebat Deo, vt non induceret aliquam suspitionem de coactione liberi arbitrij: est autem sensus, quòd Deus cognoscebat conditionem Hebræorum, & sciebat quòd si eos dirigeret per viam terræ Phylistim, quæ erat breuis, & sine labore pęniteret eos, quia insurgerẽt Phylistiim contra Hebręos, & redirent in Aegyptum habentes opportunitatem reuertendi: cùm etiam per viam deserti gradientes semel desperati voluerint redire in Aegyptum: vt patet Numeri 14. c. cùm audita enarratione exploratorum fleuerunt dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine: vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, vt cadamus gladio: & vxores ac liberi nostri ducantur captiui: nonne melius est reuerti in Aegyptum: dixerunque alter ad altetum, constituamus ducem nobis, & reuertamur in Aegyptum. Per viam enim terræ Phylistiim ex qualibet leui occasione reuertęrentur: cùm terra populata esset, & possent habere cibos: per viã autem deserti non aggrederentur hoc facere, nisi ex maxima desperatione, quia terra deserta erat sine habitatore, nec cibos alicubi habere poterant, & aquas furiũmas, quæ interdum miraculo profluebant: vt patet de aquis Raphidin infra 17. c. cibum autẽ a Deo habebant, scilicet manna. Si autem reuerti pararent in Aegyptum, timerent se fame morituros, & siti quia crederent verisimiliter, quòd Deus non daret eis manna: cùm contra eis mandatum reuertęrẽtur. Etiam, quia si ipsi Hebræi venirent per terram Phylistiim Aegyptij venissent post eos, & persequerentur vsque ad internitionem; cum esset via terrestris, nec deberent transire mare rubrum vt infra declarabitur, & tunc non factum fuisset miraculum Dei, q̃ Deus in Pharaonem, & cunctos Aegyptios exercere dispo-

Scriptura ponit Deũ deliberantem more humano, vt nos facilius intelligam̃.

fuerat,

fuerat, scilicet submergere eos in mare rubrum iniq- F tatibus suis exigentibus. Item dato ꝙ alij Aegyptij remanentes vellent persequi Hebręos nauigio transeuntes mare rubrū, vt eos occiderēt in deserto, tamen nō auderent, quia terra illa erat asperrima, & non possent incedere equitādo sicut per viā terrę Phylistiim, quæ plana est. Etiam, quia dato ꝙ vię asperitatem cordis pertinatia non exhorrescat, tamen videntes nullas in solitudine aquas, nullos ad vescendum cibos, nullo modo eos persequi auderent. Decuit etiam ista via, vt Deus ibi tentaret, & erudiret Israel in siti, & fame, & aliis incommodis, vt declaratur Deu. 8. c. cū dicitur: Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus per desertum quadragintis annis, vt affligeret te atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo aīo versabātur: afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quem ignorabas tu, & patres tui: vestimentum tuum, quo operiebaris nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus. En quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo: quia sicut homo erudit filium suum, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. Aliæ multæ causæ fuerūt, de quibus aliquæ tangentur infra 16. c. *Ne forte peniteret eum.* Idest populum Hebræorum, quasi dicat, a principio gauisus fuit populus Hebræorum, cùm audiuit quòd Deus volebat eos educere de Aegypto: vt patet supra 8. ca. cum dicitur: audierunt, quòd visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem eorum, & proni adorauerunt: nunc autem si aliqua aduersa insurgerent, peniteret eos exiuisse de Aegypto, sicut penituit ante transitum maris rubri, cum viderunt Pharaonem venientem super se: vt patet infra 14. c. *Si vidisset aduersum se bella consurgere.* Licèt ponatur hoc conditionaliter, intelligendum est sine conditione, quia sine dubio si ascendissēt per viam terræ Phylistiim pugnassent immediate contra eos Phylistiim, qui erant propinqui Aegypto interposito deserto Sur, vt supra dictum est: maxime quia ipsa via erat per mediam terrā Phylistiim, ideo ipsi nullo modo permisissent Hebræos transire. Insurgerent etiam alię gentes propinquę sicut Ismahelitæ, qui habitabant circa eādem viā, scilicet circa desertum Sur, per quod erat via: sic enim dicitur Gen. 25. c. Habitauit autem Ismael ab Euila vsque Sur, quę respicit Aegyptum. *Et reuerteretur in Aegyptum.* Multæ rationes sunt, quare si iuissent per terrā Phylistiim reuerterent in Aegyptum, & non per viā deserti. Primo quia per viam terræ Phylistiim immediate insurrexisset eis bellū: cùm adhuc essent propinqui Aegypto, & nō esset eis difficile redire in Aegyptum. Per viam autem deserti non insurrexerunt ei immediate bella vsque quo venit in Raphidin, & pugnauit contra eum Amalech: vt patet infra 16. capit. Et post multas mansiones dum essent in Cades, pugnauit contra eos Chananęus, & Amalechites: vt patet Numeri 14. c. Item & fortius, quia postquam transierunt mare rubrum incedentes per solitudinem dato quòd voluissent reuerti non possent: quia non poterant tunc reuerti, nisi per viam, per quam venerūt, quia nullam aliam viā sciebant, immo nulla alia erat, cùm terra illa sit asperrimi situs, & montuosa: si autē redirent per viam, qua venerant, oportebat transire per mare rubrum, quia aliàs non poterant adire Aegyptum: hoc autem patet ex primo aduentu de Aegypto, quia necesse fuit eos transire mare rubrum; & ipsi Aegyptij, qui cognoscebant vias terrę illius, si sciuissent aliam viam, ita quòd non transirent per mare exponentes se tanto discrimini, per illam iuissent, sed non fecerunt, & hoc demonstrauerunt ipsi, cùm dixit Pharao infra 14. capitu. Coarctati sunt in terra, & conclusit eos desertum, quasi dicat, quòd mari, & deserto clausi vndique tenerentur. Si ergo voluissent reuerti Hebræi per mare rubrum, non potuissent, quia non habebant puppes ad transiendum, nec aliquis habitator erat ibi, qui teneret ratem vectoriam, cùm terra deserta, & inuia esset. Nullo modo ergo Hebræi ista cogitantes auderent reuerti in Aegyptum. Et si dicas contra, quia Numeri 14. ca. dixerunt: Constituamus ducem super nos, & reuertamur in Aegyptum. Non valet, nam hoc ex amaritudine cordis, & magno dolore consternata mente dixerunt, non attendentes modum redeundi, sicut aliquando passionati dicunt se facturos aliqua, quæ postea cùm considerauerunt modum faciendi, reperiunt ea sibi impossibila. Isti ergo G cum dixerunt illud, non considerauerunt modum reuertendi, sed si considerauissent, reperissent quòd nullo modo poterant redire in Aegyptum. Item quia per viam terræ Phylistiim, quia populata erat possent reperire cibos ad necessitatem, cùm redirent, si autem vellent redire in Aegyptum per viam deserti nō possent, cùm non haberent cibos, quia māna, quod eis in cibum erat defecisset, cùm ipsi contra mandatum Dei reuerterentur. Non habebant ergo oportunitatem redeundi per viā deserti sicut per viam terrę Phylistiim. *Sed circunduxit.* Idest duxit in circuitu per viam deserti, quasi dicat via, quę erat per terram Phylistiim, vt supra diximus, erat recta: via autē quæ erat per desertum, scilicet per desertum Sur, & desertum Syn, & H desertum Pharan, istę nanquam solitudines erant per viam, qua Israelitæ ascenderunt in terram Chanaan. Ex quo uidetur quòd via terræ Phylistiim, per quam breuius ascendissent nō erat ita deserta sicut ista, cùm ista vocetur via deserti, alia autem non. *Quæ est iuxta mare Rubrum.* Si Hebræi iuissent per viam terræ Phylistiim, non debebant transire mare rubrū, sed via terrestri procedere, nunc autem quia Deus circunduxit eos per viam deserti, posuit eos ī tali strictu terrarum, vt coarctarentur vndique, & cogerentur transire mare rubrum.

Rationes quòd si Hebræi per viam Phylistiim in desertum iuissent iterum reuerterentur.

De terminis Aegypti, & quotuplex sit, & qualiter mare rubrum, & Nilus se habent in terra Aegypti: & per quam viam transierunt Iudæi.

I

QVAESTIO. IX.

CONSIDERANDVM autem est in hac parte, qualiter mare rubrum se habebat in terra Aegypti, & qualiter Nilus, quia ista duo videntur facere in hac parte difficultatē, supra aūt. c. 10. de hoc aliquod diximus, sed hic rursus dicendū est: vt ista via Hebręorum clarior habeatur, & primo sciendū est de terminis Aegypti. Aegyptus aūt secundum Paulum Orosiū lib. 1. de Ormesta mūdi, vbi agit de diuisione Asię, duplex est. s. Aegyptus supior, & Aegyptus inferior. Aegyptus superior in Oriente p longū extenditur, cui ad Septemtrionē est sinus Arabicus, a meridie Oceanus: K nā ab Occasu ab īferiore Aegypto incipit: ab Oriente rubro mari terminatur. Aegyptus inferior ab Oriente habet Syriam, & Palestinam, ab occasu Lybiā, à Septētrione mare nr̄m. i. Mediterraneū, a meridie montē, q appellatur Elimax, & Aegyptum superiorem, & Nilum, qui de littore incipientis maris rubri videt emergere. Sciēdum autem, ꝙ licèt distinguatur ab Orosio duplex Aegyptus, superior scilicet & inferior, tamen eadem Aegyptus est: sicut dicimus duplicem Hispaniam citeriorem, & vlteriorem, tamen eadem Hispania est, & sic dicimus Castellam veterem, & Castellā nouam: eadem tamen Castella est; & patet hoc quia alij Topographi, idest situs terrarum descriptores non diuidunt Aegyptum sic, vt Paulus Orosius, sed simpliciter Aegyptum vocant: patet in Solino, qui in A libro, qui Polistor. dicitur terrarum situs, & notabilia earum prosequitur: tamen in cap. vbi de Aigypto agit nullam talem diuisionem apponit. Etiam patet, quia vtraque Aegyptus sibi continua est. Nam vt patet in verbis Orosij, Aegyptus superior ab occidente inferiorem Aegyptum habet. Et vbi vna incipit reliqua desinit: licèt dicat ipse quòd Aegyptus inferior habet Aegyptum superiorem a parte meridiana, & si videtur esse aliqualis repugnantia in verbis. Dicendum autē quòd Aegyptus quam ipse vocat superiorem, cùm sit eadem cum Aegypto inferiore secundum modum loquendi scripturæ, vt infra declarabitur, extenditur ad partem meridianam magis quàm alia pars Aegypti, quam ipse vocat Aegyptum inferiorem, & tunc B illa pars excrescens de latitudine frontis occidentalis versus meridiem, cum aliqualiter vergat, vel descendat ad occidentem, dicitur circundare latis meridianū illius partis Aegypti, quam ipse vocat Aegyptum inferiorem. Et sic dicit quòd Aegyptus inferior habet Aegyptum superiorem a meridie: cum autem dicit quòd Aegyptus superior habet ab occidente inferiorem Aegyptum, verum est quantum ad illam partem frontis occidentalis, quæ magis declinat ad septemtrionem, quia in illa parte frons occidentalis Aegypti superioris, & frons orientalis Aegypti inferioris se cō tingunt: & sicut illa pars Aegypti, quam ipse vocat Aegyptum superiorem magis declinat ad meridiem quàm pars Aegypti, quam vocat inferiorem: ita pars C Aegypti, quam ipse vocat inferiorem Aegyptum magis declinat ad septemtrionem, ideo in fronte orientali Aegypti inferioris tāgunt tres terræ, scilicet Aegyptus superior quantum ad latitudinem frontis declinantem ad meridiem, & Syria, & Palestina, quantum ad latitudinē frontis declinātem ad septemtrionem. Sacra scriptura vtramq; harum partium vocat Aegyptum indistinctę loquens, quasi vna Aegyptus sit, & patet hoc colligendo ex diuersis locis: nam hic dicitur quòd via breuis de Aegypto ad terra Chanaan est per terram Phylistiim sed manifestum est quòd nō potest intelligi, quòd via de Aegypto superiori sit per terram Phylistiim ad terram Chanaan, cū sit ibi medius sinus Arabicus, qui est pars maris rubri. Etiam quia D Aegyptus superior secundum trāsuersalem lineā meridiei, & septētrionis æqualis est terræ Chanaan, ideo non poterat esse ascensus per viam terrę Phylistiim, sed necessario accipitur pro Aegypto inferiori, & tūc valde conuenit ei ascensus de Aegypto per terrā Phylistiim cū terra Phylistiim partim sit orientalis Aegypto inferiori, & partim septemtrionalis. Etiā dr̄ supra 10. c. ꝙ quando Deus misit locustam dissipantē in terra Aegypti, & postea expulit eam in mari rubro dicit̄, ꝙ expulit eam contra orīētem ad mare rubrum, nam ventus eam impellens fuit occidentalis, & sic ponitur ibi mare rubrum esse ad orientē Aegypti. Sed manifestum est, ꝙ non potest hoc dici de Aegypto inferiori, quia illa non habet ab oriente mare rubrū, sed Aegy- E ptum superiorē, & Arabiam atque Palestinā. dr̄ ergo de Aegypto superiore, quia habet ab oriente mare rubrū, vt patet in verbis Pauli Orosij supra positis. Nunc ergo accedendo magis dicendum est, ꝙ tota ista Aegyptus, quę continet partem superiorē, & inferiorem ab oriente mari rubro terminatur: ab occidēte Lybia: a meridie Oceano mari quantum ad partem superiorē, & monte altissimo Elimax dicto versus partē inferiorē: a Septētrione habet in parte superiorē sinū Arabicū, qui est pars maris rubri, & deinde iste sinus maris labitur per Aegyptū circa partē occidentalem, & in parte inferiori septētrionis habet quādā linguā maris mediterranei. Mare rubrū ꝙ Aegyptū tangat ab orięte, & a parte aliquali Septētrionis fluit de partibus Indie, a quo indus fluuius absorbetur: & decurrit versus latus septētrionis tāgens a parte meridiei Aracusiam, Pharthiā, Assyriā, Persidem, & Mediam: quę sunt magnæ prouinciæ hn̄tes a septentrione Caucasum monte. Deinde istud mare deflectitur ad meridiem nomina diuersa habens: nam in parte superiori vsquequo tangit deserta Arabica vocatur sinus Persicus: cum autem accedit ad Arabiā, vocatur sinus Arabicus quousque mari mediterraneo alteri coniungatur. Dicitur autem esse mare rubrū terminans Aegyptū ab oriente: non ꝙ fluat à parte Septemtrionis mūdi transuersaliter ad meridiem, & in decursu tangat orientalē plagam Aegypti, quia tunc sequeretur ꝙ Nilus nō posset ullo modo ingredi Aegyptum, quia cū mare rubrum teneat totam frontē orientis Aegypti vsque ad oceanum, ad quem sic decurreret ꝙ nullus fluuius de ueniens de parte superiore mundi, scilicet de Oriente posset intrare Aegyptū, quia à mare rubro prius absorberetur. Nilus autē cū sit vnus de quatuor fluminibus Paradisi, venit de Orīēte: quia Paradisus in Orīēte est, licèt deflectat̄ versus meridiē. Ergo sic nullo modo posset intrare Aegyptū: qđ falsum est, qa Nilus irrigat pleniora loca Aegypti, vt testant̄ oēs auctores, & ipsi qui Aegyptū viderunt. Nec etiā protest dici ꝙ mare rubrum sit ab oriente Aegypti idest ꝙ intret in Aegyptum per mediam frontē Aegypti, quia tunc non diceretur terminare Aegyptum ab orīēte, cùm terminatio dicatur esse per transuersum, & non in rectum, & acutum: tamen vt dicit Paulus Orosius, mare rubrū terminat Aegyptum superiorē ab oriente. Item quia si sic intraret mare rubrum in Aegyptum non diceretur esse in Oriente magis quàm Occidente, quia sicut intraret per orientem, ita intraret per aliam partē Aegypti occidentalem, aut meridianam. Item quia repugnat litera tex. supra 10. c. nam si mare rubrum sic directe intraret per frontem orientalem Aegypti ventus veniens ab occidente, & arripiens locustas nō eas posset proijcere in mare rubrum, quia oportebat mare esse transuersaliter positum, vt obijceret vento occidentali proijcienti locustas in mare: sed sic posito mari rubro oportebat flare ventum australem ad iacendū partem locustarum, quæ erant versus meridiem in mare rubrum, & partē locustarum, quæ erat versus Septemtrionē iacere debebat in mare ventus borealis: textus tamen dicit, quòd ventus veniens ab occidente arripuit omnes locustas, & eiecit eas in mare rubrum: vt patet supra 10. c. oportebat ergo, quòd mare rubrum iaceret, vel flueret transuersaliter occupans totam frontem orientalem Aegypti. Dicendum ergo vt declarauimus supra 10. cap. quòd mare rubrum veniens a partibus indicis per totam Asiam, cum incipit declinare ad meridiem, & tangit Arabiam intrat per deserta eius, & declinando magis ad meridiem tangit caput Aegypti, scilicet frontem orientalem eius, & ibi sit magnus sinus, extenditurque per magnam latitudinem frontis orientalis Aegypti: non tamen fluit ad meridiem Aegypti, quia tunc sequerentur inconueniētia supra assignata, scilicet quòd mare rubrum impediret introitum Nili in Aegyptum, sed colliū obiicibus eius fluxus intercluditur, ne in meridiem deriuetur: tunc autem refluit ad partem septemtrionalem, & fluit per latus septemtrionale Aegypti & sic stant omnia superiora conuenienter, scilicet quòd mare rubrum sit ab oriente Aegypti: vt patet supra decimo capitulo & ait Paulus Orosius, quòd Aegyptus superior ab oriente mare rubrum habet: stat etiam quod dicebat vlterius, scilicet quòd sinus Arabicus, idest mare rubrum, quod ibi vocatur sinus Arabicus, vt supra declarauimus, terminet Aegyptum a parte septem-

De terminis Aegypti.

Aegyptus duplex, scilicet superior & inferior.

Sacra scriptura non distinguit Aegyptū in duas partes, sed vnā facit.

De ortu maris rubri, & eius decursu.

Nilus vnus ex quatuor fluminib' de Paradiso veniēs.

Mare rubrum vocatur sinus Arabicus quandoq;

septemtrionali, quia postq̃ in oriente terre Aegypti fecerit magnum sinum refluit ad partem septemtrionalem Aegypti, & terminat ab illa parte. Deinde cũ mare rubrum longo tractu per latus septemtrionale Aegypti fluxerit inter Aegyptum & Arabica deserta, ingreditur Aegyptum apud desertum Ethan, & per partem illam Aegypti fluens ad vltimum reliquo mari mediterraneo absorbetur. Et hoc modo quędam pars Aegypti inferioris satis magna versus occidentem manet extra mare rubrum, & ibi coniungitur Arabia, & Palestina terrae Aegypti. in hac autem erat terra Gessen in qua erãt Iudęi, ideo ipsi erant extra mare rubrũ, nec oportebat ire ad terrã Chanaan per mare rubrũ: & generaliter omnes, qui de Aegypto .s. inferiori, de qua est via in terram Chanaan per terram Phylistiim, vadunt per terram Phylistiim, non debebãt transire p mare rubrum, cùm illud sit magis orientale, & ante illam viam mare rubrum latus septemtrionale Aegypti deserit, & diuidit ipsam Aegyptum fluens per eã quousq; mari Mediterraneo alteri adiungat. Hoc aũt sic disposito faciliter disponetur qualiter Nilus intret Aegyptũ .s. quia Nilus cùm veniat de Paradiso Terrestri hiatu subterraneo mersus occultis fluxibus p multa terrarum spacia vehitur, deinde rursus de littore incipientis maris rubri videtur emergere, rursusq; mersus iterum in Ethiopia emergit, ibique per Ethiopica deserta labitur faciens magnam insulam nomine Meroem, a qua clima Diameroes dr̃. Postea vero intrat in Aegyptum per partem Meridianam, & discurrens per totam Aegyptũ in multas partes artificiosis alueis ad omnem partem ducitur: & cũ bis anno inundet, vt declarauimus Gen. 26. ca. omnia planiora loca Aegypti irrigat, vsquequo versus Occidentẽ Aegypti mari rubro absorbeatur. Et isto modo non prohibetur Nilus intraret in Aegyptum, nec irrigare: quia sinus maris rubri terminans Aegyptũ a parte oriẽtis solũ occupat frontẽ orientis, & non diffunditur in Meridiẽ Aegypti, nec trãsuersaliter fluit vsque in Oceanũ, qui est ad meridiem Aegypti, sed sistit aqua collium obicibus interclusa, ideo pot intrare Nilus per meridianã partem Aegypti in cõfinio lateris orientalis, & meridiani sub ipso sinu maris rubri, aut modicum infra per quamlibet partem lateris meridiani. Sic enim consonabit dispositio istorum omnibus auctoribus, & nullo modo se impedient Nilus fluuius, & mare rubrum. Nũc ergo dicendum, quomodo Hebraei poterant transire in terram Chanaan sine mari rubro, & quomodo p viam deserti nõ potuerit transire sine maris rubri trãsitu, & quomodo non coacti sunt bis transire mare rubrum. Sciẽdum, vt supra diximus, quòd terra Gessen est in Aegypto inferiori, & cum illa sit extra mare rubrum versus septentrionem, & coniungatur ibi terrę Philistiim, & Arabiae, poterant ascendere de illa parte Aegypti, & intrare in terram Philistiim per viã viciniorem, quam dicit textus esse per terram Philistiim: ista tamen via terrae Philistiim non est pro tota Aegypto: nam non conuenit parti superiori Aegypti, quae circundatur mari rubro a septentrione, sed solum inferiori Aegypto, quae cõiungitur terrę Philistiim: Deus autem, vt dicitur in textu, noluit ducere Israel per terram istã ex causis supra assignatis, sed fecit eos ire per viam deserti. Est autem via deserti isto modo, quia cũ Aegypti pars inferior teneat ab oriente Arabiã, & terram Philistiim, terra Philistiim, est magis ad Septentrionem quàm Arabia. Si ergo ipsi vellent ire in terram Chanaan per viam terrae Philistiim declinabant magis ad Septentrionem, & iter rectius erat: si autem vellent ascendere per viam deserti, sicut Deus eos fecit ascendere, oportebat ire per Arabiam: & sic factum est, quia omnes mansiones quae computantur

De ortu & decursu Nili.

Descriptio viç deserti.

F post mare rubrum vsque ad propinquitatem terrae promissionis, scilicet vsque Moab, & Edom, sunt in Arabia; nam Arabia coniugitur Idumaeae in confinibus Bethoron, & ibi omnes mansiones filiorum Israel sunt, vt patet in libro de diuisione terrae Sanctae. Filij ergo Israel cùm recedentes de Ramesse, in qua coniuncti sunt ad simul eũdum debuissent, dãclinare versus septemtrionem aliqualiter, vt irent per terrã Phylistiim, Deus direxit illos per columnam nubis, quae immediate super eos apparuit, vt irent in Socoth ascẽdendo versus orientem per terrã Aegypti, per aliquot dies: quoniam fecerunt tres mansiones ante mare rubrum: ergo ad minus essent tres dies, immo plures fuerunt, quia Moyses acceperat licẽtiam a Pharaone,

G vt iret totus populus per solitudinem itinere dierum trium ad sacrificandum: & postea ipsis procedentibus contra mare rubrum, nunciatum est Pharaoni ꝙ fugerent Hebręi de Aegypto: hoc autẽ non poterat esse nisi post tres dietas ad minus, quia nondum poterant iudicari fugere, dum solum ambulauissent tres dietas, quia ad illas licentiam acceperant a Pharaone. Et sic videtur ꝙ postquam ipsi recesserunt de Ramesse vsque quo accederent apud mare rubrum, satis magnã partem Aegypti ambulauerãt per solitudinem Aegyptiacam: cùm ergo sic ambularent, erant magnę rupes altissimique scopuli a parte septemptionali eorum, & cùm accederent ad mare rubrum apud solitudinem Ethan, mare rubrum intrans ad partem interiorẽ Ae-

H gypti diuidendo eã, & relinquendo latus septemtrionale quod terminabat in superiori Aegypto, fluebat apud radices altissimorum scopulorũ montis Ethan, ita ꝙ inter mare, & radices montis non poterat esse aliquis transitus, quia scopuli alti valde: erant: cogebantur ergo redire per viam per quam venerant, aut intrare per mare rubrum quia per montes Nullus erat aditus, cùm essent altissimi scopuli, & continuati, ita quòd nulla aperitio in eis erat ad subintrandum, & fugiendum. Et isto modo putauit eos Pharao esse inclusos, quia ab oriente erat mare rubrum, & declinabat etiam ad meridiem, ita quòd non esset fuga ad meridiem; a septemtrione erant montes altissimi Ethan, ideo per nullam harum partium patebat effu-

I gium: ab Occidente vero Pharao cũ exercitu magno instabat. Vt autem ista de modo Nili, & maris rubri in Aegypto, & quomodo Iudaei includebantur a mari rubro intelligantur melius figuram horum subijci potest. *Armati ascenderunt filij Israel.* Ascendere dicebantur filij Israel, quia progrediebantur versus terram Chanaan, quae altior est quàm terra Aegypti, cùm Aegyptus sit meridiana, & terra Chanaan sit septemtrionalis, & generaliter terra decliuior est contra meridiem eleuatior autem contra Septemtrionem, de quo magis diximus Gen. quadragesimosecundo capitulo. Armati autem ibant Israelitę, idest quasi pręcincti ad bellum, ideo dicuntur supra pedites capitulo vigesimosecundo. quia pedites sunt homines expediti ad ineundum bellum. Sed dices quòd

K non videtur hoc verisimile, quia Hebraei in Aegypto premebantur durissima seruitute, vt non fierent fortes, & inuaderent Aegyptios, vel iungerẽtur hostibus eorum, vnde ipsi Aegyptij videntes Hebręos tantum multiplicari, metuebant eos: vt patet supra primo capitulo, non est ergo verisimile, quòd eis arma habere permitterent, quia sic eis magis terribiles essent, immo in nulla ordinata policia seruis arma conceduntur, ne in Dominos surgant. Respondetur quòd Hebręi in Aegypto non permittebantur arma tenere, tamen cum iuerunt ad sacrificandum petierunt ea ab Aegyptijs, & Aegyptij gratis concesserunt, sicut accommodauerant vasa aurea, & argentea, & vestes &

An Israeliticus populus more exercitus armis inter vetus fugeret.

erat

erat rationale motiuum: quia Hebraei portabant res preciosas in desertum, ne ergo aliqui praedones videntes eos inermes inuaderent eos ad rapiendum vasa, quae deferebant, concesserunt eis arma, vt sic se ab inuadentibus defensarent: vbi autem nos habemus. *Armati*. Litera Hebraica habet, Hamusin, vel secundum alios. *Hamisin*. Dicitur autem. *Hamusin*. Idest quintatus, scilicet de toto populo ablata quinta parte. *Hamusin*. Idest quinquagenita, scilicet quòd de toto populo esset ablata quinquagesima pars.

An totus populus ascenderit in desertum praeter quintam partem.

QVAESTIO. X.

Abben Ezrae opinio prima confutat.

CIRCA hoc autem est duplex sensus: quia quidam dicunt, quòd vocantur quintati, vel quinquagentati, quia totus populus Israel simul ascẽdebat praeter partem quintam, vel quinquagesimam, quae manebat ad ferendos cibos, & hanc opinionẽ recitat Rabbi Abraham Abben Ezra. Sed hoc non potest stare, quia istud fuit in mouendo castra primo de Aegypto, scilicet ꝙ ipsi ascenderũt quintati vel quinquagentati, & tunc esset sensus, quòd in die qua ascenderũt de Aegypto, scilicet de Ramesse mouentes se contra Sochoth, ascendit totus populus Hebręorum praeter partem quintam, siue quinquagesimam, quae mansit ad ferendum eis cibos: hoc autem est contra literam, quia isti cibi, quos delaturi erant isti, aut erant farina consparsa, & non fermentata, aut aliquid aliud. Si autem dicas, quòd isti deferre debebãt farinam consparsam, & non fermentatam: hoc falsum est, quia non portabant istam farinam aliqui specialiter de populo, sed totus populus, scilicet quilibet portabat farinam, quam in domo sua consparsam habebat: sic dicitur supra decimosecundo capitulo. Tulit populus consparsam farinam antequam fermentaretur, & ligans in pallijs imposuit super humeros suos. Si autem dicas, quòd ista quinta pars populi manebant ad portandum alios cibos, falsum est, quia Hebraei nullum pulmentum, idest nullum cibum factum potuerunt portare de Aegypto cogentibus Aegyptijs, vt patet supra decimosecundo capitulo. Item si aliquem cibum portassent, maximè ille esset panis, cum scirẽt se non habere panem in tota multitudine Israel, sed solum farinam consparsam: sed falsum est, quòd panem portauerint, quia tunc non comedissent illo die solum azyma sed aliquid fermentatum, scilicet panem quem illi ab Aegypto: portassent hoc autem falsum est, quia in illo die nec in alijs sequentibus non comederunt fermentatum, sed panes azymos, & ob hoc mandauit Deus septem diebus comedi azyma in futuras generationes: quia frustra aut ridiculum, & quoddam velut mendacium esset instituere dies azymorum in memoriam dierum, in quibus non comederũt Hebraei azyma, sed fermentatum, Itẽ quia si aliqua pars populi debuisset manere ad accipiendos cibos, oportebat hoc statui prius de consensu totius Israelis congregati, & eligi viros, qui ad hoc exequendum manerent: in hoc autem magna mora requirebatur maior quàm vnius diei, sed non fuit aliquid tale Hebraeis, quia mox, vt congregati fuerũt in Ramesse, recesserũt inde cogentibus Aegyptijs, & nullam moram facere sinentibus: vt patet supra decimosecundo capit. Item quia si aliqui de Hebraeis manerent retro, periculum erat eis, ne forte Pharaonem pęniteret, & retineret eos, ideo vt supra dictum fuit,

A quasi pro miraculo Deus fecit, vt omnes eadem die exirent vt patet praecedenti capitulo. Item quia si ad quaerendum cibos aliqui manerent, oportebat, quòd illi morarentur post alios in Aegypto: sed hoc non poterat esse, nam Aegyptij nullatenus hoc permitterent, cùm ipsi vrgerent eos valde ad exeundum, dicentes: omnes moriemur. Etiam quia dicitur: neque enim poterat panis fermentari cogentibus Aegyptijs, & nullam moram facere sinentibus: quomodo ergo tantam partem populi permitterent ad quaerendum cibos? Item quia si cibos inquirere deberent, oportebat quòd eos emerent, aut peterent ab Aegyptijs: sed nullus Aegyptiorum eis aut venderet, aut daret, cum omnes essent intenti planctui magno,

B & funeribus primogenitorum suorum: sic enim dicitur Numeri trigesimotertio capitulo. Profecti sunt de Ramesse mense primo quintadecima die mensis fecerũt altera die Phase filij Israel in manu excelsa videntibus cunctis Aegyptijs, & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus. Tantus autem erat iste planctus, & tam viscerosus dolor, quòd nihil aliud attendere sinebat, sic enim dicitur supra vndecimo capitulo: Eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis ante non fuit nec postea futurus est: non potest ergo stare ista expositio. Alij dicunt, quòd vocantur filij Israel quintati vel quinquagentati, quia quinta pars siue quinquagesima eorum mortua fuerat: & hoc tenet Rabbi Salamon, di-

C cit enim, quòd aliqui de filijs Israel erant viri pessimi, & Deus nolebat eos educere de Aegypto, ideo quando illata fuit plaga tenebrarum palpabilium, quae durauit per tres dies, vt patet supra decimo capitulo, occidit Deus quintam partem, siue quinquagesimam de filijs Israel, quia mali erant, & in illis tribus diebus sepelierunt eos, & fuit facta tenebra ne Aegyptij viderent mortem Hebraeorum, & laetarentur super hoc dicentes, quòd ita moriebantur Hebręi sicut ipsi. Sed hoc non est rationale, quia si vocaretur populus Israel quintatus, quia quinta pars eorum mortua fuerat, ita vocaretur quartatus computando omnes qui mortua fuerat temporibus praecedentibus ex quo introierant in Aegyptum. Item praesupposi-

Secunda opinio Rabi Salomon confutatur.

D tum videtur falsum, scilicet quòd quinta pars filiorum Israel mortua fuerit in illis tribus diebus tenebrosis: nam ista esset valde magna punitio, & nunquam legitur aliquam talem fecisse Deus in populo Hebraeorum: nam licèt saepe aut peste, aut terraemotu, aut ignium incensionibus, aut hostibus irruentibus eos percusserit, nunquam tamen quintam partem populi occidit. Item dato, quòd talis punitio facta fuisset, nullo modo scriptura eam subticuisset, quia cùm incendat homines in amorem Dei interdum per poenas, interdum per beneficia, vel aliàs attrahat: tales attractiones tanquam aliqua principalia de intentione sacrae scripturae non praetermittũtur silendo: maxime quia ista de maximis puni-

E tionibus, quàm unquam Deus fecerit, fuisset: non ergo videtur facta fuisse. Item quia Moyses erat dux populi, & gerens curam de eo tanquam mater de vnico filio suo, & hoc ex mandato Dei, vt patet Nu. 11. c, cùm conqueritur Moyses Deo de tanto labore imposito dicens: Cur afflixisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te? cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem multitudinem aut genui eam, vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Moyses ergo, qui tantam populi curã gerens quandocunq; populũ aliquo malo premi videbat,

bat, ad Deum pro eis preces fundebat: si nunc aliquid tale contigisset, ipse clamasset valde ad Dominum pro eis, sed nihil horum exprimitur. Etiam dictum istud satis videtur fictitium, scilicet quòd ideo Deus in diebus tribus tenebrarum occidit eos, vt non viderent Aegyptij, & non lætarentur: quia dato, quòd Aegyptij non viderent Hebræos sepeliri, audirent tamen omnes viuentes clamore valido fremere pro tanta populi clade: nihil ergo magis est, quòd viderent quàm quòd audirent, æqualiter enim per vtrumque certificarentur. Etiam quia dato adhuc, quòd ipsi Hebræi in funeribus suorum non clamarent, quod inopinabile est, & sic Aegyptij nec viderent nec audirent, tamen post triduum ablata tenebra vidissent multitudinem sepulchrorum, & sic clarum esset, quòd Hebræi mortui essent. Etiam quia viderent eos defecisse ex numero aliorum: nam populi quinta pars defuncta non poterat occultari, & hoc fortè fuisset occasio, vt Aegyptij non permitterent Hebræos ita faciliter recedere de Aegypto. Item quia si tanta populi strages facta fuisset, Hebræi consternati animo non auderent egredi de Aegypto. Dicendum ergo, quòd nihil tale accidit: sed accipitur hic. *Hamysin*. Siue. *Hamuisin*. Pro. *Aluizin*. Quia. *Haluzin*. Signat proprie armatos: ista tamen nomina aliquando signant id quod. *Haluzin*. Et sic tenet Rabi Abraham Abben Ezra. Et quasi communiter Iudæi hoc modo exponunt. Et hunc ideo sensum secuta fuit litera nostra. *Tulit ergo Moyses ossa Ioseph*. Fuerat Ioseph sepultus in Aegypto repositus in quodam loculo, & antequam moreretur adiurauit filios Israel, vt asportarent ossa sua secum quando ascenderent de terra illa, nam non mandauit ea asportari immediate vt mortuus est propter causas expressas Genes. vltimo capitulo. Moyses ergo voluit complere adiurationem totius Israel.

Sexta

Septima

Octaua

Auctori opinio.

Quomodo Moyses tulit ossa Ioseph, & quomodo cognouit vbi erant: & an tulerit ossa aliorum Patriarcharum.

QVAESTIO. XI.

QVOMODO autem tulerit Moyses ossa Ioseph, videtur dicendum, quòd quia tumulus Ioseph erat in alto loco, Moyses qui erat dux totius Israel, accessit ad illum tumulum nemine prohibente, & extumulauit ossa, imposuitque in aliqua capsa artificiose facta, vel in aliqua arca parua, & ibi portauit vsque in terram Chanaan. Dicit magister in historijs scholasticis ex auctoritate Iosephi, quòd quando Moyses voluit tollere ossa Ioseph, Nilus fluuius inundauerat valde, & loculum Ioseph operuerat, cùm ergo Moyses eum non inueniret, scripsit nomen Domini Tetragramaton in quadam lamina aurea, illa autem fluctuauit super aquas perueniens vsque ad locum, in quo erat sepulchrum Ioseph. Alij autem volunt, quòd quædam ouis locuta est miraculose, & voce sua ostendit sepulchrum Ioseph, prophetauit etiam de labore, quem sustinere debebant in itinere deserti, & de hoc putant dictum esse illud, quod habetur Psalmo septuagesimonono. Qui deducis velut ouem Ioseph, quia vt volunt ista ouis multo ab Israelitis per desertum adducta est. Nicolaus autem arguit contra istam positionem, scilicet quòd non sit verisimilis, scilicet quia ossa Ioseph erant honorabiliter recondita in Aegypto, vt patet Genes. vltimo capitulo, & ponebantur ibi ad memoriam beneficiorum eius, vt Aegyptij videntes tumulum eius recordarentur beneficiorum receptorum ab eo, & cognationem atque posteritatem suam iniustis oneribus non grauarent. Ad hoc ergo oportebat vt in loco patenti ponerẽtur, vt ab omnibus conspici possent, & non in agris, aut in locis, in quibus Nilus inundans ea operire valeret. Et quando dicitur de oue, quæ apparuit loquens de ossibus eius, & conantur probare auctoritate, scilicet. Qui deducis velut ouem Ioseph: non potest stare, quia Ioseph non ponitur in genitiuo, sed in accusatiuo: & sic non probat quod ipsi volunt, quia oportebat, quòd poneretur in genitiuo, vt signaretur ouem esse ipsius Ioseph, idest quæ demonstrauisset ossa Ioseph. Et quantum ad hoc verum est, quòd nihil probatur ex hoc Psalmo. Sed vtrum fuerit an non, ex hoc non patet, satis potest teneri sic accidisse. Et quando arguit Nicolaus istum locum sepulchri Ioseph esse honorabilem, & non in agris. Respondetur, quòd antiquorum mos fuit mortuorum cadauera in agris sepelire, sic patet Genes. vigesimotertio capitulo. Vbi dicitur, quòd Abrhaam emit agrum, & speluncam duplicem ab Efron Etheo in possessionem sepulchri, idest vt ibi posset sepelire mortuos. Et ibi sepultus est ipse, & vxor eius. Isaac etiam cũ Rebecca, & Iacob cum Lia, vt habetur Genes. quadragesimonono capitulo. Gentiles etiam eodem modo faciebant, cadauera inferentes ad sepeliendum in agris, & ex hoc, quòd ea ibi sepelie bant agri sacri efficiebantur: vt patet sepe in libris Digestorum de religiosis, & sumptibus funerum, & de sepulchro violato. Immo nunquam fuit consuetudo sepeliendi mortuos intra ciuitates, & oppida vsque ad tẽpus Ecclesiæ primitiuę, vbi constitutũ, est qa fideles conueniebant ad orandum ad Ecclesias, & pro mortuis orare valde sanctum, atque religiosum erat, vt patet secundo Machab. capitulo sexto. cum dicitur: Sancta atque salubris cogitatio est pro defunctis orare, vt a peccatis soluãtur. Et quia hoc in nullo loco cõgruentius fieri poterat quàm in Ecclesijs, tum quia loca deuota sunt, & orationi dicata, vt patet Matthei vigesimoprimo capitulo, cùm dixit Christus: Domus mea Domus orationis vocabitur, & vos fecistis eam speluncam latronum: tum quia ibi fideles existentes, cùm sepe illuc ad orandum conueniant, viderent propinquorum atque charorum suorum sepulchra, & mouerentur ad orandum pro ipsis. Multum ergo decuit corpora defunctorum in Ecclesiis, aut in cimiteriis Ecclesiarum tumulari. De his aliquid dicetur Numeri decimonono capitulo. Ante tempora tamen Ecclesiæ nec Iudæi sepeliebant aliquos in templo suo, cùm nedum ipsi qui mortuos tetigissent, aut intrassent in tabernacula mortuorum permitterentur templum tangere, autintrare, nisi prius cineribus vitulæ ruffæ commixtis aqua aspergerentur in emundationem macularum, vt patet Numeri decimonono capitulo. Gentiles autem non in templis deorum, sed in agris, & montibus suorum cadauera tumulabant: quia nihil vtilitatis iudicabant ea in templis sepeliri, cum nec ipsi pro mortuis exorarent. Nam quidam post mortem animam non superasse testantes, pro eo, quod non est, orare superuacuum esse putabant. Alij autem vt Pythagoras animas per varia corpora incessabili motu succedere, vt si anima ab vno corpore separata confestim in aliud introeat, superuacuum quoque talem orationem dicebant. Alij autem post mortem pœnas nullas animabus esse existimantes ab orando cessabant: sic enim dixit Pythagoras, vt ait Ouidius Metamorph. libro decimoquinto, negans esse pœnas, sed ista attribuens fictioni poetarum. Cum dixit.

Cõfutatio per Nicolaum de Liram.

Auctoris responsio ad argumentum Nicolai.

Nota de animę immortalitate secũdũ Philosop. antiquos, & Poetas.

O genus

O genus attonitum gelidę formidine mortis.
Quid stigios amnes quid numina vana timetis;
Materiem uatum, falsique pericula mundi.
Morte carent animæ, semperque priori relicta
Sede, nouis domibus uiuunt manentque receptæ.

Vnde dicit de seipso, ꝙ fuerit Euforbus miles in bello Troiano mortuus ab Atride minore, scilicet a Menelao rege marito Helenę raptę. Et subiungit Ouidius in eodem decimoquinto. ex auctoritate, & verbis Pythagorę.

Ipse ego nam memini Troiani tempore belli.
Panthoides Euforbus eram, cui pectore quondam.
Hæsit in aduerso in hasta minoris Atridæ.

Istam tamen opinionem redarguit Persius grauis satyra quinta loquendo contra Ennium Poetam, qui dixit se habuisse animam Pytagoræ in quinto loco, scilicet quòd illa anima prius fuit in Euforbo milite. secundo, in quodam Tigno. tertio, in Homero. quarto, in Pythagora, quinto in quodam Pauone. Vnde dicit Persius:

Cor iubet esse Mœnides.

Alij aũt, quẽ præcarentur, nesciebant: quia nec Deos esse putabãt: Epicurus nãq; Deos esse negauit, & quidam alij Philosophi: isti ergo nec pro viuis exorabãt. Alij aũt Deos ponentes fatali necessitate oĩa fieri existimabant: ideo Deum dicebant illa non posse mutare. Sic ait Se neca ex cõsensu populi loquens in Tragedia quinta, quę dicitur Oedippus, in carmine decimo, quod incipit: Fatis agimur: & per Ouidium Meta. libro nono, quorum dicta præcedenti capitulo posuimus. Isti ergo fatuitatem orationem esse putabant, cùm nihil mutari orando in rebus valeret. Alij autem dixerunt, Deum non curare de istis, sed seipso frui inferiora nec intelligens, nec attendens: quæ positio plurimorum phylosophorũ atque solemnium fuit. Istis ergo cùm à quo peterent, non haberent, oratio irrita censebatur: plurimæque aliæ, dissonæque sententię fuere tam vulgarium quàm philosophorũ: omnes namque de hoc loquebantur, cùm ista hominis pars præcipua esset. Taceo has, quia non libet ijs immorari, cùm iste locus non sit; taceo etiam positiones Platonis, atque Porphyrij, quarum vtramque per se hæreticam Augus. decimonono, de ciuitate Dei censet, ex vtraque autem commentavnam veritatem catholicam asseuerans cõfici inter omnium Gentilium positiones de pęnis, aut statu animarum post mortẽ, quarum nulla vera fuit, non fuit aliqua, q̃ veritati tantum cõsentanea esset, quantum positio Virgilij Aneidos libro sexto, vbi late tractat de campis Elisijs, idest de gaudijs beatorum, & varietate tormentorum secundum conditiones reorum: vnde Augu. quantum ad multa, quæ catholicæ veritati consentiunt eius auctoritatem sequitur, allegans versus eius in libris de ciuitate Dei: sed adhuc secundũ istius positionem orari Deos non conuenit, quia statutę pęnę mutari non valent. Accedendo ergo ad propositum dicimus, Gentiles nullam causam habuisse sepeliendi mortuos suos in templis deorũ, cùm nec pro ipsis orarent: faciebant tamen antiquo more Gentiles purgationes animarũ post mortem festa celebrantes in calendis Februarij, & hæc festa Febru. idest purgationes dicebantur, non vt animę defunctorũ a peccatis purgarentur: sed vt nobis ipsę animę mites essent, ne nos apparẽdo terrerẽt: sic declarat Ouidius in principio secundi libri Fastorũ: & isto modo Greci animam Achillis mortui immolatione Polixenę filię Priami placauerunt fundendo sanguinem puellæ Achillis tumulo imbibendum, ne eis terribilis, vt ante toti Grecorum classi apparuerat. De hoc Ouidius dulciter valde Meta. lib. 12. & Seneca in Tragædia sexta. quæ dicitur Chroas carmine decimo, quod incipit: Quicunque hymen funestus, illętabilis. Et magis in carmine tertio eiusdem tragędię, quod incipit: Quam longa Danais semper in portu mora. Nunc ergo redeuntes vnde digressi sumus, satis conuenienter dicendum esse puto secundum morem Gentilium, Aegyptiorum sepulchrum Ioseph in agris fuisse, non tamen in loco vili, atque abiecto, sed satis honorabili, & ad quem Nili inundatio non attingebat. Contigit tamen illo anno forte inundationem Nili maiorem solito extitisse, & ad loca, quæ aliã non accesserat attigisse: hoc autem non vt quidam putant ex speciali influentia planetarum in signis aqueis, aut aspectibus planetarum ad hoc facientibus: quia Nilus non inundat tempore humido, quale est Hyems, aut ver, sed tempore calidissimo, & sicco. s. sole existente in cancro, et in Virgine, scilicet in Iunio, & Augusto, vt ait Solinus in Polist. & interdum cùm maxima siccitas, & vehementissima æstas in Aegypto, & apud alias gentes incanduit, Nilus maioribus aquarum excessibus augmentatur, euenit ergo ex quadam specialis virtute, de qua aliquid diximus Gen. 26. c. Et hoc æquale non est, quia inundatio Nili cum commu- nem legem tenet 16. cubitis eleuatur. Interdum autem minuitur, & famem in Aegypto facit: contingit autem diminui, licẽ tarissime vsque ad quinque cubitos: quod omen infaustissimum Aegyptij putant: & sic fuit anno, quo bellum Iulij Cesaris, & Pompei in Thessalia in campis Farsalicis factum est. Interdum autem super 16. crescit, nunquam tamen visus fuit a fundatione Aegypti excessisse cubitos. 22. hoc autem rarissime valde fit, ita vt pene rari sint, qui hoc sciant etiam inter Aegyptios, nisi qui antiqua scripta legunt potuit ergo esse, quòd illo anno, quo exierunt Hebręi de Aegypto Nilus ad viginti duos excreuerit, & sic tumulus Ioseph fluctibus opertus sit, & prędicta facta fuerint. Magis tamen tenendum nihil horum factum extitisse: sed vt in principio commemorauimus, scilicet quòd Moyses sine aliquo impedimento ossa illa extumulauerit. De ossibus autem aliorum Patriarcharum vtrum similiter ablata fuerint de Aegypto Gen. capitulo quadragesimosexto secundum quosdam diximus, ꝙ nõ: ibi vide. Est autem potissima ratio, quia Hebræi valde inquietabantur ab Aegyptijs, vt cito exirent, ideo non vacabat eis ossa auorum suorum inquirere. Etiam quia non possent illa secum portare cum non sufficerent iumenta eorum ad portandum res suas, quia & ipsam massam aspersam, & non fermentatam quasi de Aegypto asportandam humeris suis imponebant: vt patet supra decimosecundo capitulo. Item declaratur hoc ex eo quod infra subditur, scilicet, quòd Moyses tulit ossa Ioseph, eo quòd adiurasset filios Israel: quasi dicat, si non adiurasset filios Israel, non tulisset Moyses ossa eius: de alijs autem non legitur, quòd adiurauerint filios suos, ergo non asportata sunt. Item si ossa aliorum Patriarcharum asportata fuissent de Aegypto, fieret postea mentio de sepultura eorum in tribubus suis, sicut ossa Ioseph asportata fuerunt, & postea scriptura commemorat ea sepulta fuisse in Sichen: sic enim dicitur Iosue vigesimoquarto capitulo, Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierũt in Sichen in parte agri, quem emerat Iacob a filijs Emor patris Sichen centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem Ioseph: de allis autem non fit vlla mentio qualiter in tribũ suarũ sortibus tumulata sint, ergo non fuerunt adducta.

Multi Deũ esse negauerunt.

Qui dixerunt Deũ non curare de ijs inferioribus.

De purgatione animę Achillis facta mortem Polixenę.

Nilus inũdat tempore calidissimo, & sicco.

Inundatio nili non excedit. 22. cubitos.

An ossa aliorum Patriarcharum de Aegypto asportata fuerint.

adducta. Item quia si ossa aliorum Patriarcharum ducerentur, quælibet tribus duceret ossa patris suì, sed hoc non fuit, quia tunc filij Ioseph præcipue, cùm duę tribus essent, scilicet Manasse, & Effraim, duxissent ossa Ioseph, non tamen fecerunt, quia Moyses illa secum tulit: ergo nec aliorum Patriarcharum ossa asportata sunt. Hęc superficie tenus rationabilia valde videntur, tamen non obstantibus his verum est, quòd ossa 12. Patriarcharum ducta sint de Aegypto in terram Chanaan, de quo diximus Gen. 46.c. & habetur actuum 7. Ad rationes istas satis poterit quisque applicare solutionem. *Eo quòd adiurasset filios Israel.* Idest.

F Moyses autem filius Amram vixit annis centum viginti, vt patet Deuteron. trigesimoprimo cap. nullus ergo accedebat ad centum quadraginta quatuor annos: ergo in anno vltimo, quo exierunt de Aegypto, q erat centesimus quadragesimus quartus post mortē Ioseph, nullus erat de Hebræis, qui natus esset tempore, quo mortuus fuit Ioseph: Nullus ergo de illis adiuratus fuit. Moyses autem portauit ista ossa. Et hoc valde rationabiliter, quia ista deportatio fiebat propter adiurationem factam filiis Israel: hoc autem iuramentum præstiterūt seniores Israel nō nomine suo, quia non putabant se exituros de Aegypto, sed nomine totius communitatis, idest totius populi Israelitici: & sic nullus specialiter obligatus erat specialiter, sed ipsa communitas: & cùm ipsa communitas nihil sit, nisi ipse personæ, non autem quælibet personę sed ipse quę regunt, & disponunt officia publica: ista obligatio cedit illis personis inquantum sunt administrantes rempublicam: cùm rector totius populi Hebręorum esset Moyses, ad eum specialiter ista obligatio pertinebat, ideo ipse asportauit ossa Ioseph. *Dicens: Visitabit vos Dominus.* Ista sunt verba Ioseph, quę dixit senioribus Israel, quando adiurauit eos iam mortui propinquus: vt patet Genes. quinquagesimo capitulo, Deus autem visitauit Israel eruendo eum de laboribus, & afflictionibus Aegyptiacæ seruitutis. Dicitur autem vulgariter aliquis visitare alterum, cùm ad videndum eum venit. Sic enim Deus dicebatur non venisse ad videndum Israelitas in toto illo tempore, quo steterant in Aegypto, quia nulla specialia beneficia eis præstiterat, per quę ipsi crederent se a Deo visitari: licèt multiplicatio eorū satis miraculosa erat, vt declarauimus supra primo capitulo. Vel quia eos in laboribus prægrauatos a malis non liberabat: cùm autem incepit eos liberare percutiendo Aegyptios, vt eos dimitterent, dictus fuit eos visitasse, sic patet supra quarto capitu. quia cum venisset Moyses ad eos missus a Deo, & fecisset Aaron signa, ac Dei verba retulisset, dicitur in litera: Credidit populus, audieruntque, quòd visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem eorum, & proni adorauerunt. Hic non ponuntur omnia verba Ioseph: nam Genes. quinquagesimo capitulo dixit: Visitabit vos Dominus, & ascendere faciet de terra ista: & sic visitatio referebatur ad liberationem a seruitute, ascensio autem ad eductionem de Aegypto. *Profectique de Socoth.* Erat Socoth nomen alicuis partis terræ incipiente deserto postquam exierunt de Ramesse, & ibi fecerunt primam mansionem, & coxerunt farinam, quam tulerant consparsam de Aegypto, vt patet præcedenti capitulo. Et satis iste locus Socoth, erat propinquus Ramesse, quia postquam exierunt de Ramesse nihil comederunt vsque Socoth, nam nullum pulmentum occurrerat eis parare cogentibus Aegyptijs exire, & nullam moram facere sinentibus: vt patet præcedenti capitulo, farinam autem coquere non potuerunt vsque in Socoth cap. vt patet supra. Sed non est dicendum quòd tota die sine cibo ambulassent: dicendum ergo q̃ Socoth distabat a Ramesse p̃ duas, aut tres leucas, & sic postquam deambulauissent illas posuerunt ibi castra, coxeruntque subcineritios panes, & comederunt, manseruntque ibi tota illa die, nam quelibet mansio dicebatur, quia ibi castra figebantur, & postea mouebantur: vt patet Numeri 33. cap. sed non potuissent castra, idest tēroria portabilia totius Israelis: ita cito figi, & moueri, si eadem die inde recedere debuissent. *Castrametati sunt.* Idest fixerunt tentoria, vel locauerunt sarcinas suas. Potest illud verbum dupliciter declinari: vno modo, quòd sit tota vna dictio, scilicet,

Quomodo pstiterunt senio res Israel iuramentum de asportandis ossibus Ioseph.

Quātum distat Socoth a Ramesse.

QVAESTIO. XII.

G Si non adiurasset eos, quia tanta premebantur tunc angustia in exitu, & onere rerum suarum portandarum, ossa eius non asportassent, vt tamen totus Israel non incurreret periurium, etiam si cum labore tamen asportata sunt. Adiurauit autem Ioseph filios Israel non quidem eos, qui tūc erant, sed eos, qui tempore suo superstites erant, nullus autem de his, qui nunc viuebat erat, quando mortuus fuit Ioseph, nisi tunc natus fuisset nouiter, cum moreretur Ioseph: tenentur tamen filij complere promissa patrum in vita, maximè talia, qualia ipsa naturalis ratio si non vlla promissione dictat esset faciendum, cuiusmodi erat asportare ossa Ioseph, qui tanta eis beneficia præstiterat, vt eos a fame, quæ totum orbem vastabat nullo modo potentes euadere, cibis sufficientibus pauit, & in optimis Aegypti possessionibus collocauit, licèt postea peccatis suis exigentibus, quæ Ioseph eis dederat in honorē conuersa sunt in dolorem, propter hoc tamen ab obligatione beneficij Ioseph non soluebantur. Quod autem nullus de his, quos Ioseph adiurauerat, tunc superesset, apparet satis: quia mansio filiorum Israel in Aegypto fuit annorum ducentorum, & quindecim, vt probauimus Genes. 15. & clarius supra 12. c. Ab istis aut subtrahantur anni, quos vixit Ioseph postquam Iacob cū filijs suis descēdit in Aegyptum. Anni autem totius vitæ Ioseph fuerunt centum decem: vt patet Gen. quinquages. capit. Ab istis subtrahantur anni triginta nouem. quos egerat Ioseph cum I descendit pater suus Iacob in Aegyptum, manebunt septuaginta vnum anni, quos vixerit post introitum Israelitarum in Aegyptū. Antecedens patet, quia quando Ioseph stetit coram Pharaone ad declarandū somnia erat annorum triginta, vt patet Genes. quadragesimoprimo capit. Et immediatè inceperunt anni fertilitatis: & post hos immediatè secuti sunt anni sterilitatis septem, in quorum secundo venit Iacob in Aegyptum: vt patet Genes. quadragesimoquinto capit. colligendo ex litera: & sic erant nouem, qui adiungantur alijs triginta nouem ablatis præcedentibus efficient annos triginta nouē, quos egerat Ioseph quando intrauit Israel in Aegyptum: demptis ergo istis triginta nouem ablatis, a centum, & decem quos vixit K Ioseph, manent 71. anni quos vixit post introitum Israelis in Aegyptum, qui demantur à 215. annis quibus mansit Israel in Aegypto, vt declarauimus præcedenti capitu. manent anni centum quadraginta quatuor: qui fluxerūt post mortem Ioseph, vsq; ad exitum de Aegypto: sed manifestum est, quòd nullus in illo tempore tantum viuebat, quia licèt Iacob vixerit annis 147, vt patet Genes. quadragesimoseptimo capitulo, de filijs tamen aut successoribus suis nihil tale habetur, quia Ioseph vixit annis centum & decem, vt patet eodem capitu. Amram filius Chaat vixit annis centum triginta septem, vt patet eodem capitulo,

Tenebantur Israelites propter iurationē patribus eorum facta asportare ossa Ioseph.

scilicet Castrametor, castrametaris, & sic verbum A compositum de castrum, & metor, aris, & retinet sensum componentium signans castrorum fixionem. Alio modo potest declinari, quod sint duæ dictiones per se declinatæ, scilicet castrum castri, & metor metaris: & tunc metor significat figere, vel locare. *In extremis finibus solitudinis.* Idest secunda mansio fuit in extremitate deserti: quia illa terra, per quam tunc procedebant, scilicet de Ramesse in Socoth, licèt habitata non esset, tamen solitudo non dicebatur, quia solitudo est terra deserta situ aspero montuosa solis feris habitata: hoc autem non erat inter Ramesse, & Socoth, & Ethan: sed ista solitudo incipit post locum siue terram quandam, quæ est in extremitate deserti, & ille locus vocatur Ethan: sic dicitur Numeri trigesimotertio capitulo. de Socoth venerunt in Ethan, quæ est in extremis finibus solitudinis: dicuntur autem extremitates solitudinis, quia solitudo Ethan est magna, & montuosa pertinens ad Arabiam quæ terminabatur versus Aegyptum circa Socoth, & mare rubrum: quia radices montium illorum descendebāt vsque ad illa campestria, quæ sunt apud Socoth, & mare rubrum, & in fine illorum cāpestrium locorum iuxta radices montium fixerunt castra in secunda mansione & hic est castramentari in extremis finibus Ethan. *Dominus autem precedebat eos.* Hic ponitur qualiter se habebant Hebrei in directione viarum: nullus enim de Israelitis, qui tunc erant iuerant in terram Chanaan, ideo viam nesciebant. Si autem iuissent per viam terræ Phylistum, licèt ipsi nescirent eam, tamen non indigerent aliquo dirigente, quia quererent in populis: nunc autem accepta via deserti non poterant sic facere, quia ipsi nunquam ambulauerant per eam. Etiam quia nullus homo habitabat in solitudine, qui eis viam ostenderet: ideo quando venit ad eos Ietrho Socer Moysi, qui alio nomine vocatur Obab, & postea recedere vellet ab eis in terram suam, dixit ei Moyses: noli inquit nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris Dux noster: petebant enim illum tanquam directorem, cùm ipsi de hoc nihil scirent, nullumque alium ostendentem haberent: Deus autem qui supplet ea, quæ homines facere nequeunt, direxit eos dando eis nubem suam per diem, & noctem. *Dominus autem precedebat eos.* Omnia illa, quæ virtute Dei fiunt non operante natura inferiori, Deus agere dicitur, cum ergo ista nubes moueretur ostendens iter Israelitis non ex naturali inclinatione, quia nubes secundum suam inclinationem non mouentur motu recto, sed circulari ex raptu primi mobilis per contiguationem, & tactum aliorum cœlestium corporum, & elementorum super montes altissimos vbi circulariter moueri quæunt: aliquādo autem mouentur motu recto, impellente vento versus aliquam partem mundi. Sed tunc nihil tale erat, sed voluntate Dei mouebantur: non tamen Deus per seipsum dirigebat eos, sed Angelus Domini, qui mouebat illam nubem existens in parte anteriori eius: sic patet infra capitulo sequenti, cum dicitur: Tollensque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel: sic enim supra capitulo tertio determinatum est generaliter, quòd quandocunque Deus aliquid agere dicitur, nunquam est intelligendum, quòd per seipsum faciat, sed per Angelum suum, nisi quando ea, quæ facta sunt dicuntur talia, ac tanta, vt potentia creata ad ea non se extendat. *Precedebat eos.* Congruenter præcedere dicitur, quia ille, qui viam alicui monstrare debet, ipsum in ambulando præcedere debet, alioquin nullo modo dirigit: Deus autem per Angelum suum mōstrabat eis viam, ideo oportebat, vt coram eis moueretur: sic dicitur sequenti capitulo. Tollensque se Angelus, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: sic etiam infra trigesimo, cùm Deus diceret se relicturum eos, & datturum Angelum suum ad directionem eorum dixit. Mittam præcursorem tui Angelum meum, idest qui currat ante te. *Per diem in columna nubis.* Idest quando mouebant castra per diem, præcedebat eos quædam nubes, quæ est lucida, & satis densa, ita vt videri posset in meridie quantacunque esset solis lux: ista autem nubes stabat super tabernaculum postquam B fabricatum est, & dum ipsa staret super illud siue vno mense, siue vno die, siue vno anno, manebant filij Israel in castris, & non mouebantur. Cùm autem illa nubes moueretur, & ipsi quoque mouebantur: & quia in exercitu filiorum Israel quando moueri deberent, tribus Iuda cum vexillo suo erat prima, vt patet Numeri decimo capitulo, columna nubis, quæ erat super tabernaculum mouebat se, & sedebat super vexillum filiorum Iudæ, & sic dirigebat. Cum autem cessare deberent à motu, & castrametari, nubes illa retrahebat se a parte anteriori vexilli filiorum Iudæ, & sedebat super tabernaculum. quod mouebatur in medio eorum, & figebatur in medio omnium castrorum: vt patet Nu. 2. c. vbi dicitur, quòd omnia castra, & vexilla filiorum Israel esse C debebant per girum tabernaculi. De profectione eorum ponitur Nume. decimo capitulo. Vbi tabernaculum mouebatur in medio eorum, & secundum ordinem, quem tenuerunt ibi in recedendo de Monte Sinai, moti fuerunt postea in omnibus aliis mansionibus: sic enim dicitur in eodem capitulo. Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. Hæc autem obseruantur post montem Sinai, vbi constructum fuit tabernaculum, sed in alijs mansionibus præcedentibus fiebat alio modo, scilicet, quòd columna nubis semper stabat super vexillum filiorum Iuda, idest in parte illa, vbi castrametabantur illi: nam quando mo- D ueri debebant, præcedebat modicum nubes vltra vexillū Iudæ siue tribum eius, & tunc omnes castra mouebant, & incipiebant proficiscì. Cum autem quiescendum erat, manebat nubes super eandem partem tribus Iudæ mouendo se paulatim, ita vt moueri poterant filij Iudæ, & reliquus exercitus. Et credendum, quòd Deus dabat eis aliquas vires specialiter ad ambulandum, vt mulieres, & paruuli, qui ad equitandum asinos non habebant, laborioso itinere non lassarentur. Et hoc innuit Psalmus centesimus quartus, cùm dicit: Et eduxit eos cum argento, & auro; & non erat in tribubus eorum infirmus: Quod in multitudine tanta, quæ erat vltra trigesies centum millia inter paruulos, & vxores, & senes, E & vulgus promiscuum Aegyptiorum, quod cum eis ascendit: vt patet capitulo præcedenti, nam in illis etiam nullus infirmus erat, aliàs enim mouerì non possent, valde miraculum grande erat. Sicut ergo ab eis omnem egritudinem impedientem expulit, ita credendum est, quòd aliquas vires apposuit. Licèt postea tentauerit eos, & relinquendo eos suis viribus itineris labore fatigati murmurauerunt: vt patet Num. capitulo decimoprimo. Quia pro labore itineris dolentes murmurare ceperunt contra Deum, & accensus ignis a Domino vorauit extremam partem castrorum: & aliàs aliqui fatigati recedūt, sicut patet de illis, quos percusserunt Amalechitę,

Nubes pcedens Hebræos in exitu de Aegypto non mouebatur motu naturali.

Deus dabat specialiter vires Israelitis ad ambulandum.

lechitę, vt habetur Deuteronomii vigesimisexto capitulo. Hoc autem Deus faciebat ad tempus subtrahendo beneficia sua, vt tentaret, atque erudiret: sicut dicitur Deuteronomii octauo capitulo. Recordaueris cuncti itineris, per, quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret: & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius an non: afflixit te penuria, & dedit tibi cibum, quem ignorabas tu & patres tui: en quadragesimas annus est, vt recogites in corde tuo, quia sicut homo erudit filium sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata eius.

De nube præcedente Israelitas, cuius figuræ esset, & quare vocatur columna nubis, & non nubes: Et an defenderet ab ęstu Hebræos incedentes.

QVAESTIO. XIII.

DE ista columna nubis dicendum est, quòd vocabatur columna nubis, & non nubes simpliciter, quia non erat facta in modum nubis, sed in modum columnæ: nubes autem sunt longæ, & latæ secundum modum vaporum, atque exhalationum ascendentium, & condensatarum per frigus, & sic sunt nubes iacentes, quia cum de latitudine, & longitudine multum habeant, de grossitie, aut profunditate modicum habent: columna autem è contrario longitudinem, & latitudinem modicam habet, altitudinem autem multā sicut patet in columnis ædificiorum sic autem erat nubes illa, quæ manebat super tabernaculum: quia satis erat modicum habens de latitudine, & longitudine, cum vix eius basis operiret totum tabernaculum, altitudo autem erat magna, quia in altum versus cœlum multum procedebat. Differebat etiam in hoc a nube: quia nubes iacens est, columna autem erecta: hæc autem clara erat valde, & densa, & non tantum ponebatur ad lucendum sicut ad ostendendum viam propter grossitiem suam, vt videretur progredi tanquam aliquod corpus satis solidum, & cuicunque perspicuum non ponebatur ad lucendum, quia per diem satis illuminabat Sol. Sed de ista columna dicuntur quidam, quòd non solum erat ad demonstrandum viam, sed etiam ad defensionem ab æstu, vt cum illa nubes corpus grossum, & satis densum esset, prohiberet radios solis, ne transirent, & calefacerent aerem circundantem Israelitas, & terram in qua mouebantur, & ipsos Israelitas. Quod autem nubes aliqua ad prohibendum filios Israel ne sole vrerentur esset posita, non est irrationabile, quia illa terra calida valde est, cum sit in tertio Climate; pars nanque maior Arabiæ ad tertium Clima pertinet, in quo ardore svehemētes necessariò sunt, maximè in Aestate, Vere, & Autumno, cùm & in principio quinti Climatis, in quo nos sumus, penè intolerabiles ardores in ęstate sint. Etiam quia Israelitę mouebantur in deserto inter magnos montes per quasdam depressas valles, in quo ipse solis ardor maior fit ex varietate reflexionis radiorum solarium. & hoc patet, quia montuosæ sunt, & situ aspero eminentes, vnde sæpe in isto processu montes nominantur, quia tota illa terra, aut scopuli montium, aut cauernosæ, atque depressę valles sunt. Sed quòd ista columna nubis defenderet ab æstu, non potest dici, nam ista columna ita erat stricta quantum ad longitudinem, & latitudinem, quòd nullam partem cooperiebat exercitus sed, solum tabernaculum: nam

An columna nubis defenderet ab æstu Hebręos incedentes.

F si cooperiret aliquam partem exercitus non diceretur manere super tabernaculum magisquam super castra Israelitarum: sed solum dicebatur esse super tabernaculū, vt patet infra quadragesimo capitulo, cum dicitur. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco: nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus filijs Israel per cunctas mansiones, idest quòd filij Israel existentes in castris suis videbant nubem incubantem, & pendentem super tabernaculum, ideo non erat super eos. Item quia nubes ista præcedebat filios Israel, vt patet in litera: ergo non ibat super eos, quia si super eos iret G cooperiendo eos, nullo modo præcederet eos, nisi relinqueret eos, & vltra iret. Item quia si ista cooperuisset totum exercitum eorum defendendo ab æstu, non mota fuisset a parte anteriori ad posteriorem cùm Pharao persequebatur Hebræos apud mare rubrum: sed quando hoc fuit, ista nubes mota fuit a parte anteriori ad posteriorem, vt patet infra sequenti capitulo, cum dicitur. Tollensque se Angelus, qui præcedebat castra filiorum Israel, abijt post eos: & cum eo pater columna nubis, ergo ista nubes non erat tanta quæ operiret exercitum. Item patet ex nomine, quia ista non vocatur hic nubes sed columna nubis sic, etiam dicitur sequenti capitulo, & Numeri nono capitulo, & in multis alijs locis, & in H Psalmo nonagesimooctauo. cum dicitur: Inuocabant eum, & ipse exaudiebat eos, & in columna nubis loquebatur ad eos. Sed columna nubis differt ex hoc a nube: quia nubes est ampla in parte latitudinis, & parua in altitudine. Columna autem est stricta in longitudine, & latitudine, & magna in altitudine: si autem illa nubes omnia castra filiorum Israel disposita in quadrum, vel saltem in quadrangulum operiret, non vocaretur columna, sed nubes: quia illa multitudo filiorum Israel computando omnes existentes ibi tam de Hebręis quam de Aegyptijs: quia excederent trigesies centena millia, & occuparent in longitudine castrorum vnam leucam, aut amplius: & in quadrum quasi tantundem, hoc ergo dato, si ista nu- I bes columna dici debebat, oportebat, vt duplo, aut triplo altior versus cœlum quam latior esset, scilicet continens duas aut tres leucas altitudinis versus cœlum, hoc autem dato quòd esset: non possent Hebręi cognoscere cum eos nubes operiret totaliter, & nullus extra eam esset: solam ergo superficiem inferiorē considerare poterant planam, & nihil in altum. Ergo non videretur eis columna. Etiam non est verisimile aliquid tale fuisse, quia Deus nihil facit frustra: sed facere tantam grossitiem altitudinis nubis, scilicet per duas aut tres leucas versus cęlum, cùm hoc nihil prodesset magis, quàm si nullam altitudinem haberet, immo nec viderent. Item dato quòd taliter nubes disposita esset, vt duplo aut triplo altior esset quàm lata, ta- K men columna non diceret: quia columnæ graciles sunt, tanta autem grossities nec turris nec columna diceretur; non erat ergo tam lata: sed ita stricta, vt solum tabernaculum operiret. Conclusum ergo ex superioribus patet illam columnam solum ad demonstrandam viam profecisse, sed nequaquam exercitum ab estu defendere poterat. Sed forte quæretur, an fuerint duæ nubes, vna quæ vocata sit columna nubis, & fuerit stricta secundum longitudinem, & latitudinem, & alta versus cęlum, cui proprie conueniat esse columna recta, & ista poneretur ad dirigendum viam essetque super tabernaculum. Alia esset magna secundū latitudinē, & longitudinem totā Hebręorū conti-

An essent duę nubes

continens latitudinem, atque longitudinem in proficiscendo, & ista secunda vocata fuerit nubes, quia erat magnę latitudinis, atq; longitudinis, & valde paruę latitudinis, vel grossitiei: atq; hoc totum populum manentē & persistentē contegens ab æstus feruore interceptis solaribus radijs liberaret. Hoc autem forte aliquis teneret, vt literę satisfaceret, & Iudęos ab ęstu defenderet. Sed non potest stare hoc, primo quia si ista magna nubes poneretur superflueret parua columna: nam columna nubis solùm ponebatur ad dirigendum, ista autem videtur, quòd posset dirigere, cùm lucida esset, & moueretur super eos: parua ergo columna non prodesset, ergo non esset ponenda, quia Deus nihil facit frustra: ergo vnam earum tollere oportebat: non paruam columnā, quia illa ponitur hic cap. & infra 40. & Nu. 9. & 10. c. in multisq; alijs locis, ergo oportet tollere maiorem istarum columnarum, quam vocamus nubem. Item si aliqua talis nubes fuisset, aliquando de ea mētio fieret: sed nunquam de ea dicitur in litera, sed semper de paruula columna nubis, quę manebat super tabernaculum, ergo non erat aliqua talis nubes. Item si ista magna nubes fuisset super exercitum Hebręorum, non oportuisset ꝙ quando venit Pharao contra Israel super mare rubrum, quòd Angelus, qui præcedebat Hebræorum castra in parua columna, dimisisset anteriorem nubis partem, & venisset ad posteriorem, & columna cum eo: quia illa magna nubes operiens totum exercitum Hebræorum obscurata fuisset in parte posteriori, vt non viderent Aegyptij: sed non factum est sic: immo Angelus qui præcedere solebat in columna stans in priori parte exercitus, dimisit illam conuersus ad partem posteriorem, & cum eo columna nubis: ergo nō erat ibi aliqua nubes magna operiens totum exercitū. Item si aliqua talis nubes poneretur, sequeretur contra textum, & patet sic, quia illa nubes magna quę cooperiret totum exercitum Hebræorum oporteret ꝙ esset ita grossa, ꝙ non petransirent radij solares per eam ad calefaciēdum terram, & exurendū Hebręos, aliàs inutilis esset: si autem tantæ grossitiei esset, nubecula columnaris, quæ supra mouebatur ad dirigendū exercitum, non posset videri ab Hebræis: & sic nihil dirigeret, cùm non dirigeret nisi in quantum videbatur: consequentia patet, quia actio radij solaris fortior est, quàm actio speciei visibilis, quod patet: actio radij est actio realis, actio autem speciei visibilis est actio intentionalis: omnis autem realis actio potest in plus, & vehementius quàm intentionalis. Etiam patet, quia species visibilis non potest videri per reflexionem, nisi reflectatur in corpore speculari: radius autem solaris videtur a nobis non directe, etiam sine reflexione in corpore speculari. vt patet, quia cùm sumus in vmbra, videmus radios solares, qui directe non veniunt contra illam partem. Etiam quia radio solari debetur alia actio, scilicet calefacere per reflexionem suam: sed speciei visibili nō debetur calefacere, aut frigefacere: non posset ergo videri columna nubis, quæ præcedebat exercitum, & dirigebat: sed hoc falsum est; sed infra 40. c. dicitur, ꝙ nubes incubabat per diem in tabernaculo videntibus populis Israel per cunctas mansiones suas. Concluditur ergo ex superioribus vnicam columnam esse, & non simul columnam dirigentem, & nubem magnam oppositam ab ęstu protegentem: illa autem sufficiebat ad dirigendum in via. Quantum ad ardorem solis dicendum, quòd non tollebantur per aliquam nubem oppositam radijs solaribus contegente meos: sed quia Deus volebat aerem circundantem eos temperare, ita quòd non esset eis ab æstu aliqua afflictio: immo non erat eis delectabile quòd poneretur super eos aliqua nubes ita densa, quòd radios

Cōclusio.

A solares transire deuitaret, quia sic non viderent cœlum, & solem, & tolleretur eis quædam magna delectatio, quæ consistit in videndo solem, & cęlum. Sic enim dicitur Ecclesiastes vltimo capit. Dulce lumen, & delectabile est in oculis hominū videre solem: non ergo priuaret eos Deus tanta delectatione: ergo melius foret aliter ponere, scilicet aerem temperare, ita vt tepidus esset: nec aliquam inferret molestiam. Forte dici posset, quòd danda sit nubes, quæ præcederet, quæ vocetur columna, & nubes quæ esset lata protegens a sole, & de hac videtur fieri mentio Num. 14. capitulo. cùm dicitur, quòd nubes gloriæ tuæ protegat eos, idest cooperiat: & in columna nubis præcedas eos: sic ponuntur ista duo distincta. Et si velimus B ponere eam ad vitandum ista inconuenientia, dicendum quòd columna nubis erat immediate super castra, nubes autem magna tollens ardorem erat supra, ita, quòd nubes non tolleret visionem columnæ. Item non oportet poni istam semper fuisse super Israelitas sicut pręcedebat semper columna nubis: sed solum in magno solis ardore. Et ad argumenta his suppositis faciliter poteris respondere. Si autem volueris tenere solam columnam nubis fuisse, sicut hic probatur, respondebis, quòd nubes gloriæ & columna nubis pro eodem accipiuntur, sed vocatur eadem res multis nominibus, sicut consueuit fieri in sacra scriptura: veritatem autem huius magis declarabimus Num. decimoquarto capitulo. & ibi vide. *Et noctem in columna ignis.* C Idest sicut per diem columna parua stabat super tabernaculum cùm standum foret, & præcedebat ambulantes cùm castra mouerentur: ita columna parua ignis per noctem apparebat super tabernaculum, aut præcedebat exercitum si mouendum foret: per noctem tamen nunquam Hebręi mouerunt castra, postquam transierunt mare Rubrum: quia iam liberati erant a timore Aegyptiorum: sed ante mare rubrum leguntur ambulauisse per noctem, cùm Pharao insequeretur eos à tergo, vt comprehenderet super mare rubrum. Quia tunc mandauit Deus quòd ambularent filij Israel: & Angelus, qui præcedebat eos transtulit se ad posteriorem partem castrorum, & illuminabat Hebræos am- D bulantes, vt appropinquarent ad mare, & ambularent per illud: & obscurabat partem Pharaonis. Et sic tota illa nocte ambulauerunt columna ignis illuminante eos, vsquequo transiuissent mare in vigilia matutina. Quod autem post transitum maris rubri non mouerent castra per noctem, conijcitur ex eo quod habetur Numeri octauo capitulo, vbi ponitur quomodo ad motum columnæ mouebantur: & ponit terminos ibi multos, scilicet si moueretur columna post vnum diem, & vnam noctem, aut si post vnam noctem solam, aut si post vnum mensem, & sic de alijs, in quibus tamen nunquam innuit castra moueri aliquando per noctem. Etiam quia dicit ibi, castra moueri ad motum columnæ nubis, sed colum- E na nubis nunquam mouebatur, aut manebat nisi per diem: cùm nubes non illuminaret nisi per noctem. Item ambulatio nocturna non est conueniens, quia tunc est tempus refocillandi: nisi igitur necessitas esset, non mouerentur, sed non videtur aliqua necessitas ambulandi per noctem euenisse Iudæis post transitum maris rubri, ergo nec postea per noctem moti sunt, ante mare rubrum fuit necessitas ambulandi: vt patet sequenti cap.

Subsentatur quòd erant duę nubes.

An fuerit duæ columnæ, scilicet vna nubis, & alia ignis, & an columna ignis esset verus ignis.

QVAESTIO. XIIII

CIRCA hoc aliquis quæret, vtrum fuerint duæ columnæ istæ, scilicet vna columna nubis, & alia columna ignis. An fuerit vna columna, scilicet quæ per diem illuminaret & per noctem, sed per diem appareret nubes lucida, & densa, per noctē verò magnus ignis. Respondetur ꝙ vtrumque esse poterat, scilicet ꝙ essent duæ columnæ, quarum vna columna per diē demonstraret viam, & per noctem illa subleuata, alia columna ignis apponeretur, vel ꝙ esset eadem. Magis tamē videtur ꝙ fuerit eadem columna, quia Deus frustra nihil facit, sed ita bene p vnicam columnam hoc fiebat sicut si ponerentur duæ: ergo magis ponenda est vna: quia illa columna per diem luceret, vt nubes, per noctem vt ignis, nec oportebat eā moueri & subintrare reliquam. Etiam quia ipsi Hebrei nunquam sentiebāt illam columnam moueri vel eleuari, & subintrare alteram. Sed cum erat dies videbāt eam clarā: cum autem sol occubuisset in principio nocturni crepusculi, videbatur columna ignea illuminans totum exercitum: ita ꝙ qui extra territoria sua essent, quantumcunque distarent a columna, quæ sedebat in medio castrorum super tabernaculum illuminabat omnia castra, ita vt lucernarum lumine non egerent. Itē coniunctur hoc, quia sequenti cap. eadem vocat columna ignis, & nubis, cùm dicitur. Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorū. Ecce qualiter vnam columnam ignis, & nubis dixit. Nec valet si dicas quòd vocauit columnam ignis, & nubis quasi de copulato extremo: sed debet intelligi copulatiue, scilicet columna ignis, & columna nubis, & sic erunt duæ columnę quia secundum eos, qui ponunt duas columnas esse; nunquam illę columnę erant simul, sed cùm vna adueniebat, alia recedebat, hic autem contrarium est: quia si duæ sunt, necesse erat eas simul existere, cū dicatur: respiciēs Dominus per columnam ignis, & nubis: ergo simul per vtramque respiciebat, nō potest ergo dici quòd tunc essent duæ columnę, sed vna. Hæc autem est rationabilior positio, & satis inducta ex litera. Sed adhuc quæritur an ista columna, quæ dicitur colūna ignis, esset verus ignis, an solum vis ignea. Respondetur, quòd si quantum ad Deum respiciamus, nihil magis possibile est vnum quàm alterum, cùm apud Deum nihil difficile sit, vt patet Gen. 17. cap. ita enim poterat ponere columnam veri ignis sicut columnam habentem speciem ignis: qui enim misit ignem de cęlo super Sodomitas, vt patet Gen. 19. c. & fecit descendere globos igneos super duos quinquagenarios regis Ochozię, vt patet 4. Reg. 1. c. poterat facere descendere columnā nubis, aut ignis. Sed cōsiderandū est ex textu quid magis literæ congruat, textus enim cōmuniter vocat illam columnā nubis, & ignis, quasi columna veri ignis esset, & infra 40. c. magis exprimitur, cum dr. Nubes quippe Dñi incubabat p diē tabernaculo, & ignis in nocte: ecce enim qualiter cū ibi ignem vocauit. Et hoc magis signat veritatē ignis, quàm dicere columnam ignis; sed Nume. 9. cap. non vocatur columna ignis, nec ignis absolutè, sed vocatur species ignis, & adhuc non solùm species ignis, sed aliquid quod diminuit magis de veritate ignis, scilicet quasi species ignis: cùm dicitur: In die, qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes, a vespere autem erat quasi species ignis vsque mane: sic faciebat iugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Sed forte dices, quòd non erat ista columna ignis aut columna nubis, quæ præcedebat filios Israel. Et licèt ista esset columna ignis apparentis, alia erat columna ignis veri. Respondetur quòd non potest hoc stare: quia columna, quæ manebat super tabernaculum, erat quæ dirigebat Israelitas, vt patet infra 40. cap. cum dicitur: Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas. Idem dicitur Num. 9. c. Cumque ablata fuisset nubes, quæ protegebat tabernaculum, proficiscebant filij Israel per turmas suas. Idem patet Nu. 10. c. cum dicitur: Anno secūdo mense secundo die vicesima eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filij Israel per turmas suas, eadem ergo erat nubes, quæ tabernaculo insidebat, & quæ castra mouentes dirigebat. Sed reuertendo ad primum, cùm ista nubes vocetur ignis Exo. 40. c. & vocetur quasi species ignis Nu. 9. c. quid tenendum erit in hoc, vel quomodo concordabuntur scripturæ; quia non potest stare vtrumque. Nam id quod est species, idest similitudo ignis, vel quasi similitudo ignis, non est ignis: sicut species visibilis non est ipsa res visibilis, sed intentio eius. Dicendum quòd nullo modo potest stare litera, si ponatur, quòd erat verus ignis, quia non potest concordari alteri literę, quę vocat illam columnam quasi speciem ignis. Et ponendo quòd fuerit species ignis potest concordari litera, quæ vocat speciem ignis: nam cum ista duo simil non possint stare, necesse est vt vnū sit verum quantū ad apparentiam, & aliud quantum ad realem existentiam. Si autem diceremus quòd ille erat verus ignis quantum ad realem existentiam, non poterat esse verum, quòd dicatur, quasi species ignis, nisi quantum ad apparentiam, & tunc erit sensus, quòd apparebat quasi species ignis, tamen nō erat vera species ignis, nec iudicabatur esse species ignis. Vtrumque tamen falsum est, quia si poneretur verus ignis, non solum appareret ibi esse species ignis, sed verissime existeret species ignis. Etiam secundum est falsum, quia Hebrei non solùm videbant speciem ignis, sed etiam iudicabant illam esse veram speciem ignis. Si autem ponatur econtrario, stabit bene, scilicet quòd dicatur ignis secundum apparentiam, idest quòd licèt appareret ignis, tamen non erat ignis secundum existentiam, sed quòd erat quasi species ignis, idest quòd vere sic erat, quòd ibi esset quasi species ignis, non tamen vere sic erat, quòd esset ibi ignis. De veritate aut huiusmodi in re, & sua similitudine late declarauimus supra 3. c. Nec tamen scriptura mentitur vocans ignem eum, qui non est ignis, sicut non mentitur dicendo manus, & pedes, oculosque Dei, cùm Deus horum nihil habeat, quia vt alibi sępe dicendum est, scriptura vult se conformare intellectui nostro, cùm ad nostram doctrinam omnia scribantur, vt ait Apostolus ad Ro. 15. cap. licèt ergo res aliquando sic se non habebant, si dicuntur tamen sic se habere, vel potius per modum sic se habendi, vt melius intelligantur: falsum non dicitur. Sic enim dicitur infra vigesimo capitulo, & Deut. quinto. Non habebis Deos alienos: manifestum tamen est quòd nullus potest Deos alienos habere, cùm tales nusquam sint: solus enim vnus Deus est, quod autem non est ens, haberi non potest. Sic enim dicitur præcedenti capitulo, & Num. trigesimotertio. nam in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia: sed manifestum est Deos non fuisse in Aegypto, & multotiens in hunc modum. Vocantur autem isti dijnon secundum rem, sed secundū colentium existimationē. Sic ergo vocat hic scriptura illam columnam esse ignem: cū tū solū esset species ignis, quia videntes putabant esse ignem. Et sic respondebitur ad quæstionem, quòd illa columna non erat ignea, sed habens speciem ignis.

An colūpa ignis eēt verus ignis.

Columna illa ignis non potest stare, quòd esset verus ignis.

Ista

Ista etiam quæstio dependet ex quæstione, supra determinata: nam ponendo ꝙ essent duę columnæ, poterat esse dubium, an ea, quæ dicebatur columna ignis, esset verus ignis, an sola ignis similitudo. Et tūc recurrendum est ad rationes supra factas. Si aūt diceretur, ꝙ illa columna esset eadem, quæ vocabatur columna ignis, & columna nubis, clare patebit, quid respondendum esset ad istam quæstionem: quia non poterat dici, quòd esset verus ignis, quia tunc nō esset nubes; & cùm per diem appareret vt nubes, oportebat miraculosè dari speciem nubis illi vero igni. Si autem miraculum dari oporteat, magis congruet ꝙ esset vera nubes, & appareret ignis: quàm ꝙ esset verus ignis, & appareret nubes: quia quando sunt duæ positiones circa eandem materiam, illa est magis tenenda, vt omnes doctores confirmant, quæ paucioribus positis aliquid constituit, quàm illa, quæ multa ad illud faciendum ponit: sic enim ait Philosophus 8. Topicorum in principio: peccatū est per plura facere, quod poterat fieri per pauciora. Etiam quando ad faciendum aliquid oportet poni miraculum, illa positio melior est, quæ pauciora, & minora ponit miracula. Nunc ergo, ꝙ eadem res numerò nunc haberet similitudinem vnirei, nunc alterius, non poterat effici subito, vt ibi efficiebatur sine media transmutatione, nisi ponendo miraculum: minus tamen miraculum est ponendo, ꝙ erat vera nubes, & de nocte apparebat ignis, quia hic solùm ponitur vnum miraculum, s. mutatio veri coloris, aut speciei lucis, quia alium colorem, aut lucis modum habet ignis quàm nubes. Si autem ponatur ꝙ erat verus ignis, & apparebat per diem nubes: oportet ponere multa miracula. Primum, ꝙ species coloris, aut lucis igneæ mutaretur ad colorem, vel lucem nubis. Secundum, ꝙ ignis cuius naturalis locus non erat super tabernaculum, sed in sphera sua apud concauum orbis lunæ, descenderet contra naturam leuitatis ad standum super tabernaculum. Tertium miraculum, ꝙ si ignis esset, calefaceret sua propinquitate eos, qui manebāt apud tabernaculum, s. Leuitas, & ipsos Sacerdotes, qui manebant, & ministrabant in tabernaculo: sed non calefaciebat eos, ergo miraculum erat, s. ꝙ suspenderetur actio ignis. Etiam miraculum erat, ꝙ non vrebat ipsum tabernaculum, cùm aliquando inclinaretur, illa nubes vsque ad tabernaculum, & intra tabernaculum, vt patet infra 40. ca. cum dicitur. Postquàm cuncta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud, nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis nube operiente omnia. Sic etiam dicitur Num. 12. c. Cumque fuissent ingressi, descendit dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi. Cùm ergo dictum fuerit, ꝙ eadem erat columna nubis & ignis, necessariò illa columna combureret cortinas tabernaculi, & omnia, quæ intra erant, nisi Deus miraculosè cohiberet actionem ignis suspendendo eam. Tenendum ergo est, quòd ista columna erat columna verę nubis, sed cùm occubuisset sol, faciebat eam Deus lucere, vt verum ignem. *Vt dux esset itineris vtroque tempore*. Idest vt in die, & in nocte diriget viam eorum: per diem autem ambulabant, per noctem verò nunquā leguntur ambulasse, nisi quando transierunt mare rubrum vrgente Pharaone à tergo: postea autem semper ambulabant per diem, vt supra declarauimus. *Nunquàm defuit columna nubis per diem*. Scilicet ex quo recesserunt de Aegypto, vsquequo intrauerunt terrā Chanaan: nam cùm congregatus esset totus populus Hebreorum in Ramasse, apparuit super eos nubecula columnaris in anteriori parte exercitus; quia tamen exierunt ordinati exierint: sic enim dicitur supra, ꝙ educam exercitum vestrum de Aegypto per turmas suas. Et tunc mori inde dirigente columna ambulauerunt versus Socoth, & sic ad cętera loca, ad quæ columna dirigebat vsque in terram Chanaan. Et ex hoc loco arguuntur illi Iudęi, qui dicunt columnam nubis cessasse per mortē Aaron in exercitu Israel. Est autem eorum error, quia in processu libri Numerorum nō fit mentio de columna nubis post mortem eius: sufficit tamen ꝙ hic generaliter dicitur non cessasse nubē super eos. Etiam quia si cessasset mortuo Aaron, cum Aaron fuerit mortuus in monte Hor, cessasset ibi columna; quomodo ergo ambulassent post Hebraei, per octo mansiones, quæ sunt post montem Hor vsq; ad campestria Moab super Iordanem, quæ est vltima mansio, vt patet Num. 33. cap. nullo enim modo videtur, ꝙ scirent viam, quia illę mansiones sunt in deserto: nam non fuit eis concessus introitus per terram Edom, quæ erat via breuis, nec per viam Moab, sed per viam campestrem circuendo montem Seyr de Elath, & Asion gaber, quæ sunt solitudines, vt patet Deut. 2. capit. Dicendum est ergo, ꝙ nunquàm cessauit columna dirigens, vsquequo introierunt in terram Chanaan; de quo magis dicetur Num. 21. cap. *Coram populo*. Idest præcedendo populum in mouendo castra: licèt columna ignis nunquàm præcessit Israelē, quia sola vna nocte leguntur ambulasse, scilicet cùm eos Pharao insequeretur a tergo super mare rubrum, vt patet sequenti ca. sed tunc columna ignis non præcedebat, sed subsequebatur, quia dicitur: tollensque se angelus, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum stetit. Dicitur esse columna coram populo, quando mouebatur præcedendo: quando verò stabat dicitur, esse coram populo, idest ad visum totius populi: quia licèt ipsa incumbaret in medio eorum super tabernaculum fœderis: tamen videbant eam omnes filij Israel, in circuitu tabernaculi existentes per turmas, & cunctas mansiones suas, vt patet infra 40. capitulo.

De mirabilibus Aegypti: & de his, quæ in eo famosa sunt.

Cap. 3.

Columna nubis primo descēdit sup filios Israel cōgregatos in Ramesse ad secundū.

QVAESTIO. XV.

QVIA in superiori textu sæpe fecit mentionē de Aegypto, nunc locus est, vt de ea aliquid breuiter substringamus. In Aegypto autem duo famosa atque principalia sunt, scilicet fluius Nilus, & mare rubrum. De Nilo autem, qui famosior est quantum ad eius variam originem atque fontale caput: & de eius innundationibus, satis Gen. 2. & 26. c. dictum est. De mari rubro qualiter terminet, aut defluat per Aegyptum, supra ca. 10. & in isto dictum est. De Tauro Apide Deo magno Aegyptiorum, qui forte inter oia Aegypti ostenta mirabilior est, supra 2. ca. dictum est. Sunt, pter hæc in Aegypto Cocodrili animalia nimis magna quadrupediaq;, quorū interdum magnitudo ad viginti cubitos excedit: hæc enim in Nilo flumine nutriuntur: tantum autem in terra sicut in aqua valēt: nam per noctem morātur in vndis per diem verò terrę incubāt, linguam non habēt, maxillam superiorem in comedendo mouēt, quod soli ei conuenit contra consuetudinem cæterorum animalium morsus eius terribilis est dentibus superioribus, & inferioribus se configentibus: ita quòd inferiores quasdam habent vacuitates inter se in quibus subintrent superiores. Et inter superiores rursus aliæ paruæ distantiæ, quibus inferiores concluduntur: & sic vtrique dentes catenati tenacissimo morsu inherent, vt quod momorderit, nisi præcisum dilaniatumque non effugiat. Oua gignit, & fouet, qualia oua anseris: nidum siue cubiculum

Nota.

Cocodrili qd & vbi nutriātur & de eorū natura.

lum suum in terra naturali prouidentia disponit, nam non alicubi fetus fouet, nisi ad quem Nili innundatio accedere non valeat. In fouendo fetus masculus, & femella vices seruant. Præter morsus diram tenacitatem, vnguium atrocitate munitur, maxima cutis firmitate atque duritie circundatur: in tantum autem ꝙ etiam si magnis, lapidibus impetu machinæ pulsis ei⁹ terga percutiantur lapides quasi ferro, aut alijs duris lapidibus illisi resiliunt. Strophilos aũt parua auis est, quæ dum reliquias sibi huius beluæ desiderat: labia eius dulciter scalpit, Cocodrilus autem scalpurigine blandiente os aperit, & strophilos vsque ad fauces eius comestura cibos in ore existentes intrat. Quod respiciens Enhidrus, qui piscis genus est ora Cocodrili ingressus penetrat fauces atque eius præcordia corrodit, eoque perempto exit ab aluo. Sunt Delphines in Nilo, quorum dorsa serratas habent cristas. Hi Delphines studiosè importuneque ad natandum inscios Cocodrilos illiciunt, demersique dolosè sub vndis teneritudinem ventrium supernatantium Cocodrilorum resecant, & interimunt. De his Solinus in Polistor. c. de Aegypto. Præterea in insula Nili dicta Meroe habitant homines corpulentia valde exigui: audacia tamen tantum præditi, vt Cocodrilis obuios se ad pugnandum præferant, quorum animositatem Cocodrili extimescentes terga vertentes fugiunt: fugientes capiuntur: capti seruitio subiguntur atque domantur. qui metu incusso ita victoribus obsequuntur, vt immemores atrocitatis suæ ipsos per aquas victores equitando dorso inuehant. Cocodrili autem odoris indicio vbi hanc insulam, aut gentem esse cognouerint, corde pauido procul fugiunt. In aqua obtusè vident, in terra autem acutissimè: & hoc communis naturæ conditio efficit: nam & nos in aere tanq; in medio conuenienter raro atque disposito videmus, in aqua autem valdè modicum: quia grossius medium est prohibens transitum specierum visibilium nisi ad paruam valde distantiam, & satis tenuiter. Cocodrili autem in hyeme cibum nullum sumũt: nam quatuor mensibus à principio brumæ incibati vitam ducunt: quod satis mirabile est, atque ita Aegyptijs euidentissimum, vt nulli liceat dubitare. Sunt quoque circa Nilum Scinti quadrupedia animalia, forma quidem Cocodrilis similia, sed aliqualiter minuscula: de carnibus horum medicinalia pocula conficiuntur, quibus nerui stupidi ad motum excitentur, & veneni vis extinguatur. De his Solinus vbi supra. Hypotamios quoque solus Nilus gignit, animalia scilicet quadrupedia, nimiumque astuta: dorsum, & iubam comarũ, atque hinnitum equorum habentes, nares valde simas, non vt equorum in longum porrectas: vngulas etiam bifidas, idest in duas partes diuisas, vt boues tenent, dentes verò aduncos, & magnos aprorum instar, & caudam tortuosam sortiuntur: per diem in fluctibus habitant, per noctem verò segetes depascũt, ad quas non rectis gressibus facie præcedente, sed aduersis vestigijs, ita vt posteriora præcedant dolosè tendit, vt vestigijs fallat, vt quasi non eat, sed rediens, nullæq; ei tanquàm redituro in itinere insidiæ præparentur. Cùm autem hypotamius nimia facietate distenditur arundines recenter scisas petit, super quas tandiu discurrit, quousque arundinum acutæ radices pedes vulnerent sanguinis largum profluuium facientes, quo emisso à pinguedine atque distensione liberatur: plagam autem cœno commaculat, & operit donec conducatur in cicatricem. Circa ripas Nili auis est Ibix dicta, quæ serpentum depopulatur oua, & ea vt escam gratissimam ad nidum deferens fetibus suis ministrat, & sic diminuuntur serpentum multitudines: & non solùm in Aegypto, sed etiam in Arabia,

Strophilos auis parua. — De delphinibus Nili. — Meroe insula Nili. — Animal Scintum. — De hypotamijs. — Ibix auis in ripis Nili habitãs.

F quæ Aegypto contermina est. Nam omnes lacus Arabici serpentum multitudinem creant, quorum tam velox, & pestiferum virus est, vt ante mors quàm dolor insequatur. Serpentes Arabici alati sunt, atque in Aegyptum veniunt: sed istæ Ibides sagacitate, quia ad hoc valent in procinctum cunctæ euntes magnum agmen faciunt serpentibus in Aegyptum aduentantibus antequàm limites eius vastent, occurrunt in aere conflictum magnum facientes, vniuersam serpentum turbam vorant: ob hoc ab Aegyptijs sacræ vocantur, & illæsæ sunt. Ore fetus pariunt. Nigras ibides pelusiata pars Aegypti nutrit, cætera autem candidas. De his Solin⁹ vbi sup. Inter arbores Aegyptiacas ficus mirabilior est: folijs moro comparanda, ficus gignens G non solùm in ramis, sed etiam in trunco; tantæ enim fecunditatis est, vt septies in anno fructum ferat: vnde si vnam ficum ei abstuleris, confestim alia renascitur. Lignum eius mox vt in aquas mittitur, fundum petit. Deinde cum diu in aqua sederit quasi leuius factum sustollitur, & versa vice euenit, quod in alijs lignis nõ contingit; alia namque vt in aquam iaciuntur supernatant aquis, cùm autem diu aquis madefacta humore prægrauata fuerint ad infima demerguntur. Palma Aegyptia res admiranda est: fructus namque eius si ante maturitatem decerpatur sitim tollit: si autem maturus sit, sensum tollit, motum impedit, linguam retardat, disturbatisque officijs mentis, & corporis hominem quasi ebrium reddit. In Aegypto gentes quædam sunt, H quæ à primis auctoribus suæ originis traditum ferunt, vbi nunc solis occasus est, ibi quondam orientem fuisse. Inter Aegyptias vrbes Thebe nobiles sunt, ad quas Arabes vndique commertia conuehunt. Est & Alexandria quàm magnitudo sua eiusque auctor Alexander Macedo nobilitant: ibi enim Alexander sepultus est à Ptolomæo rege Aegypti. Sunt in Aeyypto piramides turres fastigiatę vltra omnium altitudinem, quæ humana manu effici potest: hæ mensuram vmbrarum egressæ vmbras nullas habent.

Serpentes arabici alati. — Ficus Aegyptiaca septies in annum ficus gignit. — De palma admirabili Aegyptiaca. — De piramibus Aegypti.

I CAPITVLVM XIIII.

LOCVTVS est autem Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel: Reuersi castrametentur è regione Phiahiroth, quæ est inter Magdalum, & mare contra Beelsephon; in conspectu eius castra ponetis super mare. K Dicturusque est Pharao super filijs Israel: Coarctati sunt in terra: conclusit eos desertum. Et indurabo cor eius, ac persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius; scientque Aegyptij, quia ego sum Dominus: feceruntque ita. Et nunciatum est regi Aegyptiorum, quòd fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis, & seruorum eius super populum,

&

& dixerunt: Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, nę seruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit: & duces totius exercitus. Sup. 13. c. Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa. Iosu 24. Cumque persequerentur Aegyptij vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnisque equitatus, & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phiahiroth contra Beelsephon. Cumque appropinquasset Pharao: leuantes filij Israel oculos viderunt Aegyptios post se: & timuerunt valde: clamaueruntque ad Dominum, & dixerunt ad Moysen: Forsitam non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs? Psalm. 79. Multo enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine.

Locutus. Supra descriptus fuit modus Hebræorum procedendi, hic ponitur renotio impedimenti, & tanguntur quinque. Primò ponitur Pharaonis insecutio: secundo populi trepidatio, ibi. *Cumque appropinquasset.* Tertiò Moysi assecuratio, ibi. *Et ait Moyses.* Quartò populi saluatio, ibi. *Tollens se Angelus.* Quintò Aegyptiorum submersio, ibi. *Iamque aduenerat.* Circa primum. *Locutus est autem Dominus ad Moysen.* Idest apparuit ei Angelus loquens loco Dei; & dicens ista quæ hic ponuntur, & fortè Angelus loquebatur Moysi de columna nubis, inclinata columna ad terram: sic enim consueuerat ei loqui, vt patet Num. 12. ca. cum dicitur: Cumq; fuissent, ingressi descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam.

QVAESTIO. I.

Aduerte quæ subtacentur in hoc cap.

SCIENDVM, ꝙ hic tacentur quędam de rebus gestis, quæ aliqualiter ex sequentibus intelligũtur, ideo sacra scriptura illa non posuit, s. ꝙ cum recederent filij Israel versus solitudinem Ethan, & mare rubrum, Pharao mittebat post eos exploratores, vt considerarent si transgrediebantur viam trium dierum quam petiuerant. Cùm autem illi viderunt Hebræos transgredi, celeriter nunciauerunt Pharaoni Hebræos fugere, qui armata multitudine exercitus, & curruum secutus fuit, & inuenit apud mare rubrum: cùm autẽ Pharao accessisset ad eorum loca ꝓxima, locutus fuit Dominus ad Moysen dicens ista, quæ hic mandantur. *Loquere filijs Israel.* Iam non loquebatur Aaron loco Moysi; quia à principio antequàm Moyses in magna

A auctoritate haberetur decebat, vt alius loqueretur ꝓ eo, ne verba Dei, quæ ipse dicebat ineptitudine linguæ suę negligerentur: postquàm fuit habitus in magna auctoritate propter signa magna, quæ faciebat, & certitudinem eorum, quæ ipse mandata à Deo asserebat, quantumcunque balbutiens esset, audiretur: non ergo oportebat, ꝙ alius pro eo loqueretur: apud Aegyptios namque iam magnæ auctoritatis effectus fuerat, vt patet supra 11. c. cum dicitur. Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, & omni populo. Hebręi etiam eum in magna auctoritate habebãt: quia quæcunque mandaret mox exequebãtur: sic dicitur infra sequenti c. Timuit populus Deum, & crediderunt Domino, & Moysi B seruo eius. *Reuersi castrametentur.* Idest reuertantur, & castrametentur. *E regione Phiahiroth.* Idest contra Phiahiroth: duæ dictiones sunt, s. è. præpositio, & regione, ablatiuus. Ista reuersio fuit, quia Hebræi processerant contra desertum Ethan, & fixerant tentoria in radicibus siue extremitatibus solitudinis Ethan. Est autem ista solitudo aliqualiter contra Septemtrionẽ, & ipsi declinabãt ad partem illam, quasi inuenturi ibi aliquam viam, vel saltem vt Pharaoni, qui post eos stans ista cernebat, videretur ꝙ ipsi inquirebant aliquam viam ad intrandum per solitudinem. Mandauit autem Deus, quòd declinarent ab illa parte aliqualiter versus meridiẽ, & occidentem, s. contra ista loca, quæ hic nominantur, quæ erant circa mare rubrum, C & aliqualiter versus Pharaonem, vt ipse crederet eos errare in via, & sic sumeret maiorem audaciam ad persequendum eos. Nec tamen putandum est ex hoc, ꝙ Deus Pharaonem voluerit ad malefaciendum incitare: quia Deus neminem ad malũ inducit: sic enim ait Iacobus in canonica primo c. Nemo, cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur: sed vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus: sed De⁹ Pharaonem, qui ad summum malitiæ deuenerat in his, quæ peccandi occasiones videntur puniuerat: vt sicut alicui datur corporalis afflictio in pęnam peccati: ita aliquis ex malitia sua meretur, vt ei detur talis pęna, quæ licèt non detur, vt ipse peccet, sit tamen ei occasio peccandi, de quibus latè diximus supra 4. & 9. c. D *E regione Phiahiroth.* Idest contra Phiahiroth, cùm isti Hebræi declinarent à radicibus, vel extremitatibus deserti Ethan versus meridiem, erat Phiahiroth magis contra meridiem: ita ꝙ cùm isti inciperent reuerti de extremitatibus deserti, vultus eorum erat directus cõtra Phiahiroth, & ipsi circa Phiahiroth accesserunt. Non enim potest accipi aliter contra Phiahiroth: quia si accipiatur contra, idest ex opposito solùm, non dicentur solùm declinasse, vel castra fixisse contra Phiahiroth: sed etiam contra Magdalum, & Beelsephon: quia locatis castris vbicunq; ipsa locarentur, erat aspectus contra omnem positionem mundi: quia secundum ꝙ est positio in geometria, vt patet per Euclidem lib. 1. à quolibet puncto in quemlibet punctum con- E tingit rectam lineam ducere, ergo à castris Hebræorũ vsque ad mare rubrum poterat duci linea recta, & sic erant è regione maris rubri: & à castris Hebræorum ad Magdalum, vel Beelsephon, vel castra Pharaonis poterat duci linea recta: ergo castrametati sunt Hebræi è regione Beelsephon, & è regione Magdali, & castrorum Pharaonis. Sed hoc falsum est: quia si essent castra Hebrȩorum è regione omnium istorum locorum, non dicerentur esse è regione aliquorum istorum, quia superfluum valde esset talia dicere. Necessariò ergo dicendum est, ꝙ erant castra Hebræorum è regione Phiahiroth, non respectu situationis, sed respectu profectionis ad locandum ea: sed ꝙ ipsa castra Hebræorum postquàm locata erant, non erant ma-

De situ deserti Ethã, & Phiahiroth. — Deus neminem ad malum inducit.

magis è regione Phiahiroth quàm Magdali, vel Beelsephon: sed quando ipsi mouebantur ad castrametandum, non mouebantur dirigentes oculos suos contra Magdalum, aut Beelsephon: sed solum contra Phiahiroth. *Quæ est inter Magdalum, & Beelsephon.* Ista sunt quædam nomina partium terrarum, aut fortè aliquorum locorum, qui erant ibi contra mare rubrum: licèt ibi loca rara sint, cum illud quasi solitudo sit. Ista loca sic erant disposita, ꝓ Hebræi declinantes de extremitate, vel de radicibus solitudinis Ethan mouebantur contra meridiem, & ista duo loca vel tria, scilicet Phiahiroth, Magdalum, & Beelsephon erant contra meridiem respectu solitudinis Ethan, & erat iste ordo, ꝓ mare rubrum erat ad Orientem: Magdalum in eadem parte meridiana respectu solitudinis Ethan erat magis ad Occidentem: Phiahiroth erat locus intermedius maris existentis ad Orientem, & Magdali existentis ad Occidentem, ideo castra Hebræorum dirigebant oculos suos contra Phiahiroth, & non cõtra alia loca. Beelsephon est locus magis adhuc declinans ad Meridiem in eadẽ rectitudine, in qua Beelsephon, s. ꝓ si aliquis de extremitate solitudinis Ethan directè tenderet in Beelsephon oportebat, ꝓ tenderet Phiahiroth inter mare rubrum, & Magdalum.

De situ Magdali & Beelsephon.

QVAESTIO. II.

De cane æneo latrante contra Iudæos.

BEELSEPHOTH secundum linguam Hebræam interpretatur idolum absconditum. Dicunt enim, ꝓ fecerat Pharao artificiosè quendam canem æneum, quem sub terra posuit, vel saltem in aliquo loco reconditum, qui taliter erat fabricatus, vt quando aliquis de Iudæis recederet, clamaret terribiliter, dicens Hebræum fugere, & sic Iudæus videns se proditum reuertebatur. De talibus artificiatis vtrũ fieri possint, & quid sit id quod talia in eis operatur:

De capite ferreo ab Alberto Magno fabricato.

Num. 21. c. dicam; constat autem ꝓ talia fieri possint: nam Albertus Magnus Theutonicus fecit quoddam caput ferreum, quod ad omne, quare, respondebat, illud tamen postea per beatum Thomam de Aquino, tunc temporis eiusdem Alberti discipulum fractum est. Tale etiam fuit non valde magnis temporibus in quodam loco Hispaniæ in Castella apud Ciuitatem Zamoram, quæ alio nomine Numantia dicitur: cuius talis erat conditio, vt cum aliquis Hebræus locum illum intrauisset, magna voce clamabat Hebræum aliquẽ locũ illũ intrauisse: quod post, cuiusdam Hebræi astutia, cũ veritatẽ caput illud loqueretur, incolæ nescientes putantesque iam delirare confregerunt. Et dicunt Hebræi, quòd Dominus mandauit moueri castra contra Phiahiroth, & Beelsephon, quasi dicat: vos timetis illum canem tanquàm declaraturum fugam vestram: nunc ergo non timeatis, & ite contra illum: quia non clamabit, vt videatis, quòd ego sum Deus. Et de hoc exponit Rabbi Salomon, illud quod supra 11. cap. dictum est, s. erit q; clamor magnus in vniuersa terra Aegypti: qualis ante non fuit, nec postea futurus est: apud omnes autem filios Israel non mutiet canis, idest non latrabit ille canis, qui dicitur Beelsephon contra filios Israel, cum recesserint de Aegypto.

Cõfutatio fictionis Hebraicè de cane æneo.

Dicendum ergo ꝓ licèt talia artificiata fieri possint, & Aegyptij, qui fortè tunc in talibus periti erant, potuissent ista facere, tamen non fuit aliquid tale in loco illo, s. contra Phiahiroth: quia ista talia ponuntur in locis, per quæ aliqui consueuerunt fugere, vt sic arceantur à fugiendo per illum locum, cùm sciant se proditos: sed non erat aliquid tale ibi: quia ibi ex vna parte mare rubrum circundabat, quod transibile non erat: maximè, cum ibi non essent puppes: quia loca deserta erant. Non poterant etiam fugere per aliam partem, scilicet per solitudinem Ethan: quia erant ibi scopuli in altum prominentes: & ita erecti ꝓ nullus poterat per eos transire: vnde Hebræi coacti sunt transire per mare quasi nullo modo potentes transire per montes illos, nõ ergo erat ibi aliqua opportunitas, vt poni deberet canis taliter clamans. Item quia Hebræi ista dicentes fundant se super significatum huius nominis Beelsephon, quod Hebraicè interpretatur idolum latens: nam licèt in Hebræo sic istud nomen signet ab accidenti: tamen ipsum nomen non est Hebræum, sed Aegyptium, cum ista, quæ ibi ponuntur sint nomina locorum Aegyptiorum: ergo sunt imposita ad signandum in Aegyptio idiomate, & non in Hebræo, in Aegyptio autem non significabit idem, & sic non stabit pro idolo abscondito. Patet, quia aliqua nomina aut dictiones sunt eædem in diuersis idiomatibus, tamen significatũ non est idem: nam ista dictio, leuaui, in latino est verbum, & significat, erexi. In Hebræo est nomen, & significat cor meum: sic declaranimus de alijs Gen. 11. cap. sicut ergo stultè aliquis argueret si in latino poneretur ista dictio, leuaui, ex Hebræo idiomate, & propter hoc diceret, quòd signabat erexi, cum non signabat hoc, sed cor meum. Ita stulta argumentatio est cùm istud nomen Beelsephon sit Aegyptium, quòd arguatur ex eo signato quod habet in lingua Hebræa. Etiam applicatio quam facit Rabbi Salomon non est conueniens, quia quando supra dicitur: apud omnes autem filios Israel, non mutiet canis, non potest intelligi de illo cane Beelsephõ, quod ipsi fingunt: sed de quiete, quam habuerunt in Aegypto nocte illa, qua vastabat dominus primogenita Aegyptiorum in hominibus, & iumentis; apud Israelitas autem nulla perturbatio fiebat. Et patet hoc ex consecutione literæ supra 11. ca. cum dicitur: Media nocte ingrediar Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum, & erit magnus clamor in terra Aegypti, qualis non fuit ante, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis. Item quia si de cane Beelsephon intelligi deberet, non diceretur, apud omnes filios Israel: sed supra 11. ca. dicitur apud omnes filios Israel, ergo dicendum quòd nullus talis canis erat, sed Beelsephon est nomen loci, sicut Magdalum, & Phiahiroth. Item ratio diuini mandati non applicatur cõuenienter cum dicitur, quòd ideo mandauit eos ire inter Magdalum, & Beelsephon: quia timebant accedere ad eum: quasi dicat: vos timetis accedere ad eum, sed non timeatis, quia non latrabit, quia iste latratus erat quando ignotum erat, vtrum recederet Iudæus, vt cognosceretur: sed cognoscebãt Aegyptij tunc Hebræos, cùm tunc persequerentur eos fugientes, ergo nunquàm proderat magis, quòd intrarent quàm latrarent. *In conspectu eius.* Idest contra Phiahiroth. *Castra ponetis super mare.* Idest figere tentoria vestra circa mare. Non dicuntur esse super mare, ita quòd essent super aquam: sed super mare, idest super terram propinquam mari: quia illa dicitur super mare, sic dicitur Psalm. 23. Quoniam ipse super maria fundauit eum, idest orbem terrarum, & super flumina præparauit eum: non tamen erant valde apud mare, quia post hæc mandauit Deus Israelitis, ut ambularent versus mare rubrum, & ambulauerunt tota nocte quasi, & in vigilia matutina, vel paulo ante introierunt mare, quod desiccauerat ventus flans tota ipsa nocte, vt patet infra in litera. *Dicturusque est Pharao.* Non ponitur infra, quòd Pharao ista dixerit, sed quia hic dixit Deus, quòd Pharao ista dicturus esset, manifestum est quòd dixit: quia verbum Domini infal-

Non licèt arguere in diuersis idiomatibus ex significato nominis.

infallibile, vt patet Mat. 24. cap. Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transient. Ista dicturus erat Pharao, quando vidisset eos castrametantes super mare: nam vt supra dictum est, Pharao misit post eos exploratores, vt viderent quantum procedebant, & comperto quòd ambulauissent vltra tres dietas, insecutus fuit eos vsque ad mare rubrum, & cepisset eos in mari rubro, nisi angelus opponens nubem nigram à parte exercitus Pharaonis tenuisset eos, ne tota illa nocte ad se accedere valerent, vt patet infra cum dicitur. Stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. *Super filios Israel.* Idest de filijs Israel, sicut dicitur 2. Reg. 1. cap. Lugeo super te frater mi Ionatha, idest Lugeo de te. *Coarctati sunt in terra.* Idest in terra plana, scilicet quia in terra plana exitum nõ habent concludente eos mari rubro ab Oriente, & Meridie, ab Occidente autem Pharao. *Conclusit eos desertum.* Scilicet quia solitudo Ethan altissimos montes habet in principio, quibus conclusi sunt, vt intrare non possent. *Et indurabo cor eius.* Idest non apponam ei gratiam propter sua demerita, & sic manebit durus: quia sine gratia nullus bene agit, vt patet Ioan. 14. cap. sine me nihil potestis agere. Quomodo autem aliquis mereatur indurari, & quomodo Deus hominem induret, & quomodo ipse se induret, dictum est supra 4. & 9. capit. *Ac persequetur vos.* Non correctus præcedentibus afflictionibus. *Et glorificabor in Pharaone.* Idest gloria mea apparebit in Pharaone. Non est intelligendum, quòd Pharaonem Deus talem posuerit, vt appareret gloria sua in eo puniendo: sed quia Pharao malus erat, malitia sua saltem per hoc reducebatur ad bonum, scilicet in hoc quòd erat materia, in qua reluceret diuina iustitia: Deus tamen non indiget malitia nostra ad demonstrandum iustitiam suam: quia nullam penam infligendo potest demonstrare omnes suas perfectiones: vt declarauimus supra 9. cap. & sic est sensus, glorificabor in Paraone, magnitudo mea iustitiæ, & potentiæ apparebit in puniendo Pharaonem, & exercitum eius. *Scientque Aegyptij, quòd ego sum Dominus.* Quia istę punitiones inflictæ, erant tantæ virtutis, & potentiæ, quòd demonstrabant eum esse Deum, qui talia infligere potuisset: nam infinitæ potentiæ erat subito mare diuidere. Vel si fortè Deus hoc per angelos suos repente fecit, se Deum demonstrauit, qui tales ministros haberet, qui prædicta facere possent. Aut quia Dij Aegyptiorum non poterant ista facere, vel ea fieri prohibere. *Feceruntque ita.* Scilicet reuersi, & castra fixerunt in solitudine, in extremitatibus magis versus Aegyptum contra Phiahiroth, sic enim Deus supra præceperat. *Et nunciatum est regi Aegyptiorum, quòd fugisset populus.* Hoc nunciatum fuit ab exploratoribus, quos miserat Pharao post Hebræos, vt viderent quantum proficiscebantur: isti autem cum viderunt, quòd Hebræi ambulauissent vltra tres dietas, putauerunt eos fugere, & nunciauerunt Pharaoni. *Immutatumque est cor Pharaonis.* Scilicet quòd ante eos libenter dimiserat immo exire compulerat: nunc autem mandabat eos reuocari, & persequebatur ad reuocandum. *Et seruorum eius.* Omnes enim immutabantur: quia omnes mali erant, & Deus eos obdurari permittebat. *Super populo.* Idest super fugam populi Hebræorum. *Quid voluimus facere.* Ista sunt verba reprehensoria Aegyptiorum ad se ipsos dicentium, se fecisse magnam stultitiam dimittendo Hebræos, qui valde vtiles eis erant. *Iunxit ergo currum suum.* Idest mandauit iungi currum: quia rex non iungeret per se currum sed per famulos suos: sed qui per alium facit per se ipsum facere videtur, vt patet ide regulis iuris in sexto in regula, qui per alium: sic dicitur 3. Reg. 6. capitulo, fecit Salomon templum, idest fieri imperauit. *Et omnem populum suum assumpsit.* Idest omnem exercitum, scilicet magnam partem populi. *Tulitque secum sexcentos currus electos.* Currus fuit apud antiquos bellicum artificium: nam quadriga falcata erat, scilicet habens falces siue gladios acutos in rotis, vt in circuitu quicquid obuium haberent scinderent atque secum traherent. Erant etiam in quolibet curru quatuor equi armati, quorum priores duo in frontibus fortes gladios, & longos habebant, vt quicquid obuium haberent perfoderent. Et hoc aliqualiter patet 3. Reg. 10. capitulo, vbi dicitur, quòd Salomon emebat currus de Aegypto, & Coa, & quilibet currus valebat sexcentis siclis argenti: & quòd quilibet equus valebat centum quinquaginta siclos, & sic videtur, quòd erant quatuor equi: quia quatercentum quinquaginta efficiunt sexcentos. Nec accipitur quadriga pro lignis: sed pro equis, vt satis patet ex textu, cum dicatur quòd negociatores portabant ei equos de Aegypto, & Coa: super quemlibet istorum curruum erant tres, aut quatuor pugnatores viri armati.

De modo curruum falcatorũ.

Quomodo Aegyptij habuerunt equos, cum omnia iumenta dicantur mortua.

QVAESTIO. III.

SED quæret aliquis: quomodo Aegyptij poterant habere equos, cùm omnia iumenta dicantur mortua, vt patet supra 9. capitulo. Respondetur, quòd illa grando, & pestis fuit super iumenta, & pecora, quæ erant in agris: equi autem boni, & fortes, in quibus consueuerunt homines equitare, non sunt in agris, sed in domibus, & omnes hi conseruati sunt. Etiam quia multi de Aegyptijs audientes verbum Moysi timuerunt Deum, & miserunt ad agros reuocantes pecora, & iumenta sua, vt patet supra 9. capitulo, cum dicitur. Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos. *Et quicquid in Aegypto curruum fuit.* Idest non solùm istos sexcẽtos currus electos adduxit secum: sed etiam omnes alios quoscunque Pharao habere potuit in Aegypto, etiam si non essent ita boni, & electi ad bellum. *Et duces totius exercitus.* Valde magnam multitudinem Pharao congregauit: quia cum tanta Hebræorum turba dimicaturus erat, scilicet cum plusquam sexcentis millibus peditibus: Deus tamen non permisit Aegyptios pugnare cum Hebræis: quia isti Hebræi, qui ibi erant, nati sunt in seruitute, & tota vita sua seruitutis iugum tulerant: vnde licèt corporis robur haberẽt, animus tamen eorum timidus erat, ita vt ad occursum vnius pueri Aegyptij corde pauido fugam caperent, & patet infra, quia mox, vt Pharaonis exercitum viderunt, dixerunt clamantes atque dolentes omnes, melius eis fuisse seruire Aegyptijs, quàm mori in solitudine. Naturaliter enim illi, qui tota vita sua assueti sunt iugum ferre, sunt pauidi, & ad virilitatem, & bellum inepti: maximè contra eos, quos vt dominos tenuerunt: quia oculos non audent attollere. Et ista fuit vna de causis quare Deus tenuit Hebræos in deserto vsquequo moreretur vniuersa hæc generatio, q̃ de Aegypto egressa est, scilicet quia pauidi valde erant, & ad bella Chananæorum inepti. Introduxit autem Deus prolem nouam natam in deserto nullo iugo domitam inter asperitates viarum, vt nec corde pauido hostibus cederet, nec bellorum duritias exhorreret. *Induauit Dominus cor Pharaonis.* Supra expositum est, scilicet gratiam non apposuit. *Et persecutus est filios Israel.* Quasi dicat magna induratio cordis erat,

Cur Deus permisit Hebræos omnes in deserto mori, qui de Aegypto egressi fuerant.

erat quòd totiens afflictus à persequendo Hebræos, non desisteret. *Atque illi egressi erant in manu excelsa.* Hoc ponitur ad declarandam duritiem cordis Pharaonis: quia Hebræi in manu forti, idest in operatione miraculorum egressi fuerant de Aegypto, scilicet Deo percutiente Aegyptios, quasi dicat, si filij Israel egressi fuissent de Aegypto latenter, & per timorem, non esset mirandum, quòd Pharao persequeretur eos ad reducendum eos: sed ipsi egressi palam, scilicet videntibus Aegyptijs, & sepelientibus mortuos suos: & fortitudo miraculorum Dei fecerat eos exire, non debuisset Pharao persequi eos: quia formidare deberet ne Deus, qui tanta mirabilia fecerat ad educendum eos maiora faceret iterum in persequentes. *Cumque persequerentur Aegyptij vestigia præcedentium.* Idest quando Aegyptij, quando exierunt ad persequendum, eos venerunt sequentes vestigia eorum: quia illa terra est aliqualiter inuia, ideo tenuerunt viam aliorum, maximè vt non perderent eos in itinere. *Repererunt eos in castris super mare.* Quia Hebræi lento gressu mouebantur sequentes motum nubis, & quietem eius. Aegyptij autem velocissimè mouebantur, ideo inuenerunt Hebræos quiescentes super mare in castris suis non putantes, quòd eos Pharao sequeretur: nec cogitantes tunc quam viam tenere deberent, cùm nubes Domini dirigeret eos: cùm autem Aegyptios viderunt, totaliter euadendi spe amissa ob difficultatem euadendi, quia via non patebat, contra Moysen clamauerunt. Etiam dato quòd via pateret, Pharao à tergo instabat, qui eos confestim comprehensurus esset, nisi dominus miraculosè eruisset: ibi enim putauit Pharao posse comprehendere eos tanquàm coartatos à terra, & mari. *Omnis equitatus, & currus Pharaonis.* Equites sunt illi, qui equis insident, & super currus non veniunt. Currus dicuntur ipsi equi cum plaustris, & homines bellatores supra stantes. *Erant in Abrioth.* Iste est locus magis declinans ad meridiem quàm Phiahiroth, circa quem castrameati fuerant Iudæi. *Contra Beelsephon.* Sic diximus supra, quòd veniendo de deserto Ethan, apud quod castra fixerant Hebræi, erat venire de Septemtrione, contra Meridiem ad Phiahiroth, & deinde procedendo vltra ad Meridiem erat Beelsephon: cum autem Ahiroth, vbi castrametatus fuerat Pharao, esset magis ad Meridiem quàm Phiahiroth: satis stabit contra Beelsephon. *Cumque appropinquasset Pharao.* Hic ponitur secundum, scilicet populi Israel trepidatio. *Cumque appropinquasset Pharao.* Quia tunc velociter veniebat contra eos, & erat satis prope ita, quòd exercitus Hebræorum satis clarè videbat exercitum Aegyptiorum. *Leuantes filij Israel oculos.* Contra illam partem à qua veniebat Pharao, scilicet à parte occidentali. *Viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde.* Quia Aegyptij semper fuerant Domini Hebræorum, solo visu terrebant eos: maximè quia Hebræi pauca arma secum tulerant, Aegyptij autem ad bellum parati erant. *Clamaueruntque ad Dominum.* Non fuit iste clamor diuinum auxilium inuocando, sed de Deo murmurando, quod patet per ea quæ subduntur contra Moysen. *Et dixerunt ad Moysen.* Dolentes valde cùm se in arcto positos viderent. *Forsitan non erant sepulchra in Aegypto.* Ironica locutio est desperantium, scilicet certum est, quòd nos moriemur in hac solitudine, quare ergo inducebas nos hic? quasi dicat videtur, quòd ducebas nos, vt moreremur in hac solicitudine, quasi sepulchra non essent in Aegypto. *Vt moreremur in hac solitudine.* Non propriè erat solitudo terra, in qua nunc erant, quia campestris erat, licèt esset aliqualiter carès habitatoribus: propriè autem solitudo est desertum Ethan, in cuius extremitatibus castrametati sunt He-

braei, & postea descenderunt contra Phiahiroth. *Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos de Aegypto?* Idest ad quid fecisti nobis tantum malum, vt faceres nos exire de Aegypto? quia ibi melius eramus, & hoc sæpius conqueruntur, vt patet infra 16.ca. cum dixerunt: Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Et Num. 11. capitulo, quando desierauerunt carnes dixerunt: Quis dabit nobis carnes ad vescendum? recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cæpæ, & allia: anima nostra arida est, nihilque vident oculi nostri nisi man. *Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto?* Quasi dicat mala, quę nunc nobis euenerunt, nos prædiximus tibi in Aegypto, & tu non assentiebas nobis dicens, quòd introduceres nos in terram lacte, & melle manantem. *Recede a nobis, vt seruiamus Aegyptijs.* Idest non facias ista signa pro nobis, nec inducas nos ad exeũdum de Aegypto, sed dimitte nos seruire Aegyptijs. *Multo enim melius est seruire eis quàm mori in solitudine.* Ista verba non referuntur ad nunc, sed ad tempus, quo Hebræi stabant in Aegypto: tunc enim dicebant: multo enim melius est seruire Aegyptijs, quàm mori in solitudine. Hebræi enim timebant, quòd postquàm exirent de Aegypto, caperent eos Aegyptij persequendo eos, & occiderent in desertis, & sicut isti meditabantur, ita futurum esset nisi dominus succurrisset.

Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie. Aegyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Dixitque Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel, vt proficiscantur: tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum, vt persequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius. Et scient Aegyptij: quia ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque in equitibus eius. Tollensque se angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem: ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. Cumque exten-

22.q.3.ca. Recurrat. §. his ita ſ ver. vel do mui Iſrael ſup.13.c.

De conse. distin.2.c. reuera.

extendisset Moyses manum super mare: abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus à dextera eorum, & leua. Persequentesque Ægyptij ingressi sunt post eos: & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites per medium maris.

Et ait Moyses ad populum, nolite timere. Hic ponitur tertium, scilicet Moysi assecuratio: sciebat Moyses quòd nullum periculum futurum erat, cùm Dominus dixisset ei glorificabor, in Pharaone, & in seruis eius. *State.* Idest non fugiatis: vel. *State.* Idest non mouearmini ad pugnandum, vel ad aliquid alterum: quia vt infra dicitur, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. *Et videte.* Idest delectamini in videndo. *Magnalia Domini.* Idest mirabilia magna Dei. *Quæ facturus est hodie.* Accipitur hic dies pro die naturali, quia non fuit facta ista submersio in mare per diem, sed per noctem, scilicet in vigilia matutina, vt patet infra. *Aegyptios quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis.* Scilicet viuos, quia omnes submersi sunt, nec vnus quidem remansit, viderunt tamen eos mortuos, & eiectos ad littus maris ad consolationem suam, & vt raperent arma, & reliqua spolia: indigebant enim Iudæi armis, quia in deserto pugnaturi erant, scilicet cum Amalech, alijsque populis, vt patet infra decimoseptimo capitulo: & sic verum est, quia Aegyptij mortui non sunt Aegyptij, cùm homines mortui non sint homines. *Vsque in sempiternum.* Idest nunquàm, sic patet Ioan. capitulo decimotertio, cum dixit Petrus ad Iesum: Non lauabis mihi pedes in æternum, idest numquàm. *Dominus pugnabit pro vobis.* Scilicet submergendo Aegyptios in mare rubrum: sic dixerunt infra Aegyptij, fugiamus Israelem, Dominus pugnat pro eis contra nos. *Et vos tacebitis.* Idest non pugnabitis, nec clamabitis, sed solùm respicietis qualiter Deus facit magnalia in Aegyptios. *Quid clamas ad me?* Ex hoc videtur, quòd licèt in textu non ponatur, quòd Moyses indefinenter clamabat ad Dominum pro Israel, vt liberaret eos, quia licèt ipse sciret, quòd Deus volebat Hebræos saluare à Pharaone: tamen intelligebat quòd p̃ catus hoc acturus erat: nam Deus hoc vult, vt ea bona quæ nobis agere debet: nos precibus illa mereamur: vt præmium non sit sine merito: tamen ita ordinauit, vt ait Hugo de sancto Victore, quòd ab ipso sit meritum, & præmium. Sic patet de Isaac, cui Deus promiserat seminis multiplicationem: tamen vxorem sterilem ei dedit, nec ex ea potuit gignere: quousque multis annis Deum pro vxore sua deprecatus est: & licèt hic Deus diceret Moysi, quid clamas ad me? non propter hoc dicebat, quòd oratio eius erat Deo tediosa: sed sic dicit, vt innuat orationem eius esse exauditam. *Loquere filiis Israel.* Apparuit enim tunc angelus Domini Moysi, loco Dei loquens ista. Et forte Deus locutus fuit ei de nube, vt supra dictum est vt proficiscantur: quia tunc castra habebant Hebræi, apud mare fixa, vt patet supra, & ibi hoc mandabat, quòd irent directè ad mare rubrum, quia nulla alia via erat. *Tu autem tolle virgam tuam.* Idest eleua virgam

A Deo est meritũ, & præmium.

tuam. *Et extende manum tuam super mare.* Ista eleuatio virgę, & extensio manus secundum se nihil proderat: quia nullius potentiæ ad hoc agendum erat manus Moysi aut virga eius: sed ista fiebant ad signandum, quòd Deus mare rubrum diuidebat ad preces Moysi in vtilitatem Hebræorum: sic enim extenderat Aaron virgam super fluuium, ad conuertendum in sanguinem, & extendit virgam super omnes aquas Aegypti, vt inde ranæ exirent, vt patet supra 7. & 8. capitulo. *Et diuide illud.* Quia ad verbum tuum diuidetur per voluntatem meam. *Vt proficiscantur filij Israel in medio mari per siccum.* Idest in mari: non accipitur hic medium propriè, sed pro medio interpositionis, nam non ambulabant ipsi per medium mare, vt signat æquam distantiam, quia ambulabãt circa scopulos solitudinis Ethan girando se, vt verterẽtur ad alteram partem scopulorum per mare: vbi reperirent conuenientem locum ad intrandum in solitudinem, & ambulando per eam. *Ego autem indurabo cor Aegyptiorum.* Satis induratum cor erat, cum non mouerentur timore, vt per mare rubrum intrarent: quia hoc insolitum à seculis fuit: & si aliquis hominum Hebræorum intrauerit, tamen hoc miraculosè à Deo factum esse dubium non erat. Considerare ergo debuissent, quòd Deus non propter eos istud miraculum fecerat, cùm contra eos totiens pœnas immisisset, & sic debebant cauere ne intrarent timentes ne aquæ refluerent super eos, sicut postea factum est. *Et glorificabor in Pharaone.* Gloria est dilatatio famę: quia vt ait Tullius Gloria est longè lateque patens præconium: & sic Deus fecit quòd istud factum dilataretur per totum orbem in linguas hominum, & seruaretur memoria perpetua: sic patet 1. Reg. capitulo sexto, vbi sacerdotes Philistinorum dixerunt eis: Nolite indurare corda vestra, sicut indurauit Aegyptus, & Pharao cor suum, nonne postquàm percussus est tunc dimisit eos, & abierunt? *In curribus, & equitibus suis.* Quia omnia submersit in fluctibus, vt patet infra. *Et scient Aegyptij, quia ego sum Dominus.* Per has punitiones inflictas tales, quales nullus nisi Deus infligere posset. *Cum glorificatus fuero in Pharaone.* Hoc non cognouerunt Aegyptij, qui submersi sunt: sed Aegyptij remanentes in Aegypto, qui non iuerunt cum Pharaone contra Hebræos: immo isti, qui manserunt in Aegypto, postquàm audierunt Pharaonẽ, & totum exercitum in mari esse submersum, opera sua, quæ quis illo die, quo Pharao incepit persequi agebat, Deum suum vocauit. Vnde qui agrum colebat, agrum Deum suum vocauit: qui autem domum fabricabat, domum adorauit, vt Deum: vt ait abbas Apollonius in colationibus patrum: illi tamen Agyptij, qui maris fluctibus absorpti sunt, antequàm mergerentur in ipso mari Dei potentiam cognouerunt contra se militantem, vt patet infra, cum dixerunt: Fugiamus Israelem, quia Deus pugnat pro eis contra nos. *Tollensque se angelus.* Hic ponitur quartum, scilicet Israelitarum saluatio. Illa columna nubis & ignis, quæ præcedebat filios Israel dirigens eos, non mouebatur circulariter tapiente cęlo secum ignis spheram, & aeris maiorem partem, nam motus istius nubis erat, vt motus progressiuus, scilicet directus, & mouebatur nunc ad vnam partem nunc ad alteram, vt patet in diuersis castrametationibus Hebræorum. Etiam quia ista nubes aliquando eleuabatur, aliquando descendebat, & aliquando mouebatur aliquando manebat. Nec potest dici, quòd ista mouebatur vento impellente, quia ventus non faceret eam stare, eleuari, & descendere. Etiam quia cùm ventus flet ab aliqua parte orbis contra

Quid sit gloria.

An nubes dirigens Israelitas mouebat à vẽto impellente.

tra aliam oppositam, illa nubes moueretur directè ab illa parte contra aliam: sed non erat sic, quia nubes interdum circunflectebatur in rotam quasi. Item quia illa nubes valde tardè mouebatur, scilicet quantum poterant moueri paruuli, & mulieres Hebræorum cum armentis, & gregibus suis, si autem ventus illam moueret velocius moueretur. Item quia tunc quando ventus vehementior esset, moueretur velocius illa nubes: sed falsum est, quia æqualiter mouebatur, ita vt poterant sustinere Hebræi. Oportet ergo dicere, quòd ista nubes mouebatur ab aliquo agente secundum rationem, scilicet à Deo, vel angelo: sic enim dicitur Numer. nono capitulo, cum dictum fuisset, quòd ad motum nubis mouebantur tentoria, vel ad quietem eius quiescebant, subditur: Ad Imperium Domini proficiscebantur, & ad Imperium illius figebant tabernaculum: quasi ipsa nubes, per quam dirigebantur, moueretur per Deũ. Et quia vt declaratum fuit supra tertio capitulo, nullam actionem Deus agit in his inferioribus per se, nisi talis sit ad quam angelica virtus non sufficiat, & ista poterat fieri per angelum, dici debebat, quòd fieret per angelum, & sic dicitur in litera, quia angelus erat intra illam nubem, & mouebat eam quocunque volebat.

Angelus nubẽ mouebat ei virtutẽ suã applicãdo

Sicut enim angeli mouent corpora cœlestia applicando suam virtutem toti illi orbi, vt volunt Philosophi, & consonat positioni Catholicorum. Ita applicabat virtutem suam ad istam nubem, & mouebat eam. Ille autem angelus erat in parte anteriori exercitus, quia nubes præcedebat exercitum, cum autem veniret Pharao contra Hebræos, agressurus fuisset eos, & dispersurus, vel occisurus nisi Dominus prohiberet, ideo angelus voluntate Dei mouit nubem illam ad partem posteriorem exercitus, obscurando partem illam, quæ erat contra Pharaonis exercitum, vt non viderent Hebræos, & sic tota nocte ad eos accedere non valuerunt: poterat autem Deus Aegyptios occidere antequàm inuaderent Hebræos, vel tradere in manibus Hebræorum, sed non erat ita famosum, sicut si mare diuideret Hebræis, & postea ingressis Aegyptijs verterentur aquæ super eos, sicut factum est, ideo tamdiu eos sustinuit ne occideret.

Qui præcedebat castra Israel. Nam angelus mouebat nubem existens intra eam, & nubes præcedebat dirigens: ergo etiam angelus. *Abijt post eos*. Idest conuersus fuit ad posteriorem partem castrorum, & mouebatur ibi inter Aegyptios, & Hebræos: & hoc fuit quasi ad solis occasum, & deinde illuminabat per noctem: & licèt in parte posteriori exercitus esset, tamen dirigebat anteriorem illuminando, sicut quando erat in anteriori etiam illuminabat posteriorem.

QVAESTIO. IIII.

Quõ nubes viam mõstrabat cum esset in parte posteriori.

SED dices: quomodo ista columna poterat monstrare viam cum moueretur in parte posteriori, quia antea mouebatur in parte anteriori, & versus illam partem, ad quam dirigebat ipsa motum suum dirigebantur vexilla, scilicet primum vexillum tribus Iudæ, quod præcedebat in motu, vt patet Numer. decimo, quia post nubem sequebatur immediatè istud vexillum, nunc autem nihil tale erat. Respondetur, quòd ista nubes licèt totum illuminaret exercitum: tamen vltra exercitum angustabantur radij eius apud vexillum Iudæ, & illuminabant quasi quandam viam per quam illi, qui erant in primo vexillo mouerentur: alij autem posteriores sequebantur eos vsque ad mare rubrum: deinde consederunt ibi postquàm mare diuisum est donec ventus flans illud desiccaret. Et quia iste modus procedendi, scilicet quòd nubes staret in parte posteriori erat insolita Hebræis, cùm ipsi viderent nubem conuerti ad posteriorem partem exercitus ambulare nollent, ideo mandauit eis Deus specialiter antequàm angelus cum nube tenderet ad posteriora exercitus, vt mouerentur, cum dixit supra. Loquere filijs Israel, vt proficiscantur: tu autem extende virgam tuam: nunquàm autem ante nec post Deus mandabat verbaliter, quòd mouerentur cùm mota nube mouerentur: hic autem fuit specialis modus procedendi, ideo oportuit quòd Deus specialiter in verbo moueri eos mandaret. *Et cum copaiter columna nubis*. In hoc notatur, quòd ipse angelus mouebat columnam, quia ad motum angeli mouebatur columna, & cùm ipse relinqueret partem anteriorem exercitus ipsa pariter relinquebat. *Post tergum stetit inter castra Aegyptiorum, & Israel*. Licèt dicatur nubes stare inter castra istorum, non est intelligendum, quòd castra Hebræorum, & Aegyptiorum fixa essent. De castris autem Hebræorum, patet quia dixerat Deus supra Moysi: Loquere filijs Israel, vt proficiscantur: de castris autem Aegyptiorum idem, quia ipsi conabantur valde accedere ad Hebræos, vt tenerent eos, ideo quantum possent agerent, vt accederent ad eos, & hoc infra declaratur cum dicitur, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent: sed dicebatur ista nubes stare inter vtraque castra, quia castra Hebræorum mouebantur, & castra Aegyptiorum sequebantur eos. *Et erat nubes tenebrosa*. Ex hoc patet, quod supra dicebamus præcedenti capitulo, quòd ista nubes non fuerit ignis verus, sed nubes vera, quæ per noctem lucebat, vt ignis, cum hic vocetur nubes, & tamen immediatè dicatur, quòd illuminabat noctem: & sic nubes erat, quæ illuminabat noctem. *Et erat nubes tenebrosa*. Scilicet contra partem exercitus Aegyptiorum, & illuminans noctem ad partem filiorum Israel, ita illa columna erat laterata, scilicet quòd vnum latus suum erat lucidum contra Hebræos, & alterum obscurum ex parte Aegyptiorum: sic enim acciderat cum infererentur plagæ Aegyptiorum: quia apud Aegyptios erant tenebrę, vbicunque autem filij Israel erant, lux erat, vt patet supra decimo capitulo. Nicolaus autem dicit, quòd secundum illos, qui ponunt columnam esse vnam: dicendum est quòd ex vna parte erat columna lucida, & ex altera erat obscura: secundum illos, qui ponunt duas columnas esse, dicendum est quòd columna nubis adueniente nocte non recessit, vt consueuerat sed mansit, & columna ignis superuenit ad illuminandum noctem: erat autem columna nubis obscurans ex parte Aegyptiorum, & columna ignis illuminans ex parte Hebræorum. Sed hoc non potest stare, quia istud refertur ad eandem nubem, cùm dicitur, quòd nubes erat tenebrosa, & illuminans noctem, & sic non erant duæ nubes, quarum vna esset tenebrosa, & altera illuminans noctem. Vnde etiam ex hoc, sicut præcedenti capitulo determinauimus, videtur, quòd ista columna fuerit vnica: nam si duæ columnæ fuissent, non oportuisset quòd eadem esset tenebrosa, & lucida: immo nullo modo fuisset, quia tunc vna semper esset ad diem, altera semper ad noctem. *Ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent*. Aegyptij conabantur accedere ad tenendum, aut occidendum Hebræos, sed obstante tenebrosa nube accedere non valebant.

Expo. Nicolai confutatur.

QVAE-

QVAESTIO. V.

Quomodo tenebrę impediebant Aegyptios, nè accederẽt ad Hebræos.

SED dicet aliquis: quomodo tenebrę impediebãt, vt Aegyptij non accederent ad Hebræos? nunquid Aegyptij non poterant intrare per tenebras, & accedere ad Hebræos? Respondetur, quòd istę tenebræ fuerunt tales quales illæ, quæ in Aegypto acciderant in plagà nona, vt patet supra 10. cap. de quibus dicitur: Factæ sunt tenebræ horribiles super terram Aegypti, tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco suo, in quo erat. Ita hic, quia tam densa erat illa nubes, vt nihil omnino viderent: ideo non auderent moueri, putantes se casuros in aliqua periculosa loca, vel cœcos incursuros in manibus Hebræorũ, vel quia nesciebant in quo loco Hebræi essent, aut per quem locum illuc irent, vel quia videbant aliquas visibiles visiones non permittentes eos illuc accedere. *Toto noctis tempore*. Quando Hebræi viderunt Aegyptios super se venientes, ipsi erant super mare non iuncti littoribus maris, sed in parua distantia, & tunc dominus mandauit eis, quòd ambularent dicendo Moysi: Loquere filijs Israel, vt proficiscantur: deinde interposita nube inter vtraque castra Hebræi ambulauerunt vsq; ad mare, & Aegyptij secuti sunt eos: ambulante vlterius nube tenebrosa, cùm autem accesserunt ad littora maris steterunt ibi, & Moyses eleuans virgam extendit manum secundum Dei mandatum, & diuisum est mare, tunc insurrexit ventus vrens, qui per totam noctem flans desiccauit fundum maris, vt esset aptum ad transeundum per illud iam induratum. Et hoc fuit quasi à principio noctis vsq; ad vigiliam matutinam, vel modicum ante vigiliam matutinam, & sic à principio noctis, vel quasi vsque ad illud tempus manserunt Hebręi quiescẽtes ante mare diuisum, Aegyptij etiam coacti sunt non moueri, quia licèt ipsi conarentur accedere ad Hebręos impediente tamen tenebrosa nube accedere non valuerunt: postea cùm Hebræi transijssent mare, Aegyptij videntes mare diuisum intrauerunt. *Cunque extendisset Moyses manum*. Hoc fecit immediatè vt accessit ad littora maris videntibus cunctis Hebræis, vt admirarentur, & laudarent diuinam magnitudinem. *Abstulit illud dominus*. Idest diuisit illud Deus. *Flante vento vrenti*. Idest vento calido: Non est intelligendum, quòd ventus abstulisset, vel diuisisset mare, quia ventus etiam si à Deo moueretur, tamen non poterat, aut impetu suo fortissimo euertere aquas extra alueum, aut desiccare ex intensa caliditate. Sed manifestum est, quòd non euertit aquam extra alueum, sed solùm diuisa fuit: etiam non desiccata fuit, quia tunc etiam non solùm desiccasset ventus illam viam maris, aut plures vias, per quas transierunt Israelitæ, sed totam aquam obuiam: sed non fuit hoc, quia solùm aqua cessit faciens viam, & non desiccata fuit. Et si forte dicas, quòd Deus solùm impulit ventum, vt rumperet, vel desiccaret illam partem per quam transituri erant filij Israel. Tamen hoc non potest stare, si Deus operaretur per virtutem venti ministerialiter seruientis, quia tunc licèt ille ventus desiccaret sua vehementi caliditate, tamen cum aqua semper flueret à parte superiore maris, incideret in illam partem, & nunquam potuisset desiccari. Oportebat ergo esse potentiam Diuinam, quæ hoc efficeret, aut per se, vel per ministros suos, non tamen per ventum, qui ad talia causalitatem suam non extendebat. Etiam dato, quòd ille ventus illud posset desiccare, aut impellere, oportebat, quòd ille ventus continuaretur, vt aquæ non coirent. Sed hoc falsum est, quia tunc Hebræi, & Aegyptij non potuissent intrare per mare præ magnitudine venti, sed intrauerunt omnes nullo modo impediti: ergo tunc non erat ventus. Dicendum ergo, quòd diuisio maris à Deo facta est per angelos exequentes, ventus autem solùm fuit ad desiccandum fundum maris, quod erat humidum, & valde limosum, & in hoc duraùit tota nocte ventus flans. Et sic litera ista licet punctuetur, vt iste ablatiuus: vento vrenti: non ponatur vt determinans istud verbum, abstulit, vel diuisit, tanquam causa instrumentalis: tamen debet intelligi, vt determinet illud verbum vertit in siccum, & tunc est sensus clarus, & verus, scilicet quòd dominus per potentiam suam, & angelos abstulit mare, idest diuisit: deinde vertit in siccum vento vrenti tota nocte. *Vento vehementi, & vrenti*.

Vertus ventres non diuisit aquas, sed desiccauit viam inter aquas maris.

Diuisio maris rubri à Deo facta est per angelos exequẽtes.

QVAESTIO. VI.

An ventus desiccans fundũ maris fuerit Borealis.

ALIQVI volunt, quòd iste ventus fuerit borealis, quia dicitur vrens: nam borealis ita siccus est, quòd vrit. Sed non potest hoc stare, quia in litera Hebraica ponitur contrarium, quia ibi vocatur vẽtus Solanus: dicitur enim, *Ruha quadni*. Signat ventum. *Quadni*. Signat Solanum, vel Orientalem, quia quadni deriuatur de quædã, idest oriens, ventus autem orientalis idem est, quod Solanus: Etiam patet hoc, quia Hebræi ibant contra orientem Aegypti, & mare rubrum erat eis ab oriente, vt supra declaratum est, & altissimi scopuli solitudinis Ethan à parte Septẽtrionis, necesse ergo erat, quòd ventus faciens diuisiones esset orientalis diuidens mare rubrum existens contra frontem orientalem. Etiam dato, quòd ventus deberet venire à parte boreali, venire non posset, quia scopuli altissimi Ethan, qui non permittebant Hebræos transire, in mari rubro non permitterent venire ventum aquilonarem, vel borealem: litera nostra vocauit istum ventum vrentem, quia calidus est cùm veniat à parte orienti calida: maximè, quia Deus tunc dedit ei specialem virtutem caliditatis, vt cito desiccaret fundum maris. *Tota nocte*. Non duraùit ventus tota nocte in vertendo fundum maris in siccum, quia Hebręi intrauerunt in mare ante vigiliam matutinam, & Aegyptij in ipsa vigilia matutina ingressi submersi sunt, vt patet infra, sed dicitur tota nocte flauisse vẽtus, quia maiore parte noctis flauit, scilicet vsque vltra mediam noctem. *Et vertit in siccum*. Non ipsum mare, sed fundum maris quod discopertum ab aqua erat: diuisaque est aqua subito extendente Moyse manum super mare: deinde successiuè per maiorem partem noctis flante vrente vento desiccata est via vsque post mediam noctem. *Ingressique sunt filij Israel*.

An diuisio maris rubri fuerit vna, vel plures.

QVAESTIO. VII.

LICET textus hic ponat solũ fuisse mare diuisũ, nihil vltra addendo, quasi fuerit vnica diuisio, tñ Psal. 134. ponitur, ꝙ fuerunt plures diuisiones; dicitur enim, qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quot autem fuerunt istæ diuisiones dicendum, quòd duodecim, quia aut oportebat omnes tribus per vnicam aperturam intrare, aut per duodecim, vt non viderẽtur aliqua illarum abiectior esse, cui nõ attribueretur aliqua diuisio. Nicolaus vult cũ quibusdam Hebræis, ꝙ fuerit vnica diuisio. Et adducit ad hoc quod communiter ponitur ab Hebræis, & quibusdam Catholicis, scilicet quòd Hebræi formidabant intrare mare rubrum post Moysen, & tunc tribus Iuda prima inter cœteras constantior ingressa est post Moysen, & regiam

giam potestatem promeruit: si autem cuilibet tribui vna fuisset diuisio, magis formidassent intrare potissimè ille tribus, quæ non haberent secum Moysen. De Moyse autem verisimile est, quòd in tribu Leuitica ingressus fuerit, & non cum tribu Iuda, aut cum aliqua alia. Ad illud, quod objicitur de Psalmo, cùm dicitur: Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, respondet, quòd ponitur plurale pro singulari, idest diuisiones pro diuisione, sicut ponitur Gen.46.cap. vbi dicitur, filij Dan Vsin, ibi dicitur Dan habere filios, & tamen solum ponitur ibi, quòd habuerit vnicum filiũ, scilicet Vsin. Dicit etiam, quòd illa diuisio poterat vocari diuisiones. Primò propter suam magnitudinẽ. Secundò propter diuersas sui partes. Ad ista respondetur tenendo quod posuimus, scilicet q̃ fuerint plures diuisiones, scilicet duodecim, q̃ duodecim tribubus. Ad primum quando dicit, q̃ alijs tribubus non audentibus intrare prima ingressa est tribus Iuda, & promeruit potestatem regiam, q̃ istud est satis dubium, vtrũ verum sit, habens ortum à quibusdã Iudæis satis paruę auctoritatis, qui textum directè, aut indirectè facientẽ non demonstrant. Etiam fortè aliquis istam positionem redarguet, quia dicitur, q̃ ibi tribus Iuda promeruit regnum, quia Gen.49.cap. Iacob transtulit potestatem regnatiuam, quæ pertinebat primogenito ad ipsum Iudam, cùm dixit: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius. Ista enim potestatem regnatiuam dicunt, quomodo ergo potuit eam hic promereri, si ibi prius data fuit? Et si fortè dicas, q̃ licèt potestas regnatiua promissa esset tribui Iudæ, tũ ibi eam promeruit, sicut Deus ordinat nos ad vitam æternam prędestinando nos ab æterno, & tamẽ facit, q̃ hic promereamur eam per bonos actus: nã vt ait Gregorius in primo Dialogorum: Prædestinatio Dei ita ordinata est, vt precibus sanctorum obtineatur: poterat ergo potestas regnatiua, ante q̃ missa fuisse tribui Iudæ, & q̃ nunc eam promereretur. Sed hoc non valet, quia si potestas regnatiua fuisset, q̃ missa tribui Iudæ, & non tradita, bene potuisset eam postea promereri. Sic enim est quod inducitur de prædestinatione Dei: & adhuc minus, quia licèt Deus ordinauerit nos ad vitam æternam, tamen nobis non constat. Sed non fuit sic de tribu Iuda, quia non solum fuit ei potestas, & ius regnandi promissum, sed actualiter traditum. Et patet, quia potestas regnatiua erat ius primogenitorum pertinẽs ad eos cum alijs multis iuribus, scilicet septem, vel octo, vt declarauimus Gen.25.cap. Ista autem iura primogenituræ inter filios Iacob pertinebant ad Ruben, qui debebat esse prior in donis, idest in maiori parte hæreditatis, & maior imperio quantum ad potentiã regnatiuam, & tamen quia maculauit stratum patris sui, non creuit, sed effluxus est sicut aqua, vt patet Gen. 49. & ibidem declaratum est, & magis Gen. 48. Quomodo ista duo iura potissimè, scilicet duplex pars hæreditatis, & potestas regnatiua translata sunt ad Iudã, & Ioseph iure successionis patet: Quia cùm non deberet ea tenere Rubem propter peccatum suum, tradita sunt istis, quia excluso Rubem, qui erat primogenitus, oportebat, quòd ista iura trãsferentur ad alios, & quia vxores principales Iacob erant duæ, scilicet Rachel, & Lia: Decens erat, q̃ ista iura diuiderentur inter earum filios. Primogenitus autem Rachelis erat Ioseph, ideo ei duplex pars hæreditatis tributa est, vt patet Ge.48.c. Et ob hoc duæ tribus ab eo descenderunt, scilicet Manassẽ, & Ephrain. Potestas autem regnatiua, quæ erat alterum præcipuum ius primogenituræ, traditum fuit filijs Liæ. Et q̃ia primogenitus Liæ, scilicet Ruben illud non meruit, debebat transferri ad alterũ sequentem post primogenitum, & iste erat Simeon. Sed rursus ipse non meruit, quia valde cõtristauit patrẽ suum Iacob in occisione Sichimitarum. Post istum sequebatur Leui, ad quem conuenienter ius istud pertinebat, sed non traditum fuit ei, quia etiam peccauerat sicut Simeon, vt patet Gen.49.ca. cùm dicitur. Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilio eorũ non veniat anima mea, & in cœtu eorum nõ sit gloria mea, quia in furore eorum occiderunt virum, & in voluntate eorum suffoderunt murum. Post istos sequitur Iudas, & quia iste non peccauerat sicut isti, tradita fuit ei potestas regnatiua: quòd autem tradita fuerit, & nõ promissa patet, q̃a eadem ratio est de duplici parte hæreditatis, & de potestate regnatiua: sed duplex pars hæreditatis quantum ad ius immediatè data fuit, ergo ẽt potestas regnatiua antecedens patet, quia Iacob antequam moreretur dedit sortium duarum iura duobus filijs Ioseph, & sic ipse Ioseph habebat istas duas sortes tanquam duo de fratribus suis, & sic dixit ipse Iacob Gen.48.c. Duo igitur filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti anteq̃ venirem huc ad te, mei erunt Ephrain, & Manasse: vt Ruben, & Simeon reputabuntur mihi: reliqui autem, quos genueris post eos tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis: cùm ergo, vt patet, ius duplicis sortis immediatè traditum fuerit Ioseph, ergo ius regnandi traditũ fuit immediatè Iudæ: non potuit ergo illud mereri in introitu maris rubri, & sic fortè ista positio quantum ad istam particulam falsa est, & sic fundamentum Nicolai est valde fragile. Sed adhuc concessa ista positione non militat argumentum suum, & intẽtio, quia dato, q̃ Moyse intrante nullus ausus fuerit ingredi antequã ingrederetur tribus Iuda, benè stat, q̃ fuerint plures viæ, scilicet duodecim, quia cùm Moyses esset in tribu Leui, intrante Moyse debuerant intrare omnes de illa tribu post eum: sed extimuerunt donec tribus Iuda, q̃ erat intratura per aliam diuisionem, intrauit, & tunc ceteræ consecutæ sunt. Et dato, q̃ potuisset promereri ius, vel potestatẽ regnatiuam ibi promereret. Quando autem respondet ad dictum psalmi, q̃ ponatur plurale pro singulari. Dicendum, q̃ non bene cõsonat, quia quod ponatur numerus pro numero, q̃d fit secũdum figuram Aleothecam, non contingit nisi quando aliquis modus talis est in nostro idiomate vulgari: vnde in vulgari cõmuniter dicimus de quolibet homine, q̃ filios habet, etiam si vnum solum filium habeat: nunquam tamẽ reperitur in vulgari idiomate, q̃ ponatur sic diuisiones in plurali pro singulari. Et quando dicit q̃ illa diuisio potest vocari diuisiones, q̃a magna erat: non est aliquo modo rationabile, quia tunc quælibet res multum ampla vocaretur multæ res, vel posset vocari, & sic vna magna ciuitas vocaretur multæ ciuitates; quod absurdum penitus est, & omnem tollens certitudinem. Quando verò dicit, q̃ poterat vocari diuisiones pluraliter propter plures partes suas, tunc quæritur an ille partes erant diuisæ, ita q̃ inter partem, & partem esset aqua media, an sine aqua. Si autem essent plures partes: ita q̃ inter partem, & partem esset mur aquę; tunc habebitur q̃d intẽdebatur. s. q̃ essent plures diuisiones. Si autem inter partẽ, & partem nulla esset aqua: sed solùm essent plures partes spatij terræ, ridiculum, immo absurdum esset, vocare illam diuisionem plures diuisiones, q̃a tunc cùm q̃libet res quãta habeat partes, q̃a est diuisibilis in infinitũ: diceremus, q̃ q̃libet res quanta esset plures res: hoc aũt rationi totaliter dissonat. Dicendum ergo plures diuisiones fuisse, vt vult Psal. s. duodecim pro 12. tribub⁹. *Per medium maris sicci.* Idest per mare iam desiccatum: nam postq̃ Deus illud diuiserat in 12. partes, ventus Solanus calidus intrans p illas partes desiccauit fundum maris flãdo tota noctè, vt patet supra, scilicet vsq; vigiliam matutinã, vel paulo ante. *Erat enim aqua quasi murus à dextra eorum, & lena,*

De potestate regnatiua quare fuit tradita Iudæ.

Contra responsionẽ Nicolai de Lira.

Diuisio maris rubri nõ fuit sicut diuisio Iordanis.

Magna profunditas maris patebat, cùm aqua in sua altitudine eleuata maneret, & fundum maris discoopertum esset, & non fuit ista diuisio maris facta, sicut diuisio Iordanis diuisus fuit ad introitum filiorum Israel, vt patet Iosue tertio capitulo: sed non stetit aqua quasi murus ex vtraque parte, sed aqua veniens à parte fontali Iordanis stetit quasi mons, & cùm continuè fluerent aquæ à parte superiori intumescebant aquę, & eleuabantur fortè ad plures quàm centum cubitos, ita quòd viderentur à quibusdam ciuitatibus procul: aqua autem, quæ erat infra locum diuisionis effluxit vsque ad mare solitudinis, idest vsque ad mare mortuum, ita quòd totus alueus, vel plane, iam siccus esset deficientibus aquis: quia non continuabatur fluxus à parte superiori. Hic autem pars inferior non fluxit, quia non est ita fluxus maris, sicut fluminum, quia aqua maris magis stare videtur: ideo ab vtraque parte stabat quasi murus, & nihil crescebat: aqua autem Iordanis, quia fluens erat, permisit Deus partem inferiorem secundum suam inclinationem decurrere in mare: partem autem superiorem supernaturaliter tenuit, quæ continuo intumescebat, quia aqua ab origine fontali Iordanis semper effluebat. *Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos.* Magna enim Aegyptiorum audacia immo maxima dementia tanto se periculo exponere, vt mare intrare non formidarent, quod ad eorum internitionem aper tum fuera, quod Hebræi ad suam euasionem paratũ ingredi extimuerant: sed ista non ex eorum impauiditate veniebat audacia, sed magis ex eorum culpa: cum eos Deus permitteret indurari, vt supra dicitur: ego indurabo cor Aegyptiorum, & persequentur vos: quasi dicat: Aegyptij nullo modo Iudæos taliter persequi auderent, nisi eos dominus indurasset. *Omnis equitatus Pharaonis.* Isti ibant in equis solis siue curribus. *Currus eius.* Idest equi cum curribus, & viris armatis supra. Habuit autem Pharao in exercitu suo gentem multam, vt ait Iosephus, & istam armatam atque ad bellum dispositam, scilicet ducenta millia peditum armatorum, & quinquaginta millia equitum, & præter hos sexcentos currus electos trecentos, scilicet de suis, & trecentos recepit ab Aegyptijs, & omnem aliam multitudinem curruum qualiuncunque, quæ in Aegypto inueniri potuit, in quibus multi armati viri procedebant.

Numerus exercitus Pharaonis

Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus, & equites eorum. Cunque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusque Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerseque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare, nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris, & à sinistris: Liberauitque Dominus in die illo Israel de manu Aegyptiorum, & viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos. Timuitque Populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

Nox quatuor habet vigilias.

Iamque aduenerat. Hic ponitur quintum, scilicet Aegyptiorum submersio. *Iamque aduenerat vigilia matutina.* In nocte distinguuntur quatuor vigiliæ, inter quas vigilia matutina est quarta, & est circa auroram incipiens, scilicet vltima de quatuor partibus noctis: Hebrei namque accesserunt ad mare rubrum, quando erat principium noctis, & tunc Moyses extendit manum super mare, & diuisum est, stetitque aqua à dextra, & sinistra quasi murus: sed adhuc manebat solum humidum, & limosum: ideo superuenit ventus vrens, & ille tota nocte, idest maiore parte noctis flans vertit illud in siccum, vt patet supra: tunc cessante vento in tertia vigilia noctis, quæ est post mediam noctem, intrauerunt Hebræi in mare per diuisiones suas, & in fine huius tertiæ vigiliæ exierunt mare rubrum, quod patet in quarta vigilia, in qua versæ sunt aquæ super Aegyptios: Hebræi iam exiuerant: Hebræos persequendo Aegyptij intrauerunt in mare in fine tertiæ vigiliæ, & dum totus Aegyptiorum exercitus introisset pertransita aliquali parte quartæ vigiliæ, quæ erat vigilia matutina, ita quòd non poterant refugere, incepit Deus punire eos, & sic dicitur. *Iamque aduenerat vigilia matutina.* Idest aliqua pars vigilię matutinæ aduenerat. *Et ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum.*

QVAESTIO. VIII.

DEVS semper respicit bonos, & malos in omni loco, & in omni tempore, nec magis in vigilia prima, quàm tertia, vel quarta: sic dicitur Prouer. decimoquinto. In omni loco oculi domini contẽplantur bonos, & malos. Sed dicitur Deus aliquem respicere, aut visitare, quando eum, aut eripere inchoat, aut punire: sic autem respexit castra Aegyptiorum in vigilia matutina, quia in tertia vigilia, licèt mare incepissent intrare, Deus eis nihil nocebat. In quarta autem vigilia, quæ erat matutina incepit Deus mittere super Aegyptios pœnam debitam: Aegyptij enim in tota nocte præcedente non viderant Hebræos: quia erat inter eos nubes tenebrosa quantum ad partem Aegyptiorum, & illuminans noctem quantum ad Hebræos, illa autem obscuritas adempta est, cùm Hebræi essent in fine maris, vel quasi, & Aegyptij essent in littore nondum audentes intrare, aut videntes qualiter intrarent, & viderunt Aegyptij transisse Hebræos: ideo ipsi quoque ingredi ausi sunt, & cùm iam omnes ingressi essent, & aliqualiter ambulassent fortè per omnes duodecim vias, sicut Hebræi respexit dominus super eos. *Per columnã ignis, & nubis.* Licèt hic dicatur dominus respexisse super Aegyptios, non est intelligendum de Deo, sed de angelo, qui erat in nube, & ille vocatur Deus, sicut communiter vo-

cantur Angeli Deus in toto Veteri Testamento, quia loco Dei apparent, loquuntur, aliquid faciunt. Istam ergo eterlionem, & mortem Aegyptiorum angelus faciebat loco Dei: ideo dicebat Deus agere. Dicitur respicere per columnam nubis, & ignis, quia ex illa columna genita sunt fulgura, & tonitrua, vt dicit Nicolaus, & historia scholastica. In quantum dicitur columna ignis, intelliguntur fulgura: inquantum dicitur columna nubis, intelliguntur tonitrua: hæc autem missa sunt super Aegyptios. Sed iste non videtur conueniens sensus, quia si ex illa nube genita fuissent fulgura, & tonitrua, illa nubes totaliter defecisset, & esset exinanita substantia eius, & cum nubes nũquam defecerit per diem, & noctem, vt patet supra præcedenti capitulo, oportebat aliam nubem apponi: non erat ergo hoc conueniens, quia tunc melius erat ex alia nube, aut materia disposita ad generationem tonitrui, & fulminis. Ideo dicendum, quòd non est iste sensus, sed quia angelus ille, qui dirigebat filios Israel, erat in nube cum moueret eam, vt patet supra, & ille puniuit Aegyptios. Qũ aũt debuit eos punire dicitur, quòd respexit per columnam ignis, & nubis, secundum Metaphoram, quasi ille angelus esset qdam homo stans in nube illa, & respiceret per nubẽ, idest per interradios nubis tanquam per fenestram ad puniendum Aegyptios. Et iste modus loquendi frequens est in sacra scriptura. Sic dicitur Amos primo capitulo: Dominus rugiet ex Sion. & Psalmo trigesimosecondo: De preparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant orbem: Deus enim respicere, vel agere aliquid dicitur de loco illo, in quo principaliter esse creditur: angelus autem verissimè erat in nube illa: ideo per nubem respicere dicebatur. Vocatur autem columna ignis, & nubis, quia illa columna, vt determinatum fuit præcedenti capitulo, erat, quæ illuminabat per diem, & noctem: ideo per noctem erat ĩ specie ignis, vt patet Numeri nono capitulo, per diem autem apparebat columna nubis, & sic verissimè erat nubes. Vel vocabatur columna ignis, & nubis, & hoc verius, quia vt dictum fuit supra, illa nubes erat tenebrosa, & illuminans noctem. Quantum ergo ad partem Hebræorum, quam illuminabat, vocabatur columna ignis: quantum autem ad partem Aegyptiorum, quam caligabat, vocabatur nubes, quia densa erat, & per noctem obscura. Ex hoc etiam patet, quòd eadem esset columna ignis, & nubis, quia eadem vocatur hic columna ignis, & nubis. Quid autem pœnalitatis angelus ille Aegyptijs infixerit non patet; constat tamen, quòd antequam aqua verteretur super Aegyptios aliqua pœnalitas infligebatur eis, quia dicitur in litera: Interfecit exercitum Aegyptiorum. Etiam quia antequam fluctus occurrerent eis; dixerunt adinuicem: fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis contra nos: ergo aliqua punitio infligebatur eis, vt fugerent, cùm ipsi dicerent Deum pugnare contra ipsos. Si autem essent fulgura, & tonitrua, vt dicebat Nicolaus, satis est verisimile, non tamen, quòd illa fierent ex nube, vt ipse putabat, sed quia angelus respiciebat per columnam ignis, & nubis; quia erat in ea, & inde mittebat in eos fulmina, quę de proximo aere formabat: aut alterum genus pœnæ, scilicet lapides, aut grandines, vel sagittas ignitas, quicquid enim esset ad mortem sufficiens erat. *Interfecit exercitum Aegyptiorum*. Idest vulnerauit, & tunc fugiebant. Vel interfecit exercitum, idest magnam partem exercitus, ex quo territi cœteri videntes manifestè Deum pugnantem contra eos fugiebant. *Subuertitque rotas curruum*. Hoc potest intelligi positum per anticipationem, scilicet, quòd euersio rotarum fuit, quando confluentibus vndis omnia subuersa, atque submersa sunt. Et tunc deberent postéa poni, quia antequam ista fierent dixerunt Aegyptij, fugiamus Israelem, sed non poterant hoc dicere postquam submersi erant: maximè, quia immediatè dicitur, quòd eis fugientibus occurrerunt eis aquæ, ergo ante inceperunt fugere, quàm subuerterentur currus. Vel potest poni propriè, sine anticipatione, scilicet quòd currus subuertebantur antequam venirent super eos aquæ, quia fortè Deus misit in Aegyptios spiritum vertiginis, vel aliquam tempestatem, & subuterebantur currus eorum, & equi procidebant. *Ferebanturque in profundum*. Idest aliqui de illis curribus, qui subuertebantur declinabant contra stantes aquas, & mergebantur per eas, & præfocabantur. *Dixerunt quoque Aegyptij*. Cùm viderunt, quòd Deus puniebat eos. *Fugiamus Israelem*. Idest fugiamus ab Israel: nam Israel non pugnabat tunc contra Aegyptios, nec defendebat se ab eis, cùm castra Hebræorũ distarent à castris Aegyptiorum: nam interposita nube tenebrosa, & illuminante noctem, toto noctis tempore ad se accedere non valebant, vt patet supra. Sed dicuntur Aegyptij fugere Israelem, idest cessare à persequendo eum, & reuerti in castra sua extra mare. *Dominus enim pugnat pro eis*. Videbant enim, quòd veniebant eis genera tormentorum ex alto, scilicet fulmina, aut lapides, vel sagittæ ignitæ, vel aliquid alterũ. *Et ait dominus ad Moysen*. Quando iam Moyses, & omnes Hebræi erant extra mare; quod patet, quia dicitur, quòd Moyses extendit manum super mare, quod non contingeret si ipse esset in via profunda maris: nam non extenderet manum super mare, sed intra cor maris. Item quia extensio manus fiebat ad reducendum aquas, sicut ante erant, scilicet vt coniungerentur, si ergo Moyses, & Hebræi intra mare tunc starent, redirent fluctus super ipsos. *Extende manum tuam super mare*. Extensio manus Moysi super mare nihil efficiebat, qa nullius virtutis erat secũdum se, sed fiebat in signum, quòd Deus orationi Moysi, & voluntati eius consentiret. Nec etiam requirebatur ad hoc, quòd coniungerentur aquæ aliqua potentia: nam aquæ naturaliter fluunt, & continuantur: ablata ergo potentia Dei, quę tenebat aquas ne coniungerentur, ipsę aquæ ex inclinatione sua coniungerentur, sed mãdauit Deus Moysi extendere manum, vt quando Moyses eam extenderet, Deus desisteret tenere aquas, & ipsæ coirent, *vt reuertantur aquæ super Aegyptios*. Nam Aegyptij tunc erant in medio maris, & magis contra illam partem per quam Hebrei exiuerant: ideo mare eiecit corpora mortuorum Aegyptiorum ad littora illa in quibus erant Hebræi. *Super currus, & equites eorum*. Quia omnes tam currus, quam equites fluctibus demersi sunt. *Cunque extendisset Moyses manum contra mare*. Ex hoc patet, quod supra dicebatur, scilicet, quòd Moyses erat extra mare, quando ista fecit, quia aliàs non posset extendere manum contra mare, sed intra mare. *Reuersum est primo diluculo ad priorem locum*. Idest quando mare reuersum est ad locum suum, idest vt coniungeretur sicut ante erat, fuit diluculum primum, idest principium aurorę: hoc est in quarta vigilia, quæ vocatur vigilia matutina. *Fugientibusque Aegyptijs*. Aegyptij enim videbant, quòd Deus pugnaret contra eos pro Israel: ideo inceperunt fugere ad opposita littora per quæ intrauerant, cùm autem ipsi redirent conclusæ sunt aquæ ab extremo littore per quod intrauerant, & occurrerunt eis fugientibus: ita, quòd euadere non possent. *Et inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus*. Deus enim aquas concurrere ab illa parte egerat: ideo ipse eos inuoluere dicebatur. *Reuersęque sunt aquæ*. Idest coniunctæ fuerunt inter se. *Et operuerunt*. Quia via maris profunda

Quare dicit vt Deus respexit p columna ignis, & nubis.

Quare vocatur colũna ignis, & nubis.

Quę pœnę Aegyptijs infligebũtur antequam suffocarentur.

funda valde erat, & tunc aquæ, quæ stabant quasi murus inter se coierunt, vnde necesse erat, vt caderent super verticem Aegyptiorum. *Currus, & equites cuncti exercitus*. Et non solum istos, sed etiam pedites, nam nullus de exercitu Pharaonis euasit, vt patet immediatè, sed in exercitu Pharaonis erant ducenta millia peditum, vt ait Iosephus, ergo illi etiam cooperti sunt fluctibus. *Qui sequentes ingressi fuerant mare*. Idest sequendo Hebræos: nam Aegyptij, vt viderunt, quòd Hebræi ingressi fuerant, ipsi quoque ingredi ausi sunt. *Nec vnus quidem superfuit ex eis*. Hebraica litera hic est aliqualiter Amphybologica, ideo aliqui Iudæi dicunt, quòd vnus remansit ex omnibus, scilicet Pharao, sed falsum est, quia Psalmus centesimusquintus, habetur etiam in Biblia Sacra. Et operuit aqua tribulantes eos, & vnus ex eis non remansit. De Pharaone autem satis potest dici, vt volunt aliqui Iudæi, quòd ipse, qui plus omnibus peccauerat, vt omnibus infelicior plura dolorum genera experiretur, fuit vltimus eorum, qui suffocatus est, & vidit suos aquis suffocari, & dolore tunc quidem magno de perditione suorum, & timore vehementissimo de morte sibi vicina angebatur, ad vltimum verò cum cœteris perijt. *Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris*. Hoc debet legi per recapitulationem: nam antequam Aegyptij cooperirentur fluctibus, ambulauerunt Israelitæ per mare siccum, vt supra declarauimus. *Aquæ eis erant quasi pro muro*. Quia sicut muri sunt parietes alti eminentiores domibus ciuitatis, & hominibus intra ambulantibus: ita aquæ illæ erant eleuatæ super eos in magna altitudine, & non fluebant. *A dextris, & sinistris*. Quia ex nulla parte aquæ fluebant, cùm illud mare, sicut & cœtera, sit magis stans quam fluens: non sic factum est in diuisione Iordanis, vt supra declaratum est. *Liberauitque dominus*. Ista liberatio non viribus, aut prudentia humana, sed Dei voluntate gesta est in die illo, quia licèt in alijs diebus, quando eduxit eos de Aegypto die quintodecimo mensis primi liberauit eos de Aegypto, cùm dicatur, quòd eduxit eos in manu excelsa, tamen si tunc non liberasset eos ab Aegyptijs insequentibus, liberationes preterite nihil valuissent: nam si tunc non suffocasset Deus Aegyptios in mari rubro, ipsi accepissent Hebræos, & eos captiuassent, aut crudeliter trucidassent. Si autem hoc fuisset, melius erat Hebræis mori in Aegypto cùm ipsis Aegyptijs, quando sedebant super ollas carnium, & comedebant panem in saturitate, vt ipsi dixerunt infra decimosexto capitulo, quàm post itineris labores ab Aegyptijs in solitudine lacerari: nunc ergo eos liberauit, idest liberare finiuit, quia quando eduxit de Aegypto, licèt aliquo modo liberaret, tamen non perfectè, quia adhuc timebant Aegyptios post se venturos: postquam autem transierunt mare rubrum, & viderunt Aegyptios mortuos in littore maris, nunquam amplius timuerunt eos, ideo tunc perfectè ab eis liberati sunt. *Viderunt Aegyptios mortuos super littus maris*. Nam postquam fluctus in se coierunt, & suffocauerunt Aegyptios, ex natura fluctuum maris eiecti sunt ad littora, vbi erant Hebræi.

An transierint Israelitæ directè mare rubrum, scilicet à fronte in frontem, vt communiter dicitur, vel per modum cuiusdam semicirculi.

QVAESTIO. IX.

ET aduertendum, quòd sicut supra tetigimus, non transierunt Hebræi fluctus maris rubri per directam frontem contra orientem, sed intrauerunt per mare, & non transierunt per transuersum, ita, quòd totum brachium maris rubri pertransirent, sed ascenderunt directè per medium aquæ versus partem illam, vnde veniebant aquæ, & cùm pertransissent modicum apud quosdam altissimos scopulos solitudinis Etham, qui erant in littore maris rubri, & impediebant, nè transirent per terram: circumflexi sunt ad idem littus vltra scopulos, & intrauerunt terram. Et aliqualiter conijcitur ex dictis in litera, quia natura maris est mortuos ad propinquiora littora eijcere: propinquiora autem erant littora illa, per quæ intrauerant, quàm ea, quæ erant transuersaliter versus orientem, ideo ad illa eiecti sunt. Item quia illa nox erat parua in qua intrauerunt Iudæi in mare: nam erat minor quam duodecim horarum, cùm esset aliquibus diebus post æquinoctium vernale, quod fit in Martio: nam mensis ille primus, in quo egressi sunt de Aegypto, coincidebat cum Martio nostro, vt declarauimus supra decimosecundo capitulo, & tamen iste transitus per mare rubrum fuit post medietatem illius mensis: nam die decimoquinto mensis illius egressi sunt de Aegypto, vt patet Numeri trigesimotertio capitulo, & transitus maris rubri fuit post per tres, aut quatuor dies ad minus: non poterant ergo transire mare rubrum per transuersum in illa nocte, cùm ibi mare rubrum satis latum est, vt dicitur ab eis, qui illam partem maris in Aegypto viderunt. Fuit autem facta ista transitio maris rubri per modum cuiusdam semicirculi, scilicet quòd extremitas illius lineæ semicircularis esset in parte illa terræ, per quam intrauerunt in mare, & alia extremitas esset in eodem littore interiectis quibusdam scopulis intrantibus mare, & quadam parte aquæ maris. Si autem transiuissent ad littus oppositum, linea transitus esset linea recta, sed non potuit esse, quia in tam paruo tempore non poterant transire tantam latitudinem maris: maximè, quia non inceperunt transire in principio noctis, sed post mediam noctem in tertia vigilia, & transiuerunt ante finem quartæ, scilicet ante auroram. Et patet hoc, quia non intrauerunt Israelitæ in mare, donec ventus flans deficcauit profundum maris: sic namque dicitur in textu, quod filij Israel ambulauerunt per medium sicci maris, idest iam deficcati à vento vrente: sed de isto vento vrente dicitur, quòd flauit tota noctè: non quidem tota noctè, quia non esset verum, vt postea colligitur ex textu, sed maiori parte noctis, scilicet vsque post mediam noctem in tertia vigilia, & tunc Hebræi transierunt: ita, quòd in principio quartæ vigiliæ, quæ est vigilia matutina Aegyptij erant in mari, & Hebræi iam transiuerant. Nam dixit tunc dominus ad Moysen, quòd extenderet manum super mare. Et coniungerentur aquæ, vt supra patet: ergo videtur, quòd ad plus Hebræi morati sunt in transeundo mare rubrum vnam vigiliam noctis, quæ sunt tres horæ, aut minus secundum noctes illius temporis. Tenendo ergo istum modum, qui verus est, debemus dicere, quòd duodecim vię filiorum Israel per mare fuerunt duodecim semicirculi incipientes ab eodem littore, & redeuntes ad idem littus, quorum maiores erant illi, qui magis intrabant ad cor maris. Ad hoc etiam facit, quia præcedenti capitulo, dicitur, quòd Hebræi castrametati fuerant in extremis finibus solitudinis Etham, & deinde euntes ad mare rubrum transierunt illud, & in exitu intrauerunt per solitudinem Etham, & ambulauerunt per eam tribus diebus vsque Mara, vt patet Num. 33. c. Ergo ad illam partem littoris redierunt, à qua exierant. Necessitas autem faciendi istum semicircu-

Pharao secundum Hebræos vltimus suffocatus est.

Rem nouam loquitur auctor cõtra omnes scribentes

lum fuit interpositio scopulorum solitudinis Etham, quæ intercludebat transitum per Terram, cùm illi scopuli prominerent atque intrarent mare rubrum. Figuram autem huius transitus poni non oportet descriptam, quia satis faciliter poterit quilibet imaginari quomodo transierint partem maris rubri non transeundo totum brachium transuersaliter à littore opposito vsque ad littus oppositum, sed redeundo semicirculariter ad idem littus. Nicolaus vero tenet oppositum, scilicet quòd Hebræi transeundo per mare rubrum transierint ad littus oppositum transuersaliter, & dicit idem sentire Iosephum, confirmãs quòd non est verisimile, quòd Deus reduxerit Hebræos ad eãdem terram, de quàm exierant, scilicet ad terram aduersariorum suorum Aegyptiorum. Ad argumentum quod fit de eiectione cadauerum ad littus propinquius secundum naturam maris respõdet, quòd non militat, quia non constat cui littori coniunctiores existerent. Etiam dicit ex intentione Iosephi, quod licèt non deberent Aegyptij mortui appropinquare eidem littori opposito, in quo erant Hebræi: Deus tamen eos illuc appulit ad consolationem Hebræorum, vt viderent Aegyptios mortuos, & eos amplius non timerent. Etiam vt haberent arma, & spolia Aegyptiorum: arma namque singulariter eis necessaria erant, cùm essent aduersus hostes conflicturi: nam immediate vt intrauerunt desertum pertranseuntes paucas mansiones, & venientes in Raphidin pugnauit contra eos Amalech, vt patet infra decimoseptimo capitulo, & postea aliæ gentes, vt patet Numeri decimoquarto, scilicet Amalechites, & Chananæus. Et fuit istud bellum secundo anno egressionis de Aegypto: deinde anno quadragesimo pugnauerunt contra Chananæum regem Arath, & contra Sehon, & Og reges Ammoreorum, vt patet Numeri vigesimoprimo, & Deuter. secundo, & tertio cap. & deinde contra omnes, qui erant in Terra Chanaan, vt patet in Iosue. Ad aliud de eo, quod dicitur Num. trigesimotertio capitulo, quòd Hebræi exeuntes de mari rubro ambulauerũt tribus diebus per desertum Etham, in quo steterunt, & post transitum maris rubri deambulauerunt, non sunt idem: dicit enim quòd post transitum maris rubri non leguntur Hebræi appropinquasse Aegypto. Et confirmat vlterius, quia capitulo sequenti dicitur, quòd cum egressi sunt Hebræi de mari rubro, intrauerunt in desertũ Sur, & non dicit, quòd intrauerunt desertum Etham, & tamen si redijssent ad littus, de quo exiuerant, intrauissent in desertum Etham. Sed dato, quòd Nicolaus, & Iosephus, & aliquis maior eis dicant, quòd Hebræi transierunt transuersaliter mare rubrum ad littus oppositum, tamen non potest stare in veritate, & patet necessario ex hoc. Quia si Hebræi transiuissent ad littus oppositum maris rubri, necesse esset, quòd bis transijssent mare rubrum, sed nullus hoc concedit, nec est concedendum, quia tunc oportuisset fieri aliud miraculum ad transeundum rursus, quod scriptura nullo modo tacuisset. Et hoc quia omnia loca Arabiæ, per quæ transit mare rubrum, & per quæ transierunt Iudæi, tunc temporis habitata non erant: ideo non possent habere puppem, in qua transirent illud. Etiam quia si illud iterum transire debuissent oporteret facere vnam mansionem ibi, quia non poterant ita cito transire per barcham tantę hominum atque pecorũ, & iumentorum copię: immo indigebant pluribus diebus ad transeundum, sed non fit de hoc mentio. Fit tamen mentio de aliquibus vicibus, quibus accedebant apud mare rubrum, magis ergo faceret mentionem si iterum transiuissent. Antecedens patet,

Opinio Nicolai de Lira.

F quia infra fit mentio, quòd steterint ter apud mare rubrum. Primo postquam venerunt in Helim, vbi erant duodecim fontes, & septuaginta palmę, & inde profecti fixerunt tentoria super mare rubrum, vt patet Numeri trigesimotertio capitulo. Secundò venerunt in mare rubrum cùm recesserunt de Cadesbarnæ, vt patet Deuteronomij primo, & secundo capitulis. Nam dicitur in fine primi capitu. Sedistis ergo in Cadesbarnę multo tempore, & sequitur immediatè in principio secundi: Profecti inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, & ista solitudo est Elath apud Asiongaber, vt patet eodem capitulo, cùm dicitur infra. Cunque transiissemus fratres nostros filios Esaù, qui habitabant in Seir per viam G campestrem de Elath, & de Asiongaber. Sed Asiongaber est coniuncta mari rubro, vt patet tertio Regũ, capitulo nono. cùm dicitur: Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est iuxta Ahilan in littore maris rubri in Terra Idumęa. Tertiò steterunt apud mare rubrum, quando locutus fuit eis Moyses vltima verba, scilicet in cãpestribus Moab: sic dicitur Deuteronomij primo capitulo: Hęc verba locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri contra mare rubrum. Consequentia superior patet, scilicet quia si transiuissent Iudæi ad oppositum littus maris, quòd oportebat bis transire mare rubrum. Nam mare rubrum nõ transit per terram promissionis, vt patet in libro de diuisione Terrę San- H ctæ, & ab illis qui totam illam terram ambulauerunt. Patet, etiam quia mare rubrum ponebatur, vt terminus includens totam terram promissionis ab vna parte, ergo non transibat per eam: antecedens patet Exo. vigesimotertio capitulo, cùm dicitur: Ponam autem terminos tuos à mari rubro vsque ad mare palestinorum, nec transit infra terram promissionis contra occidentem, sed transit vltra terram illam ad orientem, quia vt ait Paulus Orosius primo de Ormesta Mundi, capitulo de Asiæ diuisione. Mare rubrum venit de partibus Indiæ, & fluit iuxta latus Meridianum montis Caucasi, apud Aracusiam, Persidem, Mediam, & alias gentes: deinde descendit in Arabiam, deinde in Aegyptum, sed caput Arabiæ per quod intrat mare rubrum magis Orientale est, quàm Terra Chanaan. I Si ergo Hebręi transijssent ad alteram partem eius, necesse erat, vt iterum transirent illud, vt venirent in terram Chanaan. Etiam multum superfluum videbatur, si Hebræi possent vnico transitu parvo maris rubri venire in Terram Chanaan, quòd bis transirent idem mare, & maiori transitu, scilicet à littore in littus oppositum, quæ est magna latitudo aquarum, nec potest aliquid huic rationi responderi. Etiam Nicolaus ad vnam de rationibus, quas ponit in contrarium non respondet, scilicet ad illam, qua arguitur, quòd non potuisent transire tantam magnitudinem, & latitudinem aquarum in pauco tempore, scilicet in vna vigilia noctis. Ad argumentum primum, quando respon- K det de mortuis eiectis ad littus propinquius, dicens, quòd non constabat cui littori magis coniuncti essẽt, scilicet littori, per quod intrauerant, an alteri, ad quod tendebant. Respondetur, quòd patet satis, quòd essent propinquiores littori, per quod intrauerant, quia magna latitudo maris rubri, quæ est in illa parte, per quam transire debebant Iudæi, si ad littus oppositum transijssent erat magna satis, vt patet ab his, qui locum illum inspexerunt. Ad aliam suam responsionem ad hoc argumentum non oportet replicare, quia illa solutio non repugnat huic positioni, immo procedit positis fundamentis huius positionis, scilicet quòd essent propinquiores littori, per

Hebręi ter steterunt apud mare rubrũ.

Mare rubrum non transit per terram promissionis.

Caput maris rubri.

Responsiones Nicolai, non sunt veræ

per quod intrauerunt quam littori, per quod exierunt: siue alteri littori opposito. Ad illud quando dicit, quòd non est verisimile, quòd Deus reduxisset per talem transitum maris rubri Hebræos ad terram hostium suorum, de qua exierant. Dicendum, quòd multum decipitur in hoc Nicolaus: nam desertum Etham, quod erat in eodem littore, per quod intrauerunt Hebræi, non pertinebat ad Terram Aegypti, sed ad Arabiam: nam mare rubrum diuidit Arabiam ab Aegypto à parte Septentrionali, ideo ille sinus maris rubri vocatur sinus Arabicus, vt ait Paulus Orosius primo de Ormesta Mundi, & Historia Scholastica. Patet etiam hoc clarius in libro de diuisione Terræ Sanctæ, qui ponit omnes mansiones filiorum Israel post mare rubrum in Arabiam: transeundo ergo mare rubrum semicirculariter non redibant in Terram aduersariorum, scilicet in Aegyptum, sed in magnas solitudines Arabicas. Ad alterum quando respondet, quòd solitudo Etham, in qua steterunt ante transitum maris rubri, & in qua steterunt post transitum non sunt eadem solitudo. Dicendum, quòd ista responsio non potest stare, nam nunquam recedendum est ab vniuocatione termini, sine necessitate. Nam æquiuocatio dicit pluralitatem. Pluralitas autem nunquam est ponenda, sine necessitate, quia peccatum est per plura facere quod potest per pauca fieri, vt patet octauo Topicorum, in principio: maximè, quia oportet vitare æquiuocationem quantum potuerimus, cùm sit vna de fallacijs, & tollat scientiæ certitudinem. Sed hic non est necessitas ponendi istas duas solitudines Etham, hic nominatas fore diuersas, cum probatum fuerit, quòd ad idem littus redierunt, per quod intrauerant: tunc enim valde conuenit, quòd sit eadem solitudo; nam vt diximus præcedenti capitulo, quando Hebræi recesserunt de extremis finibus solitudinis Etham declinauerunt cõtra meridiem ad Phiahiroth: deinde ascenderunt iuxta mare rubrum apud montes altissimos, & iuga continuata solitudinis Ethã, & cum intrassent in mare, & redijssent ad idem littus per semicirculum, satis probabile videbatur: immo quasi necessarium, quòd redirent ad littus quod esset pars solitudinis Etham: præcipuè cum textus dicat, eos mox vt de mari exierunt, ambulasse tribus diebus per solitudinem Ethã, vt patet Numeri trigesimotertio capitulo. Non enim videtur verisimile, quòd in tã modico spatio quod ambulauissent per mare pertransissent solitudinem Etham, & exeuntes de mari intrassent in aliam. Item quando confirmat, quia post transitum maris rubri non leguntur Aegypto appropinquasse. Respondetur, quòd ista confirmatio peccat, vt supra diximus putando, quòd si redijssent Hebræi ad desertum transeundo mare rubrum semicirculariter, quòd transibant ad Terram Aegypti rursus: sed falsum est, quia desertum Etham, non pertinet ad Aegyptum, sed ad Arabiam, immo ex opposito si Hebræi transijssent ad littus oppositum redijssent ad Aegyptum, quia mare rubrum veniebat ibi per latus Septentrionale Aegypti in Aegyptum, & Arabiam, & ibi incipiebat aliqualiter ingredi in Aegyptum, vt declarauimus supra præcedenti capitulo; ideo si transuersaliter ibi transijssent iuissent ad illam partem, quæ secundum Paulum Orosium vocatur Aegyptus superior. Item quando magis confirmat dicens, quòd infra sequenti capitulo, dicitur quòd immediatè, vt exierunt de mari rubro, ingressi sunt in desertum Sur, & non in desertum Etham: si autem intrassent in desertum Etham redijssent ad Aegyptum: ego miror valde de Nicolao, cùm velit, quòd desertum Sur, & Etham non sint idem: nam litera cogit eum confiteri, etiam si no-

Aequiuocatio in quantum potest eui tanda est cum tollat scientiæ certitudinem.

An desertum Sur, & deserti Ethã sunt idem.

A lit: nam infra decimoquinto capitulo, dicitur. Tulit Moyses filios Israel de mari rubro, & ingressi sunt in desertum Sur, & sic immediatè, vt exierunt de mari rubro intrauerunt desertum Sur, sed Numeri trigesimotertio capitulo, dicitur quòd filij Israel profecti de mari rubro ambulauerũt per solitudinem Etham: ergo est idem desertum necessariò, quia aliàs non potest existere, cùm vtrobique dicatur, quòd egressi de mari rubro intrauerunt solitudinem Etham. Item, & clarius, quia dicitur infra decimoquinto capitulo, ꝙ immediatè, vt exierunt de mari rubro, ambulauerunt per desertum Sur tribus diebus, & Numeri trigesimotertio capitulo, dicitur: quòd ambulauerunt per desertum Etham mox, vt exierunt de mari rubro tri- B bus diebus, ergo erat eadem solitudo. Item quia dicitur infra decimoquinto capitulo, quòd postquam ambulauerunt tribus diebus per desertum Sur, venerunt in Mara. Et Numeri trigesimotertio capitulo, dicitur: quòd post desertum Etham tribus diebus ambulantes per illud venerunt in Mara, nullus ergo potest subterfugere quin solitudo Etham, & desertum Sur sint idem, quod negat Nicolaus. Satis ergo inductum patet ex superioribus, quòd Hebræi transierunt mare rubrum non ad oppositum littus, vt vult Nicolaus, & Iosephus, sed circulariter redeundo ad solitudinem Etham, apud quam stabant antequam intrarent mare rubrum, & ibi introierunt in Arabiam per latus meridianum eius, cùm antea ambulassent per C latus Septentrionale Aegypti., quæ duo latera coniuncta sunt: sicut quando duo homines sunt simul habentes vultus versos ad eandem partem dextra vnius necessariò est apud sinistram alterius. *Et manum magnam quam exercuit Dominus contra eos*. Idest viderunt magnam potentiam, & pœnam duram, quæ infligitur per manum, quæ est maximè operatiua, cùm sit organum organorum, vt patet secundo de Anima: non est sensus, quòd viderunt pœnam duram, vel potestatem magnam Dei, quando viderunt Aegyptios super littus maris, quia pœna à Deo inflicta iam transierat. Sed quòd videndo Aegyptios mortuos cognouerũt quanta fuisset Dei potẽtia, & iustitia in tam duras pœnas tam iustè in tantam multitudinem exer- D cendo. Nam antequam viderent eos in littore maris nesciebant an omnes mortui fuissent, vel aliqui euasissent, vel quid de eis factum esset: postquam autem viderunt omnes eos mortuos in, littore cognouerunt perfectè quanta fuisset potentia Dei. Vel accipitur potentia Dei pro ipsa re, in quam exercetur potentia, vel pœna: sic patet Deuter. 9. cap. cùm dicitur: Peccatum autem vestrum, quod feceratis, idest vitulum arripiens igne combussi, & in frusta comminuens omnemque in puluerem redigens proieci in torrẽtem, qui de monte descendit. Ecce qualiter vocatur hic peccatum non ipsum peccatum, idest actio mala voluntaria, sed ipsum quod per peccatum fit, scilicet ipse vitulus. *Timuitque populus Deum*. Reputans eum E magnum Deum, potentem malum aut bonum inferre, cui voluerit. Et istud est principium cognitionis Dei in imperfectis. Et potest fortè iste timor intelligi de reuerentiali, scilicet quòd videntes experimento tantã eius magnitudinem reueriti sunt ei magis, quàm alicui homini, aut Deo, vel cuicunque alteri rei. Sed valde fuit leuisiste timor, nam paulo post cùm venisset tota multitudo in desertum Sur, murmurauit aduersum Deum pro defectu panis: ideo qñ aliquotiens Hebręi bono spiritu commoti efficiebantur timorati Deo, & reuerentes, Deus dicebat de illis, quòd vellet eos talem habere mentem semper: quasi dicat, quòd pauco tempore illud duraturum erat: sic patet Deut. 5. c. cùm Hebręi audiuissent vocẽ Dei, sitie

angeli clamantis de medio ignis in montem Sinai, & dantem præcepta timuerunt laudantes Deum, quòd eis locutus fuisset, & tamen non fuissent mortui, & dixerunt Moysi: tu magis accede, & audi cuncta, quæ dixerit dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea; & tunc subiungitur quod cùm audisset dominus, ait; audiui vocem verborum populi huius, quæ locuti sunt, bene omnia locuti sunt: quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? *Et crediderunt Domino,*

QVAESTIO. X.

Credere tripliciter sumitur.

DISTINGVITVR communiter credere tripliciter, scilicet credere Deum, credere Deo, credere in Deum. Primum, scilicet credere Deum commune est apud omnes, quia etiam Gentiles crediderunt Deum, idest crediderunt Deum esse, & non loquitur de idiotis, qui Venerem, Martem, cœteramq; farraginem selectorum deorum, semideorum, ac plebeiorum, viliumq;, quos Ouidius Metamorphoseos libro primo rustica numina vocat, Deos vocant: sed de Phylosophis eorum, qui naturaliter deum cognouerunt: nam quod notum est Dei, manifestũ est illis: vt patet ad Rom. 1. cap. & subditur, qui cùm deum cognouissent, non vt deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & putantes se sapientes, stulti facti sunt. Et quantum ad hoc nullus est, qui deũ non credat, quia omnes tenent deum esse: nisi sit aliquis insipientissimus, qui deum esse neget: sicut fuit bestialis ille, de quo dicitur Psal. 13. & 52. Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Epicurus enim huic insipienti similis fuit, quia deos esse negauit, vt ait Augustin. 19. de ciuitate Dei cap. 1. non quidem fuit insipiens negando deos, quia fides Catholica deos negat; cùm dicatur Deuter. 6. cap. audi Israel dominus deus tuus vnus est: sed quia negauit multos deos, & etiam vnum deum: sic etiam Diagoras Phylosophus Deos esse in dubium reuocauit: Prothagoras autem nullo modo esse contendit, vt ait Lactantius de natura Deorum lib. 1. cap. 1. Et hoc meriti nullius est, quia naturaliter cognoscitur, vt patet ad Romanos primo, sed ea, quæ naturaliter constant, meritum nullum habent: nam vt ait Gregorius, fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Secundum est credere deo, & hoc est credere verbis eius. Et sic dicitur hic, quòd crediderunt Deo, idest quòd crediderunt verba dei esse vera. Nam ante deus eis dixerat, q̃ eos de Aegypto erepturus esset: ante tamen quàm Pharao, & exercitus suus morerentur in mari rubro, nondum erant certificati, q̃ deus eos eriperet, cùm autem occidit Aegyptios, crediderunt firmiter verbis domini, scilicet se esse ab Aegyptijs liberatos. Et in hoc non est differẽtia quantum ad deũ, & homines, quia sicut deo credimus, ita hominibus credimꝰ, & sic patet in litera, cùm dicitur, crediderunt deo, & Moysi seruo eius. In credendo autem deo vtrum sit meritum, aut non, distinguendum est, quia aut deus dicit talia, q̃ ratione naturali constare possunt, & tunc credere ei meritum non est, quia tunc non credimus ei, quia ipse est, scilicet propter suam dignitatem, & auctoritatem: sed propter rationis firmitatem. Si autem illa quę deus dicit, excedant conditionem humanam, & cognitionem, credere ei meritorum est: & sic dicitur Gen. 15. cap. credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: & sic patet ad Rom. 4. Et hoc erat, quia dictum fuerat Abrahæ, quòd futurus esset pater multarum gentium: hoc tamen repugnabat statui Abrahæ secundum naturam de tali muliere gignere quæ sterilis erat: sic enim dicitur ad Ro. 4. cap. qui citra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quòd dictum est ei sic. Erit semen tuum sicut arena maris, & non infirmatus est fide, nec consideranit corpus suum emortuum, cùm ferè centum esset annorũ, & emortuam vuluam Sarę: in repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed cõfortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quecunque promisit potens est facere: ideo reputatum ẽ ei ad iustitiam. Apostolus etiam iterum ad Hebr. 11. cap. laudat multos placuisse deo, quia crediderunt verbis eius, quæ erant supra hominis cognitionem: dicit enim de Abrahã, & Sara: Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus esset in hæreditatem, & exiuit nesciẽs quò iret. Fide enim demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex est deus. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quia fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. Et subditur in eadem litera meritum fidei, cùm dicitur: Propter hoc ab vno orti sunt, & hoc emortuo, tanquam sidera cœli in multitudine, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis. Tertium est credere in deum, & istud est fides propriè, quia symbolum non dicit credo deum, nec credo deo, sed credo in deum. Hoc autem maximum est, & ad nullum pertinet, nisi ad deum, scilicet quòd in nullam aliam rem credere debemus, quàm in deum. Est enim credere in deum, intellectu, & voluntate totaliter deo inhærere, non quidem per amorem, quia hoc pertinet ad charitatem, sed fide, scilicet quòd voluntas nostra velit, & mandet intellectui nostro assentire omnibus, quæ deus dicit, qualiacunque, aut quantacunque illa sint, & mandet assentire omnibus illis, quæ à catholicis de deo dicuntur quantuncunque difficilia sint, & quòd ipse intellectus assentiat omnibus illis, non quia illa intelligat, quia rationem nostram effugiunt, sed quia propter Dei amorem illis assentimus. Et ista vocatur captiuatio intellectus nostri in obsequium Christi, vt dicitur ad Corinth. 2. cap. 10. Et in hoc consistit propriè ratio fidei, cùm omnia ista credimus, & deum potentem ad hæc, & bonum existimamus, vt totam mentem firmissimè in eo nullo existẽte scrupulo ponamus. Hinc autem Hebræi non dicuntur credidisse in Deum, sed credidisse deo, & Moysi seruo eius, quia ipse Moyses prędixerat eis ista verba ex parte Dei, ideo sicut non crediderant deo firmiter donec ista, quæ dicta fuerant, rebus ipsis comprobata sunt: ita non crediderant Moysi Prophetæ eius, tunc autem vtrique crediderunt.

Qui Deũ negarunt, aut esse ne in dubium reuocarunt.

Credere Deo quandoque meritoriũ est quãdoque non.

Credere in Deũ est fides propria.

Cronica, & annotationes temporum incidentales omnium regnorum, & notabilium gestorum, quæ apud Gentiles contingerunt à tempore quo Iudæi descenderunt in Aegyptum vsque nunc.

QVAESTIO. XI.

CRONICA temporum, à qua à principio libri vsque nunc cessaueramus, quia nullam relatu dignam interposita tempora habent historiam, nunc interserenda breuiter, vt consueuimus, videbuntur. Anno octingentesimo decimo ante vrbem conditam, qui est annus millesimus quingentesimus, quinquagesimus ante Christum natum Amphitõ tertius rex Atheniensium, quorum primus Cecrops fuerat regnauit Athenis, cuius temporibus aquarum vehementissima inundatio magnam partem populorum Thessaliæ

De regno Amphitonis tertij regis Atheniensium

Thessaliæ consumpsit: paucis per quædam montium latibula atque refugia liberatis: maximè in circuitu Parnasi montis. Circa quem Deucalion tunc regno potiebatur, qui ad se confugientes in ratibus per duo capita Parnasi montis fouit, donec cessaret illuuies. Ideo Poetæ ab eo ferunt genus humanum reparatũ, cuius modum ponit Ouidius Meta. libro primo per oracula, & responsionem deæ Themis. Nam cum duo soli, scilicet Deucalion, & Pyrrha, vt idem Ouidius ait, illum diluuium euasissent, conspicientes gen' humanum funditus deletum in aquis diluuij periisse, in hoc modo deplanxerunt, cum primo Deucalion Pyrrhæ in hęc verba affatus est.

Deucalion lachrimis ita Pyrrham affatur obortis.
O soror, ò coniux, ò fæmina sola superstes.
Quam commune genus mihi, & patruelis origo,
Deinde thorus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt.
Terrarum quascunque videt Occasus, & Ortus.
Nos duo turba sumus, possedit cętera pontus.

Hoc autem planctu finito consilium inierunt quomodo lapso iam orbi succurrendum foret: petiuerũt que templa deæ Themis, cuius inter cæteros Deos responsa certiora erant, licèt ambigua, quæ consulta respondit in hæc verba.

Discedite templo,
Et velate caput; cinctasque resoluite vestes.
Ossaque post tergum magnæ iactate parentis.

Quibus auditis Pyrrha tanquam detestabile, infandumque abhominata dictum, scilicet ossa matris suæ tangere, rogauit ab ea Themi, vt eis veniam concederet, nam talibus monitis assentire non intendebat. Deucalion autem paulisper recogitans ambiguum dictum deæ latere volentis sic interpretatus est, scilicet per magnam matrem terrã intelligi, quæ omnia gignat: ossa autem eius durissimas partes, scilicet lapides esse: cui sentẽtiæ cum vterque fauisset, lapides post terga iecerunt: & in homines fuisse conuersos, pulchrè, atq; artificiosè valde idem Ouidius licentia Poetica fabulatur. Eo tempore pestes plurimas morbosque grauissimos in Aetiopia penè vsque ad eius desolationem percrebuisse Plato testatus est in libro primo, qui dicitur Thymeus. Eo tempore Dionysius filius Semeles oriundus de ciuitate Thebana, qui Bachus, aut Liber pater dictus est, & inter Deos habitus, Indiam cum exercitu magno petijt, atque domuit: cędibus repleuit, sanguine madefecit, libidinibus polluit. Indorum autem gens vsque tunc temporis nulli hominum obnoxia erat, seruili pace contenta, quæ quanto magis innocẽter viuendo à cruentis bellis abstinuerat, tanto facilius bello inepta non magnis laboribus capta est. De his Paulus Orosius primo lib. de Ormesta mundi: de Bacho autẽ Seneca in tragedia quinta, quæ dicitur Oedippus carmine primo, & Ouidius in libro heroidum, qui dicitur liber Epistolarum, in Epistola Adrianæ ad Theseum, quæ incipit. Mitius inueni quàm te genus omne ferarum. Et Gualterus Alexandreidis libro primo. Et Ouidius Metamorp. libro tertio. Hæc autem omnia annis quinque antequam plagæ Aegyptijs infligerentur gesta sunt. De plagis autem illatis Aegyptijs auctores Gentilium longe aliter fabulantur quàm sacræ scripturæ veritas asseueret. Fuerunt autẽ inflictę anno octingẽtesimo quinto ante vrbem conditam, qui est annus millesimus quingentesimus quadragesimus septimus ante Christum natum. Pompeius Trogus apud Gentiles cronographorum temporum capacissimꝰ, & suus abbreuiator Iustinus dicunt, quòd Aegyptij cum scabiem, & vitiligenẽ paterentur, responso accepto à dijs suis Moysen de Genere Hebræorum cum cęteris ęgris atque labe tabefactis à terminis Aegypti expulerunt:

De peste grauissima Aethiopiæ.

De Dionysio filio Semeles quẽ Bachũ Gẽtilitas finxit.

Quo tempore plagę Aegyptijs inflictę sint.

A Moyses autem dux Exulũ factus, furtim abstulit Deos Aegyptiorum, quos cùm Aegyptij parato bello armis repeterent, magnis aquarum, cęterarumque importunitatum correpti tempestatibus in domum redire compulsi sunt. Cornelius etiam antiquus cronographus de eadem re sic ait. Plures auctores in hoc consentiunt, quòd Bochorus rex Aegypti cùm Aegyptiorũ corpora dira tabe fędari videret, Amonem Deũ magnum idest Iouem consuluit, qui respondit ad Aegypti purgationem necesse esse vt Hebręi, qui dijs odiosi valde sunt, ab Aegypto expellerentur. Cùm ergo Hebræorum populus in varijs locis collectus esset, alijque mandatum regis reueriti dolentesque, quòd ab Aegypto pellerentur per lachymas torpescerent,
B Moyses vnus de exulibus admonuit cæteros, ne aliquam hominum aut Deorum opem expectarent: sed sibimet, vt duci celesti crederent, cuius auxilio presentes miserias euasissent. Ecce enim quantum varia quantumque distorta isti de Moyse proferũt testimonia, quòd satis ex inuidia factum constat, vt Dei laudes, qui in Aegyptijs, atque dijs eorum admiranda iudicia egerat, tacerentur. In contrarium tamen visũ est, quòd totus mundus sacræ veritati consentiens, eo rum arguit, atq; irridet inuidiam: de his Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. Magnum autẽ diuinæ punitionis monimentum, atq; recordatio posteris magna documenta daturũ: vsque hodie restat: nam cùm Aegyptij in curribus, & equis Hebræos per
C mare rubrum persecuti essent, rotarum signa quæ viuis arenis impressa sunt vsque hodie perseuerãt, ita vt si rotarum orbita eadem die illa vestigia impressisset. Et si forte contingat ventis impellentibus arenarum aggeribus signa illa occultari, mox diuina prouidẽtia ad ętatum pristinum reducuntur, vt si diuina miracula homines spiritu inuidiæ concitati tacuerint, ipsa per se terra exclamet. Sic enim respondit Christus Pharisęis quibusdam, qui sub honestatis imagine Christi laudes subticeri volebant, cùm dixerunt: magister increpa discipulos tuos, quibus ipse ait: Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt, vt patet Luc. 19. ca. Eo tempore grauissimus calor per totum orbem sole faciente incanduit, vt sol per deuia cursus sui variando
D transiectus, terram non plus solito calore affecisse, sed igne combusisse videretur: tunc enim Aetiopes plus solito incandescentem æstum, qui ad meridiem habitant, & Scytæ, qui ad Septentrionem commorantes ardorem acriorem hactenus inexpertum tunc nouiter expellentes tolerare non potuerint. Ex hoc autẽ poetarum licentia, quæ diuinam prouidentiam igno rat ad Phętontis fabulam aditum adinuenit, quàm latè Ouidius tractat Met. libro secundo in principio. Aliquanto tempore ante illationem plagarum in Aegyptios, quidam de Aegyptijs timentes Aegyptum à sedibus suis turbari, in alias terras recesserunt. De quibus fuit vnus Cecrops, qui in Græciam profectus vrbem construxit in littore maris, quam Actem vocauit, postea autem Athenæ dicta est, de cuius nominatione magis infra dicetur: hanc quidam Græcorum Daydas vocant siue Diadas, alij autẽ Ortomenam vocauerunt. Cecrops autẽ Aegyptiaco idiomate, Differs dicitur, quod in latino bihomo, vel bicorporis dicitur propter staturæ proceritatẽ, & virium immensitatem, vel propter peritiam vsumque linguæ tã Aegyptiæ, quàm Græcæ. Eo tempore Dionysius, qui & Bachus dicitur ab India nuper subacta reuersus Argos Grecię ciuitatem opulentissimam in Achaia prouincia condidit. Et primus Grecis vineæ vsum dedit, ideo Bachus dictus est, idest vinum, & ei matronæ Bachanalia, vel Argia festa celebrant. In quibus quasi vino temulentæ furiunt: de quibus Ouidius Meta. lib. tertio,

Magnum miraculũ

Vnde Phętontis fabula ortũ habuit.

Cecrops Aegyptius Athenarũ conditor.

tio, & in libris fastorum, & alibi in Lucano, & alijs sæpe. Per idem tempus, vt quidam ferunt Erictonius currum: & Troylus primus quadrigam iunxisse ferũtur. Sed falsum est, quia isti fuerunt in Troia, quæ nõdum condita fuerat. Aegyptus, quæ Hebraicè ab antiquo Mestraim, aut Nuzrain dicebatur: deinde Aetica nuncupata, ad vltimũ paulopost tempore ab Aegypto rege submerso Aegyptus dicta est. Eo tempore Lacedemon Semeles Thebanæ filius Lacedemoniam vrbem condidit: deinde paulopost dum filij Israel castrametarentur in deserto Curetes, & Coribantes armorum imitantes strepitum medullatam saltationem, & artem tripudij inuenerunt, de hoc Ouidi' Fastorum libro quarto sic ait.

De Aegypti nomine.

Lacedemõ. conditor Lacedemoniæ.

Pars clipeos manibus, pars galeas tenet inanes.
Hoc Curetes habet, hoc Coribantes opus.

Isidorus tamen Etimo. 19. ludos à Lydis hominibus, qui de Lydia Asię prouincia in Italiam aduentarunt, inuentos esse confirmat. Hoc etiam aliqualiter innuit Ouidius in lib. primo de arte amandi. Aanno ante vrbem conditã septingẽtesimo septuagesimo quinto, qui fuit millesimus quingentesimus decimus septimus: & fuit tricesimus postquam Hebræi de Aegypto exeuntes solitudinem intrauerant, in qua tunc permanebant, Danaus, & Aegyptus fratres duo, quorum Danaus quinquaginta filias, Aegyptus autẽ quinquaginta filios habebant eos mutuo matrimoniali fœdere coniunxerunt: hæc autem dolositate Danai gesta sunt, vt fratrem suum Aegyptum hac occasione regno priuaret. Aegyptus namque vir potens Aegyptiacæ terræ, quæ ab eo nouiter nomẽ acceperat, rex erat: quem Danaus valde timebat, cum quinquaginta filios haberet: filias suas ergo eis tradidit, vt eos per matrimonij fœdera trucidaret omnes: namque vna die fratres omnes sorores, quæ eorum patrueles erant, ad nuptias acceperant; pater autem Danaus cuilibet filiarũ suarũ districtè mandauerat, vt cũ spõsum suũ ad se ĩ cubiculũ recipere deberet, taliter se habere, vt aliqui ministri Danai latenter thalamum intrantes sponsum occiderent. Quod vt Danaus molitus fuerat satis faciliter patratum est, cùm inter consanguineos nullę tales præsumerentur aut cauerentur insidiæ: omnes ergo illi quinquaginta filij Aegypti regis falsarum nuptiarum decepti imagine sub vna nocte trucidati sunt. Excepto vno, qui beneficio vni' de filiab' Danai reuelato secreto inter media pericula p latebras noctis aufugit: de quibus Ouidius in libro Episto. Epistola, quæ incipit. Mittit Hypermestra. Tandem Agyptus rex tanta tamq; repentina filiorum clade consternatus in Aegypti flumine mersus est. Danaus autem frater eius tot scelerum machinator regno quod tot flagitijs acquisierat expulsus Greciam adit, ad ciuitatem Argos, vbi tunc Steleneus regnabat, qui eum profugum & egentem in regno suscepit. Sed tandem innata proditione Argoliços ciues dulciter persuadens in facinus Steleneum regem expulit, atque ipse regnauit, de hoc Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. Ante hæc tempora Inachus Argolicorum rex sceptrum Achaiæ tenuit, cuius filia Isis fuit, quæ alio nomine dicitur Io: cuius mutationem fabulosam in bouem Ouidius describit Meta. libro secundo. De quo iam Gen. 38. cap. diximus. Ante hęc tempora Iupiter, quẽ Gentilitas deum fuisse mẽtitur: cùm homo fuerit regnãs in Creta Græciæ prouincia, in qua sepulchrũ eius quasi vsque ad tempora Christi permansit, vt tangit Lactantius de natura deorum libro primo, Europam Agenoris regis filiam de Tyro ciuitate Fœniciæ apud Ierusalem rapuit, quia per mare innaui cuius insigne Taurus erat aduexerat, à Poetis in figuram Tauri candidi Iupiter mutatus dicitur; atque eam per vasta equora super dorsum tremulam vectauisse: de quibus Ouidius Metamor. libro secundo in fine, & in principio tertij. Ante tempora exitus Hebręorum de Aegypto, Cadmus Thebas Græcorum condidit, & gentis suæ postea infortunia multa secuta sunt. Per idem ẽt tempus Narcissi fabula conficta est, qui puer pulcherrimus dicebatur, quã aliqui veritatem historicam volunt, licèt aliqua poetica intermixta, quod rationi absonum non est. De his Ouidius Metamorpho. libro tertio. Eodem quasi tempore Pyrami, & Tisbe Babilonicorum iuuenum tenerè se vsque ad vtriusq; amorosam internionem amantiũ historia fuit, de qua Ouidius Metamorpho. lib. quarto. Eo tempore fabula de mutatione mori albi in nigrum colorem: & Leucotea Phebi amasiæ in virgam turis: & Licię Orcamij filiæ in eliotropium herbam, siue solisequium, & Daphnidis in saxum: Scitonis de viro in fęminam: Croci pueri in florem sui nominis: Salinatis pueri in florem; Hermafroditi in semiuirum: Mineidarum thebanarum in vespertiliones: Cadmi, & vxoris suæ in serpentes; Athlantis in montẽ: Coraliorum virgarũ in lapides rubros, de quibus Ouidius Metamor. libro quarto. Eo tempore Perseus Iouis & Daphnes filius, qui Argolicus natione erat, trãsiuit in Asiã apud montem Caucasum, ibique barbaram gentem diuturno, grauique bello perdomuit: cui postea victor nomen dedit, eam Persidem à nomine suo vocans: vt ait Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. Dum autem Perseus victor rediret Andromedam in Iopen oppido beluæ deuorandam expositam pugnãs cum belua eripuit, vt ait Ouidius Metamor. libro quarto. Licèt ipse velut huius dicti immemor in libro primo de arte amandi dixerit eam arreptam fuisse à belua in terra Indorum; sic enim ait.

Danaõ Aegypti frater quinquaginta filias habuit.

Aegyptus rex Aegypti quinquaginta filios.

Aegypti mors, & danai fuga.

De Ioue quem gentili Deum fingunt.

Cadmus Thebarũ conditor.

Nota tempus quo transmutationes Ouidianæ fuerunt.

Andromedam nigris Perseus portauit ab Indis.

Hoc autem licèt aliqui inter historias, & fabulas distinguere nęscientes fabulosum esse testentur, veritas historica est, vt declarat Solinus in Polistor. capitul. de regione estiatiue, & Iope oppido, cum dicit: id oppidũ saxum ostentat, quod vinculorum Andromedæ vestigia adhuc retinet, quàm expositam beluæ non irritus rumor circum tulit: nam illius beluæ ossa quidam Romanus ædilis nomine Scaurus tempore ædilitatis suæ Romę publicauit: annalibus enim Romanorum cõprehensum est; ossa costarum illius beluę quadraginta pedum in longitudine fuisse. Eo tempore Tantalus Ganimedem Trois Dardanorum, siue Troianorũ regis filium ad abutendum rapuit: quem poetę do Iouem deuenisse vt eo abuteretur, testantur. Propter hunc autem puerum raptum graue bellũ inter vtrunque regem, scilicet Troem, & Tantalum gestum est, vt Sophocles poeta confirmat. Iste tantalus filium Pelopem coxisse dicitur, & dijs in epulas ministrasse, quapropter eum dij in inferno diris penis alligauerunt, scilicet vt pendentia poma cum labijs esurienti applicẽtur; si degustare voluerit, protinus effugiant, idem de aquis, cum sub inferiori labio coniungantur, sed si eas delibare voluerit, confestim relabuntur. de his Seneca secunda Tragedia, quę dicitur Thiestes carmine primo: & Ouidius Meta. libro quarto. Hoc tamen fabulosum est, cùm postea ab ipsis etiam poetis referatur miseratione Deorum vixisse compactis membris in vnum, quę Tantalus dissecuerat: & quia pars lateris defuit dij lapidem album marmoreum, cęterę carni conformatum in magnitudine, & figura posuerunt. Etiam quia posteritas filiorum ab eo postea descẽdit, cum auus maternus Hercules dicatur, & multa atque dura bella inter ipsum, & Dardanum regem postea gesta sunt, de quibus Paulus Orosius vbi supra. Parum post hoc Pandion rex Atenienśium in bello grauatus barba-

Narratio de Perseo, & Andromeda Historia est.

De Ganimede a Tãtalo rapto.

De pãdione rege Athen. etiũ.

barbarorum à Tereo Thraciano auxilia suscipiens ei filiam suam Prognem tradidit, qui postea Philomenam Prognes sororẽ stuprauit lingua abscisa ne quicquam loqui valeret: cognito tandem Progne dissimula uit huius facti dolorem, donec sororem ad domum reuexit, & Itin filium suum huius doloris solamen patri Tereo epulandum dederunt: ex quo fabula de cõuersione Philomene, & Progne ĩ aues ortum habuit, de quibus Ouidius Meta. libro sexto. Eo tempore Atreus Thyestem fratrem exosus, quia vxorem eius cognouerat, atque ex ea prolem genuerat, filios trucidãs ei igni affatos in cibum dedit, & sanguinem ebibendum: quod infęlix Thyestes falsi honoris deceptus imagine, non cognouit quousque negocium patratũ est. Quo facto eclipsis solis accidit, quam rudes tunc populi ad defendum orbem ob immanitatem dicti facinoris à Deo fieri putauerunt. De his Seneca late tragedia secunda, quæ dicitur Thyestes. Sed istud factũ, & cętera quæ sequuntur, licèt à quibusdã nescientib' concordare historias Gẽtilium temporibus sacrę scripturæ, videatur contigisse simul cum superioribus, tamen ad tempora Iudicum multo post pertinet, sicut in libro Iudicum latius disseretur. Eo tempore Oedippus, Lai regis filius, & Iocastæ reginę Thebarum à patre expositus est in monte Atheron transfixo ferro per plantas pedum, vt moreretur, aut saltem cognosceretur, qui transiens ad Polibium regem Athenienśiũ, & Meropem ductus à quodam pastore, qui eum in monte inuenerat, paruulus à regina Merope assumpt', qua quia nõ pareret illum se peperisse mentita est. Sic enim rex Polibius, sic omnes Athenarum, totiusque regni turba credidit: postea cum vir effectus esset, seque Athenienśium regis filium arbitraretur, bello cõtra Thebanos commisso Oedippus Laium Thebanorum regem, qui pater suus erat, cùm paucis ignorãter occidit, tandem regno potitus Iocastam reginã Thebanorum regis Lai vxorem, quæ mater sua erat in vxorem accepit: & ex ea duos filios, scilicet Etheoclem, & Polinicem vnico conceptu genuit. Deinde cum magna strages in regno Thebano ex aeris corruptione euenisset, inquisitis dijs, responsum est ob regis facinora, qui patrem occidisset, matremq; stuprasset, & ex ea genuisset, hæc aduersa contingisse. Huius autẽ rei facta diligenti inquisitione atque sufficienti probatione Oedippus sibi oculos manibus eruit, & infęlicẽ vitam egit dirigente eum quocunque iret Antigona filia eius. Quo excęcato duo filij eius Etheocles, & Polinices, quia gemelli erant vno partu effusi, de regnando sic inter se conuenerunt, vt vnus vno anno, & alius alio sceptrum Thebanum haberet, quod cùm sorte Etheocli prio anno aduenisset, secũdo anno sceptrum dimittere admonitus recusauit, ideo Polinices gentes multas contra eũm in bellum mouit: vtrinque autem crudeliter pugnatum est: quo bello totius Europę vires coniunctę mutuis vulneribus profligatæ sunt. Et ad vltimum ipsi duo fratres prouocati ad singulare certamen mutuis vulneribus concidere. De quibus latissimè Statius in Thebaide, qui hanc historiam solam metricè descripsit. Et Seneca in tragedia tertia quæ dicitur Thebais per totũ, & in quinta, quæ dicitur Oedippus. Eo tempore Medea filia regis Oethæ, in insula Colchos fuit, quæ Iasonem de Grecia venientem ad regnum patris sui, vt vellus aureum acciperet, ardentissimo amore dilexit, immo stulto amore insaniuit, viam namque ei tribuit qualiter totum regis Thesaurum acciperet, quod poetæ aureum vellus vocant, quod difficile satis fuit. Prius tamen fide interposita, vt eam Iason in vxorem acciperet, nec vllo tempore repudiaret: in exitu autem de terra Colchos Medea cum Iasone per mare ventura erat: & quia scie bat patrem suum Oethem Thesauri ablatione commotum eam Iasonemq; insecuturum, fratrem suum paruulum arripuit, quem in itinere occidit atque laniauit per varias agrorum partes spargendo: vt dum pater eam insequeretur, dilectissimi filij sui inuẽtis artubus dolore commotus in deplorando, & colligẽdo moraretur: ne eos celerius valeret comprehendere, quod sic gestum est. Tandem Medea duos paruulos ex Iasone suscepit: dum autem in Grecia essent Creõ rex Thessaliæ induxit Iasonem, & penè coegit, vt filiã suam Creusam duceret in vxorem mandans Medeæ, vt a regno suo recederet, quo dolore Medea vehemẽter stimulata est: & sicut ante insanè dilexerat, ita nũc immoderato odio in Iasonem concitata est. Nam cũ aliter de Iasone vindictam sumere non posset, & de Creonte, atque Creusa, in ipso die, quo exul terram deserere debebat, chlamydem pręciosam varijs intinxit venenis (in maleficiorum arte vehementer edocta) quam Creusę filiæ regis Creontis, quam tunc Iason ducturus erat, per filios suos paruulos misit, quæ cùm à Creusa diligenter attractaretur, ignis de ipsa succensus est, qui Creusam, & Creontem regem, cum regio palatio exussit. His autem nondum Medeæ furor satiatus, cùm à Iasone ad pęnam quæreretur, duos filios suos & Iasonis, eo vidente, trucidauit: vt qui promissi fractor extiterat, tali cruciatu puniretur: quæ postea confugiens in regnũ Athenarum, ab Aegeo rege Thesei patre in vxore suscepta est, de quibus Ouidius Metamor. libro septimo. Et Seneca in Tragędia septima, quę intitulatur Medea: & Paulus Orosius primo lib. de Ormesta mundi. Sed hoc factum est superius: de Oedippo non conueniũt huic tempori, sed tẽporibus Iudicum, vt in eodem libro veris rationibus comprobabitur. Eductio autem filiorum Israel de Aegypto, vt vult August. 18. de Ciuitate Dei. 8. cap. fuit regnante Cycrope apud Athenas. *Licèt alij tertium regem Athenienśem tunc fuisse velint.* Multi enim tunc de Gentiliũ regibus in Grecia, & paulo ante ad Deos translati crediti sunt, cęca & vana superstitione Gentilium, in quibus fuit Melatonicę Criasi regis coniunx, & Forbat filius eorum, qui post patrem suum Criasium Argiuorum rex sextus fuit, & octauus rex Argiuorum, scilicet Lasus filius Triope regis. Et rex nonus Steleneus siue Stelenas. Vt quidam scribunt eo tempore, vt vulgatiores fabulæ ferunt, Mercurius ex Ioue & Maia Athlantis filia floruit in multis artibus clarus. Hoc ẽt tempore quidam Herculem fuisse scribunt: sed vt veritas se habet magis pertinet ad tempora posteriora, cùm ipse tempore belli primi Troiani contra Laumedontem pugnauerit factus socius Iasonis, & Thelamonis, vt historicorum antiquorum probat auctoritas. Ciuitas ergo Athenienśis, quæ his ferè temporibus cõdita est: vt supra declaratum est, à Cycrope rege hoc nomen accepit: habens ortum à Minerua, quæ alio nomine Palas, aut Tritonia virgo dicitur. Minerua namque Græcè Athena dicitur: cuius causam Marc' Varro in libris historicis suis sic assignat. In ciuitate Athenienśi cum repente oliua visa esset, quę aliàs visa non fuerat, & aqua in quodam alio loco erupisset, Cycropem regem prodigia ista mouerunt: misit ergo ad Apolinem Delphicum cõsulturus, quid nam hęc sibi vellent: Apollo autem respondit, oliuam signare Mineruam, aquam vero Neptunum. Et in potestate esse ciuium ex cuius noĩe illorũ duorũ, Deorũ illa ciuitas vocaretur. Quo audito Cycrops vniuersos ciues in concilium aduocauit. Moris namque tunc erat, vt tam viri quàm fęminę publicis consultationibus interessent, receptis ergo in commune vocibus, mares pro Neptuno, fęminę pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus fęminarum, quàm virorũ fuit, Minerua

Vnde fabula de pgne & Philomena orũ habuit.

Oedippus

DeMedea

Eductio filiorum Israel de Aegypto quando facta.

De Mercurio.

De impositione nominis Atenarum.

F Minerua in causa obtinuit. Tunc Neptunus vehemẽter iratus aquis marinis insolitè intumescẽtibus Atheniensium terram depopulatus est;: non est enim dęmonibus difficile quaslibet aquas latius spargere. Vt autem ira Neptuni placaretur, triplici supplicio fæminæ, quæ pro Minerua sententias tulerant affectę sunt. Primum vt nulla deinceps fęmina publicis cõsultationibus interesset, aut votum eius ibidem susciperetur: secundum vt nullus nascentium materno nomine cẽseretur: tertium nequis eas Athenas vocaret. Itaque illa ciuitas mater, & nutrix liberalium artium, doctrinarumque, ac tãtorum Philosophorum, qua nihil habuit Græcia clarius, ludificantibus dæmonibus de lite Deorum suorum maris, & feminæ, nomen accepit. De his Augustin. de Ciuitate Dei libro 18. cap. 8. & 9. Ouidius autem Metam. libro sexto, aliter causam assignat, scilicet quòd dij duodecim in ciuitate Atheniensi ad iudicandum sederunt, inter quos pręcipuus erat, & medius Iuppiter, coram quibus dum Neptunus, & Minerua de impositione nominis in ciuitate illa contenderent: sententia Deorum decretum est: vt quilibet eorum ageret aliquid, in quo suam potentiam demonstraret, quo viso ipsi iudicarent, cui potius nomen imponendum pertineret. Neptunus autẽ longo tridente, quo aquas pelagi mitigare dicitur, saxum percussit, ex quo protinus ferus homo armatus exiuit. Minerua autem terram hasta sua leuiter quatiens, ederam cum baccis, & oliuam exilire fecit: quo dij admirati victoriam Mineruæ tribuerunt.

Quod fabulæ de impositione nominis Athenarum dicant.

Hoc tamen fabulosum esse dubium non est, quia nec duodecim dij ad iudicandum sedere potuerunt, nec eis iudicantibus Minerua, & Neptunus litigare. Aliud autem primum, secundum positionem Marci Varronis, satis verisimile est, quia Apollinem Delphicum respõsa quęrentibus dare, incertum non est: nam Lucanus libro tertio de bello plusquam ciuili refert, quendam Romanum de statu illius belli illuc ad consulendum accessisse, dubiaque portasse responsa. Paulus Orosius sexto libro de Ormesta mundi, & Augustinus de Ciuitate Dei capitulo decimoseptimo, libri tertij scribunt, etiam Pirrum regem Epirotarum, qui pro Tarentinis contra Romanos bellum assumpserat, Apollinem Delphicum consuluisse, cuius responso, vt solebat ambiguo deceptus, à Romanis victus est. Titus Liuius etiam sępe scribit Romanos Apollinem adijsse cum aliqua grauia emergebant: sicut cum pro Beri cinthia matre deorum ad Ideum montem Phrygiæ apud Troiam eundem fuit.

De busiride tyrãno.

Dum filij Israel manerẽt in deserto paulo antequam intrarent in terram promissionis, Busiris tirannus crudelissimus in Aegypto fuit: licèt eum tempore Iosue quidam fuisse asseuerent: qui crudeli hospitalitati assuetus hospites suos per intempestam noctem clandestinè occidebat, & dijs scelerum suorum fautoribus eorum sanguinẽ offerrebat: quem postea Hercules hospitio susceptus versa vice domuit, & necauit, vt ait Paulus Orosius primo de Ormesta mundi: & Ouidius Metamor. lib. septimo. Et Boetius de consolationibus libro tertio, prosa sexta, sic ait: Busiridem accepimus necare hospites solitum ab Hercule hospite fuisse mactatũ. De historicis ergo interpositionibus vsque ad librum Iosue subticendum erit, quia vsque illuc dictum est, & aliqua hic secundum intentionem aliorum inserta sunt, quæ ad librum Iosue, & Iudicum pertinẽt, cum eo tempore gesta sunt.

CAPITVLVM XV.

Infra eodem. Cantauit dño Moyses canticum. psal. 130.

TVNC cecinit Moyses, & filij Israel: carmen hoc domino, & dixerunt: Cantemus domino: gloriosè enim magnificatus est: equum, & ascẽsorem deiecit in
G mare. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator: omnipotens nomen eius currus Pharaonis, & exercitũ eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari Rubro, abyssi operuerunt eos, descẽderunt in profundum quasi lapis. Dex-
H tera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos, sicut stipulam, & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. Stetit vnda fluẽs, congregatę sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus: Persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur aĩa mea. Euaginabo gladium meum,
I interficiet eos manus mea. Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus domine? Quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilia, atque laudabilis, & faciens mirabilia? Extendisti manum tuuam, & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuũ.
K Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistijm. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti. Introduces eos: & plantabis in monte hereditatis

Esa. 12.

De pe. di. 3. ca. sunt plures.

tatis

tatis tuæ firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine. Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ. Dominus regnabit in æternum, & vltra. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare, & reduxit super eos dominus aquas maris. Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

23. q. 4. ca. Nabuchodonosor, & de conse. dist. 4. c. nec quem quam supra eo.

Tunc cecinit. Enarrato supra diuino beneficio, hic subiungitur gratiarum actio, & diuiditur in duas partes, quia primo ponitur gratiarum actio quantum ad uiros, secundo quantum ad fęminas, ibi. *Sumpsit ergo Maria*. Circa primum. *Tunc cecinit Moyses*. Deus enim inauditum à seculo miraculum egerat diuidendo mare Rubrum, & ducendo Hebræos per medium illius in sicco, Aegyptiosque, qui vt eosdem comprehenderent post eos intrauerant, medijs fluctibus merserat: propter qđ ex animi exultatione laudes multæ debebantur: & mentis congratulatio, quæ signatur in cantico. Conuenienter ergo Moyses, qui dux istius populi erat, tanquam qui magis de beneficio tenebatur, canticum incepit.

QVAESTIO. PRIMA.

Quare Moyses & nõ al quis de populo canticum incepit.

DVo enim mouebant vt Moyses canticum inciperet. Primum quia erat propheta domini, & sciebat quid cantandum esset, aut in quo magis Deus laudaretur. Secundum quia istud canticum erat gratiarum actio pro beneficio recepto. Qui ergo magis de beneficio recipit, magis benefactori tenetur: quilibet autem de Israelitis beneficium susceperat, quia liberatus fuerat à morte: maius tamẽ receperat Moyses quolibet aliorum: nam quilibet de populo sui ipsius solum beneficium recipiebat: Moyses autem nõ solum personale beneficium, scilicet sui ipsius, sed totius populi receperat. Nam quicunque de populo perit, sibi perit, & alteri non perit: quia tñ oẽs de populo duci subiecti sunt, si pereunt, non solùm sibi pereunt, sed etiam regenti duci pereunt. Sic dicitur ad Rom. 14. Suo domino stat seruus, aut cadit. Cũ ergo Moyses totius populi dux esset, quòd populus saluaretur ei saluabatur: quòd populus periret ei peribat: ideo ipse super omnes, & ante de redempto populo gratias agere tenebatur: & sic litera eum ponit ante alios cantantem. *Et filij Israel*. Idest postquam Moyses istud carmen semel cantauit, & alios edocuit, ipsi sępius cãtauerunt. *Cantemus domino*. Idest demus ei laudes de tãto beneficio: & innuitur in hoc, quòd ipsi in alterutrum ad cantandum se inuitabant dicentes: cantemus domino, quod magnam affectionem laudãdi ostendit. *Gloriosè enim magnificatus est*. Ista est causa laudis eorum. Quia Deus magnitudinem suam ostenderat liberando eos. *Gloriosè enim magnificatus est*. Idest magnitudo sua cum magna gloria demonstrata est. Non dicitur Deus magnificatus, idest factus magnus, quia hoc hominibus conuenit, qui ex paruo statu ascendũt ad magnum: Deo autem nihil accrescit, cùm infinitus semper sit, & actualissimus ad nihil in potentia existens: sed dicitur Deus magnificatus, idest demonstrãs magnitudinem: nam potestas, & habitus manifestãtur in operatione; secundum se enim videri aut cognosci non possunt: cũ sint proprietates ocultę. Deus ergo licèt semper æqualiter potens extiterit: non tamen semper demonstrat nobis magnam potentiam
A suam: cùm ergo tunc fecerit miraculum inauditum, magnitudinẽ ostendit: ideo magnificatus fuisse, idest magnitudinem ostendisse dicitur: Dicitur autem gloriosè magnificatus, quia gloria est famę dilatatio, siue celebritas nominis: & quia nunc ista Dei manifestatio per totum orbem publicata fuit: vel publicandam ipse prædixerat, dicebatur gloriosè magnificatus, idest quòd fama magni miraculi sui per totum orbem crebresceret. *Equum, & ascensorem deiecit in mare*. Idest equites, & ascensores: nam fuerunt multi equites in illo exercitu Pharaonis, scilicet quinquaginta millia equitum: vt ait Iosephus libro secundo Antiquitatũ. *Deiecit in mare*. Ista deiectio potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad principium pęnę inflictæ: cũ
B Deus respexisset castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, & incepisset interficere eos: quia tunc dicitur, quòd subuertit rotas curruum: & ferebantur in profundum. Vel refertur ad post, scilicet quòd cũ Aegyptij fugerent Deũ pugnantem contra eos, tẽdentes contra littus, per quod introierant, conclusi sunt fluctus, & obuiauerunt eis: & tunc impetus aquæ eleuaret equos, & equites, atque subuerteret. *Fortitudo mea*. Hoc dicit populus Iudaicus, idest Deus est fortitudo mea: quia sicut fortitudo hominis facit eum cõtra alterum hominem pręualere, ita Deus fecit Hebręos cõtra Aegyptios posse: quasi dicat: Non est fortitudo mea robur manuum mearum, nec strepitus armorum, aut apparatus equorum: sed Deus solus: sci-
C licet quòd sicut alię gentes pugnant in fortitudine manuum suarum: ita nos pugnamus adiuuante, & faciẽte Deo nostro: sic enim patet supra cum dixit Moyses Israelitis pręcedenti cap. dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, & psal. 19. Hi in curribus, & in equis; nos autem in nomine domini sperauimus, & liberati sumus. *Et laus mea dominus*. Idest laudabilis meus, scilicet quòd ipse est, quẽ ego laudabo, & adorabo, nullumque alium: quia tanta fecit mihi. Vel dicitur laus mea, scilicet, quòd ipse est, quem ego laudabo, & adorabo, nullumque alium, quia tanta fecit mihi. Vel dicitur laus mea, idest de quo ego laudabor, vel gloriabor, scilicet quia Hebræi gloriabantur se coram Gentibus meliorem Deũ habere quàm illi. Vel laus mea,
D idest proptèr quem ego laudabor, quia Gentiles vidẽtes mirabilia, quæ Deus agebat, laudabant Hebræos, qui tam magnum, atque excellentem Deum haberẽt, & tam bene regulantem eos. Sic patet infra Deutero quarto capit. cum dicitur. Hæc est sapientia nostra, & intellectus coram populo: vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant: en populus sapiens, & intelligens: gens magna, & non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris: quæ est enim alia gens sic inclyta? Idem dixit Dauid in laudem huius populi Psalmo centesimo quadragesimo quarto, scilicet: Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: & beatus populus cuius est
E dominus Deus eius. Quilibet namque populus ex excellentia, vel defectu rectoris sui laudatur. Sic enim dicitur Ecclesiastes decimo capitulo. Væ tibi terra, cuius rex est puer, & principes eius mane comedunt: beata terra, cuius rex nobilis est: & cuius principes vescuntur tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. *Factus est mihi in salutem*. Idest fecit mihi salutem, idest saluationem: quia saluauit me ab Aegyptijs persequentibus me, qui me occidissent, nisi ipse eos in mari extinxisset. *Iste Deus meus*.

An Deus apparuerit Iudęis super mare in forma visibili.

QVAE-

QVAESTIO. II.

Opinio Hebræorum.

IVDAEI volunt q̃ tunc apparuit eis in quadam visibili specie super mare: & ista fuit species, vel forma viri robustissimi prompti ad delendum hostes: sic dicitur infra. Dominus quasi vir pugnator: & cũ istud carmen concinerent, demonstrarent eum super mare. Et dicunt quòd tunc clarius vidit Deum super mare totus populus, quàm postea Prophetę. Ista autem non habent aliquam auctoritatem, cum ex aliquo loco non concludantur. Etiam non est hoc verisimile, quia istud canticum cecinerunt Hebræi postquam Aegyptij in aquis extincti sunt, & viderunt eos super littus maris. Dato ergo quòd quando Deus percutiebat Aegyptios, vel vertebat fluctus super ipsos apparet super mare, tamen cessantibus omnibus illis non erat verisimile talem formam manere, cùm esset superfluum. Item videtur quòd etiam in puniendo Aegyptios nulla talis forma apparuerit: quia præcedenti cap. dicitur, quòd quando aduenit vigilia matutina, respexit dominus per columnam ignis, & nubis: & percussit, vel occidit exercitum Aegyptiorum: cùm dicatur Deus, idest Angelus, qui loco Dei illa faciebat, respexisse per columnã nubis, videtur, quòd ipse Angelus intra erat. Vel ponit eum scriptura per modum vt intra stantis, & sic non vt videretur in aliqua forma apparenti, sicut dicitur infra 20. quòd Deus loquebatur de medio ignis, idest videbatur vox illa venire de medio ignis: ita hic videbantur illa tormenta, vel immisiones procedere de medio nubis. Item & fortius videtur, quòd non apparuerit ibi Angelus, aut Deus in forma viri, vel aliqua alia imagine rei, quæ communiter videtur: nam Hebræi erant valde proni ad idolatram, cùm tanto tempore; idest a natiuitate sua morati fuissent inter idolatras Aegyptios: Deus ergo intendebat multum cauere ne aliquam occasionem haberent idolatrandi: si autem tunc Deus liberans eos à maximo periculo apparuisset in forma viri: sic eum postea colerent: & ad idolatriam conuerterentur. Et ista fuit causa, quare Deus non apparuit in aliqua imagine in die, quo dedit legem in monte Sinai: quia tunc magis necesse erat apparere ad loquendum populo: sed non apparuit aliqua forma: tantùm autem vox audita est: & hoc frequenter repetit eis Moyses factũ fuisse, vt non haberent occasionem colendi idola. Sic patet Deut. quarto cap. cum dicitur: Custodite igitur solicite animas vestras: non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis dominus Deus in Horeb: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi, aut fęminæ, similitudinem omnium iumentorum, quę sunt super terram, vel auium sub cęlo volantium, atquè reptilium, quæ mouentur in terra, aut piscium, qui mouentur sub terra in aquis. Si tamen diceretur, quòd super mare rubrum aliquam formam viderunt Hebrei, argumentum, quod hic agit Moyses, nihil valeret: nã licèt Moyses dicat ibi, quòd non deberent facere aliquam imaginem, aut similitudinem, quam colerent: quia nullam viderunt dum Deus dabat eis legem in Horeb: ipsi responderent, quòd bene agere eis licebat, quia licèt nõ viderunt similitudinem in Horeb, viderunt tamen in mari rubro quando eos eripuit. Nullo modo ergo dicendum est, quòd aliqua imago apparuerit super mare rubrum: quia manifestè repugnat intentioni Moysi. Nec valet si arguas de eo, quod habetur infra 24. e. cum dicitur de toto populo Israel. Et viderunt Deum Israel, sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi cęlum, cùm serenum est: & sequitur, viderunt dominum, comederunt, atque biberunt. Et sic pa-

Si Deus Iudęis super mare apparuisset dedisset eis occasionẽ idolatrandi.

F tet, quòd ibi fuerit visus Deus in aliqua imagine'. Respondetur, quòd ibi non apparuit Deus in aliqua forma, quæ esset occasio ad idolatrandum: nam illa similitudo fuit, vt nubes densa coloris saphiri. Et patet cum dicitur, quasi cęlum, cùm serenum est: nubes autem non est aliquid quod possit recipere statuam, aut imaginem superficialem depictam: res autem, quæ habet determinata lineamenta sicut homo, & cętera animalia, possunt bene recipere statuam, vel depictam imaginem: ideo Deus cauebat in his imaginibus apparere. Et propter hoc Deute. quarto cap. ista sola expressa sunt, quasi de his solis timeretur, cum dicitur: Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinẽ, aut imaginem masculi, aut fęminę, similitudinẽ omnium iumentorum, quæ sunt super terram: vel auiũ G sub cęlo volantium: atque reptilium, quæ mouentur in terra: aut piscium qui mouentur sub terra in aquis. Ista positio peccat etiam quantum ad alterum, cùm dicit quòd populus tunc clarius vidit Deum, quàm postea Prophetæ: non est enim verisimile, quòd genti tam peccatrici, quæ pauloante de Deo murmurauerat, & paulopost murmurauit Deus se clare ostenderet. Item dato quòd Deus illis tunc clare se ostendisset: tamen non ita sicut Prophetis: quia vt ipsimet Iudæi volunt, & supra dictum est, Deus in imagine visibili apparuit super mare. Sed cognitio Dei in forma apparente est leuissima, cum nihil de Deo videatur: H sed solùm quædam figura corporis, quæ est ex elemẽtis: ergo isti videndo Deum, vel Angelum in tali figura non videbant eum clarius quàm Prophetæ: immo nec ita clarè: quia cum Deꝰ sit ens purè intellectuale, tunc aliquid de eo nobis demonstratur: cùm aliqualiter intellectus noster super naturaliter ad contemplandum aliquas veritates de eo eleuatur. Iudæi autem tunc non fuerunt sic eleuati: Prophetæ autem sic aut intellectiua, aut imaginaria visione. Item dicere ista est fundare super fundamentum falsum, quia ille, qui fecit ista in mari rubro, non erat Deus per se, sed Angelus eius, qui erat in nube: sicut dicitur præcedenti cap. respexit dominus per columnam nubis, & ignis super castra Aegyptiorum. Et occidit exercitum eorum: dato ergo, quòd apparuisset aliqua figura operã I tis, ille non esset Deus, sed Angelus. Dicendum ergo quòd dicitur hic: Iste Deus meus: quia demonstratur ibi Deus non ad sensum, sed ad intellectũ: sicut quãdo celebramus festa sanctorum in responsorijs dicimus: Iste sanctus pro lege Dei sui: & tamen non demonstratur ibi aliquis sanctus, sed intelligitur esse ille cuius festiuitas celebratur: sic dicitur de Martyribus: Hic est vere martyr: cùm ergo nunc Hebræi vidissent Aegyptios mortuos in littore maris, quos Deus occiderat: vel saltem Angelus pręcepto eius: & vidissent diuisionem maris rubri, vt ipsi transirent, quę sunt opera Dei solius: vel facta mandato aut permissione speciali Dei, loquebantur de eo tanquam de præsente ibi. Et hoc verum erat, cùm Deus omni loco pręsẽs K sit: sed ad huc specialius hic isti intelligebant: cũ quælibet res de naturalibus, & etiam ipsi Angeli dicatur esse vbi operatur: Deus cùm ibi tunc operatus fuisset, diceretur specialiter esse ibi: ideo poterat demonstrari tanquam ibi specialiter existens, vel demonstrari prius secundum tempus etiam si non secũdum locũ: sicut quando aliquis egit aliquod factum notabile, & est recens: dato quòd ille qui illud egerit à nobis recesserit, tamen dicimus iste homo est talis, vel talis, tãquam de præsenti loquentes: cùm memoriæ, & intentioni nostrę præsens sit. Ideo cùm Deus egisset illud factum quòd erat admirablle, & recens, loquebantur de eo tanquam de præsenti eis. *Et glorificabo eum.* Idest laudabo eum; est enim laus sermo explicans magnitudinem;

tudinem: laudabant ergo isti Deum, quia explicabant A magnitudinem eius per verba eo modo', quo poterãt explicare, dicentes eum fortissimum super omnes Deos. Vel dicitur glorificabo eum, idest laborabo dilatare famam eius: quia gloria est nominis celebritas, siue vt ait Tullius, longè lateque patens præconium: & hoc faciebant Iudæi enarrando omnibus gentibus, inter quas erant, magnitudinem Dei: vt ipsi cognoscerent, & scirent esse potentem: & ideo Deus mandabat ista narrari filijs suis, & nepotibus, & omni futurę generationi, vt omnes seruiant, & timeant eũ: vt patet Deute. sexto cap. *Deus patris mei.* Ista est vox totius populi, quæ vocat dominum esse Deum patris sui, idest Abrahæ, & iste erat pater totius populi Hebræi: quia in illo cępit electio populi Dei, & ipse recepit circuncisionẽ: quæ erat vt signum distinctiuum populi Dei. Vtrunque patet ad Rom. 4. cap. cum dicitur de Abrahã. Et signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, quę est in præputio: vt pater esset omnium credẽtium: per præputium, vt reputetur illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis: dignitate ergo præcellit Abraham alios Hebræorum patres, & tempore. Si autem diceretur, hic Deus patrũ meorum, intelligeretur pro Abrahã, Isaac, & Iacob, qui sunt tres præcipui patriarchæ: sed cùm exprimatur pater singulariter, necesse est referri ad Abraham ex meritis eius: namque Deus benefaciebat populo huic, & complebat in eo promissiones, vt patet Gen. 18. ea. cùm dicitur. Scio, quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt timeant Deum, & faciant iustitiam, & iudicium: vt adducat Deus pater Abraham omnia, quæ locutus est ad eum. Et non solùm populo isti, qui nunc erat Deus miserabatur propter Abraham, sed etiam Patriarchis alijs: nã Isaac Deus promisit terram, quam promiserat Abrahę non meritis eius, sed meritis Abrahæ, vt patet Gen. 26. cap. cum dicitur: Tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas regiones has: complens iuramentum quod spondi Abraham patri tuo. *Et exaltabo eum.* Idest magnis laudib' eum prędicabo. Et hoc differt à laudare, vel glorificare: quia laus potest esse de quocunque bono facto large accipiendo laudem, & sic quilibet homo potest laudari. Exaltatio autẽ est de valde magnis factis, propter quę aliqs non solum laudatur sicut cętera: sed exaltatur, idest fit altus siue præponitur cęteris in gracia altiori. Et hoc proprie couenit Deo, quia nullus ita magna facta agere potest vt Deus: differunt ergo laus, & exaltatio gradualiter secundum quantitatẽ: vt liberalitas, & magnificentia, velut magnanimitas, & philotymia, de quibus in quarto Ethico. *Dominus quasi vir pugnator.* In Hebræo non habetur quasi, sed dicitur dominus vir pugnator; sed ad idem redit, quia manifestum est, quòd non dicatur hoc de Deo secundum substantiam, sed à proprietate: quia sicut vir pugnator fortiter dimicat ad habendam victoriam, ita Deus fortiter pugnauit contra Aegyptios hostes Iudæorũ. Et ex hoc mouentur aliqualiter Iudæi dicentes, quòd Deus apparuerit super mare rubrum in forma viri pu- E gnatoris. *Omnipotens nomen eius.* Litera ista posset intelligi dupliciter. Vno modo, quòd dicatur nomen Dei esse omnipotens, idest quòd nomen Dei sit magnę virtutis, & potentiæ: & hoc non dicitur conuenienter, quia nomẽ Dei est quædam vox aut scriptum vel terminus mentalis, ideo non conuenit ei aliqua virtus, cùm non sit qualitas actiua nisi in mutando auditum, vt est vox; in mutando visum, vt est scriptum; in mutando intellectũ, vt est terminus mentalis. Si autem obijciatur quia dicitur Marci, ca. vlt. de potestate nostis dñi: Signa aũt eos, qui crediderint hęc sequent: In nomine meo dęmonia eijciẽt, linguis loquent nouis, serpentes tollent, & si quid mortiferum biberit, nõ eis no-

Abrahã pater totius populi Hebræi.

Differẽtia inter laudẽ, & exaltationem.

Nomẽ Dei in se nullũ est virtutis cũ sit vox,

cebit: super ęgros manus imponent, & bene habebũt: Idem pater Luc. 9. cap. Dixit enim beatus Ioannes ad Iesum: præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dęmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. Respondetur, quòd nomen Dei secundum se non habet virtutem, sed vt ipse Deus in magna reuerentia teneatur ipse vult, quòd inuocato nomine suo fiant virtutes, nõ quòd eas faciat potestas nominis, sed ipse Deus audito nomine suo, & inuocato agit mirabilia maximè in credentibus. Et hoc intendebat beatus Marcus cùm dixit: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo dęmonia eijcient. Si autem istud nomen Dei, aut Iesu, in quo virtutes fiunt, haberet aliquam virtutem in se, B & absolute vbicunque esset, & quandocunque haberet illam virtutem: quia quæ naturalia sunt, vbique habẽt eandem potentiam, vt patet quinto Ethic. Et subditur exemplum, quia ignis ardet hic, & in Persis, idest quia ignis habet virtutem comburẽdi naturaliter, vbicunque sit, siue hic, siue in Persis eam habet: si ergo diceremus, quòd nomen Iesu absolutè, & secundũ se haberet aliquam virtutem, necessariò haberet eam quandocunque fuisset: sed nomen Iesu fuit multis tẽporibus ante Christum natum, quia multi alij, sic vocati sunt, ergo tunc habuisset virtutem, quam nunc habet, sed non habuit, quia non fiebant tunc mirabilia in nomine illo: antecedẽs patet, quia Iosue vocatus fuit Iesus, vt patet Ecclesi. 46. ca. cùm dicitur: Fortis in bello Iesus naue successor Moysi. Et ad Hebræ. 4. cap. vocatur Iosue Iesus cùm dicitur: Si eis Iesus requiẽ præstitisset, de nulla alia loqueretur post hac die. Etiam vocatus fuit quidam sacerdos Iesus, vt patet 3. Zacha. cap. 3. cum dicitur: Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum: & infra sequitur. Et Iesus indutus erat vestibus sordidis. Vocatus fuit etiam alius Iesus, scilicet qui fecit librum Ecclesiasticum, & vocatur Iesus Sirach'. Si autem respondeas, quòd istud nomen ante tempora Christi nullam habebat virtutem, sed ipse ei potestatem atque virtutem postea dedit, sicut videtur innuere beatus Marcus cùm ait. In nomine meo dęmonia eijcient, idest quia istud nomen est meum, volo quòd habeat virtutem, vt in eo possint D dęmonia eijci. Sed tunc quæritur, vt supra dicebamus. An illa virtus sit in nomine, an Deus ad inuocationẽ illius nominis virtutes efficiat. Si autem dicas, quòd post Christum semper istud nomen in se habuerit virtutem expellendi dęmones aut faciendi alia mirabilia: ergo quandocunque post Christi assionem, & resurrectionẽ Christi nomen, scilicet Iesus inuocetur, fient mirabilia illa: sed falsum est, quia aliqui de credentibus in noĩe illo mirabilia fecerũt, ẽt quidã de nõ credẽtibus, alij autem facere nõ possunt: ergo non est potestas in nomine, sed in Deo, qui nos inuocantes nomen suum saluat, sicut dicitur Act. 4. cap. cum dicitur: Nec est enim aliud nomen sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quantum autem ad operationem miraculorum, quæ fit per voluntatem Dei inuocato nomine illo, aliquando dicimus eam fieri aliquãdo non, prout Deus occultissimo iudicio suo conuenire cognoscit. Nam aliquibus fidelibus in nomine suo miracula operari cõcedit, vt patet Marci vlt. cap. Aliqui autem fideles non possunt, quia forte fides in eis deficit: vel quia rei opportunitas miraculum fieri non requirit: nam aliàs si tantam fidem habuerim', vt granum sinapis, & dixerimus huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mari, obediet nobis, vt patet Luc. 17. capit. Aliquibus etiam nondum fidelibus Deus permittit in nomine suo operari miracula concedendo virtutem, vt patet Luc. 9. cap. cum dixit beat' Ioannes ad Iesum; Præceptor vidimus quendam eij-

Aliquibus infidelibus Deus permittit miracula facere in nomine eius.

cien-

cientem dęmonia in nomine tuo,& prohibuimus eũ, F
quia non sequitur nobiscum. Cui Iesus: Nolite prohibere,quia qui non est aduersum nos nobiscum est si ne pro nobis est. Aliquibus autem non credentibus in nomine Iesu miracula facere Deus non concedit, vt patet Act.19.cap.de septem filijs vnius sacerdotis Iudei,qui videntes per Christianos in nomine Iesu mirabilia fieri, tentauerunt & ipsi super arepticios inuocare nomen Iesu dicentes, adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat: quibus respondit spiritus malus, qui adiurabatur dicens, Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis? & insilijt ille homo qui habebat dæmonium in duos illos viros,qui eum adiurabãt,& dominatus amborum inualuit contra eos, ita vt nudi, & vulnerati effugerent ab illo: hæc autẽ secreta Dei sũt, G
de quibus ad nos nihil attinet iudicare. Concluditur ergo ex dictis,quòd nomen Dei non est omnipotens, idest quòd in se habeat aliquam potestatem, sed solũ ad inuocationem illius Deus agit miracula. Alio ergo modo dicendum est. *Omnipotens nomen eius*. Idest quòd Deus vocatur omnipotens: & hoc ei proprium est: quia nullus alius omnipotens vocari potest,& hoc patet per miracula facta: & sic credendum est, quòd quando Moyses extendit manum suam super mare, vt clauderenẽ fluctus super Aegyptios,inuocauerit nomen domini: sicut ad percusionẽ petræ, vt aqua efluere t,nomen Dei inuocauit: vt patet infra 17.& Nume. 20.cap. *Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare*. H
Quando Aegyptij intrauerunt per aperturam maris rubri,non erant proiecti in mare, sed ambulabant per mare: cùm autem aquę venerunt super eos, operuerunt eos,& impetu suo euerterunt atque deiecerunt: & sic dicitur præcedenti cap. subuertit rotas curuum, & ferebantur in profundum. *Electi principes eius*. Idest Pharaonis. *Submersi sunt in mari rubro*. Non solũ principes electi submersi sunt: sed etiam totus exercitus peditum, equitum,& curruum: ita quòd nec vnus ex eis non remansit,vt patet cap.precedenti: sed fit mentio specialis de principibus electis, quia de istis magis dolendum erat, cùm essent capita populi. *Et descenderunt in profundum*. Non propriè dicebantur descendere in profundum, quia cùm ipsi ambularent per aperturam maris rubri,erãt in profundo, scilicet in profundo loco soli: nec poterãt descendere in locum profundiorem: quia terram non penetrauerunt: sed dicunt descendere in profundum,quia quando aquæ venerũt super eos, ipsi conati sunt se in aquis attollere:& enatare, sed Deus demersit eos vt omnes ibidem morerentur, & sic descenderunt ad profundum,scilicet ad fundum,vel terram maris rubri, *Quasi lapis*. quasi dicat, sicut lapis gravitate sua immediate vt super aquas ponitur fundum petit,nec aliquo modo potest enatare: ita nec aliquis de Aegyptijs potuit enatare, vt saluaretur in tanta multitudine. *Abyssi operuerunt eos*. Vocãtur abyssi multitudines magnæ aquarum profundarũ, quæ propter suam altitudinem obscuræ sunt quasi sine luce: nam abyssus proprie dicitur aliquid tenebrosum,& sine luce: ideo dicimus esse abyssos in terra,vel in aqua,quia in vtroq; reperitur obscuritas; in aere autem, vel in igne non dicimus esse abyssum, quia sunt super nos,& non habent talem dispositionem. *Dextera tua Domine*. Deus non habet dexteram, nec sinistram, quia istæ sunt partes corporis: Deus autem spiritus est,vt patet Ioan.4.cap.cum dicitur: Deus spiritus est,& eos,qui eum adorare debent, oportet in spiritu adorare,spiritus autem carnem, & ossa non habet, vt patet Luc.24.cap. Est autem hic metaphora de homine pugnatore:nam pugnatores dexteram contra hostes tendunt,& dextera hostes percutiunt. Cùm autẽ Deus nunc fortem pęnam Aegyptijs inflixerit,diceba

Abyssus obscuritatem proprie significat,

tur per dexteram suam pugnasse; nam in dextera tot motus viget: sic enim vult Philosophus quinto Ethi. dicens quòd dextera melior est, quàm sinistra: & Isidorus Etymologiarum libro vndecimo, tractando de homine,& partibus eius dicit,quòd dextera est ad mouendum agilior, sinistra autem ad deferendum aptior. *Magnificetur in fortitudine*. Potest legi dupliciter. Vno modo,quòd ponatur tempus pro tempore,scilicet futurum pro præterito, & est sensus, dextra tua magnificetur in fortitudine,idest operatio tua, quæ signatur per dexteram, fuit magnificata in fortitudine, idest demonstrauit tuam magnam fortitudinem: quia antea non apparebat te esse tam fortem: sed nunc ista operatio demonstrauit,te esse fortissimum. Alio modo, quòd legitur per modum futuri, scilicet, dextera tua magnificetur in fortitudine,idest dextera, scilicet operatio, vel potentia tua ad operandum laudetur de magna fortitudine. *Dextera tua domine percussit inimicum*. Idest potentia tua punitiua destruxit Pharaonem, qui erat principaliter inimicus, & omnes alios inimicos, scilicet illos, qui veniebant in exercitu eius. *Et in multitudine gloriæ tuæ*. Idest cùm multo honore tuo, & fama. *Deposuisti aduersarios meos*. Idest amouisti eos de altitudine sua,quia ante dominabantur nobis,nunc autem mortui sunt coram oculis nostris:hoc autem fuit in multitudine glorię Dei, idest cum multitudine gloriæ Dei: quia ponitur, in, pro cum:sicut dicitur Gen. trigesimo secundo capit.In baculo meo transiui Iordanem,idest cum baculo. Dicitur autem ista depositio hostium cum multa gloria siue fama: quia ex ista depressione secuta fuit celebritas nominis magna Deo, cum omnes gentes audierunt hoc, & iudicauerunt Deum esse magnum:aduersarios meos; ista sunt verba totius populi, quia Aegyptij erant hostes totius Israel. *Misisti iram tuam*. In Deo non est ira nec aliqua passio,quę sunt in nobis motus quidam: nec accipitur hic ira,p aliquo motu passionali,vel similitudine motus: sed pro eo quod solet per iram infligi: irati namque pęnam in vindictam infligunt, cùm ira sit appetitus vindictę, vt patet primo de Anima. Cùm ergo nũc Deus pęnam inflixerit, dicebatur iram immitere: I
fuit autem ista ira conuersio fluctuũ super Aegyptios. *Quæ deuorauit eos*. Consumpsit vel destruxit eos: non accipitur hic propriè deuorare, quia deuorare est aliquam rem ad cibum sumptam per guttur traiicere ad stomacum; fluctus maris non habent guttur, nec stomacum,cùm non habeant vim nutritiuam: ideo non deuorant: sed sicut res deuorata penitus consumitur, cùm nihil de ea maneat: ita fluctus maris totaliter deleuerunt Aegyptios,quia vnus ex eis non remansit,vt patet præcedenti cap. Sic enim dicitur ignis deuorare ligna,quia ea cõsumit,sic dr̃ Isa.17.Sicut deuorat stipulã lingua ignis. *Sicut stipulam*. Idest sicut ignis deuorat vel consumit faciliter stipulam: ita Deus sine labore, aut magna mora occidit omnes Aegyptios venientes K
cum Pharaone,scilicet subito inducẽdo sup eos aquas maris. *In spiritu furoris tui congregatę sunt aquæ*. Idest ira tua congregauit aquas. Dicitur spiritus furoris.i.incentiuum irę: est enim iste modus loquendi vulgatus in sacra scriptura, vt incentiuum, vel impetus cuiuslibet rei vocetur spiritus, sic dicitur Psalmo 9. Spiritus procellarum, idest impetuositas procellarum, & Psalmo 149. Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, idest quòd impetus venti obedit Deo; sic dicitur spiritus zelotipiæ,idest incentiuum, vel scrupulus zelotipiæ,ac patet Num.quinto capit.cùm dicitur, Si spũs zelotipię cõcitauerit virũ contra vxorẽ suam:sic spiritus furoris,idest incentiuum furoris, vel irę. Istę spiritus furoris,idest incentiuum furoris congregauit aquas. Et accipitur spiritus furoris in Deo non pro

In dextera totus motus corporis viget.

Rhet. lib. 2.cap.3.

aliquo

aliquo motu passionali: sed pro voluntate puniendi: illis tamen quibus pœnæ infliguntur videtur, quòd illi qui eas infligunt eis irati sunt licèt nullam iram habeant.

QVAESTIO. III.

An dicendum sit spiritus furoris vel pietatis.

Sed videtur q̃ non deberet hic dici, in spiritu furoris,sed in spiritu pietatis,aut dulcoris. Nam mare rubrum apertũ est à Deo ex pietate, vt transirent Israelitæ,ne venientes Aegyptij ad eos, & inuenientes super mare rubrum occiderent eos. Respõdetur, quòd Deꝰ fecit diuisionẽ maris rubri ad duo. Primo ad hoc quòd pertransiret populus Dei.s.Israel, & quantum ad hoc spũs pietatis fuit:quia ex pietate Deus ista egit. Secundo egit ad pęnam Aegyptiorum: nã Aegyptij tantum aut taliter peccauerant: q̃ Deus illos vltimo supplicio dignos iudicabat. Aperuit ergo mare rubrũ,vt eos ibi puniret.Et quantũ ad hoc fuit spiritus furoris, quia videbatur Deus punire Aegyptios tãquam iratus eis,sed puniebat solũ,vt volens punire, etiã non vt iratus. Vel aliter dicendum, quòd hic potest accipi congregari,idest coire, vel continuari; nam antequã venirent Israelitę,mare rubrũ continuum erat,cũ autẽ Moyses extendit manum suã super illud diuisum est, & aquæ,quæ antea congregatę, vel continuatæ erant discontinuatæ sunt,vt intrarent: cũ autẽ Aegyptij steterunt intra mare, aquæ coierunt redeuntes ad continuitatem: ergo tunc congregatæ sunt. Et ista congregatio facta fuit ad punitionem Aegyptiorũ, ideo videtur facta in spiritu furoris.i. quasi ex ira: & hoc modo non oporteret facere superiorem distinctionẽ, & valde concordabat hoc literæ. Sed infra videtur q̃ nõ ponatur hic congregari.i.coire,sed adunari intra se,vel restringi.s. quòd qñ aquæ continuatæ erant intra se non erant restrictæ,quia totum locum,quẽ occupare debebant,occupabant: cùm autẽ diuisę sunt,& manserunt apertę duodecim, viæ oportuit aquas magis intrare, restringi,& coadunari,quasi si condẽsarentur, & hoc vocatur hic congregatio. Et tunc manet primus sensus.s.aquæ cõgregatę sunt, idest manserunt intra se restrictę facta diuisione inter eas: & hoc signat litera sequens.s.stetit vnda fluens, & congregati sunt abyssi in medio mari. Hic enim non potest stare congregari,p continuari, sed pro restringi, vel adunari. *Stetit vnda fluens*. Idest vnda, quæ de natura sua fluida erat stetit.i. non mota est manens erecta in sublime ad modũ muri. Et fluens non dicit hic actum,sed naturalem inclinationem vel consuetudinem, quia vnda non fluebat tunc, sed erat fluxibilis, aut ante hoc fluxerat. Sed argues ex hoc contra ea, quæ dicta sunt præcedenti cap. cùm fecimus differentiam inter diuisionem maris rubri, & diuisionem Iordanis: nã quando Iordanis diuisus est,aqua,quæ stabat in parte inferiori fluxit vsq; ad mare, & mansit totus alueus dessicatus:aq̃ verò superiores intumuerunt, & eleuatæ sunt quasi montes: in transitu, & diuisione maris rubri, vtrinque aqua stetit erecta quasi murus, scilicet tã à dextra, quã à sinistra: huius autem data fuit causa, quia aquæ Iordanis fluunt de Libano ad mare salsissimum:aquæ autẽ maris rubri non fluunt,sed sunt magis stantes: hic autem dicitur, stetit vnda fluens,idest quòd ante illa vnda fluebat,& postea stetit immota mandante Deo.Respondetur,quòd aquæ maris rubri nec tunc fluebant, nec vnquam ante fluxerant; sed dicitur vnda fluens, quia nulla aqua de se est terminabilis,sed termino alieno: quæcunque ergo aqua fit, licèt immota sit, quia terminata est, si auferatur ei ille terminus necessariò mouebitur: nisi ab alio rursus teneatur. Cùm ergo aqua maris rubri esset stans, velut in paludibus, nisi

Obiectio diluitur.

A quòd quasdam habet fluctuationes,non vocatur fluẽs idest quòd tota fluat: quia vna pars tenet aliam,& alia aliam: sed cùm de medio aliquid tollitur,vel aquæ diuiduntur,continuo inclinatur aqua ad illum locũ tanquam ad decliuiorem. Et sic futurum erat in diuisione viarum maris rubri, nisi Deus diuisas aquas tenuisset: quia ipsę naturaliter fluerent ad illas profunditates, & aperturas medias sine aqua: ideo dicitur,quòd vnda fluens,idest quæ de natura sua fluida est semper petens loca decliuiora, stetit,idest nõ mota est,scilicet stando per se tãquam corpora dura terminata proprio termino. *Congregatę sunt abyssi*. Idest magnæ moles aquarum obscurę propter magnitudinem,& spissitudinem, quæ non potest penetrari ab ipsis radijs solari- B
bus: fuerunt autem isti abyssi congregati, idest restricti in se,vt relinquerentur aperturæ magnę viarum, p quas totus Israel transiturus erat, & ipsi Aegyptij. *In medio mari*. Idest intra mare,quia non accipitur hic medium pro medio secundum æquidistantiam,sed secũdũ inter positionem:nam fuit iste transitus per mediũ maris ęqualiter,sed magis circa littus: nã vt declarauimus precedenti cap. transitus maris rubri non fuit à littore ad litus oppositum, sed quędam circulatio, idest via facta per semicirculũ rediens ad idem littus à quo inceperant intrando per mare, & hoc fuit,quia solitudo Ethan,quæ erat coniuncta mari rubro,habebat scopulos altissimos prominentes, & intrantes partim in mare, vt ergo circuirẽt illos coacti sunt intrare per ma- C
re faciendo semicirculum,& quia erant duodecim tribus facti sũt duodecim semicirculi propinqui satis littori, sed quidã erant maiores alteris cùm eos intra se ambirent. *Dixit inimicus*. Scilicet Pharao.Qui erat hostis capitaneus,& cęteri,qui cum eo erant.Vel dicitur inimicus.i.inimici fit enim aliquando ex ea large cùm ponitur sic singulare pro plurari,vt sępe vtuntur poetæ,cùm dicitur in Ouidio Meta.li.8. Dixerat,& naues armato milite complent,idest armatis militibus. Vtrũ aũt voce ista protulerit Pharao,& sui: vel vtrũ aio solũ conceperint,modicũ refert,vtrunq; enim satis stat, nã Pharao forte vt suos ad pugnandum contra Iudæos incitaret diceret ista,quæ sequuntur,vt non timerent Iudæos,plures namq; erant Hebræi pugnatores quã Ae- D
gyptij: nã Aegyptij, vt ait Iosephus solũ erant ducẽta millia peditum,& quinquaginta millia equitũ,& currus electi sexcenti Hebręi aũt erant plures quã sexcenta millia peditum pugnatorũ, vt declarauimus supra 12. cap. *Persequar*. Transeundo post eos per mare rubrum. *Et comprehendam*. Quia ipsi habent pecora, & supellectilem multã portandam:& parvulos, veteres, atq; vxores:ideo non possũt veloci passu moueri, ego aũt cum populo meo equitibus,& peditib̃,quia expediti sumus ad pugnam,& ad cursum velociter tenebimus eos. *Diuidam spolia*. Volebat Pharao comprehendere oẽs Hebræos, & quia ipsi portabant supellectilẽ variam,& pecora multa nimis,atque animalia diuersi generis,vt patet supra 12.cap.volebat illa comprehendere Pharao, & diuidere inter suios. *Et implebitur anima* E
mea. Idest desideriũ meũ, quasi dicat:ego desidero diuitias multas, isti vero habent eas,cũ ergo accepero,q̃ possident faciabor,& in hoc mẽtiebaṫ,quia diuitię nõ faciant,sed augẽt potius appetitũ,faciaret tũ quantum ad aliquid.i.quia ipse appetebat accipere bona Hebręorum, postquã aũt acciperet vltra nõ appeteret illa, & sic contentaretur. *Euaginabo gladium meum*. Non dicebat hoc Pharao in persona sua,quia ipse modicũ per se facturus esset:sed loquebatur de Gladijs sui exercitus, nam illi ad imperiũ eius mouebantur. *Et interficiet eos manus mea*. Hebręi enim serui fuerant Pharaonis durissima seruitute,ideo magis vtile erat ei, quòd reduceret eos in terram suam ad seruiendum, ita duriori

ſeruitute,quàm quòd eos occideret: ſed quia Pharao totaque Aegyptus grauiter percuſſa fuerat à Deo propter Hebræos, primogenitis mortuis, & animalibus Aegyptiorũ atque terræ naſcentibus deletis,valde iratus erat eis, & volebat vindicare ſe eos interficiendo. *Flauit ſpiritus tuus,* Ideſt ventus miſſus à te. Eſt enim iſtud nomen æquocum ad multa, ſcilicet pro re inuiſibili atq; ſubſtãtiali,vt Deus,anima,Angelus. Aut pro vento,& ſic patet Reg.3.cap.19. cũ dicitur,quòd tranſiuit coram Elia ſpiritus grandinis, ideſt ventus cum grandine, & ſequitur: & non in ſpiritu dominus: & ſic patet Ioan 3.cap.cũ dicitur: Spiritus vbi vult ibi ſpirat,ideſt ventus: ſic.n. exponit Aug. & patet per ea, q̃ ſequuntur ibidem.ſ.vocem eius audis, & neſcis vnde veniat,aut quo vadit:hoc aũt nõ intelligitur de ſpiritu ſancto,quia non vult dicere Chriſtus, ꝙ Nichodem⁹ audiret vocem ſpiritus ſancti. Etiã quia dicitur, neſcis vnde venit,aut quò vadit:ire autẽ,aut venire non competit ſpiritui ſancto,ergo de vẽto intelligitur,maximè quia ſubditur poſt iſtud exemplum:ſic omnis eſt, qui natus eſt ex ſpiritu:ſi tñ acciperetur primo ſpiritus pro ſpiritu ſancto,impoſſibile eſſet poſtea dicere comparando: ſic eſt omnis,qui ex ſpiritu natus eſt. Sic etiam dicitur Gen.1.c. Spiritus domini ferebatur ſup aquas: ideſt ventus miſſus à Deo, vt ibidem declaratum eſt. Alio modo ſpiritus pro impetu ſic, dicitur.Spirit⁹ procellarum,quæ faciunt verbum eius, vt patet Pſal. 149. Ideſt impetus procellarum, vel procellæ impetuoſæ. Alio modo pro incentiuo,vt dicimus ſpiritũ luxuriæ; ideſt incentiuum: ſic etiam dicimus ſpiritum furoris, ideſt incentiuum irę,vel ira vehementer incenſa,vt patet ſupra in litera. Alio modo pro prędicatore,ſicut ait Ioan.in Canonica prima 4. cap. Nolite adhuc credere omni ſpiritui,ſed probate an ex Deo ſit:ideſt non credatis omnibus prædicatoribus, ſed probate primò an ſint ex parte Dei bono zelo venientes. Hic autẽ accipitur ſpiritus pro vento, & vocatur ſpiritus Dei, ideſt ventus miſſus à Deo. Iſte ventus non fuit ille,qui mare apertum deſiccauit flando tota nocte, vt patet præcedenti cap.ſed ille ventus, qui venit ad faciendũ fluere aquas, vt redirent ſuper Aegyptios.Et patet hoc ex ſequenti litera,quia dicitur,& operuit eos mare,& ſic iſte ventus fuit ad operiendum eos. Nec fuit iſte ventus ab eadem parte orbis,à qua erat ille, qui diuiſum mare deſiccauit: nam ille fuit Subſolanus directe orientalis, tamen vocatur in litera noſtra vrens: & in Hebræo vocatur orientalis. Et cùm viæ illę eſſent cõtra Orientem aliquo modo,ſi ille ventus veniret,intraret per illas vias ſicut ante intrauerat ad deſiccandum: & magis diuideret,quàm concluderet fluctus.Dicendũ ergo quòd ille ventus fuit Meridianus,ſcilicet Auſter, qui impellebat aquas contra Septentrionem, vt fluerent in illas aperturas,quę erant ab Occidente cõtra Orientem. Non enim poteſt dici, quòd iſte ventus fuerit aquilonaris:nam ſcopuli altiſſimi ſolitudinis Ethan erant à parte aquilonari maris rubri, qui prohiberent omne ventum tranſire, *Et operuit eos.* Ideſt Aegyptios, *Mare.* Scilicet impellente vento aquas, vt fluerent ſuper eos ambulantes in profundo. *Submerſi ſunt quaſi plumbum.* Ideſt ſicut plumbum graue valde eſt,& immediate vt ĩ aquam iacitur fundum petit, ita Aegyptij licèt venĩetibus aquis ſuper eos conati eſſent ſe attollere,& enatare,tñ De⁹ depreſſit eos tãquã plumbũ. *In aquis vehemẽtibus.* Ideſt in aquis multis,ſiue magnis, qa mare erat. *Quis ſimilis tui in fortibus dñe.* Ideſt quis inter fortes eſt equalis tibi,quaſi dicat,null⁹ enim quiſquã alius poſſet talia ſigna agere,& portenta,qualia tu agis. Et quidẽ cõparatio nulla Dei ad hoĩem fieri poteſt:nã finiti ad infinitum proportio nulla eſt: vt ait Boet.de conſ.lib.2.proſa 7.cum dicit:& finitis qui-

Spiritus in ſacris litteris multipliciter accipitur.

F dem ad inuicẽ fuerit quædã,infiniti aũt ad finitum nulla vnquã poterit eſſe collatio. *Quis ſimilis tui.* Replicatio eiuſdẽ ſententię eſt, ſicut fit ſępe maximè in carminib⁹ quemadmodũ iſtud eſt. Vel poteſt eſſe,ꝙ faciat aliam ſentẽtiã:nã ſupra dixerat nullũ eſſe ſimilẽ Deo in fortitudine dicens,quis ſimilis tui in fortibus:nunc ponit nullũ eſſe Deo ſimilẽ quantum ad alias excellentias, cũ dicit. *Quis ſimilis tui.* Scilicet in ſanctitate,& miraculorum operatione:ideo ſubdit. *Magnificus in ſanctitate.* Ideſt quis eſt ſimilis tui,vt ſit ita magnificus in ſanctitate ſicut tu. Dicitur aũt magnificus in ſanctitate.i.magnus valde in ſanctitate, ita ꝙ nõ eſt aliquis ita ſanctus ſicut tu. Accipitur aũt hic magnificus improprie, nã vt ait Philoſophus 4.Etihc.c.de magnificentia.Magni

G ficus dr̃ qui facit valde magnas expẽſas,qualiter oportet,& vbi,& qñ,& ſic de alijs circunſtantijs:vt in faciẽdo templa, & in faciendo ſepulchra, & expenſas nuptiarum,& aliorũ,quæ ſemel fiũt per vitã: Deus autem nõ dicitur iſto modo magnificus hic,ſed accipitur magnificus.i.magnus vel magna faciens. *Terribilis.* In penarũ illatione:quia in malos debitas pęnas admirabiliter exerces. *Atque laudabilis.* Quia eripis confidentes in te. *Et faciens mirabilia.* In apertione maris rubri ad tranſitum Iudęorũ, & in ſuffocatione Aegyptiorum, & in oĩbus pęnis inflictis in Aegypto. *Extendiſti manum tuã.* Metaphora eſt tanquã de viro pugnante,qui manum extendit ad percutiendum hoſtẽ: Deus ergo quando punit,manum extẽdere dicitur: cũ autẽ nõ punit,ma-

Quomodo Deus dicitur magnificus.

H nũ collectã habet. *Et deuorauit eos terra.* Nõ quòd deuorauerit eos terra aperiẽdo ſe,ſicut abſorbuit Dathã,& Abiron,qui viuentes deglutiti ſunt,vt patet Num.16. & 26. cap. ſed ꝙ deſcenderunt in profundum maris.ſ. ad ſolum, & ſicut illi qui deuorantur à terra humano occultantur aſpectui: ita illi qui maris fluctibus abſcõdũtur,licèt terræ viſcera non ſubintrẽt,donec eos mare ad littus depellat, occultantur: & ſic fuit de Aegyptijs,qui viſi ſunt intrare in viſcera terræ, quia non cõparuerũt donec ad littus cõpulſi ſunt. *Dux fuiſti in miſericordia populo,quem redemiſti.* Ideſt direxiſti nos populũ tuum per vias datas in mari rubro. Fuit autem iſta directio in miſericordia,quia ex pietate Deus aperuit viam Hebræis, ne Aegyptij comprehenderent eos coarcta-

I tos à mari,& terrã,& occiderent in ore gladij. Vel fuit miſericordia,quia qñ intrauerunt per mare rubrũ,niſi Deus tenuiſſet aquas maris,fluerent ſuper eos, & morerentur ſimul. *Populo quem redemiſti.* Ideſt populo Hebræorum,quẽ redemiſti de Aegyptiaca ſeruitute. Vel dicitur dux quantum ad columnã ignis,& nubis, quæ demonſtrabat Iſraelitis viam vbicunq; eſſent præcedẽdo eos:vt patet ſupra 13.c.& tunc dicitur dux ex miſericordia,quia ex miſericordia dirigebat eos. *Et portaſti eũ in fortitudine tua.* Ideſt cum fortitudine.i.per operationẽ mirabilium eduxiſti eos de Aegypto:per fortitudinem ẽt aperuiſti eis mare rubrum: per fortitudinẽ pauiſti eos cibo Angelorum in ſolitudine. *Ad habitaculũ ſanctum tuum.* Iſta litera neceſſario legitur per modum

K futuri,licèt hic ponatur de preterito: nã in tempore illo, quo Moyſes cum populo Iſrael cãtauit iſtud canticum,cũ trãſierunt mare rubrum, nõdum acceſſerant ad aliquẽ locum, qui vocari poſſet habitaculum Dei, & ſic dicetur. *Et portaſti eum.* Ideſt portabis, Moyſes.n. ſpiritu prophetico cognoſcebat ꝙ Deus introductur⁹ eſſet Hebræos in terrã Chanaan, quã promiſerat. Et hoc nõ ꝯditionaliter,ſed ſimpliciter verum erat,ita ꝙ nullo euẽtu pturbari poterat: ideò ita loquebat de eo ſub certitudine: tãquam de eo,qđ factum erat: & iſte modus ſeruatur frequenter in Prophetis. *In fortitudine tuã.* Qualitercunq; intelligatur habitaculum Dei,vt infra declarabitur Hebrei ducti fuerunt ad illud cum miraculorum operatione. *Ad habitaculum ſanctum tuum.*

QVAE-

QVAESTIO. IIII.

DEus in nullo loco habitat cum in loco nullo circunſcribatur: domus namq; vel habitaculum ipſum habitatorẽ circunſcribit: Deus aũt quia infinitus eſt ſm̃ eſſentiam vbiq; eſt,& totus mundus eũ cõtinere non valet,ſic dicitur Iere.23.c. Cęlum, & terra ego impleo, dicit dñs:,dicitur tamen Deus habitare in aliquo loco propter aliquẽ ſpecialem effectũ,qui eũ magis ibi oſtendit quã alibi,& ſic dicitur Deus habitare ĩ cęlo,quia ibi dat gloriã beatis:& ſic dr̃ Mat.5. Nolite iurare per cęlũ quia ſedes Dei eſt. Aĩa ẽt noſtra ſedes Dei,vel Tẽplum dicit,quia ibi Deus operationẽ ſuam demonſtrat eã illuſtrãdo per gratiã,& virtutibus adornando:ſic dicit beatus Bernar.in lib. de contẽplatione: Tẽplum Dei eſt mens iuſti,& altare optimum cor ei⁹: & Apoſt.2.Corint.ca.10. dicit: Templum Dei eſt, qđ eſtis vos,qui autẽ polluerit tẽplum Dei,deſtruet illum Deus.Dicuntur etiam aliqua loca corporea tabernacula Dei, quia Deus ſpecialiter operatur in illis,vel inuocatur nomen eius in illis,ſic patet 3.Reg.8. cum dicit: Ergo ne putandum eſt,ꝙ Deus verè habitet ſuper terram? ſi enim cęlum,& cęli cęlorum te capere nõ poſſunt,quãto magis domus hęc,quã ędificaui?Et poſtea ſubditur in litera,ꝙ illa domus facta eſt, vt inuocetur ibi Deus in oratione, & exaudiat in cęlo quicquid ibi dicatur: huiuſmodi autẽ ſunt oĩa loca,in quibus Deus virtutẽ miraculorum ſuorum vult demonſtrare, vel vbi catholicus populus domum facit ad orandum, & Deo gratiarum actiones,& laudes canendum. Quod autẽ fuit iſtud habitaculum, ſm̃ Ra. Abraham Aben Ezra eſt mons Sinai,quia ibi habitabat Deus in caligine nubis,& igne,atq; legem dedit,& verba eius ꝑ Angelos exaudita ſunt. Et non ſolum fuit habitaculũ Dei iſte mons ex tempore,quo Iſraelitę caſtrametati ſunt ibi,& Deus legem dedit,ſed ẽt ab antiquo: quia fama erat apud paſtores Madian Deum habitare in monte Sinai,nulluſq; ob hanc cauſam ad illum audebat accedere:& ideo qñ Moyſes duxit gregem ad interiora deſerti: perueniens ad montem Sinai, vidit quæ rubum ardere,& ꝙ non cõbureret,cumq; voluiſſet accedere ad locum,vt conſideraret viſionem hanc magnã:prohibitus fuit à Deo dicente,ne appropies huc,ſolue calceamentum de pedibus tuus, locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt, & ſatis rationabile, ꝙ intelligatur de hoc loco.Et tunc qñ dicitur,ꝙ in fortitudine Dei illuc adducti ſunt,verum eſt.ſ.delẽdo Aegyptios hoſtes eorum,& diuidendo mare rubrum,atq; dãdo eis cibum in deſerto,& aquam de petra, & nouiſſime deijciẽdo hoſtes eorum Amalechitas inſurgentes in eos, vt patet infra 17.cap. Alio modo, vt vult Nicolaus, & alij: intelligitur hic habitaculum Dei templum factum in monte Moria,ad quẽ Deus deducturus erat Hebręos: & iſtud tẽplum poſtea conſtruendum erat.Melior eſt tñ prior expoſitio,ne fiat replicatio eiuſdem ſenſus.In oĩbus enim ſcripturis, maximè in ſacra cauendum eſt quantum potuerimus, ne fiat replicatio,aut aliquid videatur dici ex abundantia: quia peccatum eſt per plura facere,quod poteſt per pauca fieri,vt ait Ariſt.8.Topicorum. Si autem intelligamus hic de tẽplo facto in terra Chanaã,erit duplicatio,cùm infra dicatur: Intro duces eos atq; plantabis in monte hæreditatis tuæ firmiſſimo habitaculo, quod operatus es. ſanctuarium tuum & cætera.Ponendo autem pro monte Sinai,nõ fit duplicatio. Dicendo tamen accipi pro habitaculo terræ Chanaan verum eſt,ꝙ illuc venerunt per fortitudinẽ dei.ſ.per opera mirabilia, q̃ ſupra diximus,& ꝑ multa alia deuincẽdo Chananęum regẽ Arad,vt patet Num.21.c.& Seon regẽ,& Og, Amorrhęorum reges

Deus vbique eſt ſed ſpecialiter in quibuſdam locis per quendam ſpecialem effectum.

Mons Sinai fuit Dei habitaculũ ſecũdum Auẽ Ezra.

Opinio Nicolai,& aliorũ de habitaculo Dei.

A duos,vt patet Deu.2.& 3.c. Et delẽdo Amonitarũ reges quinq;,vt patet Nu.31.c. Et deſiccãdo Iordanẽ, vt patet Ioſue 3.c. Et deſtruẽdo Chananæorum reges 31. cum populis ſuis:vt patet Ioſue 12.c. multa quoq; alia. Et qđ mirabilius oĩbus videtur, ſoliq; diuinæ potẽtiæ cõceſſum, ſtetiſſe ſolẽ immotum ꝑ vnius diei ſpacium ad preces Ioſue,donec ſe vlciſceretur de inimicis ſuis, vt patet Ioſue 10.c. *Aſcenderunt populi.* Qñ Iudei tranſierunt mare rubrum,intrauerunt ĩ Arabicas ſolitudines verſus mõtẽ Sinai. Eſt autẽ terra illa carẽs habitatore, maximè in tpe illo:nũc ãt aliqualiter habitat ꝑp aquas quas Deus eduxit de petra in Raphidim, & in Cadeſbarne,vt patet infra 17.Nu.20.c. Circa illas ſolitudines tñ ſunt multę gẽtes.ſ.Philiſtijm ab Occidente,& Ama

B lechitæ atq; Chananæi à parte ſuperiori,& Madianitę donec veniatur ad confinia terrę Edõ,& Moab, & Amõ,regumq; Ammorrhæorũ: ideo qñ audierunt iſti populi vicini tãtum miraculum.ſ.ꝙ ſiccaſſet De⁹ mare rubrum ad introitum eorũ,& deleuiſſet Aegyptios opprimẽtes eos,cõſternati ſunt valde,& timuerunt,ꝙ eos diſperdituri eſſent:ſic patet Num.22.ca.cum dixit Balach rex Moab:Ita delebit hic populus oẽs,qui ĩ noſtris finibus cõmorantur: quomodo ſolet bos herbas vſq; ad radices carpere. Et Deute.2.ca. dixit Deus Hebræis: Trãſiuiſtis per terminos fratrum veſtrorũ filiorum Eſau,qui habitant in mõte Seir,& timebunt vos. Et clarius Ioſue 2.c. cum dixit Raab meretrix Iericontina ad exploratores Iſraelitarum: Noui quòd tradide

Quando Hebręi trãſierunt mare rubrum omnes alij conuicini populi maximè timuerunt.

C rit vobis dominus terram: etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ:audiuimus, quòd ſiccauerit dominus aquas maris rubri ad introitum veſtrum, quando egreſſi eſtis de Aegypto, & quæ feceritis duobus Ammorrhæorum regibus,qui erant trans Iordanem Seon,& Og,quos interfeciſtis,& hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum:& non remanſit nobis ſpiritus ad introitum veſtrum. Iſti ergo populi volentes ſuccurrere expellentes Hebręos de terra illa,cõfederati ſunt:vt quilibet populus pugnaret contra eos, inter quos primi fuerunt Amalechitæ, qui erant propinquiores, & inceperunt bellum cõtra eos, dum eſſent in Raphidim, vt patet infra 17. capit. Et quantum ad hoc dicuntur

Populorũ confęderatio aduerſus Hebręos.

D populi aſcendiſſe,ideſt mutuo conueniſſe,vel pepigiſſe de bello infligendo Hebræis. *Et irati ſunt.* Ideſt incurrerunt odium Hebræorum: nam eos valde exoſos habuerunt, quia timebant, quòd Hebræi omnes populos Arabiæ delerent. *Dolores obtinuerunt habitatores Philiſtijm.* Ideſt dolores venerunt ſuper Philiſtinos, cùm iſta audierunt,timentes malum ſibi ab alijs Hebræis futurum. Dicitur autem aliquid obtinere alterum,cùm vigorem habet ſuper illud, vel victoriam: ſic dicitur aliquis obtinere in cauſa forenſi quando profertur ſententia: ſic etiam dicitur Gene. ſeptimo cap. Obtinuerunt aquæ terras centum quinquaginta diebus,ideſt tenuerunt aquę terras ſub ſe toto iſto tempore: quia aquæ eleuatę erant ſuper mon-

E tes altiſſimos, quindecim cubitis, vt patet ibidem. *Tunc conturbati ſunt principes Edom.* Ideſt principes Idumææ, qui ſunt principes filiorum Eſau. In terra autem Edom primo dominati ſunt multi duces ſimul: deinde mutato iſto principatu dominati ſunt reges octo ſucceſſiue: poſtea mutato principatu regio inceperunt rurſus habere duces,poſt quos iterum habuere reges: vt patet Geneſis trigeſimo ſexto capitulo, & ibi declaratum eſt. Iſti autem conturbati ſunt: quia timuerunt, quòd filij Iſrael acciperent terram eorum: ideo cùm miſerunt ad Idumeos Iſraelitæ legatos, vt peterent tranſitum per terram eorum: reſpondit rex Edom: Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi: poſtea autem cum

 tran-

transierunt per illos, timuerunt: vt dicitur Deut.2.ca. F
scilicet transibitis per terram, siue terminos fratrũ vestrorũ filiorũ Esau, qui habitat in Seir, & timebũt vos:
mandauit tũ Deus ne mouerentur cõtra eos in bellũ.
Robustos Moab obtinuit tremor. Idest tremor, vel nimius timor venit super principes robustos Moabitarum, sup
regem, & alios principes: nã timuerunt valde eos, cum
audiuerunt facta hebræorũ, & mirabilia, quę Deus age
bat pro eis: sic dicitur Num.22.ca.f. Videns aũt Balach
filius Sephor oĩa, quę fecerat Israel Ammorrhęo: & q̃
pertimuissent eũ Moabitę, & impetũ eius ferre nõ pos
sent, dixit ad maiores natu Madian: ita delebit hic po
pulus oẽs, qui in nostris finibus commorãtur: sicut so
let bos herbas vsq; ad radices carpere. *Obrigiuerunt oẽs ha
bitatores terræ Chanaan.* Scilicet septẽ populi, qui cõmu
niter dicuntur esse in terra illa. Obrigere est infrigidari
siue gelari, vel durescere, quod fit in magno pauore:
talis autẽ euenit in omnibus Chananæis, cũ audierũt,
qd̃ Deus faceret p̃ Hebræis: vt patet Iosue 2.c.cum di
citur: Noui, quòd tradiderit vobis dominus terrã: ete
nim irruit in nos terror vester, & elanguerũt oẽs habi
tatores terrę. Audiuimus enim q̃ siccauerit dominus
aquas maris rubri ad introitum vestrum, cùm egressi
estis ex Aegypto, & quę feceritis duob̃ Ammorrhęo
rum regibus: qui erant trãs Iordanẽ Seon, & Og, quos
interfecistis: & hęc audientes pertimuimus, & elãguit
cor nostrum, & nõ remansit in nobis spiritus ad introi
tũ vestrum. *Irruat super eos formido.* Supra Moyses spiri
tu prophetico cognoscens futura sub certitudine prę
dixit illa per modũ præteriti: hic rogat ea cõpleri: scie
bat.n.clarissimè Moyses, quòd ea, quę p̃destinata sunt,
sic prædestinantur: vt sanctorũ precibus impleanẽ: ro
gabat ergo pro horũ cõpletione: sic.n.ipse Moyses scri
pserat de Isaac, cui numerositas seminis promissa est:
tñ vxor sterilis ei data est: vt patet Gen.25. nec gignere
ex ea potuit vsq; post annos 20. quàm eam acceperat,
& cõtinuo rogabat pro ea. *Formido.* Idest timor in aĩa.
Et pauor. Scilicet exterius: pauor.n.reddit hominẽ stu
pidũ, vt immobilis sit: & hoc præcabatur Moyses eue
nire in gentibus istis, donec ipsi transirent in terram
promissionis. *In magnitudine brachij tui.* Idest in fortitudi
ne tua: quasi dicat, sicut tu domine per fortitudinẽ tuã
magnã fecisti, p̃ nobis mirabilia multa: ita nũc immit
te terrorẽ super oẽs gentes has: & sic fecit iterũ pro Ia
cob in terra Chanaã immittendo terrorem in omnes
gentes in circuitu, ne eũ persequerentur: cũ dicit Gen.
25.c. Cunq; profecti essent terror domini inuasit oẽs
per circuitũ: & nõ ausi sunt persequi recedentes. *Fiant
immobiles quasi lapis.* Silicet vt nullo mõ moueantur in
bellũ contra nos: licèt aũt sic rogauisset Moyses: tñ po
stea nõ sic totaliter cõpletũ est: vt patet de bello Ama
lechitarũ, qd̃ paulo post surrexit cõtra eos: vt patet ĩfra
17.c. Et iterũ Amalechitæ cũ Chananæis: vt patet Nu.
14.c. Et iterũ Chananæus rex Arad: vt patet Num. 21.
ca. fiebant aũt hęc pro tentatione Hebræorum, vt appa
reret vtrum diligerent Deũ, & nota fierent quæ in eo
rũ cordibus versabantur: vt patet Deu.8.c. Maximè qa
hæc fiebant pro peccatis Hebręorũ, vt traderentẽ in ma
nus hostũ: qd̃ colligitur ex 3.4.& 6.c.Iudi.vbi mox, vt
Hebræi declinabant ad idolatriam mittebat super eos
aliquos hostes, qui eos premerent seruitute. *Donec pertranse
at populus tuus iste.* Quasi dicat nunc nobis periculũ
est cũ transimus inter has gentes, ne insurgant aduer
sum nos: postquam aũt fuerimus in terra possessionis
nostræ nõ timebibus eos. *Donec pertranseat populus tuus.*
Ista replicatio verborum est cũ identitate pertinens ad
solum ornatũ: sicut cõsuetum est in cantic.s, maximè
qñ obseruatur lex metrica quantum ad numerum syl
labarum, & pedum quantitatis prolationis cuiuslibet
syllabę sũ tempora quę habet: vt obseruatur in poetis

Quæ prædestinatur sic prædestinantur, vt sanctorum præcibꝰ impleãtur.

& in versibus Ieremiæ in lib. Trenorum, qui secundũ
literã Hebraicã per metra iambica cum comate heroi
co procedit: vt declarauimus in Epist. ad Paulinũ, quæ
ponitur vt prologus Bibliæ totius in cap.7. eiusdẽ. *Iste
quem possedisti.* Scilicet ipecialiter accipiendo eũ in po
pulũ tuum peculiarẽ: vt patet infra 19.c.& Deũ.32. ca.
cum dicitur. Nunquid nõ ipse est pater tuus, qui posse
dit te, fecit & creauit te? Hoc autẽ est quantum ad quã
dam specialẽ possessionẽ: nã generaliter Deus oẽs po
pulos possidet: vt patet Psal.23. f. Domini est terra, &
plenitudo eius, orbis terrarũ, & vniuersi, qui habitãt in
eo. *Introduces eos.* Ista referuntur ad terram Chanaã, &
possunt legi dupliciter. Aut per modũ orationis, Aut
cuiusdã propheticæ enũciationis. Per modum oratio
G nis est sensus, q̃ Moyses oraret Deum dicẽs: Domine
ego oro te, vt introducas hunc populum in terrã Cha
naan. Per modum prophetiæ possunt legi, q̃ sit sen
sus, Moysen loqui cum Deo, & dicere: Domine ego
scio, q̃ tu introduces istos seruos tuos, & populũ tuũ
in terram Chanaan. Sed melius videẽ per modũ ora
tionis, vt continuetur modus loquendi superiori, qui
erat deprecatiuus. *Et plantabis.* Idest radicabis eos in
terra illa: dando eis ciuitates, & possessiones, in quibus
maneant radicati. Et fit metaphora ab arbore, quæ cũ
plantatur radices agit. *In monte hereditatis tuæ.* Idest in
terra Chanaan, quæ est aliqualiter montuosa: vt patet
Deute.11.cap.cum dicitur: Terra enim ad quã ingre
dieris possidendam, nõ est sicut terra Aegypti, de qua
H existi: vbi iacto semine in hortorum morem aquę du
cuntur irriguæ: sed montuosa est, & campestris. Sic
etiam dicitur Deute.1.cap.cum dicitur: Reuertimini,
& venite ad montẽ Ammiorrhæi: & cætera quæ ei pro
xima sunt campestria atq; montana. *Firmissimo habita
culo tuo.* Idest ista terra est firmissimum habitaculum
tuum. s. quòd semper habitabis in illa: specialia benefi
cia dando populis tuis ibi existentibus nam Deus non
dimisit Hebręos, & accepit aliã gentem: licèt ipsi dimi
serint verũ Deum suum, & acceperint alium Deum,
& de hoc conqueritur dñs Iere.1.cap.cum dr̃: Trãsite
ad insulas Cethin: & videte, & in Cedar mittite, & cõ
siderate vehementer, & videte si factum est huiusce
modi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt
I dij: populus vero meus mutauit gloriã suam in idolũ.
Vel potest hic accipi mons Hæreditatis per mõtã Mo
ria, in quo construxit Salomon templum: vt patet 2.
Paralipo.2.ca. Et vocatur ille mons hæreditas Dei spe
cialiter: quia ille locus specialiter ad Deum pertine
bat: nam in cęteris locis terræ promissionis poterant
fieri omnia, quæ ad humannm seruitium attinebant:
in isto aũt loco, vel mõte nihil fiebat nisi ipse Dei cul
tus: imo aliqui homines non audebant intrare ad
partes interiores, nisi ad orandum, & offerendũ: ideo
Christus cum reperit ibi ementes, & vendentes, euer
tit mensas nummulariorum, & cathedras vendentiũ
columbas: vt patet Mat.21. & Luc.19.capit. *Firmissimo
habitaculo tuo.* Idest q̃ templum Salomonis fuit firmũ
K habitaculum Dei: quod dicitur ad differentiam alio
rum habitaculorum eius nam in Silo prius habitauit
arca dñi: sed postea propter peccata sacerdotũ dimi
sit Silo, & trãsiuit ad alia loca: nam in manus hostiles
tradita est, vt patet 1.Re.4. c. Deinde venit in domum
Aminadab in Gabaa, vt patet 1.Reg. 7. cap. & mansit
ibi toto tempore, quo regnauit Saul. s. quasi per qua
draginta annos, imo maiori: quia antequam Saul ef
ficeret rex, ducta fuit arca in domo Aminadab: dein
de postquam regnasset Danid septem annis super Iu
dam in Ebron, & congregatus fuisset ad eum omnis
Israel: tuleruntq; arcam de Gabaa, quæ erat in domo
Aminadab, & posuerunt eam in domo Obethedom
Gethęi, vbi stetit tribus mensibus: postea translata
fuit

Templum Salomõis fuit firmissimum Dei habitaculum.

fuit in ciuitatem Dauid, & mãsit ibi, donec poneretur
in templo Salomonis. De his mutationibus patet 2.
Reg.6.cap. In templo autem facto in monte Moria p
Salomonem mansit maiori tempore, quàm in alijs lo
cis: nam nunquã arca inde ablata est donec Ieremias
videns imminere aduentum Chaldæorum, ne ipsa cũ
alijs rebus, quę in templo erant à Chaldæis vilipende
retur, & combureretur: tulit eam secretè super vertic
cem Phasga in mõtẽ Abarin, ad locum sepulchri Moy
si, & eam ibi cum corpore eius clausit, & manet vsque
in prę̃sentem diẽ omnibus hominibus incognita. Nã
sicut nulli hominũ sepulchrum Moysi scire datũ est,
vt habetur Deu.34.cap. ita nec arca, quæ cum corpore
eius latet. De his habetur 2. Machab.cap.2.& adhuc li
cèt arca inde propter hostes ablata sit: tamen nomen
domini semper fuit inuocatum in templo illo: nã etiã
post reditum de Babylone Deus illud templũ restau
rari mandauit diligenter, vt patet per totum Prophetã
Aggeum, & per Zachariam vsq; ad 4.c.& postea Deus
inuocatus fuit semper in templo hoc, vsquequo post
mortem Christi quasi per annos quadraginta, à Ro
manis deletum est: vocabatur ergo rectè istud tẽplũ
firmissimum Dei habitaculum: quia firmius ibi quã
in aliquo alio loco habitauit: ita vt non prius desineret
Deus habitare in templo illo, quã peccatum Iudæorũ
per mortem Messiæ consummatum fuerit, atq; per
hostes vindicatum, ita vt ipsum templum cum cęteris
vrbis ædificijs conflagrarit. Licèt de hoc non modicũ
Titus qui de Iudęis triumpho habito lętabatur, hæsi
tauerit: mouebat enim eum antiqua veneratio, & ad
miranda pulchritudo: sed Dei dispositio eũ ad incen
dendum illud tanquam aliquid de cętero inutile inci
tauit. *Quod operatus es domine.* Idest tu Deus fundasti
templum istud: quia disposuisti locum istum vt ibi fie
ret templum. Etiam mouisti Dauid, & Salomonem
vt ibi facerent, & dedisti facilem modum, vt fieret
tantum opus in tam breui tempore. *Sanctuarium tuum
domine.* Idest istud habitaculum tuum est sanctuarium:
& vocatur sanctuarium à sanctitate: in templo autem
erat sanctitas: quia habitabat ibi gloria domini inter
cherubin super arcam, vt patet Numer.7. & 2. Reg.
sexto, ideo operiebat illud aliquando gloria domini:
vt de cõsummatione tabernaculi in mõte Sinai Exo.
40. cum dicitur: Postquam cuncta perfecta sunt, ope
ruit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domi
ni impleuit illud: nec poterat Moyses ingredi tectum
fęderis, nube operiente omnia, & maiestate domini
corruscante: quia nubes cuncta operuerat. Idem fa
ctum fuit consumato templo Salomonis: quia glo
ria domini operuit illud: vt patet 3. Reg.8.capi. cum
dicitur. Factum est autem cum exisset sacerdos de san
ctuario, nebula impleuit domum domini, & non po
terant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulã:
impleuerat enim gloria domini domum domini. Et
cum totum tabernaculum, aut templum sanctum vo
caretur à Deo, qui ibi colebatur: quædam tamen par
tes eius specialiter sanctæ erant: quia specialiter Deus
in eis habitabat sicut super arcã inter Cherubin: ideo
illa pars interior sanctuarij vocabatur sancta sanctorũ,
vt patet infra 26.cap. *Quod firmauerunt manus tuæ.* Idest
quod tu egisti vt patet supra. *Dominus regnabit in æternũ
& vltra.*

Archa'ausa est in sepulcho Moysi, & adhuc est incognita.

QVAESTIO. V.

Differẽtia inter Dei regnum, & aliorum regna mortalia.

POstquam posuit orationẽ hæc, conuertitur ad Dei
laudationem dicens, q̃ regnum eius non est aliq̃d
sicut regnorum terrę, quæ vicissitudinariè commutã
tur, & interdum totaliter ruunt: regnum autem do
mini in ęternum manet, regna aũt terrę multos aduer
A santes habent: & si aduersantes non habent, ipsa de se
magna ruunt: quia quæ valde magna sunt in huma
nis, diu consistere non possunt, vt ait Lucanus lib. pri
mo de bello plusquam ciuili Iulij Cæsaris, & Pompei,
vbi tres rationes Romani casus in illis bellis assignat.
Primam dicit esse fatalem dispositionem: Secundam
inuidia magnitudinis, q̃a quilibet solus dominari vult,
nec quemquam parem videre desiderat, cum dicit:
Summa namque potestas impatiens consortis erit:
inuiderat autem Pompeius, ne Cęsar ei ęqualis fieret.
Tertiam rationẽ dicit esse, quia ipsę res magnę etiam
nullo impellente coincidunt, cùm dicit, in se magna
ruunt. Ideo regna temporalia quemquã beatũ efficere
nequeũt, vt ait Boe.de conso.lib.3.prosa 7. cũ dicit.
B An vero regna regumq; familiaritas efficere potentẽ
valeant quid in quo eorum fęlicitas perpetuo duxit: at
qui plena est exemplorum vetustas, plena est prę̃sens
ætas, qui reges fęlicitatem calamitate mutauerint. Et
subiungit ironicè: o prę̃clara potentia, quæ nec ad
conseruationẽ quidem sui satis efficax inuenitur. Re
gnum autẽ Dei firmissimum est: quia nec de se labi po
test: cùm ęterna stabilitate firmatũ sit. Nec aduersariũ
quemquam habet, cũ quęcunq; sunt, ei directè, liben
terq: subdantur: vt ait Boetius de consol.lib.4. prosa 6.
latè hoc probans. Dominus ergo regnabit in æternũ.
Et vltra. Vltra æternum nihil est, quia æternum inter
minatã durationem dicit tam à parte ante quã à parte
post: sed ponitur vltra ex abundanti ad signandam af
C fectionem loquentis: nam ex abundantia cordis os
loquitur, vt patet Luc.6.cap. sicut ergo iste Moyses val
de desiderabat durationem regni Dei, cùm Deũ amo
re amicitię diligeret, præferebat illud per quædã ver
ba signantia magnam affectionem. Et sic frequẽter
in scriptura sacra ex affectione dicentis ad comprehẽ
dendum multa ponuntur aliqua non necessaria: sic
dicitur Gen. 3. cap. ex verbo serpentis ad Heuam eri
tis sicut dij scientes bonũ, & malum: constat tamen, q̃
malum tunc nihil erat, quòd cognosci posset: sed ad si
gnandum valde large omnia entia, & modos entium
præsentium, vel futurorum qualitercunque se haben
tiũ, vel possibilium se habere. Sciendum aũt, q̃ ista lite
ra ex loco illo. Introducẽs eos, potest exponi anagogi
D cè referendo ad vitã æternam, & q̃ iste sensus intẽtus
est ab ipso proferẽte, aliàs non propriè assignareẽ in lite
ra: nam sicut declarauimus Gen.15.c. q̃ sub promis
sione terræ Chanaan ad ipsum Abrahã facta, intelli
gebatur vita æterna: quæ dicitur terra viuentium: ita
hic sub isto habitaculo temporali, ad quod introduce
bantur, intelligeretur tabernaculũ cęleste in cęlo em
pyreo. Abrahæ namque terra Chanaan promissa fuit,
& semini eius, vt patet in cortice literæ, vt patet Gene.
15.cap.& sic fuit ad rem, quia Deus illam promisit, &
postea dedit, vt patet in plurimis locis scripturæ: nam
Iosue 21.c.cũ tradita esset terra Chanaã in manus He
brę̃orum dixit scriptura: Dedit dominus Israeli oẽm
terram, quam se patribus eorũ traditurum iurauerat;
E & sequitur infra: ne vnũ quidẽ verbũ, q̃ illis p̃staturũ se
esse promiserat, irritũ fuit: sed rebus oĩa expleta sunt.
Cũ ista tñ terra materiali, q̃ promittebat explicitè, pro
mittebat implicitè terrã viuentiũ. s. vitã ęternã: quia p̃
actibus factis in charitate necessario correspõdet præ
miũ maius quã terrenũ: ergo cũ ibi promittit p̃miũ p̃
bona operatione, necessario illud erit aliquid maiꝰ præ
mio materiali. Et sicut Deus dicẽdo illa verba promis
sionis Abrahæ, intẽdebat in illis verbis promittere ei,
& toti semini suo iusto vitam ęternã: & hoc intelligebat
Abraham sic promitti, vt patet Ioan.8.cap.cum di
xit Christꝰ Abraham pater vester exultauit, vt videret
diẽ meũ, vidit, & lętatus est, idest quòd Deus reuelauit
Abrahæ redemptionem futuram per Messiã de semi

Æternum quid dicat.

In sacra scriptura multa ponuntur ad signãdam affectionẽ dicentis q̃ non sunt valde necessaria.

ne suo: & vita æterna, quæ habebatur per redemptionem Messiæ: & clarius patet ad Hebre. 11. cũ dicitur: Fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena in casulis habitando cũ Isaac, & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem, expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex, & conditor Deus. Sicut ergo erat ibi, ita poterat esse hic. Et licèt hoc non includat aliquod inconueniens, tamen non habet eandem rationem, quam habet in promissione facta Abrahę, nam ibi necesse est intelligi vitam æternam promissam esse: cùm pro actibus latriæ non debeat promitti solum premium terrenum, quod est minus quolibet actu charitatis: hic autem erat oratio Moysi, & non promissio Dei: ideò bene stabat, quod ipse peteret introductionem in terram Chanaan, non petendo vitam æternam. Etiam dato, quòd legatur litera ista per modum prophetiæ, vt supra diximus: bene stat, quia Moyses prędiceret introductionem in terrã Chanaan nihil intelligendo de vita ęterna: sequendo tamẽ istum sensum, exponetur sic litera. *Introduces eos.* Scilicet populum istum Israelitarum. *Et plantabis.* Id est radicabis, vel firmabis: hoc autem pertinet ad vitã ęternam: nam postquam aliquis eã semel adeptus fuerit, vlterius perdere non valebit: & in hoc differt ab ista vicissitudine vitę huius calamitosæ: quia licèt nunc quisquam in gratia Dei sit: tamẽ eam perdere potest, quia in quotidiano motu est: ideo de nullo certum quid assignari potest: donec extremam horam attigerit: ibi aũt nulla est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, quoniam priora transierunt. *In monte hereditatis tuæ.* Patria celestis mons est: quia in locis altissimis est: maximè cęlum empyreum, quod super omnia corpora est immobile, & clarum: atque sanctis spiritibus plenum, vbi Deus beatis animabus requiem dat ab omnibus laboribus suis in sæcula sæculorum. Vocatur hæreditas domini, quia licèt in omni loco Deus sit: ĩ nullo tamen tantũ de affluentia bonitatis suę indicat quãtum ibi: & perpetuo hoc idem ibi facturus est. *Firmissimo habitaculo tuo.* Idest quòd illud cęlum est firmissimum, nulla enim corporea substantia magis firma, aut solida est quàm cęlum: nam cętera elementa aut elementaria corpora corruptionem, alterationemq; suscipiunt, corpora tamen cęlestia non suscipiunt peregrinas impressiones, vt ait Philosophus secundo de cęlo, & mundo: ideo corpora ęterna vocari possunt simpliciter quantum ad totum, & partem quamlibet suam: de firmitate cęlorũ dixit Iob. ca. 37. tu forsitan cum eo fabricatus es cęlos, qui solidissimi sunt quasi ere fusi sint: hæc est ergo sedes firmissima in æternum non ruitura: ideo beati, qui habitant in illa: quia in sæcula sæculorum laudabunt Deum, vt patet Psalm. 83. *Quod operatus est domine.* Quia istud habitaculum manus hominum non fecerunt: sed Deus ipse à principio cum primaria luce creauit, spiritibusq; Angelicis, & cæteris quæ ei coęua ponuntur; de quibus diximus late Gen. primo capit. *Sanctuarium tuum domine.* Verè quidem sanctuarium: nam licèt domus, in quibus in terris Deus à fidelibus colitur, & inuocatur, sanctuaria à sanctitate Dei ibidem inuocati dicantur, non tamen eis ita proprie nomen sanctuarij conuenit sicut illi fęlici loco beatorum: nam hęc templa manu facta quantacunque sanctitate polleant, prophanari, atque quotidianas pati immunditias possunt: illud autẽ nullatenus pollui potest, quia nihil cõtaminatum, aut immundum intrabit in illud. Etiam quia illi qui in templis nostris orant, ipsique sacerdotes, qui pro cęteris ad Deum mediatores existunt, infirmitate peccati circundati sunt, vt ait Apostolus ad Hebræ. 7. cap. cũ dicit. Talis enim decebat, vt esset nobis pontifex sanctus, innocens impollutus segregatus à peccatoribus: & excel-

F sior cęlis factus, qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: lex enim homines cõstituit sacerdotes infirmitatem habentes: in vita ęterna tam ipse sacerdos Christus, quàm cęteri, qui ab eo redempti illuc ascenderunt, omnibus prorsus maculis carent, quoniam priora transierunt: & istam excellentiam templi cęlestis ad terrenum innuit Apostolus ad Hebræ. 9. cap. dicens: Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, idest non huiusmodi creationis: nec per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, ęterna redemptione inuenta. *Quod firmauerunt manus* G *tuæ.* In Deo nec manus, nec pedes, nec cęteras organicas partes assignare possumus, cũ corporeus non sit: sed sicut in nobis vis operatiua in manibus est, cũ manus dicatur organum organorum, vt ait Philosophus secundo de anima, ita vt modo nostro intelligam⁹, potentiam operatiuam Dei manibus suis attribuimus, cùm tamen ipse tale nihil habeat. *Dominus regnauit in æternum, & vltra.* Supra expositum est. *Ingressus est enim.* Isti duo versus sequentes pertinent ad canticum præcedens, & replicantur in eis verba priora ad modum cantilenarum communium: in quibus cum ponantur quædam verba, quæ sunt principia cantici, postea in fine cuiuslibet rationis perfectę replicantur: sic etiã faciunt interdum poetę, licèt raro: vt ponãt quosdam H versus qui intercalares vocantur, & postea interpositis quibusdam iterum resumant illos: sic enim facit Ouidius in libro epistolarum in epistola Deianirę ad Herculem, quæ incepit.

Cur membra Deo tribuimus

Versus intercalares sunt qui sępius interpositis quibusdã alijs replicãtur.

Gratulor Aetholiam titulis succedere nostris.

Idẽ facit Martianus capela in libro de Nuptijs mercurij, & Phisiologiæ, in carmine musarum ad honorem nouæ nuptę cùm in cęlum ducitur dicentes.

Scande cęli templa virgo digna tanto fędere.
Te socer subire celsa astra poscit Iupiter.

Et isti duo versus nouies repetuntur: quia quęlibet nouem musarum in fine carminis ponebat eos. Versus autem, qui repetitur in Epistola Deianiræ est.

Impia quid dubitas Deianira mori?

I Erant enim ista verba Deianirę volẽtis seipsam occidere: quia camisiam toxicatam Herculi miserat, qui eum ad mortem induxit: pro quo ipsa cum poneret aliquam rationem suadentem ad se occidendum concludebat in fine.

Impia quid dubitas Deianira mori.

Totiens ergo istum versum repetiuit, quot rationibus mortem suam persuasit: & ad extremum persuasa gladio incubuit spontaneam mortem amplectens. Idem seruatur in Theodolo in fine disputationis Pseustis pastoris, & virginis Alicię, quorum vterque vnum versum intercalarem accepit. Virgilius autem in Bucolicis idem facit in Egloga octaua, quæ incipit.

Pastorum musam, Damonis, & Alphesibæi.

K Et ponuntur ibi duo versus intercalares sæpius repetiti, scilicet.

Incipe Mænalios mecum mea tibia cantus.

Secundus versus est.

Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite Daphnim.

Ingressus est enim eques Pharao. Idest Pharao intrauit equitando in mare rubrum. *Cum curribus, & equitibus.* Omnes sui equites, & currus cum eo intrauerunt: currus enim erant sexcenti electi, & de alijs non electis omnes qui in Aegypto reperiri potuerunt: equites autem erant quinquaginta millia, vt ait Iosephus. *Et reduxit super eos dominus aquas maris.* Nam aquæ ad ingressum eorum, & Hebræorum steterant quasi murus a dextra, & leua, postea fugientibus Aegyptijs

Aegyptijs à percutiente Deo conclusi sunt fluctus, vt exire non possent: & aquæ reductæ sunt super eos flãte meridiano vẽto, sicut patet supra, scilicet: Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare. *Filij autem Israel ambulauerit per siccum.* Idest per fundum maris desiccatũ: nam post diuisionem maris misit dominus ventũ oriẽtalem calidum desiccantem tota nocte fundum maris, vt patet supra decimo quarto capit. *In medio maris.* Idest in mari: non autem in medio secundum æquidistantiam, sed intra mare.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egresseque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris: quibus præcinebat dicens: Cantemus domino: Gloriose enim magnificatus est, equũ, & ascensorus ei est deiecit in mare. Tulit autem Moyses Israel de mari rubro: & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinẽ, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara: nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amarę. Vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, idest amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum. Qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas: in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum: dicens. Si audieris vocem domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te. Ego enim sum dominus Deus sanator tuus. Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas.

De cõs. di. 2. cap. reu. ra.

Iudit 5.

Eccle. 38.

Sumpsit autem. Hic ponitur minus principale, scilicet gratiarum actio quantum ad mulieres. *Sumpsit autem Maria.* Sicut Moyses cantauit cum omnibus filijs Israel, ita Maria soror Moysi, & Aaron cantauit cũ omnibus mulieribus: & rationabile valde erat: nam sicut Moyses, qui erat dux populi, & propheta domini, erat principalis inter viros cantantes: ita Maria, quia prophetissa erat, debuit esse dux, vel præuia inter cantantes mulieres: ideo subditur in textu causa huius prioritatis, cùm vocatur prophetissa.

QVAESTIO. VI.

Dupliciter aliquis propheta vocari põt

VOCATVR aliquis quantum attinet ad præsens dupliciter propheta. Vno modo, quia ex diuina reuelatione aliqua alijs hominibus, quę Deus di-

A cenda mandauit, annunciat, & isto modo communiter accipimus prophetam pro illo, cuius dicta in libris reperimus, vt Isaiam, Ieremiam, & cæteros: & isto modo Mariam sororem Moysi prophetam dicere nõ possemus, quia nescimus, quæ ex diuina reuelatione ipsa aliquibus gentibus annunciauerit: quidam tamẽ dicunt, quòd ipsa prophetauit patri suo Amram, quãdo accedere nolebat ad vxorem suam, quòd accederet, quia ipse geniturus erat filium liberatorem Israel, de quo diximus supra secundo capit. Hoc autem satis conuenit, tamen firmitatem non habet vllam. Alio modo dicuntur prophetę illi, qui licèt nulla dicenda hominibus à Deo recipiunt, Deum tamen vident, & cùm eis loquitur declarãdo eis aliquas veritates oc- B cultas. Et isto modo, quia Deus loquebatur frequenter cùm Abraham, vt patet Gen. 12. 13. 15. 17. 18. & 22. capit. atque in alijs locis, diceretur propheta: & sic vocauit eum scriptura, vt patet Gen. 20. capitul. cum dixit Deus ad regem Abimelech, qui tenebat vxorem Abrahę. Nunc ergo redde ei vxorem suam: quia vir propheta est, & orabit pro te: & isto secũdo modo Maria prophetissa vocari potest: quia ad eam loquebatur dominus, vt patet Numeri 12. cap. Nam cum ipsa, & Aaron redarguerent Moysen propter vxorem Aetiopissam, dixerunt: Nũ per solùm Moysen locutus est dominus? nonne & nobis similiter est locutus. *Soror Aaron.* Non solũ erat soror Aaron, sed etiam soror Moysi: cùm omnes ex eadem matre patreque geniti essent: C sed vocatur soror Aaron ex quadam ratione speciali, sicut Simeon, & Leui vocantur specialiter fratres propter concordiam eorũ ad malum, licèt alios quatuor fratres haberent ex eadem matre Lia, & patre Iacob genitos: sic patet Gen. 49. cap. cùm dicitur: Simeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. Etiam isti duo vocantur specialiter fratres Dinæ, cũ alij quatuor fuerint fratres euidem ex patre, & matre: isti tamẽ quia eam specialiter diligebant, & quia pro ea specialiter laborauerunt: vt patet Gen. 34. cap. in occisione Sichimitarum pro stupro, & violatione Dinæ: & ibidem dicitur: Arreptisque duo filij Iacob Simeon, & Leui fratres Dinę gladijs. Hebræi dant rationes duas, quare vocetur specialiter soror Aaron. Prima est, quia an- D tequam nasceretur Moyses, ipsa habebat pro fratre solùm Aaron: qui erat maior Moyse annis tribus: vt patet supra septimo capitu. & tunc prophetauit patri suo Amram de natiuitate Moysi ducis Israel. Secunda quia Aaron multum se ostendit pro ea zelare, quando percussa fuit lepra propter murmurationem: vt patet Nume. 12. capitulo, cùm dicitur: Cunque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad eum: obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus, ne fiat hæc quasi mortuum, & vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris suæ. Et ecce medium eius deuoratum est lepra. *Tympanum in manu.* Tympanũ à tinniendo dicitur, quia manibus percussum tinnitus reddit. Est enim instrumentum qua- E dratum de lignis factum: & interdum rotundum: & superius corio extento, & intra tintinabula parua ponuntur: vt ex tinnitu pellis extentæ, & tintinabulorũ interiorum conueniens sonus reddatur ad cõcordiam vocis canentium puellarum. *Egresseque sunt omnes mulieres post eam.* Nam ipsæ viderant qualiter viri concinebant Moysi: ideo motę sunt; vt haberent & ipsæ ductricem canentem, & discurrebant super littus maris rubri canentes domino, & lętantes videndo cadauera Aegyptiorum in littore: & acceperunt ab eis omnia spolia, arma, & vestes. *Egressę sunt.* Scilicet de tẽtorijs suis, vel de inter castra: nam immediate, vt exiuerant de mari rubro stetit nubes, & fixerunt castra secũdum ordinem suũ, & manebat quęlibet mulier in tentorio

Primo.

Secundo.

Quomodo Maria Moysi soror prophetissa erat.

Opinio Hebręorũ.

Tympanũ quid sit.

ſuo,& omnes intra ambitum caſtrorum : cùm autem choreando cantare voluerunt, egreſſæ ſunt ſingulæ de tentorijs ſuis : & omnes de caſtris,& inceperũt magnas choreas agere per littora maris rubri. *Cum tympanis,& choris*. Inter alia ſupellectilia, quæ ſecum aſportauerant de Aegypto multæ de mulieribus tympana ſecum attulerant, ad conſolationem iuuencularũ, & puerorum tenerorum: & tũc omnes,qui tympana habebant aſſumpſerũt illa,inter quas Maria, quę princeps cęterarum erat,tympanum aſſumpſit,quod forte ipſa aſportauerat,vel ab alia aſportante accepit. Canticum inchoauit præcinẽdo in voce,& timpano: & tũc cęterę mulieres concinebant in tympanis, & vocibus cantantes eadem,quæ cantabat Maria: vt patet in choreantibus, vbi vno canente cęteri ſuccinunt concinentes. De iſtis tympanis dicit Nicolaus, quòd Deo inſpirante de Aegypto aſportata ſunt,quia vel à Deo audiuit Maria,vel ei, & cęteris mulieribus in mente dedit, vt tympana aſportarent: quia Deus in deſerto in tympanis colendus erat. *Et choris*. Dicitur chorus cõgregatio,vel chorea concinentium,atque ſaltantium : ſic enim fecerunt iſtę mulieres, quia omnes coniungebãtur,& cantabant. *Quæ præcinebat*. Ideſt quòd Maria ante omnes alias cantabat,& cęterę reſpondebant. Præcinere enim eſt ante alios canere : & ſic faciebat Maria : quia ipſa cęteris dignior erat, quia ſoror Moyſi ducis Iſrael : & pręcipuè quia prophetiſſa : nam propter prophetiam non ſolùm fęminis, ſed etiam viris pręponi deberet,ſicut Delbora prophetiſſa, quæ iudicauit magno tempore totum Iſrael : vt patet Iudi.4.& 5. capit. & ad ipſam totius Iſraelis cauſę deferebantur iudicande. *Cantemus domino*. Iſtud eſt canticum,quod Moyſes cantauit cum omnibus viris de populo : in quo apparet, quòd prius cantauit Moyſes aliquotiens iſtud canticum cùm viris : quàm inciperent cantare illud mulieres: aliàs enim neſcirent illud,niſi audiuiſſent. *Glorioſe magnificatus eſt*. Ideſt magnitudinem poteſtatis ſuę demonſtrauit in hoc facto, & hoc cum magna gloria ſiue fama : quia iſtud factum auditum eſt per omnes terras,& omnes gẽtes aut laudauerunt Deum, aut eius magnitudinem admiratæ ſunt : quia nunquam tale viderant,vel audiuerant,nec aliquid tale poſtea cõtigit. Ioſephus tamen in libris antiquitatum, vbi tractat de bello Alexandri, dicit quòd cũ Alexander perſequeretur Darium fugiẽtem mare, Pamphilicum ei, & exercitui ſuo apertum eſt voluntate Dei,qui diſpoſuerat regnum Perſarum per Alexandrum delere de hoc Ioſephus in ſecundo libro Antiquitatum, & hæc finit. Iſti tamen dicto ab alijs Cronographis fides nulla datur,ideo nullus aliorum,qui acuratiſſimè Alexandri macedonis geſta conſcripſerunt hoc operi ſuo interpoſuit, aut ſaltem ab alio dictum retulit : qđ tñ pro maximo poſitũ fuiſſet,ſi ſic eueniſſet,aut eueniſſe crepitum fuiſſet. Reuera quidem inter cętera Alexandri facta,& fortunas nihil iſta re mirabilius atque relatu dignius eſſet. *Equum, & aſcenſorem proiecit in mare*. Quia venientibus fluctibus ſuper eos, omnes tam homines quam iumenta eorum perierunt: nec ipſi equi, qui aliàs enatauiſſent,ibi euaſerunt, volente Deo eos diſperdere, ne exeuntes in Aegyptum reuerterentur, & cęteris Aegyptijs prodeſſent. Etiam quia Deus voluit monſtrare iſtam deſtructionem fuiſſe ab eo inflictam : ideo quòd fuiſſet vniuerſalis,& nihil euaderet, ne ſi aliquis de Aegyptijs, aut equis Aegyptiorum ſuperfuiſſet à caſu eueniſſe diceretur. *Tulit autem*. Hic ponitur,ſcilicet impedimenti remotio,& itineris cępti continuatio, & diuiditur in tres partes. Primo ponitur aquarum,& ciborum prouiſio,quę in itinere ſumme neceſſaria ſunt : ſecundo hoſtis inſurgentis repreſſio,infra circa medium 17.capit. *Venit autem Amalech*.

Qđ tympana in deſerto aſportata ſint.

De maris Pamphili apertione, & quomodo Ioſephꝰ errauit in hoc de quo rogo videas do. Abul. Ioſue 3.ca.q.41.

F Tertio populi procedentis ordinatio in principio 18.c. Circa primũ adhuc diuidit:qa primo ponit populus ſitiẽs 2.populus eſuriẽs,ideo primo prouidet de aquis 2. de cibis inf.16.c. Ad primũ *Tulit aũt Moyſes filios Iſrael de mari rubro*. Dr̃ Moyſes eos tollere,quia tollere importat quandam quaſi violentiã: & ſic Moyſes quaſi violenter inde abſtraxit: vt volunt quidam, nam Hebræi erant cupidi valde,& inhiabãt ſpolijs Aegyptiorum, q̃ multa,& præcioſiora fuerũt,vt volunt Hebræi, quàm ea quæ tulerant de Aegypto,cùm petiuerunt vaſa aurea,& argentea,& veſtes: ab his autem ſpolijs remouẽri non poterant. Sed non multum hoc videtur, quia collectio ſpoliorum omnium Aegyptiorum modicũ duraret,forte non per duas horas, vel tres, quia plures G erant ipſi Hebræi, qui colligere poſſent,quàm Aegyptij mortui in mari. Nam de Aegyptijs erant ducenta milla peditum,& quinquaginta millia equitũ, & currus ſexcenti electi, & aliqui de alijs non electis : & ſic omnes,qui erant in exercitu Pharaonis, & mortui ſũt in mari rubro,non accedebant ad trecenta millia. Pędites autem Hebræorum,qui erant apti ad bellũ erant vltra ſeptingenta millia, vt declarauimus ſupra Gene. duodecimo capitulo,quanto magis,quia alij ſeniores, & alij minores peditibus irent ad ſpolia: immo etiam ipſę mulieres, & ſic breuiſſimè diriperent omnia ſpolia. Etiam quia non eſt veriſimile, quòd Moyſes prohiberet Hebræos à capiendo ſpolia Aegyptiorum : nã indigebant eis,maximè armis, & auro, & argento, ſi H quod portabant: ad offerendum poſtea in vaſa,& cuncta opera ſanctuarij. Etiam quia cùm Deus dediſſet eis tantam læticiam tradendo inimicos eorum in manꝰ ſuas,irrationabile videbatur eos diſtrahere,ne hac lęticia fruerentur. Etiam non poteſt dici, quòd Moyſes eos inde abſtraxerit, quia nunquam mouebantur caſtra, niſi per motum nubis, vt patet infra 40. capit. & Numeri 9. cap. cum dicitur: Ad imperium domini proficiſcebantur, & ad imperium eius figebant tabernacula: cunque ablata fuiſſet nubes proficiſcebantur filij Iſrael : & in loco vbi ſtetiſſet caſtrametabantur: non dicitur ergo quantum ad hoc, quòd Moyſes eos tulerit : ſed dicitur eos tuliſſe, quia ipſe omnium eorũ curam agebat tanquam pater,& dux,ſicut dicitur Nu- I me. vndecimo cap. quando conqueritur Moyſes de tãto onere impoſito dicens. Cur afflixiſti ſeruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te: & quare impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui? vt dicas mihi,porta eos in ſinu tuo : ſicut portare ſolet nutrix infantulum,& defer in terram,pro qua iuraſti patribus eorum? Sicut ergo mater tolere filiũ dicitur,aut rex exercitum : quia ſub cura eorum ſunt: ita Moyſes dicebatur tuliſſe exercitum Hebræorũ dè mari rubro : & ſicut de loco illo tulit,ita poſſet dici de alijs locis tuliſſe, licèt in alijs locis non ſic ſcribatur. *De mari rubro*. Ideſt de littore maris rubri,in quo caſtrametati fuerant. *Et egreſſi ſunt in deſertum Sur*. Incipit K deſertum Sur in littore maris rubri, ſed tamen ſtantes apud mare rubrum, non dicebantur ſtare in deſerto Sur, ideo cùm inceperunt ambulare dicebantur egredi de littore maris, & intrare deſertum. Iſtud quod vocat hic deſertũ Sur, vocatur deſertum Ethan Numeri trigeſimo ſecundo capitulo, quia ſicut dicitur hic, quòd tranſito mari rubro intrauerunt in deſertum Sur; ita dicitur ibi, quod poſt mare rubrum intrauerunt in ſolitudinem Ethan. Et ſicut hic dicitur quòd ambulauerunt tribus diebus per deſertum Sur: ita dicitur ibidem, quòd ambulauerunt tribus diebus per ſolitudinem Ethan. Et ſicut dicitur hic,q̄ non inueniebant aquam in deſerto Sur: ita dicitur ibi, quòd populus nõ inuenit aquam in ſolitudine Ethan.

Et

Expoſitio Hebræorũ

Auct. expoſitio.

Idem eſt deſertum Sur,& deſertũ Ethã.

Et ſicut dicitur hic,quòd poſt deſertum Sur venerunt in Mara, & hoc latius diximus ſupra cap. 14. Iſtud deſertum Sur, ſiue Ethan, per quod nunc tranſiuerunt Iſraelitæ, non habet magnam latitudinem, ſicut alia deſerta, quia in tribus diebus tranſierunt latitudinem eius filij Iſrael,veniẽtes vſque Mara: filij autem Iſrael valde modicum ambulabant,quia habebãt paruulos, & mulieres, & ſeniores, & armenta multa portanda, & teneros fętus,quia tunc erat Aprilis, ſcilicet menſis ſecundus ſecundum Hebręos,& ipſi incipiunt in Martio: ergo valdę modicum ambularent. Eſt tamen habens magis de longitudinę, nam extenditur longitudo eius contra Occidentẽ verſus terram Phyliſthinorum,& iuxta latus Aegypti inferioris. Et patet Gene. 20. cap. cùm dicitur, quòd habitauit Abraham inter Sur,& Cades, & peregrinatꝰ eſt in Geraris, ideſt quòd dum Abraham peregrinaretur in Geraris,ideſt in terra Gerare, quæ erat caput terræ Phyliſthinorum,morabatur, ideſt habebat domicilium inter Sur, & Cades, ideſt apud deſertum Sur: ergo deſertum Sur eſt cõiunctum Gerare, quæ eſt in terra Phyliſthinorum: terra tamen Phyliſthinorũ ſatis occidentalis erat terrę illi,per quam tunc tranſibant, quia vt dicitur ſupra 13. cap. iter rectum,& breue à terra Aegypti,vſque ad terram Chanaan erat per terram Phyliſthijm, ſed iſtud iter reliquerunt, vt ibi patet,& circuierunt aſcendẽtes contra Orientem ad mare rubrum. *Ambulaueruntque tribus diebus per ſolitudinem*. Ideſt per iſtam ſolitudinem Sur,ſiue Ethan. Cauendum eſt in hoc,quia aliqui nõ faciunt differentiam inter Sur, & Sin, ſed pro eodem accipiunt : ſed falſum eſt,quia ſolitudo Sur eſt immediatè poſt mare rubrum ante caſtrametationẽ Mara: ſed ſolitudo Sin eſt vltra Mara,& vltra Elim, ſcilicet inter Elim,& montem Sinai,vt patet capitulo ſequenti.

Deſertum Sur non habet magnam latitudinem.

An columna quieuerit in illis tribus diebus, in quibus Iſraelitæ ambulauerunt per deſertum Sur.

QVAESTIO. VII.

SED quæres de iſtis tribus diebus vtrum columna quieuerit an non. Si autem dicas, quòd columna non quieuit : ergo etiam ipſi moti ſunt,aliàs perdidiſſent columnam,quod falſum eſt,quia ſemper columna præcedebat eos, quando mouebantur : nec vnquã defuit coram eis columna ignis, aut nubis,vt patet ſupra 13. cap. ſed ſi ipſa ambulaſſet,& ipſi manerent perderent eam: neceſſarium ergo eſt,quòd ſi ipſa columna illis tribus diebus,& noctibus continue mota eſt,vt ipſi quoque tribus diebus continuis mouerentur. Sed hoc nullo modo cõcedendum eſt,immo impoſſibile eſt,niſi Deus miraculosè operaretur, quia nullus homo poſſet tribus diebus,& noctibus continuis moueri : maximè,quia tunc non potuiſſent ſumere cibum, ad quod requirebatur aliqualis requies. Et maximè, quia paruuli nullo modo hoc toleraſſent,maximè pecora, quia licèt homines mouendo ſe poſſent comedere,pecora tamen non poſſunt. Si autem dicas,quòd in quolibet illorum trium dierum columna ſtetit, & ipſi ſtabant ſtante columna, vt tota nocte requieſcerent ad reſumendas vires, tunc ſequitur inconueniẽs, quia vbi columna ſtetiſſet figebant caſtra, vt dicitur Num. 9. ſcilicet: Cunque ablata fuiſſet nubes proficiſcebantur filij Iſrael, & in loco vbi ſtetiſſet, ibi caſtrametabantur: ergo videtur,quòd eſſent aſſignandę tres manſiones in iſta ſolitudine Sur, cùm Moyſes omnes manſiones numeret : ſed has non deſcripſit, vt patet Nume. 33. capit. vbi ponitur cathalogus manſionum. Et hoc confirmat, quia in eodem 33. ca. dicitur, quòd omnia loca caſtrorum deſcribũtur, cùm inquit litera: Hę ſunt manſiones filiorum Iſrael, qui egreſſi ſunt de

Inconueniẽtia ſequentia ſi nubes nõ quieuerit.

Inconueniẽtia cõſequentia ſi quieuerit.

A Aegypto per manum Moyſi, & Aaron, quas deſcripſit Moyſes in caſtrorũ loca, quæ domini iuſſione mutabant. Et poſtea ibi in litera ſubditur, quæ loca fuerũt illa, inter quæ non ponitur aliqua manſio facta in deſerto Sur,ſiue Ethan in his tribus diebus,ergo non caſtrametati ſunt in iſtis tribus diebꝰ, nec quieuit nubes. Reſpondetur, quòd quando Iſraelitæ mouebãtur per deſertum,quotidie columna manebat ad veſperũ illis diebus,quibus mouebantur,vt quieſcerent per noctẽ, quia nec homo aliquis,nec pecora poſſet ſuſtinere ambulare cõtinuè vltra vnam diem,& noctem: maximè populus Hebraicus habens paruulos teneros,& ſeniores,& mulieres delicatas: & non ſolùm quieſcebat columna per noctem,ſed etiam quieſcebat per diem ad B ſumendum cibos: vt haberent ſpacium ad cibos parãdos,& ad comedendum. Et ſi dicas,quòd non indigebant aliqua paratione ciborum, quia in deſerto mãna comedebant vſque ad introitum terræ Chanaan per annos quadraginta, vt patet infra ſextodecimo, & Ioſue 5. c. ſed manna non indigebat aliqua paratione. Reſpondetur,quòd licèt ſaporem haberet,& comedi poſſet ſine aliqua paratione: Hebræi tamen,qui ſuper iſto cibo nauſeabant,vt patet Nume. 21. capit. diuerſo modo illud parabant: vt patet Num. 11. c. cùm dicitur. Erat autem mãna,quaſi ſemen coriandri coloris Bdelij: circuibatq; populus colligens illud,frangebat mola ſiue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis,quaſi panis oleati. Hoc etiam patet C infra 16. ca. cùm loqueretur Deus de cuſtodia ſabbati mandauit, vt manna colligeretur in omnibus diebus præterquam in ſabbato, & quòd omnia quæ parari in cibis, aut coqui deberent coquerentur die præcedenti,cùm dicitur. Cras quodcunque operandum eſt,facitè,& quæcunque coquenda ſunt coquite. Ergo tunç coquebatur manna,& fortè carnes, quia aliquãdo aliqui eorum comedebant carnes cum portarent pecora multa : ſed adhuc dato, quòd non deberent pararę cibos,non poterant ſumere cibos conuenienter itinerando. Item,quia in iumentis hoc nõ potuiſſet euenire, quia neceſſe erat ipſa qualibet die paſci carpendo herbas : ergo oportebat aliquam partem diei dari, in qua maneret columna, vt pecora cibum ſumerent,& D adaquarentur : neceſſe eſt ergo, quòd omni die quo mouerentur,columna ad minus bis quieſceret, ſcilicet ad ſumendum cibum in meridie, vel ante, & ad manẽdum in veſpere,& ideo in ſolitudine Sur, in qua tribus diebus manſerunt ambulantes per eam ad minus quieuit columna ſexies. Ad argumentum autem reſpondetur quando dicitur,quòd quandocunque columna quieſcebat figebantur tentoria, & vocabatur illa caſtrametatio, & has omnes caſtrametationes, ſiue caſtrorum loca deſcribit Moyſes Num. 33. inter q̃ non ponitur fuiſſe aliqua caſtrametatio in ſolitudine Sur, vel ſolitudine Ethan, quod idem eſt. Dico, quòd quandocunque columna quieſcebat Hebræi quieſcebant: ſed non in omni loco, in quo nubes quieſcebat E figebãt caſtra, quia licèt in meridię nubes quieſceret, vt ipſi, & pecora eorum cibos ſumerent, tamen non figebant tentoria : ſed ſolùm quando intelligebant ſe manſuros aliquanto tempore, vnde in meridie nunquam figebant caſtra: ſed ſolùm ponebant, ideſt exonerabant iumenta ſua ad ſumendum cibum : in ſolis occaſu ſi columna quieuiſſet non figebant etiam tentoria: ſed aliqualiter, vt potuiſſent ſe ponebãt neſciẽtes vtrum in craſtinum orto ſole itineraturi eſſent. Cùm autem aduenisset dies, ſi columna non moueretur, putantes ſe aliquandiu ibi manſuros figebant caſtra, & tunc quandocunque columna moueretur,& ipſi proficiſcebãtur: ſi autem columna mota ante meridiem, vel in meridie quieſceret, & maneret maiori ſpatio tem-

Auctoris reſponſio.

Quomodo manna in deſerto parabatur

Ad argumentum reſponſio.

Regula ad cognoſcẽdum,quando Hebręi caſtra figebant,& qñ non.

temporis quam ad sumendos cibos manere consueuisset, figebant castra existimantes se ibi aliquādiu ſtaturos. Nūc ergo dico, q̃ Moyses non descripsit omnia loca, in quibus Israelitæ ponebant castra, sed omnia loca, in quibus figebant ea, & quia non fixerunt castra in pluribus quàm 42. locis ex Aegypto vsque ad Iordanem, non computatę sunt nisi 42. mansiones. In multis tamen alijs locis quieuit nubes, quia fortè in pluribus quàm ducentis, aut trecentis: & sic fuit in deserto Sur, siue Ethan, q̃ non computatur aliqua mansio, qa licèt nubes ad minus sexies quieuerit, & totiens ipsi posuerunt castra, tamen nunquam castra fixerunt, cū nunquam nubes quieuerit, nisi ad horam qua consueuerant cibos sumere, & in vespere ad solis occasum. In istis autem duobus temporibus nunquam figebant castra. Et istam differentiam aliquo modo innuit litera Num.9.cap. ſ. q̃ quando vna nocte manebat nubes quiescebant: si autem mansisset vna die, & nocte, dissipabant tentoria: aut si mansisset tempore ampliori, & postea recessisset. Dicit enim si fuisset nubes à vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum recessisset, proficiscebantur, & si post diem, & noctem recessisset, dissipabant tentoria: ergo videtur, q̃ quando nubes manebat solùm vna nocte, & recedebant diluculo, quòd non dissipabant tentoria, idest nō prosternebant ea ad solùm, sed si post vnum diem, & vnam noctem recessisset, dissipabant tentoria: quasi dicat, q̃ quando vna nocte solùm manebat nubes, non figebantur castra: ideo sequenti die diluculo non poterāt dissipari, si tamē per vnam diem, & vnam noctem stetisset, dissipabant tentoria, scilicet qa iam erecta erant. Nec valet quando dicitur Numeri 9. quia cùm ablata fuisset nubes proficiscebantur, & quando in aliquo loco stetisset ibi castrametabantur, quia castrametari generale est ad positionem castrorum, vel fixionem castrorum. Et tunc verum est, q̃ vbicunque mansisset nubes, castrametabantur, scilicet quia aut ibi castra ponebant, aut figebant ea, & accipiendo sic large castramentari, non est verum, q̃ omnes castramentationes computentur à Moyse in cathalogo mãsionum Numeri 33. cap. sed accipiendo propriè, vel strictius castrametari, idest figere castra, & isto modo respōderi potest ad omnes dubitationes de varietate castrametationum, & mansione nubis, & quiete populi. *Et non inueniebant aquam.* Non est intelligēdum, q̃ nullam aquā inuenissent, quia tunc sequeret, q̃ in tribus diebus, & noctibus nō biberint Israelitæ, nec pecora eorum: sed hoc absurdum est, quia non posset aliquis homo diebus tribus, & noctibus manere sine aqua: maximè itinerando, cùm motus itineris excitet ardorem, & causet humiditatum desiccationem: ideo ambulantes in itinere frequentibus potibus indigent, sed est sensus, quòd aquæ raræ erant, & non sufficientes ad tollendā eorum sitim, & pecorum suorum: licèt aliqualiter sufficerent ad vitam. Et patet iste modus loquendi frequenter in scriptura, vbi modicum nihil esse dicitur, quia nihil, & inutile æquiparantur. Nam Hebræi dixerunt, q̃ in solitudine non erat panis, nec aqua, vt habetur Num.21.cap. cùm dicitur: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? deest panis, non sunt aquæ, & sic dicitur Deuter.8.c. cùm dicitur: Dominus fuit ductor tuus in solitudine magna, atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio, & dipsas, & nullæ omnino aquæ. Ecce quam efficaciter negat aquas fuisse in deserto dicens, non solùm nullas fuisse, sed etiam nullas omnino: nullus tamen tan vecors est, qui dubitet aquas fuisse in solitudine: nam solitudo accipitur à trāsitu maris rubri, vsque Cadesbarne, siue vsque montem Hor, quando fuerunt in extremis finibus terræ Edom, in quo spatio fuerunt plures

Sacra scriptura dicit nullas omnino aquas fuisse in solitudine amē multæ aq̃ erāt, quia modicum q̃ nihilo reputatur.

F quàm 25. mansiones, vt patet Num.33.c. computando eas ibidem: in istis ergo mãsionibus necesse fuit aquas esse, aliàs enim non potuissent Hebræi, & pecora eorū superuiuere: maximè, quia fuerunt in hac solitudine 39. annis. Nam quando in secunda vice reuersi sunt in Cadesbarne, erat primus mensis anni quadragesimi, vt declaratur Num.20.ca. necesse erat ergo istas aquas esse, vel à Deo educente eas mirabiliter, vel quia oriebantur naturaliter in itinere illo, Deus autem solùm bis legitur aquas mirabiliter eduxisse in deserto, scilicet semel in Raphydin: vt patet infra 17.cap. & iterum in Cadesbarne, vt patet Num.20.ca. Ergo in omnibus alijs locis aquæ erant orientes à terra, licèt vltra Cadesbarne iterum hoc factum fuit cùm ingressi essent terram Ammorrheorum, etiam non erat solitudo, vt patet Nu.21. quādo dicitur, quòd ascendat puteus, Concinebant. Quòd autem in alijs locis essent aquæ, patet in aliquibus: nam in Elim erat 12. fontes & 70. palmę, vt patet infra in litera, & in monte Sinai erant aquæ, quia dicitur Deuterono. 9. capit. Peccatum autem vestrum, quod feceratis, idest vitulum arripiens igne cōbussi, & in frusta comminuens omnemque in puluerem redigens proieci in torrentem, qui de monte descendit. Idem autem de alijs locis necessario intelligēdum est, quia vbi Hebræi aquas non inueniebant, clamabant ad Moysen pro aqua: sed non reperiuntur clamasse in aliquo alio loco specialiter, nisi hic, & in Raphydin, & in Cadesbarne, & deinde in terra regū Ammorrheorum, vel modicum ante illam, ergo in alijs locis semper aquam inueniebant. Dicendum ergo, q̃ quando hic dicitur, q̃ non inueniebant aquam, quòd est sensus non inueniri abundantiam aliquam tamen inueniebant, & hoc generale est in omnibus desertis Arabicis, q̃ aqua rara valde sit. *Et venerunt in Mara.* Ista mansio est extra desertum Sur, siue Ethan, quia distincte connumeratur hic, & vocatur locus iste hic Mara, per anticipationem, quia quando Hebræi venerunt in illum, non vocabatur Mara, nam istud nomē ab aquarum amaritudine ei congruè impositum est, vt patet in litera immediatè, sed Moyses scripsit istam narrationem postq̃ Israelitæ transierant per illum locum. Et tunc iam vocabatur Mara, cùm scripsit; ideo sic appellauit. *Nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amaræ.* Cùm accesserunt Israelitę in Mara, inuenerunt multitudinem aquarū, ideo sitibundi omnes ad aquas se inclinauerunt, sed cum gustarent, inuenerunt eas amarissimas, & incęperunt clamare, quid bibemus? erant enim istę aquæ fortè salsuginosę, sicut aquę maris. *Vnde, & congruum loco nomen imposuit.* Tunc enim congruè nomen imponitur, cùm correspondet proprietati rei signatę, qa nomina vt ait Phylosophus, sunt signa passionum, quę in anima sunt, vt habetur in primo Periermenias: signa autem in anima sunt quædā naturales imagines rerum ad extra: sicut ergo illę imagines signant iuxta proprietatem rei: ita nomina vocalia tunc congruè imponuntur, cùm correspondent proprietati rei signatæ: sed nomen istud Mara, signat amaritudinem, & aquæ illius loci erant amaræ, ergo conuenienter ille locus Mara appellatus est. *Imposuit vocans illud Mara.* Quis imposuit istud nomen? aliquis fortè respondebit, quòd Moyses tāquam maior inter eos nomen imposuit: sed falsum est, & patet ex isto verbo imposuit, quod habet suppositum in recto propinquiori, & ille est populus, qui licèt nō exprimatur, intelligitur in illo verbo, & venerunt, & immediatè dicitur de populo, quòd murmurauit populꝰ, & sic referendum videtur ad populum. Magis tamen dicendum est, quòd Moyses illud nomen imposuerit, cùm non ponatur aliquis rectus ante hoc, nisi ille superior; scilicet tulit Moyses. *Et murmurauit populus cōtra Moysen.*

De impositione nominis Mara loco, in quo Hebręi aquas amaras reperiere.

Quando nomē conuenienter imponit.

Quis fuit impositor huius nominis Mara.

Quid

Quid autem murmurauerint infra subditur, scilicet dicens: Quid bibemus? Non fuit ista murmuratio tāta, sicut aliqua aliarū, qa in alijs pœnitebat eos egressos fuisse de Aegypto, vt patet supra 14.ca. cùm dixerunt: Nunquid non erant sepulchra in Aegypto, & ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine? Et cap. sequenti quando murmurauerunt, dixerunt: Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Eodem modo infra 17. pro aqua in Raphydin. & Num.11. pro carnibus. Et Nu.13. & 14. pro exploratoribus. & Num.20. pro aqua, & Num.21. pro manna.

Quare dicitur, quòd Iudæi murmurarint, cùm non dixerint verba murmurationis: Et in quibus verbis consistat propriè murmuratio.

QVAESTIO. VIII.

SED quæres: quomodo vocatur ista murmuratio, cùm non videantur dixisse talia verba, quæ facerēt murmurationem? Respondetur, quòd murmuratio est, vt cōmuniter à minori ad maiorem, quia propriè maiores de minoribus non murmurant, & est cū contra aliquid dicitur, quod dici non deberet, & sic dicitur murmuratio contra Deum quandocunq; aliquis dicit malum de eo, quod Deus egit, cùm omnia, quæ Deus fecit, valde bene facta sunt: ideo cùm Hebræi dicerent, quòd magis valuerat eis manere in Aegypto, quàm venire ad solitudinem, murmurabant, qa Deus illos eduxerat, & sic bonū erat eos eductos fuisse magis, quàm manere in Aegypto. Etiam quandocunq; aliquis petit à Deo aliquid dari sibi tanquam debitū, Deum tētat, cùm Deus nulli teneatur: sed etiam omnes Deo tenentur obnoxii, ideo contra ea, quæ non debet dicit. Vt si quisquam diceret, domine quare non das nobis cibos, aut aquas? Deus namque nobis nec cibos, nec aquas dare tenetur. Si autem exorando petimus, tentare nō dicimur. Sic etiam quando aliquis aduersum hominem aliqua dicit, quæ dicere non deberet, contra eum murmurat. Nunc ergo planum est, quòd Moyses, & Aaron non tenebatur dare populo cibos, aut potus, cùm ergo conquereretur populus de Moyse, quia cibos eis non dabat, aut aquam, murmurabant aduersum Moysen: si autem populus conquereretur de Moyse, quia in aliquibus casibus non iustè iudicaret, non dicitur murmurare, quia non dicerent contra id, quod debebant, nam Moyses tenebatur iustè iudicare. *Quid bibemus?* In isto verbo patet murmuratio, quia per hoc petebant ipsi ab eo, vt daret eis aquam, & irato animo dicebāt, q̃ Moyses malè ageret in non dando aquam, ipse tamen non tenebatur dare aliquid tale, quia nec poterat, & sic declarat Moyses sequenti cap. quòd ipse non erat tantæ potentiæ, vt peteretur ab eo aliquid, quo non dato murmurare deberent, cùm dicitur: Audiuit enim murmur vestrum cōtra dominum: nos verò quid sumus, quia murmuraſtis contra nos? *At ille clamauit ad Dominum.* Vidit populum positum in angustia sitis, & aquarum amaritudinem, ita quòd nullo modo potabiles essent, ideo compatiens eis rogauit Deum: vt daret eis aquam potabilem. *Qui ostendit ei lignum.* Quod autem lignum fuerit istud, non declaratur in litera. Rabbi Salomon dicit quòd istud fuit Adelpha vulgariter nominata, quæ de natura sua amaritudinem habet, & mortifera est, & hoc fuit ad magnificandum miraculum, scilicet cùm vtrunque amarum esset, & per missionem ligni in aquam debuissent aquæ amarę reddi, tamen non fuerunt ductæ in amaritudinem: sed fuerunt potius dulcoratæ. Et satis rationabile est, nā eodem modo fecit Eliseus, vt patet 4. Reg.2.cap. quando ad sanandum sterilitatem fontis, & terræ misit intra sal; dixerant enim sibi filij prophetarum, quòd ciuitas Iericho erat bonæ habitationis, tamen aquæ erant pessimæ, & propter eas terra erat sterilis, & tunc misit in eas sal: sed cōstat, quòd sal non sanat sterilitatem, sed magis eam efficit: ideo ad efficiendum aliquam terram sterilem ponitur sal in ea, quia sua caliditate, & siccitate virtutem germinatiuam terræ totaliter extinguit: ideo omnis terra, quæ salsuginosa est, sterilis est, ideo pro maledictione terra salsuginosa dicitur, vt patet Psal.106. cùm dicitur: Posuit flumina in desertum, & exitus aquarū in siccum: terram fructiferam in salsuginem propter malitiam habitantium in ea. Et sic terra salsuginosa repugnat fructiferę. Etiam quia quando aliquis dominus vult aliquam terram propter malitiam habitantiū perpetuo facere inhabitabilem, arat eam ponens sal in sulcis, & sic in perpetuum sterilis est; sic patet Iudi.9.c. vbi Abimelech expugnans ciuitatem Sichem volens eam vsque ad radicem delere, omnibus occisis, ciuitateq; deleta, sal in ea disparsit. Dicitur enim: Oppugnabat vrbem, quam cępit interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa, ita vt sal in ea dispargeret: posuit.n. ibi salis sparsionem pro vltimo malorū, quæ fieri possunt alicui ciuitati. Sicut ergo Eliseus ad magnificandum diuinum miraculum sal posuit ad sanandam sterilitatem, qđ tamen maioris sterilitatis est effectiuum, ita rationabile satis est, q̃ ad ostendendam diuinam potentiam, poneretur lignum amarum in aquas. *In dulcedinem versæ sunt.* Miraculosè agente Deo, quia dato, quòd illud lignum missum in aquas dulce fuisset, non habuisset tantam virtutem, vt tam magnam aquarum multitudinem in dulcedinem de amaritudine cōuertisset; maximè, quia hoc repente factum est, scilicet immediatè vt lignum fuit missum, sed naturali actione conueniens non est repente fieri. *Ibi constituit ei præcepta.* Idest ibi data sunt aliqua præcepta populo.

In quibus verbis cōsistit propriè murmuratio.

Qui petit aliquid à Deo tanq̃ sibi debitū murmurat.

Cum principes aliq̃ terram inhabitabilē reddere volunt sale in sulcis sparso arant.

Rabbi Salomon dicit quòd lignum in aquis immissū fuit Adelpha.

VAESTIO. IX.

PRAECEPTVM communiter accipitur pro præceptis Decalogi, alia autem vocantur ceremoniæ, & iudicia: sed constat, quòd hic non data sunt eis præcepta Decalogi, nam postea in monte Sinai data sunt. Rabbi Salomon: dicit, quòd populus Iudæorum erat multum ociosus, & quia ociositas docuit multa mala, vt patet Ecclesiastici 33. cap. vt non haberent occasionem diuagādi ad aliqua inhonesta: dedit eis duo præcepta, in quibus studerent, scilicet. Præceptum de obseruatione sabbati, quod in se multa continet documenta. Et præceptum de vacca ruffa combusta, de cuius cineribus fiebat aqua ad delendas maculas immūditiarum in omnibus contaminatis, de quibus Nu.19. cap. & dedit eis quædam iudicialia præcepta, vt scirent qualiter se adinuicem habere deberent, quòd autem aliqua mandauerit Deus Israelitis in Mara, negari non potest, cùm dicitur hic. *Ibi constituit ei præcepta, & iudicia.* Et adhuc non valet si aliquis dicat, quòd non fuerunt hic data aliqua præcepta specialia, sed solùm dominus admonuit ibi populū generaliter, vt custodiret mandata sua, dicens: Si audieris vocē domini Dei tui. Et etiam quia ista duo ponuntur hic, vt distincta, scilicet constituere præcepta, atque iudicia, & tentare populum, cùm dicitur: ibi constituit ei præcepta atque iudicia, & tentauit dicens: Si audieris vocē Domini Dei tui. Ergo ista verba pertinebant ad secundum, scilicet ad tentationem, & non ad constitutionem præceptorum, & iudiciorum: quæ autem fuerunt ista præcepta, aut iudicia, non patet ex tex. Non tamen potest dici, quòd datum fuerit aliquid de illis duobus, quæ dixit

An Hebręis in Mara præcepta data sunt.

Rabbi

Contra Rabbi Salomon, & primum ſceptum abeo poſitum.

Rabbi Salomon, ſcilicet de celebratione ſabbati. De primo non poteſt intelligi de cuſtodia ſabbati, quia ſabbati cuſtodia tunc fuit comēdata, quando aliquid contra Sabbatum agere poterant, ſcilicet habentes aliqua opera, in quibus occuparentur: ſed ſic erat, quòd quando ſteterunt in Mara, nondum habebant aliqua opera ad faciendum, ſed ſemper vacabant quieti, niſi cùm nubes mouerctur, & ipſi deberent eam ſequi, a qua itineratione non excuſauit poſt mandatum de Sabbato: nam nubes mouebatur per angelum, vt patet ſupra 14.capitu, & per mandatum domini mouebatur, & quieſcebat, vt patet Num.9.ca. Ergo tantum erat, quòd mouerentur nube mota, ſicut quòd Deus diceret eis verbotenus, nunc moueamini. Sed Deo mandanti expreſſe in die ſabbati, quòd mouerentur etiam poſt præceptum de Sabbato obedire tenebantur, ergo ſi nubes moueretur in ſabbato, moueri debebant. Quantum ergo ad hoc nunquam fuit ſpecialę. Ad alia autem opera, quæ fieri poterant in die ſabbati. Dicendum quòd nihil habebant quid agerent, cùm erant in Mara, & antequam illuc acceſſiſſent: ergo nō erat neceſſe dari præceptum de ſabbato: cùm autem euenit Iudæis occupatio, ſcilicet de colligendo mana, & coquendo aut aliàs parando, vt patet Num. 11.cap. datum fuit mandatum de ſabbato, vt ab hac occupatione abſtinerent in die ſabbati, vt patet ſequenti cap. Cùm dicitur Cras quicquid eſt faciendum facitè, ęquid eſt coquendum coquite, quicquid aūt reliquum fuerit reponite vſque mane. Etiam quia iſta præcepta, quæ hic dicuntur, & iudicia conſtituta ſunt in Mara: ſed præceptum de ſabbato conſtitutum eſt in deſerto Sin, vt patet cap. ſequenti, ſed inter Mara, & deſertum Sin diſtantia eſt: nam duę manſiones intermedię ſunt, ſcilicet Elim, & manſio ſuper mare rubrum, vt patet Num.33.cap. ergo non fuit præceptum de ſabbato datum in Mara. Sed fortè dices, quòd iſtud præceptum de ſabbato datum fuit in Mara, non eſt enim inconueniens idem præceptum multotiens dari, ſicut ſæpe reperitur; nam etiam iſtud præceptum ſabbati neceſſe eſt ad minus dicere, quòd bis datum fuit. Primò fit mentio de eodem infra 16. & poſtea iterum 20.c. inter alia præcepta decalogi. Poſt hoc autem fuit iterum datum infra 31.cap. Et iterum infra 34. Sic etiam conuenienter videtur poſſe dici, quòd iterum, & primo datum fuerit in Mara, licèt clare non dicatur. Reſpondetur quòd ſtare non poteſt, quia infra 16.ca. de iſto præcepto ſabbati loquitur Moyſes Iſraelitis, tanquam de aliquo inſolito, quod nunquam audierunt. Si tamen eis primo hoc dictum fuiſſet, non videretur eis obſcurum tanquam inſolitum: nam mandauit Moyſes cunctto Iſrael die ſexto colligere cibos duplices, ſcilicet p ipſo die, & ſequenti, quod fecerunt, cùm autem feciſſent, venerunt ad Moyſen quærentes, quid hoc ſibi velit, & reſpondit Moyſes: Hoc eſt quod locutus eſt dominus requies ſabbati ſanctificata erit domino Cras, quodcunque operandum eſt facitè, & quęcunque coquenda ſunt coquite. Si autem in Mara datum fuiſſet præceptum de ſabbato, dato quòd iterum repetereturinfra à Deo, tamen ipſi audientes, quòd die ſeptimo nihil colligere debebant, non ſtupuiſſent, vel dubitauiſſent de cauſa huius obſeruationis, nec veniſſent ad inquirendum à Moyſe. Concluditur ergo neceſſario, quòd præceptum de ſabbato non datum fuit in Mara.

Contra ſe cūdum dictum Rabbi Salomō

Quantum ad aliud præceptum de vitula ruffa, cuius cineres commiſcebantur aqua ad tollendas, abluendaſque commaculationes: dicendum etiam eſt, quòd nō fuit datum hic. Et arguitur primo, quòd ſuperfluum namque fuiſſet tunc vitulam incendere, & cineres aq̄ commiſcere, quia iſti cineres, vt patet Num.19. capit, erant ad tollendas contaminationes: ſed tunc nullæ cōtaminationes eſſe poterāt: ergo nec iſta vitula ruffa cremari debebat ad emūdandum. Antecedens patet, quia contaminatio erat quædam irregularitas, quam aliquis incurrebat tangendo morticina hominum, vel aliorum animalium, & intrando in domum alicuius mortui, vel tangendo tabernaculum, & per hanc irregularitatem prohibebantur ab ingreſſu tabernaculi: vt patet Num.19.cap. cùm dicitur. Omnis qui contigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus ex hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini. & iterum poſtea dicitur. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illa de medio Eccleſiæ, ſuę quia ſanctuarium domini polluit. Sic ergo videtur, q̄ iſta immunditia facta per aquam luſtrationis, & immunditia, quam antea incurrebant, non erant quantū ad ipſos de populo inter ſe reſpectu ſanctuarij. Sed tūc non erat aliquod ſanctuarium, ad quod accederent: qa illud non fuit factum vſq; ad montem Sinai: ergo non debebat tale præceptum dari ibi, vel fieri talis cōmixtio aquarum luſtrationis. Item quia quando iſta vitula combuſta fuit, primo Eleazarus filius Aaron immolauit eam: ſed non fuit Eleazarus ſacerdos vſque in monte Sinai, vbi facto tabernaculo facta eſt ſacerdotum conſecratio, vt patet infra 29. & Leui.8.9. & 10.c. q̄ autem Eleazarus in prima vice immolauerit iſtam vitulam ruffam, patet Num.19.cap. vbi ponitur preceptum iſtud extenſe tanquam populo; qui nunq̄ illud audierat. Et ſubiungitur in litera: habeant filij Iſrael, & aduenę, qui ſunt inter vos, hoc ſanctum iure perpetuo. Item quando fiebat immolatio illius vitulæ ruffæ debebat aſpergi ſanguis illius ſepties contra fores tabernaculi, vt patet Num.19.c. cùm dicitur, & tingens digitum in ſanguine eius aſpergat contra fores tabernaculi ſeptem vicibus, ſed cùm erant in Mara, nullum tabernaculum habebant, ergo tunc non factum eſt. Item quia ille, qui illam vitulam immolaturus erat deberet eſſe ſacerdos: ſed cùm erant in Mara, nullus adhuc erat ſacerdos, ergo tunc fieri non potuit. Antecedens patet, quia dicitur Num. 19. quòd ſacerdos erat facturus iſta, ſcilicet: Tradeſq; eā Eleazaro ſacerdoti, q̄ eductā extra caſtra immolabit in conſpectu omniū, & poſtea ſubditur: lignum quoque Cedrinum, & Hyſopum, coccunque bis tinctum ſacerdos mittet in flāmam, quæ vaccam vorat, quòd autem non eſſent ſacerdotes, nec tabernaculum exiſtēte populo in Mara, patet, quia tabernaculum fabricatum fuit in mōte Sinai, & ibi ſacerdotes conſecrati ſunt: ſatis ergo inductū eſt euidenter ex ſuperioribus, q̄ nullum de iſtis duob' præceptis quæ aſtruit Rabbi Salomon fuiſſe tradita, fuerit datum Iſraelitis in Mara, ſed aliquod alterum, de quo nō fit hic mentio. *Et ibi tentauit eum dicens.* Ideſt Deus tentauit populum. Tentare autem eſt, de aliqua re experientiam accipere: Deus autem de nulla re experientiam accipit, cùm omnia nota ſint, & nuda oculis eius, vt patet ad Hebr.4. cap. dicitur tamen tentare, quando nobis demonſtrat ad quantum ſumus. Nam homo etiam de ſeipſo certitudinem habere non poteſt, niſi per laborem. Aliqui tamen nunquam ſe ad multa poſſe extimant, qui tamen ad pauca valde ſunt. Alij autem vice verſa ad nihil ſe eſſe arbitrantes, quos tamen Deus ad magnos labores ſubeundos potentes fecit: horum autem cognitionem habere non poſſumus, niſi per laborum experientiam, & hæc maximè per legem datam, quia lex cogit noſtram voluntatem limitando ei certum modum agendi, & hoc nobis difficile eſt, quia proni ſumus ad id, quod nobis prohibetur: ſic enim ait Apoſtolus ad Roman.7.cùm dicitur; Occaſione autem accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem cōcupiſcentiam. Et hoc quia lex præcipit interdum contra ea, ad quę nos naturaliter

Quomodo Deus tentauit Iſraelitas in Mara.

Legiſlatio libertati repugnat, & ideo p eā tentamur.

raliter inclinamur, cùm autem mens noſtra videt ſe legis ſeruituti ſubiectam, cùm naturaliter libertatem deſideret, ad repugnandum legi fortius ſtimulatur, quàm antequam lex data eſſet: in hoc autem, q̄ eſt deprimere ſtimulos animę repugnantis legi, virtus eſt, & ibi experimur de nobis ad quantum valeam?, & vocatur iſta tentatio: de hoc autem, ſcilicet quomodo mens noſtra repugnet legi, & valde ſentiat ſe grauari, & quomodo homo agat nō id, quod vult, ſed id, quod non vult, latiſſimè declarat Apoſtolus ad Ro.7.c. *Si audieris vocem domini Dei tui.* Ideſt ſi exaudieris obediendo ei, quia audire vocem ſolùm non eſt aliquid meritorium, cùm ſit actus indifferens pertinens ad potentias, quæ interdum ſine noſtro arbitrio patiuntur. *Et quod rectum eſt coram eo feceris.* Illa determinatio coram eo nō refertur ad illud verbum, feceris, ſed ad illud adiectiuum, rectum. Eſt autem ſenſus, q̄ Deus vult, vt faciamus id quod eſt rectum coram eo, ideſt id quod ipſe iudicat eſſe bonum, & declarat nobis bonum eſſe in lege ſua, & præceptis: & non quòd nos faciamus id, qd̄ rectum eſt in noſtris oculis, quia nos interdum bona eſſe iudicamus, quæ Deus tanquam peſſima deteſtatē. *Obedieriſque mandatis eius.* Idem eſt quod ſuperius, nam facere rectum coram domino nihil eſt aliud, quàm facere ea, quæ Deus facienda eſſe iudicat: hæc autē ſunt, quæ ipſe mandat, & dicuntur mandata eius. *Cuſtodieriſque omnia præcepta illius.* Præcepta, & mandata diſtinguūtur tāquam generale, & ſpeciale, quia præcepta ſolùm ſe extendunt ad Decalogum loquendo propriè: mandata autem ſunt omnia, ſiue cœremonialia, vel iudicialia, vel qualiacunq;: nunc tamē cum eſſent in Mara, non erat iſta diſtinctio preceptorum, & mandatorum per ſpecies, quia poſtea facta fuit in monte Sinai, dante ea domino ad Moyſen, interdum tamen ſcriptura ponit iſta nō faciens diſtinctionem, & multiplicat verba ad magis imprimendum, cùm tamen vnum, & idem per diuerſa verba intelligat. *Cunctum languorem quem poſui in Aegypto, non inducam ſuper te.* Ideſt non inducam ſuper te plagas, quas poſui in Aegypto: ſi autem malū feceris, inducam ſuper te plagas iſtas, ſic dicitur in Cathalogo Maledictionum Deuter. 29. cap. Percutiat te dñs vlcere peſſimo Aegypti, ita quòd ſanari nō queas. Et ſic erat quando boni erant: nam in exitu de Aegypto, quando nondum contra dominum repugnauerant, dicitur de eis Pſal. 104. Et profecti ſunt cum auro, & argento, & nō erat in tribubus eorum infirmus: qñ autem mali erant, ſępius à Deo puniebantur: vt patet in plagis multis illatis in vituli adoratione, & in tędio itineris, & in deſiderio carnium, & in murmuratione pro exploratoribus, & murmuratione pro manna, vt patet infra 32. & Num.11. & 13. & 14. & 21.cap. *Ego autem Dominus ſanator tuus.* Ideſt. Ego ſum dominus potens te ſanare ab omnibus infirmitatibus, ſi quæ euenerint, vel ſi aliquas tibi peccanti inflixero, eaſdem rurſum tibi pœnitenti remittam. Vel vocatur ſanator non ſolum quia infirmitatem, aut plagam iam exiſtentem curat: ſed quia ne adueniat, facit, & iſto modo dicit Pſalmus: Saluaſti animam meam ab inferno inferiori. Manifeſtum eſt autem, quòd Deus non extraxit animam Dauid ab inferno inferiori, quia ipſe non deſcendit illuc, ſed dicitur ſaluare, ideſt facere ne cadat: maximè, quia quando Dauid iſta dicebat, viuens erat: ideo tunc nec erat anima ſua in inferno ſuperiori aut inferiori, ſed ſolùm eripuit eam Deus, aut ſaluauit ab inferno ſuperiori præſeruando eum, nè moreretur in peccato mortali, & deſcenderet ad infernum inferiorem.

Distinctio inter præceptum, & mandatum.

Deus dicit ſanator, quia non ſolùm infirmitatē ſanat, ſed ne adueniat facit.

CAPITVLVM XVI.

ENERVNT autem in Elim filij Iſrael, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmę, & caſtrametati ſunt iuxta aquas. Profectique de Elim venit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertum Sin, quod eſt inter Elim, & Sinai quintadecima die mēſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine. Dixeruntq; filij Iſrael ad eos: Vtinam mortui eſſemus per manum domini in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad Moyſen: Ecce ego pluā vobis panes de cęlo. Egrediatur populo, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, vt tentē eū: vtrum ambulet in lege mea an non. Die autem ſexto parent, inferant, qd̄ & ſit duplum quàm colligere ſolebant per ſingulos dies. Dixeruntq; Moyſes & Aarō ad omnes filios Iſrael: Veſpere ſcietis, q̄ dominus eduxerit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam domini: audiui enim murmur veſtrū contra dominum. Nos vero quid ſumus, q̄a muſitaſtis contra nos? Et ait Moyſes. Dabit vobis dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eò quòd audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eū. Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra dominum. Dixit quoq; Moyſes ad Aaron: Dic vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael: Accedite corā domino: audiuit enim murmur veſtrum. Cunque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael: reſpexeruut ad ſolitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus eſt aūt dominus ad Moyſen, dicens: Audiui murmurationes filiorū Iſrael: loquere ad eos: Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus, ſcietiſq; quòd ego ſum dominus Deus veſter. Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens cōturnix cooperuit caſtra: manè quoq; ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cunq; operuiſſet ſuperficiem

Pſal. 77.
Sapien. 16.
Ie.6. de cō ſec. di. 2. c. reuera. ca. inquit.

Manna de Cœlo data.

ficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutũ, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinę ſuper terram. Quod cùm vidiſsēt filij Iſrael, dixerunt ad inuicem: Manhu? (Quod ſignificat. Quid eſt hoc?) Ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes: Iſte eſt panis, quē dominus dedit vobis ad veſcendum.

Venerunt. Supra deſcripta fuit aquarum prouiſio, hic ponitur ciborum exhibitio, & rurſus in duas, qa primo ſuccurritur populo fameſcenti; ſecundo populo ſitiēti infra 17.c. Prima in duas, primo ponitur carentia cibi, ſecundo ſubditur prouiſio Dei, ibi. *Dixit Dominus ad me.* Circa primum. *Venerunt autem in Elim.* Poſtquã receſſerunt de Mara, vbi erant aquæ amarę, venerũt in Elim.

QVAESTIO. PRIMA.

Quid eſt Elim.

EST autem Elim nomen cuiuſdam partis deſerti: nec putare debet quiſq̃, ꝙ ſit nomē alicuꝰ villæ, aut ciuitatis, qa nunc caſtrametabãtur ꝑ ſolitudinem, in qua non modo homines habitãtes in ciuitatibus, & oppidis, imo nec ſaltem homines habitantes in tugurijs erant, & ideo cętera nomina caſtrametationũ, quę ponuntur in iſto libro, & colligunt Nu.33.c. dicẽdum ꝙ nõ ſunt loca habitata, ſed nomina partiũ ſolitudinis. *Vbi erant duodecim fontes.* Nominauit hic fontes tanq̃ id, quod erat principaliſſimũ. Nam Hebræi ambulãtes ꝑ ſolitudinem frequenter patiebantur defectum aquarum, ideo pretioſius quod ipſi exiſtimabant aqua erat, & ſic fontes pręcipuè hic nominati ſunt, fuit autē cuilibet tribui vnus fons ad hauriẽdum aquam aſſignatꝰ: nè ſi omnes ad eundem fontem recurrerent ex communi hauſtu diſſenſio oriretur: dicit autem Ioſephus, ꝙ in iſtis fontibus modica aqua erat, & limoſa, ideoq; modicum ſufficiebat, ex quo in eadem manſione modicum morati ſunt. *Et ſeptuaginta palmæ.* Iſtæ ad vmbram aliqualem, & delectationē in fructibus ſufficiebant. Sed dicit Ioſephus has modicum à terra eleuatas fuiſſe, quia humor fontalis modicus ad earum alimentum non ſufficiebat. Dicunt Iudæi, ꝙ 70. palmas ibi habuerunt in ſignum, ꝙ 70. iudices habituri erant de ſenioribus, de quibus dr̃ infra 24.c. cùm mandatur, ꝙ Moyſes & Aaron, Nadab, & Abiu, & 70. ſeniores ex Iſrael adorent ꝓcul: de modo autem electionis horum ſeniorum hr̃ Nu.11.c. Sed ꝙ iſtę palmę ſignificent 70. ſeniores Iſrael futuros iudices multũ à litera, & apparentia alienum eſt. *Et caſtrametati ſunt.* Ideſt fixerunt: nã hic caſtrorum fixio fuit, cùm vna fuerit iſta de manſionibus; & ſunt duę partes, caſtrametati ſũt: nam metor. aris per ſe declinat, ſic patet Nu.33.c. cùm dr̃ Deut. 1. & metatus eſt locum vbi caſtra figere deberetis. *Iuxta aquas.* Vt ſine labore aquas haurirēt manẽtes apud eas. *Profecti ſunt de Elim.* Nam aquæ erant deficiētes, vt vult Ioſephus. *Venit omnis multitudo filiorum.* Quia omnes ſequebantur nubem procedentes ꝑ turmas ſuas: vt patet Nu.33. & nõ ſolùm filij Iſrael, ſed Aegyptiorũ quoq; vulgus promiſcuum infinitum, qđ aſcẽderat cum eis, vt patet ſupra 12.c. iſti.n. cùm ipſis aſcẽderunt ſemper, & interdum eos ad malum incitabãt: nã in manſione, q̃ dr̃ ſepulchra cõcupiſcentię, ipſi Aegyptij, q cum alijs aſcenderant, mouerunt eos ad peccandũ: nam ipſi primo deſiderauerunt carnes, & piſces, & incitauerũt oẽs alios, vel magnam partem reliquorum Hebræorũ ad concupiſcendum eas: ſic.n. dr̃ Nu.11.c. vulgus qppe ꝑmiſcuum, q aſcenderat cum eis, flagrauit deſiderio ſedens, & flens iunctis ſibi pariter filijs Iſrael, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſciũ,

70. palmæ in Elim, quid ſignificēt ſecundum Hebræos.

Aegyptiorum vulgꝰ quod cum Hebræis erat eos incitabat ſæpe ad peccandum.

F quos comedebamus in Aegypto gratis, in mẽte nobis veniunt cucumeres, pepones, cepe, porriq;, & allia, anima nr̃a arida eſt: nihil aliud vident oculi nr̃i, niſi Man. Iſti autem Aegyptij, q cum eis aſcẽderant, ſicut cęteri murmurauerunt in Cadesbarne, cùm venerunt exploratores, & ſnĩa mortis in deſerto ſup eos, ſicut ſup cęteros Hebręos lata eſt, & iacuerũt cadauera eorum in deſerto, vt prænunciauerat Deus: filij tñ eorum, q tunc paruuli erant, vel q in deſerto nati ſunt, aſcenderunt in terrã Chanaan, cùm alijs filijs Hebręorũ. *In deſertũ Sin.* Non eſt idem deſertum Sin, & deſertum Sinai, qa deſertum Sin attigerunt filij Iſrael qntodecimo die menſis ſecundi ab exitu de Aegypto. ſ. 30. diebus poſt exitũ de Aegypto: nã 15. die menſis primi de Aegypto exie- G runt, vt colligitur ſupra 12. & patet Nu.33.c. ſed in deſertum Sinai venerunt primo die menſis tertij, vt patet infra 19.c. Item in deſerto Sin datum fuit mãna, in deſerto autem Sinai data fuit lex. Item qa inter deſertum Sin, & deſertum Sinai ponunt̃ tres manſiones. ſ. Daphca, & Alus, & Raphydin, vt patet Nu.33.c. Etiam qa deſertum Sinai ponitur limes, vel terminus deſerti ex vna parte. ſ. ab aquilone, vt dr̃ in litera. ſ. qđ eſt inter Elim, & deſertum Sinai. Sciendum ẽt ꝙ non eſt iſtud deſertum idem cum illo deſerto Sin, in quo ponit̃ Cades, quę alio nõie vocatur Cadesbarne, vt dr̃ Nu.20.c. Venerunt autem filij Iſrael, & oĩs multitudo in deſertum Sin menſe primo, manſitq; populus in Cades, & mortua eſt Maria: nam iſtud deſertum longe diſtat ab H illo. Et ſi dicas, ꝙ ſatis poterat eſſe idem deſertum, qa licèt ſic ponatur eſſe deſertum Sin, & poſtea iterum nominet̃ deſertum Sin, poterit eſſe continuatum ab iſto loco vſq; Cadesbarne, ſicut q̃dam alia deſerta ſunt magnam terram occupantia. Sed adhuc non poteſt ſtare, qa hic dr̃, ꝙ deſertum Sin eſt inter Elim & deſertum Sinai, ergo ab vtraq; parte terminatum eſt deſertum Sin iſtis duobꝰ locis: ſed vltra deſertum Sinai, ſunt adhuc aliqua deſerta, qa ad minus eſt deſertum Pharan, quod eſt valde magna ſolitudo, & aliqua loca intermedia añ deſertũ Pharan. ſ. Haſeroth, & ſepulchra concupiſcentiæ, vt patet Nu.33.c. Dicendum ergo, ꝙ duo ſunt deſerta Sin. ſ. vnum qđ eſt circa principium Arabię in latere meridiano, & iſtud ē qđ nunc trãſierunt. I Aliud eſt circa terminos terræ Edõ, & iſtud eſt in quo eſt Cadesbarne, de qua infra Nu.20.c. *Quod eſt inter Elim & deſertum Sin.* Elim eſt à parte meridiana magis verſꝰ Aegyptum in principio Arabiæ. Deſertum Sinai eſt magis intra ſolitudines Arabicas tendendo cõtra Aqlonem. *Quintodecimo die menſis ſecundi.* Et ſic erãt iam 30. dies, qbus exierant de Rameſſe ciuitate, & terra Aegypti: nam die 14. menſis primi Phaſe celebrauerant, vt patet ſupra 12.c. *Poſtquàm egreſſi ſunt de terra Aegypti.* Dr̃ hoc ad declarandum, ꝙ iſte menſis ſecundus erat eiuſdem anni, in quo de Aegypto exierant, non.n. erat aliꝰ annus ſecundus, aut tertius. *Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael.* Dr̃ oĩs congregatio ad comprehendendum Leuitas, q ẽt nunc cum cęteris murmurauę- K runt. Et non ſolùm filij Iſrael, ſed ẽt Aegyptij, q aſcenderunt cum eis, qa illi non erãt cęteris ſanctiores: cùm & ipſi aliqñ Iſraelitas ad murmurandum incitauerint, vt patet Nu.11.c. qñ vulgus ꝓmiſcuum flagrauit deſiderio carnium. *Contra Moyſen & Aarõ.* Hic dñr iſti murmurare contra Moyſen & Aarõ, qa directè verba ſua fuerunt contra eos: tñ murmuratio ſi in ſe attendatur magis eſt contra Deum, q̃ contra Moyſen & Aaron, & ſic ipſi reſpõderunt, cùm dr̃: audiui enim murmur vr̃m contra dñm: nos vero qd ſumus, quia muſitaſtis cõtra nos? dabit vobis dñs carnes edere, & manę panes in ſaturitate, eò ꝙ audierit murmurationes vr̃as, quibus murmuraſtis contra eum: nos verò quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra dñm.

Deſertum Sin, nõ eſt deſertum Sinai.

Duo ſunt deſerta Sĩ.

Iudæi non murmurauerunt directè contra Moyſẽ, ſed contra Deum.

Et

Et ratio eſt, quia iſta, q̃ petebant Iudæi principaliter ꝑtinebant ad Deum: nã ipſi dolebant, ꝙ exierant de Aegypto, & hoc nõ fecerat Moyſes, ſed Deꝰ: Moyſes aũt ſolùm erat miniſter, ideo ſi malum aut bonũ erat, Deo attribuendum erat, & non Moyſi. Etiam ɔquerebant̃, ꝙ non haberent panem, nec aquam in ſolitudine, ſed dare panem, & aq̃ non poterat Moyſes, ſed Deus: erat ergo murmuratio ad Deum. Sed quia ſupra diximꝰ, ꝙ tunc cõtra aliquē murmuratur, qñ dr̃ aduerſus eũ id, qđ dici non deberet: ſic.n. erat ɔtra Moyſen, qa conqrebãtur, ꝙ eos de Aegypto eduxiſſet, cùm tñ ipſe non eduxiſſet, ſed Deus. Etiam conquerebant̃, ꝙ non daret eis cibos, non tñ de hoc ɔqueri deberent aduerſus ipſum, quia talia dare non poterat. *In ſolitudine.* Scilicet in deſerto Sin. *Vtinam mortui eſſemus.* Cùm magna cordis amaritudine iſta dicebant, qa fame cruciabant̃: nã 30. diebus ſatis laborauerant modicum cibum ſumentes, nec ad ſaturitatem propter inopiã, nam ſolùm comederunt paſtas, quas tulerant de Aegypto non fermentatas, faciebantq; de eis ſubcinericios panes ãbulantes ꝑ deſertũ vſq; illuc: nunc aũt paſtę cõſumptæ fuerant. *Per manum domini.* Ideſt ꝑ plagas inflictas à Deo. ſ. ꝙ ſicut Aegyptij percuſſi fuerant à Deo, & ɔſumpti multis plagis ꝑcipuè plaga mortis primogenitorũ, ita ipſi voluiſſent magis ibi quietam mortem accepiſſe, q̃ diuturnis cruciatibꝰ famis, grauiq; labore tabeſcere in deſerto. Hoc autem dicebant diffidentes diuinę bonitati & potẽtię. Nam quidam eorum putabant, ꝙ Deus nõ poſſet eis dare cibũ in deſerto, vt patet Pſ.77. Nunquid poterit Deus parare menſam populo ſuo in deſerto? Alij credebant Deum poſſe, ſed diffidebãt Deũ velle facere: quod etiam valde malum erat: imo quaſi æquale priori: nam bonitas in Deo, & ſapientia, & potẽtia æqualia ſunt: tñ ergo peccat, qui negat Dei potentiã, ſicut qui negat eius bonitatem, vel eius ſapiẽtiam. Negare.n. Dei potentiã eſt dicere aliquem caſum eẽ, in quo Deus agere non poſſit: negare eius ſapientiam eſt qñ dicimus aliqua eſſe, q̃ Deus neſciat, aut ſcire nõ poſſit. Negare Dei bonitatem eſt qñ dicimꝰ, ꝙ aliqua creatura Dei, maximè creatura rõnalis in extrema neceſſitate exiſtens, nec potẽs aliquo mõ ſibi ſuccurrere mõ humano, non credat, quia ſi à Deo petat toto corde ſubſidium, nõ ſuccurrat ei Deus. Et patet ꝙ hoc ſit negare bonitatem Dei, quia bonum eſt ſui ipſiꝰ diffuſiuum, vt ait Dio. 4.c. de Diuinis nominibus: Deus ergo cùm ſit ſummè bonus, ſummè ſe in oĩa diffundit, qui ergo putat Deum, ſibi in neceſſitate exiſtenti non ſubuenturũ, ſi toto corde ad eum ɔuertat̃, quãtum in ſe eſt, Dei bonitatem negat. Sicut cùm aliquis vr̃m habens amicũ nõ recurrit ad eum in neceſſitatibus ſuis, quia exiſtimat, ꝙ ei non ſubueniet, iſte aſſerit amicum illum modicæ bonitatis eſſe: ideo ab eo nihil petit, ita qui in neceſſitate exiſtens à Deo nihil petit, quia putat Deum non ſubuenturum, in Deo nullam aut modicam bonitatem eſſe exiſtimat. Nec valet ſi dicas: ego bene credo, ꝙ Deus eſt ſummè bonus, & cuilibet bono in omni neceſſitate ſuccurreret, ſed tanta ego delicta patraui, ꝙ Deus non vult ſuccurrere mihi. Reſpondet, quòd iſte aut negat, ꝙ Deus ei peccanti remittere non vult, & hoc peſſimum eſt. ſ. negare totam Dei miſericordiam, & facere eum mendacem, cùm ipſe dixerit Ezech.18.c. Quocũq; die peccator ingemuerit, peccati eius non memor ero. Si autem dicit, quòd bene credit Deum remittere culpam, & tñ ꝙ illam pęnam remittere non vult, ideo quòd in caſu illo non adiuuabit, ſed pro peccatis ꝑmittet pati illam mortem, & anguſtiam: ẽt iſte negat magnam partem bonitatis Dei. Nam ſicut in hominibus ille iudicatur melior, & clementior, q totam iniuriam libenter remittit, q̃ qui partem eiꝰ, vel ille, q multas q̃ ille, q vnam ſolã de multis:

Equale eſt diffidere bonitati Dei, & poteſtati eiꝰ.

Quid ſit Dei bonitatem negare.

Qui inter homines clementior iudicatur.

A Deus magis clemens, aut bonus erit, quanto plura nobis dimiſerit: ſed maxima bonitas Deo attribuẽda eſt: ergo Deus maximè remittit culpas, & penas ad ſe conuerſis. Et non eſt idem iudicandum de qualibet pęna quam patimur, & de vltima neceſſitate, quia alijs pœnis fortè ſuccurri poteſt modo humano, extremę autem neceſſitati, qualem aſſignauimus, non poteſt ſuccurri modo humano, ideo in illis ſuccurſus ad homines habendus eſt, in hac ad ſolum Deum.

QVAESTIO. II.

Quare Deus aliquando in neceſſitate conſtitutis nõ ſuccurrit quamuis Deum rogent.

ET dato quòd Deus alicui in extrema neceſſitate poſito non ſuccurrat, non repugnat diuinę boni- B tati, quia fortè melius eſt illi, ſic poſito in anguſtia mori, quàm ſuperuiuere: tñ quòd ipſe poſitus in extrema anguſtia nõ petat à Deo ſibi ſuccurri, quia putat Deũ nullo modo precibus inclinandum, vt ei ſuccurrat: negat Dei bonitatem, ponẽs diuinę bonitati terminum, ſ. ꝙ in talibus, aut tantis peccatis pęnę relaxationē nullatenus faciet: vel certum terminum diuinę bonitati aſſignans, in quo magna fit ei iniuria. Infinitum. ſ. ſub certis limitibus coarctare. Et ſi arguas de eo, quod dr̃ 2.Mach.9.c. de Antiocho rege: Orabat autem hic ſceleſtus dñm, à quo non eſſet miſericordiã conſecuturꝰ. Reſpondetur dupliciter: vno modo, ꝙ iſte nõ rogabat aĩo recto, ſed ſolùm ex timore, & non pęnitens, ꝙ Deum offendiſſet, ſed dolens, ꝙ talem ęgritudinem in- C curriſſet: & tũc rationabile erat, ꝙ ei non ſuccurreret̃, nec remitteretur culpa, nec pęna: & ſatis declarat hoc ibi litera, cùm dicit, Orabat autem hic ſceleſtus. i. ꝙ qñ orabat ſceleſtus erat: ſi tñ iſte vero corde oraſſet, iã iuſtus eſſet cum oraſſet: nam ꝑ motum ɔtritionis, qui penè indiuiſibili ſit, culpa nobis remiſſa eſt, & gr̃a nobis infunditur, & ſic iuſti ſumus: ſed iſte, qñ orabat adhuc ſceleſtus erat, ergo nondum ɔtritionis motum in Deũ habuerat, ꝑ q̃ iuſtꝰ efficeret̃. Alio modo poſſet reſponderi, quòd licèt iſti vera ɔtritio de malis eueniſſet, per hoc remittebatur ei culpa malorum pręteritorum: ſed quia fortè Deus ſciebat illam pęnam ſibi ꝓfuturã, non relaxauit: ſic.n. ſupra diximus, quòd nõ repugnat diuinæ bonitati alicui exiſtenti in vltima neceſſitate non D ſuccurrere, quia fortè ei ſic vtile eſt: ſed quòd ille, q eſt in vltima neceſſitate nolit petere ſuccurſum à Deo quia non putat ſibi ſubuenturum, magna diffidentia diuinæ bonitatis eſt. Et ſi obijcias de eo, qđ hr̃ ad Heb. 12. de Eſau, de quo dr̃, quòd pęnitentię locum non inuenit, licèt eam cum lachrymis inquiſiuiſſet. Reſpondet̃, quòd ibi non petiuit Eſau veniam de delictis ſuis, qa iſta nulli homini, & nullo tꝑe denegat̃: nec ẽt petiuit ſuccurſum in vltima neceſſitate poſitus: ſed ſolùm petiuit reddi ſibi primogenita, q̃ vendiderat fratri ſuo, & in hoc non eſt aliquo modo admirandum, ꝙ Deus non exaudiuiſſet eum, qa perdere primogenituræ iura eſt ꝑdere aliq̃ vtilitatem, & dominium temporale, licèt quantum ad aliquid eſſet ſpirituale. Sicut ergo ſi E aliquis peteret à Deo decem duplas quas ꝑdiderat ex negligẽtia ſua, vel vnum Eccleſiaſticum beneficium, habens aliquales ꝓuentus, non eſt aliquid admirandũ, aut contra Dei bonitatem, ſi illud ꝑditum rogatus nõ reddat: imo nec aliqſis iſta bona temporalia petere debet, niſi ſub ɔditione. ſ. ſi ad Dei cultum in eo dirigeretur. Cùm ergo ea petendo non recepit, ſemper in meliorem partem iudicare debemus, quia veriſimè ſic eſt, ſi corda noſtra dirigamus in Deum. Sic ergo ad propoſitum redeuntes, dicimus iſtos Iudæos aliqualiter, imo multum Dei miſericordiam negauiſſe, qui non crediderunt Deum eis ſuccurſurum in extrema anguſtia poſitis, & ob hoc non petiuerunt ſupplicando, ſed conquęſti ſunt de eius bonitate deſperando.

In

In terra Aegypti. Quia plagæ illæ, in quibus isti mori maluerant in Aegypto inflictæ sunt. *Quando sedebamus super ollas carnium.* Rectè enim isti secundum suam existimationem petebāt: nullo enim ad Deum habito respectu, sicut isti non habebant, melius erat saturatos, quàm fameliços mori, & melius morte repentina qualis erat mors Aegypti primogenitorum, quàm diutinis fames cruciatibus anxiari, & ad extremum tabefactos deficere. Dicebant se Hebræi in Aegypto sedisse super ollas carnium, in quo eorum magna notatur voracitas, & desiderium ad sumendum illos cibos, quia non solùm carnes ad saturitatem comedebant, sed etiam super ollas carnium sedebant affectuosè, nè quid eis de cibo periret, & quantum ad hoc conquerebantur in deserto nullas habere carnes, & sic verum erat, quia ex die. 14. mensis primi in qua ad vesperam fecerant Phase comedentes agnum: non comederant vllas carnes. Et licèt portarent secum pecora, non audebant contingere ea ad comedendum, quia in valde paucis diebus omnia deuorarent: sic enim dixit Moyses ad dominum, cùm dixisset ei Deus, quòd diceret Iudæis se habituros carnes pro mense integro: sexcenta millia peditum sunt huius populi, & tu dicis dabo ei esum carnium mense integro: nunquid ouium, aut bouum multitudo cedetur, vt possit sufficere ad cibū? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? De quibus Num. 11. cap. *Et comedebamus panes in saturitate.* Idest habebamus de pane quantum volebamus; terra namque Aegypti Nilo flumine irrigata, vel quibusdam alijs aquis artificialiter ductis ferax valde est, ideo ad sufficientiam panem habere poterant, in quo notatur, quòd in deserto non habebant panem ad sufficientiam, non enim negabant se in deserto non habuisse panem: sed non habuisse ad saturitatem: nam vsque ad locum illum durauerat eis panis pastarum, quas eduxerant secum de Aegypto, sed de illis in magna parcitate comedebant, vt eis amplius abundaret. Et satis patet, quòd modicum de cibo sumebant, nam si ad saturitatem sumpsissent, non durarent eis pastę, quas portabant de Aegypto in humeris 70. diebus, sicut durauerunt, scilicet à 15. die mensis primi, quą exierunt de Aegypto, vsque ad diem 15. mensis secundi, vt patet hic in litera. *Cur induxistis nos in desertum istud?* Quasi dicat: nos putabamus, quòd vos inducturi eratis in terram fertilem, & per viam bonam, nunc autem induxistis nos in terram deserti, vbi fame consumimur. *Vt occideretis omnem multitudinem fame.* Vt, tenetur dupliciter, aut dicens causam finalem, aut consecutiuam. Hic autem pro vtroque teneri potest: nam ita isti Iudæi irati erant, & malè iudicabant, quòd putabant Moysen & Aaron, ideo adduxisse eos in desertum, vt morerentur fame. Alio modo potest stare, & melius, vt notat consecutionem, & tūc est sensus, quòd licèt Moyses & Aaron non duxissent in desertum Iudæos, vt occiderent eos fame, tamen redarguebant eos, & conquerebantur de eis, quòd indiscreti valde erāt ducendo eos in tale desertū vbi consequens erat, vt fame morerent. Et hoc patet rationabilius, quia si Iudæi in solitudine fame morerentur, necesse erat Moysen & Aaron, cùm cęteris fame perire: non est autē opinabile, quòd aliquis vellet fame mori, vt cœteri morerentur. *Dixit autem dominus ad Moysen.* Quia vidit eum in magna positum angustia, quia eum multum Iudæi vrgebant: sicut dicitur seq. capit. quid faciam populo huic adhuc pusillum, & lapidabit me. Et in hoc ponitur secundum, scilicet prouisio Dei. *Ecce ego pluam vobis panes.* Quia Hebræi conquesti fuerant propter panem; promittit eis se daturum panem. Et non accipit hic panem pro eo, qui cōficitur ex granis tritici, aut aliarum frugum: sed generaliter pro fundamento totius alimenti, scilicet aliquid quod supplet vicem panis: nam sicut panis est cœterorum ciborum fulcimentum, & magis corroboratius, vt dicitur Psal. 103. Panis cor hominis cōfirmet: ita manna erat loco panis, ita q̄ cum manna poterant comedi carnes, aut fructus, sicut cum pane, quia solidus cibus erat. Et poterat vocari manna panis, quia in modum panis formabatur à quibusdam postquam colligeretur, & fiebant de eo tortulæ, vt patet Num. 11. ca. cùm dicitur: Circuibat populus, & colligens illud frangebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex eo tortulas. Dicitur autem pluere panes, quia manna veniebat per modū pluuiæ, vel niuis cadentis de aere. Dicitur autem de cęlo pluere, quia manna cadebat de parte superiori, & sic videbatur cadere de cœlo. Vel vocatur cęlum aer, sicut consuetum est vocari in sacra scriptura, vt patet Psal. 8. cùm dicitur: Volucres cęli, & pisces maris, idest volucres volantes in aere: sic dicitur Matth. 13. cap. Aues cęli comederunt illud. *Egrediatur populus.* Scilicet de tentorijs suis ad colligendum manna, quia illud cadebat in medio castrorū, scilicet inter omnia castra, & ad omnem partem castrorum, vt omnes sine labore colligere possent. *Quę sufficiant per singulos dies.* Quantum autem esset hoc, quod cuilibet sufficere debebat, non dicitur hic, sed postea subiunctum est, s. vnum Gomor per singula capita, nec collegerūt aliqua die manna antequā data esset illa mensura Gomor, vt euidēter declaratur ex litera inferius: cùm dicitur, quòd videtes Israelitæ admirati sunt, & dixerunt quid erat illud, dixit Moyses colligat vnusquisq; quantum sufficiat ad vescēdum Gomor vnum per singula capita. *Vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea.* Non faciebat Deus hoc tentando Israelitas. i. volendo de eis accipere experientiā, nam bene nouerat, sed volebat, quòd ipsi demonstrarent de seipsis sibi, vel alijs, vtrum boni, an mali essent: & sic fecerunt, quia antequam darentur eis præcepta, non apparebat bonitas, vel malitia eorum: sed postquam data fuit certa regula agēdi, s. q̄ acciperent Gomor, & nō amplius, immediatè apparuit malitia eorum, qa aliquid acceperunt vltra Gomor. Etiam aliqui collegerunt die sabbati, quo colligi non debebat, & sic declaratur Deut. 8. c. Vt affligeret te, atq; tentaret, vt nota fierent, quæ in tuo animo versabantur. *Die autem sexto parent quod inferant.* Idest parent se ad colligendum, & inferendum, & id quod collegerunt, & intulerunt in domos suas duplum erit ad id, quod alijs diebus inferebant. Aliqui dicunt, quòd in die festo non colligebant isti cibos duplices, sed tantum quantum in alijs diebus, postquam tamen collectum erat, reperiebant illud duplum ad id quod reliquis diebus colligere solebant. Sed falsum est, vt patet infra in litera, cùm dicitur: In die autem sexto collegerunt cibos duplices, idest duo Gomor per singula capita, sed antea vnum Gomor dabatur pro quolibet capite, vt patet in litera ante hoc. *Vespere scietis quòd eduxerit vos Dominus de Aegypto.* Ante hoc conquerebantur Israelitæ, quòd Moyses & Aaron eduxerant eos stultè de terra Aegypti in solitudinem, in qua cibus nullus reperiebatur, & putabant, quòd Deus non curaret de eis: nunc autem demonstrato Dei miraculo, scilicet dando eis cibum, quem nunquam cogitauerant, satis apparebat, quòd de eis curam haberet, & quòd ipse eduxisset eos de Aegypto: aliter enim non approbaret iter eorum dando eis manna in solitudine in necessitate constitutis, quod naturaliter euenire non poterat: nam manna erat aliquid taliter confectum, quod naturaliter non gignitur in aere, sicut aliæ impressiones Meteoræ, scilicet nix, grando, vel pluuia. Et patet, quia scriptura vocat eum esse panem angelorum, vt patet Psalmo 77.

Hebræi voraces erāt, & tā pecora q̄ secum habebant contingere non audebant.

Manna panis vocari potest.

Gomor mēsura ē.

Manna naturaliter gigni non poterat.

Item

Item si aliquid naturale fuisset, euenisset in tot annorum curriculis, sed nunquam manna visum est, nisi qn̄ Israelitę transierunt per desertum, ergo non erat naturaliter factum. Item si fuisset naturale, illud cōtigisset in alijs locis ita dispositis, sed solum cōtingebat inter tentoria castrorum filiorum Israel: ergo nō erat naturale. Patet maxime, quia si hodie stetissent ī vno loco, ibi pluebat manna, & nullo modo vltra vel citra: si aūt mane mouerentur vlterius pluebat manna ibi, & in nullo alio loco, & sic conuenienter sicut mouebantur Israelitæ ita consequebatur eos manna. Item si aliqua impressio naturalis fuisset, nō tantum durasset: sed ista durauit per 40. annos, ita q̄ ex die, quo cępit, vsq; quo intrauerunt terram Chanaan, nunquam cessauit: nec fuit aliqua dies, in qua non plueret manna præter Sabbatum: nulla alia impressio naturalis tantum duraret: quia illę consequuntur naturam tēporis, sed non manebat idem tempus, nam si illa impressio ex magna frigiditate iuuaretur sicut nix, & grando, ex magna caliditate destrueretur, sicut in estate, & vere niues nullæ sunt: si aūt iuuaretur ex caliditate, tempore frigiditatis periret: si aūt mediam temporis temperiem sequeretur, ex caliditate, aut frigiditate periret: sed omnibus istis temporibus æqualiter manna veniebat: ergo non erat naturale, sed a Deo datū. In vespere aūt visuri erāt vnum signum. s. de missione coturnicum, in quo Dei potestas apparebat. *Et mane videbitis gloriam Domini.* Idest non solùm in vespere Deus mittet vobis misericordiam suam dando coturnices: sed etiam in mane. s. sequentis diei demonstrabit gloriam suam. i. potestatem suam dando vobis manna. Et hoc fuit respectu eiusdem diei, in quo locutus fuit ista Moyses ad populum: nam dicta fuerunt ista in aurora, & deinde Moyses recitauit ea in auribus multitudinis: & eadem die in sero venit coturnix, & sequenti die in aurora reperiunt manna inter castra. s. apud illa, quia nō intra. *Audiui autem murmur vestrum contra Dominū.* Idest murmur vestrum contra eū, idest contra seipsum, qui est Dns.

QVAESTIO. III.

Quomodo murmuratio Hebræorum erat cōtra Deū & contra Moysen.

SED dicet aliquis: quomodo dr̄ hic murmur esse cōtra Dnm, cùm supradictum fuerit, & murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron. Rndetur q̄ ista murmuratio erat ad Deum, & erat ad Moysen, ad Deum quidem, quia ista, quę petebant Israelitæ a nullo dari poterant, nisi a Deo, & ipsi Hebræi hoc cognoscebant: & sic videbantur conqueri de eo, quare eis ista non dare. Contra Moysen aūt erat ista murmuratio, quia dicebantur aduersus eum ea, quæ dici non debebant. s. q̄ quare non dabat eis cibos, & aquas in solitudine, sed vt declarat immediate Moyses magis eē istud murmur ꝓtra Deū q̄ ꝓtra ipsū, & Aaron, licèt verba dirigerentur ad Moysen. *Nos vero quid sumus?* Quasi dicat: vos petitis murmurando cibos, & potus & conquerimini quare ista non dantur vobis: sed frustra q̄tum ad hoc conquerimini de nobis, quia nos nihil sumus. i. nos non habemus talem potestatē, vt vobis ista concedamus. *Quia murmurastis contra nos.* Idest locuti fuistis cōtra nos murmurando. *Et ait Moyses.* Ista nō fuit alia locutio a precedenti: sed interponitur hic, ait Moyses, quia ponit vt caput alterius rationis, cū sup. redarguerit Israelitas, nūc denunciat eis, q̄ a Deo recepturi sunt. Vel est modus sacrę scripturę, qui interdum interponit talia principia loquendi in medio alicuius narrationis. *Dabit vobis Dominus vespere carnes.* Idest hodie in vespere dabit carnes. i. coturnices, q̄ venerūt sup castra in multitudine copiosa, vt patet infra. *Et mane panes in saturitate.* i. sequenti die in mane venit mana sup castra inter tēntoria totius populi. Et dr̄ panes in saturitate, qa sic ipsi supra petiuerāt, q̄ in Aegypto comedēte bant panes ad saturitatem, & nunc fame peribāt. Hoc autem faciebat Deus, vt satisfaceret desiderio eorum, & non putatent eum esse impotentem.

Quare Deus dedit primo carnes, & secundo panes, cum e contrario conuenientius esset.

QVAESTIO. IIII.

ALIQVI querēt, quare Deus dedit carnes in vespere, & panes in mane, cū conuenientius videaē dari carnes in mane, & panes in nocte. Etiā ex hoc ordine aliqui arguūt, q̄ conueniētius est comedere magis in nocte, q̄ in meridie, quia in nocte veniunt spiritus, & calor ad stomacum, & celebratur conuenientior digestio. Rndetur q̄ Deus dedit carnes, & panes propter murmurationes Israelitarum, vt dr̄ immediate. s. eo q̄ audierit Dns murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eū, ideo decuit, vt iuxta formam petitionis eorum, siue murmurationis daretur a Deo remedium. Hebræi autem primo petiuerunt carnes, & deinde panes: vt patet supra cū dr̄: Vtinā mortui essemus per manum Dni in terra Aegypti, qn̄ sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate: ob hoc ergo Deus primo dedit eis carnes, deinde panes. Alij rndent, q̄ ista distinctio ciborum fuit s̄m conuenientiam rei data: nam coturnices venerunt volātes super castra Israelitarū, & cū tota die volauissent diuturno volatu fatigatæ tanq̄ ad requiē ad terrā descēderunt, & ceciderunt inter castra in mane aūt hoc non erat ita conueniens: quia cū in mane modicū volauissent, fatigatę esse non poterant. De manna aūt dicunt esse rationē, quia descendebat mane per modū roris: & talis dispositio conuenit horæ matutinę. Sed ista non multū conueniūt. Et primo de coturnicibus, quia coturnices non venerūt ex instinctu suo quasi ad istam partē volare cupientes, sed ventus missus a Deo impulit eas contra castra Hebręorū, sic dr̄ Ps. 77. Transtulit austrum de cęlo, & induxit in virtute sua Aphricum, & pluit super eum sicut puluerē carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata, & ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorū. Dato ergo isto, poterāt venisse coturnices siue in aurora, siue meridie, vel vespere. Etiam ista quæstio non multū angit, quia si quolibet die venissent coturnices, adhuc aliqualiter esset locus arguendi, sed non veniebant quoti die, sed solùm illa nocte prima ad vesperam, q̄n̄ dictū fuit hoc: & tunc nondum venerat manna, sed die sequenti, ideo quicunque cibus conuenienter daret illi tempori. Quod aūt non venerint coturnices qualibet nocte, patet, quia si idem fuisset de coturnicibus, & māna, sicut nunq̄ fuerunt in desiderio hōdi mānā, qa semper illud habebant, ita nunq̄ fuissent in desiderio habēdi coturnices: sed qn̄ Israelitę steterunt in mansione sequenti post montē Synai. s. in sepulchris concupiscentiæ, flagrauit populus desiderio carniū, vt patet Nu. 11. c. & ibi dedit Dns iterū coturnices, ergo ante hoc nō comedebant carnes. Quod aūt dr̄ de manna, q̄ conuenientius caderet in mane q̄ in sero, qa cadebat vt ros, cui matutinus casus cōperit. Rndr̄, hoc non conuenire, quia determinatio tpis conuenit impressioni tātę naturaliter ꝓnti determinationē agentis naturalis, & materiæ quantū qualitates suas, sed māna non generabaē naturaliter, vt sup. declaratū fuit: ergo nō consequebaē tpis qualitatē, & sic poterat cadere quocunq; tpe conueniēter. Et si dicas q̄ māna ꝓsequebaē tpis qualitatē, quia infra dr̄ de eo, cūq; incaluisset sol, calefiebat, & liq̄fiebat: liquefieri aūt ad calorē solis est cōseq tporū visissitudinarias qualitates. Rndr̄ q̄ māna erat corp̄ hns qualitatē elemētalē, vel similē elementali. s. q̄dā humiditatē, deinde quandā duritiē paruā, ita q̄ possit cōpingi in tortulas: sed sicut ipsū māna erat volūtate Dei ab Angelis

Respōsio.

Deus dedit Hebręis primo carnes, & deinde panes: quia primo p carnibus quam pro pane murmurauerunt.

Coturnices non qualibet nocte veniebant.

Contra secundū dictum.

Manna ab Angelis cõficiebatur sine aliquo agente naturali

Angelis causatũ sine aliqua operatione alicuius agentis corporei naturalis: ita istę qualitates erant in mãna mõ supernaturali. ſ.q̃ videbantur operari ad oppositũ, nã mãna liquefiebat incalescente sole. Si ergo naturaliter efficeret, oportebat vt quocunq; calore apposito, qui esset equalis calori solis, mãna liquefieret: ergo qñ poneretur in olla ad ignem liquefieret, & nõ possent postea ex eo compingi tortulæ: sed Nu.11.c.dr̃ q̃ populus circuibat colligens manna, & frangebat mola siue terebat in mortario coquens in olla, & faciens tortulas. Sed nõ est sic de aliqua re naturaliter eliquabili, vt de butyro congelato, aut oleo, vel niue, aut melle, vel cera siue gelu, & sic de ceteris in hunc modum: nam licèt ista aliqñ nimis condensata sint, & dura frigore cõstringente: tñ ad calorem solis posita resoluuntur, idẽ est si ad ignem ponantur: vel si in olla ponantur. Sed mãna ad solem liquefiebat, & ad ignem, vel in olla indurabatur: non ergo erat illa qualitas in manna naturaliter; quia tunc posita identitate agentis in specie poneret identitas effectus: sed cùm posuerimus manna ad calorem solis liquefieri, & non ad calorem ignis: ergo non erat illa qualitas naturaliter ibi, sed aliqua superiori causa sic dirigente: nam in illa re naturali sic reperietur: si ergo istę qualitates reperiebantur in manna non naturaliter, non consequebantur naturam temporis. Quare ergo liquefiebat, cum sol incaluisset? Rñr, q̃ Hebrei in aurora quolibet die accipiebant mãna, qd̃ pluerat de cęlo f'm mensuram assignatam, & ne maneret in crastinum, & conculcaretur comedereturque in sequẽti die, liquefiebat adueniẽte solis ardore. Ad aliud qñ dicebat quòd conuenientius erat carnes dari in vespere q̃ in die, quia adueniẽte nocte celebratur melius digestio quàm in die. Rñr q̃ in die licèt anima non intendat tãtum ad digestionem sicut in nocte, cùm somnus sit quies virtutum animalium cum intensione naturalium. i. q̃ tunc quiescunt virtutes animales. ſ. vires sensitiuæ, & motiuæ, atque operatiuæ: & vires rationales. i. intellectus voluntas, & memoria: & intenduntur in actibus suis naturales. ſ. digestiua, attractiua, appetitiua, nutritiuę vires, & ipsa augmentatiua: tñ in die calor digerens adiuuatur per motum, qd̃ non fit in nocte. Etiam quia si aliquis multos cibos valde sumpsisset, & immediate cubitum iuisset, poterat suffocari, i die aũt hoc nõ ꝓtingit. *Eo q̃ audierit Dñs murmurationes vestras.* Idest ideo dedit Deus vobis ista, quia audiuit murmurationes vestras, & voluit vos contentare tollens vobis occasionẽ vlterius murmurandi. *Quibus murmurati estis cõtra eum.* Quia licèt vr̃a murmuratio f'm verba ad me, & Aaron dirigebatur: tñ quantum ad rem in Deum principaliter tendebat. *Nos enim quid sumus?* Quasi dicat licèt vos fingaris, q̃ vr̃a murmuratio est contra nos, tñ non est: sed contra Deum, quia nos non sumus tales ꝓtra quos possitis murmurare. *Nec enim contra nos est murmur vestrum.* Murmuratio Israelitarum bene erat contra Moysen & Aaron, quia contra eos dicebant ea, quæ dicere non debebant: sed ipsi dicunt, quòd non erat contra eos: quia id quod petebatur in murmuratione: vel de quo ipsi conquerebantur, nõ erat aliquid tale, quod dare possent Moyses, & Aaron, sed solus Deus. *Sed contra Dominum.* Scilicet quantum ad rem, & principaliter: licèt ad me, & Aaron verba dirigantur. *Dixitq; Moyses ad Aaron.* Ista est alia locutio a superiori, nam supra Moyses, & Aaron locuti fuerant ad populum: nunc autem solus Aaron loquitur ad eos. Et fuit hic sicut in Aegypto: nam Aaron erat ibi propheta Moysi, vt patet Exodi 7. siue os eius, vt patet supra 4. c. scilicet q̃ Deus loquebatur ad Moysen, & Moyses ad Aaron, & Aaron ad Pharaonem, vel Aegyptios. Ita hic loquebatur Aaron ad Israelitas. Sed dices, quare loquebatur hic Aaron loco Moysi ad Israel?

Manna ad solem liquefiebat, & ad ignem indurabatur.

Quare sole incalescente mãna liquefiebat.

Ad aliud argu.

Nam licèt in Aegypto, Moyses habuerit Aaron, vt prophetam suum, vel os non tamen postquam exierunt de Aegypto, quia tunc Moyses loquebatur, vt patet supra 12. & 13. & 14. ac. 15. & etiam in isto. c. Rñdetur, q̃ iã Moyses non loquebatur ad Israelitas per aliũ mediatorem cùm magnæ auctoritatis esset apud eos: vt patet supra 14. c. cũ dr̃, timuit omnis populus Dñm, & crediderunt Deo, & Moysi seruo eius: sed hic locutus fuit Aaron, quia qñ ista verba dici debebant, Moyses futurus era absens. ſ. apud nubem, in qua apparebat Gloria Dñi contra solitudinẽ, vt Deus ei tunc loqueretur. Ad qd̃ intelligendum cõsiderandum est, q̃ modus istarum locutionum fuit iste. ſ. primo locutus fuit Dñs ad Moysen die, quo murmurauit Israel, & hoc fuit in hora prima, vel quasi in principio illius diei: & tunc Moyses dixit ista verba Aaron, & ambo iuerunt ad populum, dixeruntq; oĩa ista verba Dei. Post hæc cũ iam pertransisset aliqua pars diei, Moyses dixit ad Aaron, vt loqueret ad filios Israel, & diceret eis ista, quæ sequuntur. ſ. accedite coram Dño: & cùm ista dixisset Moyses ad Aaron, recessit a castris populi, & iuit ꝓtra solitudinẽ ad locum, vbi Deus appariturus erat, & locuturus: postquam vero Moyses illuc iuit, Aaron locutus fuit ad populum ista, quæ dicta sunt, & cùm loqueretur, apparuit Dñs in nube contra solitudinẽ, & Moyses erat apud illam nubem audiens quid loqueretur Deus, & postquã locutus fuit Deus ad Moysen, recessit Moyses a loco illo, & venit in castra, dixitque populo verba, quæ dixerat ei Deus. ſ. q̃ in vespere viderent gloriam Dei, & tunc cùm venisset vesper illius diei paulo ante solis occasum venerunt coturnices ad castra volitantes inter tentoria, & sic fuerunt omnia ista in eodem die facta, & dicta. Et patet quia in prima locutione Dei, & Moysi ad populum, de qua hic fit mentio dr̃, q̃ in vespere viderẽt gloriã Dei: & in secũda idẽ dictũ est. Et postea narratur q̃ũo in vespere venerit coturnix, ergo omnia ista ad eundẽ diem pertinent: *Dic vniuersæ congregationi filiorum Israel.* Hoc erat, vel quia solis senioribus dicebat, quæ vocatur tota congregatio. Aut totus populus, vel cętus Israel, vt patet supra 12. c. & ibi declarauimus, & tunc faceret Aaron istos seniores vocari per nuncium, & conuenirent ad audiendum quæ dicebat Aaron. Sed magis videtur q̃ dixerit ista Aaron toti congregationi Israelitarum. ſ. procedẽdo per medium castrorum per calles tentoriorum, & clamabat ipse, vel aliquis præco loco eius, vt oẽs accederent ad Dñm, & viderent gloriam eius: & hoc facilius fieret, quàm vocare seniores, & q̃ ipsi conuenirẽt ad concilium, quia quasi dum morabatur Aaron faciendo istos vocari, posset præconium dare per omnia castra: maxime, quia hoc non solùm dici debebat senioribus, sed etiam reliquo populo, quia cùm omnes murmurauissent, decebat, vt omnes viderent gloriam Dei apparentis in nube: & tolleretur omnibus occasio murmurandi, si videntes gloriam Dei in nube & Moysen loquentem cum Domino, & postea verba rebus compleri, crederent Deum verum, atque potentem, eumque timerent atque diligerent. *Accedite coram Domino.* Deus vbique est, ideo nullus ad eũ accedere potest, quia, accedere est quando aliqua res distabat, & postea minus distat. Accipiendo ergo quantum ad veritatem diuinæ essentiæ solùm, cùm non sit magis in vna parte, quàm in alia, nemo ad Deum, vel coram Deo accedit. Potest autem Deus accipi secundum aliquem nouum effectum, & specialẽ: & f'm hoc Deus magis est in vno loco quàm in altero, quia maiora beneficia, aut mirabiliorem operationem efficit in vno loco quàm in altero, & istõ modo accedere poterant ad Deum, quia in columna, siue nube apparebat gloria Domini, idest

Quare hic Aaron loco Moysi loquebat.

Ordo, & modus locutionum quæ ĩ hoc cap. continentur.

fulgor

Quomodo Israelite ad Dominũ accedebant cum sit vbiq;

fulgor magnus quasi Dei ibi existentis, & loquentis, & in alijs locis, licèt Deus esset, quia tamen non demõstrabat ibi fulgorem suum, & mirabilia opera, non dicebatur Deus ibi existere. Dicebantur autem isti accedere ad Dominum, quia nubes, in qua apparebat gloria Domini, erat extra castra versus solitudinem, & ipsi accedebãt illuc ad videndum melius nubem, in qua Deus loquebatur: exeuntes de tentorijs suis, qui erant in castris. *Audiuit enim murmur vestrum.* Idest quia murmurastis contra Dominum mandat Deus, quòd compareatis coram illo, scilicet ad nubem in qua videbatur, vt videatis si eum debite inquietastis murmurando contra Deum. *Cunque loqueretur Aaron.* Scilicet cum eis loquebatur per calles præconizando, quòd accederent ad Dominum. Vel forte postquam omnes conuenerunt vocati exeuntes extra castra, dixit ad eos Aaron, quòd accederent ad Dominum, & dum ista loqueretur apparuit gloria Domini in nube. *Ad omnem cœtum filiorum Israel.* Idest non solùm ad seniores qui sunt totus populus, vel cętus, vt dictum est: sed etiam ad reliquam aliam multitudinem, vt dictum est. *Respexit ad solitudinem.* Quo modo dicuntur aspexisse ad solitudinem, quia ipsi erant tunc in solitudine, scilicet in deserto Syn: vt patet supra in principio c. Respondetur quòd tota illa terra erat solitudo: sed quia castra Israelitarum erant fixa in quidam planicie, & apud illam erant loca prærupta, & scopulosa, vocabantur illa loca solitudo, & locus castrorum erat populatus, quia talis differentia videtur esse inter solitudinem, & terram habitatam. *Ecce gloria Domini apparuit in nube.*

Petitio.

Solutio.

An ista nubes fuerit illa, quæ præcedebat castra.

QVAESTIO. V.

ISTA nubes erat extra castra ad partes solitudinis præruptę. Dubitatur autem de hac nube vtrum fuerit columna nubis, quæ præcedebat castra. Diceret forte aliquis, quòd non potest hoc intellligi de columna nubis, quæ præcedebat exercitum castrorum, quia illa non vocabatur nubes, sed columna nubis: vt patet supra 13. c. & in alijs locis: sic etiam dicitur supra 14. c. cũ dicitur: Respexit Dominus castra Aegyptiorum, per columnam ignis, & nubis, & Ps. 98. cum dicitur, Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, & in columna nubis loquebatur ad eos. Respondetur quòd hoc non obstat: quia licèt vt communiter vocetur columna nubis, aliquando tamen vocatur nubes, vt patet infra 40. c. cum dicitur: Si qñ nubes tabernaculũ deferebat proficiscebantur filij Israel per turmas suas; si pendebat desuper: manebant in eodẽ loco, nubes quippe Dñi incubabat per diẽ tabernaculo, ignis in nocte. Idem patet Nu. 9. c. per diem operiebat illud nubes, & per noctem species ignis; Cunq; ablata fuisset nubes, quæ tabernaculũ protegebat: tunc proficiscebantur filij Israel. Aliud tñ est q̃ aliquo modo ostendit istam nõ esse colũna nubis, quia columna nubis sedebat sup tabernaculũ, postq̃ tabernaculũ constitutum est in mõte Sinai, & istud tabernaculum erat in medio castrorũ Israel: vt patet Nu. 2. c. Añ aũt q̃ esset tabernaculum, sedebat nubes sup castra Israelitarũ in parte priori sup partẽ tribus Iudæ, sed ista nubes nunc nõ erat sup exercitũ Israelitarũ, sed contra solitudinẽ, ergo nõ erat colũna nubis. Quidam volunt q̃ ista fuerit nubes sedens super tabernaculũ paruum, qd̃ portabat Moyses in deserto anteq̃ fabricaretur, & construeretur magnum tabernaculũ, de q̃uo infra 33. c. De hoc tñ non est multũ insistendũ, quia nõ potest constare vtrum fuerit nubes super illud tabernaculũ, an non: cõstat tñ q̃ illa nubes non erat super castra sed extra contra solitudinẽ, vt patet in lr̃a. *Apparuit gloria Domini in nube.* Idest apparuit

Responsi. auct.

in nube fulgor tanq̃ aduenientis Dei, & sonitus loquẽtis. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens.* Ista locutio Dei fuit qñ Moyses recessit ex castris accedens ad nubem contra solitudinẽ, in qua apparebat Deus, & dixit Deus ei ea, quæ sequuntur. *Audiui murmurationes filiorũ Israel.* Vna murmuratio fuit sola. ſ. quare eduxissent eos Moyses, & Aaron in solitudinẽ, vbi moriebanẽ fame, & siti sed vocanẽ prĕs murmurationes, quia prĕs fuerũt murmurantes, & quilibet faciebat vnã murmurationem: ista est sñia quasi decurtata: est. n. sẽsus: ego audiui, q̃ũo filij Israel murmurauerũt contra me, ideo volẽs eis tollere occasionem murmurandi amplius, dabo eis abũdantiam eorum, q̃ petunt: ideo loquere ad eos ea, quę sequũtur. *Vespere comedetis carnes.* Idest hodie in sero comedetis carnes, quia veniẽt coturnices sup castra, & accipietis ex eis in abũdantia. *Et mane saturabimini panibus.* Panes vocat mãna, quia de ipso postea tortulæ formabanẽ: vt patet Nu. 11. c. de hoc aũt ad saturitatẽ comedebant: nã accipiebant singuli Gomor vnũ, & sufficiebat ei ad cibũ siue modicũ siue multum de cibo sumerent, vt patet infra. *Scietisque q̃ ego sum Dñs Deus vr̃.* Idest in ista operatione miraculorum, q̃ videntibus vobis faciam, cognoscetis, q̃ ego sim Dñs Deus vester. i. in operatione miraculorum, q̃ vos videtis: vos scitis, q̃ ego sum Deus, cum nullus alius ista facere possit, & quia ista miracula sunt ad vtilitatem vr̃am. ſ. dando vobis cibum apparet, q̃ non solum sim Deus, sed etiam, q̃ sim Deus vester. *Factum est ergo vespere.* Idest sic fuit ĩ illa die q̃ in vespere. i. in sero diei illius in solis occasu, vel parũ ante solis occasum venit coturnix. *Ascendens operuit castra.* Dicitur coturnix ascendisse, quia castra Israelitarũ erãt in solitudine in locis satis altis: nã deserta Arabica loca sublimia sunt, maxĩe respectu Aegypti, de qua coturnices ascendebãt: nam apud sinũ Arabicum maris rubri est istarum auium innumera multitudo: cum ergo venirent a parte illa contra castra Hebręorum ascẽdere dicebanẽ. Quod autẽ venirent a parte Aegypti patet, qa Aegyptus est ad partem australẽ Arabiæ. Istę ẽt aues ascẽdebãt a parte australi, vt patet Ps. 77. cum dr̃: Trãstulit Austrũ de cęlo, & ĩduxit in virtute sua Aphricũ. Et pluit sup eos quasi puluerẽ carnes, & sicut arenã maris volatilia pẽnata: ergo cũ istæ coturnices ascẽderent impellẽte austro, necesse erat eas venire a pte maris rubri, & Aegypti. Et nõ venerunt istæ coturnices ad castra Hebræorum quasi desiderarẽt manere in castris, sed qa ventus faciebat eas cadere inter castrorum tabernacula: vel circa castra, sicut legiẽ, q̃ alia vice ceciderint, vt patet Nu. 11. c. cum dr̃. Ventus aũt egrediẽs a Dño arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra: itinere quãtum vno die ꝓfici põt: ex oĩ parte castrorum p circuitum, volabantq; in aere duobus cubitis altitudine sup terrã: in ista vice tñ siue extra castra ĩ circuitu fuerint siue nõ ꝓstat, q̃ inter castra ceciderũt, quia dr̃ in lr̃a seq̃nti. *Operuit castra.* Idest illę coturnices q̃ ascenderũt de transmare rubrum venerunt sup castra, & operuerunt ea. Et licèt hic nihil dicat vtrũ extra castra ceciderint aliq̃ coturnices, sicut ceciderunt alia vice: satis tñ euidẽter cognosci dat, q̃ nõ ceciderint extra castra, sed solum intra castrorum ambitum inter tabernacula, quia in alia vice de qua Nu. 11. c. illæ coturnices datæ sunt in escam pro vno mense integro, vt patet eod. c. ideo q̃libet collęgit de illis valde multas: nã dr̃ ibidẽ, q̃ qui parum collęgit habuit coros decẽ: pro tãta ergo multitudine capiẽda nõ solum oportebat inter castra venire coturnices p magnã satis distantiã. ſ. p longitudinẽ vnius dietę, vt patet ibidẽ: hic aũt nõ datę sunt coturnices pro multis diebus, sed solùm pro vna nocte: ideo satis paucas esse sufficiebat, & cum dicatur in textu q̃ ceciderint in medio castrorũ, nõ oportebat q̃ caderẽt ẽt in circuitu. *Mane quoque ros iacuit.* i. mãna.

Ventus auster a Domino missus ad Hebræorum castra tulit coturnices.

QVAESTIO. VI.

An possit mãna ros nũcupari. Exposi. Rabbi Salomon.

POTEST enim vocari ros mãna,nõ ꝙ esset vt ros, quẽ guttas aqueas dicim⁹,sed ad modũ roris gelati, quẽ pruinã vocamus: nam sicut pruina est in modum granulorum distinctorum:ita manna erat,vt grana distincta.Rabbi Salomon,& alij doctores Hebręi dicũt, ꝙ ros accipitur hic non pro manna, sed pro rore,quia antequam descenderet manna descendebat pruina,& super pruinam descendebat manna, & super manna descendebat ros aliqualiter condensatus cooperiens manna.Et probat hoc per literam Hebraicam,quę aliqualiter videtur differre a nostra, in qua dicitur sic.

Tex. Hebræ.

Mane quoque fuit operimentum roris in circuitu castrorum, & ascendit operimentum roris,& ecce in solitudine minutum discoopertum. Et ista positio confirmatur ex dictis in duobus locis.Primo quia dicitur Nume.11.c.Cunque descenderet super castra ros,descendebat pariter & man.

Expõ Nic. de Lira.

In Hebræo dicitur, descẽdebat super eũ man. De tertio,scilicet de rore descendẽte super omnia ista, patet hic in litera Hebraica cum dicitur.*Mane quoque fuit operimentum roris.* Idest ꝙ ros cadens operiebat mãna: erat enim congelatus. Nicolaus autem qui valde sequitur istam positionem,dicens eam subtiliorem quàm positionem doctorum Catholicorum, exponit cum dicit in litera Hebraica consequenter. *Ascendit operimentum roris.* Quòd mane oriente sole resoluebatur ros in vapores a calore solis: & ascendebant illi vapores, & tunc apparebat mãna discoopertum,& minutum, vt patet in litera.

Contra: Rabbi Salomon, & Nicolaũ. Cõtra primum dictum eorum.

Ista expositio patitur duo inconuenientia. Primum quia non concluditur ex litera nostra,vel ex Hebraica,vt volunt Nicolaus,& Rabbi Salomon.Secũdo quia non est rationabilis,ideo aliqualiter repugnat literę. Quantum ad primum,quando dicitur.*Mane quoque fuit operimentum roris in circuitu castrorum.* Non est sensus quòd ros operiret mãna,sed accipitur ros pro ipso mãna: & fuit manna operimentum, idest operimentum terrę,quia ante hoc apparebat terra discooperta,nunc quando venit manna apparuit cooperimentum idest manna fuit operimentum,scilicet terrę.Quod autem non cõcludatur in his verbis etiam iunctis eis, quæ ponuntur Nu.11.rorem accipi hic pro rore,quæ vocabatur ab eis ros existens sup̃ mãna. patet: Nam sicut hic ponitur ros,ita ponitur Nu.11.c.cum dr̃: Cũque descẽderet super castra ros,descẽdebat pariter & man.Et in litera Hebraica eadem dictio ponitur hic & ibi:sed s̃m eos non ponitur ibi ros pro rore,quem ipsi dicunt stetisse super mãna,vt cooperimentum:sed pro pruina iacente in mãna. Etiam qñ infra dicunt. *Et ascendit operimentũ roris, & ecce in solitudine minutũ discoopertum.* Quòd exponunt.s.ꝙ postquam eleuabatur ros vaporaliter,apparebat mã discoopertũ:quasi ante coopertũ iacuisset. Sed hoc procedit ex ignorantia singulariter termini: nã in Hebręo dr̃: & ecce in solitudine minutũ decorticatũ. Et quantũ ad hoc exprimit figura, & color ipsius mãna: nã erat minutũ, vt grana tritici. Et subdit color inquantũ dr̃ decorticatũ.s.ꝙ mãna non erat talis coloris,qualis triticum cũ cortice suo,quia ille est color flauus, sed erat coloris albi,qualis est triticum decorticatũ. Et hoc satis apparet in litera nostra cũ dr̃ minutũ pilo tunsum:quia pilo tũsum dr̃ triticũ,qñ percutitur aliquo baculo,& frequentibus percussionibus decorticatur.Percussiones aũt vocantur tunsiones a tondendo, vel tunendo, ꝙ p̃cutere significat,& inde dicit tunsio pectoris,i.p̃cussio pectoris.Vel potest ista dictio discoopertũ accipi s̃m Analogiam ad decorticatu: vel sub metaphora.s.ꝙ triticũ anteq̃ tundatur,& decorticetur tũsionibus ictibus coopertũ est: quia non apparet id, ꝙ ei substantiale est,s. medulla: cùm autem decorticatum fuerit, discoopertum est, quia tunc apparet medulla.Secundũ propter q̃d ista ratio non conuenit,est,

F quia aliqualiter videtur literę repugnare:nam cum dicitur. *Et ascendit operimentum roris.* Exponit Nicolaus,& Rabbi Salomon, ꝙ sole calescente, ros, qui erat super mãna liquefiebat,& consumebatur,eleuabaturq; in vapores ad regiones aereas,& quantum ad hoc dicebatur ascendere: & tunc ablato illo impedimento apparebat man. Sed hoc non est conueniens, quia si per calorem solis euaporabiliter ascendebat ros,tunc quoque manna resolueretur in vapores, vel liquesceret: sed falsum est,quia manna colligebatur antequam liquefieret. Antecedens patet, quia dicitur infra:Cunque calefieret sol liquefiebat manna: sed non poterat ros totaliter ascendere per vapores, donec sol calefieret:ergo quãdo ros ascenderet, iam liquefactum esset G manna, sed non liquefiebat, ergo non erat ros super mãna,qui vaporaliter ascenderet.Etiam quia tunc posito rore super manna,cùm colligeretur manna antequam sol incaluisset, & tunc ros maneret super manna,necesse erat, vt cum ipso manna ros colligeretur, quia licèt ros gelidus differret in figura a manna, tamen, quia in magna multitudine erant,non possent omnia grana roris secerni a granis mãna: sicut si multum ordeum admixtum esset granis tritici.Et cùm sapor roris sit malus,& cõburens, & sapor manna esset optimus,miscerentur isti sapores, & conficeretur prauus sapor: sed falsum est, quia sapor mãna erat dulcissimus,vt patet infra cùm dicitur:Gustus eius quasi similæ cum melle. Item Deus, & natura nihil faciunt

Roris sapor malus,& cõburens. Mãna dulcissimum erat.

H frustra: sed frustra poneretur talis ros super manna,cum nihil operaretur, quia non conferebat ad immundiciam,nec ad aliquid alterum:ergo non debebat poni. Antecedens patet, quia mãna cadebat de nocte ante auroram, & immediate in aurora colligebatur: non ergo poterat pollui etiam si non haberet operimentum. Et dato ꝙ haberet operimentum,non conseruaretur a pollutione,siue ventus insurgens eijceret puluerem super rorem, siue animalia aliqua trãsirent super illum.Nam cum Rabbi Salomon dicat,ꝙ ascendebat operimentum roris per vapores calore solis resoluente, sequeretur, ꝙ immunditię manerent super manna, scilicet puluis euaporata tota materia roris, quia puluis nõ poterat euaporari, cũ esset corpus sic-

I cum, & nõ resolubile,q̃d pertinet ad materiam, quæ euaporatur,scilicet ꝙ sit humida: non debet ergo aliquo modo poni tale operimentum roris. Dicendum ergo, quòd ad descensum mannæ erant duo, scilicet Pruina, & Manna, & considerandum, quòd antequam aliquid descenderet, Deus mittebat ventum qui purgabat superficiem terræ,ita vt nulla sordes maneret, quæ manna descendens commaculare posset. Deinde descẽdebat pruina,q̃ est gelida valde,& formata in granula. Postea mãna.Et ista duo patet Nu. 11.c. cũ dr̃:Cũq; descenderet ros,descẽdebat pariter & mã. i.super rorem,q̃ pruina erat,descendebat man.Et non ponitur ibi aliquid vltra,& tunc non sequitur aliquod inconueniens de supra assignatis. Hic autem cùm li-

K tera loquitur de rore, non loquitur de rore, qui vocabatur secundum istos cooperimentum manna:quod erat in tertio loco: nec de rore, qui erat in parte inferiori sub manna, quia ille venire non poterat, sed de ipso manna, qui aliquo modo vocatur ros, eo quòd erat aliquid condensatum, & album vt nix. *Cunque operuisset superficiem terræ.* Istud manna eleuabatur in aliquali cumulo,& grossitie a terra, ne colligerent Israelitæ de illo manna, quod erat coniunctum superficiei terræ: siue apud pruinam, quia pruina erat mali saporis cum esset ex materia naturali,sicut fit naturaliter:licèt ibi fieret modo quodam speciali,quia naturalia agentia nõ possunt generare pruinã, nisi t̃pe multũ frigido;hic autem quotidie generabatur,cum caderet

Pruina q̃ cũ manna descendebat ab Angelis formabatur.

quo-

quolibet die manna in quadraginta annis: hoc tamen non obstante naturaliter gigni poterat applicando actiua passiuis, ita, quòd virtus agendi esset in naturali agente,& materia,dato ꝙ Angeli non facerent per aliq̃ superiorem potestatẽ,sicut dęmones interdũ faciũt aliqua,quę vñr nobis mirabilia,& t̃n naturaliter fiunt, vt declarauimus latè supra 7.c.In Hebręo dr̃. *Et ascẽdit operimentũ roris.* Et idem signat,licèt sit alius modus loquendi. Ascendere operimẽtum idem est,q̃d venire aliquod operimentum super terram:& istud opimentũ erat mãna, q̃d cadebat de aere, vbi cõficiebatur ab Angelis,& prę sui multitudine op̃iebat sup̃ficiẽ terrę: & dicebatur ascendere non respectu termini a quo erat motus, sed respectu termini, in quo quiescebat, vel situs,quẽ post quietem acquirebat.Nam si consideremus interstitium aeris, in quo manna ab Angelis formabatur,ille locus superior est omni terra,ideo nõ deberet dici,ꝙ mãna ascenderet: sed magis ꝙ descenderet ad operiendũ terram.Considerando t̃n situm,quẽ mãna post quietem tenebat.s.ꝙ erat super terrã cooperiens illam:dicebatur,ascendere:non prout ascẽdere signat aliquid fieri,sed factum esse. Nec proprie accipit hic ascendere pro moueri ad supra, sed pro supra esse, & sic verum est ꝙ operimentum ascendebat,non ꝙ a parte inferiori versus superiorẽ motus esset, sed quòd postquam descẽdisset de aere, supra erat.s.supra terrã. *Et apparuit in solitudine minutum.* Hic ponitur figura ipsius manna:non cadebat in castris inter tentoria, quia loca castrorum erant inmunda propter multas feces hominum,iumentorum, & terra attrita pedibus atq; soluta in puluerẽ,ideo non caderet mundè manna inter castra. Etiã quia postquam inclauisset sol liquefiebat mãna & fluebat:vt aqua si aũt inter castra caderet, necesse erat postea ipsa castrorum loca tanto humore perfusa lutosa fieri:maxime,quia quotidie mãna calore solis solutum in fluorem aqueum vertebatur. Erat ergo mãna extra castra: & tunc nullum inconueniens sequebatur. Primo quia loca separata a castris, in quibus cadebat mãna,erant ab omni contagione sincera, & herbosa,vel saltem terra nõ soluta in puluerem, cũ iumentorum pecorumq; vngulę,& humani pedes eã non attriuissent: Etiam quia dato ꝙ flueret per calorẽ solis manna in calorem aqueum, tamen non obesset Israelitis,q̃a erat extra castra. Hoc ẽt patet q̃a supra dr̃: Mane quoq; ros iacuit in circuitu castrorũ.Dicitur iacuisse in solitudine,vt supra expositũ est:q̃a licèt tota illa terra solitudo esset,t̃n loca prerupta,& alta, q̃ erant apud castra Israelitarum, vocabãtur tantum solitudo, comparando ad loca plana, in quibus manebant castra, quæ erant quasi loca habitata; apud illa aũt loca prærupta semota a castris iacuit mãna. *Minutum.* Vocatur mãna minutum quantum ad figuram,quia nõ cadebat mãna in vna pasta sicut nix,vel non coniungebatur post casum in vnum cumulũ, quasi videretur vna res grossa: sed erat minutum.i.minutatum.s. diuisum in granula:& erant ista grana satis dura,ita vt in olla teri possent,& coqui in olla,vel cacabo:deinde formabãtur inde tortulę,vt patet Num.11.c. *Et quasi pilo tunsum.* Hoc ponitur ad notandam speciem coloris.s.ꝙ mãna erat albi coloris,qualem colorem habent grana tritici decorticata.Et dicitur pilo tunsum,i.percussum baculo:quia pilus significat percussorium ligneũ,quo triticũ percutitur ad decorticandũ. Tundo tũdis est p̃cutere,& sic dr̃ pilo tunsum.i.baculo p̃cussum.q.d.talis coloris erat manna qualis triticum qñ decorticatum est pluribus percussionibus: nam triticum tunc albi coloris est, cùm añ flauum habuerit. *In similitudine pruinæ.* Idest sicut pruina ex maxima frigiditate condensante, & diuidente in granula parua formatur; ita manna licèt nõ haberet magnam frigiditatem: cùm autẽ esset

Quomodo intelligit quòd manna ascendit.

Quaƒ mãna inter castra nõ cadebat.

Quem colorem mãna habebat.

A naturaliter factum, habebat granula diuisa. *Quod cum vidissent filij Israel.* Scilicet primo diluculo mox vt consurrexerunt. *Dixerunt adinuicem Man hu?* Iste est modus admirantium, vel dubitantium, vt ad alios loquendo conuertantur super dubia inquirendo, *Man hu.* Nõ est vna dictio sed duę, scilicet. *Man*, & hu. *Man.* est dictio interrogatiua: & significat quid. *Hu.* est dictio demõstratiua significans sicut iste, ista, istud. Et est sensus. *Man hu?* Idest quid istud? & subintelligitur verbũ est, s. quid est istud: nam litera Hebraica decurtata est in modo loquendi. Alio modo ista dictio. *Man.* Signat cibum:& *hu.* Id quod iste:& est sensus,ꝙ Hebręi videntes hoc dixerunt,cibus iste,scilicet quia Deus promiserat eis dare illa die diluculo panes,& cùm viderent mã-

Prima expositio.

Secunda expositio.

B na esse talis dispositionis, vt ad cibum aptum videretur dixerunt. *Man hu.* Idest cibus est iste. Primus tamen sensus est in litera,scilicet accipiendo interrogatiue:& patet,quia dicit:Ignorabant enim quid esset. Accipiẽdo autem secundo modo forte aliquis responderet,ꝙ Israelitæ ignorabant quid esset, scilicet determinate, sciebant tamen ꝙ esset cibus datus.Sed hoc nõ conuenit, quia cùm in litera dictum fuisset, ꝙ Israelitæ dixerunt: *Man hu?* Idest quid est hoc? dubitando, subditur causa huius dubitationis, ignorabant enim quid esset, idest ideo dubitauerunt,quia nesciebant, quid esset. Si autem acciperetur hic. *Man hu.* Idest cibus est iste,nullo modo posset subiungi ratio dubitationis, scilicet. Ignorabant enim cùm nulla dubitatio præcessisset. Itẽ

C patet hoc ex eo quod infra sequitur:nam si non fuisset hæc dubitatio, non sequeretur infra responsio Moysi: quę tamen ponitur, vt patet. Item quando respondetur, quòd isti ignorabant quid esset manna distincte, vel specialiter, sciebant tamen quòd cibus esset: falsum est,quia cùm Moyses responderet ad q̃onem factam de manna, vt patet ex litera dixit: Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum:& tamen respondit vniuersaliter esse cibum, ergo ipsi non sciebant esse cibum in vniuersali, alioquin r̃nsio Moysi esset superuacua, cum ipsi cognoscerent, quod Moyses respondebat. Necesse est ergo dicere, quòd accipiatur *Man hu*. pro interrogatione, scilicet quid est hoc? *Quod significat,quid est hoc.* Ista litera non habetur

D in Hebræo, sed subinterseruit eam Hieronymus ad significandum quid significent dictiones illæ Hebręę, scilicet. *Man hu.* Et sic fit in multis alijs locis, vbi ponitur interpretatio nominis Hebraici, vt patet Genes. trigesimoprimo capitulo, vbi dicitur: idcirco appellatum est nomen eius Galaad, idest cumulus testis: sic etiam fit aliquando in nouo testamento in Euangelio, & Apocalypsi, vbi ponuntur nomina Græca, vel Hebraica complentia sensum: & tamen ponuntur aliqua alia latina, quæ illorum Hebræorum, & Græcorum sensum nobis declarant: sic patet Mar. capitulo quinto.cum dixit Iesus ad filiam Archisynagogi. *Thabitacumi.* Et subditur in litera, quod est interpretatum: puella, tibi dico surge. Et Lucæ etiam dixit Iesus

E ad surdum: Effeta quod est aperite. Et Apocal.nono capitulo, dicitur de locustis Metaphoricis cruciantibus per menses quinque, & habebant super se regem Angelum abyssi: cui nomen Abbadion, Grece Appolion, Latine autem exterminans. *Ignorabat enim quid esset.* Ista est causa superioris interrogationis: omnes nanque in alterutrum quærebant, quid est hoc: & hoc erat quia omnes ignorabant quid esset, & nõ erat hoc mirandum:quia nullus eorum tale vnquam viderat, vt patet Deute. 8. capit. cum dixit afflixit te penuria,& dedit tibi cibum,quem ignorabas tu, patres tui. *Quibus ait Moyses.* Quando vidit omnes dubitantes de manna quid esset. *Iste est panis.* Vocatur manna panis, licèt non esset panis, quia ita nutrieba, vt panis.

Manna panis vocat.

Vel ita erat fundamentum omnium aliorum ciborũ, F sicut panis, ſ.q̃ ſicut cum pane omnia cibaria comeduntur, & ſine ipſo quaſi cruda vñr: ita eſt de manna, quia cum ipſo oẽs cibi comedebantur. Vel vocatur panis, quia ex ipſo panes compingebantur, vt patet Nu. 11.c. cũ dicitur, q̃ colligebat populus manna, frangebat mola, aut terebat in mortario coquens in olla, faciensque ex eo tortulas. Et iſtum modũ ſeruat in multis locis ſcriptura. Nam eodem modo vocatur manna cibus, vt patet Pſ. 77.ſ. Panem Angelorum manducauit homo, id eſt manna, vt ibi patet, q̃ ab Angelis formatum erat, & de aere in terram cadens. *Quem dedit vobis Dominus adueſcendum*. Promiſerat.n. die præcedenti dicens: Veſpere comedetis carnes mane ſaturabimini panibus. i. manna. Cùm ergo iam aduenisſet mane, G in quo panes ad ſaturitatem dari debebant, Moyſes cognoſcens promiſſum Dei eſſe completum, declarauit Iſraelitis dicens. Iſte eſt panis, quem dedit vobis Dominus, quia promiſerat.

Hic eſt ſermo, quem præcepit vobis Dominus. Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: Gomor per ſingula
Pſ. 77. ſap. 16. Ioan. 6. capita, iuxta numerũ aiarum vrarũ, quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. Feceruntque ita filij Iſrael: & collegerunt, alius plus, alius minus, & menſi ſunt ad menſuram H Gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Dixitque Moyſes ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cepit vermibus, atq; computruit. Et iratus eſt contra eos Moyſes. Colligebant autem mane ſinguli quantum ſufficere poterat ad veſcen I dum: cumque incaluiſſet ſol, liquefiebat. In die autem ſexto collegerunt cibos duplices: id eſt duo Gomor per ſingulos homines: ve
De conſe. di. 2. cap. renera. nerunt autẽ omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis: Hoc eſt quòd locutus eſt Dominus: requies ſabbati ſanctificata eſt Domino. Cras quodcunque operandum eſt, facite, & quæ coquenda ſunt, coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite vſque in mane. Feceruntq; K ita vt præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inuentus eſt in eo. Dixitque Moyſes: Comedite illud hodie, quia ſabatum eſt Domini, non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini, idcirco non inuenietur. Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo, vt colligerent, non inuenerunt. Dixit autem Dominus ad Moyſen:

F Vſquequo non vultis cuſtodire mandata Eze. 20. mea, & legem meam: Videte, quòd Dominus dederit vobis ſabbatum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: Maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. Et ſabbatizauit populus die ſeptimo. Appella- Nume. 11. uit q̃ domus Iſrael nomen eius Man. Quod Forma manna. erat, quaſi ſemen coriandri, album, guſtuſque eius quaſi ſimilę cum melle. Dixit au G tem Moyſes: Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: imple Gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes, vt nouerint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Aegypti. Dixitque Moyſes ad Aaron. Sume vas vnum, & mitte ibi Man: quantum poteſt capere Gomor, & repone coram Domino ad ſeruandum in generationes veſtras ſicut pręceperat Dominus Moyſi. Poſuitque illud Aaron in ta H bernaculo reſeruandum. Filij autem Iſrael comederũt Man quadraginta annis, donec Iudit c. 5. capitulo. venirent in terram habitabilem: hoc cibo Nic. 9. aliti ſunt, vſquequo tangerent fines terræ Chanaan. Gomor aũt decima pars eſt ephi.

Hic eſt ſermo quem præcepit Dominus. Hic ponitur qualiter vti deberent iſto cibo in colligẽdo, & ſeruando, & primo de collectione in ſex diebus, ſecundo de nõ collectione in ſabbato. Circa primũ: *Hic eſt ſermo, quem præcepit Dominus*. Id eſt hoc q̃d ſequitur eſt lex, quã dedit Dñs de colligendo mãna. Et ideo quia data erat iſta lex abſolute ſine determinatione tẽporis, & pſonarum circa ipſam collectionẽ mãna, oẽs obligabat, etiã futuros ſub pena peccati mortalis. *Colligat ex eo*. Id eſt ex manna. *Vnuſquiſque quantum ſufficiat ad veſcendum*. Et ſubditur immediate certa menſura, cum dr̃ Gomor p ſingula capita, in quo demonſtrat q̃ Deus ſciebat quãtumcunque ſufficeret, cum diceret accipiendum eſſe Gomor vnum p ſingula, & ſup. dixerit q̃ acciperet q̃libet q̃tum ei ſufficeret, ſequit q̃ Gomor vnum cuilibet ſufficiebat. *Gomor per ſingula capita*. In Hebræo dr̃. *Homer*. Sed quia Latina, pprietas lr̃ãm multum aſpiratã nõ habet, ſicut requirit neceſſitas huius nominis, pro ipſa. g. poſita eſt: q̃ aliquo mõ grauitatẽ habet, ſed non talem, qualem illa lr̃a Hebraica. Gomor autem eſt nomen menſuræ, de quo infra magis dicitur. *Gomor per ſingula capita*. Id eſt q̃ cuilibet pſonæ deẽ vnũ Gomor.

An iniqua eſſet iſta lex, & temperantiæ repugnans, ſcilicet quod quilibet vnum Gomor colligeret.

QVAESTIO. VII.

SED forte arguetur, q̃ iſta lex eſſet iniqua repugnãs virtuti temperantiæ, nã temperantia ſicut quælibet alia virtus eſt in medio: ſic enim dicit Ari. 2. Ethi. virtus eſt habitus electiuus in medio cõſiſtens determinata ratione: ille ergo tẽperatus eſt, q̃ circa medium eſt in guſtu, ſed nõ eſt idẽ medium in temperãtia oẽbus, q̃a tunc poneret medium ſ̃m rẽ: ſed falſum eſt, q̃a debet poni medium ſecundum proportionem Geometricam, vt declarat in 2. Ethi. Nam in hoc non põt aliqua regula

regula aſſignari de medio. Non enim poteſt dici, q̃ comedere quotidie duos panes ſit temperatũ eſſe: & comedere vnũ ſit inſenſibilitas, & comedere tres ſit intemperantia: et ſic de potu: Quia aliquis homo eſt, cui comedere vnum panem quotidie valde multũ eſt, vt quia forte eſt aliquo modo languens: vel quia modicam digeſtionẽ habet. q̃a expars eſt laboris, & motus. Alius aũt eſt tam fortis complexionis, & laboris, q̃ comedere tres panes ſolum quotidie valde modicũ eſt. Sic.n. ponit Phyloſophus exemplũ in 2. Ethic. dicens. Quod non eſt idẽ mediũ Miloni, & dominatori Gymnaſiorum: nam dicit ibi q̃ comedere ſex minas eſt medũ inter duas, q̃ ſunt paucũ: & decẽ, quæ ſunt multũ: ſed non ꝓpter hoc magiſter. i. medicus cuilibet ſex minas in cibum ſumere præcipiet: nã Miloni quidẽ paucũ, dominatori aũt Gymnaſiorum multũ. Et ratio eſt quia magiſter, r Gymnaſiorum vocatur docẽs, vel principaliter agẽs Gymnaſia. ſ. haſtiludia, paleſtrã, ſaltum, curſum, & iactum, cętera quoque in hunc modũ: iſta namq; requirunt leuitatem corporis, q̃ impeditur per multum cibũ, quo ſtomacus repletur, & totũ corpus ad motum impeditur: ideo exercẽtes talia Gymnaſia
De virib. & cibo Milonis ci- ab iſtis impedimentis ſe abſtinẽt. Sic ait Apoſtolus primo ad Corin. 9. c. cũ dicit: Hi qui in agone contẽdunt, ab omnibus ſe abſtinẽt. Milo aũt erat vir robuſtiſſimus magni laboris, & indigẽs multo cibo: nam de eo dicit Solinus Poliſt. c. 1. de his, quę fuerunt memorabilia in homine, q̃ Milo Crotonienſis ciuis tanto robore prędituS extitit, vt nuda manu percutiens taurũ vno ictu occideret, & quẽ occidit eadem die ſolus ĩtegrũ deuorauit, nihil in hoc grauatus ſtomaco. Nũc ergo, q̃ omnibus Iſraelitis aſſignaret æqualis menſura cibi. i. Gomor vnũ per ſingula capita, valde incõueniens eſt, q̃a neceſſe erat in tanta turbarũ numeroſitate eſſe diuerſarũ cõplexionum perſonas quę plus, minuſve de cibo indigerẽt. Rñdetur, q̃ ſimpliciter non poteſt ſ̃m naturã præfigi certũ mediũ, quantũ ad tẽperantiã: nã alius plus, alius minus habet. Nec valet argumentũ factũ de iſto loco, q̃a ſicut mãna ſupra virtutẽ naturæ p Angelos cõficiebat, ita ſupra modũ naturalẽ nutriebat: volebat enim Deus q̃ iſta mẽſura. i. Gomor ſufficeret cuilibet homini etiã maxime comedenti, & poſſet comedi a quolibet quantumcunque modicũ comedenti. Ioſephus aũt dicit hoc a Deo fuiſſe factum, vt tolleretur locus contentionis: nã ſi aliqui voraces plus alijs de cibo comederẽt putantes ſibi defuturũ, niſi in magna copia ſumerent, minores viribus opprimerẽt: nihil eos capere permittentes. Nunc aũt q̃a videbat quilibet quãtumcunque vorax, q̃ Gomor vnum ſufficiebat ei, nõ curabat contra quẽlibet alium contendere, poſtq̃ Gomor vnum accepiſſet. *Iuxta numerum animarum veſtrarũ*. Id eſt, q̃ liber paterfamilias totiens acciperet Gomor, quot perſonas habebat in ſua domo ſiue tẽtorio. Et accipitur anima, quæ eſt pars pro toto homine, vt ſæpiſſime in ſcriptura conſuetum eſt, vt patet Gen. 46. & ſupra 1. c. & num. 9. cõputabantur autẽ ſub quolibet patrefamilias omnes animę, vt daretur ei totiẽs Gomor, et hoc erat de potentibus comedere, vt excluderentur paruuli qui ſolo lacte cibantur: nam illi non poterant comedere manna: cùm manna eſſet ſolidus cibus, ſicut panis triticeus.

QVAESTIO. VIII.

An etiam infirmis daretur vnum Gomor. DICERET etiã aliquis, q̃ non ſolum iſti paruuli excuſabantur, id eſt quòd non computabantur, vt daretur eis Gomor, ſed etiam infirmi, quia comuniter ægrotantes non comedunt de cibis aliorum. Reſponderur, quòd non poteſt hoc ſtare ex duobus: primo quia tunc nullus erat inter Hebræos, qui infirmus eſſet, vt patet Pſ. 104. cùm dicitur: Egreſſi ſunt cũ auro, & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus. Secundo, quia dato, q̃ aliquis infirmus eſſet, ille comederet de manna, licẽt forte non tantum ſicut alij ſani: q̃a non poteſt vis eius nutritiua tantum digerere: comederet autem de manna, quia alij cibi, qui prohibẽnt infirmis, prohibentur quia habent aliquam repugnantiã, vel malitiam, ex qua ęgrotantes peiorarentur: manna autem non erat huius cõplexionis. Nam vt ſupra declarauimus, manna non erat factũ per naturalia agentia. ſ. per virtutes corporum, ſed per Angelos, ideo qualitates illę, quæ erãt in manna, non erant in eo modo naturali, vt declarauimus de humiditate eius, vel tenerituDine, ſ̃m quam liquefiebat ad ſolem, & indurabãt ad ignẽ. Sic ergo non eſſet aliqua qualitas magna in eo, quæ deterioraret ægrotantes: imo dato, quòd eſſet. Quod nullo mõ cõcedẽdũ eſt. Illa non noceret, quia Deus tolleret eam, vel mutaret actionem eius ad oppoſitum, ſecundum q̃ ſtatui Hebræorum conueniret. Sic enim faciebat de humiditate, ſecundum quã illud Quare Deus faciebat manna ad ſolẽ liquefieri, & ad ignẽ indurari. liquari ad ſolem faciebat, ne maneret ad alterum diẽ, & manna vetus comederetur, vt ſupra declaratum eſt. Et per eandem humiditatem faciebat illud ad ignem in olla, indurari, quia ſic conueniebat ſtatui Hebræorum, vt indurato, & compacto formari poſſent inde tortulę, vt patet nu. 11. & teneret modum cibi. Si autẽ ſic ad calorẽ ignis in olla ſolueretur in humorẽ aqueũ, C ſicut ad tactum ſolis, non teneret modum cibi, ſed modum potus, q̃d inconueniens valde erat. Quod autem In manna non erat aliqua qualitas nociua. in manna non eſſet aliqua nociua qualitas, quæ ęgrotantium corpora peioraret, patet: nam ſi manna fieret ex materia naturaliter diſpoſita, & per agentia naturalia, neceſſe erat, vt conſequeretur qualitates cõmuniter conſequentes ſpeciem, & conditionẽ, atque gradũ materię ſic, vel ſic ad gñationẽ diſpoſitę: ideo ſiue qualitas nociua, vel ſanitatis effectiua conſequetur talem ſpeciẽ, vel gradum diſpoſitionis materiæ, neceſſe erat illam rem ſic genitam conſequi illam qualitatẽ. Deus autem quando agit aliquid, vel Angeli ex voluntate & mandato illius, non coguntur producere in tali, vel tali qualitate accidentali, maxime quando eſt res, quæ D nõ pertinet ad ſpecies vniuerſi. Poſſunt ergo producere rem in qualicunque qualitate voluerint. Et ſic poterant Angeli facere manna ſub qualitatibus valde pe
Deus produxit manna ſub qualitatibus ſanatiuis. ſtiferis, vel valde ſanificatis. Quid ergo dicendum eſſet? vtrum in qualitate peſtifera, vel ſanificatiua fecerint: Dicendum, q̃ ſub qualitatibus ſanificationis: nam quando Deus aliqua facit per ſe, aut per miniſtros ſuos Angelos, aut facit illa ad inferendum pęnam, aut ad demonſtrandum ſuam benignitatem, & larga beneficia. Si autem Deus ad inferendum pęnam aliquid faciat, non eſt dubium quin illud ſit multum peſtiferum, vel damnificatiuum, & hoc patet in plagis illatis Aegyptijs: nam illę erant creatæ ſupernaturaliter a Deo, vt patet ſupra ſeptimo, & nono atque decimo E capitulo, quia ibi dicit Dominus quòd Pharao, & Aegyptij ſcient eum eſſe Deum per has pęnas inflictas, quaſi dicat, quòd tales erant, quòd nullus niſi Deus eas inferre potuiſſet. Quod autem fuerint peſtiferę valde, & nociuæ patet conſiderando ſingulas earum. Si autem Deus aliquid faciat ad demonſtrandum largam benignitatem ſuam, quod natura facere non poteſt, neceſſe eſt, vt illud ſit valde bonum: nam ſi non eſt valde bonum, neceſſe eſt quòd hoc cõtingat ex defectu alicuius cauſæ: quia malum ſit ex defectu cauſarum, vel circunſtantiarum particularium, vt patet ſecundo Ethicorum. neceſſe erat ergo, quòd deficeret hic vel voluntas agentis, vel poteſtas eius, vel condecentia finis: voluntas, vt q̃nòd Deus nol-

lit illud bene agere: poteſtas vt.ſ. dato, ꝑ vellet ꝙ non
poſſet: condecentia finis, ſcilicet quòd dato ꝙ Deus
vellet & poſſet: tamen finis non exigeret, vt aliquod
bonum fieret, ſed malum: non enim poſſet deficere
ex alijs cauſis. Primus autem defectus ſtare non po-
teſt, ſcilicet quòd nollet bonum Deus agere. Impli-
cat enim hoc contradictionem, ſcilicet vt Deus vellit
demonſtrare benignitatem ſuam, & larga beneficia,
& nollit bonum agere, quia benignitas eius in bonis
demonſtratur, non autem in illatione pęnarum. Nec
etiam poteſt ſtare ſecundus defectus, ſcilicet quòd ve-
lit; & non poſſit: quia hoc abominabilius eſt, & con-
tra omnem ſcripturam, & fidem prædicantē de Deo
omnipotentiam. Nec poteſt ſtare tertius defectus, ſci-
licet condecentia finis, quia ſtatui Hebræorum, quem
Deus volebat conſeruare per ſua beneficia, valde cō-
decebat bona elargiri: cum ergo Deus feciſſet manna
ad demonſtrandum ſuam largam bonitatem, vt patet
ſupra in litera cum dicitur: Veſpere ſcietis, quòd edu-
xerit vos Dominus de Aegypto, & mane videbitis glo
riam eius. Vocauit ibi gloriam Domini bonitatem, &
poteſtatem eius, quę monſtrabatur in datione manna.
ſic etiam pro magno beneficio ponit manna Deute.
8.c. cū dicitur: Affixit te penuria, & dedit tibi cibum,
quem ignorabas tu & patres tui, & ſubditur magni-
tudo Dei in hoc, cum dicitur: Vt cognoſcas quòd nō
in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quòd pro
cedit ex ore Dei: idem habetur Sapien. 16.c. cum di-
citur: Pro quibus Angelorum eſca nutriuiſti populum
tuum: & paratum panem de cęlo præſtitiſti eis ſine la-
bore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis
ſaporis ſuauitatem: ſubſtantiam enim tuam & dulce-
dinem, quam in filios habes oſtendebas: deſeruiens
vniuſcuiuſque volūtati. Neceſſe ergo erat, quòd man
na, quod Deus non ad puniendum, ſed ad monſtran-
dum ſuam bonitatem, & dulcedinem in filios oſten-
derat, valde bonum eſſet & ſanum: immo dicendum
quòd tantum ſanum erat, quòd conſeruabat corpora
Hebræorum, ne aliqua infirmitate tabefierent, niſi
cùm Deus ſpecialiter aliquem vellet occidere, quia
tunc manna non conferebat ei virtutem: & ſic dato ꝙ

Māna valde ſanum erat & Hebræorum corpora conſeruabat ne aliqua infirmitate tabeſcerent.

aliquis languens eſſet, manna ei dandum eſſet, quia
cibus valde leuis erat nullo modo grauās ſtomacum.
Quæ habitant in tabernaculo. Quia Hebræi portabant ten-
toria per deſertum, ſub quibus habitabant, cum nu-
bes manebat. Vel faciebant ea, vtcunque poterant de
pellibus, vel pannis, & manebant ſub illis ad tegendam
turpitudinem ſuam, velut non eſſent actus cuiuſlibet
omnibus noti. Sic domus vei tabernaculum neceſſa-
rium eſt, vt patet Eccleſia.29.c. cum dicitur: Initium
vitæ hominis aqua, & panis, & veſtimētum, & domus
protegens turpitudinem. In quolibet autem iſtorum
erat vnus Iconomus, ſiue paterfamilias, qui aliorum
curam gerebat, & iſte computabat capita domus ſuę,
& quot fuiſſent tot Gomor recipiebat. *Feceruntq́ʒ, ita
Iſrael.* Iſta clauſula nihil aliud ſignat quàm illę, quæ ſe-
quuntur, ſed illę ſignificant illud determinate, iſta ſi-
gnificat illud ſub confuſo. Et iſte modus obſeruatur
multotiens in ſacra ſcriptura, ſicut declarauimus ſu-
pra in illationibus plagarum Aegyptijs, & Pharaoni,
& in locutionibus Dei ad Moyſen, & Moyſi ad Pha-
raonem, vel ad Iſrael. Sed dices, videtur quòd iſta
clauſula non ſignet id, quod ſequentes, immo contra-
dicat eis: quia hic dicitur, quòd filij Iſrael fecerunt ita,
ſcilicet ſicut mandauerat eis Dominus: vt colligerent
ſinguli quantum ſufficiebat, ſcilicet Gomor vnum
per ſingula capita: ſed infra dicitur, quòd collegerunt
alius plus, & alius minus, ergo non fecerunt ſicut man
dauerat eis Dominus. Reſpondetur, quòd nullo mo-
do repugnat iſta clauſula inferioribus: quia mandatū

F Dei licèt vnum eſſet, continebat tamen duas partes,
ſcilicet quòd quilibet colligeret ad ſufficientiam, &
quòd illud eſſet Gomor vnum per ſingula capita, &
hoc fecerūt, & infra ſatis clare dicitur. Primo quia qui-
libet eorum collegit ſatis, ſcilicet tantum quantum
ſufficere exiſtimabat: & quia ſic erat ſecundum quòd
quidam magis de cibo quā alij naturaliter indigebāt,
plus alij quàm alij collegerunt: nec in hoc aliquo mo-
do peccabant, quia tantum ſibi neceſſarium eſſe opi-
nabantur, Compleuerunt etiam ſecundam partē prę-
cepti, ſcilicet quòd ſinguli acceperunt vnum Gomor:
quia licèt aliqui plus alijs collegiſſent, cum poſtea ad
Gomor menſi ſunt, omnes repererunt ſolum vnum
Gomor. *Collegerunt alius plus, alius minus.* Nam quando
G colligebant, non menſurabant, ſed poſtea ad menſu-
ram veniebant: ideo adhuc, quòd præter indigentiam
cibi, quam aliquis magis alio habebat naturaliter: ipſi
vellent æqualiter ducere de māna, ſcilicet quilibet in-
tendens portare Gomor ſolum: tamen ęqualiter eos
omnes colligere non contingeret, quia ſine menſura
colligebant. *Et menſi ſunt ad menſuram Gomor.* Prius qui-
libet colligebat quantum ſatis eſſe putabat, poſtea ve-
niebant ad illos, qui habebāt menſuras publicas. Nam
non eſt credendum, quòd quilibet de Hebræis habe-
ret Gomor ad menſurandum, ſed erāt paucæ de iſtis
menſuris, & ponebant̄, vt q̄libet veniens menſuraret.

QVAESTIO IX.

An Gomor fuerit ductū de Aegypto vel factum in deſerto.

H IMMO ſatis eſt admirandum qualiter in toto He-
bręorum exercitu fuerit aliquod Gomor, quia cum
Hebræi exierunt de Aegypto non potuerunt ſecum
tollere omnia ſua ſupellectilia, quia ad hoc quilibet in
digeret multis aſinis, aut cęteris iumentis, cū etiā filios
paruulos, & vxores ducturi eſſent, q̄ itinerare pedeſtres
non poterant: portabat ergo quilibet de Hebręis illa ſu
pellectilia ſolū, q̄ præcioſiora, & vtiliora iudicauit: ni-
hil autē magis inutile erat, q̄ portare menſuras ligneas
de Aegypto, cū non viderentur eſſe ad aliquā vtilitatē:
ideo nullus duxiſſet ſecū Gomor, niſi Deus ad hoc ſpe
cialiter monuiſſet, quia neceſſariū erat Gomor in de-
ſerto ad menſurandū manna, ſicut ſupra diximus 15.c.
I de tympanis, q̄ adducta ſunt de Aegypto: ſed adhuc
de illis maior rō exiſtebat, quia fęminę conſuetæ con-
gaudere in canticis, & plauſibus tympanorū, vt laborē
itineris reqe interiecta linirent, adducerēt ſecū aliqua
tympana: maxime q̄a paruulorū neceſſitas exigebat. ſ.
vt paruuli cū plorarent tinnitibus tympanorū, & voce
cōcordi à ploratu ceſſarent. De Gomor autē nulla rō
aut vtilitas erat, niſi Deus ad hoc ſpecialiter monuiſſet.
Forte aūt gomor nō de Aegypto adductū eſt, ſed ī de-
ſerto fabricatū eſt: ita ꝙ Iudęi nouas menſuras habere
inciperēt, ſicut nouos ſiclos: quia ſiclus ſanctuarij, q̄ ibi
exordiū habuit, duplus ad ſiclū vſualē erat: & ſi hoc cō
cedamus, nō oportebit facere aliquas de ſuperiobus dif
ficultatibus. Quocūq; tñ mō ponam⁹: dicere oportebit
K ꝙ nō habebat q̄libet Gomor: q̄a in prima die, qua mā-
na collegerūt, mēſi ſunt ad Gomor, ſed in ꝑcedēti die
ſolū dictū fuit de Gomor mēſurante māna: ergo opor
tebat ꝙ omnia Gomor, quæcunq; eſſent, ꝑcedenti die
facta fuiſſent: ſed nō poterant tot Gomor vna die fieri,
vt quilibet pr̄familias de populo vnū haberet: ergo nō
erant Gomor pro omnibus, ſed erant aliqua pauca Go

Gomor menſura erat Aegyptiaca, & inde adducta in deſerto.

mor, quę ponebātur in communi, & omnes metiebā-
tur manna ſuum per illa Gomor publica. Magis tñ di-
cendum, ꝙ Gomor eſſet menſura Aegyptiaca, & ali-
quas de eis ſecū attulerint, q̄a in vna die nō occurreret
populo ita facere Gomor in tanto numero, vt ſuffice-
rent ad menſurandum cito ꝑ toto populo. *Nec qui plus
collegerat habuit amplius, nec q̄ minus parauerat, reperit minus.*

Forte

Fortè quilibet pater familias computans perſonas ſiue
capita domus ſuæ, colligebat ſimul pro omnibus ſe-
cundum ꝙ putabat ſe accedere ad numerum trium,
vel quatuor, vel quinque gomor, ſecundum ꝙ quęli-
bet domus erat: & licèt contingeret quòd aliquis col-
ligeret magis de manna quàm eſſet vnum gomor, vel
duo, vel tria, & ſic ſecundum numerum capitum ta-
bernaculi ſui, & alius colligeret minus de manna quā
ſufficeret ad complendum tot gomor, quot habitu-
rus erat: tamen quilibet æqualiter reperiebat, ſcilicet
quòd quilibet pro vno capite reperiret vnum gomor,
& ſic de multis capitibus. *Sed ſinguli iuxta id quod ede-
re poterant congregauerunt.* Ideſt Deus ſic regulauit man-
na colligentium, vt ſolum colligerent ea, quibus opus
erat.

QVAESTIO X.

Qūo intelligitur ꝙ Iudęi de manna ſolū colligebāt ꝙ edere poterāt.

HOC autem poteſt intelligi dupliciter: vno mo-
do ꝙ quilibet colligebat quantum ſibi neceſſe
erat, & ſecundum veritatem vnus colligebat pluſquā
alius ſed id, quod vnuſquiſque colligebat, non exce-
debat gomor. Alio modo, ꝙ quilibet colligeret quan-
tum indigebat, & vnus indigebat magiſquàm alius:
nullus tamen portauerit pluſquam alius ad menſu-
ram, ſed ſinguli gomor vnum. Quantum ad primum
modum, ſcilicet ꝙ ſecundum veritatem vnus homo
indigeret medio gomor: alius vno gomor. Alius duo-
bus aut plus: & ſic veraciter Deus regularet manna
colligentium vt ille, qui indigebat medio gomor col-
ligeret medium gomor ille, qui indigebat vno colli-
geret vnum, & ille qui duobus aut plus indigebat col-
ligeret duo, aut plus: ſed cum iſti ad menſuram venie-
bant ſinguli inueniebant gomor, & in hoc erat æqua-
litas menſuræ. Sed differebat quantum ad modum:
quia ſi aliquis collegiſſet ſecundum veritatem me-
dium gomor, aut minus quam ei ſufficiebat: quando
veniebat ad gomor Deus rarè faciebat manna, vel ali-
quo modo eleuabat, ita vt occuparet maiorem locū,
ſcilicet totum gomor cum naturaliter medietatem
eius, aut minus occupare debebat. Qui autem colle-
gerat vnum gomor, cum veniebat ad menſuram re-
periebat vnum gomor, & in hoc tenebatur regula na-
turalis: nec erat aliquod miraculum. Cum autem ali
quis pro ſe ſolo duo gomor, aut plus collegiſſet quam
indigebat, & veniret ad menſuram, inueniebat ſolum
gomor: quia Deus condenſabat manna illud, vt occu-
paret minorem locum: quam aliàs occupaturum eſ-
ſet: & ſecundum hoc nullum miraculum erat in ſatu-
ritate, ſed in menſuratione: nam quilibet ſaturabatur,
eo, qđ ſibi ſufficiens erat ſecundum naturam, ſed illud
poſtea Deo agente maiorem, aut minorem locum
tenebat, quàm occupaturum eſſet ſecundum naturā.
Secundus modus magis eſt miraculoſus, ſcilicet quòd
vnus homo plus alio indigeret, & plus alio colligeret:
ſed quando veniebat ad menſuram tantum veriſſimè
portabat vnus, ſicut alius: & ſecundūm iſtam poſitio-
nem dici debet, ꝙ quando quilibet eorum veniebat
ad menſurandum: ſolum portabat tantum de manna

Quæſtio dirimitur.

quantum naturaliter repleret vnum gomor: & ſic in
menſurando non erat aliquod miraculum. Sed tunc
quæretur, cum quilibet iſtorum non æqualiter alteri
colligeret, quia dicitur in litera, quòd alius plus, alius
minus colligebat, quomō ſinguli reperiebant æqua-
liter vnum gomor: & ſecundum veritatem ſic erat, ꝙ
non erat magis, quàm vnum gomor? Reſpondetur
ꝙ dupliciter hoc fieri poterat: vno modo ꝙ quamuis
aliquis multum colligeret, tamen angeli veniebant,
& rapiebant, ipſo non vidente, cum ferret ad menſu-
ram, ita ꝙ ſolum relinquerent vnum gomor. Alio

A modò, ꝙ licèt quilibet tantum, quantum collegiſſet,
portaret, tamen Deus annihilabat partem illius man-
na, cum menſuraretur: ita ꝙ ſolum maneret gomor.
Alia difficultas eſt, cum dicatur in litera quòd quilibet
colligebat quantum ſibi neceſſarium erat: manifeſtū
eſt autem, quòd non omnibus æqualiter neceſſe erat,
ſed cuidam neceſſe erat comedere duplum, aut triplū
quàm alteri: ſi ergo quilibet ſolum gomor portabat,
non videbatur ꝙ quantum ſibi neceſſe erat, collige-

Reſpōſio ad aliud q̄ſitum.

bat, ſed aliqui ſic magis quàm ſibi neceſſe eſſet, colli-
gerent, alij autem minus. Reſpondetur, ꝙ non colli-
gebat quiſque tantum, ſicut ſibi neceſſarium erat, ſed
Deus faciebat, vt illud quod quilibet colligebat, ſ. Go-
mor ſibi ſufficeret. Et in hoc monſtrabatur miraculū,
B ꝙ idem Gomor ſufficeret diuerſis ſumētibus, quorū
quilibet naturaliter alteri æqualis non erat, ſed quidā
plus, quidam minus exigebant. Sed quæretur quis
iſtorum duorum modorum ſit conuenientior. For-
tè dicendum videtur, quòd licèt vterque ſatis ſit ap-
parens, iſte tamen ſecundus ſit magis conſonus ratio-
ni. Primò quia cum in vtroque ponatur miraculum,
conuenientius ponitur in vno quàm in altero: nam ſi
Deus dirigebat manum cuiuſlibet colligentis ſecun-
dum primum modum, & veriſſimè vnus colligebat
magis quàm alius: ſed quando veniebant ad menſurā
cuiuſlibet, manna ſolum occupabat vnum gomor.
Ad quid hoc fiebat? Non enim videbatur ponendum
eſſe tale miraculum: quia miracula non ſunt ponenda
C ſine neceſſitate. Si tamen ſic ponatur, ꝙ Deus dirige-
bat manum illius colligentis, vt tantum colligeret,
quantum neceſſarium erat, non poterat errare in col-
ligendo, ergo ſuperfluum erat menſurare. Et ſi dicas,
ꝙ adhuc erat neceſſaria menſura ad tollendum con-
tentiones, & inuidiam: aliquis enim videret alium
multum de manna colligentem, qui licèt colligeret
ſolum quantum ſibi neceſſe erat: tamen incitaret
alium, qui non tantum colligebat ad magis colligen-
dum: quia ille non iudicaret vtrum iſte magis, aut mi-
nus colligeret quàm ſibi neceſſarium erat. Ad hoc
reſpondetur, ꝙ dato ꝙ aliquis videret alium plus ſe
colligentem: & ex hoc incitaretur ad magis colligen-
dū: tamen ſuppoſito ꝙ dicebatur, ſ. ꝙ Deus dirigeret
D manum cuiuſlibet colligentis, vt tm̄ colligeret, quan-
tum neceſſe erat, non colligeret aliquis ſupra id, quod
neceſſe erat: dato ꝙ alium plus ſe videret colligētem.
Etiam videretur, ſi quilibet colligeret quantum ſibi
neceſſe erat, & ideo ſaturabatur: ꝙ ſi contingeret eum
colligere minus quàm ei ſufficiebat, ꝙ non ſaturare-
tur: ſed ad hoc diſponebat æqualitas Gomor, in men
ſura manna collecti ab vno, & ab altero, quia cum ali-
quis multum colligens videret alium modicum col-
ligentem, & cum ad menſuram venirent, quilibet ha-
beret Gomor plenum, alia die nollet tantum collige
re: cenſeret namque eſſe ſuperfluum pluſquam alij
colligēdo laborare: cum poſtea in menſura nihil plus
haberet quàm cæteri: & ſic ſi alia die multum colli-
E gendo tātum quantum neceſſarium erat, collegiſſet,
nunc minus colligens ad neceſſarium non accederet.
Et ſi Deus non dabat virtutem illi cibo ſecundum ꝙ
ponit ſecundus modus, ſcilicet vt æqualitas cibi in-
æqualiter indigentes ſaturaret, ſequeretur inconue-
niens, ſcilicet ꝙ aliqui accipientes gomor non accipe-
rent ad ſaturitatem: & ſic oporteret poſtea magis ac-
cipere, quod non permitteretur: quia ſinguli acceptu-
ri erant gomor, & non amplius. Dicendum ergo, ꝙ
ſecundus modus eſt verior, ſcilicet ꝙ omnes collige-
rent ſolum gomor, ideſt tantum manna quantum re-
plere poſſet vnum gomor, per modum ſupra tactum,
& illud licèt cuidam ſufficeret naturaliter, & cuidam
non, tamen Deus faciebat, ꝙ cuilibet ſufficeret ex mi-
raculo.

faculo. *Sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt*. Idest quilibet siue modicum, siue multum colligeret, solũ colligebat gomor, & illud erat, quod cuique sufficiens erat. *Dixitque Moyses ad eos*. Hic ponit præceptum quantum ad quendam modum comedendi manna. *Nullus relinquat ex eo in mane*.

Duę rõnes quare mãdabat vt non seruaretur manna in altera die.

Hoc præceptum propter duo ponitur. Primò ne Hebræi haberent occasionem plus debito colligendi: nã si ad alteram diem seruare licuisset, non quasi pro vno die colligerent, sed quasi pro duobus: ideo plus colligerent, quàm aliàs collecturi essent. Secunda ratio quia desperandi, vel diffidendi de bonitate Dei locus daretur: nã qui in vna die ad alteram colligeret, videretur id facere, quasi altera die nihil tale habiturus esset: vt ergo tota cura eorum in Deo esset, qualibet die pro illa die solum colligebant, vt ad aliam diem Dei largitatem certissimè expectarent. *Qui non audierunt*. Idest non exaudierunt obedientes verbis Domini. Quantũ est ad auditũ satis audierunt: sed audire nihil prodest sine exaudire. *Sed dimiserunt quidam ex eis vsq; mane*. Idest aliqui increduli verbis Domini putantes sequenti die mãna nõ affuturũ conseruauerunt ex eo, quod collegerant parcius comedentes. Hæbrei dicunt

Tex. 10

q̃ isti, qui reliquerunt, fuerunt Datan, & Abiron. Hoc est solum dicere: ad positiones autem quæ solũ sunt dictæ, idest non consistunt in aliquo fundamento, sed in solo dicere, non debet aliquis artifex respondere, nec contra eas arguere: vt ait Philosophus in primo Phy. vbi probat, q̃ non est arguendum cõtra Permenidem, & Melissum: quia positiones eorum solum cõsistunt in dici, & nõ sillogizantes sunt: quemadmodum nec arguere oportet ad positionem Heracliti: sic est enim positio istorum, quæ in nulla ratione fundatur, sed in sola voluntate eorum. Licèt fortè aliquis ex hoc colorem accipiet: quia isti postea pessimi fuerunt: vt patet Num. 16. cap. & terra absorbuit eos. Sed ex hoc nihil infertur: quia tunc omnia mala, quæ facta sunt, istis adscribere oportebat: nullus ergo tunc in alijs murmurationibus peccasset, aut in pœnarum inflictionibus punitus fuisset: manifestum est, q̃ plerique alij conciderunt: nihil ergo hoc est: sed sola voluntas passionata volens de uno malum dicere, & non de alio: quare ergo non dicunt hoc fecisse Core, qui cum Datan, & Abiron peccauit: imo ad peccandum incitamentum attulit: vt patet Num. 16. cap. nulla ratio est: sed quia non placet eis. *Scatere cœpit vermibus*. Scatere idem est, q̃ ebullire, idest q̃ ex manna recondito ad alterum diem cęperunt vermes prosilire, & ebullire quasi inter se feruentes: sic dicitur Abacuc. 3. cap. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, idest q̃ putredo quæ in ossibus genita fuerit subterscateat, idest ebulliat fluendo ad partes exteriores. *Et computruit*. Idest factum fuit manna putridum atque sordidum, vt penitus esset incomestibile.

QVAESTIO. XI.

An mãna naturaliter putrefactum sit.

ET ista putredo, & ebullitio vermium non fuit causata naturaliter tanquàm ex cõditione manna hoc eueniret: quia colligebatur manna 6. feria pro ipsa die, & sequenti. Item quia infra mandatum est, vt colligeretur vnum gomor manna, & reseruaretur ad futuras generationes, & sic in multis temporibus non computresceret. Sed hoc fortè aliquis ad contrarium ducet dicens, q̃ manna secundum naturam suam non poterat conseruari nisi vna die: ideo manna reconditum ad alterum diem naturaliter computruit. Et cum dicitur, q̃ conseruabatur ex feria 6. ad diem Sabbati, & ex tempore illo seruari debebat ad futuras generationes: dicetur quòd hoc fiebat ex speciali miraculo

F Dei supra naturam ipsius manna. Sed hoc falsum est, quia putrefactio quãdo naturaliter fit, causatur ex corruptione armoniæ qualitatum rei, scilicet humiditatis, & caliditatis: sed in manna non erant qualitates modo naturali, ergo non poterat fieri putrefactio modo naturali: antecedens declaratum est supra de humiditate ipsius manna, secundum quam ad solem liquefiebat, & ad ignem indurabatur. Item arguitur de manna, quia illo die, quo cadebat de aere apud castra Israel: aut erat aliqualiter dispositum ad putrefactionem, ergo pestiferum esset: nam cibus, cuius qualitates corruptæ sunt, mali nutrimenti est: sed hoc non est dicendũ de manna, vt supra declarauimus: quia optimus cibus, & suauissimus erat. Si autem dicas, q̃ non erat dispositum ad putrefactionem quãdo cadebat de cęlo: ergo

G non poterat immutari tantum in vna die, vt perfectè disponeretur ad hoc q̃ sequenti die esset putridum, & vermibus scateret: maximè quia istud manna colligebatur in mane pro cibo totius diei: ergo in toto die manebat in optima dispositione: & sic in nocte debebat incipi mutari alteratiuè: ita q̃ in mane vermibus scateret. Sed hoc minus conueniens est, vt in vna nocte posset aliquid quod antea erat sanissimi nutrimenti, totaliter alterari: ita vt vermes sequenti diluculo ex eo scaterent. Dicendum ergo, q̃ manna non habebat in se aliquam qualitatem, secundum quam dispo-

Manna à Deo putrefactũ est ĩ pęnã eorũ qui ei nõ assẽtiebãt

H positionem ad corruptionem etiam in multis diebus mutaretur: sed ista putrefactio causabatur a Deo in pœnam eorum, qui non assentiebant verbis eius. *Et iratus est contra eos Moyses*. Per hæc ostendit iram zeli, quæ pertinet ad prælatum, secundum quàm vultu commoto asperis verbis in subditum inuehitur delinquentem. Ira autem, quæ est per odium aut rancorem non cadit in sanctos viros: & hoc maximè in Moysen, quem de mansuetudine sacra scriptura collaudat: vt patet Num. 12. capi. cum dicitur. Erat enim Moyses vir mitissimus sup omnes homines, qui morabantur in terra. & iustam causam irascendi Moyses habuit: quia Deus in hoc vilipendebatur, cum non curaret populus de verbis eius. *Collegerunt autem mane singuli*. In mane colligebatur propter duo. Primò

Due causę erant quare manna colligebatur in mane.

quia ibi assumebatur cibus pro tota die, & oportebat

I ad meliorem apparatum, vt confringeretur in olla, vel mortario, & coqueretur in olla: & sic fierent ex eo tortulæ: ad hanc autem apparationem indigebant aliquã to spacio: ideo expediebat mane colligere, vt cibi parari possent ad congruam horam comedendi. Secunda causa & principalior, quia manna postquam sol calefiebat, liquefiebat, & nullo modo iam quicquam perderat, vt patet in litera sequenti. *Quantum sufficere poterat ad vescendum*. Scilicet pro toto die, & hoc erat gomor vnum quod cuilibet homini sufficiens erat. *Cumque incaluisset sol liquefiebat*. Sol non dicitur incalescere,

Sol in se calidus nõ est.

quasi in se calidus sit, cùm corpora supra cœlestia non suscipiant peregrinas impressiones: vt patet per Arist. 2. de cęlo, & mundo: & dato q̃ sol calidus esset, taliter

K incalesere non posset quasi ei de nouo caliditas aduenire. Et licèt dicere solem, aut cætera astra, vel cęlestes orbes calidos esse inconueniens sit, inanius tamen est putare eum incalescere, idest de non calido fieri calidum, vel è contrario quàm semper calidum extitisse. Dicitur autem incaluisse quando radij eius calefacere terrã incipiunt: nam sol magis, aut minus inferiora hæc calefacit, cùm radios directius emittit: nam tunc angulus reflexionis fortior est, quia maior:

Quanto maior est angulus reflexõis radiorum solariũ tãto calor maior est.

cum autem sol magis accedit ad perpendicularem, radij fortiores sunt: igitur cum sol est in puncto orientis radij eius directè emissi non tangunt aliquam terram, sed transeunt ab oriente, in occidentem, ad partẽ oppositam cœli: cum autem incipit magis ascendere,

magis

magis terram tangit, & directius, & fiunt maiores an- A
guli reflexionis, & sic continuè terra, & aer magis calefiunt, donec deueniat sol ad altissimum punctum meridianum, quem tangere potest: & tunc maiores ardores vigent. Sic ergo contingebat Israelitis in deserto, q̃ cum sol aliqualiter eleuaretur, ita vt radij reflexionis ad calefaciendum confortarentur, incipiebat manna eliquari, & ista liquatio non fiebat naturaliter, vt supra declarauimus: nam si naturaliter mãna liquefieret ad solem, quia secundum suam humiditatem haberet naturalem positionem, scilicet ad faciliter patiendum, sequeretur q̃ apposito æquali calore ignis tantum liquefieri deberet: sed apposito calore ignis, cum coqueretur in olla non liquefiebat: vt patet Numer. vndecimo, sed fiebant ex eo tortulę: ergo nec na-

Mãna nõ liq̃fiebat naturaliter nec ẽt naturaliter ĩdurabatur sed ex Deo sic disponente.

B turaliter ad solem liquefiebat, nec ad ignem indurabatur: liquefiebat ergo, vel indurabatur ex Deo taliter disponẽte illã naturam: indurabatur autem ad ignem, quia sic expediebat ad formandos cibos: & ad suam laudem, & Israelitarum beneficia potiora, faciebat illud eliquari, scilicet ne manens in agro colligeretur pars eius in altera die: & sic seruaretur in multos dies, quod Deus nolebat. *In die vero sexta collegerunt cibos duplices*. Istud mandatum dederat Deus: vt in die Sabbati, qui septimus erat, totaliter vacarent Deo: nullam actionem aut occupationem aliam eis commisit, aut permisit; sic dicitur sup. Die sexto parent, q̃d inferant, & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies: hac enim die colligentes pro duobus diebus, col legerunt cibos duplices, scilicet q̃ilibet duo gomor: & tamen alijs diebus consueuerant colligere pro singulis vnum gomor.

QVAESTIO. XII.

An tm̃ collegerit die sexta Hebræi quantum alijs diebus.

HEBRAEI dicunt, quòd in ista die tantum sicut in alijs collegerunt, scilicet gomor vnum, & tamen quando venerunt ad mensurandum inuenerunt quilibet duo gomor. Sed hoc non rectè stat: quia in litera dicitur, collegerunt cibos duplices, non solum quòd inuenerunt, scilicet postea in mensuratione, sed quòd ipsi collegerunt. Item quia Deus mandauit per Moysen: vt patet supra, quòd colligerent duplum illa die quàm alijs diebus, cum dicitur: die sexto parent, quod inferant, & sit duplum quàm colligere solebãt per singulos dies: cùm ergo isti non vituperentur, q̃ tantum, vel non tantum collegerint: necesse est dicere, quòd tantum collegerint quantum Deus mandauit: sed Deus mandauerat colligere duplices cibos: ergo duplices collegerunt: si autem isti solum collegissent, vt in alijs diebus, dato quòd postea in mensurando apparuisset duplex quantitas, non excusarentur à peccato fractionis mandati Domini: quia illud quod est per accidens, non ordinat illud, quod est per se: maximè quia ratio delicti, vel boni operis consumatur in actu interiori: cùm ergo venit aliquid post consummatam rem non variat aliquid de re: quia impossibile est iam bonum, vel malum factum non fuisse. Et si fortè dicas, quòd præceptum Dei de colligendis cibis duplicibus non intelligatur quantum ad ipsum colligere: sed quantum ad id quod postea proueniebat, s. quòd licèt solum vnum gomor collegerint, tamen postea ex eo duo gomor exierent. Hoc enim ridiculum est valde; nã Deus nihil mandat alicui, nisi quod est per ipsum operabile, aliàs frustra esset mandare: sed quòd ex vno gomor exirent duo, non erat humanæ potentiæ, sed solius diuinæ, ergo non mandaret hoc Deus eis. Item Deus non mandaret Iudæis aliquid, quod ipsi nullo modo intelligere possent: sed ipsi non possent intelligere quantum colligendo exirent duo gomor: ergo non mandaretur eis aliquid tale: man-

A dauit ergo Deus, quòd colligerent duplices cibos quã colligere consueuerant, & sic collegerunt: *Idest duo gomor per singulos homines*. Homo non signat hic sexum, sed naturam: quia stat tam pro masculo quàm pro fęmina: tantum autem pro quolibet collectum fuit, quantum ipsi existimarent esse duplum ad id, quod alijs diebus colligebatur: & cum venissent ad mensuram, repererunt duo gomor. *Venerunt autem omnes principes multitudinis*. Principes multitudinis vocantur hic principes tribuum, quia in qualibet tribu erat vnus princeps, scilicet ille, qui veniebat directè per lineam primogenitorum ab ipso primo capite tribus, & sic computantur Numeri primo, secundo, septimo, &

In qualibet tribu erat vnus princeps q̃ veniebat p lineã primogenitorum.

decimo capitulo. Erant etiam principes familiarum,

B nam quælibet familia vnum caput habebat. Et non accipiuntur hic principes 70. seniores, & tribuni, centuriones, quinquagenarij, vel decani, quia isti nõdum instituti erant, infra enim instituti sunt, vt patet 18. cap. *Et enarrauerunt Moysi*. Scilicet quòd ipsi collegissent cibos duplices sicut Moyses mandauerat, sed nesciebãt ad quid erat hoc, iõ quærebant scire quid facturi erant de cibis duplicibus: quibus Moyses respondit, vt infra sequitur, quòd oportuerat colligi istos cibos quia sequenti die colligi nõ poterant, ex quo Sabbatum erat. Nicolaus dicit, quòd isti principes venerunt ad nar-

Nicolai expositio cõfutatur.

randum Moysi miraculum, quod acciderat, scilicet q̃ ipsi collegerant vnum gomor, & inuenerat quilibet duos. Sed ista positio dependet ex opinione, quam

C supra improbauimus, scilicet quòd quilibet ipsorum collegisset vnum gomor, ideo non potest stare. *Hoc est quod locutus est Dominus*. Hic datur ratio, quare mandauerat Moyses, quòd colligerent sexta feria duplos cibos: quia Deus locutus fuit ei hoc, scilicet quod sequitur, vt diem Sabbati custodirent, ideo a collectione manna vacandum erat. *Requies Sabbati sanctificata erit Domino*. Idest Deus mandat, quòd in die Sabbati quiescatis applicando illam requiem ad cultum eius, quod est sanctificare, scilicet quòd nihil agatis in die Sabbati, nisi vacare Deo. Nec ex hoc obligabantur

Nõ obligaturaliqs i toto Sabbato Deo vacare sed in tota die ab opibus vacare sartulibus.

tota die Sabbati vacare Deo: nec aliquis ex eis tantum vacabat: sed obligabantur cessare ab alijs operationibus, vt non impedirentur, si fortè Deo vacare vellent.

D Vel vt daretur eis incentiuum, siue occasio vacandi Deo: nam cùm aliquis videret se carentem omni operatione, conuerteretur ad Deum citius, quàm si posset alijs actionibus implicari. *Cras quodcunque operandum est facite*. Ista oratio potest habere duos sensus secundum compositionem, & diuisionem huius dictionis, cras. Nam si istud aduerbium cras determinet illud verbum facite, alium sensum causat, quàm si determinet istud participium, operandum: nam si determinet istud verbũ facite, esset sensus, facite cras, quicquid faciendum fuerit: & iste sensus est contra omnia superiora: nam si aliquid faciendum erat die sequenti, non erat dies Sabbati, cum requies Sabbati sit sancti ficata Domino: & tunc ad minus ista dies, in qua ista

E dicebantur esset dies Iouis, scilicet feria quinta: & tunc vtraque positio superior esset falsa. Quia siue poneretur Hebræos collegisse vnum gomor, & postea inuenisse duos, vt supra improbatum fuit: Vel collegisse duos ad mandatum Moysi, non refert quantum ad hoc: nam ista non potuerunt fieri, nisi die Veneris, s. 6. feria, in qua cibus accipiebatur duplex, s. pro ipsa die, & pro sequenti, scilicet Sabbato. Die ergo Iouis nihil horum factum est. Etiam quia tunc litera ista non faceret consonum sensum. Si autem istud aduerbium cras, determinet istud participium, faciendum, vel operandum: erit tunc sensus: facite quidquid operandum est cras, idest quidquid cras facere debebatis, quia Sabbatum est, facite hodie. *Quæcunque coquenda sunt, coquite*.

quite. Hebræi coquebant manna: quia primo terebant illud mola, vel confringebant in mortario, & postea coquebant in olla, vt patet Numeri 11. cap. & exinde faciebant ex eo tortulas. Et fortè aliquando coquebant aliqui eorum carnes: quia pecora multa habebant, licèt rarissimè de eis comedebant: ex venatione tamen, vel aucupio in desertis illis aliquid accipiebant, & illud parare oportebat. *Quidquid autem reliquũ fuerit.* Idest quidquid remanserit. *Reponite vsque in mane.* Idest de eo, quod hodie coxeritis, & paraueritis, comedite, & quidquid ex eo vobis superfuerit, reponite in crastinum ad cibos. *Feceruntque ita, sicut præceperat Moyses.* Scilicet parando, & coquendo die Veneris, quidquid die Sabbati paraturi essent: & conseruauerunt de illo cocto manna ad diem Sabbati. *Et non computruit, nec vermis inuentus est in eo.* Sicut inuentus fuit, quando in primo die ipsi inceperunt custodire ad alterum diem: quia tunc computruit in penam eorũ: nunc autem agebant mandato Dei. *Dixitque Moyses: comedite illud hodie.* Istud fuit dictum die sabbati: nã Iudæi, qui alia vice reposuerant manna in alterum diẽ, viderantque illud scatere vermibus, putabant ꝙ nunc eodem modo scateret vermibus custoditum ad diem sabbati: cùm autem in die sabbati repererunt illud mundum, & bonum, sicut præcedenti die fuerat, admirati recurrerunt die sabbati ad Moysen, dicentes, ꝙ manna sanum esset: & tunc Moyses dixit: comedite illud hodie, scilicet ex quo bonum est contra vestram existimationem. *Comedatis illud: quia Sabbatum Domini est non reperietur in agro.* Idest Deus istam diem ad solã vacationem suam distinxit: ideo noluit, vt hodie manna caderet, ne haberetis occasionem colligendi illud: & sic infringeretis diem sabbati, ideo non reperietur hodie in agro sicut cæteris diebus. Et in hoc poterat quilibet cognoscere, quando erat sabbatum, vel non: si enim reperiretur manna in agro in aurora, erat signum, ꝙ non esset sabbatum: si autem non reperiretur, erat sabbatum indubitanter. Nec vnquàm ista regula in 40. annis fefellit, donec tetigerunt terminos terræ Chanaan. *Sex diebus colligite.* Scilicet sex diebus continuis incipiendo post sabbatum vsque ad alterum sabbatum. *In die septimo Sabbatum Domini est.* Idest illa die debet vacatio, vel requies fieri ad solam Dei contemplationem, vel cultum. *Idcirco non inuenietur.* Quasi dicat, ne fortè si ea die inueniretur, sicut alijs diebus, putaretis colligendum esse, & peccaretis infringendo verba Domini. *Venit autem septima dies.* Istud fuit secundum sabbatum, in quo comederunt manna: nam non potest intelligi de primo pro quo collegerant cibos duplices: quia de illo sabbato, iam dictum fuit: ꝙ Moyses mandauit manna, quod ex die præcedenti reconditum non computruerat comedi, dicens: comedite illud hodie: quia sabbatum Domini est: sed post hoc fit mentio quomodo adueniente septima die, ierunt ad quærendum illud in agro, & non inuenerunt: Moyses autem increpauit eos, vt patet: sed non conuenit hoc primo sabbato, in quo ipsi videntes manna non computruisse, nec vermibus scatere, ierunt congratulantes ad Moysen, & Moyses mandauit eis comedere de ipso: fuit ergo hoc in secũdo sabbato. *Et egressi de populo, vt colligerent nõ inuenerunt.* Dicuntur egressi: quia ad colligendum manna oportebat eos egredi de tabernaculis suis, & de castrorum medio: nam manna cadebat in circuitu castrorum: sic dicitur supra mane quoque ros iacuit in circuitu castrorum: & non ita coniunctum castris, vt contingeret terminos castrorum, quia loca illa plerunq; erant sordida fecibus castrorũ, & puluerulenta a tritu pedũ hominum, & iumentorum: sed in locis aliqualiter remotis. Et hoc patet, cùm dicitur supra: Apparuit in so-

F litudine minutũ, & quasi pilo tunsum in similitudine pruinę super terram ad colligendum: ergo in talibus locis egredi oportebat. Et istorum egredientium quidam edacitate moti sunt, vt fortè plures cibos haberent, vel vt recens manna colligerent: quia illud ex die hesterna reconditum fuerat: alij autem infidelitate, vt experirentur, an vera essent verba Moysi. *Et non inuenerunt.* Quia Deus dixerat in tali die se non daturum. *Dixit autem dominus ad Moysen.* Scilicet in eodem sabbato, in quo isti mandatum Dei perfregerant exeuntes ad colligendum. *Vsquequo non vultis seruare mandata mea.* Increpatio est, quasi dicat, non est iste primus error vester: iam enim aliàs incæpistis, & repugnastis mihi, vt patet in omnibus superioribus mur-

G murationibus, & repugnantijs ad Deum. Et nunc adhuc in malo vestro obstinati persistitis: sed vsquequo durabit ista superbia, & pertinacia vestra, vt non obediatis voci meæ? quasi dicat: tempus esset, vt cessaret, quia sufficere vobis deberet peccasse in me. *Mandata mea, & legem meam.* Potest hoc intelligi dupliciter: vno modo ꝙ mandata, & lex idem dicantur in re, sed differant in ratione, scilicèt quòd omnia, quæ hic ponuntur dicantur mandata, & dicantur lex. Mandata quidem, eo quòd omnia, quæ hic ponuntur, Deus mandabat fieri per Moysen. Vocantur lex, quia lex est aliquod firmatum mandatum datum ab illo, qui habet potestatem, & voluntatem condendi eam, ad plures generaliter extensum, & ad multa tempora. Et

Differẽtia inter mandatum, & legem.

H ex hoc differt à mandato: quia mandatum est quædã particularis præceptio ab illo etiam, qui condendi legem potestatem non habet, etiam ad superiorem personam, & pro vnico actu, & ad tempus paucissimum. Ista ergo inquantum præcipiebantur solum mandata dici poterant: inquantum autem firmitate constare debebant, lex dicebantur. Alio modo possunt accipi, vt lex dicatur quantum ad ipsam obseruationem sabbati puram inquantum dicebatur, ꝙ requies erat Domini, & nullum opus fieret in eo, & quòd sanctificata erat Deo. Et ista iuste lex vocatur, quia in valde multa tempora duratura erat, scilicet vsque ad aduentum, & mortem Messiæ, & Euangelij diuulgationem. Alia autem specialia, quæ pertinebant ad quasdam obser-

I uationes manna vocabantur mandata, quia non erant duratura ad semper, sed solum eo tempore, quo durabat manna, scilicet per quadraginta annos, vt patet infra in litera, & Deuter. octauo cap. Fuerunt autem ista mandata octo de manna, vt patet in litera, scilicet. Primum, vt in mane colligerent antequam calefieret sol, & liquefieret: secundum quòd quilibet colligeret sicut sibi necessarium erat: tertium vt quilibet acciperet vnum gomor, & non amplius siue vir, siue fœmina, siue paruus, siue magnus, dum tamen computaretur vnum caput de comedentibus: quartum vt nihil incrastinum reseruarent: quintum vt feria sexta duplum colligerent: sextum vt residuum eius, quod die Veneris, siue feria sexta paratum fuerat, scilicet quasi

Octo fuerũt mandata de manna.

K vnum gomor pro sabbato reseruarent: septimum vt residuum sextæ feriæ in sabbato manducarent: octauum, vt impleretur vnum vas capiens mensuram gomor, & reseruaretur ad futuras generationes: ista omnia præcepta in litera ponuntur in isto ca. si respiciantur, licèt quædam eorum cum alijs coincidunt aliqualiter. *Videte quòd Dominus dederit vobis Sabbatum.* Dominus loquitur de se ipso, & cùm deberet loqui in prima persona, quæ signat per modum, vt à se loquitur tamen in tertia persona.

QVAESTIO. XIII.

ET fortè dicet aliquis, quòd hoc fit, quia Deus non est, qui loquebatur hic: sed angelus Dei, vt declarauimus supra 3. cap. quòd nunquam Deus aliquid loquatur per se, nec agat, nisi quando virtus nulla angelica ad illud attingere sufficit, sicut creare, mortuos suscitare, cæcos illuminare, & similia. Respondetur, ꝙ non est causa hæc, nam iste, qui loquitur de Deo, vt de tertia persona, loquebatur ante de eo, vt de prima a se ipso nominando, cum dixit. Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam? Dicendum ergo quòd iste modus consuetus est in sacra scriptura, vt mutetur persona in loquendo, scilicet vt aliquando loquatur de se, vt de se: aliquando de se, vt de altero. *Dedit vobis Sabbatum.* Quasi dicat, mandatum de custodia sabbati non est aliquid derisorium, quia Deus dedit vobis: ideo obseruare deberetis ob reuerentiam eius: quasi dicat, vos deberetis hoc videre, idest apud vos considerare, & sic custodiretis. *Et propter hoc tribuerit vobis in die sexto cibos duplices.* Hic ponitur probatio, ꝙ Deus dederit sabbatum: si enim fortè quisquam de Iudæis diceret Moysi, quòd Deus non dedisset sabbatum, poterat Moyses probare hoc signo, scilicet ꝙ ideo dabat Deus duplices cibos in die sexto, vt colligerentur tunc pro ipsa die, & sequenti: si enim noluisset eos quiescere in die sabbati, non dedisset eis duplices cibos, sed facerẽt, sicut alijs diebus, & in die sabbati caderet manna, sed non cadebat. Ex hac litera fortassis colorem quẽdam licèt fucatum habere possent illi, qui dicebant quòd Israelitæ in feria sexta tantum de mãna collegerunt, sicut alijs diebus, sed Deus multiplicauit illud, & fecit vt quando ad mensuram venirent, quilibet inueniret duo gomor, cùm solum vnũ inuenire debuisset: & sic innuitur, cum dicitur, ꝙ Deus tribuerit cibos duplices, idest de cibis simplicibus fecit duplices. Non est tamen ista intentio, sed magis ꝙ Deus duplicauerit cibos, idest ꝙ de manna pluit duplũ in feria sexta, quàm cæteris diebus colligere solebant. Nam Deus sciens quantum de manna sufficiebat, vt qlibet de populo Israel vnum gomor acciperet, pluebat tantum, & aliquid amplius, ne cogerentur Israelitæ vsque ad minimas reliquias colligere: & illud modicum quod restabat liquefiebat, incalescente sole: si autem in die Veneris tantum, & non amplius de manna cecidisset, non suffecisset ad saturitatem duorum dierum: pluit ergo Deus in die Veneris siue sexta feria duplum quàm alijs diebus de manna: & sic quilibet collegit realiter dupliciter de cibis illa die, scilicet duo gomor, vt supra declarauimus. *Maneat vnusquisque apud semetipsum.* Idest maneat in domo sua non discurrens ad aliquos labores, vel negociationes. Vel manere apud se ipsum est cùm homo extra seipsum non euagatur, intendendo aliquibus operationibus, dato quòd fiant sedendo, sed intra actum intellectus totum se collocat cogitando de Deo, & ei de beneficijs receptis votiuas gratias mentaliter tribuendo, & cùm statum suum speculatur quantum quotidie proficiat, aut quantum deficiat: quantum Deo accedat, aut quantum ab eo discedat. Hoc enim propriè est manere apud seipsum, quia per seipsum, & de seipso cogitando operetur: actus namque rationis, quo homo animal diuinum dicitur, est proprijssimus actus eius, quo magis a brutis insensibilibusque distamus: ideo cùm huic actui vacamus, propriè apud nos manemus, quia quæ sunt intra hominem agamus: cùm autem ad alios actus animales potentiarum sensitiuarũ distrahimur, non apud nos manemus, quia nõ ea, quæ homini propriè congruunt, sed vt naturæ inferiori brutorum similamur: tunc ergo non apud nos, sed apud bestias requiescimus. *Nullus egrediatur de loco suo.* Idest de domo sua. *Die septimo.* Scilicet sabbato: non est simpliciter intelligendum, quòd in sabbato non poterant egredi de loco suo, idest de domo sua, quia egre-

Qꝙ Deus de seipso in tertia psona loquatur.

Quid propriè sit manere apud semetipsũ

A diebantur, & nunc sic egrediuntur, sed non poterant exire ad laborandum, vel negociandum. Dicebatur autem hoc propter casum supra positum de manna; quia aliqui egrediebantur die sabbati ad colligendum manna. Quia autem die sabbati ambulare possent Hebræi ad solaciandum, non autem ad aliquam pecuniariam vtilitatem, vt ipsi communiter confitentur: & ratio ipsa indicat, quia anima in qua lex Dei est, non aufert sanitatem naturæ. Erat ergo concessum Iudæis die sabbati ambulare mille passus, vel plus ad solatium & recreationem: sic innuitur Actu. primo cap. vbi dicitur, quòd discipuli venerunt de monte Oliuarum in Ierusalem, & illud spacium habet iter sabbati: sed constat quòd à monte Oliueti, vsque in Ierusalem est di-

Iudæi in die sabbati mille passus ambulate poterant ad solaciãdum ad negociãdũ nihil.

B midia leuca, siue mille passus: ideo tantum poterant Iudæi ambulare in die sabbati. Ad expedienda autem negocia, nihil ambulare poterant, nec duos passus: imo nec manentes in domibus suis aliquid expediebant: quia differt multum operatio ex fine, qui eam facit seruilem, vel non seruilem, vt declarauimus sup. 12. cap. in quæstione de custodia sabbati, & ibi latè videas. *Et sabbatizauit populus die septimo.* Incipientes colere sabbatum. *Appellauitque domus Israel nomen eius man hu.* Istud nomen nõ fuit impositum à Moyse: sed à toto populo. cum quæsiuit alter ab altero dicendo manhu, idest quid est hoc: licèt aliqui dicunt vocari man. idest cibum, quia cibus à Deo datus erat, de hoc autem magis supra dictum est. *Quod erat quasi semen*

C *coriandri.* Hic punctuanda est litera, vt non coniungatur illud adiectiuum album, ita vt dicamus ꝙ manna erat album, quasi semen coriandri, quia semen coriandri nigrum est, vel fuscum, & nullo modo album. Debet ergo illud adiectiuum per se punctuari. Et tunc ponuntur hic tria, scilicet quantitas manna, & color, & sapor. Quantitas inquantum dicitur, quasi semen coriandri, idest tantæ magnitudinis erat granum manna, sicut granum seminis coriandri. Coriandrum autem herba valde nota est, & vulgaris cuius semen prodest ad condimentorum sapores. Color tangitur inquantum dicitur album: quia manna erat album, sicut nix, & hoc innuitur supra, cum dicebatur: Apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tunsum: vocatur pi-

Color, sapor, & q̃titas mãnę.

D lo tunsum, idest tritici granum percussum baculo, & decorticatum, & tunc album est, quia medulla alba est, cortex vero coloris flaui erat. Sapor tangitur cum dicitur: gustus eius, quasi simile cum melle, idest talis erat sapor, quem experiebantur comedentes in gustãdo, sicut siquis comedebat panem cum melle. Simila dicitur farina delicatissima, quæ alio nomine adeps nuncupatur. Vel magis accipitur hic farina pro ipso pane facto de farina delicatissima, & erat frixus sartagine deinde melle intinctus: ideo sapor eius suauis valde videbatur. Et non est sensus, quòd manna solum habuerit istum saporem, sed habuit omne genus saporum, & delectamenti: quia tamen communiter gustantibus sapor simile cum melle videtur suauissimus

Similia farina est delicatissima

E sapor, manna sic vocatur: habuit tamen manna multos alios sapores suaues, atque delectabiles valde, ita vt cuilibet conuerteretur ad quemcunque saporem desideraret, vt patet sapien. decimo sexto capitulo, cum dicitur: Pro quibus angelorum esca nutriuisti populũ tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & oĩs saporis suauitatem: substantiam. n. tuam, & dulcedinẽ tuam, quam in filios habes, demonstrabas deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quis volebat, conuertebatur. Impossibile erat autem hoc naturaliter fieri, sed Deo sic volente sic disponebatur: nam quælibet res, quę iam a natura inest, habet determinatam operationem, & determinatum principium operandi:

Manna habuit multos delectabiles sapores, & cuilibet conuertebat ad quẽcũque saporem desideraret.

di: si autem manna ex conditione, vel natura ei a Deo data omnes istos sapores habebat, necesse erat, vt haberet principia istorum saporum, scilicet armoniam digestionis calidi, & humidi, in qua fundatur sapor: Et cùm quidam sapores inter se sint quasi contrarij, & insurgant ex diuersis gradibus digestionis calidi, & humidi: alius sapor est, qui ex paucioribus, ita ꝙ si aliquid ei addatur, iam non erit in eadem specie, in qua ante erat: si ergo ad talem saporem requirerentur quinq;, vel sex gradus digestionis calidi, & humidi, & non plures: alius est qui requirit viginti gradus fortè: hos autem esse in eodem impossibile est, quia ad istum saporem requiruntur soli quinque gradus digestionis; ad alium autem requiruntur, non pauciores quàm viginti, ergo existente illo sapore impossibilè est existere istum, quia exigunt diuersas præcisiones, sicut existentibus viginti vnitatibus impossibile est, existere solas duas. Item dato quòd omnes sapores simul fuissent in manna: quia Deus illos indidisset naturæ manna: tamen necesse esset tunc, quòd quicunq; comederet de manna, omnes illos sapores sentiret: quia sicut gustatiua potentia patitur ab vno illorum, ita pateretur à quolibet alio: quia non est diuersa ratio de vno, & altero: sed nulli ad omnes istos sapores conuertebatur, ergo non habebat omnes istos sapores manna. Item non potest stare, quia id quod naturaliter, vel à constitutione alicui inest, ad voluntatem nostram mutetur: quia status rerum naturalium in sola voluntate Dei est; sed sapor manna conuertebatur ad quamcunq; speciem saporis secundum voluntatem cuiuslibet comedentis: vt patet Sapien. 16. c. vt sup. dictum est; ergo ille sapor, ad quem conuertebatur manna, non erat actualiter in manna: quia tunc non diceretur conuerti ad illum, nec verissimè conuerteretur: nec fieret aliqua mutatio. Necesse est ergo dicere, quòd in manna erat vnus sapor determinatus; nam cùm manna esset aliquid corporeum: licèt naturaliter non gigneretur: quia tamē Deus dabat ei quoddam esse corporeum, quodcunq; vellet, ad illū modū corporis consequebatur quidam sapor. Quòd autem manna haberet plures sapores, non erat sibi naturale: maximè quia illi sapores essent ad voluntatem cuiuslibet. Hoc autem esse non poterat, nisi ex directione alicuius virtutis intelligentis, & volentis, quæ esset ad opposita: huius autem est Deus dominans naturam, & mutans eam ad quod voluerit. Sapor autē manna videbatur quasi panis cum melle, vel cuiusdam alterius specialioris, cuius apud nos fortè cognitio non est. Iste tamen adhuc naturalis sapor in pœnam videbatur malus malis, vt displiceret: & magis videretur eis sapor alliorum, porrorum ceparumque atq; peponum appetendus: sicut patet Num. vndecimo cap. cum dicitur: Quis dabit nobis ad vescēdum carnes? recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cæpe, & allia: anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri nisi man: & ideo ipsi aliquando fastidierunt manna: vt patet Num. vigesimoprimo capitulo, cum dicitur: Cur eduxistis nos in solitudinem, deest panis, nō sunt aquę, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Iste autem sapor in litera positus est ad notandum suauitatem multorum saporum, qui reperiebantur in manna: nam Num. vndecimo capit. ponitur alius sapor manna, cum dicitur: quòd faciebant tortulas ex manna saporis quasi panis oleati. *Dixit autem Moyses*. Deus dixerat Moysi, vt reseruaretur manna in futuras generationes, & hoc dixit hic Moyses ad Aaron, vt infra patet. *Iste est sermo, quem præcepit Dominus*. Idest Deus mandauit, vt fieret hoc quod sequitur. *Imple gomor ex eo*. Idest accipias vnum vas

Sapor ad quē māna cōuertebatur secūdū voluntatē comedētis non erat in manna actualiter.

Sapor proprius ī māna videbatur quasi pāis cū melle.

F factum de auro, in quo positū fuit manna illud quantitatis vnius gomor: & sic dicitur in Epistola ad Hebræ. 9. cap. cum agitur de arca, & subditur, in qua erat vrna aurea habens manna. hoc autem, quod dicitur: *Imple gomor*. Non dicitur ad Moysen, sed ad Aaron: vt patet infra. *Et custodiatur in futuras retro generationes*. Idest vt maneat ad generationes, quæ fuerint post vos: illud enim quod præcessit, ante esse dicitur: quod autē postea venit dicitur esse retro.

QVAESTIO XIIII.

ET fuit custoditum istud manna ad demonstrandū futuris generationibus, vt viderent ꝙ sicut Deus **G** fuisset misertus patrum suorum dando eis manna in deserto, vbi nullum cibum habere poterant, sic misereretur eorum si conuerterentur ad eum toto corde. Et hoc demonstratum fuit tempore Ieremiæ, nam cùm Iudæi diffidentes essent à Domino, & conuerterentur ad idola: quia dicebant bene sibi esse, & panib⁹ abundare quando conuertebantur ad idola. Ieremias ostendit eis manna, dicens: Hic est cibus, quo Deus aluit patres vestros in deserto: ideo potest vos alere, si credatis ei⁹ firmiter. Et ista impletio vasis gomor secundum Nicolaum fuit facta immediatè, vt manna incepit dari filijs Israel, scilicet ī deserto Sin: & dicit ꝙ fuit positum in vase illo in paruo tabernaculo coram domino: quia ante factionē tabernaculi magni porta- **H** batur tabernaculum paruum in deserto, vt patet infra 33. capitu. Sed hoc non videtur verum: quia ad illud paruum tabernaculum nullus intrabat nisi Moyses, & Iosue, qui custodiebat istud tabernaculum in absentia Moysi, cum reuerteretur in castra, & illud tabernaculum erat extra castra: cùm ergo Moyses maximè introiret in istud tabernaculū, ipse deberet implere gomor, & ponere coram domino. Item quia Moyses dixit Aaron, ꝙ sumeret vas, & poneret ibi manna ad mensuram gomor: & poneret coram domino: sed Aaron nō introiuit coram domino, donec factus fuit sacerdos: cùm tunc inceperit ministrare intra sancta sanctorum, & extra in altari holocaustorum, & thimiamatum: sed non fuit factus sacerdos vsquequo stetis- **I** sent vno anno in monte Sinai, quia in principio secundi anni erectum fuit tabernaculum, vt patet infra 40. cap. & tunc dedicatum est, & sacerdotes vncti sunt, s. Aaron & filij eius, vt patet infra 29. & Leuit. 8. & 9. ca. ergo ad minus fieri non potuit vsq; ad secundum annum exitus de Aegypto: in quo autem anno factum fuerit, non constat: satis videtur ꝙ factum fuerit postquàm omnia, quæ erant in tabernaculo domini perfecta sunt, & incepit ministrare Aaron, & fuit in secundo anno. Et tunc si arguatur, quomodo ergo fit hic mentio de eo? Respondetur, quòd ponitur per anticipationem, quia cum poni debuisset postea, ponitur hic ad coniungendum cum isto capitulo, ita vt hic ponantur omnia, quæ pertinent ad manna. Ex **K** quo patet, quòd non est verum, vt quidam dixerunt, quòd omnia, quæ continentur in isto libro, & in sequentibus scripta fuerant immediatè, vt fiebant: quia tunc sequeretur, quòd nulla esset anticipatio, vel recapitulatio: sed falsum est, vt patet hic, & in multis alijs locis. Etiam quia tunc sequeretur, quòd omnia, quæ ponuntur in Leuitico dicta sunt, & facta post ea, quæ ponuntur in Exodo: sed falsum est, quia illa, quæ ponuntur in Leuitico dicta sunt Moysi, dum stetisset in monte cum domino: sed postquàm descendit de mōte, erexit tabernaculum, & fecit illud quod continetur in isto libro. *Vt nouerint panem, quo alui eos in solitudine*. Idest vt futuræ generationes cognoscant beneficia tradita eis in alendo eos in deserto. *Quomodo edu-*

Qr manna custoditū fuit ad futuras generationes.

cti

cti estis de terra Aegypti. Ista est mutatio personæ, nam deberet dici: quando educti sunt de terra Aegypti, cū ante loqueretur in tertia persona, & iste modus consuetus est in sacra scriptura. Et ratio huius mutationis est, quia illi patres, ad quos loquebatur tunc Deus, erant præsentes: ideo respectu futurorum loquebatur de eis in tertia persona, tāquàm de absentibus: & quia ipsi patres, de quibus loquebatur, erant præsentes, loquebatur Deus illis in secunda persona. *Dixitque Moyses ad Aaron*. Quia Deus mandauerat manna poni in arca, & arca erat sub ministratione Aaron, qui erat sacerdos magnus: ideo ad eum pertinebat ponere in arca quidquid ponendum erat. *Sume vas vnum*. Istud vas erat de auro: vt patet ad Hebræ. nono capitu. vbi dicitur, quòd in arca erat vrna aurea habens manna. *Quantum potest capere gomor*. Mensus fuit Aaron manna ad vnum gomor, & posuit illud in vrna aurea. *Repone coram Domino*. Scilicet in arca. Et dicitur stare coram Domino: quia Deus sedere dicebatur super cherubin, vel in medio cherubin in propiciatorio arcæ: & de eodem loco ad Moysen, vel Aaron loquebatur, vt patet Numer. septimo capitulo, cum dicitur. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propiciatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos cherubin, vnde loquebatur ei. *Sicut præcepit Dominus Moysi*. Idest sicut præcepit dominus mihi Moysi, & loquitur hic Moyses de seipso in tertia persona tanquam loqueretur de altero. Et hoc quia omnia ista loquebatur mouente Deo: ideo quandoq; de se quasi de altero magnas proferebat laudes: vt patet Num. duodecimo capitulo, cum dicitur. Erat autem Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Quia autem ista loqueretur Moyses patet: quia dicitur supra. Dixitque Moyses ad Aaron. *Posuitque illud Aaron in tabernaculo reseruandum*. Ex hoc patet, quod dicebatur, scilicet quòd intelligatur de tabernaculo magno fabricato in monte Sinai: ad quod intrabat Aaron: quia erat sacerdos eius: & nō de tabernaculo paruo, quod portabat Moyses in deserto ante constructionem magni tabernaculi, quia in illo tabernaculo solus Moyses habebat administrationem, Aaron autem nullam. *Filij autem Israel comederunt manna quadraginta annis*.

QVAESTIO XV.

FORTE aliquis dicit, hoc esse factum per anticipationem, quia ista, quæ describuntur in hoc cap. acciderunt in deserto Sin, quo primo pluit manna, quòd autem comederint Israelitæ annis quadragintis manna pertinet ad tēpus, in quo iam consummati essent anni quadraginta, sed isti post hęc, quæ hic scripta sunt cōsummati fuerunt, ergo hic ponuntur per anticipationem, sicut illud de positione vasis cum manna in arca, de quo hic scriptum est. Sed non potest dici factum, vel positum per anticipationem, quia illa sunt per anticipationem, quæ ab ipso scribente antea scribuntur, quàm scribi debuerunt alijs dimissis, dum tamen illa tempore, quo scribuntur iam transierint: hic autem non est sic; quia annos quadraginta in quibus comedit manna Israel, non vidit completos Moyses, nam manna durauit vsq; ad principium 41. anni: quasi ad quindecim dies primi mensis, quando fecerunt Pascha Israelitæ in Galgalis transito Iordane: quia tūc comederunt de panibus terræ illius, & defecit manna; vt patet Iosue quinto capitulo. Sed Moyses mortuus fuit mēse vndecimo, anni quadragesimi ante transitū Iordanis: nam tunc incepit loqui omnia verba Deuteronomij ad Israelitas, & continuo mortuus est: vt pa-

An dicere ꝙ Hebræi 40. annis manna comederit sit per anticipationem.

A tet Deuteron. primo capitulo, in principio, & 31. & 32 atque 34. cùm ergo anticipatio sit transmutatio alicuius rei gestæ extra ordinem suum, ita quòd non eodē ordine dicitur, quo facta fuit, quomodo tamen aliqua res, quæ nondum facta est prænunciatur, etiam si ponatur inter res gestas, non dicitur anticipata, vel recapitulata, quia nondum gesta est. Sic etiam dicendum est in enunciationibus Propheticis, quæ sunt purè Prophetiæ, quando plura de futuro enunciantur, licèt illud, quod prius euenturum est posterius enuncietur, non est anticipatio, vel recapitulatio, sicut patet in Isa. qui in secundo capitulo suo enunciat de Messia venturo, postea in quinto capitulo, & in tertio, & in quarto, dicit de captiuitate babylonica, quæ ante Mes- **B** siam quasi per annos quingentos ventura erat: nullus tamen doctorum quantumcunque curiosus mordine dicit Isaiam dixisse de aduentu Messiæ per anticipationem, aut de captiuitate Israelitarum babylonica per recapitulationem. Dicendum ergo, quòd ista dicta sunt Propheticè: quia Moyses ista scripsit, & ipse non vidit completionem horum temporum, ergo solo spiritu sancto dictante loquebatur. *Donec venirent in terram habitabilem*. Non est intelligendum, quòd statim, vt venerunt in terram habitabilem, cessauerit manna, quia Israelitæ venerunt per terram Idumæorum, vt patet Deuter. 2. capitulo. Et maximè per terram Moab, quia postquàm circuierūt montem Seyr longo tempore perrexerunt per viam campestrem **C** de Elath, & Asiongaber: vsque ad terram Ammon, & Moabitarum, & intrauerunt per ciuitatem Hur Moabitarum, vt patet Deutero. secundo capitulo, & postea transito torrente Arnon intrauerunt terram duorum regum Ammorræorum, quæ erat habitata: & possederunt eam delentes populos cum regibus suis in ore gladij: vt patet Deutero. secundo, & tertio capitulo, & in his omnibus non cessauerat manna; ideo vocatur hic terra habitabilis terra Chanaan: vt infra declarabatur. *Vsquequo tangerent fines terræ Chanaan*. Non vocantur fines terræ Chanaan strictè pro illa parte terrę, in qua positi sunt limites diuidentes regna: quia tunc non solum vsq; ad fines terræ Chanaan comederunt manna, sed etiam postquàm intrauerunt fines illos. **D** Nam fluuius Iordanis est terminus terræ Chanaan, ab Oriente: vt patet Num. trigesimosecundo capitulo, sed transito Iordane, adhuc comederunt manna. Sed accipiuntur fines terræ Chanaan, pars terræ antequam accederent ad aliqua loca terræ Chanaan, & sic factum est; nam durauit manna vsque ad diem quartumdecimū mensis primi anni quadrigesimiprimi, quando fecerunt Phase, & die sequenti comederunt de frugibus terræ illius, & defecit manna: vt patet Iosue quinto capitulo. Et dato quòd accipiantur termini terræ Chanaan, pro terminis propriè sumptis, qui sunt limites regnorum: est sensus quòd vsque ad fines terræ Chanaan durauit manna, quia licèt modicum durauerit manna pertransitis terminis, dicitur duras- **E** se vsque ad illos, quia de modico scriptura sacra in talibus non facit mentionem: nam quod modicum distat in esse videtur. *Gomor autem decima pars est ephi*. Hic ponuntur duæ mensuræ, scilicet ephi, & gomor, & notificat litera minorem per maiorem. Vnde sciendum, quòd notificare quantitatem mensuræ, vel monetæ alicuius stat dupliciter, aut directè, aut per circulum. Per circulum autem notificari potest mensura minor per maiorem, vel moneta minor per maiorem, aut moneta per rem venalem, vt declarauimus Gen. vigesimotertio, vbi diximus de monetis. Notificare autem mensuram, aut monetam directè est notificare maiorem, per minorem, quia secundū Philosophum 10. Metaph. in vnoquoque genere est dare

Quousq; manna durauit Israelitis & quo vide latius in Iosu. c. 2.

Cap. 2

dare vnum minimum: quod sit metrum, idest mensura omnium aliorum. Et ratio est, quia minimum est quasi elementum cuiuslibet rei, cùm includatur in ea tanquàm pars sua: illa ergo moneta, quæ est minima in aliqua terra, est mensura omnium monetarum illius terræ: cùm ad eam sit vltimata resolutio: & cet. mensura, quæ est minima in aliqua terra, est propriè notificans, & mensurans omnes mẽsuras terræ illius. Cùm ergo gomor sit minor mensura quàm ephi: quia decies continetur ab ea, deberet ephi notificari per gomor quantum ad notificationem directam: sed hic fit notificatio per circulum: vt si aliquis cognoscat prius per posterius, & diffinitionem per diffinitum. Et istæ notificationes non sunt notificationes simpliciter, sed saltem quantum ad illos, qui ignorant. Vt si aliquis dubitet quid est animal rationale: respondebitur ei: quòd est homo, licèt secundum naturam in contrario quæri deberet, scilicet quid est homo: respondebitur animal rationale. Est autem ephi magna mensura continens decies gomor: gomor autem mensura parua est. Rabbi Salomon dicit, quòd gomor continet quantitatem 42. ouorum. Non credo tamẽ quòd sciri posset quantitas ephi, & gomor: quia tunc oporteret esse aliquam mensuram nostri temporis, quæ actualiter mensuraret illas, & nostras, quæ nunc sunt: & sic foret comparatio propriè vniuoca: & sic necessariò illæ nunc existerent: aliàs enim cùm semper esset mensura æquiuoca, necesse est illas non posse mensurari. Dicendum ergo quòd quantitas ephi, vel gomor nobis ignotę sunt, sicut quantitas monetarum præteritorum temporum, licèt melius sciri possit quantitas mensuræ, quàm quantitas valoris monetæ. Nam valor monetæ est per regulationem ad res venales, quarum valor etiam refertur ad monetam secundum fertilitatem, aut sterilitatem: ista autẽ postquam transierint cognosci non possunt magno post tempore, cùm non maneat medium vniuocum. Quantitas autem mensuræ ablata est: ideo quandocunque mensura aliqua inueniatur, scitur quantitas eius: etiam si illa fuerit mensura antiquissimorum temporum. Si autem inueniatur aliqua moneta, quæ fuerit à multis temporibus ante, ita quòd iam non sit in vsu, impossibile est sciri determinate quantus fuit valor eius tempore, quo erat moneta vsualis.

Minima moneta ĩ qualibet terra mensura est oĩum aliarũ.

CAPITVLVM XVII.

Iurgatur populꝰ pp aquas.

IGITVR profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Syn per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi nõ erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? Cur tentatis Dominum? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & libe- F ros nostros, ac iumenta siti? Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam, qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, vt bi- G bat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel: & vocauit nomen loci illius tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicentes: Est ne Deus in nobis, an non?

23.q.4.ca. displicet.

Num.20. Aqua de petra. Num.20. Psal.77. 1. Cor.10. de conseq. dist.2. cap. reuera, & c. ĩea lice.

Igitur. Descripta liberatione Israelitarum a periculo famis: hic describitur liberatio à periculo sitis, & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur de petra durissima abundans eductio aquarum: secundò dele- H ctio hostilium turbarum, ibi: *Venit autem Amalech*. Prima in duas: primò ponitur aquę penuria: secundò Dei abundans prouidentia ibi: *Ait Dominus ad Moysen*. Circa primum. *Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel*. Non solùm filij Israel, scilicet qui erant de stirpe Iacob, mouerunt castra de deserto Sin in Raphidim: sed Aegyptij etiam vulgus promiscuum atque innumerabile, quod ascenderat cum eis, vt patet supra decimosecundo capitulo. Quia autem huc venerint Aegyptij patet: quia vltra Raphidim, & vltra montem Sinai in sepulchris concupiscentiæ leguntur fuisse cum Israelitis: & ipsi tunc incitauerunt Israelitas ad desiderandum carnes, vt patet Numeri vndecimo capit. cùm dicitur: Vulgus quippe promiscuum, I quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio sedens, & flens iunctis pariter filijs Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? *De deserto Sin*. Quod est ante montem, vel desertum Sinai longo tractu: & in hoc primo comederunt Iudæi manna. *Per mansiones suas*. Idest faciendo aliquas mansiones intermedias inter desertum Sin, & Raphidim, & istæ sunt duæ mansiones, scilicet de deserto Sin in Daphca: de Daphca in alijs, & inde in Raphidim: vt patet Nume. trigesimotertio capitulo, vbi ponitur catalogus mansionum.

QVAESTIO. I.

K IN his autem libris non fit mentio de illis mansionibus, & ratio est, quia in trigesimotertio capitulo libri Numerorum Moyses descripsit omnes: quia ibi volebat facere catalogum: vt omnes scirentur seriatim siue magnæ, siue paruæ: in hoc autem libro, & in tota alia parte libri Numerorum solùm computat illas Moyses, in quibus aliqua relatu digna euenerunt. Et cùm sint 42. mansiones in vniuerso collectæ solùm denominantur hic, & in discursu libri Numerorum mansiones quasi quindecim, quia in istis aliqua notabilia euenerunt. Primò nuncupatur Socoth: vt supra decimotertio capitulo, quia ipsa fuit prima inter omnes: vt patet Numeri trigesimotertio capitulo, &

Qr̃ Moyses nõ cõputat hic oẽs mãsiones Hebręorũ, sed solũ illas ĩ quibus aliqua notabilia acciderunt.

& ibi coxit populus massas, quas tulerat de Aegypto non fermentatas, & fecit subcinericios panes: vt patet supra decimosecundo capitulo. Secundo nuncupatur mansio in extremis finibus solitudinis Ethan, quia cum ipsi tenderent directè ad solitudinem ex mandato Domini declinauerũt versus meridiem, & aliqualiter versus occidentem super mare rubrum ad conspectum Pharaonis. Et ex ista ratione denominatur etiã mansio tertia, quæ erat super mare rubrum è regione Phiahiroth, quia ad ipsum locum venerunt. Nominatur quarto loco mansio in litore maris rubri: quia ibi steterunt ad videndum magnalia Dei, quomodo conuertebat mare super Aegyptios: & vt viderent corpora eorum in litore maris, & cantarent Domino in tympanis, & choris: vt patet supra decimoquinto capitulo. Quintò loco denominatur Marat: quia ibi miraculosè ligno iniecto in aquas: ipsa aquæ amaræ dulces factæ sunt: vt patet supra decimoquinto capit. Sextò loco nominatur Elim: quia ibi ipsa sitientes, & desiderantes vmbras inuenerunt duodecim fontes, & septuaginta palmas, vt patet supra 16. cap. Septimò loco ponitur desertum Sin, quia ibi primo datum fuit manna, vt patet supra decimosexto capit. quod valde magnum memorandumque beneficium fuit. Octauò loco ponitur Raphidim: quia ibi populo aqua de petra data est abundantissimè, & Amalechitas insurgentes profligauit. Nonò loco computatur desertum Sinai: quia ibi data fuit lex, & omnia præcepta eius tã ceræmonialia, quàm moralia, & quàm iudicialia, vt patet infra decimonono capitulo, & vigesimo, & sic per totum librum istum. Decimò loco computantur sepulchra concupiscentiæ: quia ibi arsit magna pars populi conquesta de labore itineris, & alia magna pars, quæ flagrauit desiderio carnium: vt patet Num. vndecimo capitulo. Vndecimò loco computatur Haseroth: quia ibi Maria, & Aaron murmurauerunt contra Moysen, propter vxorem eius Aethiopissam: & facta fuit Maria leprosa per septem dies: & patet Num. duodecimo capitulo. Duodecimò loco computatur Cadesbarne, siue Cades deserti Sin: quia in secundo anno exitus de Aegypto, ibi murmurauerunt exploratores missi ad terram Chanaan, & totus populus cum eis, vt patet Numer. decimotertio, & decimo quarto capitulo, & in anno 40. in Cadesbarne iterum redeuntes murmurauit populus ex defectu aquæ, & data fuit aqua de petra, & Moyses & Aaron peccauerunt contra Dominum, quia non benedixerunt eum ad aquas, vt patet Numero vigesimo capitulo. Aliæ duæ, vel tres mansiones post has nominantur in discursu libri Numerorum, & in secundo capitulo Deuteronom. sed quia non sunt ita famosæ, de eis non curo. Si autem aliquis obijciat, quòd Numer. vigesimoprimo capitulo, nuncupantur plures aliæ mansiones, scilicet Oboth, & Ieabarim: torrens Zareh, torrens Arnon, Matthana: Nahaiel in Bamoth. Respondetur, quòd non sunt omnes istæ mansiones: sed solum duæ, scilicet Obeth, & Ieabarim: vt patet Numer. trigesimotertio capitulo, quia de omnibus illis locis computatis in capitulo vigesimoprimo Numer. solum duo ponuntur in catalogo mansionum, scilicet Numer. trigesimotertio capitulo. Ex supradictis patet ergo inductiuè illatum, solum quatuordecim, vel quindecim mansiones nuncupantes fore in processu horum librorum, cùm tamen sint 42. vt patet in catalogo earum: causa supra dicta est: quia in alijs nihil memoratu dignum gestum est. *Iuxta sermonem Domini*. Non est putandum, quòd Deus per se, aut per angelum suum aliquam vocem mãdati formauit ad Moy- A sen, vel ad ipsum populum, vt inde egrederentur: sed vocatur sermo Domini columna nubis præcedens; nam sicut vox à Deo missa explicaret, quòd voluntatis Dei erat castra deberi moueri: ita columna mota idẽ certissimè designabat: vt patet infra quadragesimo capitu. cum dicitur. Si quando nubes tabernaculum deserebat, mouebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Et Numer. nono capitulo, dicitur. Cumque ablataque fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, proficiscebantur filij Israel, & in loco, vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Quòd autem iste motus nubis vocetur sermo Domini, patet in eodem capitulo, nam cum dictum foret, quòd mo- B uebantur ad imperium nubis subiungitur. Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernacula. quasi idem faciat sermonem Domini, & columnam esse, vel dici. *Castrametati sunt in Raphidim*. In Hebræo dicitur: in Raphidim. Quia Hebræi non ponunt f. in medio dictionum: sed p. f. autem ponunt in fine dictionum. Et ista fuit causa, apud scriptores nostros, qui transtulerunt de Hebræo, quare cum in dictionibus Hebræis secundum sonoritatem, & vim prolationis deberent ponere f. ponunt ph. vt hic: deberemus enim sic scribere Rafidim, scilicet cum f. & scribimus Raphidim, scilicet cum ph. & idem obseruatur in principijs dictionum Hebræarum: nam C ipsi dicunt Pelistim, & nos debentes dicere Filistim dicimus Philistim. Est autem Raphidim mansio modicum distans a monte Sinai. *Vbi non erat aqua ad bibendum populo*.

QVAESTIO. II.

SED aliquis quæret: cùm Deus sciret aquas nullas esset in Raphidim, & Hebræos grauiter anxiandos aquarum penuria, quare ducebat eos per desertum Raphidim. Respondetur, quòd causa potest esse duplex: vna quia Hebræi erant valde obliuiosi D beneficiorum, quantacunq; eis beneficia conferrentur, immediatè obliuiscebantur Dei benefactoris sui: nec ei aliquas gratiarum actiones corde, aut voce soluebant. Patet hoc in processu istius libri, & libri Numerorum, & maximè in libro Iudicum, scilicet quia cùm quietem haberent conuertebantur ad idola. Dabat ergo eis Deus aliquos persequentes hostes, aut alterius modi tribulationes: & sic vexatione dante intellectum clamabant ad Dominum: sic patet Psalmo 77. cum dicitur: Cùm occiderent eos, quærebant eum, & reuertebantur diluculo, & veniebant ad eum: volens ergo Deus, vt Hebræi cognoscerent eum in Deum, & Dominum, affligebat eos, vt a nullo alio salutem, aut reme- E dium habere potentes, ad eum necessariò conuerterentur, confitentes mirabilia eius. Alia ratio fuit, quia Hebræi erant infirmi valde, & imperfecti, superbia tamen eleuati, putabant se esse magnos, & viros sanctos: vt patet Numer. decimosexto capitulo, cum dixit Core ad Moysen: Sufficiat vobis, quòd omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini? vt ergo isti vilissimi cognoscerent se esse vilissimos in sufferentia tribulationum: quia virtus in infirmitate perficitur, vt patet 2. ad Corin. vndecimo capit. Vel saltem si ipsi se non cognoscerent obdurati excæcatique prauitatę cordis sui nequam, alij cognosce-

Duplex cã esse potest quare Deꝰ duxerit Hebræos in Raphidĩ.

Deus sæpe Hebræos affligebat vt eũ Deũ cognoscerent.

rent eos esse viles, sicut & nos nunc videntes legentesque ea, quæ Deus eis fecerit, & ea, quæ ipsi pro tantis beneficijs tribuerint, eos hominum abiectissimos, atque infœlicissimos fuisse certissimè videremus. Alia autem poterat adhuc esse causa, quia idem est de populo nouo, & puero nouo. Pueri namq; à principio debent instrui circa mores, vt rectè lætentur, & rectè tristentur: quia tota moralis Philosophia in hoc est, vt ait Philosophus 2. Ethic. ca. 3. ex auctoritate Platonis, cùm ait: Propter volupta tem quidem mala operãtur, propter tristitiam autem à bonis recedimus, propter quod oportet confestim duci qualiter ex iuuenibus, vt Plato ait quare, & gaudere, & tristari in quibus oportet, recta enim disciplina hæc est. Iuuenes ergo à principio, quia ad passiones indomiti præter rectam rationem operantur, rectè tristari per verbera, & abstinentias à delectabilibus docendi sunt; vt satis patet 9. & 10. Ethicor. Sic ergo noui populi, qui nouis legibus subijci inchoant, adhuc penè indomiti iugum legis ferre recusant, aut non libenter tolerant: ideo quibusdam tribulationibus ad bonum inducendi sunt, ita vt legislator adinueniat eis tales occasiones, q̃ necesse sit eis obseruare leges: sic enim faciebat Deus dans eis aquarum penuriam, quas nullo modo haberet poterant, nisi ab ipso Deo peterent: sic etiam fecit Lycurgus legislator Lacedæmoniorum, quos ad obseruantiam legum optimarum, vtpote indomitos flectere non valeret, adiurauit, vt 12. leges quas condiderat, saltem vsque ad reditum eius in patriam custodirent: cùm rex esset, & potens, in longinquam terram subpauperis habitu peregrinatus est: vt à nullo unquam suorum cognosci posset: & cùm morti propinquus esset, ossa sua in mare proijci mandauit, vt nulla saltẽ occasione ipse etiam mortuus in Lacedæmoniam deueniret: & compatriotæ a seruatione legum soluerentur. Et sicut fuit de puero nouo, & populo nouo, ita fuit de mundo nouo: nam prima ætas mundi vsq; ad Noe fuit velut eius tenera infantia, & vt insurgentes nouiter motus praui in futurum abijcerentur, totus mundus vniuersali diluuio deletus est: tanquam siquis multos pueros pro puerilibus ineptijs pariter flagellaret: de quo latius diximus Gen. 6. cap. De his causis tribus quasi in summa aliquid tangitur Deut. 8. c. cum dicitur: Recordaberis cuncti itineris, per quod te eduxit Dominus Deus tuus 40. annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret: & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur: vtrum custodires mandata illius an non: afflixit te penuria: & dedit tibi cibum, quẽ ignorabas tu, & patres tui. En quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo: quia sicut homo erudit filium suum, sic Dominus Deus tuus erudiuit te. *Qui iurgatus est contra Moysen*. Idest populus fecit iurgium contra Moysen. Iurgium dicitur verbosa litigatio cum ira: licèt aliquando specialiter accipitur iurgium pro iuridica disceptatione, idest pro eo, quod in alterutrum partes iudicio assistentes dicunt, & obijciunt: & sic dicitur iurgium, quasi iuris garrium: vt patet 18. Etic. & extra de verborum significationibus in cap. forus: Et contendebat populus contra Moysen, tanquam totam curam eorum gereret, ideoque teneretur eis in omnibus penurijs succurrere: & verum est, quòd Deus totam multitudinis curam Moysi impositisset, vt patet Num. vndecimo capitulo, cum dicitur: Domine quare afflixisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te: & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me: nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Hoc tamen dato, quòd tota populi cura incumberet Moysi: non tenebatur ipse ad hoc: quia nullus tenetur vltra possibilitatem. Erat autem simpliciter impossibile Moysi, quòd ipse daret eis aquam deficientem aut cibum: cùm potentiæ diuinæ sint: ideo non iuste iurgabantur isti contra Moysen, & Aaron petentes aquam. *Da nobis aquam, vt bibamus*. Quia deficiebant aquæ in Raphidim. *Quibus ait Moyses*. Respondens eis, quòd non iuste contra eum iurgarentur. *Quid iurgamini contra me?* Hic ponuntur duo, scilicet iurgari, & tentari: & vt vult Rabbi Abraham aben Ezra, & est valde rationabile dictum, dicendum esse q̃ Israelitæ bipartiti erant: nam quidam erant, qui non habebant aquas ad potandum, & petebant eas. Alij erant qui habebant aquas, quas portauerunt de mansione proxima, scilicet de Elim: illi enim, qui non habebant aquas dicebantur iurgari, & non tentare: qui autem habebant aquas dicebantur tentare. *Quid iurgamini contra me*. quasi dicat, licèt vos indigeatis aquas tamen contentio vestra contra me superflua est: quia ego non possum dare vobis aquam. *Et cur tentatis Dominum*. Quærit Nicolaus quare isti dicebantur tentare Deum: quia quandocunque aliquis agit ea, quæ acturus est humano consilio, si postea nihil agere possit, & à Deo petat auxilium, non dicitur tentare. Respondetur, quòd ad hoc posset dici, sicut ante dicebamus, scilicet isti, qui tentabant Dominum erant, qui habebãt aquas asportatas de Elim & cùm non indigerent diuino auxilio speciali: quia humanum eis sufficerat, & petebant à Deo, tentabant Deum. Alio modo, quia tentare aliquem est velle habere experientiam de eo, quantum ad aliquid, quod necesse non est: sic erat de Hebræis, cùm vellent accipere curiose de Deo experientiam, vtrum Deus daret eis aquas, aut non: & sic dixerunt infra. Est ne Dominus in nobis, an non? Et in hoc propriè consistebat tentatio: vt declarat textus cum dicitur: Quia tentauerunt Dominum dicentes, est ne in nobis Dominus, an non? *Sitiuit igitur ibi populus pro aquæ penuria*. Erat modus Israelitarum itinerantium in solitudinibus Arabicis, quia aquæ ibi paucæ sunt, cùm ad aquas abundãtes, & optimas in itinere accessissent, replere vasa sua: cùm ergo recessissent de Elim ī Raphidim, fortè in itinere aquæ acceptæ defecerant, & quando fixerunt castra in Raphidim plures eorum aquas non habebant, ideo ex penuria earum cùm in mansione illa aquæ nullæ essent, inceperunt sitire, & clamare. *Et murmurauit contra Moysen*. Murmuratio dicitur, cùm contra aliquem dicuntur illa, quæ dici non deberent: quòd ergo Israelitæ peterent à Moyse aquas, & conquererentur, quia non dabat eis, valde erat dicere contra Moysen, cum ipse non posset eis dare aquas: & ideo non posset obligari ad dandum. Contra Deum etiam poterat esse hæc murmuratio: quia licèt Deus ista dare posset, tamen si Hebræi non peterent à Deo ista supplicantes, vt postulare decebat, sed conquerẽtes quare ista non daret, murmuratio erat, cùm Deus licèt ista dare possit, ad nihil nobis, quin potius nos ei tenemur: vt ait Philosophus li 8. Ethi. c. 14. dicens: Dijs, & parentibus non possumus reddere æqualia: licèt adhuc Philosophus non cognouit quantum Deo teneremur, cùm nesciuerit rerum creationem, & cuiuslibet animæ nostræ, & Dei redemptionem, atque beatam vitam, quam præstolamur: nullus de Deo ergo conqueri debet, aut iustè potest: etiam si eum fame mori permittat: sed simpliciter tanquàm a benigno gubernatore subsidium petere. *Cur nos exire fecisti de Aegypto*. Non rectè conquerebantur in hoc: nam Moyses non fecit eos exire de Aegypto,

Quæ sit recta philosophia moralis.

De Lycurgo Lacedæmoniorum rege leges condente.

Decuit mũdũ inchoantem p aduersitates corrigere.

Iurgium quid est.

Isidorus lib. 8. Etymolo. cap. 15.

Quid sit Deum tentare.

Dijs, & parẽtibus nõ possumus reddere æqualia.

pto, sed Deus, & patet, quia Pharao non permittebat Hebræos egredi ad sacrificandum: cùm autem plagis multis punitus esset, ad vltimum eos exire compulit, vt patet supra duodecimo capitulo, & tunc non erat in potestate Israelitarum exire, aut non exire de Aegypto: quia cogebantur exire ab Aegyptijs, & Pharao ne: sed istud Deus agebat: ergo Deus eos exire fecerat, & non Moyses: fuit autem Moyses quantum ad ista merus, & nudus minister faciens, & dicens que à Deo audiebat, & ex seipso nihil faciebat: si ergo Israelitæ dicerẽt Moysen eduxisse eos de Aegypto, falsum esset. *Vt occideres nos, & liberos nostros*. Ista dictio, vt, dupliciter stare potest: vno modo notando causam finalem: alio modo notando consecutionem. Si significet causam finalem, est sensus, quòd Moyses ad hunc finem fecerat eos egredi in solitudinem, vt morerentur ipsi cum paruulis suis, & iumentis suis: & iste sensus non est conueniens, quia non intelligerent alij Hebræi, q̃ ad istam intẽtionem faceret Moyses: nam si ad talem locum venirent, vbi cæteri fame, aut siti perirent, necesse etiam erat ipsum Moysen simul perire: non est autem putandum, quòd aliquis seipsum vellet occidere, vt cæteri morerentur. Si autem teneatur, vt, consecutiuè: est sententia quòd Moyses egit valde imprudenter ducendo Israelitas per solitudinem: & ad istam imprudentem actionem consequebatur, vt omnes fame, & siti morerentur. Iste sensus conuenit literæ, sm intentionem Israelitarum. Licèt ipsij hoc dicendo falsum dicerent. Nam cùm suppositio eorũ falsa sit, scilicet quòd Moyses duxerit eos in solitudinem: necesse est omnia super hoc fundata falsa esse. Quia autem Moyses ad talem, vel talem intentionem duxisset Israelitas in solitudinem, fundatur super hoc, quia ipse duxisset eos: sed ipse non duxit eos, vt inductum fuit supra, sed Deus, ergo nec ad aliquam intentionem conuenientem, vel non conuenientem eos duxit. *Et iumenta siti*. Omnes enim siti morerentur, nisi Deus succurrisset. Qui notantur hic per tres gradus, cum dicitur nos, & liberos, & iumenta. Per nos quod ad primam personam pertinet, intelligebantur omnes, qui tunc conquerebantur, vel conqueri poterant, iam habentes rationem, & ætatem. Per liberos intelliguntur filiæ, & filij Israelitarum, qui paruuli adhuc erant, & conqueri nondum poterant, sicut per ipsos q̃ loquebantur de se, intelligebantur magni siue viri, siue fœminæ. Per iumenta intelliguntur omnia viuentia irrationabilia. *Clamauit autem Moyses ad Dominum*. Propter duo. Primum vt misereretur populo siti pereunti, quia verè eorum miserijs condolebat, quos amabat in visceribus caritatis: & pro quorum salute libenter mortem subijisset, vt patet infra 32. cap. cùm petijt se de libro vitæ deleri nisi dimitteretur peccatum Israel. Secundum erat, vt ipsi Moysi prouideretur, qui obiurgantis populi non poterat molestias sustinere: & sic dicitur in litera: adhuc pusillũ, & lapidabit me. *Quid faciam populo huic?* Idest quomodo potero satisfacere petitioni eius. *Adhuc pusillum, & lapidabit me*. Idest pro modico non lapidant me, vel si modicum temporis transit, & eis non do, quod petunt, lapidabunt me: ideo peto, vt ante mihi subueniat, quàm me lapident. Et dicebat hoc Moyses timore naturali ductus, non carnali, aut mundano, & ille cadit in virum constantissimum, & perfectissimum: & sic aliquo modo dicimus Christum timuisse, cùm dixit Mat. 26. c. Tristis est anima mea vsque ad mortem: licèt in hoc multum distat: quia in puris hominibus quantumcunque perfecti essent, ponimus veras passiones, in Christo autem non dicimus fuisse passiones, sed propassiones, quæ ad alterum modum pertinẽt, de quibus magister tertio sententiarum dist. nono. Vel potest dici, q̃ Moyses dixit ista ardens amore proximorum, scilicet q̃ non principaliter timebat mortem suam: sed timebat quòd si eum Israelitæ occidissent, postea ad idolatriam sine rectore manentes confluerent: & morte æterna omnes morerentur. Vel si Israel occideret Moysen, timebat ipse, ne Deus de sæuiret in eos, & vniuersos deleret quasi vnum virum, sicut dictum fuit de Ieremia. Ierem. 26. ca. vbi cũ vellet eum synagoga malorum occidere, quia prophetauerat contra Ierusalem, respondit: Veruntamen scitote, & cognoscite, quia si occideritis me, sanguinẽ innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam, & habitatores eius: si ergo pro occasione Ieremiæ retorqueri deberet pœna in totam ciuitatem, & habitatores eius, quanto magis pro morte Moysi, qui erat rector totius Israel, & maximus inter prophetas? vt patet Deut. vltimo c. cùm dicitur. Et non surrexit propheta vltra in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis, atque portentis, quæ misit Deus per eum facere. *Ait Dominus ad Moysen*. Hic ponitur secundum, scilicet Dei prouidentia: *Ait Dominus ad Moysen*. Respondendo iuxta petitionem eius qui dixerat; quid faciam huic populo? & respondet Dominus facias ista, quæ sequuntur. *Antecede paululum*. Scilicet ante frontem castrorum, vbi fortè conuenerant ad conquerendum de eo omnes Israelitæ. Vel melius dicendum videtur, q̃ ista antecessio dicitur respectu parui tabernaculi, quod portabat Moyses in deserto: ante fabricationem magni tabernaculi: de quo patet infra 33. cap. cùm dicitur: Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra: cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisq; in ostio papilionis sui, aspiciebantque tentorium Moysi, donec ingrederetur tentorium. Cùm ergo omnes volentes quærere aliquid à Moyse, concurrerẽt ad illud tabernaculum, verisimile est q̃ ad conquerendum de aquis illuc irent, & tunc ipsis ibi existentibus clamauit Moyses ad Dominum: vt supra dicitur: & respondit ei Deus: & hoc videbant filij Israel: vt patet infra 33. cap. cum dicitur. Ingresso autem illo in tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse cernentibus vniuersis, q̃ columna nubis staret ad ostium tabernaculi, stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. His ergo suppositis dicendum, q̃ Deus mandauit Moysi, vt antecederet, scilicet vltra tabernaculum illud paruum videntibus Israelitis, quasi dicat: tu timebas, q̃ vsque modicum te lapidarent, nunc ergo vade ante eos, & nihil tibi nocere valebunt me defendente. Sed adhuc fortè videtur prima expositio, quia ista secunda præsupponit falsum, scilicet factum esse tabernaculum fœderis parum, de quo dicitur infra trigesimotertio capitulo. Vel si factum erat, nondum erat extra castra: nam Moysen habuisse semper aliquod tabernaculum pro se in castris, & familia sua, satis est confitendum, sed nunquàm istud fuit tabernaculum fœderis, donec posuit in eo Moyses duas tabulas lapideas, vt declarabitur infra trigesimotertio capitulo. Etiam nunquàm legitur fuisse positum extra castra, donec fuit causa, quæ ibi explicabitur ergo cùm essent in Raphidim, nondum erat extra castra tabernaculũ. Et tibi non potest dici, quòd irent Israelitæ ad conquerendum ad tabernaculum illud. *Et sume tecum de senioribus Israel*. Inter illos, qui venerant ad conquerendum, erant seniores multi, & illos mandauit Deus accipi, quia maioris auctoritatis erant apud reliquum populum, vtpote quorũ sententiæ magis assentiretur, & quia firmioris inītæ erant,

Propter duo Moyses hic ad Deum clamauit.

In Christo nõ fuerũt passiones sed ppassiones.

erant: hos ſenes mãdauit Deus accipi in teſtes miraculi noui, qa Moyſes mandato Dei eductur us erat aquas de petra: & quia poſſent dicere Iſraelitę, quòd ibi aquę præextiterant negantes miraculu, m mandauit Deus ſeniores adduci, vt contemplarentur prius locum illum, viderent aquarum nulla præfuiſſe inſignia, & ſubito de percuſſis ſilicibus aquarum abundantiam effluxiſſe. *Et virgam, qua percuſiſti fluuium.* Dicit Rabbi Salomon, quòd ideo mandauit Deus tolli illam virgam ad percutiendam petram: quia aliqui de Iſraelitis putabant illam virgam ſolum habere virtutem ad malum, ſcilicet ad illationes plagarum in Aegypto, vt patet ſupra capitulo ſeptimo, vſque 12. in quibus agitur de plagis, & ad ſubuerſionem Aegyptiorum in mare rubrum: nam per virgam mare apertum eſt, vt patet ſupra decimoquarto capitulo, ideo ad hoc portari decebat, vt monſtraretur eius miniſterium non ſolum ad malum, ſed etiam ad bonum poſſe conuerti. Ad malum quidem in plagarum illatione, ad bonum verò in aquarum eductione. Et licèt iſta poſitio non repugnet textui aliquo modo: tamen ſibijpſi repugnat. Nam dicitur, quòd iſta virga ante hoc ad ſolum malum profuerat: vt aperiendo mare rubrum, ſed falſum eſt, quia apertio maris rubri principaliter, & primo ad ingreſſum Iſraelitarum ſeruiuit: hoc autẽ valde bonum fuit, ſcilicet magna Dei pietas, ne Aegyptij reperientes Hebræos ſuper litora mari rubri irruerent in eos, & vniuerſos trucidarent. Quod poſtea Aegyptij mortui fuerint in mari rubro, non euenit ex apertione mari rubri, ſed quia aquæ poſtea confluxerunt ſuper eos. Dicendum ergo, quòd Deus mandauit tolli virgam non ad auferendum aliquam talem opinionem, ſed quia illam eſſe volebat organum virtutis ſuæ operantis. *Qua percuſſiſti fluuium.* Alios effectus priores virtuoſos, & magni miraculi fecerãt Moyſes & Aaron per iſtam virgam in illatione Aegyptiarum plagarum, ſed iſtum ſolum nominauit, quia iſte cæteris famoſior erat. Et hoc verum eſt accipiendo per fluuium mare rubrum, vt aliqui accipiunt ſi autem accipiatur de fluuio propriè intelligitur de percuſſione fluminum Aegypti cùm in ſanguinem verſi ſunt: & tunc nominatur iſtud miraculum: quia fuit primum inter cæteras plagas: vt patet ſupra ſeptimo capitulo, licèt non fuerit iſta famoſa ſicut apertio maris rubri. Sed tunc arguetur contra literam: quia dicitur hic. *Qua percuſſiſti fluuium.* Sed manifeſtum eſt, quòd Moyſes non percuſſit fluuium, ſed Aaron, vt patet ſupra ſeptimo capitulo. Reſponderur, quòd Aaron percuſſit fluuium: ſed quia egit mandato Moyſi, vt patet ibidem, dicitur egiſſe Moyſes: quia ſicut ille poſſidet, cuius nomine poſſidetur, ita ille agit, cuius nomine alius agit. *Tolle in manu tua, & vade.* Iſtam virgam tenebat Moyſes in tabernaculo ſuo paruo valde cuſtoditam; quia Deus eam ſibi cuſtodiendam mandauerat. *En ego ſtabo coram te.* Deus vbique ſtat, & extra omnem locum: ideo propriè loquendo Deo non eſt magis ante nos: quàm infra nos, quàm ſupra nos: nam iſta pertinent ad corporea habentia poſitiones: quia quantitatis finitæ ſunt. Deus autem nec quantitatem dimenſiuam habet, nec finitus eſt: nam cœlum, & terram ipſe implet: vt patet Ierem. vigeſimotertio capitulo: vt tamen diximus ſupra ſeptimo capitulo, Deus dicitur ſtare in aliquo loco, quia ibi aliquid ſpecialiter operatur: & quia Moyſes ſtare debebat ante petram, & ex petra percuſſa aquæ profluxuræ erant diuina operatione, Deus ante Moyſen ſtare dicebatur. *Ibi.* Idest in loco, ad quem iueris percuſſurus. *Super petram Oreb.*

Expoſitio Rabbi Sal.

Contra Rab. Sal.

Auc. expõ.

QVAESTIO. III.

NON eſt putandum, q̃ iſta vocetur petra Oreb: quia ſtaret in monte Oreb, nam mons Oreb, & mons Sinai idem ſunt, & patet quia pro eodem accipiuntur indifferenter in ſcripturis, licèt vt quidam volunt Oreb eſt pars ſuprema montis Sina ad verticem: nam ad montem Sinai nondum venerant, ſed poſtea venerunt menſe tertio exitus de Aegypto die primo, vt patet infra decimonono capitulo. Sed dicendum, quòd Oreb eſt aliquis alius locus deſerti ante montẽ Sinai, qui etiam vocatur mons Oreb. Vel fortè vallis Oreb, quia interdum multa loca ſunt, quæ habent vnum nomen, ſicut patet in denominatione rurum; quia multa coincidunt ſæpè in æquiuocationem à caſu. Et hoc neceſſe eſt, quia plura ſunt rerum negocia, quàm verba: & ex hoc dicit Philoſophus in principio primi Elencorum, quòd æquiuocatio eſt locus publiciſſimus: quia res infinitę ſunt, ideſt quaſi non habentes finem: quia nos nullo modo numerum completũ rerum nouimus: nomina autem & orationes finitæ, ideo neceſſe eſt multas fieri æquiuocationes, & plures amphibologias, quia maior eſt multiplicitas orationũ cauſans amphibologiam, quàm multiplicitas nominum cauſans æquiuocationem. *Percutieſque petram, & exibit aqua.* Hic verò nullo modo dubitare debebat Moyſes de completione tam magnæ rei, quia Deus certificauerat ſic euenturum, & ſi dubitaſſet iã fuiſſet in crimine, quia modicę fidei eſſet, cùm in Deo debuiſſet iactare totam ſpem, & curam ſuam. *Et exibit ex ea aqua, vt bibat populus.* Ideſt tanta aqua exibit, q̃ ſufficienter poterit bibere totus populus. Et nomine populi intelliguntur etiam pecora, & iumenta: quia illa etiam biberunt, cùm de illis quoque Iſraelitę conqueſti fuiſſent, cum dixerunt: Cur eduxiſti nos de Aegypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, & iumenta noſtra ſiti. Iſte fons qui tunc de petra Dei beneficio ſpeciali effluxit vſque hodie effluere nondum ceſſauit magnas aquas emittens, ita quòd tota vallis irrigatur: & antea aquarum penuria habitata non fuerat, nunc autem tota aquarum gratia habitata eſt: & vocatur vallis Moyſi, quia ibi Moyſes percuſſit ſilicem, vt aquas emitteret. *Fecitque Moyſes ita.* Scilicet percuſſit petram, & fluxerunt aquæ. *Coram ſenioribus Iſrael.* Qui à Moyſe adducti fuerant, vt huiuſmodi rei teſtes eſſent. *Et vocauit nomen loci illius tentatio.* Iſte locus eſt Raphidim: non enim poteſt accipi pro loco, in quo erat petra Oreb: de qua eductæ ſunt aquæ. *Propter iurgium filiorum Iſrael.* Quia filij Iſrael iurgati fuerant ibi contra Moyſen: vt daret eis aquam ad bibendum. In Hebræo dicitur. *Vocauit nomen loci illius tentatio, & iurgium.* Ita quòd ille locus haberet duo nomina, ſcilicet tentatio, & iurgium: quia ibi filij Iſrael tentauerunt Deum: & iurgati ſunt contra Moyſen. Tentatio fuiſſet quantum ad illos, qui portabant aquam de alijs, & conqueſti ſunt, vt daretur aqua. Iurgium vocatur quantum ad illos, qui non portabant aquas, & amaro animo conquerebantur pro aquis deficientibus. Et non ponitur tunc vnum tanquàm cauſa alterius: ſicut in litera noſtra, ſcilicet quòd vocetur tentatio: quia ibi iurgium factum eſt à filijs Iſrael: ſed ponuntur ibi duo nomina vnius loci: & cauſa nulla imponitur, quare ſic dicta ſint: ſed ſatis facile eſt ducere literam Hebraicam ad noſtram, cùm litera Hebraica ex natura idiomatis patiatur multas amphibologias. *Quia tentauerunt Dominum dicentes.* Secundum literam noſtram rectius applicatur hoc, ſcilicet quòd nomen iſtius loci fuerit, ſcilicet tentatio: quia licèt ibi iurgium fuerit: tamen tentatio principalius malum fuit: cùm eſſet malum directum in Deũ: iurgium autem erat contra Moyſen. Etiam quia ſi duo nomina ponere voluiſſet, poneret duas rationes nominum: ſed ſolum ponit vnam, cum dicit: Quia tentauerunt Dominum dicentes. *Eſt ne Dominus in nobis an non?* Iſte eſt modus ſuperbiæ, ideſt videamus vtrum Deus ſit inter nos, & habens curam noſtri, an non: quaſi dicat, ſi Deus eſt inter nos, ipſe dabit nobis omnia neceſſaria: ſi autem non eſt inter nos, quæremus alium modum viuendi: ſed non erat iſta bona diuiſio: nam licèt Deus inter eos eſſet, tamen non neceſſariò eis dare debebat ea quæ ipſi volebant; quia vt Deum illum ſupplicare debebant.

Mõs Oreb & Sinai ſunt vnũ, & idem.

Fons qui erupit de petra Oreb hodie abundantiſſima emanat.

Venit autem Amalech, & pugnabat contra filios Iſrael in Raphidim. Dixitque Moyſes ad Ioſue: Elige viros, & egreſſus, pugna contra Amalech, ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Ioſue, vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalech: Moyſes autem & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cumque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem, & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt, vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum ſolis. Fugauitque Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladij. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalech ſub cœlo. Aedificauitque Moyſes altare: & vocauit nomen eius, Dominus exultatio mea, dicens: quia manus ſolius Domini, & bellum Domini erit contra Amalech, à generatione in generationem.

Pugna cõtra Amalech.

36. diſc. fi.

Iudi. 4. d. Sap. 11.

Venit autem Amalech. Hic ponitur ſecundum, ſcilicet deletio hoſtilium turbarum, & diuiditur in duas partes: primo ponitur pugna: ſecundo deſcribitur gratiarum actio pro victoria.

QVAESTIO. IIII.

RABBI Salamon continuat iſtam literam ad præcedentem per modum cuiuſdam Metaphoræ, ſcilicet quòd quidam homo fuit habens filium, quem portabat in via: & quia vidit ante faciem ſuam venientem leonem, poſuit filium ad poſteriora. Rurſus conuerſo vultu cum à tergo lupum inſequentem conſpiceret, poſuit filium ſuper humerum ſuum, vt ſic eum liberaret. Deinde cum filius eſuriens, & ſitiens cibum atque potum petijſſet, pater ei vtrumque prębuit: ſed tandem cum puer paterno humero inſidens quoſdã viatores videret, quæſiuit ab eis vtrum patrem eius vidiſſent, quod dictum pater abominatus: tanquàm nulla paternorum beneficiorum filio ſupereſſet memoria, eum colubro deiecit ab humero deuorandum. Sic namque, cùm Deus vt pater portaret filios Iſrael de Aegypto, & exiuiſſet Pharao tanquàm fortis leo quærens deuorare eos: Deus poſuit eos ad aliam partem ſui interponens columnam Aegyptijs, & Hebræis: ita vt ad ſe toto noctis tempore accedere non valerent: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem: vt patet ſupra decimoquarto cap. Deinde occurrit eis ex oppoſito mare rubrum, quo dtranſire nõ poterant: ideo Deus impoſuit eos humero ſuo aperiendo eis mare rubrum. Deinde cùm pane indigerent, præbuit eis manna: vt patet in decimoſexto cap. Poſtea ſitientibus illis tribuit aquas, vt patet in hoc capitulo. Tandem Iſraelitæ obliti Dei benefactoris ſui dixerunt: Eſt ne Dominus in nobis, an non; quod dictum Dèus abominatus tradidit eos in manus Amalechitarum, tanquàm in manus colubri aliqualiter vulnerandos. Vel vt ait Nicolaus, Deus permiſit Iſraelitas ab Amalechitis percuti: vt poſtea ex habita victoria fierent audaciores ad alios hoſtes. Et iſta eſt cauſa, quare Ioſue fecerit Iſraelitas ponere pedes ſuper colla regum, quos vicerant, vt cùm alios viderent in bello, non formidarent eos, de quo patet Ioſue decimo cap. Sic etiam Deus dimiſit multas gentes de Chananæis in terra promiſſionis poſt introitum Iſraelitarum, vt eruditet in eis filios Hebræorum, qui non nouerant bella Chananæorum: vt patet Iudi. tertio capitulo. Continuatio autem optima eſt: quia ſic Hiſtorica requirit narratio: nam poſtquam venerunt Iſraelitæ in Raphidim, immediatè contra eos ſurrexerunt Amalechitæ, & ſic patet in litera, cum dicitur, quòd Amalech pugnabat contra Iſraelitas in Raphidim. *Venit autem Amalech.* Non accipitur hic Amalech pro nomine alicuius viri: ſed pro nomine populi deſcendentis ab Amalech: nam vnus vir non pugnaret contra magnum exercitum. Iſte populus Amalechitarum licèt eſſet de genere Idumæorum, tamen non manſit cum eis vadens ad habitandum ad aliam terram, quæ eſt magis intra deſerta Arabiæ quàm montes Seir, in quibus habitant Idumæi, & fuit Amalech filius Eliphaz primogeniti Eſau: vt patet Gen. 36. & primo Paralip. primo capitulo. *Et pugnabat contra Iſrael in Raphidim.* Bis pugnauerunt Amalechitæ contra Iſraelitas. Primò in Raphidim, vt patet hic. Secundò quando erant in Cades deſerti Sin, in ſecundo anno exitus de Aegypto poſtquam venerunt exploratores de exploranda terra Chanaan, vt patet Numer. decimoquarto capitulo. Et in qualibet vice harum erant Iſraelitæ apud terram Amalechitarum: nam terra Amalech eſt in Arabia extenta à Meridie in Septentrionem, Et fortè incipit latus eius Meridianum apud Raphidim, tendit in Septemtrionem, & accedit vſque ad Cadesbarne, ſiue Cades deſerti Sin: ideo ibi iterum potuerunt pugnare cum Hebræis. Et iſta pugna fuit incepta quaſi latenter per Amalechitas non reſpicientibus Hebræis: & percuſſit de eis, & occidit eos qui erant in caſtrorum extremitate: vt patet Deuter. vigeſimoquinto capitulo, cum dicitur: Memẽto, quę fecerit Amalech tibi in via, quando egrediebaris de Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſederant, occiderit. *Dixitque Moyſes ad Ioſue.* Erat Ioſue vir robuſtus, & valens, & animoſitatis nimiæ atq; magnæ prudentiæ, & ſeruus Dei, atq; Moyſi cõtinuus miniſter: vt patet infra 33. c. ideò tanquàm ſtrenuum inter omnes Hebreos elegit eum Moyſes ad opera belli. *Elige viros.* Recte mãdauit eligere viros, quia in bellis non multitudo indocta;

Secundum Nicolaum de lira de permiſit Hebræos ab Amalechitis peruti, vt fierẽt ad alios hoſtes audaciores.

Continuatio literæ ſecundum Rabbi Sal.

Bis Amalechitæ cõtra Iſraelitas pugnauerũt.

Ioſue vir robuſtus valens animoſus magnęque prudentiæ & Dei ſeruus.

sed exercitati, & animosi etiam in paucis solent conferre victoriam: vt ait Vegetius de re militari libro 1. in principio. Ad sciendum autem quales ad bellum apti sunt, oportet talem fieri diligentissimam electionem. Et non solum mandauit Moyses, quòd eligerentur viri ad pugnandum: sed etiam quòd eos eligeret Iosue: nam ipsi viri bellatores sub disciplina ducis debent deseruire: ideo decet, vt ipse tales eligat, quales nouerit suo regimini concordare, quod nullus melius quàm ipse dux belli noscere potest. *Et egressus pugna.* Idest egrediaris de castris, & pugna contra eum: nam Amalech erat distans à castris, quia Amalech primo insidiatus fuit Israelitis, & inuenit in via, qua veniebant de deserto Sin in Raphidim quosdã, lassos non potentes cum alijs ambulare, & hos occidit: vt patet Deut. vigesimoquinto capitulo, non tamen ausus fuit accedere ad castra. Tunc autem Moyses cognoscens, quod fecisset Amalech, dum essent in Raphidim, ne Amalechitæ illuc accedere vellent, & viderent mulieres, & paruuli, qui erant in castris, cæteraque imbellis turba clamoribus omnia implerent: & virorum animos ad timorem stimularent: misit Iosue, vt extra castra pugnaret. *Cras.* Quia fortè ipsa die Iosue eligeret viros ad pugnam, & pararet cætera bellica vasa, & sequenti die iret congressurus in hostes. Et tunc staret Moyses contra hostes in vertice montis. *En ego stabo in vertice collis.* Ista dicit Moyses ad confortandum Iosue, scilicet quòd oraret pro eo stans in vertice montis: & sic superaret: iste mons erat ad partem occidentalem castrorum inter castra, & locum quem tenebant Amalechitæ. *Habens virgam Dei in manu mea.* Ista etiam dicebat Moyses ad magis confortandum: quia illa virga fuerat organum Dei ad multa miracula. Per eam namque percussæ aquæ fluuiorum in sanguinem versæ sunt, vt patet supra septimo capitulo. Per hanc pulnis percussa in ciniphes versus est, vt patet sup. octauo capitulo. Per hanc contra cœlum extentam venerunt tonitrua, & grandines, & fulgura corruscantia, vt patet supra nono capitulo. Per hanc eleuatam contra terram Aegypti ascenderunt locustæ numerosæ super omnes fines Aegypti, vt patet supra decimo cap. Per hanc mare rubrum apertum est, & rursus aquæ conclusæ sunt, vt patet supra decimoquarto capitulo. Per hanc percussus lapis in Raphidim abundantissimas aquas emisit, vt patet in isto capitulo. Ista virga de qua hic loquitur Moyses vocatur tripliciter: aliquãdo enim vocatur virga Moysi: aliquando virga Dei: aliquando virga Aaron. Vocatur virga Moysi, supra in isto capit. & hoc quia Moyses eam custodiebat: vocatur virga Dei, quia erat organum diuinorum miraculorum, vt supra declaratum est: & ab isto nomine eam vocauit Moyses, quia magis confortaretur Iosue, cùm audiret eam vocari virgam Dei, quàm virgam Moysi. *Virgam Dei manu mea.* Scilicet vt sicut extendendo eam contra mare rubrum diuisum est, & rursus eadem extenta contra idem mare conclusum est, ita extendendo eam contra Amalechitas lassarentur, ut in fugam verterentur. *Fecit Iosue, vt locutus fuerat Moyses;* Scilicet eligendo viros, & educendo eos extra castra contra Amalechitas. Et non ponitur hic quot bellatores elegerit Iosue contra Amalechitas, sicut ponitur Num. 31. cap. quòd electi fuerint 12. mille viri Hebræi contra Madianitas. Et licèt ibi pugnauerit Israel contra quinque reges: vt patet ibidem: tamen fortè plures bellatores nunc elegit Iosue, quia nunc timidi adhuc valde erant, cùm nullum bellum vnquàm gessissent: & quia corda eorum nouiter de antiquissima seruitute liberata adhuc timore seruili pauitabant. Cùm autem contra Madianitas pugnauerunt, erant in anno 40. exitus de Aegypto: post omnia alia bella, vt patet ex ordine libri Numerorum, quia nullum bellum in libro illo ponitur post bellum contra Madianitas. Etiam patet, quia istud bellum factum est postquàm accessit Israel ad terram Moabitarum apud montem Phegor, & immolauerunt Deo Phegor: nam pro illa fraude bellum in Madianitas actum est; vt patet Numer. trigesimoprimo capitulo, sed vallis contra fanum Phegor, fuit vltima mansio apud Iordanem: & sic dicitur Deuter. tertio capitulo, in fine cum inciperet recitare Moyses totum illum librum, quod fuit apud mortem suam, dixit: Et mansimus in valle contra fanum Phegor: ergo fuit istud bellum in fine 40. anni. Et tunc adiuuabantur ex duobus: primo per experientiam bellorum: quia multa bella viderant atque feliciter confecerant: vt patet de bello contra Chananæum regem Arath: vt patet Num. vigesimoprimo capitulo, & bellis multis contra Ammorreos. Nam pugnauerant contra Seon regem Esebon, & occiderant eum cum toto populo suo, vt patet Num. vigesimoprimo, & Deut. secundo capitulo. Pugnauerant etiam atque deleuerant Og regem Basan cum populo suo: vt patet Deuter. tertio capitulo. Modicum ergo tunc erat eis pugnare contra Madianitas. Secundò adiuuabantur animositate virorum, nam illi, qui de Aegypto egressi fuerant cùm in seruitute geniti, & nutriti essent, pauitantia corda gerebant, nec ad bellum apta, & omnes isti mortui sunt ante transitum torrentis Zareth: vt patet Deuter. secundo capitulo. Et sic illi, qui intrauerunt ad pugnandum in terram duorum regum Ammorræorum: & qui cõtra Madianitas erant de populo illo nouo, qui genitus fuerat in deserto. Vel qui valde teneræ ætatis exiuerat de Aegypto, ita vt nihil recordarentur eorum, quæ fiebant olim in Aegypto. Et hi animum liberum nulli seruire, consuetum: sed asperitatibus induratum, & bellis ad audendum eleuatum habebant. Fortè ergo magis ad bellum valerent 20. homines Hebræorum, qui fuerunt in anno 40. exitus de Aegypto, quàm centum eorum, qui fuerunt in primo anno, quos oportuit pugnare contra Amalechitas. *Pugnauit contra Amalech.* Dicitur per anticipationem: quia primo exiuit Moyses in verticem montis quàm pugnaret Iosue contra Amalech: vt apparet ex his, quæ infra dicuntur: sed infra ponitur de ascensu Moysi in montem, ergo est anticipatio. *Moyses autem, & Aaron & Hur ascenderunt, in verticem montis.* Isti duo, scilicet Aaron & Hur ascenderunt cum Moyse ad honorandum eum, quia non decebat rectorem tanti populi solùm esse. Erant namque isti duo viri honorabiles valde, & fortè post Moysen nulli alij erant ita honorabiles: vnde Moyses in sua absentia faciebat eos iudices totius populi, vt patet infra vigesimoquarto capitulo, cum dicitur: Habetis Aaron, & Hur vobiscum, si quid natum fuerit quæstionis referte ad eos. Ascendebant etiam isti, vt famularentur Moysi tenendo manus eius erectas in cœlum, dum oraret: vt infra patet.

Quę miracula fuerit facta per virgam Moysi.

An iste Hur, de quo hic dicitur, fuerit filius Caleb, & Mariæ sororis Moysi.

QVAESTIO. VI.

DE isto Hur dicunt quidam doctores nostri, quòd fuerit filius Caleb, & Mariæ sororis Moysi. Et hoc credunt verissimè: quia, vt ipsi volunt, Maria soror Moysi alio nomine Ephrata dicta est, & hanc accepit in vxorẽ Caleb mortua Azuba, & peperit ei Hur, vt patet primo Paralip. secundo capitulo, & hoc non vide-

Dubitatio opinionis. Prima ratio.

videtur inconueniens pro tanto: quia multæ personæ Binomię reperiuntur in sacra scriptura, vt Esau Edõ, & Seyr, vt patet Gen. trigesimosexto capitulo. Et sic beatus Petrus multa nomina habet, scilicet Petrus, & Simon, & Cæphas, & Bariona: vt declarauimus in prędicto capitulo Gen. Sed falsum videtur, quòd Hur fuerit filius Marię, & Caleb, quia tantę iuuentutis erat Caleb: quòd non acciperet vxorem, & tantæ ætatis prouectæ erat Maria, quòd non acciperet virum. Patet hoc, qa Maria soror Moysi, erat antiquior ętate ipso Moyse: vt patet ex his, quæ dicuntur supra secundo capitulo, scilicet q̃ quando Moyses infantulus trium mensium expositum fuit a parentibus in carrecto fluminis, puella soror eius obseruabat a longe, quid fieret de puero: & cùm accepisset eum filia regis Aegypti, accessit ad eam Maria soror pueri, & dixit: Vis vt vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? Ergo tunc discreta puella erat, quæ diligentem pueri custodiam aliqualiter longe posita caute agebat, & quæ verba discretionis discretæ, & impauido corde coram filia regis proferre potuerit: esset ergo ad minus 12. vel 13. siue 15. annorum. Et tunc cùm Moyses in exitu de Aegypto fuerit annorum 80. vt patet supra septimo capitulo, Maria esset annorum 95. vel quasi. De Caleb autem rursus considerare oportet, quòd ipse fuerit annorum 40. quando fuit ad explorandum terram Chanaan cum alijs: vt patet Iosue 14. capitulo, cum dicitur: Quindraginta annorum eram, quando misit me Moyses famulus Domini de Cadesbarne, vt considerarem terram: & hoc fuit qñ missus est ad explorandum: vt patet ibi in litera: sed de Cadesbarne fuit missus Caleb cum alijs anno secundo exitus de Aegypto. Ergo quando factum fuit istud bellum contra Amalechitas, erat Caleb annorum 39. Item considerare oportet, quòd in tempore illo viri non accipiebant ita cito vxores, sicut nunc; sed in anno 30. aut 40. vel pauloante, quia in hoc non multum reffert. Et tunc hoc dato considerare oportet vlterius, quòd Caleb habuit aliam vxorem, antequàm haberet Mariam, & illa vocata fuit Azuba: nam sic dicitur primo Paralipo. capitulo secundo, vbi vocatur prima vxor Caleb Azuba; secunda Ephrata: & hanc secundã volunt vocare Mariam: cùm ergo primam tenuerit, & susceperit ex ea prolem, vt patet ibidem, oportet, quòd aliquanto tempore maneret cum ea, ergo ad minus esset quasi annorum 40. quando suscepisset Mariam: & sic necesse fuisset, quòd accepisset eam in vxorem, vel in deserto; vel pauloante quàm egrederentur de Aegypto: & si tunc fuisset in vxorem accepta, esset ipsa annorum quasi 95. vt patet ex præcedentibus, scilicet quia Moyses erat tunc annorum 80. & Maria soror eius erat annorum 15. vel quasi maioris ætatis, quàm ipse: vt supra inductum est. Sed non est verisimile, quòd mulier tantæ ætatis nouiter acciperet in matrimonium, maximè quia ipsa erat mulier magnæ sanctitatis, quia erat Prophetissa, vt patet supra 15. non erat ergo aliqua causa quare mulier tantæ ætatis appeteret virum: nec quare aliquis vir appeteret mulierem tantæ ætatis. Etiam dato quòd ipsa acciperet virum, nunquid acceptura erat virum tam iuuenẽ, qui nondum esset annorum 40. ipsa existente annorũ plurium quàm 90. Item dato quòd in tali ætate contraxisset Maria, non poterat concipere, quia Sarra erat 90. annorum quando peperit, & pro mirabili habitum est: quanto magis: quia ætas iam magis defecerat tempore Mariæ quàm tempore Sarræ: ideo si pro mirabili habitum est illam genuisse in anno 90. pro mirabiliori haberi debuisset Mariam genuisse in anno 90. vel 95. imo etiam si genuisset anno 80. Etiam dato quòd concepisset anno 90. vel paulo post de Caleb non poterat tunc puer genitus, scilicet Hur tantæ ętatis, vel roboris esse, vt sustineret manus Moysi cum Aaron; quia ad plus esset duorum, vel trium annorũ; sed ad hoc quòd ascenderet in montem cum Moyse, vt sustineret manus eius, oportebat esse virum iam robustum ad minus 20. vel plurium annorum; quia in minori ętate homines paucas vires habẽt. Item quod plus est, quia Hur de quo dicimus, positus fuit, vt iudex totius Israel cum Aaron, quando ascendit Moyses ad Dominum: vt patet infra vigesimoquarto capit. cum dicitur habetis Aaron, & Hur vobiscum, siquid quæstionis natum fuerit referetis ad eos. Ad hoc autem quòd aliquis iudex sit, oportet quòd sit ætatis maturæ, & sic Hur ad minus esset tunc annorum 30. vel 40. ergo tantæ ætatis esset Hur sicut pater suus Caleb, sed hoc impossibile est. Item quia positio ista est modici momẽti: nam ob hoc dicunt Hur esse filium Caleb: quia legitur primo Paralip. secundo capitulo, quia Caleb genuerit Hur ex Ephrata: sed hoc nihil valet, quia multi vocati fuerunt hoc nomine Hur, maximè quia coguntur etiam mutare nomen matris: nam si diceretur in litera, q̃ Caleb genuit Hur ex Maria, adhuc (licèt nõ ex hoc cogeremur dicere de isto Hur) tamen haberet aliquẽ colorem: sed vocatur Ephrata. Item quia nullo modo potest stare, quòd Maria, & Ephrata fuerint eadẽ mulier; nam ab Ephrata vxore Caleb dicunt nominatam Ephratam, idest Bethlehem, quæ ante vocabatur Ephrata: sed hoc fuit postquàm intrauerunt in terram Chanaan, vbi est Bethlehem sed manifestum est, q̃ Maria non intrauit in terram Chanaan: quia mortua fuit in Cadesbarne, siue in Cades deserti Sin, quod idem est: vt patet Numer. vigesimo capitu. cùm dicitur Venerunt q; filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin mense primo, & mansit populus in Cadesbarne, mortuaque est Maria ibi, & sepulta in eodem loco: ergo impossibile fuit aliquem locum in terra Chanaan ab ea nominari. Concluditur ergo ex superioribus, quòd Hur non potuerit esse filius Caleb, sed alterius viri: nec est conueniens aliquo modo Mariam esse vxorem Hur: quia ipsa erat multum antiqua, & ipse multum iuuenis, ita vt potuerit esse filius Mariæ, quia Maria magnæ ætatis tũc erat, scilicet annorum 95. vel quasi. Et poterat habere filium annorum 60. qui satis maturus esset, vt fieret iudex. Fortè autem magis dicendum videtur, quòd iste Hur erat vir Mariæ, & erat iam antiquus valde, & magnæ sapientiæ expertus circa hæc particularia, quæ vsu discuntur, & ob hoc ipse cum Aaron tanquàm viri antiquissimi, & magnæ auctoritatis Israel positi sunt, vt iudices. *Ascenderunt super verticem collis.* Idest ad sumitatem cuiusdam montis, qui erat medius inter castra Israel, & Amalechitas, & declinabat mons ille versus meridiem: quia contra illam partem erant Amalechitæ pugnantes tendentibus Israelitis ad partes Aquilonares; nam tendere de mari rubro in terram Chanaan ad minus vsque ad Cadesbarne erat tendere ab Austro in Aquilonem. *Cumque eleuaret Moyses manum.* Aliqui dicunt, quòd eleuabat eas in signum vexilli. Sed hoc nihil est, quia tunc oporteret, vt Israelitæ pugnantes, scilicet Iosue, & qui cum eo erant respicerent ad manus Moysi. Sed hoc inconueniens erat, quia cum Moyses staret in monte retro pugnantes Israelitas cum Amalechitis, non poterant videre manus eius; & si conuerterentur ad respiciendum oporteret, vt verterent terga Amalechitis fugiendo. Antecedens patet: quia Moyses erat in monte medio inter Israelitas pugnantes, & inter castra: & ipsi Israelitæ, qui iuerant ad pugnandum iuerant à parte Aquilonari contra meridianam, cum Amalechitæ manerent in parte posteriori castrorum: venientes à

Hur de quo hic dicitur non erat filius Caleb sed alteri.

Aliqui dicit q̃ Moyses ideo manu eleuabat vt esset signum vexilli.

parte meridiana, & percussissent extremos agminis Hebræorum, qui lassi resederant: vt patet Deut. 25. ca. Item dato ꝙ ipsi essent ad talem partem, vt videre possent manus Moysi: tamen nihil proficiebat ei eleuare, vel deprimere eas, quia ipsi non poterant esse semper intenti ad manus Moysi. Item quia dicitur, infra ꝙ quando manus Moysi erant eleuatę vincebat Israel, quando verò erant depressę vincebat Amalech: sed ad hoc nihil proficiebant manus Moysi, si ponerentur vt vexillum. Dicendum ergo ꝙ manus Moysi, eleuabantur ad orationem: quia sic docet Apostolus orare, scilicet leuare puras manus ad Deum sine crimine, vt patet ad Timo. prima, 2. c. *Vincebat Israel*. In hoc patet virtus, vel efficacia orationis Moysi, vt ipso eleuante manus ad Deum, quod notat orationis intensiorē feruorem, vincebat populus suus. *Si autem paululum remisisset*. Idest incuruasset, vel humiliasset, quod notabat lassitudinem in oratione: vel relaxationem à feruore spiritus. *Vincebat Amalech*. In quo apparet ꝙ victoria Hebræorum solū erat ex oratione Moysi: quia manentibus eleuatis manibus eius vincebat Israel: si ergo nunquàm eleuarentur manus Moysi, nunquàm vinceret Israel. Ratio huius potest esse duplex. Prima quòd Deus faceret hoc, vt cognoscerent Hebræi, ꝙ in sola diuina virtute se liberatos. Secundò & verius, quia isti Hebræi quos Iosue ad pugnandum elegerat, erant inepti ad pugnam, vt sup. declarauimus habentes corda pauitantia, & seruili timore depressa, & viribus carentes: ab omni animositate alieni: ideo primo impetu Amalechitę effugassent eos, nisi affuisset adiuuans manus Dei, quæ manifestabatur in eleuatione manuum Moysi. *Manus autem Moysi erant graues*.

Duplex rō qꝰ eleuatis manibus Moysi Israelitæ vincebant.

QVAESTIO. VI.

EX hoc dicit Nicolaus apparere, ꝙ multi de populo illo erant peccatis aggrauati, propter quos deprimebantur manus Moysi: quia vt ait Gregorius, secundum qualitatem subditorū disponitur vita rectorum. Sed hoc non videtur: quia si hoc eueniret ex peccatis populi, dum eadem peccata manerent, semper inclinarentur, vel remitterentur manus eius præ grauitate: sed falsum est; quia dum nullus tenebat manus eius cadebant: quando autem tenebant eas Aarō, & Hur: vel postquàm supposuerunt lapidem, non ceciderunt. Magis ergo dicendum, quòd manus Moysi cadebant ex naturali lassitudine. Nec tamen est dicendum ex hoc, ꝙ Moyses erat tunc nimis senex, & deficeret viribus, quia Moyses tunc erat annorum 80. solùm, nam in ipso anno exiuerant de Aegypto, quasi duobus mensibus ante hoc, & quando steterat Moyses coram Pharaone, erat annorum 80. vt patet supra 7. cap. in anno autem 80. non erat senex Moyses: quia post hoc vixit annis 40. vsque ad annum 120. vt patet Deut. 31. cap. cum dicitur 120. annorum sum hodie: maximè, quia post hoc erat Moyses vir robustus, cum ascendit in montem, & descendit post 40. dies, portās duas tabulas lapideas in manu sua, & confregit eas ad radicem montis: & post hoc assumptis secum Leuitis intrauit per medium castrorum transiens à porta vsq; ad portam, & occidens eos, qui vitulum coluerant. De quibus infra trigesimo secundo, & Deuter. 9. cap. Multa quoque alia virilitatis opera fecit Moyses, post hæc, ideo non possent cadere manus eius præ defectu virium; maximè cum Hebræi asserant, ꝙ ipse Moyses personaliter occiderit regem Og gigantem. Item bonæ vires sequuntur bonam complexionem, sed complexio dispositissima mansit in Moyse vsque ad mortem; ergo etiam vires. Antecedens patet, quia vires & bona complexio se consequuntur: quòd autem in Moyse manserit status bonę complexionis patet Deu. vltimo capitulo, cum dicitur: Moyses erat centum viginti annorum, quando mortuus est, & non caligauerunt oculi eius: nec dentes eius moti sunt, quod signū roboris manentis est. Si ergo Moyses in fine vitæ robur habebat, vt occidere posset per se regem Seon in bello: vt patet Deuter. 4. capit. cum dicitur, contra fanum Phegor in terra regis Seon Ammorræi, qui habitauit in Esebon, quem occidit siue percussit Moyses: ergo per 40. annos ante hoc magnas vires haberet. Dicendum ergo, quòd manus Moysi graues erant nō aliqua grauitate speciali: sed sicut consueuit esse in omnibus hominibus: nullus enim est quantumcunq; robustus sit, qui possit manus in altum extensas tenere magna parte diei, nisi ab alio sustententur. *Sumentes autem lapidem posuerunt subter eum*. Tentauerat ante Moyses stans manus in altum extendere, nunc autem ab vtroque fatigatus est: nam nec manus extentas tenere potuit, nec magno tempore stare: ideo vtrunque remedium adhibitum est; sedit enim, & manus eius ab alijs sustentatæ sunt: & positus est subter eum lapis ad sedendum, quia in loco illo nihil aliud habere poterant cum essent extra castra: nec decebat aliquem eorum redire in castra, vt adduceret mollia stramenta. *Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte*. Nullus eorum vtramque poterat tenere manum, vterque autem cum ad alterutram sederet partem manus eius sustentabat. *Et factum est vt manus eius non lassarentur*. Idest isto modo faciendo, scilicet vt Moyses sederet super lapidem, & sustentarentur manus eius ex vtraq; parte euenit, vt non lassarentur manus eius tota die. *Vsque ad occasum solis*. Non dicit vsque ad occasum solis: quia in occasu solis, vel paulo ante occasum manu fatigatæ essent: sed quia iam in occasu solis non erat necesse manus esse extentas, cùm totaliter fugatus esset Amalech, pro cuius fuga manus tendebat Moyses ad Dominum: vt patet infra. *Fugauitque Iosue Amalech*. In Hebræo dicitur. *Debilitauit Iosue Amalech*. Quod intelligunt dupliciter: vno modo, ꝙ Iosue occidit omnes viros fortes de exercitu Amalech, & soli timidi remanserunt, & debiles viribus ac corde. Vel debilitauit eos, vt quidam Hebræi dicunt, quòd Amalechitæ erant magici, & conabantur volare, vt irruerent cum impetu super eos, sed ostendit eis Iosue nomen Domini tetragrammaton scriptum, & debilitabantur à volatu suo atque cadebant. Sed ista ridicula sunt: ideo dicendum quòd debilitare accipitur hic quemadmodum in litera nostra profligare: quia cum Iosue debilitasset vires Amalechitarum, compulit eos in bello vertere terga. *Amalech, & populum eius*. Ex hoc patet, quòd non accipitur hic Amalech sicut supra: quia supra signabat nomen populi, & hic est nomen viri: nisi fortè velimus dicere, quòd supra acciperetur Amalech pro nomine viri, qui esset dux: quia tunc bene stat, quòd Amalech idest ille vir pugnaret contra Hebræos, quia semper sub duce accipiuntur milites eius: & sic dicimus quòd vnus rex pugnat contra vnam ciuitatem, quia nominato rege non est sensus, quòd ipse solus pugnet: sed ipse cum toto suo exercitu.

Qꝰ manus Moysi graues erant ſm Nicolaum de Lira.

Moyses robustus erat & bonæ cōplexionis.

An Amalech fuerit de stirpe Ismahelis.

QVAESTIO. VII.

SED dubium est primo de Amalech cuius fuerit stirpis. Quædam Glosa Strabi: super istam partem dicit, ꝙ Amalech fuit de filijs Ismaelis: nā vt ipse vult Ismael habuit quendam filium dictum Amalec, a quo Ama-

Amalechitæ descenderunt. Sed hoc falsum est: quia Gen. 26. c. & primo Paralippo. 2. c. dicitur ꝙ Amalec fuit filius Eliphaz filius primogenitus Esau. Item Iosephus secundo libro antiquitatum dicit, ab Amalec nepote Esau Amalechitas nominatos. Item patet aliqua liter hoc esse de opinione omnium doctorum: nā secundo Regum primo c. cum Dauid quæreret ab illo iuuene, qui confessus fuerat se occidisse Saulem, vnde esset respōdit: filius hominis aduenę Amalechitæ ego sum: sed omnes dicunt ꝙ iste erat filius Doeg Idumęi. Ergo Amalechitę, & Idumæi eadem gens reputantur. Infertur ergo ex superioribus ꝙ Amalechitę de genere Esaù sunt, & non de stirpe Ismaelis. De glosa autem Strabi: vel alicuius doctoris quando contra textū est, nihil curandum est. Si autem doctor magnus fuerit quemadmodum Augustinus aut Hieronymus, dicta eorum taliter exponenda sunt, vt textui dissona nō videantur, ne contemnantur si a nobis abiecta fuerint: si tamen nullo modo textui concordari possent, repudianda essent, quia impossibile erit textum falsum esse in sacra scriptura. Si autem nos reuerentiam tantorum Doctorum obseruare vellemus, deberemus dicta eorum, quæ textui concordare non possumus, potius fateri non intelligere, quàm illa redarguere. Quęritur autem adhuc dato ꝙ Amalec fuerit de stirpe Esau, an iste, de quo hic fit mentio, fuerit Amalec nepos Esau, sed quartus vel quintus ab eo: nam non est verisimile tanto tempore durasse Amalec nepotem Esau, quia Esau genuit cito, cum acceperit vxorem anno. 40. vt patet Gen. 26. c. Eliphaz autem ita cito potuerit genuisse Amalec, & sic anno 80. a natiuitate Esau essent filius eius Eliphaz, & nepos eius Amalec, & cùm Iacob & Esau nati fuerint in eadem hora, & acceperit Iacob vxorem primā ad cognoscendum eam carnaliter anno 84. vitæ suæ, vt patet ex his, quæ declarauimus Genes. 29. c. sequitur ꝙ 4. annis antequam acciperet vxorem Iacob natus fuerit Amalec. Sed hoc inconueniēs est, quia tunc sequetetur ꝙ Amalec esset annorū 265. qñ pugnauit contra Israel: sed hoc non est possibile, ga homines illius temporis ad magis accedebant ad 130. annos vel parum plus: antecedens patet, quia ab anno 80. vitæ Iacob vsquequo in Aegyptum ingressus est, fluxerunt anni 50. nam annorum 130. erat Iacob, qñ intrauit in Aegyptum & stetit coram Pharaone, vt Gen. 47. c. Anno autem 80. vitæ Iacob vel quasi Amalec natus est, vel quasi eodem tempore, vt supra declarauimus: deinde ab ingressu Iacob in Aegyptum vsq; ad exitum fluxerūt anni 215. vt declarauimus Gen. 15. & supra 12. c. adiunctis autē istis fient anni 265. Nam primo anno exitus de Aegypto ante mensem tertium pugnauit Amalec contra Israel in Raphidim. Itē dato ꝙ adhuc viueret Amalec, non esset aptus ad pugnādum, quia labores bellici requirunt robustum virum, Amalec autem multum confectæ ætatis esset, & impotens ad negocia bellica: sed hic dicitur ꝙ ipse, & populus suus pugnauerint contra Israel, cùm ergo inter Iacob, & Moysen, vel Aaron, qui tunc erant secundum lineam Leui transierāt generationes quatuor a Iacob, scilicet Iacob: Eliphaz, Amram, & Leui, & nutrierat quintā, scilicet Moyses, per lineam Esau solum erant duæ, scilicet ipse Esau cum Eliphaz: nam tunc superesset Amalec: maxime, quia ipse Eliphaz iam genuisset Amalec cùm Iacob incepit gignere, & sic omnes quator generationes Iacob transiuissent viuente Amalec. Dicendum ergo, quòd iste Amalec, qui erat hic dux belli, non erat ille, a quo istę gentes Amalechitæ dictæ sunt, nec filius Eliphaz: sed aliquis quinrus, vel sextus ab Esau, & sic verisimile est, quòd principes illius populi ab illo primo capite suo semper Amalec vocarentur. *In ore gladij*. Idest percutiendo eos gladio, & sunt istæ Metaphoricæ locutiones: nam gladius os, aut pedes, vel manus non habet, cùm non sit animal, sed quia illud quod habet os attrahendo alimentum, & transglutiendo vorat, vel corrumpit illud: ita cùm gladius percutiens consumet dicitur vocare, ideo os ei ponitur, scilicet quòd consumantur, vel deuorentur a gladio omnia, quę percutiendo tangantur. *Dixit autem Dominus ad Moysen*. Postquam fugatus fuisset totaliter Amalec. *Scribe hoc ob monimentum*. Idest ad memoriam, dicitur monimentum tanquam monitio mentis, & sic libri hystorici apud antiquos, vocantur monimenta maiorum, idest recordatio gestorum virorum nobilium antiquorum. *In libro*. Quis liber fuerit iste dubium videtur, forte responderi posset, quòd liber, in quo ista scripta sunt in monimentum est iste liber Exodi: quia hic scribuntur ea, quæ egerunt Israelitæ contra Amalechitas, & Amalechitę cōtra Israel: nam antequam ista diceret Deus Moysi, nullus liber ab ipso scriptus fuerat: poterat hic ergo q. cunque liber signari. Sed quia in Hebræo ponitur hic articulus, qui notitiam secundum suppositorum designat, & apud Latinos non habetur: non potest accipi pro quolibet indifferenter, sed pro aliquo libro speciali. Et istum dicit Rabbi Abraham Aben Ezra esse librum, qui vocatur liber Iustorum, de quo sępe fit mentio in sacra scriptura, & iste liber per modum historiarum: interdum autem per modum Prophetiæ describitur, vt patet ex his, quæ de illo libro in sacra scriptura sæpius tradūtur. Et licèt aliqua futura sint, tamen spiritu Prophetico cognita per modum pręteriti certissime enarrantur: sic patet Iosue 10. c. cum dicitur. Nonne scriptum est in libro Iustorum steterit itaque sol in medio cęli, & non festinauit occumbere spacio vnius diei: non fuit antea, nec post tam longa dies obedientę Deo voci hominis, & pugnante pro Israel. Manifestum est, quòd illa, quę in libro iustorum licèt sint de futuris narrationibus: tamen antequam fiant tanquam pręterita enarrantur: nam scriptor libri Iosue allegauit dictum libri iustorum & recitatur ibi tanquam præteritum: ergo quando factus fuit liber Iosue, ille liber scriptus erat. Aliqua scribunt per modum imperandi Propheticè: vt patet secundo Regum primo capitu. cum dicitur: & præcepit vt docerent filios Hebræorum, sicut scriptum est in libro Iustorum, considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua, & vulnerati. In isto libro gesta multorum temporum continebantur Prophetice dicta: & hunc librum fecit Moyses, vt hic patet, & liber autenticus valde fuisset iste, quia libri sacræ scripturæ faciunt de eo mentionem allegātes verba eius ad confirmationem eorum, quæ dicuntur. Postea tamen abolitus est, nec scriptura de eo facit mentionem, non quòd eius auctoritas improbata sit, cùm semel & multoties eum sacra scriptura approbauerit, multoties allegando dicta eius, vt patet ex dictis: sed quia nunc, non habetur. Et hoc fuit quia forte ab antiquo peritissimi Hebræorum, aut Doctores catholici in Ecclesia primitiua de eo non curauerint, quia ab hęreticis, vel quibusdam imperitis corruptus fuerat: sicut patet de libro Iusti Henoch, in quo plura Prophetice prædicta sunt: vnde eum in epistola sua Iudas Apostolus allegauit: Hebræi tamen periti, & doctores nostri antiqui videntes hunc librum Hæreticorum mendacio deprauatum, vbi auctoritati libri Hæretici sua falsa dogmata miscentes totaliter veritatem & auctoritatem corruperunt: vnde nunc Ecclesia veritates eius in canone scripturarum suarum non recipit, ne pariter falsa cogatur confiteri. de hoc August. de ciuitate Dei libro decimoquinto. *Et trade in auribus Iosue*. Quid est quod tradendum erat in auribus Iosue: non enim intelligi potest de historica narra-

An Amalech fuerit nepos Esau quartus vel quintus.

Quisliber fuerit iste ī quo scripta sunt hæc quæ de Amalech dicūtur.

Liber iustorum a Moyse scriptus est, & est valde auctenticus.

Auctoris sententia.

Liber iusti Henoch ab hęreticis deprauatus est.

narratione, ſcilicet de bello contra Amalec: quia ipſe Ioſue ita bene ſciebat iſta, ſicut Moyſes, & melius: quia fuerat dux belli, ſed in auribus Ioſue tradendum erat id quod Propheticè enunciabat, ſcilicet quòd memoria Amalec delenda eſſe de ſub cęlo: & hoc rationabiliter dici poterat Ioſue: quia ipſe futurus iuſtior erat. Et conferebat hoc ei ad duo: primo ad lętitiam, quia Ioſue, licèt tunc viciſſet Amalechitas, tamen incertus erat de ſtatu eorum poſt, vtrum forte ipſi rurſus debellarent Hebræos. Cùm autem hic prænunciatur delenda memoria Amalec de ſub cęlo: gaudere poterat Ioſue, quia ille erat hoſtis Hebræorum, & ſi ipſe delendus erat non deleturus erat Hebræos. Secundo proficiebat ad ſignificandum, quòd Ioſue non deberet iungere poſtea aliqua fœdera cum Amalechitis, ſed bellum magis aduerſus eos gerere debebat: ſic patet infra, quia bellum Dei erit contra Amalec a generatione in generationem. Et quantum ad hæc adhuc magis dici poſſet, quòd accipiatur hic liber pro libro iuſtorum, quia in illo libro ponuntur iſta, & ſimilia Propheticè & extenſius. Et iſte liber vocatur etiam liber bellorum Domini, quia ibi Propheticè enarrantur bella, quæ Deus facturus erat: & ſic dicitur Numer. 21. capitulo. Vnde dicitur in libro bellorum Domini, ſicut fecit mari rubro, ſic fecit torrentibus Arnon, ſcopuli torrętium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. Sed manifeſtum eſt, quòd non poteſt ibi accipi pro libro numerorum, quia ibi fit confirmatio illorum, quæ geſta ſunt per alium librum cum dicitur: Vnde dicitur in libro bellorum Domini: quaſi dicat iſta confirmantur per ea, quæ dicuntur in libro bellorum Domini. Item quia ea, quæ ponuntur in libro Numerorum ſunt, vt hiſtorica narratio: iſta tamen verba ponuntur Prophetico modo, ſcilicet ſicut fecit mari rubro: ſic faciet torrentibus Arnon: ſed quando ſcribebat Moyſes librum Numerorum iam facta erant iſta: ergo videtur, quòd illa, quæ dicuntur de libro bellorum Domini non pertinent ad librum numerorum, ſed ad alium ſpecialem librum, & iſte eſt, in quo ſcripſit Moyſes iſta verba, ſcilicet: delebo memoriam Amalec: vel aliqua alia ſignantia idē Prophetice, quia infra dicitur ꝙ manus ſolius Domini & bellum Dei erat contra Amalec in generatione in generationem. Rectiſſime ergo iſtud bellum Dei in libro qui dicitur Dñi ſcribi debuit. *Delebo enim memoriā Amalec ſub cœlo.* Ideſt ita deſtruam Amalec, ꝙ faciam memoriam eius non manere in aliqua parte orbis, quod eſt eſſe ſub cęlo. Hoc etiam fuit Prophetatum per Balaam dum ſtaret in monte altiſſimo Moabitarum, & cōuerteret ſe ad diuerſas terras gentium: vt patet Nu. 24. capitulo, tunc dixit de Amalec. Principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Fuit autem facta iſta deletio tempore Saulis: ipſe namque mandato Dei ꝑ Samuelem Prophetā iuit contra Amalec, & deleuit omnia præter regem eius Agag & pecora pulchra atque pinguia: vt patet 1. Reg. decimoquinto capitulo, & ex poſt non fuit populus Amalechitarum: nam ſi aliqui percutientes effugerunt, vel tempore illius belli erant in alijs nationibus, ita pauci fuerunt quòd non redierunt ad reſtaurandum populum Amalechitarum: ſed commiſcuerunt ſe cum gentibus, & perijt nomen eorum de ſub cęlo. *Edificauitque Moyſes altare.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet gratiarum actio pro victoria. *Aedificauitque Moyſes Altare.* Scilicet ad offerendum Deo victimas pro victoria conceſſa. Et iſtæ proprie vocantur Hoſtiæ pacificæ, quia victoria habita pax obtenta eſt, & licèt non fiat hic mentio, quòd immolauerit Moyſes victimas, tamen intelligendum eſt: quia Altare non fit ad ſolas preces

Liber iuſtorū vocatur etiā liber bellorum Domini.

Nomen Amalechitarum totaliter perijt tēpore Saulis.

F fundendum, vel gratiarum actiones reddendum: ſed ad holocauſta aut victimas immolandum. Et ſi dicas: quomodo potuit altare fieri ad immolandum victimas, cùm nondum eſſent ſacerdotes ad immolandum? officium nanque iſtud ad ſacerdotes pertinebat. Reſpondetur, quòd ante conſecrationem Aaron adhuc erant ſacerdotes, vt patet infra decimonono capitulo, cum dicitur: Vade & deſcende, aſcendeſque tu & Aaron tecum, ſacerdotes autem, nec populus non tranſeant terminos: nec aſcendant ad Dominum. Et hoc ſatis patet, quia ius ſacerdotale erat vnum de iuribus primogenituræ: vt declarauimus Geneſ. vigeſimoquinto & vigeſimoſeptimo capitulo, ideo omnes primogeniti ſacerdotes erant, & immolare poterant, & de iſtis fuerunt illi duodecim, iuuenes tribuum duodecim, de quibus dicitur infra vigeſimoquarto capitulo, ſcilicet Miſit iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerūt holocauſta, immolauerunteque victimas pacificas Domino vitulos 12. Sed adhuc dices, his exiſtentibus non poterit adhuc Moyſes immolare, altare conſtruere, & ibi holocauſta cremare, quia ipſe non erat de primogenitis: Aaron nanque frater eius primogenitus erat, quia tribus annis maior erat, vt patet ſupra 7. c. Reſpondetur ꝙ Moyſes erat ſacerdos non ſm̄ ius commune primogenitorum, ſed ſecundum Dei ſpeciale priuilegium, qui eum omnium ſacerdotum principem fecerat, & hoc non ſolum dedit Deus Moyſi ſed etiam filijs Aaron: nam manifeſtū eſt ꝙ vnus ſolus de filiis Aaron primogenitus erat, ſed oēs quatuor ſacerdotes facti ſunt: vt patet infra 29. & Leu. & 9. & 10. c. Moyſes autē ante oſa iſta habuit priuilegium a Deo ſuper ſacerdotes, ſcilicet ꝙ ipſe tanquam m̄agnus ſacerdos cōſecraret eos, & vngeret, atque in eorum ſolennitate conſecrationis immolaret victimas, vt patet infra 29. & Leui. 8. & in alijs locis. Potuit ergo ante hoc altare conſtruere, & victimas immolare, quia omnium plena ſummaque proteſtas ei conceſſa erat. *Et vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea.* Non vocauit nomen eius Dominus ſimpliciter, quia iſtud nomen non eſt communicabile rebus irrationabilibus: ſed vocauit eū complexe, ſcilicet Dñs exaltatio mea, ideſt Deus eſt exaltatio mea, quia ex victoria contra Amalechitas exaltati ſunt: ſic vocantur alia loca cum connotatione nomine Domini, vt patet Gen. 22. c. vbi mons Moria vocatus fuit Dominus videt, quia ibi Deus vidit afflictionem Iſaac, & obedientiam Abrahę. Et Ezechi. vlt. c. vbi agitur de templo magno dicitur in fine: Et nomen ciuitatis illius Dominus ibidem. In Hebræo dr̄ hic. *Et vocauit nomen eius Dominis vexillum meum.* Ideſt Deus eſt quaſi vexillum meum in bello: nam ſicut bellatores confortantur videdo vexillum ſuum, & qñ illud præcedit in bellis ipſi libenter ſequuntur, & ſi vexillifer retrocedat alij procedere vltra non poſſunt: ita eſt de Deo, quo fauente, bella conficiuntur, quo abeunte, aduerſa cuncta ſequuntur. Et ſatis conuenit litera noſtra Hebræa, quia vexillum exaltatio, vel aliquid exaltatum eſt: dicens *Quia manus ſolius Domini.* Ideſt poteſtas Dei per ſeipſam deſtruet Amalec. Et ſi arguas contra: quia non manus Dei ſola deſtruxit Amalec, cùm Saul rex iuerit ad Amalechitas cum Iſraelitis, & deſtruxit eos in ore gladij: vt patet primo Regum decimoquinto capitulo. Ergo nō manus ſolius Dei. Reſpondetur quòd manus ſolius Dei fecit hoc, quia ipſa totam virtutem & poteſtatem ad hoc faciendum cōtulit: nam forte Amalechitæ erant ita potentes, ꝙ Iſraelitæ non preualuiſſent aduerſus eos, vel non ſufficiſſent eos delere penitus, niſi virtus Dei ſpecialiter affuiſſet. Alia litera habet. *Quia manus ſolij Domini.* Solium ſedes ſignat. vel thronum. Et eſt ſenſus quòd poteſtas throni Dei pu-

Primogeniti erant ſacerdotes ante Aaron.

Moyſes licèt primo genitus nō fuerit; tamen ſpeciali priuilegio erat ſacerdos.

pugnabit contra Amalec: nec tamen eſt intelligendū quòd Deus ſedet aut ſolium habebat, quia iſta conueniunt corporibus collocatis: Deus autem corpus non eſt, ſed purus ſpiritus: dicitur tamen thronus Dei, ideſt quædam tranquillitas Dei in ſeipſo ſine aliquo motu diſturbantium paſſionum, aut mordentium curarū. Et tunc poteſtas throni Dei contra aliquem pugnat, quando Deus in ſua trāquillitate exiſtens aliquem impugnat, vel delet: ſic factum eſt de Amalec, quē Deus quietus ſtans deleuit quando voluit miſſo contra eos Saule. Et ſic dicit Boetius de conſola. lib. 3. Metro. 9.

Stabilisque manens das cuncta moueri.

Et bellum Dei erit contra Amalec. Licèt bellum in quo deletus fuit totus populus Amalechitarum per Saulem geſtum fuerit, tamen Dei bellum dicitur, quia virtus Dei illud egit, vt ſupra diximus. *A generatione in generationem.* Ideſt ſemper vſque deleatur, quaſi dicat, nulla pax ei erat a Domino donec eum deſtruat, & ſic commendauit Moyſes Iſraelitis: vt patet Deut. 25. c. cùm dicitur. Memento quę fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Aegypto: quando occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant occideret, quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum. Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & ſubiecerit tibi cunctas per circuitum nationes in terra, quam pollicitus eſt tibi, delebis nomen eius de ſub cęlo: caue ne obliuiſcaris.

CAPITVLVM XVIII.

VMQVE audiſſet Iethro Sacerdos Madian cognatus Moyſi, omnia quę fecerat Dominus Moyſi, & Iſrael populo ſuo: & ꝙ eduxiſſet Dominus Iſrael de Ægypto: tulit Sephoram vxorē Moyſi, quam remiſerat: & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gerſan dicente patre: Aduena fui in terra aliena. Alter vero Elyezer: Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognatus Moyſi, & filij eius, & vxor eius ad Moyſen in deſertum, vbi erat caſtrametatus iuxta montem Dei, & mandauit Moyſi, dicens. Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adorauit, & oſculatus eſt eum: ſalutauerunt que ſe mutuo verbis pacificis. Cumque intraſſet tabernaculum, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta, quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Aegyptijs propter Iſrael: vniuerſumque laborem, qui accidiſſet eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. Lætatuſque eſt Iethro ſuper omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quòd eruiſſet eum de manu Aegyptiorum,

ſupra 2.

A Et ait: Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus Dominus ſuper omnes Deos: eo quòd ſuperbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta, & Hoſtias Deo, veneruntque Aaron & omnes ſeniores filiorum Iſrael, vt comederent panem cum eo coram Deo.

De pe. di. 1. c. venit. 88. diſti. c. 1.

B *Cunque audiſſet.* Deſcripta populi liberatione, hic agitur de eius ordinatione. Et diuidit in duas partes, quia primo deſcribitur aduentus Iethro conſulentis: ſecundo Moyſi conſenſum præbentis, ibi. *Altera die.* Circa primum. *Cumque audiſſet Iethro.* Habitabat Iethro in Madian, vt patet ſupra 2. c. & eſt terra Madian coniuncta deſertis Arabiæ, per quæ trāſibant filij Iſrael: maxime monti Sinai, in quo nunc erant, quia Moyſes paſcens gregem eius minauit eum ad interiora deſerti, & duxit in montem Sinai, vbi audiuit vocē Domini in rubo ardenti, qui non comburebatur: vt patet ſup. 3. c. & ideo cùm ambularent Iſraelitę per terram illā, audire poterat hoc ſatis cito Iethro in terra ſua Madiā. *Iethro.*

C

QVAESTIO. PRIMA.

ISTE Iethro vocatur multis nominibus, nam aliqñ vocatur Iethro, vt patet hic, & ſup. 3. & 4. c. Licèt etiā in hoc nomine lr̄a Hebraica faciat differentiā, quia aliqñ vocatur Iethro, vt patet ſup. 3. c. I litera Hebraica, & aliquando vocatur Iether: vt patet ſupra 4. c. in eadem litera Hebraica. Vocatur etiam Raguel: vt patet ſupra 2. c. cū dr̄ ꝙ ſacerdoti Madian erāt quatuor filiæ, & poſtea ſubiungitur, quæ cum reuertiſſent ad Raguel patrem ſuum: ex quo videtur ꝙ Iethro, cuius filiā accepit Moyſes, vocatus fuit Raguel, quia ipſe eſt, qui habebat filias ſeptem, de quibus accepit vxorem Moyſes. Etiā vocatus fuit iſte Obab, vt patet Nu. 10. c. cum dicitur. Dixitq; Moyſes Obab filio Raguel cognato ſuo Madianitidi: ſed nullum cognatum habebat Moyſes niſi Iethro: ergo Iethro eſt qui vocatur Obab. *Sacerdos Madian.* Poteſt vocari dupliciter ſacerdos, vno modo ſacerdos, ideſt potens vel princeps, & ſic dicitur 2. Regum. 8. c. ꝙ filij Dauid ſacerdotes erant. Conſtat tamen ꝙ ibi ſacerdotes non poſſunt dici, ideſt ſacrificia facientes, quia ipſi non erant de tribu Leui, ſed de tribu Iuda: nullus tamen audebat effici ſacerdos, aut attentare eorum officium, qui non eſſet de tribu Leuitica: vt patet Num. 18. c. vbi cùm ſacerdotium commendaſſet Deus Aaron, & filijs eius ait. Alienigena nō miſcebit̄ vobis, & poſtea ſubditur. Siquis externus acceſſerit occidetur: vocantur ergo illi ſacerdotes. i. principes, vel maiores. Alio modo accipitur ſacerdos, ideſt ſacra dijs faciens, aut Deo vero, & erat iſte Iethro ſacerdos iſto ſecundo modo in terra Madian, vt declarauimus ſup. 2. c. *Cognatus Moyſi.* Aceipit̄ cognatus pro ſocero. Erat nanque Iethro ſocer Moyſi, cū Moyſes accepiſſet vnā de filiabus eius. Cognatus autem proprie ſignat conſanguinitatem, hic autem ponitur vt nomen ſignans affinitatem. Quod autem pro eodē accipiatur hic cognatus, & ſocer, patet, quia idem, qui vocatur cognatus, vocatur ſocer. Nam ſupra 3. cap. vocatur Iethro ſocer, cùm dicitur: Moyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian. Vocatur autem cognatus Moyſi, ſupra quarto capitu. cum dicitur: abiit

Quare iethro multipliciter nominat.

Sacerdos dupliciter ſumitur.

Cognatus quid proprie ſignat.

Moyses, & reuersus est ad Iethro cognatum suum: sic vocatur hic, sic Numer.10.c.cùm dicitur: dixit Moyses Obab filio Raguel cognato suo Madianitidi. *Omnia, quæ fecerat Deus Moysi.* Duo audiuit Iethro, scilicet bona quæ fecerat Deus Moysi, & bona quæ fecerat Israeli. Et ista sunt distincta, quia Moyses non considerabatur solum, vt vnus de populo Israelitico, sed etiã vt quædam persona, ideo quædam beneficia pertinebant ad Moysen specialiter, quæ non erant beneficia populi Israelitici: nam beneficia populi Israelitici erãt, q̃ Deus eduxisset eos de Aegypto, & transduxisset per mare rubrum, & dedisset manna, & similia. Præter hęc tamen, quæ communia erant Moysi cum cęteris Israelitis facta fuerunt alia specialia Moysi. s. q̃ factus fuerit dux totius populi Israelitici, & q̃ data fuerit ei virtus faciendi miracula, & q̃ loqueretur cum Domino, & vt in magna reputatione haberetur coram omnibus, tam Aegyptijs quàm Hebræis: vt patet supra 11.c.cum dicitur: fuitque Moyses vir magnus valde in terra Aegypti coram omnibus seruis Pharaonis, & omni populo. *Et Israel populo suo.* Quæ bona fecerit Israel patet supra: vocatur Israel populus suus, quia Deus suscepit istum populum specialiter, vt peculiarem & specialem de cunctis populis terræ: vt patet infra 19.c.& Deut.7.c.& propter specialia beneficia istis exhibita, sic patet Deut. 4. cùm dicitur: Facta est aliquando huiuscẽmodi res, & si nunquam cognitum est, vt audiret populus vocem Dei loquẽtis de medio ignis sicut tu audisti, & vidisti, scilicet fecit Deus, vt ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam atque robustam manum. *Eo, quòd eduxisset Dominus Israel de Aegypto.* Istud erat primum & maximum beneficium collatum Israelitis simul, & erat maximum. Primo quia erat valde generale: nam nullus de Israelitis erat, qui hoc beneficiũ nõ participasset. Secundo quia maximum bonum eis conferebatur, scilicet libertas: nulla res n. est quantuncunque preciosa, quæ libertati comparetur. Iuxta dictum poetæ.

Maximũ benificiũ Israelitis collatum fuit eductio de Aegypto.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

In Aegypto autem existentes omnes Hebrei serui erant: cùm autem educti fuerunt, liberi effecti sunt. Item quia non solùm erat ista seruitus: sed etiam erat grauissima seruitus, cum dicatur: Fornax ferrea, & sic patet Deut.4.c.cum dicitur, q̃ Deus eduxit vel liberauit Israel de fornace ferrea Aegypti. *Tulit Sephoram vxorem Moysi.* Ante ista licèt Iethro sciret q̃ Moyses esset in Aegypto non ferebat ei vxorem, quia nesciebat de statu eius: vel etiam vtrum inde recessurus esset: & qa longe erat Aegyptus a Madian: terraaũt ista per quam nunc transibant erat coniuncta terræ Madian. s. deserti Sinai: nam Moyses cùm pasceret gregem sacerdotis Madian intrauit in interiora deserti veniens ad montem Sinai: ergo videtur q̃ mons Sinai modicum distabat a terra Madian. Poterat ergo leuiter nunc portare Iethro Sephoram vxorem Moysi ad eum. Etiam quia nunc Israelitæ transibant per desertum euntes ad tenendas sedes in terra Chanaan: si ergo non venisset nunc Iethro, oportebat vel nõ portare Moysi vxorem suam: vel ad terram lõginquiorem portare. Item quia nunc videbat Moysen generum suum prosperatum valde secũdum popularem existimationem, quia erat dux tantæ congregationis, ideo moueretur magis ad ducendum ei vxorem & filios: quia sic honoratiores essent. *Sephoram uxorem Moysi.* Ista erat maior de filiabus septẽ Iethro sacerdotis Madian: vt declarauimus supra 2.cap. *Quam remiserat.* Vt patet supra quarto cap. nam cùm tenderet Moyses de terra Madian in Aegyptum, ferebat secum vxorem suam, & duos filios super asinum: cùm autem peruenisset ad diuersorium, & Angelus Domini voluisset occidere Moysen propter filium suum non circuncisum, tulit Sephora acutissimam petram, & circuncidit carnem præputij sui, & tetigit pedes Moysi, & postea recessit a Moyse reuertens in terram suam Madian. Et licèt dicatur in textu ibidem, quòd dimisit eum: tamen non est intelligendum, q̃ Sephora Moysen inuolũtarium dimiserit: sed cõsensu Moysi factum est volente Deo nam ad illud negocium, quod Moyses expediturus erat, onus magnum erant vxor, & filij: cùm debeat in his vir expeditus haberi: & Moysi valde placuit, quòd vxor cum filijs redirent: nam non decebat illos portari in Aegyptum, quia esset suspitio contra eum, quòd non intenderet Israelitas de Aegypto esse educendos, cùm ipse duceret vxorem, & filios secum, quasi ad habitandum in Aegypto. *Quorum vnus vocabatur Gerson.* Hic repetuntur nomina filiorum Moysi cum interpretationibus suis, de quibus dicitur supra 2.c, Et iste Gerson fuit primogenitus, vt patet ex ordine eorũ. Etiam quia quando Moyses tendebat in Aegyptum circuncisus fuit in via Eliezer: alius autem erat circuncisus: ergo maior erat Gerson, quam Eliezer. *Dicente patre.* Idest quia dixit pater eius. s. Moyses. *Aduena fui in terra aliena.* Idest ego veni ad habitandum ad terram alienam: Moyses autem natus fuit in Aegypto: vt patet supra 2. c. ideo illa terra eius erat terra propria Aegypti: cum autem fugit de Aegypto propter timorem Pharaonis, cùm occidisset Aegyptium, vt patet supra 2. c. venit in terram Madian, quę erat sibi terra aliena, & in hac habitauit aduena 40.annis, quia iuit illuc, cùm esset annorum 40, & venit inde in Aegyptum cùm esset annorũ 80. vt patet Auctum 7. ca. *Alter vero Eliezer.* Hos duos filios habuit solùm Moyses in annis 40. quibus tenuit Sephoram vxorem suam in terra Madian. Et fuit iste secundus minor, qui circuncisus fuit in itinere eundo a terra Madian in Aegyptum: vt patet supra 4.c. *Deus enim patris mei adiutor meus.* Ista est interpretatio nominis, scilicet q̃ Eliezer signat id quòd Deus patris mei adiutor meus: & hoc dicitur quantum ad bona quę attingerat, aut quantum ad mala, quæ vitauerat: nam Moyses fuerat adiutus a Deo: quia effugerat gladium Pharaonis Deo liberante, sicut dicitur immediate. Eui tauerat etiam inimicorum suorum insidias. Attigerat etiam bona, ad quæ Deus eum adiuuerat: nam cùm ipse profugus esset de Aegypto in terram alienam, non expectabat recipi pacifice in aliqua terra, & dari sibi vxorem, & gignere filios. Magis tamen dicitur hic Deus adiutor quantum ad euitãdũ mala, in quę Moyses incidisset, nisi Deus adiuuaret. *Eripuit me de gladio Pharaonis.* Quia cùm ipse occidisset Aegyptium, & abscondisset in sabulo, notum factum fuit Pharaoni: qui eum comprehendere voluit, & occidere, sed ipse aufugit de terra. Vel secundum quòd exposuimus supra secundo & quarto capitulo, quòd Moyses postquam occidisset Aegyptium ductus est coram Pharaone, a quo cùm quereretur, quare illum hominem occidisset: respondit se iuste egisse non veritus animositatem regis: vt patet ad Hebræ. vndecimo capitulo, tunc cùm mandasset eum rex iugulari, spiculator percussus fuit aurisia idest cęcitate, vt omnia alia videndo solum Moysen non videret, & Pharao percussus stupiditate fuit, quòd licèt videret Moysen fugientem, & cuperet eum detinere, nunquam potuit mandare alicui de seruis suis, vt eum detineret, & sic specialiter Deus eum liberauit de gladio Pharaonis. *Venit ergo Iethro.*

Quo tempore Iethro venerit ad Moysen.

QVAE-

QVAESTIO. II.

DVBIVM est quo tempore Iethro ad Moysen venerit. Volunt aliqui, quòd venerit in primo anno egressionis de Aegypto, & ante datam legem. Et hoc suadetur, quia terra Madian est coniuncta deserto Sinai: vt patet supra tertio capitulo, quia Moyses pascens gregem Iethro soceri sui minauit eum ad interiora deserti deducens ad montem Dei Horeb, qui est mons Sinai. Existens ergo Iethro tam propinquus deserto Sinai, non est verisimile, quòd tardaret per annum ire illuc. Etiam quia dicitur in principio capituli, quòd cùm audisset Iethro cognatus Moysi, quæ fecisset Dominus Moysi, & Israeli populo suo: tulit Sephoram vxorem Moysi, & duos filios eius, & venit ad eum: sed ista, quæ referebatur Deum fecisse Moysi & Israeli, audiuit Iethro ante annum secundum exitus de Aegypto cùm esset ita propinquus deserto per quod transibat Israel: ergo non expectauit vsque ad secundum annum. Item in sacra scriptura nihil est credendum dici per anticipationem, aut recapitulationem, nisi cùm necessitas literæ hoc exigit, scilicet quia aliter veritas literę consistere non potest, nam si indifferenter possemus dicere esse anticipationem vel recapitulationem, tolleretur omnis certitudo narrationis historicæ quantum ad ordinem in sacra scriptura: quod valde inconueniens est: cùm ergo ponatur hic de aduentum Iethro ante dationem legis, intelligendum erit ipsum venisse ante dationem legis. Respondetur quòd vtrũ Iethro venerit ad Moysen Paulo ante finem anni primi exitus de Aegypto, vel in principio anni secundi: non est magna difficultas, vel differentia, quia non magis potest vnum probari quam alterum: sed quòd Iethro venerit ante dationem legis ad Moysen, videtur difficile. Primo quia dicitur in litera quòd Iethro accessit ad Moysen, cum castrametati essent apud montem Dei, scilicet apud montem Sinai: sed videtur quòd Iethro non inciperet iter, vt veniret ad Moysen in montem Sinai, nisi sciret iam ibi esse castra locata: ne cogeretur vagari post Moysen per desertum: si tamen nos demus, quòd venit Iethro in montem Sinai recedens de terra sua postquam sciuit esse Moysen in montem Sinai, impossibile erat, quòd veniret ante dationem legis: patet consequentia, quia licèt mons Sinai aliqualiter coniunctus sit terræ Madian: distat tamen a loco illo, in quo morabatur Moyses cùm Iethro per duas aut tres dietas, vt declarauimus supra quarto capitulo. Et patet quia cum Moyses pergeret in Aegyptum, & voluisset occidere Dominus Moysen propter Eliezer filius suum incircuncisum, cùm esset in diuersorio circuncidit eum Sephora mater pueri, & reuersa est cum filijs in terrã suam. Ex quo innuitur, quòd aliqualiter longe a ciuitate, in qua erat Iethro, contigit hoc de circuncisione pueri, & reuersione Sephorę. Sed post dicitur q̃ Moyses perrexit in Aegyptũ via, qua inceperat, & exiuit ei obuiam mandato Dei Aaron: inuenitque Moysen apud montem Dei, idest apud montem Sinai. Apparet ergo, quòd locus iste montis Sinai, in quo Aaron veniens de Aegypto obuiauerit Moysi, distaret per duas aut tres leucas. Si ergo debuisset Iethro tendere in montem Sinai cognito, quòd manerent ibi castra Israel, oportebat ad minus post sex dies a col locatione castrorum illuc accedere, quia cùm distet mons ille a ciuitate, in qua manebat Iethro per tres dietas, aut plus, maxime in parte eius elongatissima a terra Madian, quæ esset Aegypto propinquissima: nam apud illam castra fixa sunt: vt patet infra decimo nono capitulo, cùm dicitur: Profecti de Raphidim & peruenientes in desertum Sinai castrametati sunt in eodem loco ibi, quia Israel fixit tentoria e regione montis: si ergo die qua fixa sunt castra in monte Sinai recessisset aliquis de monte illo ad ciuitatem terræ Madian, in qua manebat Iethro, peruenisset illuc in tribus diebus, & tunc Iethro apparans se ad iter veniret in desertum Sinai in alijs tribus diebus, & sic elapsi essent dies sex a fixione castrorum quando veniret Iethro in castra Israel ad Moysen. Et tunc non potuisset venire ante dationem legis, quia lex data fuit tertio die postquam accesserunt ad montem Sinai, vt patet infra decimonono capitulo, cùm dicitur, quòd statim vt fixerunt castra apud montem Sinai, Moyses ascendit in montem, & dixit ei Deus: Vade ad populum & sanctifica eos hodie: & cras lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium, & tunc sequitur. Die tertio descendit Dominus coram omni populo super montem Sinai: necessariò ergo data fuisset lex isto modo, quando venit Iethro in montem Sinai. Sed de hoc magis dicetur infra decimonono capitulo, scilicet quòd fuit lex data sexto die, & tamen adhuc sic non poterat venire Iethro, quia nullus iret immediate ad dicendum Iethro venisse castra Israel in Sinai. Item dato quòd Iethro veniret ad montem Sinai antequam cognosceret ibi stare castra. *Quod non est verisimile, quia nollet per desertum incertus euagari.* Tamen non posset venire ante dationem legis, quia in litera dicitur, quòd quando venit Iethro exiuit ei obuiam Moyses, & illa die comederunt, & biberunt in lętitia, & sequenti die surrexit Moyses, vt iudicaret Israel a mane vsque ad vesperã, quod videns Iethro redarguit Moysen, quòd stulto labore consumeretur: & sic transit ista dies in iudicio. Deinde die altera inceperunt ordinare principes tribunos, & centuriones, & quinquagenarios atque decanos, & sic transierunt in his dies tres: primus in conuiuio: secundus in iudicio: tertius incipiendo ordinare de regendo populo. Si ergo Iethro venit ante dationem legis oportebat, vt veniret prima die qua castrametatus fuit Israel apud montem Sinai: sed hoc non conuenit, quia tunc in secunda die castrametationis Moyses surrexisset ad standum in iudicio de mane vsque ad vesperam, & in tertia die incepissent ordinare de principibus, & iudicijs populi: sed hoc falsum est, quia in prima die qua castra fixerunt apud montem Sinai mandauit Deus Moysi, vt purificarentur vsque in diem tertium lauantes singuli vestimenta sua, & abstinentes ab vxoribus suis: non est ergo vllo modo verisimile, quòd cùm mandarentur purificari, & solliciti esse ad recipiendum legem vsque in diem tertium, q̃ die præcedenti irent ad iudicium a mane vsque ad vesperam, quia contentiones forales, quæ fiunt in iudicio, & vocantur propriæ iurgia quasi iuris gartia, idest locutiones vel contẽtiones, tranquillitatem animæ opprimunt, & feruorem attentionem que spiritus circa Deum. Vnde in diebus ieiuniorum si licitè, & meritoriè fieri deberent, verabat Dñs repetitiones debitorum & iuridicas contentiones: vt patet Isaiæ 58.ca. cùm dicitur. Ecce in die ieiunij nudæ inueniuntur voluntates vestræ, & omnes debitores vestros repetitis: ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè: nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelsis clamor vester: nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam, nunquid cõtorquere quasi circulum caput suum & saccum & cinerem sternere: nunquid istud vocabis ieiunium & diem acceptabilem Domino? nonne hoc est magis ieiunium quod elegi dissolue colligationes impietatis, & solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe? Si ergo in ieiunio

Nil in scriptura p anticipationẽ dr aut recapitulationẽ nisi cũ necessitas cogit.

An Iethro venerit ad Moysẽ antedatã legem.

Primũ argumentũ.

Lex data fuit tertio die postq̃ in Sina venit.

2. Argum.

Trib⁹ diebus iudices constituit Moses & quales.

iunio quod frequentissime fit requiritur cessatio a litibus, & foralibus contentionibus, vt sit dies acceptabilis domino, & intendant homines in deũ: quanto magis eũ dari debuit lex, quę fuit vnum quid specialissimum cùm deberent audire Deũ loquentem: non est ergo vllo modo putandum, quòd præcedenti die ante legis dationem stetisset Moyses iudicando Israel a mane vsque ad vesperam: sed hoc sequitur si venit Iethro ante legis dationem, vt patet inductum ex superioribus. Item secundum ordinem datum superius oportuisset, quòd in tertio die postquam venit Iethro incepissent ordinare de iudicibus atq; principibus populi: sed hoc non potuit esse: quia die tertio post castrorum fixionem in monte Sinai data fuit lex, & ascẽdit diluculo Moyses in montem, vt patet infra 19. cap. Ergo nullo modo poterant illo die ordinare aliquid de principibus, vel iudicibus populi: ergo non venit Iethro ante legem datam. Et dato quòd dicamus legem datam sexto die, iste dies tertius erat, quo Moyses stetit cum Deo in monte, & descendens denunciauit Israelitis, vt se mundificarent vsque ad alterum diẽ tertium computando ab ipso die, & erat dies sextus mensis. Item quia quãdo venit Iethro in castra Israel, obtulit Domino holocausta, & hostias Domino, sed ante dationem legis non erat facta differẽtia inter holocausta, & hostias pacificas, pro delicto: ergo videtur quòd data erat lex distinguens sacrificia, de quibus in Leuitico. Item non potuit esse immediate aduentus Iethro ad Moysen post legem datam, quia data lege ascendit Moyses ad Dominum, & stetit cùm eo quadraginta diebus, vt acciperet legem in tabulis duabus lapideis, & acceptis tabulis, cùm descenderet de monte, inuenit adorasse populum Deos alienos, & confregit tabulas, & introiens in castra, percussit ipse, & Leuitæ qui iuncti sunt ei a porta castrorum vsque ad portam: & postquam hæc gesta sunt, conuocauit reliquũ populum, dicens eis, quòd volebat ascendere in montem ad orandum Deum pro eis, si aliquo modo dimitteretur peccatũ eorũ, & ascendit stetitque alijs quadraginta diebus continuè orans prostratus coram Domino, vt remitteret peccatum: & post istos secundos quadraginta dies mandauit ei Deus dolare tabulas similes prioribus, & dedit ei verba in illis, quæ fuerant scripta in prioribus, & sic transierunt in hoc plures quam 80. dies, de quibus omnibus Deut. 9. c. licèt Iudæi dicant fuisse dies 120. scilicet ter. 40. Et f'm illum numerũ descendit Moyses de monte in decima die mensis septimi anno primo egressionis de Aegypto. Sic aũt vocãt ipsi illum diem propitiationis, quia in illo die signatũ fuit primo, quòd facta fuisset remissio peccati de immolatione vituli, & fabricatione: secundum computationem aliam complentur dies in principio mẽsis sexti. s. in Augusto, ideo nõ posset venire Iethro ad castra, vt inueniret Moysen vsque ad mensem sextum eiusdẽ anni. Nisi forte dicas, quòd venerit 40. diebus post legem datam, quando Moyses descendit de monte, & confregit tabulas. Sed tunc non potest stare, quòd venerit, quia quando venit Iethro erat totus Israel in pace, ita vt exirent Moyses, & seniores ad salutandum Iethro in itinere; sed hoc non potuit esse verum de illo tpe, quando descendit Moyses de monte, quia tũc occidit Moyses 23. milia eorum, qui adorauerunt vitulũ, & voluerũt fabricare, vt patet infra 32. c. ideo tunc oẽs in planctu erant, nec poterant fieri ea, quæ dicũtur hic facta in aduentu Iethro. Item quia Iethro venit ad Moysen, & ordinauit cum eo populum quantum ad iudices, & post recessit in terram suam in secundo anno exitus de Aegypto mense secundo, quando Israel mouere volebat castra de monte Sinai, vt patet Num. 10. c. vbi posito, quomodo Israel disponebatur ad mo-

Aduentus Iethro nõ potuit esse immediate post dationem legis in monte Sinai.

Quia Iethro non venit ad Moysen post datã legem 40. diebus.

F mienda castra subiungitur, quòd dixit Moyses Hobab filio Raguel Madianitidi cognato suo. Profiscimur ad locum, quem Dñs daturus est nobis: veni nobiscum vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli: cui ille respondit: Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum. Et ille noli inquit nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris dux noster. Et licèt ibi nihil de hoc dicatur: tamen hic dicitur: quòd reuersus fuit in terram suam: videtur ergo, quòd in secundo anno, mense secundo reuersus fuerit. Cùm ergo Iethro reuerti proponeret in terram suam, non est verisimile quòd moraretur tanto tempore, scilicet vno anno cum Moyse, quia non re-
G linqueret tanto tempore domum suam, & dispositionem rei familiaris: consequentia patet, quia lex fuit data primo anno exitus de Aegypto mẽse tertio in principio mensis, scilicet die tertia, vt patet infra decimonono capitu. Et recessus de monte Sinai, quando recessit Iethro a Moyse fuit anno secũdo exitus de Aegypto mense secundo die vicesima mensis, vt patet Nume. decimo capit. deficiebant ergo tredecim dies ad complendum: stetisset ergo cum Moyse Iethro vno anno demptis diebus duodecim, vel tredecim, quod non est conueniens. Dicendum ergo est, quòd Iethro venit ad Moysen in desertum Sinai post datã legem. Quanto autem tempore post datam legem venerit. Respondetur, quòd non potuit venire ad mi-
H nus ante sextum, vel septimum mensem eiusdem anni exitus de Aegypto, vt supra probatum est, quia illis temporibus morabatur Moyses cum Domino in monte. Concludendũ ergo ꝙ venerit Iethro ad Moysen in montem Sinai in fine primi anni exitus de Aegypto. s. mense 12. vel in principio anni secũdi, & manserit cùm Moyse per mensem vel paulo plus in castris montis Sinai. Et tunc nullum inconueniens de suprapositis sequitur, & stabit conuenienter, quòd manserit cum Moyse vsque ad tempus, quo recedere debuerunt de monte Sinai, vt patet Num. 10. c. nec erat hoc multum tempus. s. manere vno mense extra patriam suam. Item quia veniente Iethro ad Moysen constituti sunt principes & iudices in Israel, vt patet hic, sed isti
I iudices, & principes constituti sunt qñ recedere volebant Israelitę de monte Sinai. s. in secundo anno: ergo illo tẽpore Iethro venit ad montem Sinai. Antecedẽs patet Deut. 1. c. dicitur ꝙ Dominus locutus fuit in Horeb idest in monte Sinai dicens: Sufficit vobis ꝙ in hoc mõte mansistis reuertimini, & venite ad mõtẽ Amorræorum. Et sic hoc erat, qñ recedere debebant, & tũc subiungit Moyses, dixique vobis in tempore illo, non possum solus sustinere, quia Dñs multiplicauit vos: nõ valeo solus vestra negocia sustinere, pondus ac iurgia: date e vobis viros sapientes & gnaros, quorũ conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes: tunc respondistis mihi: bona res est, quam vis facere, tulique de tribubus vestris viros sa-
K pientes, ac nobiles & constitui eos principes tribunos, centuriones, quinquagenarios, atque decanos: isti aũt sunt iudices, quos fecit constitui Iethro: ergo venit ad montem Sinai pauloante quã recederent inde Israelitæ, scilicet in principio secundi anni: isto viso facile est respondere ad obiecta. Ad primum quando dicitur ꝙ mons Sinai est proprinquus terræ Madian, ergo potuisset venire valde cito, scilicet ante datam legem, & non tardasset per annum venire. Respondetur ꝙ licèt mons Sinai sit propinquus terrę Madian, non tamen est ita propinquus quin distet duabus aut tribus dietis a loco, in quo morabat Iethro in terra Madian: vt supra declarauimus: non poterat ergo accedere Ietro ad montẽ Sinai ante legem datam: sed ad plus accederet

Quo tpe Iethro venit ad Moysen ĩ mõte Sinai.

Ad 1. Arg.

cederet ad montem Sinai tribus diebus, post datam A legem, vt inductum fuit supra. Quando autem dicitur, quòd non debuisset tamdiu morari ire illuc. Respõdetur, quòd forte Iethro erat impeditus aliquibus ex causis in terra sua, & non poterat illuc ire. Vel forte ipse per relationem aliquorum narrantium audierat quomodo Moyses non erat in castris, sed stabat cũ Domino in monte, & quia volebat ire ad Moysen principaliter, differebat itinerationẽ suam vsquequo Moyses quiete maneret in castris, ideo non curauit ire vsq; ad finem anni primi, vel principium secundi. Ad secun-
dum quando dicitur, quòd in litera dicitur: cùm audisset Iethro cognatus Moysi, quę fecisset Deus Moysi, & Israeli populo suo, tulit Sephoram vxorem suam, & duos filios eius, & venit ad eum: ergo videtur quòd ista B tim, vt audiuit ista Iethro, venit ad Moysen. Respondetur, quòd dato ꝙ Iethro venisset ad Moysen statim, vt ista audiuit: tamen non potuit venire ante legislationem. Nam Iethro veniebat ad Moysen quem sciebat manere in castris Israel apud montem Sinai, sed hoc posito nõ poterat ipse venire ante legem datam, quia tribus diebus postquam fixa sunt castra in mõte Sinai data fuit lex, vt patet infra 19. c. Ergo non potuit venire Iethro ante datam legem: etiam posito, quòd data fuerit lex sexto die mensis. Et si dicas: dato, quòd non venerit ante datam lege, mv venit tamẽ immediate post datam legem 8. vel 9. diebus. Respondetur, quòd, cùm ponitur hic: pro postquam, scilicet quòd postquam au-
diuit Iethro ea, quæ fecit Deꝰ Moysi, & Israeli, venit ad C Moysen in montem Sinai. Quantum ergo est ex natura istorum verborum non magis innuitur, ꝙ venerit Iethro immediate post datam legem, quàm in fine illius anni, quàm in principio sequentis, quia quodlibet horum est venire postquam audiuerit quæ fecit Deus Moysi. Sed vt communiter illi, qui talia verba audiũt, aut loquuntur, intelligunt immediate talia, vel talia fieri, scilicet postquam factum est hoc, factum fuit illud. Et isto modo hic intelligemus, scilicet quòd satis cito postquam ista audiuit Iethro, venit ad Moysen: tamen litera repugnat, vt patet ex probationibus supioribus. Ad tertium quando dicitur, ꝙ in scriptura sacra nihil credendum est esse per anticipationem, aut recapitulationem, nisi cùm necessitas literæ hoc exigit, aliàs tolleretur certitudo historica sacræ scripturæ. Sed hic ponitur istud c. ante dationem legis, ergo intelligendum est, ꝙ datum fuit ante dationem legis. Respondetur, ꝙ impossibile est sacram scripturam, vel aliquam aliam narrationem, quæ multorum gesta narrat, totaliter seruare ordinem temporum, quin aliqñ faciat recapitulationem, & anticipationem, vel nullam historiam integre, sed per minutissimas, & inutiliter enarrabit. Nunc ergo non valet ista ꝓsequentia, istud ca. ponitur ante dationem legis, ergo ea, quæ hic ponuntur, facta fuerunt ante dationem legis, quia tunc etiam sequeretur: istud cap. ponitur ante castrametationem filiorum Israel in monte Sinai, & patet, quia infra 19. c. dicitur, quòd venerunt Israelitæ apud montem Sinai, & ibi castrametati sunt, ergo ista quæ in hoc cap. ponuntur, gesta sunt ante castrametationem in monte Sinai, sed falsum est, quia in isto cap. dictiur quòd Iethro venit ad Moysen in desertũ vbi erat castrametatus apud montem Dei, scilicet apud montem Sinai. Respondetur ergo ad formam argumenti, quòd nunquam aliquid debet intelligi esse anticipatum, vel recapitulatũ, nisi cùm necessitas literæ hoc exigit, sed hic sic factum est, quia vt probatum est supra, necesse est, vt ista dicta intelligantur per anticipationem, cum deberent poni in libro Numerorum, fuit tamen hic anticipatũ, quia ea, quæ sequuntur in cap. sequenti, pertinent ad legis

Ad secundum argumen.

Ad tertium argumentum.

Sacra scriptura, & quelibet historia nõ potest totaliter ordinẽ in dictis seruare, quin aliquando recapitulationem, & anticipationem faciat.

dationem, & consequenter omnia, quæ in toto isto libro narrantur, pertinent ad datam legem. Ea etiam quę continentur in Leuitico sunt præcepta data in mõte Sinai, vt patet Leui. vlti. c. in fine libri: liber autem Numerorum, qui post hos sequitur, continet dispositionem castra mouentium de mõte Sinai, ideo in nullo loco melius dici potuit quàm hic. *Et filij eius.* Scilicet duo Gerson, & Eliezer: hos duos solũ habuit Moyses in terra Madian in quadraginta annis quibus ibi moratus est, & postquam Sephora ad eum reducta est, nullum filium genuit, & hoc quia forte ipsa erat iam inepta ad conceptum, cùm esset plurium quàm 60. annorum: nam Moyses iuit in terram Madian, cùm esset annorum quadraginta, vt patet Act. 7. c. Et immediate B Iethro dedit ei vxorem de filiabus suis præstito iuramento a Moyse, quòd habitaret cum eo: vt patet supra secundo c. seruiuit autem Moyses annis quadraginta Iethro, vsquequo mandato Dei redijt in Aegyptũ, vt patet Act. 7. c. & supra 7. c. quia quando Moyses stetit coram Pharaone erat annorum 80. sed tunc venerat de terra Madian. Istis ergo quadraginta annis tenuit Moyses Sephoram in vxorem, & insuper illo anno, qui intercidit inter reditum eius in terram suam, & inter reditum ad Moysen virum suum. Quando autem accepta fuit in vxorem a Moyse, esset plurium quàm 20. annorum, & fortè 25. vel 30. quia ista erat maior inter septem filias sacerdotis Madian, & omnes illæ septem filiæ erant iam ita magnæ, quòd pascebant gregem patris sui, vt patet supra secundo cap. esset ergo Sephora nunc quando reducta fuit ad Moysen annorum 60. vel 65. & sic pene inepta ad concipiendũ. Item quia Moyses rarissime accedebat ad vxorem, cùm loqueretur continue cum Deo: ideo nolebat ulla delectationis carnalis fęce ab illa Dei altissima contemplatione deprimi, vnde ex hoc habuerunt occasionem iurgandi contra Moysen Aaron & Maria soror eius, vt patet Nu. 12. c. cum dicitur, Locuta est Maria, & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Ethiopissam: nunquam ergo Moyses alios filios genuit post hos. *Ad Moysen in Desertum.* Vocatur terra montis Sinai deserta: quia nullus ibi habitat respectu terræ Madian, de qua veniebat Iethro, quæ habitata est: & sic dicitur supra D 3. c. cùm Moyses vellet ducere oues versus montem Sinai, dicitur, cũque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. *Vbi erat castrametatus apud montem Dei.* Idest in quo loco fixerat castra, vel posuerat, & hoc erat iuxta montem Dei. i. iuxta montem Sinai, qui vocatur mons Dei, quia in monte illo habitabat Dominus. Vel quia ibi apparuerat Moysi in rubo, vt patet supra 3. c. & ibi iterum apparere debebat in igne, qñ daret legem iuxta hunc montem iucũt castrametati Israelitæ, quia nullus de illis posuit castra super montem, cum esset locus indispositus, & laboriosus valde in ascensu: sed in valle iuxta montẽ, vbi loca erant planiora, & abundantiora aquis. Etiam quia Moyses nõ sineret eos accedere ad mõtem, quia scie-
E bat ibi legem dandam: & in die quo lex dari debuit, scilicet die tertio post castrametationem, aut sexto mãdauit Deus, ne quis auderet ascendere in montem, aut saltem tangeret terminos eius, & si quis tangeret mortem, moreretur. Ex hoc etiam patet, quòd supra dicebimus, scilicet quòd Iethro venerit ad Moysen post datam legem, quia venit illo tempore, quo Moyses manebat in castris apud montem Sinai: sed Moyses non fuit quiete in castris in monte Sinai cùm omnibus cõditionibus, quæ infra ponuntur vsque ad sextum, vel septimum mensem anni primi: ergo ante illud tempus non potuit esse, quòd venerit. *Et mandauit Moysi dicens.* Idest misit ad dicendum, quia non est intelligen-

Moysen nõ accedebat ad vxorem propter frequens colloquium Dei.

Nemo Israelitarũ castrametatus est supra mõtem Sinai sed prope illum.

gen-

gendum, quòd Iethro mandaret aliquid Moysi, cùm Moyses esset tantus vir, princeps tanti populi. Etiam quia verba ista, quæ dicitur mandasse Iethro Moysi, non pertinent ad præceptum cùm dicitur: ego cognatus tuus Iethro venio ad te. Sed pertinent ad modum indicantis: & non ad modum imperantis: & sic aliquę gentes dicunt vulgariter mandare, idest mittere: & hoc modo dicitur Genes. quadragesimoquinto capitulo, de Ioseph hortante fratres suos, vt ducerent patrem in Aegyptum, dicens: festinate & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: hæc mandat filius tuus Ioseph idest misit tibi ad dicendum, scilicet. Dominus fecit me dominum vniuersæ terræ Aegypti, descende ad me, ne moreris: & Nume. vigesimo capitu. dicitur cùm mitteret Israel legationem ad Regem Edom, dixit, hæc mandat frater tuus Israel, idest mittit ad dicendum, quia non est verisimile quòd Ioseph aliquid patri suo præciperet, aut Israel supplicãs pro ingressu per terram Edom nihil imperaret regi eius: & misit ad nunciandum Iethro aduentum suum per aliquem de eis, qui secum veniebãt, de quibus scriptura mentionem non facit, quia solùm curat de substantialibus narrationis, intelligendum tamen est aliquos viros venisse cùm Iethro ad honorandum eum, & comitandum, & ipsam vxorem eius, quia iste erat honor Moysi: nam si solus venisset Iethro cùm Sephora, & filijs Moysi, quoddã inhonestum atque diminutiuum status Moysi erat, ideo Iethro, qui vir prudens erat, cauit hoc. Et ex eadem causa misit ad dicendum Moysi, quomodo veniebat, vt reciperetur in castra honestius exeunte Moyse, & aliquibus alij in occursum eius. Circa hoc multum debet attendere vir prudens: nam licèt nullus debeat desiderare honorem pro seipso, debet tamen conseruare honorem, & statum alterius: nam sicut conseruare alterius diuitias bonum atque virtuosum est, & lędere aliquem in diuitijs peccatum est: ita, & fortius conseruare honorem alterius maior virtus est, cùm honor sit maximum bonum inter omnia infra bonum virtutis, quia ponitur maximũ bonum politicum, vt patet primo Ethicorum: cùm dicit, qui autem excellentes, & operatiui honorem: ciuilis enim vice fere, hic finis, idem patet 5. Ethicorũ vbi cùm Phylosophus poneret quid esset dandum bene regentibus pro tanto labore, respondet merces autem quædam danda: hæc autem honor, gloria: quibus vero non sufficiunt hęc isti sunt tyranni, & sic cum optimum regimen ciuitatis poneret tanquam optimã virtutis actionem, pro mercede huius dedit maximum bonum politicum, scilicet honorem, & gloriã, idest celebritatem nominis, ideo subiunxit, quòd si aliquis de rectoribus ciuitatũ non contẽtaretur honore, quæ est maximum bonum quod potest dare politia, iam tyrannus est. Propter hoc ergo si nocere in diuitijs furando eas peccatum est, maius valde erit nocendo in honore, scilicet tollendo alicui honorem suum. Apostolus ergo instruens nos bene moraliter viuere præcepit de honore proximorum curare dicẽs: Honore vos inuicem præuenientes. *Qui egressus in occursum cognati sui.* Vocatur Iethro cognatus, cùm tamen sit socer, quia istud nomen cognatus proprie est nomen significans consanguinitatem, vt cùm quæritur ab aliquo de qua cognationes es, sed hic ponitur large, vt signet omnem modum affinitatis. *Adorauit.* Idest inclinauit caput suum ad eum: quia licèt Moyses valde maior esset in honore: tamen virtus magna erat ei inclinare se coram alio minore: præcipue quia Iethro erat socer Moysi, & ex hoc habebat quendam gradũ maioritatis super Moysen generum suum. Item quia Iethro senior erat, & patet seniores reuereri maxime,

Comitatus Iethro ad Moysen venit vt vxorem Moysi honoraret.

Honor maximum bonum inter omnia infra bonũ virtutis.

Merces vltima bene regentiũ est honor & gloria, qui plus desiderat tyrannus est.

F quia Deus per Moysen dixerat, vt patet Leui. decimo nono capitulo. Coram capite cano consurge, & honora personam senis. Hanc autem inclinationem capitis sacra scriptura generaliter vocat adorationem. *Et osculatus est eum.* Prius adorauerat, idest inclinauit se coram eo, cùm iuxta se accederet, deinde osculati sunt, quia osculum pacis magni amoris signum est, ideo sponsa dulcissimi sponsi sui amore succensa eius osculum petit, dicens. Osculetur me osculo oris sui, vt patet in principio cantici canticorum. *Salutauerũt se mutuo.* Idest quilibet salutauit alterum, salutare enim est verba salutis dicere, scilicet quod aliquis imprecatur alteri salutem dicendo. Deus det vobis vtriusque vitæ prosperitatem atque incolumitatem, vel conseruet vos feliciter per G tempora diuturna, & cętera in hunc modum. *Verbis pacificis.* Idest verbis amicabilibus vel pertinentibus ad pacem, vt cùm aliquis alteri pacem imprecatur. *Cunque intrauißet tabernaculum.* Scilicet tabernaculum Moysi, omnes enim qui per desertum ambulabant habebant tabernacula, quæ vocantur papiliones, vel tentoria facta de ligno incerato aut de pellibus, vel aliàs qualitercunque poterant: Moyses autem erat in quodam tabernaculo. Sed distinguendum est, quia antequam factũ esset tabernaculum magnum in deserto, Moyses portabat quoddã paruum tabernaculum, quod ponebat extra castra totius populi; & super illud sedebat columna nubis, de quo infra 33. capitulo, dicitur Moyses tollens tabernaculum tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius tabernaculum fęderis: & omnis H populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fęderis extra castra. Cunq; egrederetur Moyses extra castra ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui: aspiciebatque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium: ingresso autem illo tabernaculum fęderis descendebat columna nubis, & stabat ad ostiũ, loquebaturque cùm Moyse cernentibus vniuersis: quia columna nubis staret ad ostium tabernaculi, stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum: cùm autem factum fuit magnum tabernaculum cessauit istud paruum, & tunc Moyses habebat tabernaculum suum apud atrium tabernaculi ad orientalem plagam ad ostium atrij tabernaculi, vt patet Nu. I c. 3. secundum autem quòd supra determinauimus. Iethro venit ad Moysen in fine anni primi exitus de Aegypto, vel in principio secundi. Si autem dicamus quòd in fine primi anni venit dicendum est, quòd tabernaculum Moysi erat tunc paruum tabernaculum fixum extra castra, quia tabernaculum magnum nunquam fuit erectum vsque ad primum diem mensis primi anni secundi exitus de Aegypto, vt patet infra 40. c. & ante erectionẽ huius tabernaculi semper manebat Moyses in tabernaculo paruo extra castra, ergo in illo suscepit Iethro. Si autem venit Iethro in secundo anno exitus de Aegypto: quia iam tabernaculum erectum erat, & Moyses habebat tabernaculum in K circuitu tabernaculi fęderis, oportebat, quòd ibi reciperet Iethro. De veritate horum supra dictum est, & magis dicetur infra trigesimotertio capitulo. *Narrauit Moyses cognato suo.* Idest Iethro socero suo, qui vocatur cognatus eius, idest affinis. *Cuncta quæ fecerat Deus Pharaoni.* Moyses narrauit ista Iethro multis rõnibus.

De tabernaculo Moysi.

QVAESTIO. III.

PRIMO, QVIA ista erant mirabilia Dei, & narrando ea dabatur laus DEO, & multiplicatur fama eius in gentes, quæ eum non cognoscebant. Secundo quia Moyses intendebat prouocare

Iethro ad amorem Dei veri, qui erat specialiter Deus Hebręorum, vt susciperet ritum Iudæorum: & per ista prouocari poterat, quæ monstrabant magnitudinem Dei super alios Deos gentiũ, qui conficti sunt. tertio dicebat ista ad congaudendum: nã iste est proprie actus amicorum, sicut ait Philosophus 9. Etic. ꝙ conuiuere sit actus amicorum, & subiungit, quòd conuiuere non est quemadmodum animalia in eodem pasci, sed mente, & verbo particpare: participatio autem in verbo delectabilis valde est, quomodo amici, qui absentes diu nouiter se vident temporum præteritorum actas calamitates, aut prosperitates narrant, vt gaudium vnius per enarrationem fiat gaudium alterius: & sic dupla suscipiat moramenta: vel calamitas enarrata per amici veri cõpassionem emollescat. Et sic dixit Darius, cùm confossus iaculis iaceret in limine mortis, cuidam de exercitu Alexandri, qui fortuitu in vallem illam deuenerat, vbi ipse curru abiectus iacebat, quòd desideraret videre valde Alexandrum, vt in colloquendo parua hora longas finiret querelas, vt patet per Galterum Alexandreidis libro sexto. *Cuncta, quæ fecerat Deus Pharaoni, & Aegyptijs propter Israel.* Scilicet in illatione decem plagarum magnarum, de quibus supra a capitulo septimo, vsque ad duodecimum, & de submersione eorum in mari rubro, de quo supra decimo quarto capitulo. In his omnibus tam Pharao, quàm Aegyptij patiebantur, vt patet in comminationibus plagarum, in quarum qualibet fit mentio de Pharaone, & seruis eius, & populo eius, scilicet quòd ad domos Pharaonis, & seruorum eius introirent ranæ, vel introirent cynifes, vel omne genus Muscarum. *Propter Israel.* Idest omnes istę punitiones, quę infligebantur solùm infligebantur, vt Pharao dimitteret Israelitas: vt patet in petitionibus Moysi, & comminationibus plagarum, in quibus pręmittebatur, quòd Pharao dimitteret Israel, quòd si nõ dimitteret Deus mitteret super eum talem aut talem plagam, & si à principio Pharao consensisset dimittere Israelitas ire ad sacrificandum, nulla ei, aut populo suo plaga illata fuisset. *Vniuersumque laborem, qui accidißet eis in itinere.* Iste erat labor, qui euenerat ex defectu ciborum; vt patet supra decimo sexto capit. & ex defectu aquarũ: vt patet supra decimo quinto, & decimo septimo capit. & ex impugnationem hostium: vt patet supra decimoseptimo, scilicet quando Amalech percussit de Israelitis eos, qui lassi resederant. *A quo liberauit eos dñs.* Nam licèt multi labores accidissent, tamen Deus liberabat eos, scilicet dando aquam dulcem in Mara, vt patet supra decimo quinto cap. dando manna in deserto Sin, vt patet supra decimo sexto ca. dando aquã in Raphidim, vt patet supra decimo septimo, liberando ab Amalechitis, & delendo, vel fugando eos in eodem loco. *Letatusque est Iethro super omnibus bonis.* Idest de omnibus bonis: quia quando, super ponitur ꝓ, de, construitur cum ablatiuo: vt ait Doctrinale in regimine ablatiui.

Cum super est pro, de, sexto coniungere debes,

Et subdit exemplum Virgilij Aeneidos libro primo in fine, scilicet,

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Idest quòd Dido regina Carthaginensium rogitabat multa ab Aenea Troiano de Priamo, & rogitabat multa de Hectore. *Quæ fecerat Deus Israeli.* Causa letandi erat, quia Iethro diligebat Moysen, qui erat ge-

Quare Moyses Iethro cũcta quæ Deus Pharaoni fecerat enarrabat.

A ner suus, quem Deus tantum magnificauerat, & propter eum diligebat omnes Israelitas: ideo lętabatur in omnibus bonis, quæ Deus eis fecisset. Item Iethro erat vir iustus gaudens super recte factis: & quia Pharao iniuste presserat Hebræos, gaudebat de eius pęnis: & quia Israel iniustè puniebatur, gaudebat de eius cõsolatione. *Et quòd eruißet eum de manu Aegyptiorum.* Educendo primo de terra eorum per signa portentaque magna in manu robusta, & brachio extento: vt patet Num. trigesimo tertio capit. Et postea liberauit eos de manu Aegyptiorum cum Pharao, & currus eius, & equites insecuti sunt Iudæos vsq; ad mare rubrum, & ibi interfecissent eos, nisi Deus protegeret interposita nubis columna vtrique exercitui, quæ B obtenebraret Aegyptios, & illuminaret Hebræos, ita vt ad se toto noctis tempore accedere non valerent: & aperto mari rubro Hebræi euaserunt, Aegyptij autem fluctibus demersi sunt. *Benedictus Dominus, qui liberauit vos.* Cognitis beneficijs diuinis assurgebat in laudes eius mente ei congratulando, quod Deus à nobis petit: non vult Deus, quòd beneficijs eius vicem reddamus: quia nec reddere possumus, & dato quòd possemus reddere non oportebat, quia Deus bonorũ nostrorum non indiget; vt patet Psal. decimo quinto, solam ergo gratiarum actionem, & laudem in his omnibus à nobis desiderat: quia etiam in his nos meremur: sic patet Psalm. quadragesimo nono. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua, & post C hoc: Sacrificium laudis honorificabit me, illic ostendam iter salutarium meorum. *Et de manu Pharaonis.* Quia tã Pharao, quàm Aegyptij volebant Hebræos occidere. Nam sicut cor Pharaonis induratum erat, vt patet supra nono cap. cum dicitur: qui timuit verbũ domini de seruis Pharaonis fecit cõfugere seruos, & iumenta in domos: qui aũt neglexit sermonẽ dñi dimisit seruos suos & iumenta in agris: & supra c. 10. dr̃: Ingredere ad Pharaonẽ, ego. n. indurauI cor eius, & seruorum illius. *Qui eruit populum suum de manu Aegypti.* Replicatio eiusdem sententiæ est, sicut sępe fit in scriptura, & est modus loquendi personarum affectarum ad aliquid: cùm enim ad aliquid magno amore aut ira vel detestatione aut qualibet alia passione prosequi- D mur: cùm illam passionem verbis enucleare volumus: quia sunt ea, quę sunt in voce earum, quæ in anima passionum notæ: vt ait Philosophus in principio Periarmenias: quia illa passio intensa est, ita vellemus eã intense explicare: & quia cùm semel in verbo proposuerimus nõdum intensioni passionis satisfactum est, quę plura verba desiderat, adhuc idem per eadem, vel alia verba explicamus. In alijs hominibus, qui nõ habent tales passiones, non fiunt eiusdem sententię frequentes replicationes. Sic autem Iethro magno amore affectus erat in Deum, qui tanta bona fecerat Hebræis, & tam iustè distribuerat inter eos, & Aegyptios. *De manu Aegypti.* Idest de manu Aegyptiorum: ponitur continens pro contento per E metonymiam, vt si dicamus Hispania pugnat contra Arabes, idest homines Hispani. *Nunc cognoui, ꝙ magnus dominus super omnes Deos.*

Nullã aliã retributionem Deus à nobis petit nisi, vt de acceptis beneficijs gratias referamus.

Aliqua passione laborantes idẽ sepius replicant.

QVAESTIO. I.

ET hoc loco redarguuntur illi, qui dicunt, quòd Iethro erat sacerdos Dei veri, cùm dicitur, ꝙ erat sacerdos Madian: vel ꝙ ante colebat Deum verum. Nam si ante coluisset Deum verum, vel fuisset sacerdos eius, non diceret, nunc cognoui, quòd ma-

Iethro nõ erat veri Dei sacerdos sed Idolorum

gnus dominus super omnes Deos. Sed respondebis quòd licèt antea Iethro fuit sacerdos Dei veri, & coluisset eum: tamen nunquam viderat, aut audierat eum talia mirabilia fecisse. Sed hoc nihil est, quia dato, quòd Iethro nunquam vidisset Deum talia mirabilia fecisse, aut audisset: si tamen ipse colebat eum, credebat eum esse verum Deum omnipotẽtem, & nullum esse Deum præter ipsum: aliter autem non coleret eum: satis ergo ante hoc sibi notum esse debuisset, quòd Deus erat magnus super oẽs Deos, cũ cuilibet colenti eũ constet nullũ esse Deũ p̃ter ipsũ. Dicendum ergo ꝙ Iethro ante hoc colebat Deos Gẽtium: nunc aũt audita tantorum miraculorum multitudine: quorum quodlibet naturæ potentiam valde excedit: & quæ nullus deorum suorum unquã fecit, confessus est hunc esse verum Deũ & magnum, alios aũt vel omnino Deos nõ esse, vel nõ tantæ potentię sicut Deus Hebręorũ. Fuit ãt iste Iethro conversus tũc ad cultũ veri Dei, & patet quia cõfessus fuit Deum Hebręorũ esse maiorẽ alijs dijs, & nõ solũ ore, sed ẽt opere; quia obtulit holocausta, & victimas, vt patet immediatè. Si aũt quæras vtrũ Iethro fuerit circuncisus, qa verum Deũ cognouit. Respondetur, ꝙ non; quia circunsio est signum distinctiũ populi Dei, & per hoc efficiebatur aliquis de populo Dei: si ergo recepisset circũcisionẽ, obligatus fuisset ad oẽs observantias Hebraicas; vt patet ad Gala. 5. ca. cum dicitur: Testificor enim homini circuncidẽti se, ꝙ vniuersæ legis faciẽdę debitor est: hoc ergo stante, si rediret Iethro ad terram suam, inter gentiles Idolatras non posset tenere ceremonias Hebręorum, quantum ad festiuitates, & alia, quę facienda erant in loco, quem elegisset dominus, scilicet vbi staret tabernaculũ eius: & quod deterius est, quia assuetudine inter gentiles nimia conuerteretur ad mores Gentilium, & ad colendũ Deos eorum: non ergo dimitterent eum Iudæi redire in terrã suam Madian: nec rogarent eum, vt veniret sed conpellerent venire. Contrariũ tñ est, quia rogabat Moyses socerum suum Iethro, vt non dimitteret eos, vt patet Num. 10. ca. cum dicitur: Proficiscimur in terram quam dñs daturus est nobis veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: cui ille respondit. Non vadam tecum sed reuertar in terram meã, in qua natus sum. Cui Moyses. Noli inquit nos relinquere, tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: cùm aũt ista rogasset, non potuit compellere eum, vt iret cum eis in terram Chanaan: sed reuersus fuit in terrã suam: vt patet in isto cap. si tñ potuisset eum compellere Moyses compulisset: non ergo fuit circuncisus, qa tunc non permisisset eum Moyses redire in terrã suã. *Eo quòd superbè egerũt contra eos.* Hoc refertur ad superiora. s. quòd Deus iuste valde puniuit Hebręorũ oppressores Aegyptios: quia iniuste valde, & superbè se habuerunt contra eos: nam Aegyptij nullum ius habebant super Hebræos, cum recepissent eos pacificè in terra sua, & propter eos liberati fuissent a sterilitate omnia consumente, scilicet per consilium Ioseph: vt patet Gen. 41. cap. nunc autem sola superbiã, & violentia oppresserant eos intollerabili seruitutis iugo. multa ergo mala propter tantam superbia merebantur. *Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi.* Portabat forte secum Iethro aliquos greges, de qbus accepisset pecora ad immolandum. Vel forte pastores sui pascebant gregẽ iuxta montem Sinai, sicut quondam fecerat Moyses, cùm pasceret oues eius, & de illis acciperet aliqua pecora. Vel forte emit ab Hebræis: vel ei gratis Moyses dedit. *Obtulit Iethro.* Fides enim de Deo per quam ei placemus: vt patet ad Hebrę. 11. cap. in corde solo est: sed quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confes-

F sio fit ad salutem: vt patet ad Rom. 10. cap. Iethro voluit istam fidem veri Dei profiteri, & fuit professus in ore, in quo est primum signum, cùm ea, quæ sunt in voce, earum quę sunt in anima sicut passionum note sint, vt ait Aristo. dicendo ea, quæ supra posita sunt. s. Benedictus dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum. Secundum signum, & vltimum est in opere, quod licèt non ita determinate explicet sicut vox: tamen magis assentimus operi, quàm voci in moralibus: vt patet decimo Eticorum in principio. Vnde si aliquis dicat abstinendum a delectabili, quod est in actu venereo, & ipse non abstineat, non creditur verbo eius: & sic veritates perdunt auctoritatem suã: quia impudicorum ore tractantur. Si aũt aliquis, quem prudentem existimamus abstineat a fornicatione, etiam si nulli dicat, quòd a fornicatione abstinendum est, credimus ei; sic dicit Philosophus vbi supra, scilicet in principio 10. Ethicorum. s. nẽ forte aũt non bene hoc dicitur: de his. n. quæ in passionibus, & actionibus sermones nimis sunt credibiles operibus. Cùm autẽ dissonant his, quæ secundũ sensum contempti verum interimunt: vituperans. n. delectationem, visus aliquando appetens inclinare vero ad ipsam, vt talem existentem omnes. Iethro ergo demõstrauit se in hoc signo habere fidem Dei cũ ei obtulit holocausta. Inter opera exteriora, quæ ad honorem Dei fiunt, nullum magis deitatis protestatiuum est, quàm sacrificia offerre. Nam alij actus, qui ad honorem Dei fiunt, vt adora-

H tiones, gratiarum actiones, laudes, & similia hominibus etiam dantur, aliquando etiam licitè: sacrificium autem nullus hominum quantumcunque erret alteri homini exibuit: sed aut Deo vero, aut illi, quem existimabat esse verum Deum. *Holocausta, & hostias Deo.* Iste ritus sacrificandi, quem nunc tenuit Iethro, non fuit secundum ritum, quo sacrificabatur dijs Gentiũ: sed secũdum ritum, quem tenebãt cultores veri Dei: nam alias suspectum esset sacrificium Iethro, quia putarent Hebręi quòd immolabat, & offerebat dijs Gẽtium: fuit ergo seruatus modus, quẽ tenebant Iudæi in sacrificando. Erant enim distincta in principio Leuitici tria sacrificiorum genera. s. Holocaustum, & hostię pacificæ, & victima pro peccato. Holocaustum fie

I bat ad solam laudem Dei simpliciter, hostiæ pacificę fiebãt tanquam gratiarum actiones pro pace recepta, aut quolibet alio bono. Victima pro peccato erat, qñ aliqũis peccabat cõtra ea, quæ in lege scripta sunt per ignorantiam: aut per aliqualem negligentiam, & sic de alijs casibus. In holocausto omnes carnes, & adipes cum homasis cremabantur: vt patet Leui. primo. In hostia pacifica pars cremabatur Deo, pars dabatur sacerdoti, & pars reseruabatur pro ipso offerente: vt patet Leuit. tertio, & septimo capitul. Iethro aut solum duo genera istorum sacrificiorum obtulit, scilicet holocaustum ad solam Dei laudem: cognita eius tanta magnitudine. Hostiæ, scilicet pacificæ oblatæ sunt ad gratiarum actiones pro tantis beneficijs collatis

K Moysi, & Israeli. Tertium autem genus, scilicet hostias pro peccato non obtulit. Primo quia non intẽdebat Iethro aliqua hic diluere facinora, sed solũ agere gratiarũ actiones. Secundo quia sacrificia p̃ peccato solũ fiebãt ĩ illis, qui totaliter erãt subiecti ritui iudaico: hoc autem non erat Iethro, quia licèt confessus fuerit Deum verum Hebræorum esse: tamen non suscepit circuncisionem distinctiuam populi eius a cęteris populis: vt supra declaratum est: ergo non attinebat ad eum facere sacrificium pro peccato, sed solùm alia duo. *Veneruntq; Aaron.* Tempore, quo venit Iethro in castra Israel ad montem Sinai Aaron erat consecratus summus sacerdos.

Duo sunt signa voluntatis nostrę. s. vox & operatio.

Inter omnia opera exteriora nihil magis deitatis protestatiuũ est, quã sacrificium.

Duo sacrificiorũ genera Iethro obtulit.

Te-

Tenẽdo ꝙ venerit ĩ principio secũdi anni. Quia in principio ipsius anni Aaron, & filij sui cum ipso tabernaculo consecrati sunt: & sic erat Aaron honoratissim' omnium Israelitarum. Et quantum ad aliquid erat maior Moyse cùm Moyses esset solùm Leuita, ille autem summus sacerdos. Quantum ad aliquid erat minor, inquantum Moyses erat Propheta maximus cui loquebatur dominus facie ad faciem, vt patet Numeri duodecimo cap. & quia erat dux totius populi, & iudex etiam ipsius Aaron: ponendo ergo Moysen tanquam caput totius Israelis, Aarõ erat in secundo gradu. *Et omnes seniores Israel.* Vocantur seniores Israel non omnes illi, qui erant prouectę ætatis, quia hoc nõ erat magnus honor: sed vocantur seniores omnes, qui erant magnæ auctoritatis in Israel, & ætatis maturæ: nam ætas matura conuenit perfectæ prudentię, vt patet in sexto Etichorum. Iuuenes autem prudentes non sunt, quia prudentia ex experientia fit. Experientia autem requirit magnum tempus, quod impossibile est præcessisse in iuuenibus. Et hic ponitur seniores, qui per excellentiam erant sensatissimi, de quibus non essent valde multi in Israel: licèt multi homines prudentes mediocriter essent in Israel. Hi autem propter honorem Moysi venerunt ad comedendum cum Iethro socero eius. *Vt comederent panem.* Nomine panis in sacra scriptura intelliguntur omnes ciborum apparationes: vt patet quarto Regum 6. cap. vbi petito pane sequitur: Fuit adducta magna ciborum præparatio: tanquam illa nomine panis significarentur. Et forte licèt dicatur hic, quòd iuerunt ad comedẽdum panem comederunt manna, quia in deserto solo manna aliti sunt, & panem non comederunt: vt patet Deute. vigesimo nono capit. tamen ipsum manna vocatur panis: vt patet supra decimo sexto capit. cum dicitur: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus: & tamen ibi loquitur de manna: & quia Iethro bonus vir erat, delectaretur in comedendo manna, quod vertebatur ad omne genus saporis, & delectamenti: vt patet Sapientię decimo sexto ca. Vel potest intelligi de panibus factis de triticо, quia de terra Madian fortè potuissent haberi, & non solùm comederent isti panem, sed etiam alios cibos, scilicet carnes: quia in deserto pecora multa portabant Iudæi: vt patet supra duodecimo cap. cum dicitur: Oues quoque, & armenta, & animantia diuersi generis multa nimis: imo oportebat ipsum Iethro comedere carnes, quia vt supra patuit, ipse obtulit holocausta, & hostias pacificas: sed ista erat lex in hostijs pacificis, quòd præter adipes, & renes, & caudam qui incẽdebantur Deo: vt patet Leui. 3. cap. & pectusculum, & armum: vt patet Leui. septimo, capit. qui cedebant in ius sacerdorum, cęteræ carnes cedebant in ius ipsorum offerentium, & comedebant eas coram domino: vt Leui. sexto, & septimo cap. De hostijs ergo pacificis, quas obtulit Iethro multę partes carnium ei veniebant pro se, & senioribus: & præter has multos alios cibos haberent, quos faceret parari Moyses. *Coram domino.* Deus vbique est: ideo vbicunque aliquod fiat coram domino fit: sed dicitur fieri coram domino id, quod fit coram aliquo loco, in quo Deꝰ specialiter dicitur esse: & quia Deus in tabernaculo facto per Moysen esse dicebatur specialiter: & maximè in altari sacrificiorum, vel in sancto sanctorum inter Cherubin, quæ coram istis loc is fiebant, coram Deo fieri dicebantur. De primo patet infra vigesimo nono cap. cum dicitur; Ad ostium tabernaculi testimonij coram domino, vbi constituam, vt loquar ad te, ibique præcipiam filijs Israel. De secundo, scilicet de propiciatorio in sancto sanctorum dicit Num. 7. ca. Cunque ingrederetur Moyses tabernacu-

In quo Aaron erat Moyse maior.

Iuuenes prudentes non sunt.

A lum fęderis vt consuleret dominum, audiebat vocem loquẽtis ad se de propiciatorio, quod est super arcam testimonij inter duos Cherubin, & inde loquebatur ei. Nunc ergo dicẽdum, sicut supra distinximus, quòd aut venit Iethro in fine anni primi exitus de Aegypto: & tunc non erat factum magnum tabernaculum, sed portabat Moyses quoddã tabernaculum paruum, qd̃ ponebat extra castra, & vocabatur tabernaculum fęderis: vt patet infra 33. cap. & dicerentur tunc esse coram domino si ibi comederent: quia erant coram columna nubis, in qua Deus loquebatur, vel verius Angelus loco eius: vt patet infra 33. cap. cum dicitur: Ingresso autem illo tabernaculum fęderis descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturq; cũ

B Moyse. Si autem dicamus, quòd venerit Iethro in principio secundi anni, quòd veresimilius est, dicetur quòd tabernaculum magnũ esset iam factum, & erectum, & intra illud comederit Iethro cum senioribus Israel: quia ipse obtulit holocausta, & hostias: ergo oportebat offerri in altari holocaustorum, quod erat in tra atrium tabernaculi, ad ostium tabernaculi, & circa altare oportebat, vt ipsi offerentes comederent carnes sacrificiorum, & sic dicerentur comedere coram domino, idest coram altari holocaustorum, apud qd̃ Deus loquebatur: vt patet infra 29. cap.

Altera autem Dei sedit Moyses, vt iu-

C dicaret populum, qui assistebat Moysi a mane vsque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet, quę agebat in populo, ait: Quid est, hoc quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam? Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei. Cunque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam

D præcepta Dei, & leges eius. At ille: Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est: vltra vires tuas est negocium, solus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea atque consilia, & erit Deus tecum. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum: ostendasque populo cęremonias, & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant:

E & opus quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: Quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, im-

Deut. 1.

Iudices cõstituit Moyses.

plebis imperium Dei, & præcepta eius poterit sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis Moyses fecit omnia, quæ ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicabant plebem omni tempore. Quidquid autem grauius erat, referebant ad eum: faciliora tantummodo iudicantes. Dimisirque cognatum suum; qui reuersus abijt in terram suam.

Altera autem die. Hic ponitur secundum, scilicet consensus Moysi præsidentis: nam licèt Iethro consulens aduenirет: nisi Moyses, qui presidens populi erat, consensisset consilio Iethro, nihil factum fuisset. *Altera autem die*.

QVAESTIO. V.

Quare Moyses nõ sedit illo die ad iudicãdum.

IN die qua venit Iethro non sedit Moyses ad iudicandum propter honorem Iethro: & sic facte sunt feriæ illo die: nam licèt forte in mane sedisset ad iudicandum, secundum quod consueuerat: tamen audito quòd Iethro veniret, surrexit infecto iudicio, vt occurreret Iethro, & postea eadem die ad iudicandum non rediuit: sequenti die, in qua non oportebat tantam solennitatem fieri Iethro, surrexit Moyses ad iudicandum, secundum quòd consueuerat. *Sedit Moyses, vt iudicaret populum*. In communicationibus hominum, quia non seruatur semper æqualitas, fiunt litigia, & querelę: & dato quòd fiat æqualitas, aliqui putant iustitiam esse iniuriam: ideo conqueruntur tanquam de iniusto simpliciter: legislatores vel rectores politiarum volentes illas saluas fore, laborant litigia per iustas leges conuenientes politiæ dirimere; & hoc maximè necessarium est in politia: nam sine hoc nullo modo stare aliqua politia saltem per valde modicum tempus: nam cùm quotidianę nascerentur dissensiones, & non esset aliquis, qui eas terminaret, necesse erat fieri discessiones a politia: vt ait Philosoph' 5. Politicorum: secundum dictum Christi: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur; & domus supra domum cadet: vt patet Luc. vndecimo cap. & ob hoc dixit Philosophus in 2. cap. tertij libri Politicorũ, quòd distributiuum iustitiæ, idest iudex magis necessarium est in ciuitate, quàm panis quantum ad esse ciuitatis, secundum quòd ciuitas: quia ergo populus Israel erat tantus populus, in quo si computentur omnes tam iuuenes, quàm senes, sine de Israelitis, siue de Aegyptijs ascendentibus cum eis, erunt plures quàm trigesies centum millia, & omnes isti poterant tumultuare: & maximè quia, dum maior communicatio est inter aliquos, tanto major ad litigandum occasio est: inter istos autem erat magna communicatio valde, quia tentoria eorum erant coniuncta, & ibant ad easdem aquas, & ad idem manna: & sic de alijs particularibus occasionibus litigandi, quæ imaginari non possunt, nisi cùm casus se offert. Ad tot ergo litigia populi indomiti legibus diriminda, necesse erat magnam valde esse occupationem: maximè quia iudex vnus solus erat; non ergo poterat ea finire, etiam si laboraret quotidie a mane vsque ad vesperam. *Sedit Moyses*. Ad iudicandum. Iudex sedere debet ad notandam maturitatem sententiæ, scilicet quòd nõ impetuoso animo, & præcipitato feratur sententia: sed cùm tranquilitate iudicij. *Vt iudicaret populum*. Scilicet ad determinandas causas totius populi venientis ad eum. *Qui assistebat Moysi*. Non est intelligendum, quòd totus populus assisteret Moysi iudicanti: nam valde superfluum esset: sed illi soli, qui causas habebant, assistebant Moysi: vt patet infra trigesimo tertio capit. cùm dicitur: Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. *De mane vsque ad vesperam*. Tanta erant negocia, quòd non poterant breuiter terminari, quia tantus populus erat, & vnus iudex solùm, nec erat aliquis iudex appellationum: ideo licèt aliquis se grauari crederet, non habebat quem per appellationem adiret. Sed nec necessarium reputabat hoc Israel: quia Moyses erat vir iustissimus secundum rem, & secundum eorum opinionem: ideo nullo modo existimare poterant, quòd ex fauore partium iura peruerteret. Rursus erat doctissimus vir, quia ei dominus ore ad os loquebatur: ideo non poterat deficere in aliqua causa populi iudicanda: & si forte contingeret eum nescire, quòd in tali causa determinandum esset consulebat dominum, qui respondebat: vt patet de duab' interrogationibus filiarum Salphaad, ad quarum neutram Moyses sciuit respondere, donec quæsiuit a domino: de prima patet Nume. vigesimo septimo, de secunda Nume. trigesimo sexto capitul. Tenebat ergo totus populus iudicium Moysi tanquã iudicium Dei: cùm autem dicitur a mane vsque ad vesperam, non est intelligendum sic strictè, scilicet quòd tota die persisteret in iudicio: quia necesse erat eos ire ad sumendos cibos, & ad aliquam quietem: sed est sensus, quòd Moyses confestim de mane surgebat ad iudicandum, & qui habebant causas veniebant ad eum: deinde cùm esset tempus sumendi cibos, ibant omnes ad refectionem corporum in cibis, & potibus, & alia quiete: deinde interiecto aliquanto spacio redibat Moyses ad iudicandum, & populus, qui habebat causas cum eo: & tunc perseuerabant vsque ad vesperam. *Quod cum vidisset cognatus eius*. Idest Iethro socer eius, scilicet quomodo solus cum tanto labore iudicaret populum. *Omnia scilicet, quæ agebat in populo*. Idest cum videret cunctos labores eius, quos solus sustinebat in iudicando totum populum. *Quid est hoc quod facis in plebe*. Bene videbat Iethro quid faceret Moyses in populo iudicando, sed quærebat, vt ex responsione congruentius, contra eum argueret: vel ista interrogatio est modus aliquorum indignatorum volentium alios redarguere tanquam male agentes: sic enim volebat Iethro redarguere Moysen. *Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur?* Quasi dicat duo inconuenientia sunt hic. Primum est immoderatus labor tuus: quia solus sedes ad iudicandum nemine adiuuante ad tolerandum labores. Secundum quia totus populus expectat inutiliter totam diem: si autem multi iudices essent, vtrumque inconueniens tolleretur. Primum quia Moyses minus laboraret: secundum, quia pluribus causas iudicantibus causæ citius finirentur: & non expectaret populus tota die, sicut nunc expectat. *De mane vsque ad vesperam*. Quia non possunt antea finiri causæ, imo nec tunc finiuntur. *Cui respondit Moyses*. Mitis valde erat Moyses: vt patet Numer. duodecimo capitu. vbi dicitur: Erat autem Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui

Iudex magis necessarium est in ciuitate q̃ panis.

Iudex cũ sentẽtiam profert se dere debet

Si contigeret, quòd Moyses aliquas causas determinare nesciret consulebat dominum.

mora-

morabantur in terra: ideo licèt aliqualiter aspere Iethro quæsiuisset mansuetè valde, & sine vlla indignatione respondit. *Venit ad me populus*. Idest aliqui de populo, qui inter se contentiones habent. *Quærens sententiam Dei*. Idest vt respondeatur sibi ex parte Dei quid in tali, aut tali negocio faciendum est: nulla enim certitudo maior, aut tanta est quanta certitudo verbi Dei: Ideo Iudæi volebant in singulis scire quid Deus mandaret: & quia Moyses erat Propheta eius familiarissimus, veniebant ad eum quærentes tanquam à Deo quererent. Non tamen oportet in omnibus Deum inquirere, nam licèt Deus omnia sciat, & respondendo nunquam fatigetur, nec ei vlla aduenìat fessio aut fastidium, tamen nos propter reuerentiam eius cauere deberemus, ne eum in omnibus inquietemus aut inquiramus; sed cum valde magna reuerentia, & necessitate hoc faciendũ est. *Cumque acciderit eis aliqua disceptatio*. Vocatur disceptatio verborum contentio: vt si aliquis dicat hoc bonum aut iustum esse: alius autem è contrario contẽdat iniustum esse: & sic propriè petitio, & responsio, & replicatio atque rationum conflictatio in iudicio disceptatio dicitur. *Veniunt ad me, vt iudicem inter eos*. Tanquam ego certissime inter eos iudicem, vt habens sermonem domini. *Et ostendam præcepta Dei, & leges eius*. Idest volunt ipsi certificari per Deum in quęstionibus suis: ideo quærunt à me, vt ego quæram à Deo, & ipse det præcepta, & leges in talibus causis: pro eodem accipiuntur hic præcepta, & leges, scilicet determinationes causarum: sed aliter, & aliter: quia determinatio data à Deo, secundum quòd applicatur ad illum casum, pro quo talis determinatio data est, vocatur præceptum Dei, tanquam regula specialis vnius actionis: secundum autẽ, quòd istud mandatum ponitur, vt quædam regula ad omnes similes actiones posteriores vocatur lex; sic patet Numeri vigesimo septimo capitu. cum respondisset dominus dando mandatum de filiabus Salphaad dicens: Iustam rem postulant filiæ Salphaad, subiunxit idem extendendo ad omnes filios Israel dicens: Ad filios autem Israel loqueris hæc, & postea conclusit: Eritque hoc filijs Israel sanctum lege perpetua. Sic etiam patet primo Reg. 30. capit. cùm Dauid diffiniret quęstionem illorum, qui quærebant vtrum de præda dandum esset aliquid manentibus ad sarcinas: respondit Dauid: Aequa pars erit descendẽtis ad prælium, & manentis ad sarcinas, & similiter diuident, & tunc subiungitur, quòd ista diffinitio extendatur ad omnes similes casus, cùm dicitur, & factum est ex die illa & deinceps constitutum atque præfixum, & quasi lex in Israel vsque ad diem hanc. *Non bonam inquit rem facis*. Idest Iethro dixit, non facis bonam rem: non volebat dicere Iethro, quòd Moyses faceret non bonam rem, idest malam: quia tunc Moyses peccaret mortaliter, quandocunque sic iudicaret: sed falsum est, quia iudicare iustè secundum se bonum est: maxime quia Moyses obseruabat omnes circunstantias, scilicet iudicando iustè cui debebat, & quando debebat, & propter quid debebat, & sic de alijs: non poterat ergo esse malus actus: sed vocatur non bona res, idest mala res, quia melius, & magis sine labore fieri poterat, huiusmodi bonum respectu maioris boni videtur habere rationem non boni, sicut in formis dicimus, quòd nigredo, quia imperfectior est albedine vocatur priuatio albedinis: è contrario autem in malis minus malũ respectu maioris mali habet rationem boni, & eligibilis, licèt non sit simpliciter bonum aut eligibile: quia ergo si Moyses posuisset multos iudices, congruenti', & magis sine labore eius, & magis sine fastidio populi iudicari poterant: nam populus, vel magna pars populi, quæ litigabat expectabat quotidie Moysen iudicantem à mane vsque ad vesperum, & nec sic expediebantur: positis autem multis iudicibus sine vlla expectatione causę celeriter finirentur: ergo malè fieri videbantur eo modo, quo Moyses ea faciebat. *Stulto labore consumeris*. Quando aliquis consumitur laborando, si labor iustus est, & quasi necessarius, rectè fieri videtur, vel saltem non malè: quando autem aliquis consumitur labore, & ille nihil proficit, labor ille stultus, & inutilis est: huiuscemodi iudicabat Iethro esse laborem Moysi, quia valde multum laborabat in iudicando: quia quasi per totum diem iudicio vacabat, quod valde affligeret: nam verbosę atq; clamosę litigantiũ contentiones aures fastidiunt pertinacia litigantium, qui interdum iure cognito assentire nolunt, & perugiles de componendo inter litigantes, atque diffinientes curę valde iudicem torquent; iste ergo labor consumptiuus valde est: sed & præter hęc inutilis, & stultus erat, quia sine tanto labore causę melius determinari poterant, quàm vt Moyses faciebat, & hoc ponendo pluralitatem iudicum. *Tu, & populus iste, qui tecum est*. Non solum consumebatur vano stultoque labore Moyses, sed etiam populus: nam Moyses stulto labore consumebatur solus tantum populum iudicando: populus autem stulto labore etiam tam diutius Moysen iudicantem expectando, non poterant omnes causæ qualibet die terminari, ideo quotidie expectare cogebantur, nec sic terminabantur, & labor durus erat tam Moysi, quàm populo, qui cũ eo erat. *Vltra vires tuas est negotium*. Idest labor iste, quem tu accipere vis, & quotidie accipis, vltra vires tuas est, idest magis quàm tu possis tolerare. Et hoc dupliciter: Primo quòd labor iste erat vltra vires Moysi, quia licèt Moyses eum nunc toleraret: tamen non posset eum semper tolerare, quia consumebat eum talis labor, sic dicitur supra: stulto labore consumeris. Secundo quia etiam si Moyses multum laboret, & non posset semper iustum laborem tolerare, tamen nullo modo poterat quotidie, aut in multis diebus explere istum laborem, quia tanta erant negocia populi, quòd non sufficiebat ipse aliquo modo ad determinãdum ea, ideo maioribus viribus indigebant, scilicet viribus plurium. Et patet quòd ista secunda expositio sit melior per id, quod sequitur, scilicet. *Solus illud non poteris sustinere*. Idest non solùm erit labor tuus in sustinendo, sed etiam tanta est magnitudo negocij, quòd tu nullo modo poteris sustinere, idest quòd non sufficies ad terminandum illud: sed requiritur, quòd alij ponantur, qui te adiuuent. *Sed audi verba mea, atque consilia*. Verba, & consilia pro eodem accipiuntur hic: sed vocantur verba inquantum solùm enarrantur, vocantur consilia inquantum proponuntur ad melius dirigendum statum alicuius: & quia Iethro volebat dirigere statum Moysi, qui laboriosus erat, & aliqualiter inutilis, dicebatur ei dare consilia. *Et erit Dominus tecum*. Idest & prosperaberis. Quandocunque ergo aliquis prosperatur, dicitur dominus esse cum eo: quia Deus est, qui prosperat hominem in operibus suis; sic dicitur Gene. trigesimo nono capitulo, de Ioseph, scilicet quòd Ioseph ductus est in Aegyptum, & emit eum Putiphar princeps exercitus de manu Ismaheliturũ, fuitq; dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: sic enim fuit de Moyse: quia ante vinebat in labore: nunc autem inuentus fuit modus, per quem vineret virtuose, & sine labore: ergo dominus erat cum eo, idest valde prosperatus erat. *Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent*. Aliquid pertinere ad Deum stat dupliciter: Vno modo, quòd illud dicatur à Deo Moysi, vt referret populo: alio modo pertinet ad

Iudæi volebant omnes causas per Moysem determinari quia ille a Deo quærebat.

Differẽtia inter ꝓceptum, & legem.

Quomodo Moyses malam rẽ faciebat solus iudicãdo.

Iudicũ labor magnus est.

Quãdo aliquis ꝓsperatur tunc dr̃ qꝫ dominus sit cum eo.

Ad Deum pertinere aliquid dupliciter dicitur.

Deum, quia talia negocia erant, quę non possent expediri per hominum iudiciũ, & requirebant diuinam sententiam, & ista debebat referre Moyses ad Deũ. Primo modo accipitur hic pertinere aliquid ad Deũ, vt patet in litera, cum dicitur; Vt re eram quæ dicuntur ad eum: ostendasq; populo ceremonias, & ritum colendi, viamque, per quã ingredi debeãt, & opus quod facere: & hoc modo accipitur supra 4. ca. cum dicitur: Loquere ad eũ, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius: & ostendam vobis quid agere debeatis; ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris in his, quę ad Deum pertinent: idest tu declarabis ei ea, quæ Deus dixerit. sic patet supra septimo cap. in principio: Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus: tu loqueris omnia, quæ mando tibi; ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Israel de terra sua. Quantum ad secundum modum patet, quia licèt Iethro diceret, quòd Moyses referret ad populum, quæ dicerentur à Deo: tamen non solum ista facere debebat, quandocunque esset dubium de obseruationibus legis in ceremonijs, & iudicijs legis ipse deberet diffinire: quia nullus alius erat, qui hoc posset determinare: & ad hoc pertinet quod dicitur: ostendasque populo ceremonias, & ritum colendi, viamque, per quã ingredi debeant, & opus quod facere: & hoc non est referre aliquid de his, quę à Deo dicuntur: sed docere ea, quæ pertinent ad ritum legis, & quantum ad hunc modum nihil aliud volebat dicere Iethro, quàm vt Moyses esset iudex in pure spiritualibus: alij autem quantum ad mere temporalia, vel aliqualiter mixta. *Vt referas, quæ dicuntur ad eum.* Idest ad populum: ista pertinent ad officium propheticũ: quia Prophetæ a Deo audiunt, & nobis audita referunt: & hoc pertinet ad primum modum essendi in his, quæ ad Deum pertinent. *Ostendasque populo ceremonias.* In lege Mosayca quædam erant, quæ partim in Deum partim in proximum ordinabant: alia quæ totaliter in Deum alia q̃ totaliter in proximum. Ad primum modum pertinebant præcepta decalogi, quia ea quæ erant in prima tabula secundum quandam assignationem, scilicet hebraicam, pertinebant solum ad Deum: & ea, quæ erãt in secunda pertinebant ad proximum. Licèt secundum nos aliter ordinentur tabulæ: quia in prima tabula ponũtur omnia affirmatiua, siue pertinentia ad Deum siue ad proximum: in secunda omnia negatiua, quæ ad solum proximum pertinent. Hoc tamen licèt aliqui putent sic apud nos esse, tamen non est sic, de quo infra trigesimo secundo cap. quocunque tamen modo ponantur, aliqua pertinent ad Deum, aliqua ad proximum, & si in istis aliquod dubium acciderent, pertinebat determinatio ad Moysen: quia ista erant a Deo data. Secunda, quæ ad Deum totaliter pertinent sunt cæremoniæ: nã cæremoniæ sunt quædam speciales obseruantiæ, per quas dirigebantur Hebræi singulariter, vel totaliter in Deum: qualiter sacrificare deberent, vel habere se in munditia, vel immũditia corporis respectu tabernaculi, & sic de ceteris. Tertia erant, quæ pertinebant ad proximum totaliter, & ista vocantur præcepta iudicialia: quia in iudicantibus dirigitur tota vita humana respectu proximorum, vt sibi non nocerent, & vitam quietam ducerent: hic autem mentio fit de ceremonijs: quia dixerat, quòd Moyses esse debebat populo in his, quæ ad Deum pertinent: & quia directe ad Deum nihil pertinebat magis quàm ceremonię, quæ ad eum solum dirigunt, vt declarauimus: ideo has proprie ponere debuit: *Et ritũ colendi.* Cæremoniæ comprehendunt omnes obseruationes secundum quas nos in Deum habemus; & quia ritus colendi, scilicet sacrificandi præcipuus est inter omnes cæremonias, iste magis inter alias cæremonias, & cæremoniarum nomine intelligi debebat, sed hic per se posuit: non est ergo intelligendum, quòd ritus colendi distinctus sit à cæremonijs: quia hic innitur distinctus poni, sed secundum modum scripturæ ponitur hic ceremonia in generali, & postea in specialibus subditur de istis ceremoniis, quæ ceremonię sint, quæ obseruari debent. Et dicitur, quòd sit ritus colẽdi, & sic de alijs: istam namque tanquam principalem expressit, & aliàs sub nomine generali retinuit. *Viamque, per quam ingredi debeant.* Quantum ad omnia agibilia, in quibus teneri oportet quandoque rectitudinẽ quæ est quasi via. Et sic dicit beatus Augustin. quòd aliquando est bonum errare in via pedum, sed nõ in via morum. *Et quid agere.* Explicatio præcedentium est cùm sępe eadem dicuntur per diuersa verba ad magis declarandum, vel ex modo communi loquendi. Et quantum ad hoc aliquo modo intelligi possunt præcepta iudicialia, quæ pertinebant ad tertium modum, scilicet quæ ad solum proximum expectant: nam licèt ista pertinerent ad alios iudices, quos Moyses constituturus erat: tamen declaratio eorũ circa quædam dubia, scilicet vtrum in tali, vel tali casu debeat intelligi illa lex, ad solum Moysen pertinebat, cùm ipse legem tulisset, & in casibus dubijs peteret determinationem per diuinum oraculum: principalia tamen inter omnia erant ceremoniæ, quæ ad Deum directius expectabant: ideo cùm ipse preponeretur in his, quæ ad Deum pertinent, curam talium gerere debebat p̃cipuam, ideo cæremonię principaliter nominatæ sũt. *Prouide autem de omni plebe viros.* Idest in toto isto populo inquire viros.

Ceremonialia ad Deum totaliter pertinent.

QVAESTIO. VI.

Eligere rectores populi cum magna diligẽtia fieri debet.

ISta namque inquisitio, vel prouisio cum diligentia magna fieri debebat propter duo: primo quia iste erat magnus actus, scilicet eligere rectores, & iudices totius populi, in quo maximus status populi pendet, & magnum periculum in hoc est: quia si rectores bonos institui contingat, populus est in magna prosperitate status sui; si autem mali instituantur, necesse est totum populum deperire: ideo cum magna diligentia inquiri debebant; quia vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendum, vt patet de elec. in 6. in c. vbi maius. Secundo magna cautela habenda est: quia multę conditiones requirebantur in ipsis eligendis: vt patet infra in litera, & Deut. primo; in quibus, & precipuè in aliquibus earum magna inquisitio habenda erat; scilicet vt si aliquis esset diligens munera, & similia: quia talia vitia in quibusdam non facile cognoscuntur. *Potentes.* Hoc potest dupliciter intelligi: vno modo potentes, idest potentes iudicare: posse autẽ sententiam dare cuilibet facile est: sed posse bene sententiare difficile est. Est autem bene sententiare in duobus, scilicet in intellectu recte determinante per prudentiam, & in voluntate recte eligente per iustitiam: iustitia namque per quã iusta facimus, iusta volumus, iusti sumus: & iustorum operatiui: vt patet in quinto Ethic. virtus moralis est in parte volitiua. Si enim aliquis sciat quid vnicuique distribuendum per democticam potentiam siue vim intellectus practici; & tamẽ habet malam voluntatem, scilicet q̃ non hẽt iustitiã informantem voluntatem, & inclinantem ad bene velle, nullo modo bene eliget; vt patet in viris peritis, qui peruertunt rectum iudicium, cum tamen ipsi cõgnoscant quid esset iudicandum. Rursus si aliquis hũ bonam inclinationem ad distribuendum vnicuique, quod suum est, non sit peritus in iure, vel in constitutionibus, vel consuetudinibus quibus aliqua gens, vel vniuersitas regi debet: non poterit recte iudicare. Requiruntur ergo ad hoc, quòd aliquis possit iudicare bene, verus intellectus quantum ad practicam existimationem, & recta voluntas ad bonam electionem, scilicet vt eligat bene sententiare, sicut nouit: nam sententiare secundũ quòd in iudicibus accipitur, est actus potentiarum executiuarum, scilicet potentiæ interpretatiuę, quę vocat vis locutiua: ideo ista operatio sequitur ex determinatione duarum virium superiorum, scilicet intellectus, & voluntatis. Et quantum ad istum modũ est dicendum adhuc, q̃ preter ista duo. s. quę sunt verus intellectus, & bona volũtas, requiritur quędã constantia, & vis aĩę, vt ipse iudex sit fortis animo, non formidans recte iudicare, & executioni mãdare sententiam propter aliquam personam: sed cogat omnes in virga ferrea, iuxta dictum. Psal. 2. Hoc autem est, quod communiter deficit in iudicibus: nam licèt multum iura cognoscãt, & bene iudicare velint, adeo molles, & formidolosi sunt, quòd propter magnas personas recte iudicare non audent, & cùm iura in minorib⁹ seruauerint, ad maiores iuris disciplinam non extendunt: & sic personarum acceptatores efficiuntur: tales autem iudices effici non debent. Nam sicut, si aliquis sit desiderans vtilitatem rei publicę, & honorem: si tã formidulosus est ad pugnam factã propter rempublicam ire non debet, vt patet Deute. 20. cap. ita si aliquis vellet recte iudicare, & non corrumperetur muneribus, si tamen formidolosus est, q̃ non audeat sententias contra magnas personas proferre, aut eas executioni mandare, non debet suscipere iudicaturam, sic patet Ecclesiast. 7. cap. Noli effici iudex, nisi virtute valeas vitia corrigere. Si autem aliquis cognoscens se formidolosum, & non potentem corrigere vitia, velit effici iudex, vel libenter suscipiat iudicaturam oblatam, peccat: quia illud suscipit ad quod se inhabilem cognoscit; & hoc valde magna culpa est. Idem dicendum est quãtum ad aliàs dignitates requirentes iurisdictionem, & maximè spirituales: nã si aliquis velit suscipere talem Episcopatum, vel cõsentiat sibi dari, in quo sunt tales personæ, quas ipse se posse corrigere desperat, vt sæpe accidit, vt pote quia potentes sunt, & magnum fauorem habentes apud dños seculares, & alios maiores prelatos Ecclesiasticos, peccat valde: quia voluntariè suscipit, vel suscipere procurat id, in quo quæ status requirit facere nõ potest. De mollibus autem, & remissis dicere non attinet, quia per se notum est; nam si aliquis remissus, vel mollis, qui magnum vigorem animi in corrigendis vitiis non apponat, Episcopatum suscipit, mortaliter peccat: nisi suscipere cogatur a prelato: nam tunc tenetur se disponere melius quo potuerit. Et quod plus est dato, quòd aliquis cognoscens se inhabilem ad corrigẽdum peccata, & veraciter sic sit si Episcopatum recipiat, aut procuret, & suscepto Episcopatu Deus eum faciat habilem ad corrigendum, & semper bene corrigat: tamen in suscipiendo peccauit mortaliter: quia posteriora non tollunt priora, idest nõ possunt facere, quòd non fuerint priora: in hoc ergo, quòd consensit aliqs recipere Episcopatum, ad quem certe se videbat inhabilem peccauit: quidquid autem postea euenerit nõ potest tollere, quin iste peccauerit. Alio modo potest intelligi, quòd iudices sint potentes, idest quòd sint maioris potestatis, quàm ceteri populares: nam ceteris paribus melius potentes iudicabunt, quã vulgares, & impotentes: nam impotentes despectui habentur: & si ipsi bene sententient, tamen non potuerunt sententias executioni mandare, & tunc idem est, sententiam non ferri, ac executioni non mandari: imo peius est ferri, & non tradi executioni: quia tũc sequitur contemptus legum. Etiam quia si sint impotentes iudices, dato quòd boni sint, magis contra eos est præsumptio: quia timore potentiũ iura distorqueãt, ꝓtra iudices potentes. Obseruatis ergo alijs ꝓditionib⁹. s. quòd non sequaẽt auaritiam: melius est esse potentes, quàm pauperes, vel impotentes. Et isti vocantur Deute. primo cap. nobiles, quia nobiles, vt communiter ignobilioribus potẽtiores sunt: vel quia maioris auctoritatis & reuerentiæ sunt propter generis claritatem, & conuenientius eis iura dicentibus obtẽperabitur quàm alicui ignobili, vel de plebe viro. *Et timentes Deum.* Moyses cùm ista retulit postea in recitatione Deutero. non seruauit eadem verba: sed tenuit principalem sententiam vocando viros sapientes, & gnaros, & nobiles, qui ad ista, quæ hic dicuntur, satis facile reduci possunt: recte autem dixit, timẽtes Deũ: nam supra posuerat quòd iudices deberent esse potẽtes, idest magnæ potestatis: si autem isti viri potentes Deum non timeant, cùm ex potentia sua homines non timeant, ad omne iniuriarũ genus deuoluentur: ideo debuit addi, quòd Deum timerent: in hominibus autem impotentibus nõ erat hoc tam necessariũ: nam licèt Deum non timeant, tamen homines timebunt: ideo non poterunt ad iniurias deuolui faciliter. *In quibus sit veritas.* Veritas potest accipi dupliciter; vno modo pro conformitate signi ad signatum, siue p̃ conformitate obiectorum positorum in esse cognito ad rem extra secundum alium modum loquendi, & isto modo veritas pertinet ad intellectum speculatiuum: & tunc est sensus, quòd isti iudices debent habere veritatem, idest debent habere scientiam iuriũ aut constitutionum alicuius vniuersitatis, vel populi, scilicet quòd sicut ad extra se habent in re ipsa iusta, ita ipse intelligat, scilicet quòd sicut hoc, quod est fornicari est iniustũ, ita ipse intelligat esse iniustum, & hoc est conformiter se habere res ad intellectum, sicut signatũ, scilicet ipse res ad propositiones mentales, quæ sunt signa, vel ad vocales prolatas in sententiando, & hoc est esse sapientem. Alio modo accipitur veritas, prout est quędam virtus moralis in parte volitiua, de qua Philosophus in fine secundi Ethicor. & in fine 4. Et ista dicitur secundum analogiam ad veritatem primam, quæ est veritas speculatiua: nam sicut in illa est conformitas signi ad signatum; ita hic consistit veritas in volendo aliquam rem demonstrare sic esse, sicuti est. Et hoc est in duobus, vt ait Philosophus vbi supra. s. in sermonibus, & in operationibus. In sermonibus autem quãtum ad modum sunt iactatores, qui dicunt de se gloriosos actus, vel gloriosam prosapiam aut aliquid alterum expressiuum magnitudinis, cùm tamen ipse dicẽs sciat nihil tale sibi inesse. Est autem hic contrarium duplicis veritatis, scilicet veritatis speculatiuæ inquantum non se habent sic signata, idest res extra, sicut signa, idest illę propositiones signãtes, sed in corruptione huius veritatis nullum peccatũ est, quia sicut ista veritas est purè speculatiua, & finis speculatiuę, vel theorię, vt ait Philosophus in secundo Meta. ita falsum quod opponitur isti veritati pertinet ad intellectum speculatiuum, ideo in actu eius nullo modo est peccatum, aut bene agere, cùm peccatum, vel bonus actus nascatur de ratione libertatis, quę formaliter est in potentia volitiua. Secunda veritas, quæ corrumpitur est veritas, quæ est virtus: nam veritas ista consistebat in volendo demonstrare sic se habere res in nobis, sicuti se habent: mendacium autem oppositum pertinens ad fictionem, vel ironiã, quæ sunt extrema: vt patet in 2. & in 4. Ethic. est quia volumus demonstrare res sic se habere, vt se non habent, & in hoc est peccatũ; quia voluntatis hoc est, scilicet velle aliter demonstrare, quàm sit: & non peccat hic intellectus

Quod est illud quod passim ĩ iudicib⁹ hodie deficit.

Prælati vt peccant dignitates suscipiendo.

De mollibus, & remissis judicibus.

Pericula episcoporũ, & prælatorum.

Cõueniẽs est iudices esse potẽtes.

Veritas p̃ut é cõformitas signi ad signatũ ad intellectum speculatiuum pertinet

Veritas p̃ut est virt⁹ moralis est in parte volitiua.

tellectus speculatiuus, vel non deficit: quia quando intelligit rem esse, vt est: & tũ demonstratur esse, vt non est. Est etiam circa operationes ista veritas, & mendacium oppositũ: nam sicut aliquis demonstrat intentionem suam per verba: cùm, sũ Philosophũ primo Periermenias, sint ea, quę sunt in voce earũ, quæ ĩ anima passionũ notæ: ita potest demonstrare per facta: quia facta sunt ab anima imperante: ideo manifestant aiam facientem: licèt verba sint magis determinata signa, & in eis magis committatur mendacium. Quod magis declarauimus Gen. 27. ca. vbi egimus de fraude Iacob in subripienda benedictione: quandocunque ergo aliquis faciat aliqua, quæ pertinent ad bonum virum, ex hoc demonstrat se bonum virum: cũ aliquis facit ea, quæ pertinent ad solum sacerdotium demonstrat se pure sacerdotem. Si ergo aliquis velit facere ista, vt putetur esse sacerdos, cùm tamen non sit: etiam si ore nõ confiteatur se esse sacerdotem, mendax est: & peccat mortaliter, secũdum distinctionem factam Gen. 27. cap. Et hoc maximè fit in habitu cùm aliquis malus vir boni & religiosi viri habitum induit, vt religiosius putetur, mendax est, & peccat mortaliter. Et isto modo vocamus aliquos hipocritas, quia longe aliud sunt, quàm in verbis, aut habitu prefigurent: & hos vocat Philosophus fictores: in omnibus his ergo mendacium est, siue verbis, siue factis, sine habitu, habitus tamen ad facta reducitur. Et sciendum, quòd veritati, quæ est prima, scilicet speculatiua non opponitur mendacium, quia mendacium peccatum est, & per hoc pertinet ad voluntatem. Veritas autem speculatiua nullo modo pertinet ad voluntatem: ideo id qđ sibi opponitur, non pertinebat ad voluntatem: & sic dicendum, quòd illi veritati opponitur falsum, & non mendacium. Veritati autem morali, quæ ponitur in effectiua, opponitur mendacium: ideo dicendũ, quòd mendacium, & falsum non conuertuntur: quia ad diuersas potentias pertinent: licèt in omni mendacio falsum sit: quantũ ad rem substãtiã relatã ad voces signãtes, vel ad facta: siue habitũ: quia aliter se habet res extra, quã voces, aut facta, vel habitus; non tamen est ibi falsum cõparando rẽ substantiam ad conceptas, siue mentales propositiones: quia sicut res se habet, ita intelligit, licèt aliter signare extra velit: hoc autem pertinet ad diuersitatem intellectus practici, & speculatiui. Indices ergo istas veritates habere debent, scilicet primam speculatiuam, de qua diximus, vt ita intelligãt iustum esse sicut iustum est. Secunda veritas debet esse in eis. s. vt quemadmodum conceperint putantes, vel rectè arbitrantes hoc esse ius, vel illud, ita extra signent, vel ita in actibus suis gerant. s. q̃ aliquis iudex cognoscens aliquid esse iniustũ, non debet illud agere tanquã per hoc demõstret esse iustũ. Debet etiã habere veritatem in habitu. s. vt non gerat habitũ demonstrantẽ eũ esse altioris vitę aut professionis quã sit. Alij aũt dicunt, q̃ veritas est triplex. s. veritas vitæ: veritas iustitiæ: & veritas doctrinæ siue disciplinæ, vt alij dicũt. Veritas vitæ est, quòd aliquis viuat secundum conformitatem ad rectam rationẽ fundatam in præceptis diuinis, & iuribus humanis, & ista vocatur veritas secundũ analogiam, quã habet ad veritatem speculatiuã cõsistentem in conformitate signi ad signatũ. Alia est veritas iustitię, scilicet in reddendo vnicuiq; quod suũ est, & pertinet ad habentes iurisdictionem, secundũ q̃ ita iudicant, vt in iuribus est scriptum, aut constitutũ, vel consuetum. Tertia est veritas doctrinæ, secundum quam aliquis ita docet, vt veritas se habet, in quacunque arte, aut consideratione doceat. Aliqui vocant istam veritatem disciplinæ, & dicunt pertinere ad prelatos. De his veritatibus distinguit glosa extra de regulis iuris in capitu. qui scandalizauerit, & ibi ponitur

Verba sũt magis determinata signa voluntatis. & intellectus q̃ facta.

Veritati speculatiuę nõ opponit mẽdaciũ, sed falsitas.

Mendaciũ & falsum non cõuertuntur.

Triplex est veritas.

F quomodo ab aliqua istarum veritatũ recedere liceat. Omnes istę tres veritates possunt reduci ad veritatem, quæ est virtus moralis, inquantum in eis aliquo modo peccari potest: tertia tamen veritas istarum, scilicet veritas disciplinæ potest reduci ad veritatem speculatiuam. Nam si veritas doctrinæ consideretur in se re ipsa, scilicet secundum cõformitatem rerum de quibus est doctrina ad sola verba docentis, est veritas speculatiua, vel falsitas. Si autem considerentur ipsa verba doctrinæ ad voluntatem docentis, secundum q̃ vult sic, aut sic docere, pertinet ad veritatem moralẽ, quę est virtus: omnia ista potest intendere litera ista, in quantum dicit. *In quibus sit veritas*. Scilicet intentio principalis literæ est, quòd isti iudices eligendi debent esse tales, in quibus sit veritas, idest qui cognoscant veritates rerum iudicãdarum, scilicet quam sententiam debeant imponere in qualibet causa. Et hoc pertinebat ad primam veritatem, scilicet ad speculatiuam, quia licèt consideratio iurium sit practica secundum se, quia iura non sunt, vt sciantur, sed vt secundum ea homines regulentur; potest tamen esse speculatiua consideratio de iuribus, vt si aliquis consideret iura solum, vt cognoscat aliquas veritates, scilicet quod est iustum, & quod iniustũ, non referẽdo ad operationem. s. vt per tale ius regulemur, vel non regulemur. Et isto modo omnes addiscentes iura, dum addiscunt, sunt artifices speculatiui: quia licèt ipsa consideratio iurium de se determinetur ad practicũ, quia cum speculatiuum & practicum differant ex fine, & non ex obiectis: vt patet ex 2. Meta. Aristo. quilibet iurista potest esse speculatiuus, si solum vult scire aliquã legem, non vt per eam regulet, sed vt intelligat veritatem iusti, & iniusti: & sic cognitio ista veritatum iudicialium est speculatiua: licèt postea in applicatione ad agibile regulabile dicetur practica. *Et qui oderint auaritiam*. Nihil est quod magis iudicum peruertat sententiam quàm receptio munerum, quę pertinet ad auaritiam, sic dicitur infra 23. ca. Non accipias munera, quę excęcãt oculos, & subuertunt verba iustorum. idem patet Deut. 17. cap. & sic Deus exprimens causã destructionis Ierusalem, & totius Iudęæ, & captiuationis in Babylonem, dixit Esa. 1. cap. Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, & sequuntur retributiones: hanc autem Arist. precipuè admonuit alumno suo Alexandro esse fugiendam: quia inter cętera vitia monstriparę noctis vitio, nihil est corruptius isto: si enim pecuniæ amor obtinuit semel in aula cùr ritur in facinus leges non curia curat: de quibus Galterus Alexandreidis libro primo. *Et constitue ex eis tribunos*. Hic ponit distinctionem in iudicibus. Primi autem inter iudices vocantur tribuni; quia sunt maiores, plures habentes sub iurisdictione sua. Et dicuntur tribuni, qui habent sub se mille: alij aũt iudices minores sunt.

Iura non sunt vt sciãtur; sed vt secundum ea homines regulentur.

Nihil ẽ qđ magis rectum iudicium impediat quam auaritia.

QVAESTIO. VII.

K Sed quæritur, quomodo accipiantur isti tribuni, aut centuriones, vel quinquagenarij, aut decani: quia cum dicatur tribunus, qui præest mille, & centurio, q̃ pręest centum, queritur de quibus accipiuntur isti cẽtum, quibus erat iudicans, vtrum computãdo omnes viros aptos ad bellum, vel considerando omnes habẽtes discretionem siue iuuenes, siue senes, vel vtrum computẽtur iuxta omnia capita cuiuslibet domus, sicut computabantur supra duodecimo capitulo, capita cuiuslibet domus ad celebrandum Phase, vt videretur si domus esset sufficiens ad comedendum Agnum: sic computabantur supra decimo sexto capitulo, capita ad accipiendum manna, ita vt per singula capita daretur vnum Gomor. Non potest hic

Qualiter accipiantũ iudices, & tribuni, & centuriones & cętera an omnes cõputentur qui ad bellum sunt apti: vel non.

hic accipi isto tertio modo, quia, non acciperentur tribuni, quantum ad omnia capita populi, sicut computabantur ad comedendum manna, vel agnum paschalem, sed hoc non daretur, quia oportebat, quòd pro pueris acciperentur tribuni, & centuriones, & nõ solùm pro his, sed ẽt pro mulieribus, & paruis puellis. (*Quod ridiculum est.*) Quia isti principes, & iudices ponũtur ad regendum, & iudicandum: paruuli autem nec talis regiminis, aut iudicij capaces sunt: ideo inanis esset talis institutio: imo pueri, aut puellæ paruæ legibus non arctantur, quia nõ habent perfectum vsum liberi arbitrij, & non solùm de istis, qui singulariter carent vsu rationis perfecte: vtpotè existentes in infantia, sed etiam de pueris grandiusculis, & puellis habentibus vsum rationis, & potentibus peccare in multiplici genere peccati, vt patet extra de delictis puerorum in capitulo, Pueris non habet lex potestatem, nec feruntur leges communes pro istis: vt patet per Arist. 10. Ethic. circa finem & in 1. cap. primi Politic. De mulieribus etiam manifestum est, quòd nõ computantur ipsę ad ponendum tribunos: aut centuriones, vel decanos: nã isti ponuntur, vt iudices, mulieres autem non litigant in iudicio. Quia si sunt mulieres matrimonio copulatæ: tunc viri agunt, & defendunt in iudicio pro ipsis. Si autem sint mulieres, quæ nõdum viros acceperint: sunt sub paterna potestate, & non comparentin iudicio ad agendum, vel defendendum: sed patres pro eis. Nicolaus autem licèt directè de hoc nihil tangit, tamẽ implicitè dicit, quòd illi computabantur in summa ad faciendum istos iudices, qui erant viri bellatores, cùm dicit, quòd in populo Israel erant 600. millia peditum, vt patet supra 12. c. ex quo patet, quòd ibi fuerunt sexcenti tribuni, & centuriones sex millia, & quinquagenarij 12. millia, & decani sexaginta millia. Sed hoc nõ multum videtur, quia isti tribuni, & cęteri, qui nominantur, ponebantur vt iudices, & iudices sunt ad diremẽda litigia: vt patet supra. Nam ex hoc consuluit Iethro fieri iudices in populo Israel, quia vidit, q̃ multas causas habebant, & à mane vsque ad vesperam affligebant Moysi: sed multi de istis peditibus non habebant aliquas causas iudicandas, nec aliquo modo in iudicio contendebant, ergo non debebant isti computari, vt propter eos fierent plures, aut pauciores tribuni, vel centuriones. Antecedens patet, quia isti pedites dicuntur viri potentes procedere ad bellum, & isti computabantur ab anno 20. vsque ad 60. vt patet Num. 1. cap. sed non erant omnes isti euntes ad iudicia; quia quandiu filius familias non emancipatus manet sub patria potestate, non est sui iuris, & contractus cum eo initi non sunt validi, nisi quantum ad quosdam casus speciales: nec possunt in iudicio contendere, sine auctoritate patrum, cùm non sint sui iuris, & tales actus pertineant ad personas sui iuris. Emancipatus filius est separatus à patre existens sui iuris: non emancipatus est quædam pars patris, vt ait Phylosophus 5. Ethi. scilicet quòd filius est quædam pars patris donec sit Pelicon, idest donęc sit emancipatus. Et ideo concludit, quòd inter patrem & filium non emancipatum non est iustum simpliciter: sed quoddam iustũ, scilicet iustum paternum: sicut ergo homo pro seipso vadit ad iudicium agendo, & defendendo, ita potest pro qualibet parte sua: sed filius est quędam pars patris, donec sit Pelicon, ergo pater pro filio aget, & defendet, & non filius. Emancipantur autem filij multis modis: sed communior modus, & qui illo tempore magis reperibilis esset, erat per contractum matrimonij.: sed multi existentes in 20. anno, & vltra non contrahebant, quia in anno 25. vel 30. contrahebant: ergo magna pars istorũ sexcentorum millium peditum nõ haberent vxores, nec esset emancipati: ideo pro ipsis non ponerentur

Non computantur mulieres ad accipiẽdũ aliquos iudices, propter eas.

Filiorum emancipatio multiplex.

A plures, aut pauciores. Non ergo valebat ista cõsequentia, erant sexcenta millia peditum in populo Israel, ergo erant sexcenti tribuni, & sex mille centuriones, & duodecim mille quinquagenarij, & sexaginta mille decani, quia isti iudices non assumebantur secundum numerum virorum bellatorum, vt supra probatum. Erat autem aliud maius inconueniens, scilicet quòd illi, qui principaliter computari debebant, non computarentur. Nam cùm isti iudices ponerentur propter personas potentes contendere in iudicio, ab illis magis computatio fieri debebat, qui magis contendere poterant: sed isti sunt senes, q̃ emancipati semper sunt, cùm vel vxores habeant, vel iam habuerint, vel ætatẽ excesserint, in qua filij debeãt exuere patriam potestatem: tamen secundum istam computationem senes prouectæ ætatis non debent computari ad hoc, quòd fiant plures, aut pauciores iudices: nam accipiendo numerum sexcentorum millium peditum secundum quòd accipit Nicolaus, non intelligentur ibi senes vltra 60. annos, quia pedites dicũtur viri parati ad bellũ, sed senes vltra 60. annos non computabantur inter viros electos ad bellum, vt patet Nume. 1. capit. cùm ibi mandet Deus tolli summam ab anno 20. vsque ad 60. secundum ergo istum modum valde multi excluderentur de honorationibus, & prudentissimis totius populi, quia tunc homines viuebant vsque 120. annos, vel plus, patet quia Moyses 120. annis vixit, vt habetur Deuter. 31. cap. Et Aaron vixit 123. quia mortuus fuit B in eodem anno, quo Moyses, scilicet anno 40. exitus de Aegypto mense quinto, vt patet Num. 33. cap. sed tres habebat Aaron super Moysen, vt patet supra 7. ca. vbi quando ingressi fuerunt Moyses & Aaron ad Pharaonem Moyses erat annorum 80. & Aaron 83. tollebatur ergo dimidia vita hominum à computatione indicum, quæ tamẽ magis pertinebat ad iudices, quàm iuuenes pedites, quos computat Nicolaus. Dicendum ergo, quòd ista computatio fieri debebat secundum quòd fit nunc in ciuitatibus, & in quibuscunque alijs locis, scilicet computare per œconomias, siue habitationes domesticas. Vnde si queratur in aliqua ciuitate, quot habitatores sunt, nõ respondetur, quòd sunt tot viri potentes pugnare in ciuitate: sed respõdetur, quòd C sunt tot, vel tot communicationes œchonomicæ. In qualibet autem communicatione œchonomica ponitur vnus paterfamilias, siue vir sit siue fœmina, & si vir, siue vxorem habens, siue non habẽs vxorem. Quot ergo sunt patresfamilias in ciuitate, tot dicuntur habitatores ciuitatis. Sic debuit ibi accipi summa ad statuẽdum numerum iudicum: sed vt sciretur quot erant patresfamilias, siue capita domorum: nam in qualibet tribu erant familiæ: deinde familiæ rursus per domos, & istæ domus etiam conseruabantur in deserto, quia vir cum vxore sua, & cœtera familia, si aliquam habebant, faciebant vnam domum, & per istas collecta fuit summa ad instituendum istos iudices. Et non sequitur tunc aliquod incõueniens de supra assignatis, quia viri senes computabuntur per œchonomias suas, & iuuenes etiam pedites, qui faciunt distinctas œchonomias, qui autem non emancipati erant, non faciebant distincta capita ad colligendam istam summam: sed sequebantur familiam paternam, cùm essent sub patria potestate. *Et centuriones*. Dñr centuriones principes super centũ à numero suo, quẽ signãt. Quinquagenarij dñr, qui pręsunt quinquaginta. *Decanos*. Vocantur decem à decas, quod est decem, quia decem subditis præerant.

Ista cõputatio, scilicet ad ponendos iudices fieri debebat secundum numerum personarũ per œchonomias.

QVAESTIO. VIII.

D Si autem queras, quot erant centuriones, tribuni, & sic de alijs. Respondetur, quòd certus numerus, imo

De numero centurionum, Tribunorum.

imo nec aliquis numerus à nobis potest imaginari, in quo fuerint isti iudices, Nicolaus autem respondit, vt supra diximus, quòd erant sexcenti tribuni, & sic consequenter de alijs. Sed hoc supra improbatum est: nō potest autem aliquo modo cognosci ista summa: nam summa iudicum dependet ex summa populi, à quo assumebantur, sed non potest ille populus esse certus, ergo non potest certa dari summa iudicum, Nicolaus ponebat summa populi, à qua deberent isti iudices cōputari esse sexcenta millia peditum, & hoc supposito bene concludebatur numerus iudicū, quem ipse ponit, sed quòd ab illa summa colligi debeāt iudices falsum est, vt probatum est; vt autem conclusum fuit, ista summa iudicum colligebatur secundum computationem œchonomiarum, siue patrumfamilias inter Israelitas, & quia iste numerus nobis notus esse nō potest, numerus istorum tribunorum & centurionum notus esse non potest. *Qui iudicent populum omni tempore.* Ista litera habet duos sensus, vno modo, quòd isti iudices iudicarent omni tempore, idest quòd essent perpetui, scilicet quòd non eligerentur per annos, aut certa tempora, sed quandiu viuerent, & iudicare possent iudicarent: ita quòd sui compotes essent vigentes in omnibus membris sensitiuis, ita quòd non incipiat pturbari in eis rectum iudicium: nam sicut rectum iudicium est per bonam dispositionem organicarum potentiarum facientium bene apprehendere, & discernere: ita incipientibus in senectute corrumpi organis, depranatur iudicium in senibus, & illa ætas iam ad dignitatem, vel officium iudicaturæ inepta est: toto tamen alio tempore vitæ istius teneret officium iudicaturæ: mortuo autem isto non veniebat officium iudicaturę per lineam paternam in posteros, sicut potestas regnatiua, aut sicut dignitas sacerdotalis, quia sacerdotibus summis succedebant primogeniti in summo sacerdotio, vt patet infra 29. capit. & Leuit. 8. hic autem non succedebat aliquis: sed alius de nouo eligebatur. Nam quando iudicantes per successionem assumunt, efficitur principatus Oligarchicus, qui malus est, vt patet 4. Polit. Et patet hic, quòd filij non debeant in iudicaturis succedere patribus, qui fuerant iudices: nam hic dicitur, quòd isti, qui iudices fieri debebant, tales essent, vt viri potentes essent, & timentes Deū, & qui non sequantur auaritiam. Sicut ergo debebat hoc esse in primis iudicibus, ita in successoribꝰ, sed dato, quòd patres ista habuerint, filij non semper ea habent, quia ex bonis patribus nascuntur pessimi viri filij, & è contrario, vt patet in Dauid, qui vir sanctus fuit, & malum filium genuit, scilicet Absalom. Et è contrario Acham pessimus vir genuit valde bonum filium, scilicet Ezechiam, & Ezechias bonus vir genuit malum filium, scilicet Manasse, & nepotem, scilicet Ammō: Ammō autem pessimus vir optimum filium habuit, scilicet Iosiam regem: & sic est mutatio in bono, & malo filiorum, & patrum: nam bonitas paterna nō venit hæreditarie filio, cùm non transfundatur in semine, sicut esse naturale: & hoc dicit Phylosophus in primo Politi, quia natura determinat, sicut ex equo equū nasci, & ex homine hominē: ita ex bono homine bonum hominem, sed non potest, quia interdum contrarium fit. Obseruatis ergo conditionibus huius literæ non poterat succedere filius patri in iudicatura, sed oportebat eligi aliquem, in quo ista reperirentur, & ita fiebat, quandocunque aliquis horum moriebatur de quacunque dignitate esset, scilicet aut tribunus, aut centurio, & sic de cœteris, quia oportebat alium gradum eiusdem gradus institui, vt nunquam isti iudices deficerent. Secundum ergo istum modum isti iudices semper iudicare debebant, idest quòd erant perpetui, vt non tolleretur eis iudicatura, quandiu viuerent, & ad iudicandum idonei essent. Alio modo intelligitur. *Qui iudicent populum omni tempore.* Idest quòd quotidie iudicaretur, præterquam in diebus vacatiuis, vt in sabbatis, & alijs solennitatibus, in quibus non debebant foralia negocia expediri, nè tollerent vacationem festi, & ista cōtinuatio iudicandi fiebat ad dirimendum omnes causas: tot enim causæ erant in illo populo, qui magnus erat, quòd si non iudicaretur quotidie, nullatenus possent expediri, vt ergo quietius populus se haberet, quotidie iudicium fieri debebat, quia sic negocia faciliter expedirentur: nè ex dilatione sumpta, noua induerent grauitatem. *Quicquid autem maius fuerit, referant ad te.* Esse aliquid magnum contingit hic dupliciter. Vno modo, quòd illud esset pertinens ad iurisdictionem Moysi secūdum se: vtpotè si esset aliqua causa tangens obseruationem cœremoniarum, qa istę pertinebant directè ad Moysen, vt patet supra, cum dr: Ostendasque populo cœremonias, & ritum colendi: & tūc quia iurisdictio Moysi erat maior secūdum speciem iurisdictione aliorum iudicū, quidquid directè pertinebat ad iurisdictionem Moysi, dicebatur maius eo, quod pertinebat ad iurisdictionē aliorum iudicū. Et tunc est sensus, si fortè iudicantibus istis iudicibus, aliquis ignorās distinctionem iurisdictionum, scilicet tuæ, & ipsorum, deferat ad eos aliquam causam de cęremoniarum obseruatione, ipsi deferāt talem causam ad te, quia maius est tale negocium, quàm pertineat ad eorum iurisdictionē. Alio modo intelligitur. *Quicquid autem maius fuerit referant ad te.* Idest quòd etiam in iurisdictione eorum circa aliquod durum nō deberēt iudicare sine tuo consensu, aut iudicio: sed quòd referant ad te causam, & tunc quod tu iudicaueris, tenebit tanquam à summo iudice. Et in hoc vocatur duplex distinctio iudicij Moysi à iudicio istorum. Prima distinctio quātum ad distinctionem iurisdictionum, scilicet quòd Moyses habebat iurisdictionem in his, quę ad Deum pertinent, scilicet referendo ea, quæ dicebantur à Deo coram populo, & hoc nullus poterat vsurpare, nisi cui Deus dedisset, & tunc non erat vsurpare. Vel erat Moyses quantum ad ea, quæ pertinent ad Deum, idest quantum ad cœremonias, ritumque colendi, quæ directè ordinant in Deum: & quia ista iurisdictio esset distincta à iurisdictione aliorū secundum speciem, quia ista erat ad pure spiritualia, nullo modo alij debebant se intromittere quantum ad aliquid horum, nec in magno aut paruo; nam quodlibet pertinens ad Moysen, solum erat magnum respectu aliorum iudicum. Alio modo comparabatur iudiciū Moysi ad iudicium aliorum in ijs, quæ erant propriè iurisdictionis aliorum: nam cum dictum fuerit, quòd Moyses iudicare debebat in ijs, quæ ad Deum pertinent, & cœremonijs, rituque colendi: omnia alia, quę in ijs non includuntur, pertinebant ad iurisdictionem aliorum iudicum: sed in ijs erant aliquando aliqua magna, vtpotè, cùm ipsi iudicarent per iudicia scripta in lege data a Deo per Moysen, contingeret, quòd circa aliquid dubitarent, vtrum talis, vel talis casus particularis includeretur sub illa lege communi, & erat in hoc necessaria Epijchia, & quia Epijchius sic iudicat de aliquo casu, qui videtur repugnare legi, sicut iudicaret legislator in illo, si prius foret, & quia Moyses recipiens legem à Deo, & edoctus in quæstionibus legis prius erat, referri necesse erat talia dubia ad eum: non erat enim aliàs licitum vti Epijchia. Aliquando etiam accidebāt aliqui casus magni, sicut iudicia criminalia, in quibus satis dura est sententia, & sine magno consilio ferenda non est: ideo credendum videtur, qp nullas causas, in quibus pena capitis imponi deberet, aut mēbri mutilatio, isti iudicarent sine consilio, & iudicio Moysi: imo ipse Moyses ista reseruabat ad dominum,

Ex bonis patribꝰ sępe nascuntur pessimi filij, & è contrario.

Paterna bonitas hęreditarie, non venit, quia in semine non transfunditur.

Dupliciter distinguebat iurisdictio Moysi à iurisdictione aliorum iudicum.

Alij iudices in Israel nō dabant sententiam capitalem sine Moyse.

quia

quia non audebat præcipitare sententiam in damnū, aut grauem iniuriam alicuius. Sic patet de illo viro, qui blasfemauit, quem Moyses sententiare non ausus est, donec à Deo recepit sententiam, vt patet Leuit. 24. cap. Et de alio, qui postea collegit ligna in sabbato, quem postea Deus mādauit lapidari, vt patet Nu. 15. c. *Referant ad te.* Idest mittant ipsos litigantes ad te, vt coram te causa tractetur, & tu sententies: sicut cùm aliquis iudex cognoscit aliquam causam nō cadere sub potestate sua, remittit litigantes ad illum iudicem, ad quem ista pertineant. Et maximè fit hoc in foro pęnitentiali, cùm aliquis sacerdos simplex audiat confitentem deliqsse in iudicio tali, cuius absolutio pertinet ad Episcopum, remittit confitentem ad Episcopum, vel vadit cum eo. Vel dicitur. *Referant ad te.* Idest ipsi iudices, coram quibus contigerit talem causam ventilari, quę magna sit, veniant ad te referentes causam, & processum si aliquod fecerunt, vt tu sententies. *Et ipsi minora tantummodo iudicent.* Hoc non potest intelligi quantum ad illa, quæ pertinebant ad iurisdictionem Moysi directè: nam in illis alij iudices non poterant iudicare modicum, aut multum: sed intelligitur de illis, qui cadebant directè sub iudicio ipsorum, scilicet de mere temporalibus, aut mixtis ex vtroque. Nam in his erant quædam magnæ causæ, & quædam paruæ causæ: magnæ dicebantur, quas supra assignauimus, scilicet criminales, & aliæ, in quibus de sententia dubitaretur: cę teræ autem sicut pecuniariæ, aut leues contentiones ad istos iudices pertinebant. Et vocantur paruæ, quia in eis non est periculosum sententiare qualitercunq; sententietur, quia si male fuerit sententiatum, poterit error tolli: in criminalibus autem non potest hoc fieri, quia cùm pęna fuerit illata, non potest auferri damnum, vt si aliquis per sententiam iudicis capite punitus fuerit, aut mutilatus membro. *Leuisque tibi sit.* Duo intendebat Iethro per istam ordinationem iudicum plurimum. Primum, quòd Moyses non tantum laboraret, & inutiliter: nam ante stulto labore consumebatur, vt dictum fuit. Secundum erat pax populi, quia populus grauabatur expectando quotidie Moysen à mane vsque ad vesperā, & cùm hoc non expediebantur negocia. Et quia primum intendebat bonum Moysi prius hoc nominauit, dicens: leuiusque tibi sit, idest nō tantum grauaberis, sicut ante grauabaris, quia antea indicabas à mane vsq; ad vesperam, nunc autem modicum oportebit iudicare. *Partito in alios onere.* Omne enim finitum per diuisionem consumit, & minus fit. Cùm autem illud onus Moysi ante valde magnum esset, nunc autem diuisum esset in multos iudices, vt patet, iam valde minus esset. *Si hoc feceris.* Scilicet distribuendo iudices diuersos, sicut supra nominaui. *Implebis imperium domini.* Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd Iethro vellet innuere istam ordinationē esse reuelatam sibi à Deo, & quòd Deus præciperet populum sic ordinari. Et tunc verum est, quòd si Moyses sic ageret, impleret imperium domini. Alio modo est intellectus, quòd Moyses ordinando iudices sic, in populo poterat agere id, quod ei à Deo imperatum erat, & si non ordinaret sic, non poterat complere præceptum, scilicet quod Deus mandauerat Moysi gerere plenam curam de toto Israel, scilicet vt portaret eos tanquam mater, & sicut nutrix solet portare infantulum, vt patet Num. 11. cap. cùm dicitur. Cur afflixisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer eos in terram, pro qua iurasti patribus eorum? Constat tamen quòd in perfecta cura alicuius communitatis intelligitur principaliter cura iudicādi, quia in policijs ita necessarium est distributiuum iustitiæ sicut panis, vt patet 3. Politic. Nunc ergo istud præceptum Dei factum ad Moysen de iudicando, & regendo populum, non poterat compleri à Moyse, nisi isto modo ordinādo iudices: nam quando ipse solus iudicabat, expectabatur eum populus tota die à mane vsque ad vesperam, & non poterant aliquo modo finiri causę, quia tantus populus erat habens causas, & ipse cruciabatur intolerabiliter, & inutiliter. *Præcepta eius poteris sustentare.* Replicatio eiusdem sententiæ est: nam idem est implere imperium domini, & sustentare mandata eius: sed ista replicatio consueta est in sacra scriptura. Vel possunt ista ad diuersa referri. Vnum scilicet primum, signat impletionem mandati, scilicet quòd faciendo sic, vt consulebat Iethro distinguendo plures iudices, posset implere mandatum domini de regendo, & iudicando populū. Secundum signat, qp non solū posset implere, sed etiam posse sic continuare. s. qp non solùm vna die implere posset, sed etiam quotidie sustineret faciliter illum laborem, faciēdo autem sicut Moyses faciebat, non contingeret hoc, quia licèt fortè contingeret, qp vna die posset finire omnia negocia populi, quia tunc pauca essent: tamen non cōtingeret hoc quolibet die: non ergo poterat sustinere istum laborem Moyses. *Et omnis hic populus reuertetur in pace.* Ista erat secunda vtilitas, quantum ad populum: nam non solùm Moyses releuaretur à labore suo, sed etiam populus, quia populus antea expectabat Moysen per totum diem, & non finiebantur negocia: nunc autem cùm modica valde negocia tractarentur coram Moyse, quicunque ad eum venirent cito expedirentur. Vel dicitur, quòd iste populus reuertetur in pace, quia nō tenebitur iam totus comparere ante te, sicut antea consueuerat cōparere, & in locis suis existens, idest apud sua tabernacula audiet determinationem negociorum suorum ab illis iudicibus, qui intra ipsos erant. Dicitur autem omnis populus reuerti in loca sua, quia quando comparebant coram Moyse, conueniebant coram Moyse in aliquo loco communi separato à castris, & tabernaculis ipsorum. Et hoc potest dupliciter intelligi, nam si venit Iethro ad Moysen in fine anni primi, Moyses teneret tunc tabernaculum paruum extra castra, & ad illud confluebat populus habens quæstiones, vt patet infra 33. cap. cùm dicitur: Moyses quoque tulit tabernaculum, & tetendit illud extra castra procul, & vocauit nomen eius tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam questionem egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra: si autem ad istud tabernaculum egrediebantur, erant redituri postea omnes in loca sua intra castra. Si autem accipiat, qp Iethro venerit in secundo anno ad Moysen, quando Moyses habebat tentorium apud tabernaculum magnum, quod erat in medio castrorum, fortè erat ibi aliquis locus magnus, in quo totus populus expectaret eum ad determinationem causarum suarum, & completo die, vel tempore iudiciorum reuertebatur totus populus in loca sua, singuli in sua tabernacula. *Quibus qualitis.* Moyses erat vir humilis valde, & licèt magnæ dignitatis valdè esset, quia dux tanti populi: tamen audiuit Iethro consulentem, qui minor eo valde erat: in hoc assumēs formam discipuli (ex quo apparet, quòd Prophetę non sunt abundatiores sapientia, & consilio alijs hominibus:) nam Moyses Propheta erat, & maximus inter Prophetas, vt patet Deuter. 34. cap. vtpotè cui Deus clare apparebat, scilicet loquens ei facie ad faciem, vt patet Num. 12. cap. & habebat sententiam Dei, vt patet hic ex verbis suis, cū respondit ad Iethro, dicens: Venit ad me populus quærens Dei sentēriam, cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me

Prophetæ non sunt abundantiores consilio, & sapientia cęteris hominibus.

vt

vt iudicem inter eos, & oſtẽdam præcepta Dei, & leges F
eius: Moyſes tamen neſciebat, quomodo ordinaretur
populus: ita vt tantus labor tolleretur: & Iethro, qui
non erat Propheta, ſed quidam ſimplex vir, ordinauit
ita mirabiliter. Et ratio eſt, quia Prophetæ non cogno-
ſcunt ſuper alios aliquid ex aliquo habitu cognitiuo,
quem habeant: ſed ex quadam actuali illuminatione,
quam ſpiritus ſanctus operatur in eis eleuando intelle
ctum eorum ad cognoſcenda aliqua, quæ ſolùm diui-
nitus cognoſcuntur: cùm autem ceſſat illa illuſtratio,
redeunt ipſi Prophetæ ad ſeipſos, & nihil magis tunc
cognoſcunt, quàm ante illuſtrationem illam cogno-
uerant. Si ergo ante erat ruſticus, & paſtor, ita poſtea
cognoſcit ſolùm, vt ruſticus, & paſtor: ſi autem Pro-
phetis imprimeretur aliquis habitus cognitiuus ſpecu G
latiue, etiam ceſſante illa illuſtratione maneret habi-
tus, per quem ſemper cognituri eſſent, & eſſent cœte-
ris ſapientiores: cuius contrarium videtur manifeſtè.
Moyſes autem qui Propheta erat, licèt multa alia re-
uelata acciperet, tamen ordinationem populi Deus ei
non reuelabat: & quia ipſe inquantum non erat Pro-
pheta, nõ cognoſcebat aliquid tale, nec ei in mentem
venerat, Iethro, qui fortè naturaliter perſpicatior erat,
ſaltem in agibilibus humanis, vel quia fortè Deus ele-
uauerat, vel ad hoc conſiderandum eum conuerterat,
ſciuit in hoc dare conſilium. *Moyſes fecit omnia, quæ ille
ſuggeſſerat.* Audiens Moyſes modũ, quem dabat Iethro
eſſe valde conuenientem ad diſpoſitionem populi aſ-
ſenſit dictis eius. Aliqui autem, qui ſe magnos fore ar- H
bitrãtur cùm in aliqua re bene iudicare non valuerint,
& videant alios bene iudicantes, eis non aſſentiunt, vel
bene iudicaſſe diffitentur: nè ipſi ab auctoritate ſua ſal-
tem modicum deprimi videantur, ſi alijs bene dicen-
tibus aſſenſerint in eo, quod ſe implicite ignoraſſe fa-
teantur. *Quæ ille ſuggeſſerat.* Suggerere propriè eſt alicui
aliquid manifeſtare rogando, & pertinet ad minores,
& pertinet ad eos, qui aliquid ad aurem dicunt alterius.
Et hoc bene conuenit hic, quia Iethro valde minor
erat in dignitate ipſo Moyſe: ſcriptura tamen nõ ſem-
per obſeruat iſtas ſignificationes, quia aliquando ſug-
gerere pertinet ad maiores, vt patet Io.14.cap. cùm di-
citur: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet
pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſug-
geret omnia quæcunque dixero vobis: ſed ſpiritus ſan-
ctus ſuggerens maior erat apoſtolis. *Et electis ſtrenuis
viris.* Viri ſtrenui vocantur, qui valde boni ſunt, & in-
ter cœteros approbati, & licèt dicatur hic, quòd electi
fuerunt viri boni, quaſi nihil ante hoc factum fuerit:
conſiderandum eſt, quòd prius computatus fuit totus
populus per domos, vel œchonomias ſingulas: vt ſu-
pra declaratum fuit, vt videretur ſumma totalis corũ,
& tunc electi fuerunt ex eis iſti viri ſtrenui, vt eſſent
iudices. Et patet, quia tribuni, & centuriones, quinqua-
genarij atq; decani ſunt iudices aſſumpti à certa ſum-
ma populi: vt ergo totus populus haberet tribunos,
aut centuriones, quot deberet habere, neceſſe erat
prius totum populum cõputari, aliàs neſciret populus K
quot cẽturiones, aut tribunos inſtituere deberet: nam
cum de quolibet millenario aſſumatur vnus tribunus,
impoſſibile erat ſcire, quot tribuni præficiendi eſſent,
quouſque ſciretur, quot millenarij reperirentur in to-
to populo. Neceſſe ergo fuit totum populum prius
computari ad ſummam, facta iſta computatione to-
tius populi, cognouerũt quot tribuni, aut centuriones,
quinquagenarij, aut decani neceſſarij eſſent, & incepe-
runt quærere viros ſtrenuos ad faciendos eos iudices.

Quare prophetę non ſunt ſapiẽtiores aliis hoĩbus.

Quid ſit ſuggerere.

Quis fuerit ordo in iudicibus eligendis.

An iudices in Iſrael per electionem aſſumpti ſint, vel per ſortes. Et quis principatus fuerit inter Iudæos tempore iudicum. Et an hodie ſit principatus aliquis pure Monarchicus.

QVAESTIO. IX.

FVERVNT autem iſti iudices aſſumpti per ele-
ctionem, & non per ſortes, aut per aliquem alium
modum. Et ratio eſt, quia principatus democraticus
eſt, qui per ſortes eſt, vt patet in 2. & 3. & 4. Polit. quia
talis modus aſſumendi principes conuenit hominibus
popularibus, & paruę virtutis: & talis principatus eſt
de tribus malis principatibus, vt patet in 3. Polit. nun-
quam ergo debet eſſe, niſi cùm ſit periculum diſceſ-
ſionis à Politia, vel ſeditionum, quia omnes volunt eſ-
ſe æquales, & volunt eodem modo principari, & quia
non poſſunt ſimul omnes principari, contentionẽ ſor
te dirimi volunt: quia ſors ab euentu eſt. Cùm autem
electio eſt, aliqui aliis præferuntur: quia illi qui eligun
tur ſignãtur eſſe meliores, quod eſt cauſa diſſenſionis
populo rudi, & non virtuoſo, nec diligenti rempublic-
cam: abhorrent ergo electionem, & amplectuntur
principatum ſortialem. Hic autem non erat contẽtio
dominandi nunc in populo Iſrael, ſed cui Moyſes mã
daret accipere, ille acciperet, maximè ad totius popu
li electionem, licèt poſtea aliqui deſiderantes domi-
nari inſurrexerunt in Moyſen, vt patet Num.16.cap. ſ.
Core, & Datan, & Abiron cum ſuis ſequacibus. Prin- Principat⁹
cipatus autem per electionẽ vocatur principatus Ari- Ariſtocra-
ſtocraticus, vel pertinet ad Ariſtocraticum, qui dicitur ticus eſt
principatus ſecundum virtutem: & pertinet etiã ad principat⁹
principatum monarchicum, qui vocatur regalis, & eſt p electio-
interdum per electionem: magis tamen ad Ariſtocra nem.
ticum, in quo quilibet dominatur ſecundum virtutẽ Quis prin
ſuam, ideſt qui magis fuerit virtuoſus magis principa- cipat⁹ fue-
tur: qui autem minus virtuoſus minus principatur. Et rit inter Iſ-
per hoc poteſt quæri qualis erat principatus Iſraelitic- raelitas.
cus, ſiue ad quod genus politici principatus pineret.
Et debet diſtingui, quia aut conſiderabatur principa-
tus quantum ad tempus illud, in quo inſtituerentur
iudices. Aut ad tempus illud, in quo inſtituti erant.
Si autem conſiderentur quantum ad tempus, in quo
nondum erant inſtituti iſti principes iudicantes, dice-
tur quòd principatus Iſraeliticus erat pure monarchi-
cus: cùm ſolus Moyſes iudicaret totum populum, &
I præeſſet ei abſolute in omnibus tam ſpiritualibus, quã
temporalibus: vt patet hic, & Num.11.c. vbi tota cura,
& onus populi imponitur Moyſi, & omnia, quæ fieri
debebant, per mandatũ Moyſi fiebant, & ad illius im-
perium totus pendebat populus. Sic declarauit ipſe
Deut. 1. cùm voluit deponere iſtum principatum, &
conſtituere iudices dicens: Non poſſum ſolus veſtra
negocia ſuſtinere, pondus, ac iurgia. Et vocatur iſte
principatus purè monarchicus, quia aliqui principa- Monarchi
tus ſunt, qui non ſunt purè monarchici. Nam monar- chus prin-
chia dicitur ab vnitate principis, & quia princeps ali- cipatus pu
quando eſt pure vnus, aliquando vnus ſecũdum quid, re vnus ẽ,
vel non pure, ita principatus monarchicus, qui dicitur qui vnicũ
principatus vnius, aliquando eſt principatus pure mo- habet prin
narchicus. Princeps autẽ eſt pure vnus, quando vnus cipem,
ſolus dominatur, & iudicat, & nullum habet ſubor-
dinatum. Tunc eſt princeps vnus, & non pure vnus,
quando princeps vnus dominatur, & alij ſubordinan-
tur ei, qui faciunt vnitatem quandam Analogicam,
ſecundum quòd reducuntur ad eum, qui vere vnus
eſt. In principatibus autem regnatiuis, q nunc ſunt, eſt
principatus monarchicus ſecundo modo, ſ. non pure
monarchicus: quia licèt rex ſit princeps, & caput: ſunt
tamẽ multi alij procuratores Domini, & iudices ſub- Hodie nõ
ordinati ei. Moyſes autem tenebat primum modum eſt princi-
monarchici principat⁹, quia erat pure monarchicus, patus pu-
cum ipſe ſolus dominaretur, & iudicaret, vt patet hic re monar-
in litera. Si autem conſideretur principatus Iſraelitic- chicus.

cus

cus in illo tempore poſt quod fuerunt iudices conſti-
tuti, eſt diſtinguendum. Quia aut conſideratur totus
principatus in ſe, aut ſecundum partem. Si conſi-
deretur principatus totus, dicendum eſt quòd ille fuit
principatus Monarchicus, non pure Monarchicus, qa
adhuc manebat quodam modo vnitas principis: nam
Moyſes erat vnus princeps, & iudex: & licèt præter ip-
ſum multi alij eſſent iudices: tamen omnes reduce-
bantur ad ipſum, vt patet hic, quia ipſe iudicabat in po
tioribus cauſis, ſcilicet in his, quæ ad Deum pertinent,
vt in cœremonijs, & ritu colendi. Alia autem tempo-
ralia pertinebant ad alios iudices, & tamen in iſtis om-
nia, quæ magna erant reducebantur ad Moyſen, & in
quocunque dubitarent referebant ad eum. Si autem
conſideretur principatus Iſraeliticus ſecundum par- B
tem, ſcilicet quantum ad ſtatum illorum iudicum in-
ſtitutorum, dicendum, quòd ille principatus fuit Ari-
ſtocraticus, qa principatus Ariſtocraticus dicitur prin-
cipatus ſecundum virtutem, ſcilicet quòd qui virtuoſi
ſunt regãt, & qui magis fuerint virtuoſi magis regant,
& qui maximè virtuoſi maximè regant: ſic enim fie-
bat hic, quia illi, qui erant virtuoſi, vel qui reputaban-
tur virtuoſi electi ſunt: & in his erat diſtinctio, qa ma-
ior principatus erat principatus tribunorum, quã prin
cipatus centurionum, & principatus cẽturionum ma-
ior, quàm principatus quinquagenariorum, & princi-
patus quinquagenariorum, quàm decanorum: ideo
qui magis virtuoſi erant inter omnes illos electos, ad
principatum tribunorum aſſumpti ſunt, qui autem in
fimum gradum, & virtutis, & ſapientiæ inter cœteros
obtinebant principatum decanorum obtinuerũt. Iſte
autem principatus Ariſtocratic⁹ propriè eſt eligibilis:
nam principatus iſte eſt in ſolis virtuoſis: electio au-
tem eſt de bono, & de magis bono; ideo qui virtuoſi,
& boni ſunt in principes aſſumẽtur data electione eo-
rum: nec poteſt iſte principatus eſſe ſortialis, quia ſors
ab euentu eſt, quæ autem fortuita ſunt, interdum bo-
na, interdum mala ſunt: non ergo conuenit ei ſors, ſed
principatui democratico, vel alijs principatibus. Hic
autem neceſſariò erat dandus principatus Ariſtocrati-
cus ſecundum ordinationem Iethro, ſcilicet quòd aſ-
ſumerentur viri timentes Deum, & qui fugerent auaritiam. *Electis viris ſtrenuis.* Non ponitur hic quis ele-
gerit iſtos viros ad iſtos principatus iudicatiuos, vtrum
Moyſes an populus: ſolùm autem ponitur, quòd inſti-
tuerit eos Moyſes: ſed Deuter. 1. ca. ponitur, quòd po-
pulus elegerit iſtos viros, & q Moyſes illos inſtitue-
rit, cùm dicitur: Date è vobis viros ſapientes, & poſtea
ſequitur: Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes,
& nobiles, & conſtitui eos principes. Quia autem po-
pulus hos elegerit meli⁹ fuit, quàm quod Moyſes eos
eligeret. Primum, quia qui habet poteſtatem eligẽdi,
habet poteſtatem cõſtituendi ſuper ſe principes, quos
voluerit, quod valdè multum eſt, qui autem non ha-
bet in poteſtate ſua eligere principẽ, multum differt,
quia non voluntariè ſubijcitur, & iſta poteſtas ſemper
manere debet apud totum populum, ſcilicet poteſtas E
eligendi principes, & poteſtas corrigendi eos ſecundũ
Policiam Solonis, & eſt valde rationabiliter dictum;
de quo Phyloſophus in fine 2. Politi. & hoc ad tollen-
dum ſeditionem, vt populus videns ſe habere ſaltem
iſtum principatum electiuum, non credat ſe contem-
ptum, & faciat diſceſſionem à legibus, & Politia. Etiã
vt populus non totaliter prematur ſeruitute, ſi nulla
dominandi, aut principandi poteſtas ei detur. Se-
cundo debuit eligere iſtos viros populus, & non Moy-
ſes, quia melius cognoſceret totus populus conditio-
nem omnium illorum, qui eligi debebant, ſcilicet v-
trum eſſent timentes Deum, & fugientes auaritiam,
quàm ſolus Moyſes, cum quotidie cõmunicarent eis

A Et hoc innuitur Deuter. 1. ca. cùm dicitur: Date è vo-
bis viros ſapientes, & gnaros, quorum conuerſatio ſit
probata in tribubus veſtris, & ponam eos principes:
illi ergo ad quos ſpectabat videre, vtrum conuerſatio
iſtorum eſſet probata, aliàs non eligere debebant. *De
cuncto Iſrael.* Nam de qualibet tribu electi fuerũt prin- De quali-
cipes iudicantes, & credendum eſt, quòd modus ele- bet tribu
ctionis fuerit iſte ad tollendam contentionem, & di- electi fue-
ſcordiam ciuilem, quàm maximè cauere debet legiſ- re tribuni:
lator, aut rector populi, ſcilicet quòd computata fue- centurio-
rit multitudo cuiuſlibet tribus ſecundum modum ſu nes, quin-
pra aſſignatum, ſcilicet per œchonomias, & viſo illo quagena-
ſciretur, quot tribuni eſſent neceſſarij cuilibet tribui, rij, & de-
& centuriones, & ſic de cœteris principibus, & tunc cani.
Moyſes mandaret cuilibet tribui, quòd in ſe eligeret
tot tribunos, & centuriones, & cœteros, ita quòd nul-
lus iudex de vna tribu iudicaret viros alterius tribus.
Conſtituit eos principes populi. Moyſes nihil aliud egit, niſi
inſtituere, & confirmare illos, quos quælibet tribus
præſentabat: nam quælibet tribus de viris ſuis elegerat
tot iudices, quot ſibi neceſſarij erant, & eos Moyſi præ
ſentabat: Moyſes autem nullam electionem habebat,
quia tot ſolùm præſentabantur, quot confirmari de-
bebant. *Tribunos, & centuriones.* Etiam iſtam electionẽ
fecerat populus, quia non ſolùm quilibet tribus eli-
gebat tot viros, quot iudices ei erant neceſſarij, ſed ẽt
diſtinctè præſentabat illos, quia hos preſentabat ad tri-
bunatum, alios vt fierent centuriones, & ſic de cęteris.
C *Qui iudicabant plebem omni tempore.* Ideſt quotidie iudi-
cabant in populo, ita vt omnes cauſæ finirentur ſine
magno labore: nam ſi certis temporibus iudicarent
iſti iudices ſolùm non finirentur cauſæ populi, quæ
multæ erant, & inuetterarentur lites, fierentque diffi-
ciliores, & incederent in inconuenicns, quod intende-
bat vitare Iethro. Ex hoc patet, quòd de duabus ſen-
tentijs datis ſupra in illa litera, qui iudicent populum
omni tempore: ſecundum eſt magis de intentione
literæ, ſcilicet quòd illi iudicarẽt omni tempore, ideſt
quotidie; nam ſi acciperetur iſta litera quantum ad
primum modum, ſcilicet quòd iſti iudices erant per-
petui, ita quòd poſtquam inſtituerentur nunquam eis
auferetur iudiciaria poteſtas, non poſſet iſta litera ap-
D plicari; nam quando aliquis incipit iudicare, non po-
teſt de eo ſciri vtrum iudicat omni tempore, ideſt v-
trum erit iudex perpetuus, ſcilicet per totam vitam,
quia hoc dependet ex futuro. Sed quantum ad primũ
modum valde conuenit, ſcilicet quòd iſti iudicabant
omni tempore, ideſt ſemper nulla die ceſſantes, niſi in
feſtiuitatibus, vt in diebus ſabbatorum, in quibus non
mouebantur, nec tractabantur quæſtiones forales: cũ
iſtæ valde impediant quietem contemplationis, quæ
intenditur in ſabbatis, & in alia quiete feſtorum. *Quic-
quid autem grauius erat referebant ad eum.* Omnis dubita-
tio de iure grauis erat, cùm ipſi dubitabant vtrum ſic,
vel ſic in tali cauſa ſententiare deberent. Dicebantur
etiam graues omnes cauſę criminales criminaliter in-
tentatæ, in quibus deberet infligi capitalis ſententia,
vel membri mutilatio. Cauſæ autem ciuiles pure, vt
quæ pecuniariæ ſunt, vel leuiſſimæ contentiones
interdum obortæ inter ipſos communicantes de ſe par-
uæ ſunt, & has iudicabant iſti iudices; ſi tamen inter
cauſas ciuiles aliqua eſſet, quæ magnam requireret in-
daginem, referebant eam ad Moyſen. *Faciliora tantum-
modo iudicantes.* Ideſt de cauſis grauibus, ſiue eſſent ſpi-
rituales, ſiue temporales nullo modo ſe intromitte-
bant: & ſi aliquando contingeret tales cauſas adduci
coram eis, referebãt eas ad Moyſen, vt in eis iudicaret.

Melius fuit, quòd popul⁹ iudices elegerit quã Moyſes.

Poteſtas eligendi, & corrigẽdi principes ſemp debet manere apud totum populum.

An iudices per Iſraelitas electi poteſtatem aliquam haberent, & quam poteſtatem.

QVAE-

QVAESTIO. X.

CIRCA istos iudices constitutos per Moysen aliquę difficultates erant. Prima de modo instituendi eos. Et ista iam expedita est, scilicet quòd per electionem fuerint instituti, & non sortialiter, & quòd aliquo istorum mortuo eodem ordine aliquis alius instituendus erat. Secunda dubitatio erat, ad quod genus principatus Politici correspōdeat iste principatus iudicum, & expedita est ista, scilicet quòd sit principatus Aristocraticus. Tertia dubitatio est, vtrum isti habeant potestatem iudicandi, & quam potestatem habebant. Ad hanc respondetur quantum ad partem primam, scilicet quòd potestatem iudicandi habebāt. Et hoc patet primo ex nomine, quia isti vocantur hic iudices, sed dicitur iudex à iudicando, vel à iudiciaria potestate, ergo potestatem iudicandi habebant. Item patet hoc ex fine institutionis, quia Iethro ordinans ista intendebat tollere laborem immoderatum Moysi iudicando totum populum diuidendo in multos alios: sic enim dixit: non bonam, inquit, rem agis: stulto labore consumeris tu, & populus iste, qui tecum est: vltra vires tuas negocium est: solus non poteris sustinere, & postea subditur: leuiusque tibi sit partito in alios onere: ergo pars iudiciorum cueniebat Moysi, & pars alijs iudicibus. Item, quia dicitur in litera, quòd Moyses magna iudicaret, & ipsi parua, & postea sequitur, & iudicent populum omni tempore. Item, quia infra dicitur, quòd Moyses constituit principes tribunos cēturiones, &c. qui iudicabāt populum omni tempore. Item non est aliquo modo putandum, quòd Iethro, & Moyses laborarent inutiliter: inutiliter eligendo, & constituendo tot principes, & iudices: sed si isti non haberent potestatem iudicandi, frustratoria fuisset talis electio, & institutio: ergo poterant iudicare. Item, quia Moyses mādauit illis, vt iudicarent, vt patet Deuter. 1. cap. cùm dicitur. Tulique de tribubus vestris viros sapientes, ac nobiles, & constitui ex eis principes tribunos centuriones quinquagenarios atq; decanos, qui docerent vos singula: precepique eis dicens. Audite illos, & quod iustum est iudicate, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personā. Ad secūdam partem huius, scilicet quam potestatem habebant isti iudices, dicendum est, quòd iurisdictio tota populi Israeliici erat penes Moysen, & ipsos: quicquid ergo non erat apud Moysen, erat apud istos. Moyses autem dupliciter habebat iurisdictionem distinctā secundum speciem, scilicet quòd ad Moysen pertinebant ea, quæ erāt ad Deum, scilicet referre populo ea, quæ dicebantur ei à Deo, quod propriè non erat officium iudicis, sed Prophetæ. Erat tamen ei aliquod officium iudicis distinctum, quòd erat in his, quæ erant spiritualia, vt docere populum cœremonias legis, & ritum colendi, & similia, & cùm quæstio verteretur super ista inter istos, respondebat ad dubia, & dirimebat causas determinans quid bene, aut male actum foret, & hoc dicit litera hic, scilicet: esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur ad eum, ostendaque populo cœremonias, ritumque colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. Quantum ergo ad hoc in quantum iurisdictio mere spiritualis pertinebat ad Moysē, & temporalis ad alios iudices, alij nullo modo poterant se intromittere de aliqua causa spirituali, siue magna, siue parua: & quantum ad hoc omnia, quæ erant mere temporalia, pertinebāt ad istos iudices. Sed erat in hoc differentia, quia quædam erāt negocia magna in temporalibus, & quædam parua. Negocia magna dicuntur quantum ad ipsam rem, de qua agitur, sicut

Prima ratio, quam haberent potestatē.

Ad secundum quæsitum.

Dupliciter potestas Moysi à potestate iudicum distingueba tur.

F sunt causæ purè criminales, in quibus debebat imponi corporalis pœna: aliæ erant magnæ ex sua intricatione, vt quando inter istas ciuiles, quæ secundum se intricata erat aliqua reperiretur, sicut sæpe euenit. Aliquando magnæ ex ipsis iudicibus, vtpotè quia esset aliqua causa etiam si parua foret, quæ à iudicibus determinari nesciretur, vt fortè, quia legē non inueniebant in illo casu, vel quia data lege nesciuerunt applicare legem. In his ergo casibus, quia causæ magnæ erant, ad solum Moysen determinatio earum pertinebat. Determinatio autem omnium aliarum causarum, quæ minores vocātur, pertinet ad iudices alios, vt patet hic, cùm dicitur: Constitue ex eis tribunos, & cēturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicēt populum omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referāt ad te: ipsi minora tantummodo iudicent. Sic patet Deuter. 1. cap. in eisdem iudicibus, cùm dicitur: Quia siquid difficile vobis visū fuerit, referte ad me, & ego audiam. Et non solùm patet hoc in præcepto Moysi ad ipsos, in quo ista mādabantur: sed etiam postquam isti iudices inceperunt iudicare, sic faciebant, vt mandauerat Moyses, vt patet in litera, cùm dicitur: Electis strenuis viris de cuncto Israel constituit eos principes populi tribunos, centuriones, quinquagenarios, atque decanos, qui iudicabant plebem omni tempore: quidquid autem grauius erat, referebant ad eum, ipsi autem faciliora tantummodo iudicantes.

An omnes iudices Israel æquales eßent in potestate, vel subordinati.

QVAESTIO. XI.

QVARTA dubitatio est de comparatione istorum iudicum inter se, quia hic erant multi iudices, vt patet in litera, & non erant omnes æquales: sed quidam tribuni, idest millenarij, alij decani à numero decem, & sic de intermedijs. Nam de omnibus istis iudicibus quotquot illi erant, dubium non est, quin subijcerentur Moysi, & subordinarentur ad ipsum referentes ad eum omnes causas magnas, quæ ad eos veniebant, & omnia in quibus dubitabant. Item, si omnes isti iudices essent æquales, scilicet quòd omnes essent decani, aut omnes tribuni, & sic de singulis, etiam dubium non esset, quia nullus alteri tunc subijceretur: sed omnes immediatè subijcerentur Moysi. Sed quia sunt inęquales, videtur esse aliqualiter dubium, an ille, qui erat decanus subijciebat quinquagenario, & quinquagenarij, si subijcerentur centurionibus, & centuriones tribunis. Si autem ponamus, quòd decani omnes subiecti erant quinquagenarijs, tunc dicemus, q̄ sub vno quinquagenario erant quinquaginta viri, & illi non erant alij quam illi, qui subijciebantur quinq; decanis. Sic ergo quilibet quinquagenarius habebat sub se quinq; decanos, & quinquaginta viros eorum. Et hoc modo cēturiones, nam quilibet centurio præerat centum viris, & isti centum viri erant sub duobus quinquagenarijs, & sub decem decanis: quilibet tribunus præerat mille viris, & decem centurionibus, qui erant super illos viros, & viginti quinquagenarijs, & cē tum decanis. Et secundum hoc eisdem præerant decani, quinquagenarij, & centuriones, atque tribuni, & non erat aliquis vir in populo de his, qui non erant iudices, qui non subesset vni decano, & vni quinquagenario, & vni centurioni, & vni tribuno. Alio modo poterat dici, quòd isti principes diuersi præessent diuersis viris, i. quòd alijs præessent decani, & alijs quinquagenarij, & alijs centuriones, & alijs tribuni, & isto modo, qui esset sub aliquo decanorum non erat sub centurionibus, aut quinquagenarijs, vel tribunis, & tunc quilibet de populo haberet vnum solum iudicem.

Primus modus dicendi.

Secundus modus dicendi confirmatur.

Sed

Sed iste modus inconueniens valde est: nam si non voluit Iethro quosdam iudices subordinare alteris ad qd faciebat eorum quosdam tribunos quosdam cēturiones quinquagenarios atq; decanos, quia melius fuisset omnes quotquot fuissent, aut essē decanos, aut omnes quinquagenarios, & sic de cœteris. Item si isti iudices essent disperati, ita quòd vnus nō esset alteri subiectus omnes immediatè subiecti essent Moysi: tunc ergo quandocunque aliqua causa ab aliquo istorum ad superiorem deuoluueretur per appellationem, cùm nullus iudex esset intermedius, necesse erat ad Moysen deuolui per appellationē, & tunc redibat inconueniens, quod intendebat vitare Iethro, scilicet quòd Moyses audiret totum populum, quia tunc necesse erat audire totum populum contendentem per appellationē. Item est contra literam, quia in litera determinata fuit iurisdictio Moysi quantum ad ea, quæ pertinent ad Deum, & vt doceat populum cęremonias ritumque colendi, & viam per quam ingredi debeant, & quid agere. Alij autem debeant iudicare in temporalibus, nisi quando aliquid esset valde magnum, quia tunc reducendum erat ad Moysen: sed hoc dato necesse erat Moysen iudicare vnà sicut alij iudices, quia quando aliquis appellat ab aliquo iudice sentiensse grauatum, quantacunque modica sit causa potest deferri appellationi iuste, & deuoluetur causa ad audientiam maioris iudicis: ergo cùm populus appellaret ab illis iudicibus in paruis causis deferretur appellationi, & deuoluerentur parua negocia ad Moysen, quod est contra intentionem literæ, & Iethro ista instituentis: sed hoc procedit si ponatur, quòd isti iudices non erant inter se subordinati, ergo necesse est dicere eos subordinatos. Item, quia si ponerentur sic iudices, vel quomodocunque ponerentur, necesse erat esse valde multos, & quia isti iudices, vt sunt singulares personę poterant inter se contendere, vel contra alias personas, vel aliæ psonæ contra ipsos, si ergo non essent subordinati, ita q̄ quidam audirent causas aliorum, necesse erat omnes causas horum, vel inter se, vel cum alijs, vel aliorum ad ipsos referri ad Moysen, & sic essent duo inconuenientia. Primum quòd Moyses audiret causas facillimas non solùm per appellationem, sed etiam directè ad ipsum venientes, cùm nullus alius esset, qui determinaret, quod est contra literam directè magis quàm si causæ paruæ deuoluerentur ad ipsum per appellationem: nam licèt causa à principio parua fuerit, tamen cùm appellatum est iam magna videtur, sed cùm directè proponuntur magnæ non possunt dici, & tamē secundum istum ordinem proponerentur causæ paruæ directè coram Moyse. Secundum inconueniens erat, quòd non posset Moyses finire causas istas, & populus cum inutiliter expectaret. Concludendum ergo est, quòd isti iudices subordinati erant, scilicet quinque decani vni quinquagenario, & duo quinquagenarij, & decem decani vni centurioni, decem centuriones, & viginti quinquagenarij, & centum decani vni tribuno. Sed tunc quæritur de modo subalternationis, vel subordinationis istorum iudicum quātum ad quid subiecti erant adinuicem. Et respondetur, q̄ subordinatio istorum iudicū inferiorū ad superiores erat quantum ad duo, scilicet ipsorum iudicum inferiorum ad iudices superiores, & subordinatio subditorum iudicum inferiorū ad iudices superiores. Subordinatio iudicum inferiorum ad superiores erat, vt non voluerentur omnes causæ ad Moysen, quod intēdebat tollere Iethro, cùm ergo essent sub quolibet quinquagenario quinque decani, si illi decani haberēt inter se aliquas causas, quæ non essent de directè pertinentibus ad Moysen, vtpotè, quia essent causæ spirituales mere, vt de ritu colendi, aut cœteris cœremonijs, aut esset aliqua causa ciuilis, & esset magna, vel fortè criminalis, q̄ semper magnæ sunt: semper oportebat, quòd litigarent sub vno quinquagenario, sicut litigabāt decem viri sub quolibet decano, & si aliquis de alijs popularibus, aut quibuscunque causam haberet contra aliquem decanum, oportebat, vt illam ventilaret coram quinquagenario, qui erat proprij iudex decanorum. Sic etiam quinquagenarij duo subditi erant vni centurioni: ideo si isti inter se litem haberēt sub centurione dirimenda erat, vel si aliquis extraneus, qui nō esset iudex, vel fortè aliquis de decanis, vel subordinatis illi quinquagenario, vel non subordinatis quinquagenarium iudicialiter impeteret, coram centurione eum conuenturus erat. Sic etiam decem centuriones vni tribuno suberant: quidquid ergo litigij inter hos suboriretur, vel si aliquis alius quidquā de centurionibus conuenirent coram tribuno iudicialiter experiri debebant. Et sicut erat inter istos iudices subordinatos causarum tractatio per modum simplicis conuersionis, scilicet quòd decani à quinquagenario iudicarentur, & quinquagenarij à centurione, & centuriones à tribunis, ita erat inter eos subordinatio per modum appellationis, vt si decani sub quinquagenario litigarent, & ab eius diffinitione appellarent, deuoluebatur causa ad centurionem, & si à centurione appellaretur, deuoluebatur causa ad tribunum: tunc si omnes tres iudices priorem sententiam confirmarēt rata erat, nec oportebat vltra appellare ad Moysen. Et sic Moyses eximeretur à labore sententiandi in istis paruis causis. Secunda subordinatio erat subditorum iudicum inferiorum ad iudices superiores: nam totus populus erat distinctus sub decanis, ita quòd nullus vir erat in toto populo Israelitico, qui non esset subiectus decanis: quinquagenarij autem centuriones, atque tribuni non habebant aliquos subditos præter eos, qui erant sub decanis, & quando isti subditi decanorum volebant inter se contendere, debebant coram decanis suis comparere, nec poterat vnus de populo, qui immediatè alicui decano subiectus erat citare, alium subiectum eidem decano coram quinquagenario directè conuenire non cōueniendo coram decano, nec ipse quinquagenarius poterat aliquos subditos alicuius decani inducere coram se ad audiendum sententiam in aliquo litigio prius quam à decano appellarēt: sicut nunc Metropolitani, idest Episcoporum domini, scilicet Archiepiscopi, non possunt aliquem de subditis Episcopi iudicare Episcopo inconsulto, vel intromittere se de eis, quæ ad Episcopos pertinēt. Sicut patet extra de excessi. prela. in cap. sicut vnire: possunt autem per appellationem deuolui causæ ab Episcopo ad Metropolitanū; sic in istis, cùm aliquis de populo conueniret alium primum coram decano, & si postea appellaretur à decano, deuoluebatur ad quinquagenarium causa, deinde per appellationem huius deuoluebatur ad centurionem, deinde ad tribunum, & transibat sententia per quatuor iudices, & si confirmabatur non erat vltra appellandum, nec reciperetur appellatio ad Moysen in similibus, quia iudices secundum instituta sua non deferrent tali appellationi, & sic non grauaretur Moyses iudicando tot causas populares. Inter istos tamen principes vltimi erant tribuni, ideo si isti inter se litigarent, vel aliquis eos impeteret iudicialiter non erat coram quo causę eorum determinarentur, nisi coram Moyse, & sic oportebat eos coram eo comparere: sed quia isti erant magni viri, & virtuosi atque sapientes super alios, modica, aut nulla litigia inter se haberent, & si aliquas causas haberent, essent magnæ, quia magnæ personæ paruas causas non habent, & tunc siue essent tribuni, siue quicunque alij homines qn̄ magnas causas haberent coram Moyse

Quomodo iudices inter Israelitas ordinabantur, & de eorū dem subalternatiōe.

cas.

eas tractare debebant. Et quia isti tribuni pauci erant, & paucas causas habentes, cùm essent personæ honorabiles valde, & non decebat eos quotidie litigare Moyses modicum grauaretur iudicando causas istorum, quando euenirent. In Moyse autem qualitercunque iudicaret erat status, nec erat vltra ad aliquem appellandum, cùm non esset ad quem appellaretur, sicut à Papa appellari non potest, cùm nõ sit ad quem appelletur: nam à Papa ad Deum appellari nõ potest, cùm non iudicet Deus hic causas iudicio manifesto, sed in futuro sæculo: à Moyse etiam non decebat appellari, & minus quàm à Papa, quia licèt Papa teneat statum altiorem, quàm tenuerit Moyses tẽpore suo, quia Moyses gerebat vicem Dei solùm super populũ Hebræum, Papa autem vicem Dei gerit super omnes homines, & potest absoluere, & ligare plenissimè ex potestate clauium, quæ apud eum totaliter est, quod non poterat facere Moyses, & in hoc exceduntur sacerdotes nostri temporis sacerdotes legis veteris, & Prophetas: quilibet namque sacerdos simplex huius temporis perfectioris status est, quantum ad hoc q̃ Moyses, qui erat eximius, & maximus Prophetarum, vt patet Deut. 34. & quàm Aaron, qui erat summus sacerdos. Nam quilibet sacerdos simplex subditum sibi cõfitentem à peccatis absoluere potest auctoritate clauium sibi tradita: Moyses autem, & Aaron, vel aliquis alius sacerdos, aut Propheta illius temporis absoluere non poterat neque à minimo peccato mortali, aut veniali, quia potestas clauium tunc non erat data: nam postea per Christum data fuit Petro, & alijs Apostolis, licèt implicitè, & suis successoribus, & confertur ista potestas clauium in collatione ordinũ, licèt non quorumcunque, sed ordinis presbiteralis, vt patet ex ipsa forma ordinandi. Ista autem potestas postea magis communicatur, secũdum distributionem maiorum, vt Episcoporũ, & Metropolitanorum, & consequenter vsque ad summum Pontificem, in quo plenissimè sedet ista potestas, vt patet in cap. Cleros 21. dist. vbi dicitur, quòd cœteri Episcopi vocati sunt in partem solicitudinis; Romanus autem Pontifex ad plenitudinẽ potestatis. Quantum tamen ad id quod dicebatur de sententia ferenda, minus debuisset appellari à Moyse quam à Summo Pontifice Romano, quia ab aliquo iudice appellandum est secũdum quòd errare potest sententiando, & grauare litigantes: sed minus errare poterat Moyses, quàm Romanus Pontifex, ergo minus ab eo appellandum erat. Antecedens patet, quia licèt totu Ecclesia errare non possit, aut totum Concilium, quia Spiritus Sanctus ibi adest, tamen summus Pontifex inquantum est vnus iudex errat aliquando, quia nõ cognoscit omnia, licèt dicatur habere omnia iura in Scrinio Pectoris, vt patet in 6. de rescriptis in c. licèt Romanus, & sicut aliquando contingit eum peccare mortaliter perdendo charitatem, ita contingit eum perdere rectum iudicium quantum ad aliquid. Moyses autem licèt esset vir sanctus: tamen erat vna persona priuata, & errare poterat, tamen quia erat Propheta maximus, & loquebatur cùm Deo quando volebat, & facie ad faciem sine ænigmate, vt patet Num. 12. cap. & Num. 7. vbi dicitur, quòd cum ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculũ, audiebat vocem loquẽtis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam inter duos Cherubin, vnde & loquebatur ei: cùm ergo Moyses aliquid dubitaret, vel in lege clarum non inueniret, consulebat dominum, qui respondebat: ideo verba Moysi erant quasi verba Dei: sic enim dixit ipse, & patet hic in litera, cùm dicitur: Venit ad me populus quærens sententiam Dei, cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & indicem præcepta eius atque leges.

In Moyse erat status causarum appellãdarum in veteri testamento.

Sacerdotes nostri tẽporis sacerdotes vet. test. & Moysen & omnes Prophetas excedunt.

Pontifex omnia iura habet in Scrinio Pectoris sui, licèt omnia non cognoscat.

F Romanus autem Pontifex, licèt magnam habet potestatem, interdum non est vir multum virtuosus, & dato quòd sit valde virtuosus, quia tamen non habet Deum ita respondentem ei ad omnia, sicut habebat Moyses, facilius errare potest. Quinta quæstio in hac materia erat de duratione istorum iudicum, vtrũ sem per durauerunt in deserto, & postea in terra Chanaan, an aliquo tempore defecerunt. Cuius enodatio ponetur Nu. 11. ca. vbi tractatur hæc materia: de hoc etiam Deuter. 17. cap. *Dimisit ergo cognatum, qui reuersus abijt in terram suam.* Secundum quòd supra clare inductũ est, Iethro venit ad Moysen apud montem Sinai in fine primi anni egressionis de Aegypto, vel in principio secundi. Quocunque modo accipiendo modicum stetit
G cũ genero suo Moyse, qa solùm stetit Iethro quousq; recesserunt castra Israel de monte Sinai, vt patet Nu. 10. cap. Sed recesserunt de prædicto monte anno secundo egressionis de Aegypto, mense secundo, die 20. mensis eiusdem, vt patet Num. 10. cap. ergo paucis diebus stetit, scilicet duobus mensibus, vel quasi, & tũc Moyses dimisit eum, & reuersus fuit in terram suam Madian. Sed antequam reuerteretur Moyses rogauit eum, vt maneret cũ Israel, & iret in terram Chanaan, cùm dicitur: Dixit Moyses Hobab filio Rauhel Madianitidi cognato suo: proficiscimur ad locum, quem dominus daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit Israeli: Cui ille respondit. Non vadam tecum, sed reuertar in terrã
H meam in qua natus sum: & ille, noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris dux noster, cumque nobiscum veneris quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est dominus, dabimus tibi. Sed licèt ibi non dicatur, tamen Iethro non contentus his: voluit redire in terram suam, & reuersus est. *Dimisit cognatum suum.* Idest Moyses expediuit à se Iethro, qui erat socer suus, & vocatur hic cognatus, quia cognatus erat nomen generale affinitatis. *Qui reuersus abijt in terram suam.* Idest postquam expediuit se à Moyse reuersus fuit in terram suam Madian.

QVAESTIO. XII.

I NICOLAVS autem dicit probabilius esse Iethro venisse in anno primo egressionis de Aegypto ante dationem legis, & mansisse cùm Moyse quasi anno vno integro, & hoc decebat valde, quia iste de nouo conuersus fuerat ad ritum Iudaicum; ideo debebat instrui in cœremonijs legis, & oportebat manere aliquanto tempore. Maximè, quia videns generũ suum in tanta gloria, non ita cito recederet ab eo. Respondetur, quòd id quod dicit Nicolaus primo, scilicet quòd verisimilius est eum venisse in anno primo ante datam legem, falsum est, quia supra claris rationibus improbatum est: rationes autem, quas postea allegat non multum concludunt, scilicet quòd verisimile est Iethro mansisse per annum, vt instrueretur in cœremonijs legis. Nam non videtur, quòd cœremoniæ legis essent necessariæ Iethro: nam obseruatio cœremoniarum pertinet ad illos, qui erant de populo Dei, quòd autem aliquis esset de populo Dei, erat per circumcisionem, quæ erat signum distinctiuum, vt patet ad Roma. 4. cap. post quam susceptam erat obligatio ad obseruantiam totius legis, vt patet ad Gala. 5. cap. sed Iethro non fuit circuncisus, vt supra inductum fuit, quia in deserto nullus fuit circuncisus, etiam de Hebræis, vt patet Iosue. 5. cap. ergo non debebat instrui in cœremonijs, nec erat aliquo modo necessariũ. Etiam quia omnes cœremoniæ consistunt in cultu Dei, quantum ad sacrificia, vel ad quasdam mundicias, quæ considerabantur in comparatione ad tabernaculum, vt patet Num. 19. capit. & in conuersatione ipsorum Iudæorum inter se: sed nihil horum pertinebat ad Iethro, quia cùm ipse intenderet redire in terram suam, & ibi non posset immolare, non pertinebat ad eum: quia immolationes fieri debebant ad ostium tabernaculi, qui autem extra locum istum immolaret, mortis pœnam incurrebat, vt patet Leuit. 17. & Deuter. 12. cap. Etiam cùm Iethro maneret in terra sua, non posset contrahere mundiciam, aut immundiciam respectu tabernaculi, cùm in terra sua non esset tabernaculum. Item non erant ibi necessariæ cœremoniæ, quæ erant in obseruatione diuersorum festorum: nec cœremoniæ, quæ erant in communicatione Iudæorum inter se, cùm ibi non essent Hebræi: ergo
B nullę cœremoniæ ei necessariæ erant, nec ipse eas addiscere vellet. Item quando dicit, quòd Iethro videns gloriam tantam generi sui Moysi, & filiæ suæ vxoris Moysi non recederet ita cito à Moyse. Respondetur, quòd non multum cito recessit à Moyse, cùm manserit cum eo per duos menses, aut quasi, & si intentio eius erat aliquo tempore recedere à Moyse, videbatur inutile vno anno manere cum eo: quòd autem fuisset intentio eius recedere, patet Num. 10. ca. vbi dixit ad Moysen suadentem ei manere, & cum eis ire in terram promissionis: non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum: patet ergo quòd Iethro in fine primi anni venerit ad Moysen, vel
C in principio secundi, & solùm manserit cum Moyse vno mense aut duobus, nec fuit magis necessarium manere, licèt voluerit Nicolaus.

An verisimilius sit Iethro venisse ad Moysen ante dationem legis.

A ditque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cùmque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus.

Mense. Descripta eductione Israel de Aegypto, quæ fuit quædam dispositio remota ad legisdationem, hic ponitur legisdatio: prima in duas, quia primo ponitur immediata dispositio: secundo subditur legisdatio, in capitulo vigesimo. Prima in duas secundum quòd dupliciter populus disponitur: primo per mundiciam, secundo per reuerentiam. Secunda ibidem. *Iam aduenerat.* Iterum prima in duas, quia primo ponitur mundicia corporis, secundo immundicia mentis, ibidem. *Et ait Dominus, iam nunc veniam.* Circa primum. *Mense tertio egressionis de Aegypto.*

QVAESTIO PRIMA.

HOC fuit in primo anno, quia ab egressu Aegypti vsque ad tempus, quo venerunt in montem Sinai, sunt vnus mensis, & dimidius, quia in die quintodecimo mensis primi egressi sunt de Aegypto, vt patet supra decimosecundo, & decimotertio capitulo. Et hoc, quia modica terra est inter Rameses, de qua recesserunt quando exierunt de Aegypto, & montem Sinai: sed morabantur aliquot diebus in mansionibus castrametationum, vt patet ex superioribus. Et cùm dicitur hic, mense tertio egressionis de terra Aegypti, est sensus, quòd in mense tertio, postquam egressi sunt de Aegypto computando à primo mense, in quo egressi sunt de Aegypto die quintodecimo eius venerunt in montem Sinai. Et ponitur hic mensis non nominando annum, quod est contra morem scripturæ, & reperitur hoc in duobus annis, scilicet in anno primo egressionis de Aegypto, & in anno quadragesimo. De anno primo patet hic, quia ista euenerunt in primo anno exi-
D tus de Aegypto, vt satis patet ex libro Numeri, quia anno secundo, mense secundo recesserunt de monte Sinai, vt patet Numeri decimo capitulo, sed hic dicitur, quòd venerunt in montem Sinai mense tertio, ergo necesse est intelligi de mense tertio primi anni. De anno quadragesimo, quòd ponatur mensis sine anno, patet Numeri vigesimo capitulo, cùm dicitur: Veneruntq; filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin mense primo, & mansit populus in Cades, mortuaque est ibi Maria. Quod autem intelligatur illud de mense primo anni quadragesimi, ibi diffusius dicetur. *Egressionis Israel de terra Aegypti.* Ex hoc notificatur quis mensis, & cuius anni fuerit iste, quia dicitur egressionis de Aegypto, idest quòd iste fuerit
E primus mensis: tertius post exitum de Aegypto: & licèt dicatur hic egressionis Israel de Aegypto: non est intelligendum, quòd solus Israel egressus fuerit de Aegypto, sed etiam multi de Aegyptijs, sic enim patet supra decimosecundo capitulo, cùm dicitur: Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cũ eis. *In die hac.* Idest in die prima. Vocatur dies prima mensis dies hæc, quia dicebatur antea in mense tertio, illa autem dies, à qua mensis denominari incipit talis, aut talis mensis vocatur dies hæc: dies autem secunda, aut sequentes non possunt vocari dies hæc, quia non sunt ille dies, in quibus primo mensis sit talis aut talis mensis: sola autem dies prima talis est. *Venerunt in solitudinem Sinai.* Non est intelligendum

In mense & dimidio venerũt Israelitæ de Aegypto ĩ montem Sinai.

CAPITVLVM XIX.

MENSE tertio egressionis Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphydim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria è regione montis. Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filijs Israel: Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas Aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel. Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus. Respon-

Antequã Hebræi accederẽt ad mõtem Sinai nũ ambulauerũt per terram habitata.

dum ex hoc, quòd antea istud tempus Hebrei ambulauerint per terram habitatam, & nunc inceperunt introire solitudinem, quia ante hoc introierunt solitudinem, scilicet desertum Sur, & ambulauerunt tribus diebus per illud non incenientes aquam, vt patet supra 15.ca. & transierunt per desertum Sin, vt patet supra 16.ca. quando pluit manna: sed nunc dicuntur venisse in desertum, vel solitudinem Sinai, quia licèt tota ista terra post transitum maris rubri, & introitu ad partes Arabicas sit solitudo: tamen nominantur diuersæ solitudines à diuersis partibus terrę, vel montibus, vel locis notabilibus, & computatur solitudo Sinai modicum in circuitu montis Sinai, & in illo spatio locauerunt castra Israelitæ. *Nam profecti de Raphydin, & peruenientes vsque in desertum Sinai.* Non dicitur hic sicut supra 17.cap. scilicet: profecta est omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas iuxta sermonem domini castrametati sunt in Raphydin: hic autem non dicitur per mansiones suas, quia illa additio, scilicet per mansiones suas, nũquam apponitur, nisi quando inter illas mansiones, quæ nominantur aliæ interciderunt, quæ non nominantur: sic enim fuit procedendo de deserto Sin in Raphydin, quia interciderunt duę mansiones, scilicet. Dephcha, & Halus, vt patet in cathalogo mansionum Numeri 33.cap. hic autem inter Raphydin, & desertum Sinai nulla mansio intermedia fuit, vt patet Num. 33.c. ergo non debebat dici, quòd Israelitæ venerunt de Raphydin per mansiones suas in solitudinem Sinai. *Castrametati sunt in eodem loco.* Idest cùm peruenissent de Raphydin in desertum Sinai stetit nubes, & fixerunt castra in eodem loco iuxta consuetudinem suam. *Ibique Israel fixit tentoria.* Castrametari, & figere tentoria idem est, & tunc videtur hoc positum ex superabundanti, cùm dictum fuerit ante, castrametati sunt in eodem loco, sed ponitur hic propter illam particulam, quę additur, scilicet è regione montis. Vel potest dici, quòd castrametari, & figere tentoria accipiantur hic vt diuersa, scilicet quòd castrametari est assignare locum pro castris, & figere castra pro ipsa fixione tabernaculorum, quæ est post assignationem loci. Et ista differentia videtur Deuter. 1.cap. cùm dicitur: domino Deo vestro non credidistis, qui præcessit vos in via, & metatus est locum in quo castra figere deberetis. Ecce qualiter accipitur ibi metari locum, idest assignare locum, & patet per ea, quæ ibi sequũtur, scilicet nocte ostendes nobis iter per ignem, & die per columnam nubis: sic ergo hic accipietur, & non erit replicatio sententię eiusdem. *E regione montis.* Idest contra mõtem. Et sunt duæ partes, scilicet è prepositio deseruiens ablatiuo, &, regione, quæ est ablatiuꝰ huius nominis regio, & signat cõtra positionem, scilicet à fronte, vel è contra. Et dicitur è regione montis, quia Hebræi venerunt ad desertum Sinai, & non ascenderunt in montem, cùm esset locus altus: sed castra fixerũt in valle in locis planis circa aquas, & ista loca erant contra montem ex parte meridiana, erat namque aduentus Israelitarum à parte meridiana, scilicet ab Aegypto contra partem septentrionalem, cùm ergo peruenissent ad montem Sinai non transierunt vltra: sed locauerunt castra apud frontem meridianam illius montis, qui respicit aliqualiter Aegyptum, & mare rubrum, per quod transierant. Metatio autem castrorum erat secundum assignationem aliquorum deputatorum: nam sicut reges, & magni domini habent aliquos officiales, qui cœteris assignant mansiones in loco, ad quem vadunt domini: ita hic ponebantur aliqui viri de singulis tribubus, & isti assignabãt loca pro qualibet tribu. Situs autem castrorum pro qualibet tribu aliqualiter determinatꝰ erat à Deo, quia vt habetur Num. 2.cap. in parte orientali po

F nebat Iudas tentoria, & aliæ duæ tribus, quæ erant sub vexillo suo ad meridianam partem locabat castra. Ruben, & duæ tribus sub vexillo suo ad occidentem locabat castra. Ephraim, & duę tribus sub eo ad septentrionem locabat castra: tribus Dan, & cùm ea aliæ duæ, & quantũ ad hoc nihil oportebat determinare ipsos osticiales assignantes loca castrorum, sed postquam ipsi posuissent locum pro sanctuario, quod figendum erat in castrorum medio, & pro Leuitis, qui excubabant in circuitu eius, vt patet Num. 1. & 3.cap. assignabant quantitatem castrorum pro quolibet quarta vexillorum, & deinde sub quolibet vexillo assignabãt locum cuilibet tribui quantum occuparet, & post in qualibet tribu assignabant locum pro qualibet familia,

G deinde in qualibet familia tribuum assignabãt locum pro quolibet tentorio aliquorum illius familiæ: ita, ꝓ non esset contentio iuper locationem, aut occupationem castrorum.

De loco, in quo Israelitæ castra fixere. Et de modo adorandi eorum, an adorarent contra Orientem, vel Occidentem.

QVAESTIO. II.

NICOLAVS dicit, quòd cùm Iudæi accesserunt ad montem Sinai castra fixerunt è regione montis, & hoc ex parte orientali, ita quòd mons Sinai esset eis occidentalis, vt adorarent Deum descendentem super montem Sinai, quia modus Iudęorum

H erat adorare contra occidentem, vt patet in situatione sancti sanctorum, siue tabernaculi interioris: nam ponebatur sanctum sanctorum ad occidentalem plagã, & porta tabernaculi, & atrij erant ad partem orientalem plagam, vt patet infra 26. & 27. capit. & Leuit. 16. sed Iudæi orabant contra sanctum sanctorum: ergo oratio sua erat ab Oriente contra Occidentem. Etiam quia astra Cęli mouentur ab oriente in occidentem saltem secundum motum raptus: ergo ab oriente cõtra occidentem orandum est. Respondetur, quòd primum non videtur verum, scilicet quòd Hebræi fixerunt castra ab oriente montis Sinai, quia Hebrei quando castrametari debuerunt, nõ transierunt vltra Sinai: sed immediatè, vt accesserunt ad solitudinem Sinai fixerunt castra. Si tamen consideratur terra, de qua veniebant, dicendum est, quòd venerunt à parte meridiana montis Sinai, & non totaliter à parte meridiana, sed aliqualiter à parte occidentali, quia pars Aegypti, de qua ascendebãt est occidentalis respectu montis Sinai, ipsi autem ascendentes versus montem Sinai primo ascenderunt versus partem orientalem, quando ibant ad mare rubrum, deinde declinauerunt versus partem septentrionalem euntes per deserta Arabica contra montem Sinai: ideo ibant ipsi contra frontem meridianam montis Sinai, sed ad figendum castra nõ transierunt montem Sinai: ergo castra locata fuerunt à fronte meridiana montis Sinai, & non à fronte oriẽtali. Motiuum autem Nicolai valde facile est, scilicet

K vt adorarent dominum descendentem super mõtem à parte orientali existentes versus occidentem. Et primo, quia Iudæi nesciebant vtrum in isto monte eis lex danda esset, nec vtrum Deus descensurus esset, quia dato, quòd scirent legem dandam tamen nesciebant modum, scilicet vtrum domino descendente super montem, vel aliàs. Nec valet si dicas, quòd Moyses annunciauerat eis, quia supra solùm annunciauerat eis in Aegypto existens, quòd quando exirent de Aegypto sacrificarent domino in monte Sinai, vt patet supra 3.ca. licèt non dicatur in 4.ca. postea, quòd istud recitauerit Moyses, vel Aaron Israelitis. Et si dicas, quòd postea ambulãdo per desertum Deus reuelauit Moysi, quòd ibi danda esset lex, & quòd descendere deberet

Contra Nicolaum

Contra motiuum Nicolai.

Israelitæ cum venerũt ad mõtem Sinai nesciebãt an legem ibi accepturi essent.

deberet in nube, & postea ipse reuelauerit Hebræis. Non potest stare, quia ista nondum sciebat Moyses, quando accessit ad montem Sinai: sed quando in mõtem ascendit reuelauit ei Deus, ꝓ in die tertio veniret in nube, & igne super montem, sed quando Moyses ascendit in montem, vel castrametatus fuerat populus iam, vel tunc castrametabatur: ideo non poterant locare castra ex industria, vt Deum venientem ab orientali parte contra occidentem adorarent. Item dato, ꝓ scirent Deum venturum ad montem, tamen illo tempore non erat Iudæis specialis modus orandi quãtum ad determinationem positionis, s. an contra oriẽtem, vel occidentem, & sic de alijs positionibus: nam ante datam legem Iudæi nullas ceremonias habebant, per quas à cęteris gentibus distinguerentur, nisi ꝓ Deum verum adorabant, & gentes idola. Item quia circũcisi erant, gentes aut non: quantum ad alios speciales modos nihil habebant: sed omnia nũc post legem datam susceperunt, & sic fuit de situ adorationis vtrum contra orientem, vel occidentem, vel aliam partẽ mundi. Et patet, quia iste modus fuit ex locatione tabernaculi interioris. s. Sancti Sanctorum, quia illud fuit locatum contra occidentem, vt patet infra 26.c. & Leui. 16. sed istud non erat factum, quando venerunt in montem Sinai, cùm ibi factum fuerit tabernaculum, & omnia alia, vt infra patet: ergo non erat tũc iste modus. Item dato, ꝓ esset iste modus adorandi quantum ad determinationem situs apud Iudęos, etiam anteq̃ venirent ad montẽ: tñ non multũ facit ad hoc, qa iste modus tenet, quando Deum colimus non apparẽtem in aliqua effigie, & tunc contra talem, vel talem partẽ ex aliqua ratione speciali, s. ꝓ Iudæi adorabant contra Occidentem, vt dissimiles essent gentilibus, q adorabant contra orientem, vel quia stellæ, quæ dñr adorare Deum: vt patet Esdræ 2.c. tendunt ab Oriente in Occidentem secundum motum raptus nobis manifestũ: qñ tamen Deus nobis apparet, non est eadẽ causa, quia vbicunq;, & ꝓtra q̃cunq; positionem nobis appareat eum venerari debemꝰ: ideo si Iudęis à parte meridiana, vel oriẽtali Deus appareret, adorarent eum contra meridiem, vel orientẽ, & patet quia dicitur infra 33.ca. ꝓ Moyses tetendit tabernaculum extra castra, & vocauit nomen eius tabernaculum fęderis, & postea sequitur. Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vnusquisq;, & stabat in ostio papilionis sui aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium, ingressoque illo tabernaculum fęderis descẽdebat columna nubis, & stabat ad ostiũ loquebaturq; cum Moyse cernentibus vniuersis, ꝓ columna nubis staret ad ostium tabernaculi, stabantq; ipsi, & adorabãt per fores tabernaculorum suorum: sed illud tabernaculum erat extra castra, & tñ frons castrorũ esset valde lata si omnes, qui erãt in fronte castrorũ adorarent, qñ descendebat nubes super illud tabernaculũ: necesse est, ꝓ illud tabernaculum respectu quorundam existentium in vna extremitate frontis castrorum esset meridianũ, & respectu aliorum existentium in alia extremitate opposita esset septentrionale, vel respectu quorundã esset oriẽtale, & respectu aliorum esset occidentale: non ergo adorabant semper Hebrei contra occidentalem partẽ. Item patet, quia vbicunq; essent Iudęi adorabãt versus tabernaculi locum, vt patet 3. Reg. 8.ca. & Dan. 6.cap. quia accusatus fuit, ꝓ haberet fenestras apertas contra Ierusalem, & oraret in die ter contra Ierusalem, sed constat, ꝓ orare in Babylone, vbi erat Daniel contra Ierusalem, non est orare contra occidentem, sed contra meridiem, ergo non erat semper orandum contra Occidentem Iudæis. Antecedens patet, s. ꝓ Ierusalem ist meridiana Babyloni, quia Babylon est septentrionalis, siue aquilonaris Ierusalem, vt patet Hiere. 1.cap.

Iudęi ante datã legẽ non habebãt specialem modũ adorandi Deum.

Cum Iudęi Deum non apparentem in aliqua effigie adorabant cõtra occidentẽ adorabãt.

A vbi cum loqueretur de captiuitate Babylonica dixit: Ab aquilone pandetur omne malum, & venient principes aquilonis, & ponet vnusquisque solium suum in portis Ierusalem. Item patet, quia Iudęi qñ erant in deserto orabant existentes in domibus suis contra tabernaculum: sed tabernaculum erat in medio castrorum, vt patet Nu. 2. & 3.c. & ad oriẽtem tribus Iudæ cũ alijs duabꝰ: ab occidente Ephraim, à meridie Rubem, à septentrione Dan quælibet cũ alijs duabus tribubus: sic ergo soli, q erant in parte Iudę sub vexillo eius poterãt adorare contra occidẽtem, q autem erant sub vexillo Ephraim cũ adorarent contra tabernaculum, necesse erat, vt adorarẽt versus orientẽ, & q̃ sub vexillo Rubẽ necessariò adorare debebant versus Septentionẽ, & q

B erant sub vexillo Dan, necessariò adorabant ꝓtra Meridiem: non ergo refert multũ istud motiuũ Nicolai, s. ꝓ sederint ad partẽ orientalem montis, vt adorarent ꝓtra occidentem dominũ, qñ descenderet super montem. Dicẽdum ergo, ꝓ castra locata fuerint ad partem meridianam montis Sinai, vt supra declaratum est. *Moyses autem ascendit ad Deum.* Hoc fuit in prima die mẽsis tertij, scilicet die qua accesserunt ad solitudinem Sinai, & patet, quia dixit ei tunc Deus, quòd purificaret populum vsque in tertium diem, & tamen in tertio die mensis tertij lex data fuit: causa autem quare ascendit Moyses in montem fuit, vt requireret voluntatẽ Dei, quia licèt Moyses Deum pñsto haberet vbicunq; cum eo loqui vellet, quia tamen sciebat Deum specialiter

C habitare in monte illo, ascendit in montem illum, quia iterum Deus apparuerat ei in mõte illo, cùm pasceret oues Iethro, vt patet supra 3.c. cùm vidit rubrũ ardere, & non cõburi: & potissima causa fuit, quia tũc dixerat ei Deus, cùm eduxeris populũ meũ de terra Aegypti, immolabis super montem istum. Volebat ergo scire Moyses, quid Deus volebat sibi immolari, & quãtum, & quomodo, & sic de cęteris circunstantijs, vt diligenter exequeretur, qa maledictus, qui facit opus domini negligenter, vt patet Iere. 48.c. cùm autem ad ista ascẽderet, vocauit eum Deus, & dixit ei alia q̃ in litera subsequuntur. *Vocauitque eum dominus de monte.* Deus vocauit formando quandam vocem mysterio angelico, q̃ dirigeretur ad Moysen, sicut patet de vocibus, quæ so-

D nabant in datione legis, vt patet capitulo sequenti: dicitur vocauisse Deus Moysen de monte, non ꝓ Deus in monte staret, & Moyses extra montẽ, quia ẽt Moyses in monte erat, cùm dictũ fuerit supra ꝓ Moyses ascẽdit in montẽ ad dñm: sed Moyses nõ ascẽderat adhuc in parte superiori montis: ideo vocabat eum de monte, idest de vertice mõtis. Causa autem quare Moyses non ascendebat ad partem superiorem erat, quia cùm ipse pasceret gregem Iethro venit ad montem illum, & in parte superiori illius montis vidit rubum ardere, & non comburebatur, & dixit intra se: vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non coburitur rubus; cernens autem dominus, ꝓ pergeret ad videndum vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses ne appropies, inquit, huc. Quia ergo tũc Deus arguerat eum de

E irreuerentia in eodem loco accedendo antequam vocaretur, noluit nunc accedere, donec vocaret eum Deus: ergo videns Deus eius reuerentiam vocauit eum, vt accederet ad locum. *Hæc dices domui Iacob.* Vocatur domus Iacob tota posteritas Iacob manens: cùm ergo omnes manentes de posteritate Iacob, ibi tunc esset, vocauit illos domum Iacob, & isto modo accipiũt Poetæ, & Gentilium Hystoriographi domũ, vt ait Aug. de Ciu. Dei, lib. 14. accipientes ab hoc loco: Virgilius namque in 6. Aeneidos omnes Romanos vocat domum Assaraci, quia descendunt ab Assaraco per Aeneam, & Aeneas ab Anchise, Anchises ab Assaraco: sic enim dicit.

Moyses non ascendit ad superiorẽ partẽ montis ne irreuerentiæ arguereturà Deo.

Domus Iacob.

Cum domus Assaraci Phthiam, clarasque Micenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Et accipitur hic large domus per Analogiam ad domum propriè dictam, quæ est œconomia, & sicut ibi omnes, qui sunt sub cura œconomi, siue patrifamiliæ, & omnia, quæ possidentur, dicuntur vna domus, cuius caput est paterfamiliæ, & vocatur illa domus illius patrisfamiliæ: ita cùm omnes descendentes à Iacob habeant ad ipsum quandam comparationem, velut ille, qui est de familia alicuius patrisfamiliæ, ad ipsum patremfamiliæ, ita omnes isti vocabuntur domus Iacob, vel domus Assaraci, aut alicuius alterius. *Et annunciabis filijs Israel.* Ista est repetitio Rhetorica eiusdem sententiæ, quando enim eadem sententia ponitur bis simul per verba diuersa cõformiter significantia, pulchritudo quędam est: & iste modus obseruatur in Prophetis valde, maximè in Isaia, vt patet discurrenti librum eius maximè in principijs. Idem signat dom⁹ Iacob, quod filij Israel, quia Israel, & Iacob idem sunt, vt patet Ge. 32. & 35. c. vbi ponitur mutatio nominis, & dicitur, nõ vocaberis vltra Iacob, sed Israel: idem est ergo domus Iacob, quod domus Israel: sed domus, & filij idem sũt, quia domus accipitur hic p̃ familia, & filij sunt de familia patris: ergo filij Iacob, & domus Israel, vel è contrario idem pœnitus sunt. *Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs.* Deus volebat hic dare legem Iudæis, & lex est quoddam onus, cùm volũtas nostra, quę libera est, per illam trahatur ad determinatum modum agendi, & ad nullum alium: cùm tamẽ voluntas nostra vellet sibi relinqui electionem cuiusliber partis cõtradictionis, lex autem determinando certũm modum agẽdi tollit voluntati nostræ electionem: solùm autem manet ibi obedire: maximè, quia ista lex, quæ imponi debebat grauis erat ad tolerandum, vt patet Act. 15. cap. cùm dicitur: hoc est iugum, quod vos, nec patres vestri portare potuistis. Ad hoc ergo, quòd populus, qui hactenus liber ab omni iugo extiterat, nunc se nouo iugo subijceret, oportebat esse magnam persuasionẽ ex parte Dei, & sic incipit hic p̃suadere allegando beneficia, quæ eis egerat, quæ erant valde magna: propter quę rationabiliter obligarẽtur ad faciendum omnia quæcũque eis Deus mandaret, & recitat beneficia facta ab exitu de Aegypto, & paulpante vsque ad locũ illum. *Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs.* Quasi dicat: ego volo, q̃ vos sitis iudices, vtrũ beneficia vobis exhibita promereantur, vt vos recipiatis legem meam, & custodiatis, & ad hoc ecce beneficia: vos vidistis, q̃ feci propter vos Aegyptijs percutiendo eos in Aegypto, & quid fecerim in mari rubro, & quid fecerim vobis dãdo cibum in solitudine, & sic de alijs, nunquid hæc p̃merentur, vt suscipiatis legem meam? quasi dicat, sic: vel aliter. *Vos vidistis, quæ fecerim.* Quasi dicat: ego beneficia multa feci patrib⁹ vestris, Abrahæ, Isaac, & Iacob, propter quæ vos descendentes ab eis mihi eratis naturaliter obligati: maximè, cùm de beneficijs illis ad vos aliquid attineat. Sed quia vos ista beneficia vidistis, nõ curo eá recitare: vidistis vos tamen beneficia exhibita nũc nouiter in Aegypto, scilicet. *Quid fecerim Aegyptijs.* Idest quomodo percusserim eos decem plagis maximis, vt patet supra à ca. 7. vsque ad 12. inclusiue, & vos ipsi videntes omnia ista mala inferri illis, nihil horum passi fuistis, vt patet supra 8. & 10. cap. Vidistis quid fecerim eis, quia vobis egredientibus de Aegypto in lętitia in manu valida, ipsi vlulabant super mortuos suos, & nõn respiciebant ad vos, quia Deus fecerat iudicia in eis, & in dijs suis, vt patet Num. 33. ca. Vidistis etiam quomodo volentibus Pharaone, & Aegyptijs irruere super vos apud mare rubrum, posuerim columnam nubis, & ignis inter vos & ipsos, quæ vos illuminaret,

Necessaria erat suasio ad hoc, vt Deⁱ induceret Israelitas ad sumendum iugum legis.

F & ipsos obtenebraret, ita quòd toto noctis tẽpore ad vos accedere non valuerint. Vidistis etiam quomodo aperto mari rubro, & ipsis persequentibus vos per mare rubrum, aquę coierint super eos, & demersi fuerint in profundum, ita quòd vnus ex eis non remanserit, & vos ipsi vidistis postea cadauera eorum super maris littora, vt patet supra decimoquarto capitulo. *Et quomodo portauerim vos super alas aquilarum.*

QVAESTIO. III.

Quomodo Hebrei dicũtur portati à Deo super alas Aquilarum.

ISTA locutio est secundùm metaphoram, quia Deus non portauerat Iudæos super alas aquilarum, G quia pedibus suis mouebantur pariter. Sed dicuntur portati super alas Aquilarum, quia sicut Aquila cito volat, ita ego vos cito duxi de Aegypto: ista velocitas non attenditur penes processum viæ, quia veniendo de Aegypto vsque ad montem Sinai, non velociter ambulauerunt, quia terra est satis modica, & ipsi ambulauerunt eam in mense, & dimidio, quia quintodecimo die mensis primi egressi sunt de Aegypto, vt patet Num. 33. cap. & peruenerunt ad montem Sinai in mense tertio prima die mensis tertij: mense ergo, & dimidio morati sunt in itinere illo: sed accipitur velocitas ista penes exitum de Aegypto, quia cùm esset tanta multitudo filiorum Israel, scilicet sexcenta millia peditum, & senes, & paruuli, & mulieres in mul- H titudine innumerabili, & vulgus promiscuum innumerabile quod ascendit cum eis, vt patet supra 12. ca. & quòd omnes eadem die potuerint recedere de Aegypto, quia videtur, quòd tanta multitudo multis diebus indiguerit ad exeundum, & sic ponitur quasi pro miraculo supra 12. c. hoc cùm dicitur: Quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti. Vel dicuntur portati isti super alas Aquilarum, idest sine labore magno, quem alias debuisset habere, quia sicut Aquilæ ponunt pullos suos teneros super humeros suos, & sine labore illorum portant eos de loco ad locum: ita Deus sine labore portauit Hebræos in itinere illo. Quia licèt aliquem laborem habuerint, quasi supra murmurauerunt, quan- I do viderunt super se Pharaonem venientem, dicentes: Nunquid non erant sepulchra in Aegypto, &c. Murmurauerunt etiam, & angustiati sunt, quando non inueniebant tribus diebus aquas venientes per desertum Sur, & postea venientes in Mara inuenerunt aquas amaras, vt patet supra decimoquinto capitulo. Murmurauerunt, & angustiati sunt in deserto Sin, quando defectio panis, & postea datum fuit manna, vt patet supra decimosexto capitulo. Angustiati fuerunt in Raphydim, quando non inuenerunt aquam, & tentauerunt dominum, vt patet supra decimoseptimo capitulo, & quãdo irruit in eos Amalech, & percussit extremitatem exercitus: isti labores viæ huius fuerunt, sed valde parui fuerunt, vel quasi nulli, K cùm secundùm naturam viæ nullum euadere potuissent: Deus tamen in omnibus remedium adhibuit: nam cùm ipsi timuerunt Pharaonem, qui certissimè eos occisurus fuisset, nisi Deus occurreret, respondit Moyses loco Dei, dicens. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, & sic factum est, vt patet supra decimoquarto cap. quia mare rubrum absorbuit Aegyptios illæsis Hebræis: Secundus labor nullus fuit, quia licèt deficerent aquæ, & postea reperissent amaras, Deus conuertit eas ad dulcedinem immisso ligno, vt patet supra 15. capitulo. Tertius labor nullus fuit, quia licèt defecisset eis panis: tamen Deus saturauit eos immediatè carnibus, & pane, dicens: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus,

Labores ab Hebrei passi vsque quo venerũt ad Mõtem Sinai.

Deus labores Hebręorum alleuiauit.

vt

vt patet supra 16. cap. Quartus etiam nullus fuit: nam petra in Raphydin abundantissimas aquas effluxit, & Amalechitarum populus ad internectionem cœsus in fugam versus est, vt patet supra 17. capit. Deus ergo tanquam aquilam posuit Israelitas sup humeros suos faciens, vt labores magnos, qui in via erant non sentirent: sicut non sentiunt laborem viæ filij aquilarum, cùm portantur super humeros matrum. Et quòd iste sit verus sensus huius metaphoræ de alis aquilarum, patet Deut. 32. cap. vbi ista ponuntur, scilicet: Inuenit eum in terra deserta in loco horroris, & vastæ solitudinis, circunduxit eum, & docuit, & custodiuit sicut pupillam oculi sui, sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans, expandit alas, & assumpsit eos atq; portauit in humeris suis; dominus solus dux eius fuit, & non erat cùm eo Deus alienus.

Tertia expositio.

Alio modo potest etiam applicari ista metaphora, scilicet quòd sicut quãdo Aquila ponit pullos suos super humeros suos, & volat in altum, etiam si aliquis à parte inferiori sagittas iaceret ad eam, vt percuteret filios non posset, quia alæ protegebant eos: alæ ergo poterãt percuti, sed pulli Aquilæ non: sic cùm Pharao vellet sagittare Hebręos, idest vellet eos occidere apud mare rubrum, Deus opposuit nubem suam ponens eam inter Aegyptios, & Hebræos, ita vt esset nubes tenebrosa, & illuminans noctem, idest quòd ex parte Hebręorum erat lucida illuminans noctem, & ex parte Aegyptiorum erat obscura valde, ita, vt ad se toto noctis tẽpore accedere non valerent, & sic euaserunt Hebræi. Iste sensus satis conueniens est, sed secundus superior continet veritatem literæ. *Et assumpserim mihi.* Idest vos vidistis quomodo ego vos acceperim specialiter ad me protegens sub cura mea, sic dicitur Deut. 32. ca. Expandit alas suas, & assumpsit eos, & portauit eos in humeris suis: quasi dicat, nullus dixit mihi, vt vos accipẽrẽ sub cura mea speciali, & tamen ego gratis assumpsi. *Si ergo audieritis vocem.* Positis beneficijs, per quæ suadebat eis, vt reciperent legem eius, & custodirent, vel per quæ melius ostendebat eos in generali obligatos ad quodcunque quod eis mandasset; hic ponit cõclusionem intentam, & procedit Rhetoricè modo p̃suasiuo. Nam si ille, qui vult aliquem ad aliquid inducere immediatè diceret nullo alio præposito, non assentiret audiens, quia animus eius nõ esset inclinatus: cùm autem præmittuntur aliqua verba, in quibus exprimitur obligatio, inclinatur animus audientis ad id, quod postea sequitur: sic enim hic prius posita sunt diuina beneficia, deinde subiungit, quòd verba eius audire debeant, & seruare. *Si ergo audieritis vocem meam.* Idest assenseritis ei animo, quia propter audire solùm nihil meremur, quia non est in potentia nihil audire, vel non audire, cùm potentia auditiua sit potentia passiua, & non est in potestate patientis pati, vel non pati: sed in potentia agentis est magis agere, vel non agere: assentire autem alicui sermoni recto moraliter bonũ est, & meritorium, quia hoc est in potestate nostra.

Non est in potestate passi pati, & nõ pati.

Quid sit pactum.

Et custodieritis pactum meum. Pactum est conuentio facta inter partes à pace dictum: pactum ergo Dei erat hic id, quod ex parte Dei proponebatur, scilicet vt Hebræi custodirent talia, vel talia mandata, quæ infra exprimẽtur. Ex parte Hebræorum proponebatur, quòd Deus reciperet eos in speciali custodia, & hoc promittit se Deus facturum. *Eritis mihi in peculium de cunctis populis.* Licèt Deus multa bona egisset Iudæis, ex quibus nullo alio interposito obligabantur rationabiliter ad faciendum quidquid Deus mandaret, tamen adhuc plura beneficia se Deus eis facturum denunciat, si custodiant mandata eius, & factum fuit hic vnum pactũ inter Deum & Hebræos, quod totum vnum est: nec enim aliud est pactum Dei, & aliud pactum Hebręo-

Pactum inter Deũ, & Hebræos factum.

A rum, sed tota vna conuentio, in qua pro qualibet parte aliquid proponitur. Nam Deus petiuit à Iudæis, vt custodirent mandata eius, & promittebat se daturum eis specialia bona, vel habiturum eos in peculiũ. Iudæi petebant, vt Deus eis bene faceret, & promittebant se custodituros mandata eius. Et licèt Hebræi aliquid horum non peterent, aut promitterent, quia ipsi non mouerunt, vt fieret ista pactio, sed Deus, ad vltimum tamen concesserunt se custodituros mandata Dei, vt patet Deutero. 5. capit. scilicet: Cuncta, quæ locutus est dominus faciemus. & consenserunt quantum ad illa, quæ Deus eis promittebat, scilicet vt acciperet eos in peculium de cunctis populis terræ. *Eritis mihi in peculium.* Dicitur peculium pecunia, quam B habet filius familiæ extra id quod habet in hæreditate paterna, & in hac pecunia potest facere quidquid voluerit: quia licèt quantum ad cœtera non sit sui iuris, in illo tamen est, & vocatur talis pecunia castrensis, vel quasi castrensis: illa autem specialis est filio familiæ respectu bonorum, quæ habet in hæreditate paterna, quæ sunt multum generalia, cùm sint communia ci cùm cœteris cohæredibus. Et est sensus, si vos custodieritis mandata mea, licèt cœteri populi sint mei per creationem, & gubernationem generalem, vos tamẽ eritis mihi specialis populus inter omnes, quia speciali ora beneficia impendam vobis, quàm cœteris. *De cunctis populis.* Idest omnes populi sunt mei: quasi dicat, Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarũ, C & vniuersi, qui habitant in eo, vt patet Psal. 23. & sunt omnes populi, quasi pecunia mea: sed inter cœteros, non eritis vos mihi, vt pecunia, sed vt peculium, quod est aliquid speciale. *Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum.* Idest licèt tota terra sit mea, non faciam illi, vt vobis, quia vos faciam regnum meum, idest ita excellentes super alios, tanquam vos sitis pertinentes ad regnum, ipsi autem non. Et vocatur istud regnum sacerdotale, quia sacerdos aliquo modo designat principatum, vt patet 2. Reg. 8. cap. cùm dicitur: Filij Dauid sacerdotes erant: constat tamen, quòd ibi accipiuntur sacerdotes pro principibus, quia nullus de filijs Dauid ausus fuisset accipere sacerdotium. Nam rex Ozias, qui alio nomine vocatur Azarias, percussus D fuit lepra in fronte, & permansit sic tota vita per annos multos, quia accepit Thuribulum, vt Thura funderet coram domino, quod ad sacerdotes pertinebat, vt patet 4. Reg. 15. capit. Et non solùm, qui acciperet officium sacerdotale, sed etiam siquis acciperet officium Leuitarum, vt patet Num. 1. & 3. capit. cùm dicitur: Siquis externus accesserit, morietur, maximè quia Apostolus ad Hebr. capit. 7. dicit: nullum fuisse sacerdotem de tribu Iuda. Erant ergo isti sacerdotes, idest principes: sic enim potest hic intelligi, quòd Hebræi essent Deo regnum sacerdotale, idest regnum magni principatus, scilicet quòd ipsi Iudæi principarentur valde, & essent in magna præeminentia. Vel vocari posset regnum sacerdotale, idest regnum pertinens ad sacerdotes, scilicet quòd vos eritis mihi, vt E regnum, & vt sacerdotes, quia omnes eritis ita applicati ad cultum meum respectu aliarum gentiũ, quòd omnes videbimini, vt sacerdotes: sicut sacerdotes ad cultum Dei magis applicati sunt quàm cœteri, quia alij intendunt rebus suis. Sacerdotes autem pro toto populo cõstituti sunt, vt ministri, & mediatores apud Deum: ideo hoc solùm intendere debent. *Et gens sancta.* Sanctus multa signat: vno modo sanctus, idest mundus, vel sincerus, & hoc sonat vocabulum sanctitatis in Græco, scilicet agios, idest sine terra. Et sic vocantur Iudæi gens sancta, idest gens munda, quia habebat cœremonias, & vniuersos ritus valde mundos: sic patet Deuteron. 4. capitu. cùm dicitur:

Peculium.

Pecunia castrensis.

Iudæi vocabantur regnum Dei sacerdotale.

Quid sanctum significet.

Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicant: En populus sapiens, & intelligens magna: nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cęremonias iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quam proponam ante oculos vestros? Et rationale erat, quòd Iudæi magna pollerent mũdicia, quia Christus noster Deus & homo verus de gente illa carnem assumpturus erat: sed non decebat, vt de gente sordida carnem susciperet: Gentiles autem tunc temporis versabantur in magnas idolorum spurcitias, & nephandas cęremonias, quas requirebãt dij eorum, vt patet legenti libros Fasto. Ouidij. Et libros August. de Ciuit. Dei. Vocatur alio modo sanctus, idest Deo applicitus, & isto modo accipitur supra 13. c. cùm dicitur: Sanctifica mihi omne masculinum, quod aperit vulua, idest applica ad cultum meum immolando si immolatitium est, vel redimendo, si immolatitium non est: & sic vocatur vestis sancta Aaron, vt patet infra 28. cap. quia ad cultum Dei applicabatur, scilicet ad ministrandum coram domino in tabernaculo, & ad nullos alios vsus, pphanos. Sic dicetur de ista gente, quòd erat sancta, idest ad cultum Dei applicita magis, quàm aliæ gentes: nam aliæ gentes dęmonia colebant iuxta vanitatem suam, & desideria sua: Iudæi autem soli Deum verum colebant, iuxta illud: Notus in Iudęa Deus, in Israel magnũ nomen eius Psal. 74. Et ista applicatio erat per ista præcepta, quæ nunc dabantur; nam licèt Hebræi Deum verum ante cognoscerẽt, & aliqualiter colerent: modos tñ colendi eum nondum nouerant: nũc autem in istis cęremonijs declarabatur eis: ideo nunc totaliter Dei cultui applicabant: ideo nũc gens sancta dici debebãt. *Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel.* Scilicet ista verba, quæ supra dicta sunt referendo diuina beneficia, & concludendo pactũ de legis obseruantia. *Venit Moyses.* Scilicet descendens de monte, quia tunc modicũ stetit in monte, s. q̃ solùm audiuit ista verba, & venit ad populum relaturus ea, & fuit iste descẽsus in eadem die, q̃a postea dixit Deus ad Moysen, vt faceret sanctificari populum vsq; in diem tertiam: sed lex data fuit in die tertio mẽsis tertij, cuius die prima venerunt in montẽ Sinai, vt patet supra, ergo eadẽ die, s. prima, qua ascẽdit ad montem, descendit: aliàs non potuisset purificare populum vsque in diem tertium, quia solùm vna die purificaret. *Et conuocatis maioribus natu populi.* Vocantur maiores natu, idest seniores, quia maiori tpe nati sunt. Isti namque congregabantur ad iudicandum aliquid, qñ faciendum erat, sicut patet supra 4. cap. nam quãdo Moyses & Aaron exposuerunt legationem suã à Deo factam, vocauerunt seniores populi. Etiam supra 12. c. cùm Moyses proponere debuit ritum cœlebrationis Phase, & custodiam Azymorum, vocauit seniores populi, & illis denunciauit: non enim poterat tanta multitudo, quanta erat ibi, tunc conuenire ad aliquod consilium, cùm se audire non possent, nisi vox magna aliqua resonaret, sicut illa, quæ in monte Sinai voluntate Dei per mysterium Angelorum formabatur, quando totus populus audiebat præcepta: sed hęc vox apud homines non reperitur, satis ergò sufficiebat, q̃ ista dicerentur senioribus, q̃ totum populum eminenter continebant, & ipsis cõsentientibus postea annunciaretur populo, Aliqñ tñ vox Moysi tanta fuit, vt totus Israel, simul eum audiret, sicut cùm recitauit Deutero, vt patet Deut. 29. c. *Exposuit omnes sermones.* Idest declarauit: nam cùm ipse dixisset ea, quę dixerat dominus, fortè magis declarabat, quomodo ista contingerent, quia aliqui indigebant istos sermones eis magis declarari. *Quos mandauerat dominus.* Idest quos mandauerat dici

Ideo Deus dedit Iudæis cęremonias mundissimas, quia Christus de gente mundissima nasciturus erat.

F Vel quos mãdauerat, idest miserat ad dicendum, sicut sæpe accipitur mandare. i. mittere ad dicendum, vt dicebatur supra, & mandauit Moysi dicens: ego cognatus tuus Iethro venio ad te. i. Iethro cognatus Moysi misit ad dicendum ei: ego cognatus tuus venio ad te, & tũc est sensus. *Quos mandauerat dominus.* Idest Moyses retulit populo omnes sermones quos Deus miserat ei ad dicendum. *Respondit vniuersus populus simul.* Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo, q̃ seniores audierint ista verba à Deo dicta, & postea retulerint populo, & tunc vniuersus populus cõsenserit. Alio modo, q̃ seniores dicantur totus populus, & tunc respondentibus senioribus, dicatur respondisse vniuersus populus. Iste secũdus modus est verior, & patet: quia primus modus nõ

Prima expositio. Secunda expositio verior.

G multum stat, cùm dicatur, q̃ totus populus respondit simul: nam si primo audierunt seniores, & consenserunt, deinde audiuerunt populares, non potuerunt simul consentire, quia non diceretur omnibus simul, quilibet autem consentiret, cùm ei diceret. Item patet quod dictum est, q̃a simile habetur supra 12. c. nam in principio c. dixerat Deus loquimini ad vniuersum cętum filiorum Israel, & dicite eis. Deinde cùm Moyses istud implere vellet, quasi intelligeret p̃ hoc totum populum vocari, cùm vocarentur seniores, vocauit solos seniores, vt patet cùm dicitur in eadem litera: Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & cũ conclusisset colloquium, eos seniores nunc populum vocauit, dicens: Incuruatusq; est populus, & adorauit;

H satis ergo patet, q̃ totus populus accipiatur interdum non pro omnibus indiuiduis, q̃ sunt in populo, sed pro principalibus in quibus eminenter continet totus populus. *Respondit que vniuersus populus simul.* Idest seniores, q̃ erant totus populus respõderunt simul, quia audita voce domini per Moysen, statim omnes cõsenserunt, & responderunt vnanimes, vt vnus vir. *Cuncta, quæ locutus est dominus, faciemus.* Deus non determinauerat aliquid specialiter dicens debere hoc, vel illud custodiri, sed dixit, q̃ custodirent præceptum eius, siue pactum, quod continebat omnia prædepta, & sicut nunc Hebræi dixerunt ita tenebant corde, quia verissimè desiderabant facere omnia, q̃ Deus mandauerat: & Deus laudauit eorum intentionem, quam nunc habebant:

I sic patet Deut. 5. cap. cùm dicitur, Bene omnia sunt locuti, quis det eos talem habere mentẽ, vt timeant me: si autem tunc bonam intentionem non haberent, nõ laudauisset eos Deus, nec locutus fuisset per modum optantis: dicens quis det eos talem habere mentem. i. quis faceret, vt eo modo, quo nunc dispositi sunt in mente, semper dispositi essent? *Cumque retulisset.* Hic disponitur populus ad puritatem, vel mundiciam, & primo ad mundiciam corporalem, cùm dicitur. *Cumque retulisset Moyses verba populi ad dominum.* Vt ferret inde verba ad populum; ita nunc audita responsione populi retulit verba eorum ad dominum existentem in mõtem, quasi sequester, & medius inter eos; sic enim se vocat Deuter. 5. cap. sequestrum inter Deum, & po

K pulum. Et hoc fuit etiam in eadem die, quia in ista secunda vice dixit Deus Moysi, vt purificaret populum vsque in diem tertium: sed non posset esse dies tertius dies dationis legis, nisi ab eodem die computaretur, à quo venerunt in montem Sinai. Et retulit Moyses ista verba ad Deum, non quasi ista Deus nesciret, & oporteret sibi notificari, sed vt declaretur magis affectus, & reuerentia, quam habemus ad Deum, & sic Angeli coram Deo proponunt orationes nostras, licèt Deus videat ante desideria nostra, etiam intra nos antequã quicquam orauerimus: sicut patet Tobię decimotẽcundo capitulo, cùm dixit Raphael: Ego obtuli memoriam orationis tuæ coram domino.

Iam

A Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nunciauit ergo Moyses verba populi ad Dominum. Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet Dominus coram omni plebe super monte Sinai. Constituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis, siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. Cùm cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem. Descenditque Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad

B eos: Estote parati in diem tertium, & nè appropinquetis vxoribus vestris.

Iam nunc. Ista est dispositio ad dandam legem, si Deus daturus erat legem, dare eam debebat cum magno apparatu, scilicet veniens in columna nubis, aut in magna caligine. Et quia vtrum Deus daret legem, vel non, pendebat ex voluntate populi, scilicet vtrum eam vellet recipere, vel non, & ante hoc nón patebat de voluntate populi: ideo ante hoc videbatur indeterminatum vtrum Deus veniret in caligine ad dandum legem, vel non: nunc autem cùm populus consenserit recipere legem, iam certum est, quòd veniam ad te in caligine nubis, idest, iam non est dubium, quòd ad te veniam, sicut erat ante, idest iam nunc veniam. Non tamen est intelligendum, quòd immediatè veniret, quia ista dicta fuerunt in die primo, quo Deus locutus fuit Moysi. Et patet, quia adhuc post hoc dictum fuit, quòd pararentur in diem tertium, sed nubes non venit vsque ad diem tertium: ergo non venit immediatè, vt dictum fuit Moysi. *Iam nunc veniam ad te.* Non solùm Deus venit ibi in caligine nubis ad Moysen, sed etiam ad totum populum, quia omnibus locutus est, vt patet infra sequenti capitulo. Sed dicitur venisse ad eum, quia Moyses ad montem ascendit apud locum caliginis, & ibi stetit cum Domino, & loquebatur dominus ad populum, & ad Moysen principaliter, qui stabat cum domino, & hoc admirabatur populus, qualiter Deus loqueretur cum Moyse existente apud caliginem. *In caligine nubis.* Idest in nube caliginosa, quia erat quædam nubes multum obscura, quæ operiebat montem Sinai, & in illa Deus loquebatur, vel magis Angelus loco Dei. *Vt audiat me populus loquentem ad te.*

Alph. Tost. super Exodi

QVAESTIO. IIII.

POSSET autem aliquo modo intelligi hoc de his, quæ loquebatur Deus ad totum populum, & loquebatur illa ad Moysen, cùm eo ibi existentem in monte. Melius tamen, & verius intelligitur de illis, quæ dixit Deus ad solum Moysen audiente cuncto populo, quæ infra ponuntur, cùm dicitur: Erat omnis mons terribilis, & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & Dominus respondebat ei: descendit dominus super montem Sinai, & in ipso vertice montis vocauit Moysen in cacumen eius. Ex his patet,

B quòd cùm Deus loqueretur in sonitu buccinæ, quæ paulatim crescebat, & in altius tendebatur, & Moyses responderet, quòd voces Dei loquentis ad Moysen audirentur à populo, & sic in caligine nubis Deus veniret ad Moysen solùm, & audiret cunctus populus. *Vt audiat cunctus populus loquentem ad te.* Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd: vt: dicat causam finalem: Alio modo, vt dicat consecutionem. Si dicat causam finalem, est sensus, quòd ideo Deus venit ad Moysen in caligine nubis, vt audiret omnis populus, quomodo Deus loqueretur cum Moyse. Si autem dicat causam consecutiuam, est sensus, quòd cùm Deus veniret ad montem Sinai, & loqueret cum Moyse, accideret ex hoc, quòd popu-

C lus audiret Deum loquentem cum Moyse. Vtraque istarum sententiarum satis staret: sed magis videtur standum primę: nam videtur, q̃ iste fuerit finis, quare Deus in caligine venerit ad Moysen, & locutus fuerit ei, vt populus audiret, & daret ei auctoritatem. Et satis patet ex eo quod sequitur in litera cùm dicitur, iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum: erat intentio Dei facere Moysen virum valde magnæ auctoritatis, vt oĩa, quæ ab eo dicerentur, crederentur esse à Deo dicta, quia sic oportebat cùm futurus esset tanti populi rector, & sine magna auctoritate nihil pficeret. Item quandocunque aliquid fit ab agente ra-

D tionabili, oportet q̃ fiat propter aliquem finem, sed Deus ista faciebat loquens, de quo nefas est dicere, q̃ aliquid vane, aut inutiliter egerit, cùm etiam Phylosophus dicat, p̃ Deus, & natura nihil faciunt frustra: ergo ad aliquem finem egit; sed non potest dari aliquis congruentior finis, q̃ q̃ fuerit factum, vt audiret populus, & vt daret auctoritatem Moysi: ergo iste fuit finis. Et si dicas, q̃ ideo loquebatur ista in alta voce, vt audiret ea populus, quia in eis erudiebatur quid oporteret vitare, scilicet q̃ nõ accederent ad montẽ, vt infra patet. non stat: quia tunc non oportebat, q̃ ista loqueretur Deus ad Moysen, sed ad populũ, sicut locutus fuit verba pręceptorum, vt patet cap. seq. tamen non loquebatur ad populum, sed ad Moysen, vt patet infra, cùm dicit: Moyses loquebatur, & dñs respondebat. Et cùm dicit:

E Descendit Deus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocauit Moysen. Et hic dicitur: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te: non ergo ad populũ, sed ad Moysen loquebatur. Etiam quia ista, quæ Deus loquebat nunc mandabat Moysi, vt referret ad populũ: si tñ ipse mandaret populo directè, nõ mandaret Moyses ea referre. Si aũt ista dicebat Deus Moysi, non vt directè ea audiret populus, & faceret, sed vt Moysi, ea populo referret, non oportebat ea in voce alta tubæ proferre, sicut patet de alijs verbis, quæ in isto ca. dicuntur, qui Moyses audiuit in voce tubæ, ita q̃ populus audiret, sed voce demissa tanq̃ Deus ad solum Moysen loqueretur. *Et credat tibi in perpetuum.* Ratio fundatur in hoc, quia

An eum populo an cum Moyse loquerentur Deus.

Ideo Deus Moysi loquebat coram populo, vt populus Moysi in perpetuũ crederet.

Deo assentimus indubitate: intellectus enim noster assentit veritati, cùm ipsa sit finis intellectus, & bonũ eius, vt patet 2. Metaph. ideo quandocunque aliquis aliqua dicit, si sciremus illũ vera dicere, assentirem⁹ ei, & si non propter dicentem, saltem propter ea, quæ dicuntur, quia digna sunt credulitate. Inde enim quasdã propositiones dignitates nuncupamus, quia veritas earum ita est nota, quòd dignum est, vt eis assentiamus. De alijs autem dicentibus aliquid quando scimus, quòd dicentem impossibile est mentiri, assentimus ei indubitate: sic enim est de Deo: Deus enim est veritas per essentiam, ideo impossibile est eum mentiri, sicut impossibile est albedinem facere aliquandiu nigrum. Sicut ergo Deo indubitatè credimus, ita si aliquid sit, quod adhæsionem habeat ad Deum, assentimus ei: quandocunq; aliquis verba Dei enunciet, assentimus ei, tanquam si Deus diceret. Quia tamen est dubium, quod quis dicat verba Dei, ideo interdum quis dicit se dicere verba Dei, & non assentimus. Ad probandum autẽ, quòd aliquis dicat verba Dei, miracula sunt sufficiens argumentũ, quia miracula dicunt virtutem infinitam eorum, qui faciunt, non possunt ergo fieri, nisi per Deum. Si ergo ad probationem alicuius rei inducantur miracula, sufficiens probatio est: qa tamen contingit esse miracula falsa, sicut dicit Apost. ad Thessa. 2.cap.2.de Antichristo, quòd apparebit in signis, & ꝓdigijs mendacibus secundum operationem Satanæ, non sunt certa probatio, quia non apparet interdum, quæ sunt certa miracula. Fortior ergo probatio ad inducẽdum, quòd aliquis dicat verba Dei, est ista, quam hic ponit Deus, scilicet ꝙ ipse loquatur ad aliquem videntibus alijs, quia tunc alij non poterunt dubitare, qn Deus locutus fuerit. Sic ergo fuit in Moyse, quia ipse erat omnia quęcunq; diceret Hebrẽis dicturus ex parte Dei, vt ipsi crederent, quòd Deus ei loqueretur, locutus fuit ibi coram eis, & post ea non poterant dubitare, quin Deus locutus fuisset ei, & ideo quandocunque postea diceret aliquid fuisse dictum ex parte Dei, crederetur ei, quia iterum viderant eum, cùm loqueretur ei Deus, & sic in perpetuum obseruaretur illa auctoritas. *Nunciauit ergo Moyses verba populi ad Dominum*. Quæ verba fuerunt ista, quæ retulit Moyses nunc ad Dominum? Respondetur, quòd ista fuerunt verba signantia consensum populi ad suscipiendam legem, scilicet quòd respondit cunctus populus simul: Cuncta, quæ locutus est dominus faciemus. quia ista collocutio domini cum Moyse, scilicet, Iam nunc veniam ad te: fuit quando Moyses descendit de monte postquam prima vice ascenderat, & tulit mandatum Dei per modum persuasionis, si vellent suscipere legem suam; & tunc audito consensu populi ascendit secunda vice in montem, & retulit Deo verba populi, vt dicitur supra, scilicet. Cunque retulisset Moyses verba populi ad dominum, & tunc Deus dixit se venturum in caligine nubis: hic autem cùm rursus dixit, nunciauit ergo Moyses verba populi ad dominum, non fecit nouam sententiam, sed replicauit præcedentem, & sic facit sæpissimè sacra scriptura. *Qui dixit ei*. Videns Deus cõsensum populi referri per Moysen, quasi iam lex danda esset mandauit, vt populus mundificaretur ad accipiendam legem. *Vade ad populum*. Nam nunc manebat Moyses cum domino in monte, dum ista collocuebantur, & erat in secunda vice, qua ascenderat in monte. *Sanctifica illos hodie, & cras*. Idest fac, quòd hodie, & cras sint mundi. Licèt sanctificare accipiatur pro applicare ad cultum Dei, vt patet supra 13.ca. cùm dicitur: Sanctifica mihi omne primogenitum: hic tamen accipitur magis propriè pro mundificare, quia accipiẽdo pro applicatione ad cultum diuinum, magis sanctificati essent in die tertio, quàm in primo,

Deo sẽper credimus, quia veritas est, & mentiri nõ potest.

Miracula sunt sufficiens argumentũ ad probandũ ꝙ aliquis dicat verba Dei.

F & secundo, quia in die tertio audituri erant Deum loquentem ad eos, & cùm magna reuerentia, & tremore ante eum consisterent, quod non fiebat in alijs diebus duobus. Et patet per hoc, quod sequitur, scilicet, lauent vestimenta sua, & sint parati vsque in diem tertium. Erat ergo ista sanctificatio quædam mundificatio, & expectatio Dei venturi die tertio ad ferẽdam legem. *Sanctifica illos hodie, & cras*. Idest hodie, & cras non vacent negocijs mundanis, sed laborent in se apparando, & tollendo omnem immunditiam, & variã occupationem, quæ eos distrahere posset à magna attentione, quæ requirebatur circa susceptionem legis cum nimia reuerentia. Mandat autem Deus Moysi, quòd ipse sanctificet illos, idest ꝙ denunciet eis, quod
G Deus mandat, vt sanctificẽtur, idest purificentur: nam ipse non poterat purificare eos. *Hodie, & cras*. Ex hoc notatur, ꝙ istæ duæ ascensiones Moysi ad montem, & collocutiones cum Deo, & rursus cum populo, factæ sunt in primo die, scilicet die, quo venerunt in montẽ Sinai. Nam die tertio lex data fuit, vt patet hic: sed in die tertio non mũdificati fuerunt, quia ad illum diem mundificabantur, vt patet, cùm dicitur. Et sint parati vsque diem tertium. *Hodie, & cras*. Idest purificatio debet fieri hodie, & cras, scilicet quòd ea, quæ non potuerunt facere hodie, quæ pertineant ad mundificationem, faciant cras. Vel qui hodie non potuerint mundificari, mundificentur cras: hoc tamen obseruare debebant, quòd nec ipsa die, nec crastina ad vxores
H accederent, vt patet infra. *Lauentque vestimenta sua*.

QVAESTIO. V.

ISTA cęremonia mundicię valde conueniens erat propter duo, scilicet tam propter significationem tropologicam, quàm literalem. Nam secundum tropologiam signat ista ablutio vestium ablutionem omnium vitiorum, quæ sunt opera carnis, quæ est, vt vestimentum nostrum, & sic dicit Apostolus ad Ephe. 5.cap. quòd vnusquisque debet custodire vas suum in sanctificatione, idest debet habere corpus suum mundum, nè dominentur nobis desideria mala, quæ insurgunt ex carne. Et quia Hebræi ante fuerant sine lege
I viuentes vnusquisque in viam suam, & iuxta desideria cordis sui, nunc qa incipere debebãt subijcere collaiugo legis, iuxta imperiũ dñi debebãt mutare totam veterem conuersationem, & nouam vitam inchoare, sicut nouam legem suscipiebant: omnes ergo priores immundas affectiones, conuersationes, & habitus relinquere oportebat, quod erat lauare vestimenta. Conuenit etiam hoc propter sensum literalem, quia suscipere legem à Deo debet fieri cum magna reuerentia, quia ibi populus coram Deo apparere debebat, oportebat, quòd esset cum magno tremore, & reuerentia. Et licèt ad Deum mundicia vestium nostrarum nihil obest, aut prodest, cùm nec istis offendatur, aut in illis delectetur: tamen quantum ad nos comparatos ad ip-
K sum valde prodest, quia Deus vult mentem nostram puram, & cùm magna reuerentia. Sicut ergo in dominis temporalibus, si aliquis appareat coram eis sordidis vestibus, licèt nihil vestes nostræ sordidæ, aut mundæ illis prosint: tamen indignantur cum apparemus in vestibus sordidis, & lætantur cum apparemus in vestibus mundis: nam qui cum vestibus immundis coram eis apparet, non videtur curare de ipsis, nec facere distinctionem, sicut si coram simplicibus, & rusticis appareret, & iste contemptus est, propter quem iuste irasci potest ille, ad quem fit: nam propter contemptum, & iniuriam insurgit ira, vt ait Arist. 7. Ethic. Sicut ergo domini temporales irascerentur, cùm aliquis sic negligenter coram eis appareret; ita Deus si ea,

Duplici causa conueniens erat Hebræis, qui legem accipere debebant vestimenta lauare.

Licèt puritas nostrarum vestũ nihil Deo prosit, tamen cum vestibus mundis est ei ministrandum, sicut fit dominis temporalibus.

ea, quæ ad eum pertinent negligenter, & irreuerenter agamus. Comparat enim se Deus in hoc dominis temporalibus, quia ea, quæ nos facimus dominis temporalibus, vult, vt faciamus sibi: vt patet Mala. 1. cap. cum increparet Deus sacerdotes, quia non se habebãt reuerenter ad eum dixit. Dixit dominus exercituum ad vos, ò sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? in eo quod dicitis mensa domini polluta est, si offeratis cęcum ad immolandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum, & languidum, nonne peccatum est? offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, quasi dicat, si dux temporalis recepisset illud susciperet Deus: quia tamẽ domini temporales talia non suscipiunt: non est iustũ Deum minoris fieri conditionis. Sic ergo cùm deberent nunc comparere coram domino loquente ad eos in tuba, oportebat, vt cum magna reuerentia compareret diligenter cauentes, ne in eis aliqua macula appareret: cùm autem nunc exiuissent de medio Aegyptiorum, qui idolatrę erant, videbantur vestes eorum polutæ, ideo ad comparendum coram domino congruebat valde eas lauare, ne Deus eas abominaretur. Sic enim fecit Iacob in tota familia sua, cùm ascẽdere debuit in Bethel: vt patet Gen. trigesimo quinto cap. Dixit enim abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel; vt faciamus ibi altare domino. Pertinebant aũt ista ad reuerentiam Dei. Sic in Ecclesijs fiunt vestimenta preciosa valde, non quòd Deus delectetur in auro, & argento, sed ad notandum affectionem nostram, scilicet quòd volumus Deo seruire promptius, quo possumus redigentes in obsequium creatoris illas creaturas, quæ apud nos preciosiores sunt. Ideo valde est magna laus Deo ornatus magnus in vestibus ministrorum Ecclesiæ, & in ædificijs Ecclesiarum: dum tamen ista non reducantur ad curiositatem humanam, scilicet quòd homines delectentur in videndo ista magis quàm in considerando, quo modo in altissimo Ecclesiæ ministerio istæ ꝑciosę apud nos creaturæ redigantur directè in obsequium creatoris. Et patet de vestibus, quia Deus mandauit Moysi, vt faceret vestes Aaron multum præciosas, in quibus erat aurum, & argentum, & multi lapides preciosi; vt patet infra vigesimo octauo cap. De tabernaculo autem, & vasis eius patet infra vigesimo quinto capit. & consequenter vt in opere candelabri, quod erat de auro purissimo, cum lucernis suis, sperulis lilij; & calamis. Et de propiciatorio, quod erat de auro purissimo, & de capitellis columnarum, quia ibi multum aurũ, & argentum erat; vt patet infra 38. cap. Patet etiam hoc de Templo Salomonis, in quo erat aurum, & argentum innumerabile, ita quòd nihil erat ĩ toto templo, quod non auro tegeretur; vt patet tertio Regum sexto cap. Concluditur ergo ex superioribus, quòd lotio vestimentorum valde congrua fuit: quia pertinebat ad magnam Dei reuerentiam.

Deus vult sibi ministrari cum magna reuerẽtia. & & munditia.

Magna laus Deo est, & ornatus magnus in vestibus ministrorum Ecclesię & in edificijs Ecclesiarũ Deus ĩ vet. test. mãdauit magnã pulchritudinem, & ꝑcium in edificatione Ecclesiarum, & vestium sacerdotaliũ

Quare Deus non mandauit Hebrẽis, vt vestes mutarent, sed lauarent.

QVAESTIO. VI.

SI autem quæratur hic quare Deus mandauit hic, quòd lauarent vestimenta sua, & non mandauit, vt mutarent sicut Iacob fecit in familia sua; quia quando ascendere debuit in Bethel, non mandauit toti familiæ suæ, vt lauarent vestimenta sua, sed vt mutarent illa accipiendo alia: vt patet Gene. trigesimo quinto
A cap. scilicet mundamini, ac mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel. Sed magis videtur rationabile, quòd hic debuerint mutari vestes, quàm quòd ibi; quia ibi solum ascendebant ad faciendum altare domino, quod erat aliquid non multum speciale, cùm sępe Abraham faceret altaria, & Isaac, & cęteri homines: hoc autem fuit quoddam specialissimum, scilicet quòd Deus daret legem loquens cum populo de medio ignis; quia nunquã hoc visum aut auditum est: vt patet Deut. quinto cap. Maiori ergo reuerentia hoc venerandum erat quàm illud. Respõdetur qđ non habuit locum hic tale mandatum: nam viri qui erant in domo Iacob erãt pauci; & quia Iacob erat diues, omnes erant vestiti duplicibus, ideo poterant mutare vestes: nunc autem maxima pars populi
B erat de pauperibus, vt semper euenit, & non habebant vestes duplices: ideo non poterant mutare, sed lauare. Etiam si aliqui mutare possent vestes, non tamen omnes; ideo non fuit datum generale preceptũ. Et dato quòd omnes haberent vestes duplices, sicut dicetur Deut. vigesimo nono, non obstat propter sequentem rationem. Item quia Deus volebat, vt cum eisdem vestibus, cum quibus exierant de Aegypto in terram Chanaan; quia illæ non veterescebant, nec calciamenta rumpebantur: vt patet Deut. octauo cap. cum dicitur: Vestimentum, quo operiebaris nunquã vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus: si autẽ hic mutatæ fuissent vestes, non tenuissent easdem vsque in terram Chanaan, quas de Aegypto exeuntes
C supra se tenuerant, ergo non facta fuit mutatio. *Et sint parati in diem tertium*. Quod potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd isti se purificent immediate, & sint expectantes me vsque ad diem tertium: quia in illo veniam super montem in caligine nubis. Alio modo potest intelligi, quòd sint parati in diem tertiũ, idest quòd ipsi incipiant se sanctificare nunc, & taliter faciant, quòd quando dies tertius euenerit, iam omnes sint parati totaliter; quia in die tertio non erit locus parandi. *In die enim tertio descendet Dominus super montem Sinai*. Ista est ratio motiua ad hanc purificationem: quia licèt ante Deus staret semper inter ipsos, cùm vbique sit: tamen non apparebat specialiter
D in aliquo loco. Nunc autem apparituru erat in magno apparatu, & maiestate in sono terribili tubarum, & in nube caliginosa, & igne ardente vsque ad cęlum: vt patet Deut. quarto, & quinto cap. ergo tunc oportebat ei specialem reuerentiam exhibere. *In die enim tertio*. Iste dies tertius cõputatur a principio mensis tertij, de quo hic fit mentio: nam primo die mensis tertij venerunt in montem Sinai: vt patet in princ. capit. & in ipso die ascendit Moyses in montem, & retulit ista populo. *Descendet Dominus*. In illo die dari debebat lex: ideo Deus ad loquendum populo descendebat. Non est intelligendum, quòd Deus descenderit: quia quod descendit ad aliquem locum non erat ante in illo loco, ad quem descendit, quia per motum
E acquiritur locus, & deperditur locus. Sed Deus nullum locum acquirit, nec deperdit, quia vbique semper est; vt ait Ierc. cap. vigesimo tertio, Nunquid non cęlum, & terram ego impleo? dicit dominus: ergo nõ poterat Deus descendere: motus enim ad rem finitã pertinet. Et sicut si detur infinitum secundum quantitatem extensiuam non poterit moueri localiter secundum se totum acquirendo locum, & deperdendo locum motu recto, nisi fiat motus secundum rarefactionem, & densationem ita quòd moueantur partes in toto, vt arguit Arist. contra Melissum ponentẽ vnicum eus infinitum, & immobile: vt patet in primo Phisicorum. Ita si aliquid sit infinitum secundum essentiam sicuti Deus est, impossibile est quòd mouea-

Prima expositio.

tur

tur localiter: nam licèt nullum locum occupet, omnia tamen loca replet: sicut autem corpora finita secundum quantitatem possunt acquirere, & deperdere locum: ita intelligentiæ finitæ secundum essentiã possunt locum amittere, & acquirere: quia licèt nullum locum occupent, aliquem locum tamen sibi diffiniunt, ita quòd in vna parte orbis sunt, quòd non in alia. De modo autèm localitatis Angelorum, & Dei supra tertio cap. latè dictum fuit, & ibi vide. Quãdocunque Deus dicitur ascendisse, vel descendisse, non est intelligendum propriè sed quantum ad aliquam demonstrationẽ effectus in aliqua parte orbis, in qua non videbatur ante nobis Deus: & nunc clare videt, & sic dicitur in symbulo, quòd verbum descendit de cęlis, & postea descendit ad inferos, & postea ascendit in cęlum: in quibusdam tamen istorum dicitur hoc secundum communicationem idiomatum quãtum ad naturam assumptam a verbo: quia illa natura humana, siue partes naturæ assumptæ aliquid creatum sunt, & competit eis propriè motus, & ascendere, & descendere. Quando tamen dicimus de spiritu sancto, quòd descendit: quia ibi nõ potest fieri communicatio idiomatum, cùm non assumpserit aliquã naturam ad vnionem hypostasis, sicut verbum, & tamẽ dicimus, quòd descendit: vt patet Lucę. capitu. tertio quando dicitur, quòd cùm Christus baptizaretur, descendit super eum spiritus sanctus: ibi ergo improprie dicitur descendere, vel ascendere: sed accipitur secundum quendã effectum: quia nos imaginamur patrem, & spiritum sanctũ, quia sunt vnus verus Deus sedere in cęlo empyrio in throno suo, dando gloriam beatis: quando ergo aliquis fit actus in inferioribus, quem ícim⁹ manifeste Deum egisse, dicimus Deum descendisse ad agendum illum. Sic patet Gen. vndecimo ca. cùm dixit Deus: Venite, & descendamus, & confundamus labium ipsorum. & ibidem: Descendit autem dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quã edificauerant filij Adam. Sic dicimus spiritum sanctum descendisse super Christum, & descendisse super Apostolos in linguis igneis. Sed hic nihil horum oportet dicere, scilicet quòd Deus descenderit ꝓpriè, aut impropria descensione dicta, quia non egit Deus istum actum, sed Angeli. Angeli namque formabãt voces in igne, & loquebãtur ad Moysen, & postea scripserunt tabulas, & fecerunt omnia, quæ hic dicitur Deus fecisse. sic patet ad Gala. tertio capitu. vbi dicit Apostolus, quòd lex data fuit ꝑ Angelos in manu mediatoris, idest in manu Moysi. Et patet per ea, quę declarauimus supra tertio cap. quòd quandocunque aliquis actus in sacra scriptura dicitur de Deo, scilicet ꝙ Deus egerit illum, semper intelligitur, quòd fecerint Angeli: nisi sit talis actus, qui excedat potentiam creatam, & tunc bene accipietur hic descendere proprie; quia Angelus est essentia finita diffiniens sibi locum, ita quòd quando est in vno non est in altero, & potest esse in altero loco, quàm in quo est: ergo moueri potest. Cùm ergo Angeli semper sint in cęlo, nisi quãdo ad aliquid ministrandum mittuntur: quia sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi, propter eos, qui hæreditatem capere habẽt salutis, vt patet ad Hebrę. 1. cap. ergo quando in Monte Synai astiterunt ad formãdas illas voces loco Dei, oportet, vt de cœlo descendissent. *Coramomni populo.* Idest vidente omni populo, & sic dicitur in litera Hebraica, *Descendet Dominus in oculis totius populi.* Et hoc est, quia cùm ille Angelus, qui vocatur hic Dominus, descenderet, omnis populus videret, quia licèt Angelus non sit secũdum se visibilis, videbatur tamen quòd ipse veniebat, quia præcedebant quædam signa demonstratiua diuinam aduenire maiestatem, vel aliquid loco Dei: nam venit

Quomodo intelligendũ est, cũ dicitur Deus ascẽdit, & descendit.

Non dicit hic ꝓpriè aut improprie ꝙ Deꝰ descendit quoniam Deus non egit actum istum.

F nubes densissima. Et cęperũt audiri tonitrua, & clangor magnus super montem: qualis naturaliter fieri nõ poterat; ergo manifeste innuebatur venisse Deũ: & tamen iste aduentus dicitur fuisse coram omni populo: quia aliquando veniebat non vidente populo, sicut quando venit in prima die mensis huius, qua venit Israel in montem Sinai: nam eadem die ascendit Moyses in montem Sinai: vt patet supra, & vocauit eum Deus. Et tamen tunc non vidit populus vtrum venisset Deus, an non: quia non apparuerunt aliqua signa notabilia Dei venientis, & sic multotiens fiebat. *Super montem Sinai.* Ad sumitatem montis Sinai descendit Deus, & ibi videbatur consistere nubes, in qua erat, & vox, quę formabatur. Et patet infra, quia dicitur: Descenditque dominus super montem Sinai in
G ipso montis vertice. Et vocauit Moysen in cacumen eius. Et fit hic mutatio personæ, quia ipse, qui loquitur debuisset dicere, descendam ego super montem Sinai, sed loquitur de se tanquam de altero. Nec obstat si dicas, quòd iste, qui loquebatur erat Angelus, & loquebatur de Deo: falsum est enim: nã Deus non erat descensurus, vt declaratum est supra: sed Angelus, & ipsemet Angelus vocat se dominum: vt patet infra sequenti capit. cum dicitur: Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis, non habebis Deos alienos coram me. Et iste Angelus, qui loquebatur nũc ad Moysen, vocatur dominus: vt patet supra: nam dicitur ascendit Moyses
H ad dominum, &, vocauit eum dominus de monte: sed ipse, qui vocauit est iste, qui nunc loquitur; vt patet ex continuatione totius narrationis: quilibet namque Angelus in sacra scriptura dominus vocatur, maximè in veteri testamẽto inquantum loco Dei apparet. Sed dices, quòd hic non mutatur persona: quia licet iste, qui loquebatur Angelus esset, & ille qui descensurus esset Angelus erat: tamen non erat iste idem Angelus descensurus sed alius. Respondetur quòd etiam hoc falsum est: nam litera signat, quòd ille idem, qui loquebatur ista descensurus erat. Et patet supra, quia cũ dictum fuisset, quòd Moyses narrauerat verba Dei, scilicet huius Angeli loquentis ad populum, & verba populi ad Deum subiunctum est: iam nunc veniam
I ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te: idem ergo erat, qui nunc dicebat: Dominus descendet super montem Sinai, & qui descensurus erat.

Angelꝰ potest vocari Deus ĩ vet. test. maximè cum loco Dei apparet.

Quare hic Angeli Deus vocantur, & sepe in sacra scriptura.

QVAESTIO. VII.

ALIQVIS autem quæret, quare vocanẽ hic Angeli Deus. Si enim verũ est, quòd Angelus ista faciebat, quare non dicebatur, & dixit Angelus, vel fecit Angelus, cùm dicatur, & fecit Deus, vel dixit Deus? Aliquis forte respondebit, ꝙ non dicitur hic, quòd Angeli fecerint tale, vel tale licèt Angeli fece-
K rint: quia in lege veteri, siue in tempore illo non fuit cognitio Angelorum. Sed hoc non potest stare, quia Gen. decimo sexto cap. dicitur quòd quando Agar fugeret a facie dominæ suę Sarai affligentis eam inuenit eam Angelus domini in solitudine, & fecit eam, redire. Item Gen. 19. cap. dicitur, quòd duo Angeli venerunt Sodomam ad destruendam eam. Item Gen. 21. dicitur quòd quando Agar errabat in solitudine Bersabeę, & consumpta aqua puer moribundus iaceret sub vna arborum, vocauit Angelus domini de cęlo Agar dicens: Quid agis Agar? Item Gen. 24. capi. cum Abraham loqueretur ad Eliezer seruum suum, vt non reduceret Isaac in Mesopotamiam, ne accipe-
ret

Responsio quædã dicens, quòd in lege veteri nõ fuit cognitio angelorũ.

ret ei vxorem de filiabus Chananęorum subiunxit, ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. Item Gen. trigesimo primo dicit: Dixitque ad me Angelus domini in somnis, Iacob leua oculos tuos, & vide. Item Gen. trigesimo secundo, dicitur quòd cum veniret Iacob in via apparuerunt ei Angeli Dei: & vocauit illos castra Dei. Multa quoq; alia sunt testimonia in Gene. & Exodo, & singulis libris Iosue, Iudicum, & cęteris hystoricis atq; Prophetalibus, vnde pluries, & multo pluries fit mẽtio in veteri testamento de Angelis, quàm in nouo, vt patet di
A quæ est verè Deus: vt apparet ex septimo, & octauo Phisicorum: & apprehenderunt illam vt maximum eius licèt non coluerunt, vt Deum: sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis, vt ait Apostolus ad Rom. primo. Ita Deum aliqua gens sibi cognouit, aut constituit per exibitionem beneficiorum. Nam licèt Deum verũ cognitum naturaliter obligamur, vt Deum colere: tamen Deũ nobis accipere ex affectione fuit, quælibet gens illum Deum suum vocauit, ad quẽ affecta fuit, quia ei multa beneficia contulit: sic hebræi affecti sũt ad hunc, qui Deus verus erat: quia eis specialia beneficia faciebat: & sic in isto pacto legis firmandæ, vt eam custodirent Hebræi, promisit eis multa bona facere, & accipere eos in populum specialem, cùm dicitur: Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyprijs, & quomodo portauerim vos super alas Aquilarũ, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est terra, & vos eritis mihi gens sancta, & regale sacerdotium. Manifestum est ergo, quòd cùm omnia beneficia data Hebræis, & omnes locutiones factę ad eos, & ad Prophetas suos facta fuerint per Angelos tanquam per ministros, si semper poneretur, quòd Angelus loquebatur, aut Angelus faciebat: Angelum benefactorem suum, tanquã Deũ colerent. Nam non videbatur esse vllus modus, quo Hebræi illum Deum colerent aut existimarent, qui nullum bonum eis, aut hostibus suis malum non in-
C tulisset, & quòd illum Deum existimarent, qui cunctorum bonorum collator extitisset, & mala cuncta ab eis auertisset. Decuit ergo, vt sacra scriptura ista per Angelos facta, aut dicta non expressisset: sed per Deum, ne populum adhuc rudem ad idolatriam concitaret. Sed dices, quare ergo aliquando nominat Angelos aliquid fecisse, vel dixisse & aliquando Deũ, cùm tamen omnia fecerint Angeli. Respondetur ꝙ ista fuit magna scripturæ sacræ sagacitas: quia nec naturam angelicam per taciturnitatem totaliter voluit negare, nec exprimendo semper naturam angelicam in omnibus, quæ faciebat natura Angelica, voluit ad idolatrandum occasionem dare. Dices ergo quare magis in istis quam in illis nominantur
D Angeli? Respondetur quòd quædam sunt valde magna facta, quæ videntur pertinere ad diuinam operationem mediate, vel immediate. Alia sunt minora, quæ directe non pertinent ad Deum mediatè, vel immediatè. Item quędam sunt beneficia, quæ directè pertinent ad vnam solam personam: alia sunt, quæ ꝑtinebant ad totum populum Hebraicum: per istam distinctionem operum, & beneficiorum potest reperiri fundamentum, scilicet quare aliquando nominãtur Angeli, & aliquando Deus. Nam Angeli semper nominantur. Aut quando id quod factum est, aut dictum, non erat valde magnum: aut quando non ad totam communitatem Hebręorum, sed ad vnam personam pertinebat. Omnes vero auctoritates allegatę, & omnia alia loca, in quibus in veteri testa-
E mento nominantur Angeli vnum de istis duobus habent: vel fortè vtrunque, vt patet discurrendo in quibusdam. De primo Gene. decimo sexto capitulo, quando dicitur, quòd apparuit Angelus Domini Agar, & reduxit eam ad Sarai, & non nominatur Deus: dicitur, quòd istud negocium paruum erat, scilicet reducere vnam seruam fugientem ad dominam, vel erat ad vnam personam singularem, quia hoc solum dirigebatur ad Agar. De secundo etiam Gene. decimo nono capi. de destructione Sodomorum nominati sunt Angeli, quia non fuit aliquid magnæ potentiæ euertere illas ciuitates, licèt adhuc in hoc videtur quædam differentia saltem in verbis, quia Angeli
dicun-

Responsio auct. ingeniosa.

Quelibet gens illum Deum vocauit ĩ quẽ affectafuit

Quare potius in vno loco quã ĩ alio Angeli nominãtur.

Scriptura ea dicit esse facta ab Angelis q̃ parua sunt & ad vnam solã personam pertinentia.

Quę autẽ magna, & ad cõmunitatẽ spectantia a Deo esse narrat.

Gentiles illos Deos dicebant a quibus potissima bona recipiebant.

Aegyptij a quã colebãt, Chaldęi ignem

dicuntur veniſſe ad deſtruendam ciuitatem : tamen Deus dicitur eam deſtruxiſſe, vt patet Gene. decimo nono capitulo: nam in principio fit mentio de Angelis ad deſtruendum venientibus, & poſtea vltra medium dicitur; Igitur dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur a domino de cęlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem. Sic dicitur Gen. decimo tertio capitul. Eleuatis oculis Loth vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret dominus Sodomam, & Gomorrham : idem patet Deute. vigeſimo nono, & Treno. tertio cap. Item de Angelo, qui iterum apparuit Agar in ſolitudine Berſabęę erranti, & mõſtrauit ei puteum, nominatur Angelus, quia hoc ad ſingularem perſonam fuit, & factum valde paruũ, ſcilicet monſtrare puteum, qui antea ibi ſteterat. Itẽ quòd dicitur de Angelo dirigente viam Eliezer ad ducendum vxorem pro Iſaac; ſingularis perſonæ factũ eſt, & ſatis paruum. Item de Angelo, qui demonſtrauit Iacob in ſomnijs arietes maculoſos, & varios, hoc ſicut cętera ſatis paruum erat, & ad vnum virum pertinens. Item de Angelis, qui ei obuiauerunt, cũ intrauit terram Chanaan, vel pauloante, quia iſti ſolum venerunt ad conſulendum eum, quod erat ſingulare factum. Aliquando tamen ponitur expreſſa mentio de Angelis in valde magnis factis, ſicut in reuelatione facta Iacob in Bethel, per quam enunciabatur Chriſtus naſciturus de ſemine ſuo, quod eſt maximum miſterium legis, & Prophetarum : dicitur tamen ibi de Angelis deſcendentibus, & aſcẽdentibus per ſcalam. Cauſa huius eſt, quia ibi ponitur expreſſa mentio de Deo, bene poteſt fieri mentio de Angelis : quia per talem nominationem fiet diſtinctio inter Deum, & Angelos : in iſtis ſuperioribus exemplis, & in pluribus alijs ſacræ ſcripturæ nominantur Angeli, quia facta illa in quibus nominantur parua ſunt, & ad ſingulares perſonas pertinentia. Alia autem ſunt loca ſacræ ſcripturæ in quibus nominantur Angeli: quia facta ſolum erant parua, licèt pertinerent ad cõmunitatem Hebræorum. Alia ſunt in quibus nominantur, quia ad vnam perſonam pertinebant, licèt ſatis magna eſſent. De primo patet Ioſue quinto capit. vbi apparuit Angelus domini euaginatum habens gladium, qui erat princeps exercitus domini, & nunciauit Ioſue, quòd Iericho tradenda eſſet, vt patet ibidem in cap. ſexto. Iſte autem vocatus fuit Angelus dupliciter: primo quia factum non erat valde magnum: ſecundo, & principalius, quia ad iſtum Angelum pertinebat hoc ex officio cùm eſſet princeps exercitus domini. Aliquando facta fuerunt magna: quia tamẽ erant ad vnam perſonam ſingularem, dicitur quòd Angelus domini fecit, vel apparuit: vt patet Eſa. ſexto cap. quia purgatio labiorum Iſaiæ, quæ ſignabat purgationẽ culpæ, & forte tunc a Deo fiebat, valde magnum factum erat, & factum fuit per vnum de Seraphin. Item apparitiones factæ Danieli, & reuelationes magnæ de hebdomadibus, & morte Chriſti, & regno, & ordine ſęculorum, dicuntur factæ per Angelum : quia licèt aliquid magnum eſſent, facta fuerunt ad vnam ſingularem perſonam. Nec tamen eſt conuertenda conſequẽtia, ſcilicet quòd quandocunque aliquid paruum fuerit factum, aut reuelatum, aut ad vnam perſonam ſingularem dictum, fuerit dictum per Angelum, ita quòd in ſcriptura nominetur tunc feciſſe Angelus : quia multotiens parua fecerit, licèt dicta, aut facta ſunt, quæ tamen dicitur Deus feciſſe, aut apparuiſſe: & hoc quia perſona, ad quam fiebat non erat multum firma, & potuiſſet habere occaſionem erroris ſi dictum fuiſſet, quòd Angelus faciebat. Nam dicendo, quòd Deus agat, error vel falſitas nulla eſt: quia licèt Angeli miniſterialiter illa exerceant, Deus tamen principaliter illud agit, cùm fieri ſpecialiter mandet, & modum, & virtutem tribuat. Dicendo autem quòd Angeli faciunt, ſequuntur inconueniẽtia ſupra aſſignata. nam quãdo fit mentio de magnis beneficijs. ſ. de eductione de Aegypto, & de ſimilibus non erat cõueniens nominari Angelos. In apparitionibus autem factis Abrahæ, Iſaac, & Iacob, quando promittebatur eis terram Chanaan, & multiplicatio ſeminis ſicut ſtellas cęli, & arenã, quæ eſt in littore maris : non dicebatur Angelus iſta dicere aut promittere, ſed Deus : quia cùm iſta maxima beneficia eſſent, ſi Angeli iſta feciſſe aut promiſiſſe dicerentur, ab angelis totum bonum ſuum recepiſſe Hebræi putarent. Et ſi in aliquo iſtorum fiat mentio, quòd angelus loquebatur immediate declaratur, quòd non dixerit angelus a ſe, ſed recitans verba Dei : vt patet Gene. vigeſimo ſecundo capi. cum dicitur : Vocauit autem angelus domini Abraham de cęlo dicens: per memetipſum iurauì dicit dominus, quia feciſti rem hanc, & non peperciſti filio tuo vnigenito, benedicã tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris. Et ſicut iſta beneficia magna Deus dicitur promiſiſſe; ita omnes alias magnas res pertinentes ad totum populum Hebraicum ipſe dicitur egiſſe. Vnde principium horum beneficiorum, ſcilicet quando dicitur apparuiſſe in rubo ardente, qui nõ comburebat in monte Sinai Moyſi cuſtodienti oues, & dixit quòd volebat educere populum ſuum Hebraicum de dura ſeruitute Hebræorum, iam enim recordabatur eius, non dicitur ibi, q̃ apparuit angelus, ſed quòd apparuit Deus, quia ſi angelus iſta verba dixiſſet, vocauiſſet Hebraicum populum ſuum, & ſe educturum eos de manu Pharaonis, quod erat magnum beneficium: propter quod ipſi coluerunt Deum iſtum verum, vt patet hic cum dicitur, Vos ipſi vidiſtis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum : & tunc ſubiungitur, quòd propter hæc beneficia recepta cuſtodiam legis Dei ſuſcepit populus Hebręorum. Et ſicut iſta promiſſio liberationis ſcribitur dicta a domino, ita omnia alia diſpoſitiua ad completionem huius promiſſionis, ſcilicet plagæ illatæ Aegyptijs dicuntur factę a domino : vt patet ſupra diſcurrendo a cap. 5. vſq; 13. maximè, quia hic fiebant talia portenta, quæ nullus poterat facere, niſi Deus: debebat ergo poteſtas faciendi talia attribui Deo, & facere ea. Et hoc declarauit Deus ſępe in illatione plagarum, dicens. In hoc cognoſcent Aegyptij, quòd ego ſim Deus in medio terræ, & quòd non ſit Deus prẽter me. Etiam ipſa eductio de Aegypto Deo attribuitur cũ dicitur : quòd eduxit dominus de Aegypto Hebræos : in manu forti Aegyptijs plangentibus, & videntibus atque ſepeliẽtibus mortuos ſuos : vt patet Num. 33. cap. Portatio autem nubis præcedentis exercitum Hebræorum attribuitur angelo, vt patet ſupra decimo quarto capit, cum dicitur : Tollenſque ſe angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael abijt poſt eos, & cum illo pariter columna nubis priora dimittens poſt tergum ſtetit inter caſtra Aegyptiorum & caſtra Iſrael. Et huiuſmodi ratio eſt: quia iſtud erat quoddam paruum, ſcilicet portare illam nubem. Alia autem, quæ poſtea ſecuta ſunt, ſcilicet conuertere aquas ſuper Aegyptios, & dare manna, & educere aquam de petra in Raphidim, Deo attribuuntur: quia eſt actio magna, & ad totum populum pertinens. Quia aũt Deus in actibus angelorũ faciat differentiã interdũ vocans eos ſuos; cũ ſunt cum magno apparatu; & excellentia, interdũ vocans eſſe actus angelorum; cùm vero ita fiũt cum magno apparatu patet infra 33. ca. quia ibi dicitur Deũ dixiſſe mittam præcurſorem angelum meum, vt eijciam Amorrhęum & cæt. non enim aſcendam tecum, ga populus duræ ceruicis es, ne forte diſperdam te in via. Sed manifeſtũ eſt, q̃ ante hoc nõ præcedebat eos Deus, ſed Angelus domini in columna nubis : ſed dicit ſe iã non præceſſurum, ſed miſſurum Angelum ſuum, qui præcedat, quia non volebat, aut ſignabat ſe nolle portare eos in illo apparatu magno, aut gloria, qua portauerat ex Aegypto vſque ad montem Horeb, ſed modo quodam nõ ita glorioſo, ſed cũ maiori labore, aut inopia ipſorum, & non cum tanta cuſtodia. Si tamẽ diligenter attendatur, aliquando idem vocatur angelus, & Deus : & vocatur Angelus ad vnum actum, & Deus ad alterum, vt patet ſupra decimo quarto capitulo. Nam dicitur, quòd Angelus domini, qui præcedebat caſtra, conuertit ſe poſt tergum, & cum eo nubes : & erat nubes tenebroſa, ſcilicet Aegyptijs, & illuminans noctẽ, ſcilicet Hebręis. Ex hoc enim innatur, quòd ille, qui præcedebat ĩ nube, erat Angelus. Sed poſtea vocatur Deus, cùm dicitur : Iam que aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens dominus ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorũ, & ſubuertit rotas curuum, ferebanturque in profundũ. Seruat ergo ſacra ſcriptura iſtam ſigacitatem, vt magnos actus a Deo factos dicat: paruos autem interdum ab angelis : vt non detur occaſio errandi. Et quia occaſio iſtius erroris magis fuit in primis Iudęis, qui nondum Deum verum cognouerant, aut eum in Deum acceperant, ſpecialiter ſcriptura obſeruauit iſtam differentiam loquendi obnixe in antiquis. Cùm autem Hebraicus populus in cõgnitione Dei firmior factus eſt : ita vt ſciret quid Deus agebat, vel quid angelus, non tantum ſcriptura iſtã differentiam locutionis obſeruauit : vnde aliquando illa magnalia, quæ ad Deũ pertinebant, angelus ſe feciſſe dicat : vt patet Iudic. 2. capit. cùm dicitur; Aſcendit angelus domini de Galgala ad locum flentium, & ait : eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iurauì patribus veſtris, & pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum vſque in ſempiternum: ita dũtaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuerteretis, & noluiſtis audire vocem meam : cur hoc feciſtis? Quamobrem nolui delere a facie veſtra, vt habeatis hoſtes: & dij eorũ ſint vobis in ruinam. Ecce qualiter angelus dixit hic ſe eduxiſſe Iſrael de Aegypto, & dediſſe eis legem, q̃ vocatur fœdus, vel pactum : & iſta ſunt maxima, quæ Hebræi ſuſceperunt. Licèt ergo tunc dixit hoc angelus, tamen nõ dixiſſet in principio eductionis Hebręorum de Aegypto : quia ſi ibi reſpiciatur diſcurſus huius libri, ſemper reperietur quòd talia dicebatur Deus facere, vel dicere, & non angelus. Reſpicienda eſt ergo varietas temporum, & ſecundum illam ſcriptura modo loquendi variat. Nunc ergo ad punctum, de quo quęrebatur, dicendum, quòd datio legis fuit maximum, quod interceſſit inter Hebræos & Deum, & quia populus ſuſcipiens legem obligat ſe legiſlatori obſeruare legem ſub penis contentis in lege : ſi angeli dicerentur dediſſe legem, Hebræi adhuc rudes crederent illam legem eſſe angeli, & non Dei : & eos directe obligari ad obſeruantiam legis angelo, & non Deo. Decuit ergo quòd omnia iſta diceretur egiſſe, aut dixiſſe Deus. *Conſtitueſque terminos populo.* Apud radices montis poſuit Moyſes quædam ſigna, ſiue limites, vſque ad quos populus ſolùm accedere debebat, & iſta mandabat Deus non quidem, quòd facere contrarium ſecundum ſe malum eſſet, quia non referebat magis ſic, vel ſic : vtrum aſcenderet populus in montem aut non : quia non magis ſic viſurus eſſet de gloria Dei, quàm non aſcendendo : fuit antẽ hoc mandatum, vt erudiret Deus Hebræos adhuc rudes ad reuerentiam, & timorem ſuum. Nam ſi hoc non mandaſſet, multi ipſorum permoti curioſitate videndi attentarent aſcendere in montem, quod videbatur quædam irreuerentia, ſcilicet quemlibet ſimplicẽ hominem velle accedere ad Deum, qui tantæ altitudinis, atque maieſtatis erat : nunc autem ſic edocti reuereri Deo per magnam formidinem, poſtea gratulabantur valde, quòd in conſpectu tantæ maieſtatis nõ mortui fuiſſent, vt patet Deute. quinto cap. cùm dicitur. Ecce oſtendit vobis dominus Deus noſter maieſtatem, & magnitudinem ſuam : vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos hic ignis maximus? ſi enim audierimus vltra vocẽ domini Dei noſtri moriemur: quid eſt enim omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, & poſſit viuere, ſicut nos audiuimus? Hanc eandem reuerentiam docebat Deus obſeruari in acceſſu ad tabernaculum, ne quis de populo auderet accedere ad loca Leuitarum, circa tabernaculũ, vel vt nõ intromitterẽt ſe de officijs Leuitarũ, nec Leuitæ de officijs Sacerdotũ : ſi quis aũt cõtrarium faceret, occidebatur : vt patet Num. tertio, & quarto, & decimo octauo cap. r. Et hoc idem cõfeſſi ſunt ipſi Iudæi conquerentes: Ecce conſumpti ſumus, omnes peribimus : quicunque accedit ad tabernaculum domini, moritur: nunquid vſque ad internectionem cunctì delendi ſumus? vt patet Num. decimo ſeptimo cap. Et hoc patet in Bethſamitibus, de quibus occidit dominus ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia de plebe, quia viderunt arcam domini, & capſellam in agro Bethſames, cùm duceretur a Philiſtijs, vt patet primo Regum ſexto capi. *Per circuitum.* Ideſt per circuitum montis.

Multotiens ſcriptura dicit parua facta & dicta: q̃ Deus ea fecerit, licèt dicta, aut facta ſunt, quæ tamen dicitur Deus feciſſe, aut apparuiſſe: & hoc quia perſona, ad quam fiebat non erat multum firma, & potuiſſet habere occaſionem erroris ſi dictum fuiſſet, quòd Angelus faciebat.

Deus attribuit ſibi ea quæ cũ magno apparatu fiunt: angelis vero, quę cũ minori.

Scriptura ſigax in magnos actus a Deo eſſe factos dicit paruos ab angelis ne det occaſio errãdi.

Aliquãdo ſcriptura dicit illa magnalia q̃ ad Deũ pertinebãt angelum feciſſe, & hoc quãdo populũ Hebręus ĩ lege firmũ erat.

QVAESTIO. VIII.

NON fixerat populus caſtra in circuitu totius mõtis : ſed ab vna parte, ſcilicet à fronte meridiana, vt ſupra declaratum fuit; quia dicitur in litera: ibi fixit Iſrael tentoria è regione montis, ideſt contra montẽ. ſi tamen totus populus iacuiſſet circundans montem ad modum coronæ, non diceretur, quòd erat è regione montis : quia è regione ſolùm ſignat vnam differentiam poſitionis, ſcilicet dextrum, vel ſiniſtrum, ante vel retro; ſi tamen populus circundaret montem, teneret omnes quatuor differentias poſitionis reſpectu montis : & ſic licèt aliqua pars populi eſſet è regione montis : tamen falſum eſſet, quòd populus fixiſſet caſtra è regione montis, cuius contrarium vult litera. Dicendum ergo, quòd licèt populus non fixiſſet caſtra in circuitu montis, ſed a fronte meridiana; tamen quia multus erat nimis, & dum exiret de caſtris accedendo ad radices montis, vt audiret Deum loquentem non poſſet capi, ſed totus conſiſteret a fronte meridiana, ideo circumfuſus fuit ad diuerſas partes montis in circuitu: ideo Moyſes in circuitu totius montis, vel ſaltem in maiori parte, ſcilicet ad partem meridianam, ad quã directè erant, & ad frontem Orientalem, & Occidentalem; in fronte autem Septentrionali, quę erat directe oppoſita illi parti. ſ. meridianæ, ĩ qua erãt: nõ erat ita neceſſe ponere terminos. *Et dices ad eos: cauete ne aſcendatis in montem.* Iſtud fuit dictũ in primo die, quo aſcendit Moyſes in montem Sinai, quando venerunt ad illum in vice ſecunda, quando populus reſpondit ſe velle recipere legẽ Dei, & in eodem die incepit Moyſes luſtrare montem, & cõſtituere terminos populo: mandabat autem Deus,

In qua parte montis populus fixerat caſtra.

ne

ne quis de populo toto auderet aſcendere in montē; nam ſi hoc mandatum non fuiſſet, aliqui curioſitate videndi ea, quæ intra montem erant permoti, aſcenderent in montem, & tunc ſequerentur duo inconuenientia. Primum quædam ad Deum irreuerentia, cùm auderent accedere ad locum, in quo Deus erat: cum ad hoc quilibet homo indigniſſimus ſit, niſi quem Deus ad hoc ex ſua bonitate ſola dignatus fuerit acceptare. Secundum quòd ſi ipſi accedere conarentur, & videre, quę intra erant, non attēderent ad vocem formatam de medio ignis, in qua dicebantur mandata: quod tamen Deus volebat eos valde attendere, nam propter nihil aliud dicebantur illa, niſi vt audiret cunctus Iſrael, quæ dicebantur, & cuſtodiret, & timore concepto ex terribilitate illarum vocum non peccarent in Deum. Sic patet infra vigeſimo capitulo, cùm dicitur: Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & nō peccaretis.

Rationes quibus Deus Iſraelitis vetuit, ne tangerent radices montis.

Nec tangatis fines illius. i. radices montis iſta prohibitio fuit facta pp duo, aut ſaltē propter vnum eorum. Primum, quia forte fumus ille, & nubes denſiſſima operiebat totum montem Sinai vſq; ad radices, & quia Deus intendebat eos arcere, ne curioſe videre vellent illa magnalia Dei, vetuit etiam ne ad radices accederent, quia ibi gloria domini etiā aliqualiter apparebat. Antecedens patet infra cùm dicitur: Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi ex fornace, ideo non ſolum videtur quòd apparebat gloria domini in parte ſuperiori, ſed etiam per totum montem vſque ad radices contingentes extremitates vallis. Hoc autem non repugnat ei, quod ſupra declarauimus: & infra etiam patet quòd dominus deſcendebat ſuper cacumen Sinai, & non ad partes inferiores: nam verum eſt, quòd licèt ſuper totum montem deſcenderit nubes, tamen ſuper partem ſuperiorem cacuminis ſpeçialius deſcendit, quia ibi magis apparebat dominus in igne magno, & nube denſiſſima, & fumo maiore: partes autem inferiores non ita ardebant, aut fumabant. Alia ratio quare vetuerit dominus, ne tangerent radices montis, quia licèt non foret ibi gloria domini in fumo, & igne vel nube denſa, tum ſi ad radices accedendi daretur licentia, daretur occaſio ad aſcendendum: incitarentur enim aſcendere ad ſuperiora, cùm inferiores partes tetigiſſent: ideo non ſolum vetabat aſcenſus ad ſuperiora, ſed etiā tangere inferiora. Sic enim fuit ſupra 12. ca. de pane fermentato, quia mandatum fuit, vt a die quarto decimo menſis primi in veſpere non ſolùm non comederent panem fermentatum, ſed etiam vt non haberent in domibus; quia ſi in domibus haberent incitarētur ad comedendum. *O omnis qui tetigerit montem morte morietur.* Scilicet quòd dominus occidet eum, aut vos occidetis. Si enim ipſi omnes, vel magna pars contenderēt aſcendere in montem, aut tangere illum Deus occideret illos, vt patet infra cum dicitur: deſcende, & contestare populum, ne forte velint tranſcendere terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Et infra dicitur: Sacerdotes autem, & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad dominum, ne forte interficiat eos. Si autem vnus aut pauci contenderent intrare, populus eos occidere debebat, vt patet ex litera, quæ ſequitur immediate, ſcilicet: Manus non tangent eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis. *Manus non tangent eum.* Hic ponitur modus occidendi eum, qui tetigiſſet mōtem, & aſcenderet per eum: quia ſi aliquis montem intraret occidendus erat, vt ſupra dicitur, ſcilicet omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Cùm ergo intraret, crederent fortè alij, quòd poſt eum intraturi eſſent ad tenendum eum, ne aſcenderet, & occidendum eum. Dicit ergo Deus, vt omnes magnam reuerentiam obſeruarent: & ne intratio vnius in mōte eſſet occaſio multis intrandi, mandauit, q̄ nō aliqs intraret nō intrarēt alij poſt eum ad tenendum eū: ſed ab extra exiſtentes eum occiderent. *Manus non tāgent eum.* Particula eum, non refertur ad montem, ita q̄ eſſet ſenſuś, ſcilicet quòd ſicut non licebat tāgere pedibus intrādo, vel aſcendendo ita nō licebat tāgere manibus: ſed refertur ad intrantem in montem, de quo dicebatur: Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Dicitur ergo, manus non tangent eum, ideſt non intrabunt poſt eum in montem, vt tangant eum manibus ſuis, & ſic teneant. *Sed lapidibus opprimetur.* Ideſt quòd quando aliquis vellet intrare, alij ab extra iacerēt lapides in eū, & ſic occiderent antequam effūgeret in longinquam partem montis. *Aut confodietur iaculis.* Iacula etiam leuia poterant mitti a longe, & ſic etiam fugiens percuti poterat. In Hebreo dicitur. *Confodietur ſagittis.* Sed idem ſignat, quia ſecundum proprietatem Latinę dictionis cùm iacula a iaciendo dicantur, & ſagittę iaciantur, iacula dici poterant. *Siue iumentum fuerit, ſiue homo, non viuet.* Accipitur hic largè iumentum pro pecore, & iumento. Iumentum autem proprie dictum ſignificat animalia ad ferenda onera diſpoſita, vt equus, mulus, & aſinus, & camelus, & bos. Animalia autē comeſtibilia, vt ſunt ouis, & ſimilia pecora ſunt, & non iumenta: ſed non ſemp obſeruatur iſta differentia: quia ſupra 13. ca. dicitur: Sanctifica mihi omne primogenitum, tam in hominib⁹, quàm iumentis: accipitur enim ibi iumentum pro pecore, quia ſola primogenita pecorum ſacrificabantur. Aliquando accipitur iumentum largè pro pecoribus, & iūmentis, & ſic dicitur Pſal. 48. Homines, & iumenta ſaluabis domine, ideſt omnia bruta, & Pſalm. 147. Qui dat iumentis eſcam ipſorū: ſed iſta ſententia vniuerſalis erat, ſcilicet quòd quodcunque animal brutū intraret, moreretur: nam eadem ratio ſtabat in omnibus. De homine autem intrante quare occideretur, ratio manifeſta eſt, ſcilicet quia contemnebat mandatum Dei, & quia irreuerentiam committebat volēdo curioſè videre magnitudinem Dei, quæ monſtrabatur ſuper montem. Sed de iumento non eſt eadem ratio, quia iumentum contemnere non poſſit, cùm non ſi capax præcepti. Etiam iumentum non committebat irreuerentiam, cùm non intraret montem ad videndum magnitudinem domini exiſtentem in ipſo, ſed ex quodam inſtinctu naturę ſecundū apprehenſionem Phantaſticam, quia apparet ſibi bonum, aut delectabile eſſe in tali aut tali loco ſtare. Bruta nāque animalia phantaſijs, & memorijs viuūt, ideſt Phātaſia, & memorationibus communibus, opinionem autem vniuerſalem non habent, vt ait Ariſto. in ſeptimo Ethic. Fit tamen iſta punitio in animalibus brutis propter ipſum quod faciunt, quia in ſe malum eſt: licèt beſtiæ nō dicuntur propriè malum agere, aut male, nec aliquam habere malitiam. Nam ſicut intrare aliquem hominem in montem ſtare ibi gloria diuina malum erat, quia omnes reuereri debent, & timere a tanta magnitudine: ita ſi beſtia intraret montem accedendo ad montem, vbi ſtabat gloria Dei, malum erat: ſic patet Leu. 20. c. de illo qui dormiebat cum pecore: nam ipſe, qui faciebat moriebatur, & pecus occidi debebat, licèt pecus in hoc nihil peccaret, erat tamen quædam enormitas facti, ideo peribat. *Cum clangere ceperit buccina, tunc aſcendent in montem.* Si hoc ſic intelligatur, vt videtur in ſuperficie literæ falſum eſt: quia quando clangeret buccina non poterant aſcendere in montem, cùm tunc veniret gloria domini. Intentio

Iumēntum quid ſignificet, & in quo differat à pecore.

Quare animalia, quę montē intrabant occidebant, cum non peccarent.

tentio autem huius prohibitionis ſuperioris erat, vt nō accederet homo aliquis ad videndum curioſe maieſtatē Dei in monte. ſed iſta maieſtas erat quando clangebat buccina, vt patet infra, cùm dicitur: Totus aūt mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet dominus ſuper illum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace, erat quæ omnis mons terribilis, & ſonitus buccinę paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur. Ideo videtur potius contrarium ex litera, q̄ antequam buccina clangere inciperet, poterat populus aſcendere in montem, quia tunc nondum venerat gloria domini ſuper montem, & non videbatur eſſe aliquod inconueniens, quare illuc non aſcenderent aut intrarent: poſtquā autem incipiebat buccina clāgere, iam aduenieba maieſtas Dei ſuper montem, ideo videbatur inconueniens aſcendere; imo contra expreſſum mandatum literæ: non poteſt ergo ſic intelligi vllo modo. Litera Hebraica habet hic, vbi nos dicimus clangere inceperit, aliquam dictionem, quæ eſt aliqualiter ęquiuoca, ſed ſignificatum ſuum proprium eſt finire, vel deſinere: & tunc eſt ſenſus, quòd quando Deus ſtaret ſecundum maieſtatem ſuā in monte non aſcenderent in montem: nec ſaltē tangerent illum: cùm autem maieſtas Dei recederet, q̄d erat buccina deficiente clangere: poterant aſcendere in montem ſi vellent. Sed adhuc hoc non multum ſtat, quia ſi Deus dediſſet eis licentiam aſcendendi in montem poſt clangorem tubę non mandaſſet immediate contrarium, ſed ſinito clāgore tubæ, ſcilicet poſt dationem pręceptorum mandatum fuit contrarium: vt patet Deu. quinto cap. cum dicitur: Vade, & dic eis reuertimini in tentoria veſtra; tu verò hic ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata, atque iudicia, & cæremonias. Videtur ergo, q̄ litera noſtra acceperit hic veriorem ſententiam, quàm iſta ſit ſupradicta, ſcilicet quòd incipiente clāgere buccina aſcenderet populus. Et eſt ſenſus, mandauit enim Deus Moyſi, vt cōſtitueret terminos, quos non tranſgrederetur populus, quādo ſtaret audiendo mandata Dei, ſed quia iſta fieri debebant die tertio, & populus manebat in caſtris, quæ erant ſeparata aliqualiter ab illis terminis aſſignatis circa radices montis, & quia non erat conuenienſ, quòd ſtaret expectando ad radices montis, quando veniret dominus ad loquendum, debebat eis aſſignari hora, ī qua venirent ad audiendum: aſſignauit ergo Deus nunc horam dicens: Quando buccina clangere cęperit aſcendent. Dicebantur aſcendere. quia ipſi erant in caſtris ſuis, quæ aliquo modo diſtabant a monte, cū dicatur ſupra, quòd fixerunt caſtra e regione montis Sinai. i. contra montē, & illa caſtra erant in locis infimis circa aquas: mons autem Sinai erat in loco altiori, & ad hoc, quòd ipſi irent de caſtris ad mōtem oportebat eos aſcendere, non ſolùm ſi vellent aſcendere per montem, ſed etiam antequam tangerent radices montis: quia forte caſtra erant in locis planis infimis circa aquas, & tunc modicum aſcendendo erat quædam alia planicies, in qua erant radices montis Sinai: & ibi erant conſtituti termini à Moyſe, & ſic ad eundū ad radices montis oportebat aſcendere. Patet hoc infra 24. cap. vbi mandauit Deus Moyſi, vt ipſe, & Nadab, & Abiu, & Aaron aſcenderent in montē ad dominum: & tamen immediate ſubiungitur, quòd ſolus Moyſes aſcendere debebat: quod non poteſt intelligi, niſi præſuppoſito hoc. ſ. quòd a caſtris vſq; ad radices montis eſſet quidam aſcenſus, & ad hunc locum aſcendiſſent ſeniores, ſed ad montem nullatenus aſcendiſſent: iſta diſpoſitio circa multos montes communiter videtur. Et confirmatur iſta ſententia: quia infra dicitur. Iam aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cęperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montē, clangorque vehementius perſtrepebat: timuit populus, qui erat in caſtris, cùnque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis. Patet ergo, quòd incipiente clangere buccina aſcenderunt ipſi de loco caſtrorum ad locum radicum mōtis, cùm dicatur eos exiiſſe in occurſum Dei: nam exire in occurſum Dei nihil aliud eſt, quàm venire veniente Deo: ſed Deus ſecundum maieſtatem dicebatur venire, aduenente voce tubę, tanquam quodam ſigno Dei aduenientis, ergo incipiente buccina clangere ipſi aduenerunt, ſiue aſcenderunt. Item patet hoc, quia non dicitur q̄ incipiente buccina clāgere aſcendent in montem Sinai, ſed aſcendent in mōtem: quaſi dicat, q̄ ipſi non erant aſcēturi in montem Sinai, ſed erant aſcenſuri ex loco caſtrorum in planiciem illam, in qua erant radices montis, & termini aſſignati populo. Et quia quælibet terra altioralia, licèt non ſit ſimpliciter mons, vocatur mons reſpectu alterius, qua eſt altior, ita hic q̄a planicies illa, in qua incipiebāt radices mōtis Sinai, erat altior loco caſtrorū, vocabatur mons reſpectu illius, licèt non eſſet mons Sinai. *Deſcenditque Moyſes de monte.* Hoc fuit in ſecūda vice, qua deſcendit, & in eadem die prima, qua venerunt apud montem Sinai, & caſtra fixerunt ibi. *Ad populum, & ſanctificauit illum.* In iſta ſecunda vice tulit duo mandata à Deo. Primum vt ſanctificarentur, ideſt vt mundificarentur. Secundum vt ponerentur terminiapud montem, & nullus tranſiret eos. Iſtud ſecundum pręceptum non narratur hic in aduentu: manifeſtum eſt enim, quòd Moyſes venēs ad populum, vtrunque præceptum recitauit eis, quia Deus mandauit dici: ergo ipſe non contemneret, alias valde mortaliter peccaſſet, quod non eſt dicendum. Item patet, quod dixerit, quia fecit illud, ergo dixit, quòd fecerit, patet infra etiam Moyſes dixit, quòd iſta dixerit populo: nam infra dicitur, quòd cùm in die tertio mandaſſet Dominus Moyſi, vt deſcenderet populum cōteſtando ne tranſiret terminos poſitos ad videndum Deum; reſpondit Moyſes non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai tu enim teſtificatus es, & iuſſiſti dicens: Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum. Non fit tamen hic mentio, quòd dixerit iſta Moyſes, quia ſacra ſcriptura valde cauet repetitionē inutilem; cùm enim ſemel dictum fuerit, non oportet aliquo modo iterum replicari, ſicut ſupra declaratum fuit 2. cap. Nam mandabat dominus dici aliquid ſenioribus Iſrael, aut Pharaoni: ſi autem totum, quod Deus dixiſſet perfectè deſcribebatur a ſacra ſcriptura in prima narratione, quæ dicitur Dei ad Moyſen: poſtea in ſecunda, quæ dicitur Moyſi ad Pharaonem, vel ad ſeniores Iſrael, non recitatur: ſed dicitur: fecit Moyſes, ſicut pręceperat dominus, aut dixit Moyſes cuncta, quæ præceperat dominus. Si autem in prima narratione non ponātur a ſacra ſcriptura perfectè omnia, quæ dicebātur Moyſi a Deo: recitabantur poſtea aliqua eorum, quæ in prima narratione deſcripta fuerant: & ſupplebantur illa, quæ in prima non dicta fuerant, ita quòd in duabus narrationibus vna completa poneretur, & ſic ſuperfluum nihil eſſet. Sic patet ſupra 12. cap. cùm dixiſſet latè Deus Moyſi omnem ritū celebrandi, quem dicere debebat Iſraeli, Moyſes recitauit illum populo ita ſicut Deus mandauerat: & tamen de tota illa recitatione in ſecunda narratione nihil ponitur, niſi: Ite tollentes animal per familias veſtras, & immolate Phaſe. Et poſtea ſubiungitur quędam clauſula, quæ in priori narratione magna nō fuerat recitata. ſ. faſciculumq; Hyſſopi tingito ſanguine, quæ eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrunque poſtē. Hic autem cùm in prima narratione, ſcilicet

Moyſes in ſecunda vice veniens ad populū tulit duo mandata.

ſcilicet Dei ad Moyſen dictum fuiſſet hoc latè, non replicatũ fuit: ſed quia quędã clauſula ſub ſilẽtio in prima narratione pręterierat, hic explicatur. ſ. ne appropinquetis vxoribus veſtris: & non replicatur ipſa, ſed quędam alia cũ ipſa. *Et ſanctificauit eum.* Sãctificatio, vt dictum eſt accipitur hic pro mundificatione; vt. ſ. lauarent veſtimenta, & non accederent ad vxores, & cauerent ab omnibus alijs inquinamẽtis, quę tollunt reuerentiam debitam ad Deũ: & tunc ſic accipiendo, Moyſes non poterat ſanctificare populum, ſed quilibet ſeipſum ſanctificaturus erat. Sed dicitur, Moyſes ſanctificauit populum. i. quòd denunciauit eis mandatũ Dei de ſanctificando ſeipſos, ſic dicitur infra, ꝙ Moyſes erat ſanctificaturus mõtem, cùm dicitur: Pone terminos circa montẽ, & ſanctifica illum. i. denuncia populo, ꝙ mons ſanctificatus eſt, & non debent accedere ad eũ. *Cunque lauiſſent veſtimenta ſua.* Iſtud erat primũ, qđ pertinebat ad ſanctificationem. i. purificationem, & leuiter fieri poterat, ideo facto hoc ſubiunxit aliud mandatum de non accedendo ad vxores: quomodo autẽ lotio veſtimentorum pertineat ad ſanctificationem, & Dei reuerentiã, ſupra fuit declaratũ latè in iſto cap.

An lotio veſtimentorum Hebræorum fuerit facta in aquis viuentibus nec ne.

QVAESTIO. IX.

Opinio q̃dam ponit quòd iſta mundatio fuit facta ĩ cineribus vitulę ruffę.

SED quęret aliquis quomodo facta fuerit iſta lotio, ſcilicet an fuerit facta in aquis viuis, an in cineribus vitulę ruffę conſperſis atque commixtis aqua: nã aliquando vocatur illa aſperſio lotio, vt patet Num. 19. cap. Fortè ergo dicet aliquis, ꝙ iſti incurrerant multas immunditias tangendo, quę non licebat, quę exprimũtur Leu. 11. 12. 14. & 15. & Num. 16. cap. ideo mandauit, ſicut cum ad tabernaculum accedere debebant, ꝙ mandarẽtur illa aqua luſtrationis: ita nunc, quia ad audiendũ vocẽ domini loquentis in maieſtate ituri erãt, & acceſſuri apud montem, decebat vt aſpergerentur veſtes eorum aqua luſtrationis. Antecedẽs patet Num. 19. ca. cum dicitur: Omnis, qui tetigerit humanę animę morticinũ, & aſperſus ex hac cõmixtione non fuerit, polluet tabernaculũ domini, & peribit ex Iſrael: ga aqua expiationis non eſt aſperſus. Et infra in litera: ſiquis hoc ritu nõ fuerit expiatus, peribit aĩa ſua de medio Eccleſiæ ſuę, quia ſanctuarium domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus. Sed hoc non poteſt ſtari, ga aqua iſta luſtrationis fiebat cõmiſcendo aquã cum cineribus vitulę ruffę immolatæ, & combuſtę vſque ad reſolutionem vltimam cinerum: ſed non erat tunc aliqua vitula ruffa combuſta: ergo non poterat eſſe talis aqua: patet quia ad hoc, ꝙ fieret talis combuſtio vitulę ruffę oportebat, ꝙ ſacerdos illã immolaret: & deinde cõburebatur. Sed tunc non erãt ſacerdotes, licèt infra dicatur de ſacerdotibus. ſ. quòd ſacerdotes non aſcendant ad dñm, ne percutiat eos: quia iſti erant ſacerdotes: qui dicebanẽ primogeniti in tribubus, quibus competebat ius primogenituræ ex hæreditate: ad immolationem aũt vitulæ ruffæ requirebatur ſacerdos de genere Aaron, quia iſtis cęremoniæ ſacrificiorum datæ ſunt. Item non poterat fieri, quia quando vitula ruffa comburebatur extra caſtra, cùm primo immolaretur, debebat de ſanguine eius aſpergi contra tabernaculum ſeptem vicibus, vt patet Num. 19. ca. Sed cùm venerunt in montẽ Sinai Hebręi nondum factũ erat tabernaculum, ergo nondum erat cęremonia de vitula ruffa: antecedẽs patet, quia poſtea in montem Sinai factum fuit tabernaculum. Item iſta aſperſio cum cineribus fiebat ad tollendas immundicias arcẽtes homines ab ingreſſu tabernaculi: ſed tunc tabernaculum nullum erat, ad quod accederent, vel intrarẽt: ergo non erat neceſſe eſſe talem aquam luſtrantem. Item iſta cęremonialis cõſuetudo de vitula ruffa fuit ab eo tempore, quo Deus dedit Moyſi modum faciẽdi, ſcilicet vt totus Iſrael traderet vnam vaccam integræ ætatis Moyſi, & Eleazar ſacerdos filius Aaron eã immolaret, deinde traduntur omnes alij ritus, qui obſeruabantur in vitula ruffa, & concluditur poſtea, ꝙ hoc erit legitimum ſempiternũ: & ſic videtur quòd tunc primo data fuit iſta cęremonia, ſed quãdo Eleazar ſacerdos fecit iſtud, iam tranſierat quaſi vnus annus poſt dationem legis, ergo non poterant tunc eſſe aquæ luſtrationis. Et patet, nã Aaron, & filij cõſecrati, & vncti ſunt in ſacerdotẽ ſin principio ſecũdi anni exitus de Aegypto poſtquam tabernaculum erectũ eſt, ergo vſque poſt non potuerunt eſſe aquæ luſtrationis. Dicendum ergo, quòd iſta lotio veſtimentorum fuit in aquis puris ad tollendam omnem ſordem, quã contraxerant in itinere, vel in Aegypto, quia iam incipientes aliam vitam oportebat vtriuſque hominis ſordes mutare. *Eſtote parati in diem tertium.* Iſte dies tertius computatur, ſicut ſupra dictum fuit, ſcilicet quòd iſta duplex aſcenſio in montem & deſcenſio ad populum fuerit facta in prima die, qua venit Iſrael apud mõtem Sinai: & computaretur ille dies primus de his quibus purificati eſſe debebant. Et cùm iſte fuerit primꝰ dies menſis tertij; vt patet in principio ca. dies tertius menſis eſt, quem hic tertium vocant, in quo dari debebat lex.

QVAESTIO. X.

An tertius dies ĩ quo data ẽ lex ſit tertius dies mẽſis tertij.

ALIQVI Hebręi aliter recitant, vt Rabi Moyſes, & Aben Ezra recitat, licèt dictum eius nõ teneat multum, ſcilicet quòd lex data fuerit ſexto die mẽſis tertij, vt compleantur quinquaginta dies inter dationem legis, & inter Paſcha agni immolati: & tunc dicit, quòd iſte tertius dies, qui hic ponitur fuerit ſextus dies menſis computando ſic, quòd primus dies menſis tertij venerunt Iſraelitæ in montem Sinai, & tũc aſcẽdit Moyſes ad dominum, & audiuit perſuaſionem, quæ dici deberet populo, vtrum vellet ſuſcipere legẽ, & eadem die deſcenderit ad populum, & recitauit iſta, atque conſenſerit populus: deinde manſerit in caſtris ipſa die, & ſequenti, & poſt tertia die menſis eiuſdem aſcendit ſecunda vice in montem, & nunciauit Deo verba conſenſus populi, ſcilicet quòd vellent recipere legem, & tunc dedit eis præceptum, vt mundificarentur, & eſſent parati vſque in diem tertium. Et computatur iſte tertius dies, non a primo die menſis tertij, ſed a tertio die menſis eiuſdem, in quo tertio die Deus locutus fuit Moyſi de purificatione populi vſque in tertium diem ſequentem. Sed iſta non multum conueniunt: quia cùm litera iſta dicat Moyſen aſcendiſſe in montem primo die menſis, ſcilicet quãdo venerunt ad montem; & poſtea dicat vſque in tertium diem debere Iſraelitas eſſe paratos, videtur quòd ab eodem primo die menſis oportet aſſumi principium huius ſupputationis, nec debet variari, niſi videretur aliqua ratio cogens, vel contrarietas in litera propter quam ſic deberem variare computationem, ſed hoc non videtur. Item inconueniens ſequitur ex hac poſitione, ſcilicet quia Moyſes aſcendit prima die in montem, & accepit a Deo verba dicenda populo, vtrum vellent conſentire legi quam dare intendebat, & audita immediate Moyſes reſpõſione populi de communi conſenſu, quòd vellent ſuſcipere, manſerit eadem die in caſtris non reddens Deo reſponſum, & ſecunda die vſque in tertiam: magna enim videbatur eſſe negligentia, & irreuerentia Dei: præcipuè, cùm ita modicum diſtaret cacumen montis, in quo erat Deus à loco caſtrorum. Concludendum ergo, quòd iſti tres dies computantur à primo die menſis tertij, & in tertio die menſis illius data fuerit lex, vt ſupra ſupputatum eſt. *Ne appropinquetis vxoribus veſtris.* Cognoſcendo eas carnaliter. Actus matrimonialis licitus eſt, cùm ſit indultus à Domino, & aliquando poſitus ſub præcepto ad continuandum genus humanum per generationem, vt patet: quia Adam, & Heuę dictum fuit Gene. primo capitulo. *Creſcite, & multiplicamini.* Et Noè, & filijs dictum fuit poſt diluuium mundo penè deperdito, vt patet Gene. octauo capitulo. Apoſtolus autem ſecundum indulgentiam matrimonium eſſe dixit, ſcilicet quòd vnuſquiſque propter fornicationem, ſcilicet vitandam, vxorem ſuam habeat, quia melius eſt nubere, quàm vri. Quocunque modo dicatur, actus matrimonialis licitus eſt, & interdum meritorius: tamen actus ille in ſe habet quandam admixtam turpitudinem, quæ non eſt de genere culpæ, ſed de genere pœnæ: & habet quandam mentis magnam depreſſionem propter delectationem ſenſitiuam excedentem, & valde materialem, & iſta neceſſariò conſequitur: dato enim, quòd aliquis velit gignere, & in coitu non delectari, non poteſt; quia obiectum neceſſariò mouet potentiam apprehenſiuam ſecundum naturam ſuam. Et quia talis eſt modus, & ordo in potentijs, vt cùm aliqua accedat ad tantam delectationem, quæ iam videatur fruibilis, cæterę ceſſent non habentes quo fruantur, cùm fruibile aſſumatur in ratione ſummi boni, tanta ergo exiſtente delectatione in potentia tactiua, quæ iam videtur propter ſuam magnitudinem eſſe fruendum: anima non poteſt inſiſtere ad aliquod alterum genus actionis, vel delectationis, cùm ipſa ſit radix ſentiendi, & neceſſariò intendit tali delectabili mota potentia ſenſitiua. Et quia in exiſtente maiori delectabili, vel motiuo non poteſt mouere minus: anima non poteſt ad aliud intendere, cùm huic intendat. Et ſic dicit Ariſt. ſeptimo Ethico. quòd in delectatione venerea impoſſibile eſt aliquid intelligere. Ex hoc etiam euenit quod ait Iſidorus vndecimo Ethicor. quòd anima huius conditionis eſt, quòd in extremo calore delectationis venereæ conſtituta formas viſas rapiat, & fœtui imprimat: nam anima tunc magnæ potentiæ eſt cùm totas vires ſuas ibi effundat: nam ante illam maximam delectationem anima in plura diuiſa erat, & omnis potentia finita dum in plura diuiditur minor fit ad ſingula: cùm autem tota ad illam delectationem percipiendam colligitur, magnæ potentiæ ibi effecta totas vires ſuas effundit, & imprimere formas poteſt. Ad ſuſcipiendam autem legem Dei cum tanta maieſtate, cum quanta venturus erat Deus in tuba & igne magno, & nube denſiſſima, oportebat animum audientium eſſe eleuatum ad contemplandum, et intentum reuerentiæ tantæ maieſtatis, ideo per aliquot dies abſtinere debebant ab actibus, qui aciem intellectus deprimunt. Sic enim ait Gregorius, quòd tanto mens à ſupernorum amore diſtinguitur, quanto inferius delectatur: cùm autem inter actus diſtrahentes intellectum a ſua contemplatione nullus ſit potentior, quàm actus venereus, ſiue matrimonialiter habitus, ſiue qualitercunque, quia in hoc non eſt differentia quantum ad deprimi intellectum, iſte actus vetari debuit.

Cõfutatio opinionis.

Nullus pt ſine delectatione gignere.

Aĩa in extremo calore delectationis venereæ conſtituta tãtę virtutis eſt, vt formas viſas rapiat & fętui imprimat.

Actus Venereus acĩẽ intellectus maxime deprimit.

Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat: & timuit populus, qui erat in caſtris. Cumque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratque omnis mons terribilis: & ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocauit Moyſen in cacumen eius. Quò cum aſcendiſſet, dixit ad eum: Deſcende, & conteſtare populum: ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum ſanctificentur, ne percutiat eos. Dixitque Moyſes ad Dominum: Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai. Tu enim teſtificatus es, & iuſſiſti, dicens: Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum. Cui ait Dominus: Vade, deſcende, aſcendeſque tu, & Aaron tecum. Sacerdotes autem, & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. Deſcenditque Moyſes ad populum, & omnia narrauit.

Dñs in Sinai apparuit.

Deuter. 5. pſal 80.

Matthę. 4. Deu. 5 j. q. ca. hoi. 23. q. 4. c. mali.

Iam aduenerat. Hic ponitur ſecundum principale, quo diſponitur populus ad Deum per reuerentiam. Reuerentia autem pertinet ad timorem, non autem ad quemlibet, ſed ad timorem ſanctum, & eſt propriè reuerentia conſiderata magnitudine alicuius reſilire in propriam paruitatem: ſic Iudæi contemplabantur hic Dei magnitudinem in ſignis, quæ apparebant, & ex hoc iudicabant ſe eſſe paruos, & abſtinebant ab illa magnitudine, ſcilicet non audentes accedere ad eam,

Reuerẽtia ad timorẽ ſanctũ pertinet.

&ex hoc timebant, quia Deum ita reuerendum atque terribilem eſſe videbant, & ob hoc Deus eis ſe ſic terribilem demonſtrauit, vt timerent, & reuererentur: ſic patet infra ſequenti capitulo. ait Moyſes ad populum· Nolite timere, vt enim probaret vos, venit dominus, & vt terror illius ſit in vobis, & non peccaretis. Apparuit autem hic dominus in nube denſiſſima, & in monte fumante cùm legem dare voluit, vt patet ſupra cùm dicitur: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis.

QVAESTIO. XI.

Opinio Nicolai de apparitione Dei in monte Sinai.

NICOLAVS dicit, quòd iſta apparitio fuit ſic facta, quia communiter iſtæ apparitiones fiunt ſecundum diſpoſitiones eorum ad quos fiunt, vt ait Gregorius in Homilia ſuper illud Lucæ vigeſimoquarto capitulo, de apparitione domini duobus diſcipulis euntibus in Emaus facta, cùm apparuit vt peregrinus, & finxit ſe longius ire, ſcilicet: Nihil ſimplex veritas per duplicitatem fecit, ſed talem ſe eis exhibuit, qualis in mentibus eorum fuit. & quia in iſta vita ſunt homines indiſpoſiti ad intelligenda illa magnalia Dei, ideo apparet eis ſub quadam caligine. Sic enim ait Apoſtolus prima ad Chorin. decimotertio capitulo. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem. Et Phyloſophus videns iſtum gradum imperfectum cognoſcendi, quem nos habemus circa ſumma entia, dixit ſecundo Metaph. Sicut ſe habet oculus noctuę ad lucem ſolis, ita ſe habet intellectus noſter ad ea, quæ ſunt notiſſima in natura entia diuina, quæ ſecundum ſe maximè cognoſcibilia erant, quia ſunt maximè entia: & maximè actus. Iſta aſſignatio conueniens eſſet, ſi concordaret omnibus reuelationibus Dei, quæ fiunt in via, ſed non conſonat: quia quandò ſpiritus ſanctus apparuit ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes: vt patet Actu, ſecundo capitulo, non apparuit in fumo, aut caligine, vel nube denſiſſima: ſed in linguis igneis. Erat autem ille ignis non fumoſus nec terribilis, ſed lucidus valde, & delectabilis viſui: non eſt ergo aſſumenda iſta differentia per apparitiones factas in via, & factas in patria: licèt illæ, quæ in patria fient, continue clariores valde erunt. Sed ſumenda eſt diſtinctio per apparitiones factas in nouo teſtamento, & in veteri teſtamento; nam apparitiones factæ in veteri teſtamento erant ſub quadam obſcuritate: apparitiones autem factæ in nouo ſunt clariores, vt patet diſcurrendo apparitiones factas in toto veteri teſtamento tam Prophetis, quàm quibuſcunque ſiue toti populo, vt hic. Et ratio diſtinctionis eſt, quia Deus intendebat homines per legem deducere ad bonum, cùm lex ſit ordinatiua actuum humanorum; & quia ſtatus hominum ſunt diuerſi, ita oportebat eos diuerſimode ad bonum ducere. Quidam homines tenent ſtatum imperfectum, & hos per timorem trahi oportet. Alij ſunt in ſtatu aliqualis perfectionis, & hos adduci oportebat per amorem: ſed in lege veteri fuerunt homines imperfecti, quia nullo legis iugo domiti fuerant, ideo difficiles ad bonum: quare per timorem malorum, & inflictionem pœnarum eos trahi oportebat. Sic dicit Apoſtolus ad Galat. tertio capitulo. Lex pedagoga data eſt in timore, & hic idem

Lex vetus cũ pauore & timore magno data fuit q̃a hominib' impfectis & nullo legis iugo domitis.

F demonſtrat Moyſes, ſcilicet quòd Deus voluit incutere Iudæis timorem, vt concepto ſpiritu timoris non peccarent. Sic dicitur ſequenti capitulo: vt enim probaret vos dominus, venit, & vt terror illius, eſſet ſuper vos, & non peccaretis. Homines autem, quos Chriſtus voluit inducere ad legem nouam, erant aliqualiter perfectioris ſtatus; quia primi ipſorum erant Iudæi, qui iugo legis edomiti erant; & ſic ad amorem faciliter pertrahi poterant: data fuit ergo lex illa cum magna tranquillitate, vt patet Matthę. quinto capitulo. ſcilicet Chriſto ſedente, & intuentibus eum dulciter diſcipulis ſuis: cùm dicitur: Cum ſediſſet Ieſus, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum G docebat eos, dicens: Beati pauperes &c. Ibi namque Chriſtus Euangelicam legem tradere incępit, vt patet ex ordine Euangelij beati Matt. quia in præcedentibus capit. nihil ponitur de doctrina Saluatoris, ſed de ſola Natiuitate, & adoratione Magorum & Genealogia ſua, & quòd inceperit prædicare, & de tentatione, & ieiunio, & quorundam diſcipulorum vocatione. Ibi autem congregatis in monte incæpit eis ſedens dulciter tradere documenta legis nouæ: & ſicut lex noua in magna quiete, & amore data eſt, ita poſtea cum magna tranquillitate, & incenſione cordium in Deum declarata, & confirmata eſt: Spiritus ſanctus namque eam declarauit, & confirmauit; vt patet Ioan. vigeſimoquarto capitulo, cùm dixiſſet H Ieſus diſcipulis: Multa vobis habeo dicere, quæ non poteſtis nunc portare: interiectis aliquibus poſtea ſubiunctum eſt: Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret quæcunque dixero vobis, ideſt ipſe declarabit vobis omnia, quæ vobis dixi, & multo plura docebit; & tunc fuit confirmata fides in mentibus Apoſtolorum, & conſequenter in alijs, qui ab ipſis agnitionem fidei ſuceperunt. Sed iſta declaratio, & confirmatio facta à Spiritu ſancto, cum magna tranquillitate facta eſt, quia apparente Spiritu ſancto in linguis igneis, ita charitate inflammati ſunt, & deſiderio æternorum, quod nihil timuerunt, ſed ex illa apparitione ineffabiliter conſolati ſunt, & ibi to- I tum bonum ſuum receperunt, cùm antea adhuc imperfecti viri eſſent. Decuit ergo, cùm iſtæ duæ traditiones legis diſtinguantur per amorem, & timorem: vt patet ex ſupradictis. Et ſic ait Augu. Breuis differentia legis & Euangelij, timor, & amor: quòd lex vetus traderetur in ſignis exprimentibus terrorem, & lex noua in ſignis exprimentibus amorem: & quia caligo, & fumus, & denſitas nubis faciunt obſcuritatem, & obſcuritas cauſat timorem, cùm dicatur quòd terribilis eſt vox: congruebat, vt appareret Deus in caligine nubis, & fumo magno: nam ſi apparuiſſet in luce magna, non fuiſſet terribilis, & dato quòd magna ſit, non eſt terribilis: licèt videri non poſſit, quia non proportionatur potentiæ noſtræ viſiuæ, ſicut eſt de luce K ſolis directè viſa. *Iam aduenerat tertius dies.* Computando iſtum tertium diem à primo die menſis tertij, vt ſupra declaratum eſt; & ponitur hoc, quia in die illa incipiente clangore buccinæ in monte venire debebat totus populus in caſtris ad terminos conſtitutos, & audire legem dandam. *Et mane inclaruerat.* Hoc erat in aurora, quando lux eſt ſuper terram, ita quòd res benè diſtingui poſſint, quaſi per horam, & dimidiam ante ortum ſolis, ſed hic accipitur pro aliquanto ſpatio ante ſolis ortum, quando erat mane ſatis clarum. *Et ecce cæperunt audiri tonitrua.* Non generabantur iſta tonitrua naturaliter, ſcilicet

Lex noua cũ magna tranquillitate data fuit quia hoĩb' pfectis & iugo legis domitis.

Breuis eſt dr̃ia legis & euangelij timor & amor.

ex

Tonitrua q̃ fiebant in datione legis non generabātur naturaliter.

ex conditione temporis, nec etiam in loco conuenienti, quia tonitrua generantur ſupra, vbi eſt aer frigidus valde, & fit colliſio per antiperiſtaſin, hic autem in parte inferiori aeris interſtitio, quia aer temperatus eſt ad caliditatem, & frigiditatem: ſic enim erat in capite montis Sinai, vbi fiebant iſta tonitrua, maximè quia hoc fiebat in terra multum calida, ſcilicet in deſertis Arabiæ circa Aegyptum. Aliquo tamen modo fiebant naturaliter, quia angeli illi, qui iſta faciebant, coniungebant actiua paſſiuis, & illa vbicunque coniungantur, ſi ſint ſufficientia actiua & paſſiua neceſſe eſt, vt ſequatur naturalis effectus eorum. *Et micare fulgura.* Dicuntur fulgura quædam impreſſiones Metheorologicæ inflammatę per antiperiſtaſin à frigido forti circunſtante, & non erāt ibi tales impreſſiones, ſed cùm ibi eſſet fum', & ignis, ſcilicet ſpecies ignis, & ſpecies fumi, qui vere fumus, & verè ignis videbatur: apparebant exire fulgura de medio illius magnæ caliginis, cùm ſolùm ſpecies horum eſſet. Satis autem poſſet poni, quòd iſtę impreſſiones verę eſſent, ſcilicet vera tonitrua, & vera fulgura, & verus ignis, & verus fumus. Et hoc dupliciter, quia aut poterāt poni ſupernaturaliter cauſata a Deo, vel facta per angelos naturaliter applicando actiua paſſiuis. Sed non eſt neceſſe iſta verè fuiſſe ponere; quia tunc oportebat ponerę multa miracula, ſi à Deo fierent ſaltem quantum ad ignem, ſi enim verus ignis erat, quomodo non conburebat montem? Et ſi illa fulgura vera erant, quomodo non inflammabant, aut deſtruebant loca vicina, ſcilicet locum caſtrorum, aut ipſos venientes ad terminos circa radices montis ad audiendum verba diuinorum præceptorum? Cùm ergo æqualiter fiant omnia, quæ fierent ponendo eſſe verum ignem, aut vera fulgura, & ponendo fuiſſe ſimilitudines iſtorum multum expreſſas, ita quòd totus populus crederet fuiſſe verè fulmina, aut verè ignem, magis videtur, quòd iſta fuerint ſimilitudines, & non res, vt declarauimus ſupra 3. & 13. capit. & aliquid dicetur Deut. quarto capit. *Et nubes denſiſſima operire montem.* De iſta nube denſiſſima vtrum fuerit vera nubes, an imago nubis non multum refert, quia dato q̃ ponatur nubes vera, non ſequitur aliquod inconueniens, vel miraculum, quemadmodum poſito igne vero, & fulguribus: magis tamen videtur, quòd fuit ſpecies nubis; licèt modica maior potentia requiratur in faciendo illam nubem veram ex materia naturali: quàm faciendo imaginem illius nubis. *Clangorque buccinę vehementius perſtrepebat.* Ideſt ſonus buccinæ multum ſonabat. Perſtrepere propriè eſt ſonum reddere; & pertinet ad res, quæ ſonant ex magna colliſione. Dicitur clangor buccinæ non quòd ibi eſſet aliqua buccina talis, qualem non habemus, ſed ſonabat ibi vox talis, qualis in buccinis noſtris formatur, quia angeli ſciebant ſupplere modum illius vocis buccinæ quadam arte naturali. Simplices quidam Iudæi fabulantur iſtas voces fuiſſe formatas in quodam cornu accepto de ariete immolato pro Iſaac. Sed hoc valde ridiculum eſt, quare namque magis de illo ariete, quàm de altero cornu acciperetur? quia non fuit maioris virtutis illius arietis, cornu, quàm aliorum arietum. Item ſonus fit ſecundum naturam corporis ſonabilis, cùm fit colliſio aeris, & ſecundum naturam potentiæ collidentis aerem, ſed illud cornu erat ita paruum, quòd non erat aptum, vt in eo tantus ſonus fieret. Oportuit ergo fuiſſe quoddam alterum artificium ad taliter ſonandum. *Et timuit populus, qui erat in caſtris.* Quia in illo die tertio erant ſecuri omnes fortè dormientes in caſtris, audita tali voce ita terrifica, qualem nunquàm audierant, & viſis fulguribus, & auditis tonitruis, obſtupuerunt valde: quia fortè credide-

Si ponerētur fuiſſe vera fulgura ĩ datõe legis oportebat ponere multa miracula.

Perſtrepere quid.

Fabula quorundā Iudæorũ de voce buccinæ ĩ monte Sinai.

A runt ſe morituros. Aliqui dicunt, quòd timebat populus, quia credidit, quòd Moyſes periſſet illo incendio in monte. Sed falſum eſt, quia Moyſes erat tunc in caſtris, vt patet immediatè, quia ipſe eduxit eos de locis caſtrorum ad terminos fixos apud montem. Cùm dicitur: Cùmque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis: fuit ergo timor eorum propter rem magnā eis inſolitam. *Cumque eduxiſſet eos Moyſes.* Audita voce tubæ ſuper montem, Moyſes vocauit eos, qui in caſtris erant, vt irent ad locum terminorum fixorum, & non vocauit eos tunc nouiter, quia iam monuerat eos die primo, quando deſcendit de monte, quia audita voce tubæ parati eſſent ad eundum omnes ſimul, & B patet ſupra, quia Deus dederat Moyſi certum tempus in quo irent ad audiendum præcepta eius, vt patet cū dicitur ſupra: Cum cœperit clangere buccina, tunc aſcendent in montem. *In occurſum Dei.* Dicitur ire aliquis in occurſum alterius, quando vno veniente, alius vadit: & ſic erat hic: nam quando cępit buccina clangere, tunc aduenit gloria domini ſuper montem: erat namque buccinæ clangor quoddam ſignum aduenientis Dei: & quia incipiente clangore ipſi de caſtrorum loco exibant venientes contra montem, & maieſtas Dei ad montem veniebat, ergo ipſi in occurſum Dei venientes ad montem ibant. *Steterunt ad radices montis.* De loco caſtrorum venire ad radices montis erat aſcendere montem, de quo ſupra dicebatur. C Cùm cæperit clangere buccina, tunc aſcendent montem. Dicuntur ſtetiſſe iſti ad radices montis, non q̃ acceſſerunt ad radices montis, quia ſupra dicebatur, Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: ſed quia termini ad quos accedere debebat populus, erant circa terminos ſiue radices montis. *Totus autem mons Sinai fumabat.* Ideſt ex toto monte Sinai videbat̄ exire verus fumus: licèt eſſet ſpecies fumi ſolùm, vt ſupra dictum eſt. *Eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne.* Iſtud eſt reditiuum cauſæ, ſcilicet quare fumabat Sinai: nam Sinai non habebat ex ſe cauſam fumandi, quia non habebat ignem, nec gignebat illum quemadmodum quidam montes, qui eructant ignes, & fumos. Sicut mons Ethna in Sicilia. D Et mons Veſeuus in Italia: de monte Veſeuo ait Boetius de Conſola. libro primo Metro quarto, cum dicitur.

Montes ignem eructantes.

Nec ruptis quotiens vagus caminis
Torquet fumificos Veſeuus ignes.

Ardebat ergo nunc mons Sinai, & fumabat non ex aliqua cauſa naturali, quam in ſe haberet ad hoc, ſed quia Deus venerat ad illum montem, & hoc in igne, ideſt portans ſecum ignem: ex igne ſequitur fumus: ſi ergo Deus veniebat in igne, veniebat in fumo: ſed vt dictum eſt ille ignis, non erat verus ignis, ſed ſpecies E ignis multum expreſſe notans ignem: ſic fumus non erat verè fumus, qui fumus ex reſolutione quarundam partium impurarum eſt, non perfectè digeſtarum exhalantium antequam calor igneus conſumat illas. *Et aſcenderet fumus ex eo, quaſi de fornace.* Ideſt ſicut cum in fornace eſt ignis intra, & extra emittuntur magni fumorum globi denſi nimis: ita in monte Sinai videbatur eſſe ignis, quaſi latens: & fumus euaporabat in circuitu totius montis, quaſi totus mons intra ſe arderet, & non videretur ignis extra, ſic enim era ibi, quia ignis non videbatur ita clare, ſed magnus globus fumi, cùm deſcendit dominus non quidem dominus, ideſt Deus, ſed angelus eius, qui iſta faciebat, & loquebatur loco Dei, vt ſupra declara-

Fumus quid ſit.

declara-

Duæ cãæ ex quibus Deus descendit in igne, & non be.

declaratum fuit. Et apparuit iste in fumo, & igne obscuro, & nube densissimæ propter duas causas. Prima fuit, quia ista est visio terribilis, & Deus voluit eis videri terribilis, vt timerent eum, vt supra declaratum fuit. Secunda causa fuit, quia Hebræi erant inclinati ad idolatri[illegible], & si vidissent Deum siue angelum Dei loquentem in aliqua assumpta figurã, coluissent postea illam figuram, ideo non apparuit in figura, sed in fumo, & igne; quia fumus, & ignis, cùm sint instabilia, non sunt bene figurabilia, vel per modum statuę, vel per modum planæ superficiei. Aliqua namque vt statua sculpuntur, vt imagines hominum, & aliorum pecorum. Quædam vero sunt, quæ non bene statuificantur, sed superficialiter depinguntur, ignis autem, & fumus neutrum bene suscipiunt. Hoc patet Deut. 4. cap. cum dicitur: Custodite sollicite animas vestras, non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem, masculi, vel fœminæ, similitudinem omnium iumentorum, quę sunt super terram, aut auium sub cœlo volantium, atque reptilium, quæ morantur in terra, siue piscium, qui sub terra mouẽtur in aquis. *Eratque omnis mons terribilis.* Ponitur omnis, idest totus, quia hic non distribuuntur partes subiectiuę, sed integrales: nam si teneatur, omnis, pro [illegible]t sensus, q̃ omnes montes tunc fumabant, sed f[illegible]n est. Sensus autem est, quòd omnis moris, idest totus mons Sinai, scilicet quælibet pars erat terribilis, quia in parte montis Sinai erat fumus, qui arguebat ibi esse igneni: & in qualibet parte fiebant tonitrua, & fulgura, & hoc erat terribile, cùm naturaliter ibi fieri solitum nõ erat, ergo quælibet pars montis Sinai erat terribilis descendente domino super montem. *Et sonitus buccinę paulatim crescebat.* De isto sonitu verissime dicendum est quòd erat sonitus, & illisio corporum, & quia in buccina illiditur aer per meatum longum, atque strictũ, ideo sonus redditur fortior cùm totus aer simul collidatur, & vna pars aliam collidat, itaque illa resonatio facta super montem, videbatur tenere modum sonitus buccinę, quantum ad modum collisionis aeris, & resonationis vocis; ideo dicebatur ibi esse buccina, cũ fortè angeli fecissent naturaliter aliquod tale artificiũ, per quod sonitus similis buccinę redderetur: nam poterant condensare valde aerem, & facere figuram magnæ buccinæ, & intra aerem reliquum ita condensatum collidere, sicut nos facimus in collisione tubarum pulsantes ore. *Paulatim crescebat in maius.* Idest semper eleuabatur ille sonus ad altitudinem maiorẽ, & fortiorem illisionem, & in omnibus his nondũ dicebantur aliqua præcepta: sed postea dicta sunt, vt patet sequenti ca. erat autem iste clangor, quasi quoddam signum diuinæ præsentiæ, & maiestatis in monte, & quasi quædam campana conuocatiua totius populi ad audiendum diuina mandata. *Et prolixius tendebatur.* Dicere quòd iste sonus semper crescebat in maius, est dicere quòd sonitus semper efficiebatur altior. Dicere quòd tendebatur prolixius, est dicere q̃ mutabatur modus clangoris, quia interdum clangor est minutus valde, & concisus, & sonant multæ voces iunctissimæ. Et iste fuit in principio, cùm cepit clangere buccina: postea dum magis clangeret mutatus fuit modus clangoris, scilicet quòd videbatur quasi vna vox continua multum durans, quæ non eleuaretur interdum, & interdum diminueretur, sed continuè, & vniformiter intendebatur, idest fiebat altior illa vox, & semper prolixior, quia semper videbatur magis continuata illa vox. *Moyses loquebatur, & Dominus respondebat.* Idest Deus, & Moyses mutuo colloquebantur; ita quòd vnus aliquando respondebat, & aliquando alius, & sic vicissim quærebant. Quid autem colloquerentur, dicendum quòd colloquebantur de terminis constitutis; quia Deus mandabat Moysi, vt iterum contestaretur populum, Moyses dicebat, quòd non videbatur necesse, cùm iam contestatus fuisset, & nullo modo populus auderet contra talem contestationem transire terminos assignatos: fuit autem facta ista locutio inter Deum & Moysen in alta voce, vt audiret populus, & videret quomodo Moyses loquebatur cum domino, & darent ei magnã auctoritatem credentes tanquàm Deo, vt patet supra cùm dicitur: iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi. *Descenditque Dominus super montem Sinai.* Recapitulatio est, quia iam descenderat Dei maiestas super montem quando venerunt Israelitæ, q̃ erant in castris, ad terminos constitutos circa radices montis. *In ipso montis vertice.* Idest Deus descendit ad verticem montis, & licèt gloria domini totum montem teneret, quia vt supra dicitur, totus mons Sinai fumabat, quia descenderat dominus super illum in igne, in cacumine tamen verius saltem secundum apparentiam existebat gloria Dei, quia ibi apparebat maior caligo, & nubes densior, & hoc patet infra 20. capitu. cum dicitur: stetitque populus de longe, Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus. *Et vocauit Moysen in cacumen eius.* Quando autem loquebatur cum Moyse, non stabat Moyses in parte cacuminis montis, sed postea ascendit ad cacumen, quando vocauit eum Deus, & tunc locutus fuit ibi, non audiente populo. Ideo magis videtur dicendum, quòd illa, quæ loquebatur Deus cum Moyse audiente populo, quòd non sint ista, scilicet. Descende, & contestare terminum, ne velint transcendere terminos: quia ista dicta sunt, postquam ascendit Moyses vocatus à domino, vt patet in litera, quæ sequitur: sed antequam vocaretur Moyses a domino, loquebatur Moyses Deo, & Deus respondebat Moysi: ergo illa, quæ ibi dicta fuerunt, non sunt hic scripta. *Qui cum ascendisset, dixit ad eum.* Ex hoc patet quod dicebatur, scilicet: quòd ista verba: Descende, & contestare, non sunt verba, quę Moyses, & Deus inter se loquebantur: quia ista dicta sunt, postquàm vocatus fuit Moyses; sed ea, quæ colloquebãtur Moyses, & Deus dicta sunt anteqũ vocaretur Moyses in cacumen montis. *Descende, & contestare populum.* Ille populus nunquàm viderat talia magnalia Dei: maximè ita propinqua sibi, scilicet in monte coniuncto eis: ideo promouerentur ad intrandum in montem, curiositate videndi: & sic non sufficeret primum mandatum de non transeundo terminos, quos eis dederat Moyses: voluit ergo Deus, quòd iterum eis darentur eadem mandata, vt magis sic cauerent, cùm recentius, & in præsentia Dei eis mandarentur. *Contestare populum.* Idest require, vel admone: ne velint transcendere terminos. Velle solum non erat eis pœnale, sed actualiter transcendere, ponitur ergo ne velint transcendere; idest ne transcendant. *Ad videndum Dominum.* Loquitur hic secundum opinionem vulgarem Hebræorum: siue secundum quòd ipsi intendebant: nam secundum veritatem, siue Hebræi intrassent montem, siue non, non magis viderent Deum, aut angelum, qui loquebatur loco Dei, quàm si non intrarent, quia in monte nihil aliud erat, nisi species ignis, & fumi, & nubis densæ atque caliginosæ: sed ipsi Hebræi curiosi putabant, quòd intrantes in montem viderent aliqua secreta Dei, scilicet quomodo formabatur illa vox in medio fumi, & ignis: & quis erat ibi formans, vel quæ erant instrumẽta formandi. Sic ẽt sacra scriptura sępe loquitur s̃m intentionem hominum, non curans de veri-

veritate rerum, sicut patet sequenti cap. Non habebis Deos alienos, si enim accipiamus secundum veritatẽ nullus poterat habere Deos, cùm vnus solus Deus sit. Etiam nullus potest habere Deum, aut Deos alienos; quia vnus Deus est, & ille omnium rerum Deus est: ideo cuilibet est proprius, & nulli alienus: loquitur tm̃ secundum existimationem hominum; quia illi, qui colunt res illas, quæ non sunt dij, arbitrantur illas esse Deos, & s̃m istam existimationem illi dij alieni sunt: quia non sunt ille Deus verus, qui fecit cœlum, & terram. *Et pereat ex eis plurima multitudo.* Idest si præsumant intrare montem, peribit ex eis magna multitudo, quia omnes illi, qui intrauerint, morientur Deo percutiente eos. Vel fortè quia reliqua multitudo manens percutiet eos, sicut supra dicebatur. Omnis, qui tetigerit montem morte morietur: manus non tangent eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: quando tamen esset magna multitudo non possent manentes extra percutere illos; quia eodem modo ipsi percuterent manentes extra, sed Deus percutiet illos: & quando contingeret, quòd vnus intraret, si alij ab extra existentes possent eum lapidibus, vel sagittis, siue telis percutere, percutiebant: si autem velociter currens euaderet lapides, aut iacula illorum, nec ex hoc debebant ingredi montem; sed Deus percuteret eum. *Sacerdotes vero, qui accedunt ad Dominum sanctificentur.* Qui autem sint sacerdotes, de quibus hic loquitur, dubium est, cùm Aaron, & sui filij, qui postea sacerdotes effecti sunt, nondum essent sacerdotes; quia facti sunt in principio secundi anni exitus de Aegypto, cùm fuit tabernaculum erectum, & consecratum.

QVAESTIO. XII.

An per sacerdotes hic scriptura intelligat filios Aaron, vt aliqui dicũt.

DICVNT tamen aliqui q̃ licèt nondum essent sacerdotes, loquitur scriptura per anticipationẽ, vocando eos sacerdotes. Sed hoc non est conueniens, quia in litera dicitur: sacerdotes, qui accedunt ad dõm, idest qui actualiter ministrant, vel ministrauerunt, siue ministrandi habent officium: sed isti nondum ministrauerant, nec officium ministrandi habebãt, ideo non intelligitur de eis. Item quia istud dictum presupponit, quòd certum esset iam, quòd Aaron & filij sui sacerdotes futuri essent, & non solùm esset notum apud Moysen, sed etiam quòd esset notum apud populum, quia Deus mandauit: sacerdotes sanctificẽtur: & ista mandauit dici populo: sicut ergo Moyses intelligebat, qui essent sacerdotes futuri, ita oportebat, vt populus intelligeret, quia aliàs cùm Moyses diceret, sacerdotes sanctificentur: populus nihil intelligeret. Quod autem tunc populus nondum cognosceret futuros sacerdotes filios Aaron, patet, quia dicitur, q̃ q̃ñ Moyses vidit populum adorantem vitulum aureum, intrauit castra, & dixit: qui domini est, iungatur mihi, vt patet infra 32. Et tunc accesserunt ad eum Leuitæ, & occiderunt de populo viginti tria milia. Et tunc dixit Moyses: Cõsecrastis manus vestras hodie domino vnusquisq; in filio, aut fratre suo, detur ergo vobis benedictio. Ab hoc n. volunt Leuitas promeruisse sacerdotium: sed hoc factum fuit postea per plures, quàm 40. dies, ergo nondum cognoscebãtur. Itẽ dato q̃ verũ foret tribum Leui promeruisse sacerdotiũ in illa pœnæ inflictione; tamen non constaret hoc alicui, quia sacerdotalis dignitas iure hereditario pertinuerat semper ad primogenitos: q̃ ergo ex ista punitione facta à Leuitis quantumcunq; grata fuisset Deo mutaretur ius, quod ab antiquo alijs pertinebat: satis videbatur magnum, nec aliquis potuisset hoc cogitare, nisi Deus diceret: sed Deus non declarauit vsque post in secundo anno, quando erectum fuit tabernaculum, quia tunc mandauit separari tribum Leui ad ministrandũ domino in sacerdotibus, & Leuitis; vt patet Num. 1. 3. 17. 18. cap. Videtur ergo, q̃ vsque ad illud tempus non cognouit populus, vtrum Aaron, & sui posteri futuri essent sacerdotes. Item videtur hoc repugnare literæ, quia infra dicitur: Sacerdotes autem, & populus ne trãseant terminos, nec ascendant ad dominum, ne fortè interficiat illos: sed super hoc dicitur: ascendesque tu, & Aaron tecum. mandat Aaron ascendere, & sacerdotes non ascendere, ergo Aaron non erat de sacerdotibus: sed si accipiantur sacerdotes pro illis, qui erant futuri sacerdotes de tribu Leui, Aaron erat sacerdos, imo summus sacerdos, ergo non accipitur pro ipsis. Dicendum ergo, q̃ accipiuntur hic sacerdotes pro primogenitis tribuum, qui excellenter erant sacerdotes: nam licèt omnes primogeniti sacerdotale ius habebant: in populo tamen Israel pręcipui sacerdotes iudicabantur illi, qui erant filij principum tribuum, & erant primogeniti. Et de istis intelligitur id, quod ponitur inf. 24. c. Aedificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel; misitq; iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta. De istis autem sacerdotibus mandauit hic specialiter, q̃ non ascenderent ad dominum: quia isti crederent, q̃ dato q̃ vetaretur populus ab ascendendo, non deberent ipsi prohiberi ascendere, quia ipsi ministrabant domino; & ideo specialiter dictum est sacerdotes, qui ministrant domino, vel qui accedunt ad dominum id est prohibetur eis, q̃ ascendant: hic autem mandatur eis q̃ sanctificentur. *Qui accedunt ad dominum.* Idest sacerdotes, qui habent officium accedendi ad dominum, scilicet faciendo sacrificia, quod est quædam specialis ministratio, per quam magis acceditur ad dominum, quàm per alias, quia ista sacra est, aliæ autem prophanæ: non tamen intelligitur hic de accedendo ad dominum per inquisitionem alicuius ab ipso, etiã per colloquia: quia hoc solùm datum fuit Prophetis, & magnis sacerdotibus: nam Aaron, & Eleazarus, & ceteri successores inqu: rebant aliquid a Deo apposito Ephod, & rationali, quod vocatur rationale iudicij: quia ibi indicabantur secreta, & sic patet de Eleazaro Num. 27. c. cùm dicitur de Iosue: pro hoc siquid agendum fuerit, Eleazar consulet dominum: isti autem sacerdotes, quibus sacerdotium veniebat iure hæreditario cum primogenitura, non habebant tales vestes, sicut Aaron, qui vestes sanctas mandato Dei habebat, vt patet infra 28. cap. Non erant etiam consecrati isti, sicut Aaron, & filij sui: non habuerunt institutionem specialem à Deo sicut Aaron, & sui posteri, sic patet ad Hebræ. 5. cap. nemo indifferenter sibi sumat honorem, sed qui vocatus est à Deo, vt Aaron. Etiam non habebant ritus traditos à Deo immolandi, & ministrandi in sacris, & orandi, sicut Aaron, & filij sui. Multa quoq; alia sunt, quæ faciunt maioris dignitatis esse sacerdotium Aaron, quàm aliorum primogenitorũ: ideo maiorem familiaritatem habebat Deus cum sacerdotibus Leuitici generis, quàm habuerit cũ prioribus istis; ergo respondebat ad consulta: alijs autem non. *Sanctificentur.* Idest licèt isti sacerdotes accedant ad dominũ, non propter hoc credant se esse mundos, ita quòd non debeant mundari, quia hic oportet esse specialem munditiam, quia aliquid speciale faciendum est. *Ne percutiam eos.* Scilicet si contempserint nam si nollent purificari, occideret eos Deus. *Dixitque Moyses ad Dominum.* Respondens, quòd non videbatur necessarium, vt ista contestatio fieret. *Non poterit ascendere populus in montem Sinai.* Idest non inclinabitur vllo modo ad ascendendum, quasi

Sacerdotes hic sumuntur p̃ primogenitis tribuum.

Sacerdotes q̃ erant primogeniti tribuũ poterãt accedere ad dõm p̃ sacrificiorũ administrationẽ.

quasi dicat, si non fuissent moniti poterant velle ascendere in mõtem: sed quia iam fuerunt moniti per me ex parte tua, nullo modo est verisimile eos inclinari ad ascendendum, vel determinare apud se ꝙ ascendant. Non est enim intelligendum simpliciter, ꝙ non ascendere possent, quia quantuncunque monerentur non ascendere, semper erat in eis potentia ad ascendendum: sed nullo modo credendum erat, ꝙ talia auderent cùm eis pœnæ magnæ prædictæ fuissent. *Tu enim testificatus es.* Idest admonuisti ne ascenderent, & iussisti, vnum est per modum consilij, s. testificari, aliud per modum imperij, scilicet iubere. Vel accipitur testificari, idest dare certum testimoniũ de malo futuro agenti contrarium, scilicet ꝙ Deus diceret, ego mando vobis, ne ascendatis: & hoc erat iubere, & dico vobis certè, ꝙ si ascenderitis, moriemini cuncti, & ex hoc erat testificari. Ex hoc arguit Moyses, quasi dicat, ex quo tu domine mandasti populo, ne ascenderet, nec transiret terminos positos circa montem, nullo modo est verisimile, ꝙ præsumat ascendere. *Pone terminos circa montem.* Non sufficiebat hoc ad rationem Moysi validandam si solum intelligatur; nã dato ꝙ Deus dixisset Moysi, ꝙ poneret terminos circa montem, & sanctificaret illum, non sequebatur ex hoc ꝙ populus non auderet ascendere, nisi intelligat, ꝙ Moyses ista fecerit sicut mandauit Deus, scilicet ponendo terminos circa montem, & mandando populo ex parte Dei, ꝙ non transirent terminos. *Et sanctifica illum.* Non potest accipi hic sanctificare, idest mũdum facere, quia Moyses non poterat mundificare montem. Nec accipitur sanctificare, idest applicare cultui diuino, quia etiam non poterat Moyses applicare montem ad cultum Dei. Sed accipitur sanctificare montem, idest denunciare populo, quod erat sanctus, scilicet applicitus ad cultum Dei, vel mansionem Dei solùm: saltem in illis diebus, vel pauco tempore, quo maneret ibidem maiestas Dei. Omnes terræ secundum se æqualiter sunt nostro vsui applicitæ, sed quia nos debemus Deum reuereri valde, tanquàm maximum ens, & reuereri est, cognita magnitudine alicuius, in nostram resilire paruitatem. Cùm ergo Dei maiestatem in vno loco terrarũ magis, quàm in alio cognoscamus esse, ad illam terram propter diuinam reuerentiam accedere non debemus propter diuinã maiestatem, & illa terra cùm antea hominum vsibus applicata erat, sancta non erat: nunc Deo specialiter ibi existente sancta efficitur: sic patet supra 3. cap. cùm Moyses vidit rubũ ardere, qui non comburebatur, & voluit videre magnã illam visionẽ, dixit ei Deus: Ne appropies, inquit, huc, solue calciamentum de pedib⁹ tuis, locus in quo stas, terra sancta est: sic etiam quando angelus apparuit Iosue apud ciuitatem Iericho dixit ei: Solue calciamentum de pedibus tuis: locus.n. in quo stas, sanctus est: & hoc quia per præsentiam angeli in humana effigie apparentis locus ille sanctificabatur. *Cui ait Dominus, vade, & descende.* Videbat Deus qd̃ Moyses non videbat: putabat enim Moyses, ꝙ semel facta monitio coram populo sufficiebat ad hoc, ꝙ nullo modo attentarent ascẽdere mõtem, vt dixit supra. Non poterit populus ascendere montem Sinai: tu.n. testificatus es, & iussisti dicens, pone terminos circa montem, & sanctifica illũ: Deus autem cognoscebat Iudæos adhuc indomitos iugo legis valde inclinari ad id, quod vetabatur eis ne: ergo trangrederentur, vetuit eis iterum ascendere. *Vade, & descende.* Scilicet ad contestandum ne ascendant ad montem. Dr̃ Moyses descendere, quia quando ista ei dicebat Deus, erat cum ipso in vertice montis Sinai, vt patet supra, cùm dr̃: Descendit dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocauit Moysen in cacumẽ eius, *Ascendesq;*

F *tu, & Aaron tecum.* Non loquitur hic de ascensu Moysi, & Aaron, quando iuit Moyses ad accipiendas leges: quia tunc non solum ascendit Moyses, & Aaron, sed etiam alij, vt patet 24. c. cũ dr̃: Moysi quoq; dixit, ascẽde ad dñm tu, & Aarõ, & Nadab, & Abiu. & 70. senes ex Israel, & adorabitis procul, soluscq; Moyses ascendet ad dñm, & illi non appropinquabunt; in ista autẽ vice soli Moyses & Aaron ascenderunt, vt innuit litera. Nec etiam dicendum est, ꝙ Moyses & Aaron ascenderint nũc ad dñm ad locũ caliginis: & patet, quia qñ Deus loquebatur ad cunctum populum mandata decem in clangore buccinę Moyses videbatur esse in populo, quia populus loquebatur cum eo, quod non posset esse, si tunc Moyses esset in caligine: multũ namq; distaret, nec viderent eum ad loquendum cum eo. Antecedens patet infra sequenti c. cùm dr̃: Cũctus populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinę montemq; fumantem, & perterriti, atq; pauore concussi steterunt, & dixerunt Moysi: Loquere tu nobis, & non loquatur nobis dñs, ne fortè moriamur. Item quia si Moyses & Aaron, ascendissent ad dñm ad locum, in quo ante erat Moyses: cum Moyse stetisset ante cum dño in vertice montis, sed falsum est, quia infra sequenti cap. dr̃ ꝙ postquàm populus timuit voces magnas buccinæ Dei, & dixit ad Moysen, vt loquereẽ eis Moyses accessit ad caliginem, in qua erat Deus. Dicendũ ergo ꝙ Moyses & Aaron ascẽderũt nunc postquàm Moyses descendit ad contestandum populum, sed non ascenderunt ad partem superiorem montis, H sed fortè vsque ad medium montis: ita ꝙ Moyses ibidem existens audiret voces populi loquentis ad eum, scilicet: Loquere tu nobis, & non loquat nobis dñs: & ꝙ staret in loco, in quo populus eũ videre posset: aliàs enim non posset ad eum loqui populus. Etiam ille locus erat inferior ipso cacumine montis, ita ꝙ ab ipso ascensus esset versus cacumẽ montis, in quo erat De⁹: ascendente autem Moyse mansit Aaron in eodẽ loco montis, donec Deus mandauit cunctis, ꝙ redirent ad castra: vt patet Deut. 5. ca. cum dicitur: Vade, & dic eis: reuertimini in tentoria vestra; tu vero, hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata, iudicia, atque cæremonias, quæ docebis eos. Fuit autem hoc dictum Moysi postquàm ascendit ad caliginem, in qua erat Deus, quia fortè alij putarent, ꝙ eum expectare debebant, & sic morarentur valde: ideo mandabat Deus Moysi, ꝙ descenderet ad eos dicens, reuertimini in tẽtoria vestra, & tunc cũ eis reuersus est pariter Aaron: Moyses autem reuersus fuit ad caliginem, in qua erat Deus, ad quam antea ascenderat, & audiuit ibi cæremonias, & iudicia, quæ ponuntur in tribus c. inferioribus, scilicet 21. & 22. & 23. *Sacerdotes autem, & populus.* Idest illi primogeniti filij principum tribuum Israel, qui vocabantur sacerdotes, vt supra declarauimus, & filij primogeniti aliorum magnorum virorum populi, scilicet viri principum familiarum: isti non debebant ascendere ad dñm. Et fit mentio specialis de istis, quia si solus populus nominaretur, nõ putarent se isti comprehendi appellatione populi, quia ipsi speciali modo adherebant Deo quàm populus, cùm ministrarent Deo: putarent ergo, ꝙ sicut ipsi ex officio suo accedebant ad Deum cùm facerent sacrificia, quod ita licitum esset eis hic ascendere in montem ad dominum. *Ne transeant terminos.* Constitutos apud radices montis, *Nec ascendant.* Aliud erat ascendere, aliud transire terminos, bene enim poterant transire terminos non ascendendo: quia termini erant apud radices montis, sed antequàm accederent ad radices montis nondum ascendebant in montem, accedere tamen ad radices montis erat transire terminos. *Ne fortè interficiat illos.* Idest vt non interficiat illos, ponitur

Cum mandauit hic Deꝰ Moysen & Aaron ascendere: si mãdauit ascẽdere pro tabulis de calogi.

tur autem hic, fortè, non dubitatiuè, scilicet quòd si A ascenderent in montem fortè morirentur, vel fortè non: quia proculdubio si ascenderent morerentur: nam sic dicebatur supra: Omnis, qui tetigerit mõtem morte morietur: ponitur autem hic, fortè, quasi ex superabundanti: sic vtitur frequentissimè Aristotiles in libris Ethic. dicens: fortassis autem: vel: fortè vtique: & tamen non important dubium nisi rarissimè. *Descendit Moyses ad populum.* Postquàm steterat cum domino in vertice montis, & mandauerat ei Deus, vt descenderet ad contestandum populum. *Et narrauit eis omnia.* Scilicet mandatum Dei de contestatione populi, ne ascenderẽt: cùm dicitur: Sacerdotes autem, & populus non transeant terminos, nec ascendant in montem: & narratis istis non adhuc loquebatur dominus in tuba verba præceptorum decem, sed prius accepit Moyses secum Aaron fratrem suum, & ascenderunt ad quandam partem montis secundum quod supra declarauimus, quia mandauerat Deus: Ascẽdesque tu, & Aaron tecum: factis autem his, & toto populo pacato, & quasi parato ad aliquid audiendum, buccina, quæ ante clamabat, & fortè cessauerat, vt videretur distinctio in vocibus ad quas attendere debebant, incepit loqui sermones istos, sicut sequuntur in cap. sequenti, scilicet. Ego sum dominus Deus tuus, & fortè mutatus fuit modus clangoris, vt intelligibilior fieret nunc, quàm ille, qui ante sonabat, & sic continuauit.

CAPITVLVM XX.

LOCVTVSQVE est Dominus cũctos sermones hos: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis: Nõ habebis Deos alie- D nos coram me. Non facies tibi sculptibile, neque omnem similitudinem, quę est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderũt me, & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta E mea. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. Memento vt diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est: non facies omnę opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum, & terram, & mare, & omnia, quę in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificauit eum.

22. q. 4. ca. necesse. Eze. 20.

Primum præceptũ decalogi.

Secũdum præceptũ.

Tertium præceptũ

QVAESTIO. PRIMA.

LOCVTVS. Postquàm dispositus fuit populus ad susipiendam legem, hic agitur de eius promulgatione ad plebem: & hoc erat quod principaliter in- B tendebatur in isto libro, & in toto Gen. cùm sacra scriptura tota intẽdat hominem dirigere in suum finem, scilicet deducendo in vitam æternam: finis autem iste habetur per media, quæ sunt operationes virtuosæ. Et quia ad omnem operationem virtuosam, quæ est propriè electiua, vt patet in 2. Ethicor. concurrit actus intellectus practici iudicantis, quid fieri debeat, & ad quid, & qualiter, & sic de cæteris, vt patet in 6. Ethico. vbi Philosophus ponit tria eẽ principia actuum humanorum, vnum tamen eorum non est principium faciendi bonum, vel malum actum: quod pertinet ad genus moris, sed principium faciendi illum solummodo in genere naturæ, & iste est sensus. Sunt ergo C duo principia, vt patet ibidem, quæ requiruntur ad rectam electionem, siue ad bonam operationem, quod idem est, scilicet intellectus verus, & appetitus rectus: & quia contingit in nobis variari intellectum, scilicet vt id, quod vnus bonum iudicet, alius detestatur, & quod vnus abhorreat, alius tanquam valde bonum eligat, quia quot capita tot sensus, vt patet extra de concessione præbend. in capitu. quoniam. aduersitatem corporum sequitur diuersitas animorum: ideo decet valde ad rectam communicationem humanam dari legem, secundum quam omnes agant: ita quòd lex sit eis pro prudentia, & solum appetitum rectum ipsi faciant per conformitatem ad legem positam. Sic enim dicit Aristo. in 3. Politic. quòd posita recta lege, & perfecta, non oportet esse prudentiam, sed solam obediẽtiam. Et probat per fistulatores, idest facientes fistulas, quia ipsi non debent dicere, quòd talis, vel talis debeat fieri fistula, sed quòd sciat exequi, sicut ei facere fistulas fuerit imperatum. Sic ergo est in communicatione humana respectu boni politici, quod homines hic vident, & assequuntur, ꝙ non possunt se bene habere propter diuersitatem iudiciorum, nisi ponatur lex communis, quantomagis si comparemus homines quantum ad Deum secundum ꝙ ei subditi esse debent, & colere eum, quia in dirigendo se homines in bonum politicum, quod vident, possunt errare, nõ rectè perueniendo, quia nõ benę iudicant de eo, quod est ad finem: magis ergo errabunt respectu Dei, quia E ipsi non cognoscunt modum per quem bene ordinarentur in Deum. Et hoc patet ex erroribus gentium, quia licèt circa regimen politicum multæ gentes errauerint; non tamen omnes errauerunt, quia multæ cõstituerunt sibi politias bonas, vel simpliciter, vel saltẽ bonas sibi. In ordinatione autem ad Deũ omnes gentes errauerunt: ideo non fuit aliqua gens, quæ Deum verum inueniret, aut medium colendi eum, vel habendi se ad ipsum cognosceret, præter Hebræos, qui non inuenerunt, sed Deus eis dedit per legem: necessaria ergo erat ista legislatio, & hoc fuit principale, quia totus populus Hebræorum per legem susceptam specialiter fuit vnicus Deo tanquàm peculium; vt patet capitulo præcedenti, cum dicitur, Si

Intentio sacræ scripturæ est deducere hominẽ in finẽ suum.

Tria sunt principia actuũ humanorum

Quot capita tot sensus.

Homines circa cultũ Dei lege indigent.

Oẽs gẽtes errauerũt circa Dei cultũ ꝑter Hebræos.

Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum F meum, eritis mihi in peculium de cūctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Tota ergo scriptura præcedens adhoc ordinata est: quia in libro Geneseos enumeratus fuit populus Dei legem diuinam suscepturus deducendo eum per stipites siccos: in isto autem enarrata fuit eductio de Aegypto, secundum quam ad legem suscipiendam immediatius dispositi sunt: totus autem iste liber quantum ad ea, quę restant, & sequentes libri Moysi ad varia præcepta huius legislationis pertinent: licèt quædam historiæ de processu populi interserantur, vt patet in libris Numerorum. Et quia omnia præcepta legis distinguūtur in tria, scilicet moralia, cæremonialia, & iudicialia: secundum istas tres G partes diuiditur ista legislatio.

Oīa pcepta legis ī tria distinguūtur.

Primò agitur de moralibus in isto cap. Secundò de iudicialibus infra 21. cap. Tertiò de cæremonialibus infra 22. & 23. licèt ista distinctio non sit præcisa, quia inter moralia ponuntur quædam cæremonialia, vt patet hic, & inter iudicialia, quædam cæremonialia, & inter cæremonialia quædā iudicialia, sed denominatur diuisio a maiori parte.

Diuisio cap.

Prima in duas, quia primo ponuntur præcepta data populo à Deo in buccina clangente. Secundò ponuntur præcepta data à Moyse loquente. Secunda ibi *Cunctus populus*; prima in duas: quia primo ponuntur præcepta ordinantia in Deum: secundo præcepta ordinantia in proximum. Secunda ibi. *Honora patrem tuum*. Circa primum. *Locutusque est Deus*. Postquam H totus populus pacatus stetit, & attentus, quid ei diceretur, incepit buccina clangere ista verba, quę sequuntur. Dicitur quòd locutus est Deus, non quòd Deus ipse per se locutus fuerit, sicut latè declaratum est præcedenti cap. sed angeli, qui stabant in medio caliginis illius, formabant vocem illam: & dicebatur Deus loqui, ne tantum beneficium, vel tantus actus quantus est dare legem, attribueretur angelo, ne crederent se Iudæi obligatos angelis. *Cunctos sermones hos*. Istud pronomen demonstratiuum, cunctos, non demonstrat omnia, quæ infra sunt, quia tunc præcepta cæremonialia, & iudicialia dicta fuissent à Deo in voce tubæ, sed demonstrat omnes sermones, qui sunt ab hinc vsque ad illam partem. Cunctus autem populus I audiebat voces: hos enim solos, qui ad decalogum pertinent Deus in voce tubæ dixit. *Ego sum Dominus Deus tuus*.

An, Ego sum Dominus, sit primum præceptum primæ tabulæ, vt Iudæi dicunt. Et de ordinatione præceptorum secundum eos.

QVAESTIO. II.

IVDAEI dicunt, ꝙ istud sit præceptum primum de pertinentibus ad Deum: & est Primum in prima tabula & quia posito isto, vt precepto, sequebatur: quòd erant vndecim præcepta, faciunt de alijs duobus K præceptis vnum, scilicet duo vltima coniungentes, scilicet quòd concupiscere vxorem proximi, & concupiscere rem eius, dicatur esse vnum preceptum: coguntur namque dicere esse solùm decem præcepta in tabulis: sic enim dixit Moyses Deut. quarto capitu. scilicet: Et ostendit vobis pactū suum quod præcepit, vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

Ordinatio pceptorū decalogi sm Hebræos.

Tunc ergo ordinant sic tabulas, quòd in prima tabula ponunt quinq; præcepta, & in secunda ponunt alia quinque, nam in prima ponunt omnia affirmatiua, siue pertinentia ad Deum, siue non pertinentia, & negatiua pertinentia ad Deum. Vt istud: Ego sum dominus Deus tuus: secundum. Non habebis Deos alienos. tertium. Non assumes nomen Dei, quartum: Memento, vt diem Sabbati. quintum: Honora patrem tuum. In secunda tabula copulant omnia remanentia, quę sunt negatiua, & cùm sint sex ipsi faciunt quinque coniungentes duo vltima, vt diximus.

Ordinatio decem pceptorum secundū catholicos.

Nos autem aliter tabulas ordinamus, quia in prima tabula ponimus præcepta pertinentia ad Deū, & sunt tria, scilicet. Non habebis Deos alienos: secundum: Non assumes nomen domini: tertium est: Memento, vt diem sabbati. In secunda tabula septem præcepta collocamus, quæ ad proximum pertinent, quorum primum est affirmatiuum: secundum est negatiuum, & omnia alia. Iudæi autem in assignatione tabularum errant in duobus: primò, quia in prima tabula ponunt vnum tanquam præceptum, quod non est præceptum: secundò, quia in secunda tabula faciūt de duobus præceptis vnum. In prima ponunt pro præcepto hoc. *Ego sum Dominus Deus tuus*. Sed non est præceptū, quia omne præceptum datur per modum præcipiendi, scilicet per imperatiuum, & istud datur non per modum præcipiendi, sed per modum asserendi, vel indicādi cùm dicitur: Ego sum dominus Deus tuus. Item in omni præcepto mandatur aliquid, vel prohibetur: sed in isto: Ego sum dominus Deus: nihil mandatur, nec prohibetur, ergo non sunt præcepta. Sed posset respondere aliquis Iudæus, quòd licèt in hoc non præcipiatur aliquid explicitè, tamen implicitè aliquid præcipitur: nam dicendo, quòd est Deus verus: est sensus quòd debet coli, quia Deo vero debetur cultus, siue adoratio. Sed hoc nihil est, quia si per istam affirmationem: ego sum dominus Deus tuus: intelligatur aliquod præceptum, non solùm intelligetur, quòd Deus est colendus, sed etiam, quòd non debeant coli dij alieni coram ipso, quia ad Deum verum pertinet, quòd nullus alius, nisi ipse colatur. Etiam intelligetur, quòd non accipiatur nomen domini in vanum, quia nomen Dei veri magnæ reuerentiæ est; ideo nullus debet assumere in vanum. Sic etiam ꝙ, quia Deus verus est, obseruemus Sabbatum propter ipsum: non ergo debet intelligi aliquid præceptum fuisse per istam affirmationem: Ego sum dominus Deus tuus: quia tunc intelligerentur omnia pręcepta, quæ sunt ad Deum, & sic solùm esset vnum præceptum: quod falsum est. Item dato quòd per istam affirmationem intelligeretur Deum esse colendum, non esset pręceptum, quia Deum esse colendum, non potest esse aliquod de præceptis decalogi: ergo nec illud: Ego sum dominus Deus tuus; in quo intelligitur Deum esse colendum: antecedens patet, quia colere Deum nō est aliquid speciale, sed est quoddam valde generale: nam cultus Dei consistit principaliter in fide, & spe, & charitate: sic ait August. in Enchiridion: Fide, spe, & charitate colitur Deus. Consistit etiam in exhibitione exterioris operis, in reuerentia, in famulatu.

Mādatum de colēdo Deū non est vnū sed multa, s. de spe, fide & charitate de obsequio.

Quantum ergo ad charitatem insurgeret quoddam præceptum cultus diuini, quod est amare Deum ex charitate super omnia: de quo Deut. 6. cap. Insurgebat etiam præceptum alterum quantum ad spem scilicet, quòd firmiter speremus de Deo, quòd nobis dabit vitam æternam, vel quælibet bona, quæ petierimus in nomine suo: vt patet Ioan. 17. cap. vsque nunc non petistis aliquid in noīe meo, petite, & accipietis. Insurgit etiam aliud præceptum de fide, scilicet quòd in Deum credamus, & quòd ei fideles simus quantum ad fidelitatem, quam debet seruus domino; sicut ergo seruus debet cognoscere dominum suum, vt dominum, & non alium, & vxor debet cognoscere maritum suum, vt maritum, & nullum alium; ita nos debemus cognoscere Deum verum, vt Deum, & nullum alium, vel alios. Et ex hoc in-

insurgit alterum præceptum, scilicet: Non habebis Deos alienos. Debet etiam colens Deum exhibitionem operis, & hoc in reuerentia, vt non accipiat nomen Dei nobilissimum in vanum, quod est secundum præceptum. Debet etiam famulatum, ad qđ pertinet, vt diem sabbati propter Deum sanctificet, & multa alia. Ecce ergo qualiter cultus Dei cōtinet multa præcepta: sed ad minus colligit ista tria. Si ergo poneretur colere Deum, necessariò comprehenderet ista tria: ergo non essent plura præcepta.

Pręceptū de cultu Dei non est vnum de decem pręceptis.

Nam præceptum de cultu non potest poni, vt vnum de istis distinctum contra alia: non est enim præceptum de cultu Dei vnū de præceptis decalogi, sed est quoddam principium in agibilibus, ex quo inferuntur multa præcepta posita in decalogo, vt declarauimus. Sicut in speculatiuis sunt quædam propositiones communissimæ, quæ vocantur principia, & deducuntur ex illis multæ conclusiones speculatiuæ. Secundò errant Iudæi in assignatione tabularum, quia coniungunt duo præcepta in vnum, scilicet præceptum de non concupiscendo vxorem proximi, & præceptum de non concupiscendo rem eius. Et patet, quòd ista sint diuersa mandata: nam præceptum dicitur quædam propositio regulatiua actionis humanę, regulantur autem actiones secundum ꝙ regulantur potentiæ, a quibus eliciuntur: sic ergo quandocunque dantur duæ potentię regulabiles, non potest dari idem præceptum deregulatione vtriusque: præceptum de non concupiscendo vxorem proximi est regulatiuum delectationis, quę est in potentia tactiua: præceptum autem de non concupiscendo rem proximi regulat cupiditatem quandam, quæ est magis spiritualis, scilicet desideria dominij rerum: ergo non sunt ista vnum præceptum, cùm sit quędam distinctio in potentijs, siue viribus regulabilibus, & in obiectis ipsis, circa quæ est actio vel delectatio nostra. Item concupiscere rem proximi nostri est concupiscere aliquid eius.

Quis principatus debeat esse ī ter virum, & vxorem.

Concupiscere vxorem proximi nostri non est concupiscere aliquid eius, cùm vxor non sit aliquid viri tanquam possessiuum, quia æqualem potestatem habet femina in virum, & vir in fæminam, vt patet prima ad Cor. 7. c. scilicet. vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & mulier nō habet potestatē corporis sui, sed vir, licèt vir quantum ad dispositionem ęconomicā magis regit. Nam non debet esse inter virum, fęminamque principatus tyrannicus, ita ꝙ vir dominetur totaliter fęminæ, vt ancillæ: nec debet esse principatus Oligarchicus ita ꝙ fęmina, quando fuerit ditior, viro dominetur, & vir totaliter famulet, quia vterq; iniustus principatus, sed dēt esse principatus Aristocraticus, s. sm virtutē. Et qa naturaliter vir prudētior est quàm fęmina, & stabilior in proposito, debet magis disponere in communicatione ęconomica. Femina autem, quia minus prudēs est, debet minus disponere: vterque tamen debet aliquid disponere: non est ergo concupiscere vxorem alicuius, sicut concupiscere rem eius: necessariò ergo sunt ista duo mandata. Dicendū ergo quòd istud primum ex quo occasionem errandi in secundo habent, scilicet quòd istud. *Ego sum Dominus Deus tuus*. sit præceptum: non potest poni præceptum, sed ponitur hic, vt quoddam inductiuum ad cętera, sicut in præcedēti capitulo, quando Deus locutus fuit Moysi, vt loqueretur ad populum, si vellent suscipere legem eius, posuit quoddā persuasiuū, scilicet narrationem beneficij dicens: Vos ipsi scitis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi: & tunc sequitur quòd audiant vocē suam, & custodiant pactum suum: sic hic cùm velit subiungere præcepta, quæ daturus erat, posuit prius persuasionem, scilicet, *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de* A *terra Aegypti*.

Istud, s. ego sū dn̄s Deus non ē pceptū, sed quoddā inductiuū ad pcepta.

Idest, quia ego sum Deus tuus verus, qui te eduxi de Aegypto, vbi eras seruus, & nullus alius te inde eduxit, debes facere, quæ ego mandauero, scilicet, vt non habeas Deos alienos coram me, & sic de cęteris. *Ego sum Dominus*. Dominus est nomen potestatis, & gubernationis, quia qui Domini sunt, eos quibus dominātur disponere possunt, vt volunt: sic ergo Deus vocatur dominus, & non dominus cum determinatione, scilicet Dominus huius terræ, vel alius, sed dominus simpliciter, idest Dominus omniū rerum: quia omnia potest, & omnia dirigit, & omnia secundum suam voluntatem disponuntur. *Deus*. vocatur Deus per creationē: nā Deus dicit id, quo nihil maius, aut melius excogitari potest, & cùm creatio pertineat B ad maximam potentiam, scilicet ad infinitam, Deo, attribuitur implicitè, scilicet in quantum vocatur Deus. Vel aliter Deus est nomen naturæ secundum substantiam, vt homo vel Sortes, aut Plato: notificatur ergo Deus per istud nomen Deus quantum ad substantiā. Et per istud nomen dominus quantum ad dignitatem, scilicet quòd non solum Deus est, sed etiam Dominus, idest rector omnium.

Deus naturā signat & dn̄s dignitatem.

Et obseruamus hic modum, quem tenent communiter homines inter se, qa quando notificant aliquam personam, honorabilem, notificant eam a duobus ad minus, scilicet a natura vocantes Petrum, vel Platonem, & a dignitate, vt nominantes regem, vel Episcopum, vel magistrum, siue doctorem, & sic de cęteris. Deus ergo notificatur hic C ab his duobus: a natura, quia Deus, a dignitate, quia Dominus simpliciter: licèt in Deo multum differat quantum ad notificationem istam, quia inter Deum & creaturam nunquam potest in aliqua re notari perfecta similitudo, cùm nihil commune vniuocum habeant. Sicut dicitur extra. De summa Trinit. & fide cath. in capitulo, damnamus, quòd inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo assignari, quin maior sit dissimilitudo assignanda.

In hoībus nomē naturæ nullā pfectionē signat: sed in Deo nomē substātiæ, s. Deus signat pfectionē infinitam.

Disconueniunt autem in hoc, quia in hominibus nomen naturæ nullam perfectionem signat, ideo adiungimus nomen dignitatis, scilicet Ioannes rex, vel Ioannes episcopus: in Deo autem per contrarium, quia istud nomen Deus signat infinitam perfectionem, cùm de se D importet, vt omnes apprehendunt, id quo nihil melius excogitari pōt: oīa alia noīa, quæ de Deo dicuntur designantia quandam dignitatem, aut perfectionem, vt sapiens bonus omnipotēs infinitus, & sic de cęteris, sunt aliquid de perfectionibus latentibus in illo pelago infinito importato per hoc nomen Deus: plures ergo pfectiones significat hoc nomen Deus, quā quodlibet istorum nominum attributalium diuinorum, scilicet sapiens, aut Iustus: quia ista dicunt, vt aliquid Dei, quod tamen est id quod Deus.

Istud nomē Deus signat maiorē perfectionē in Deo quā oīa attributa simul.

Et non solum importat maiorem perfectionem istud nomen Deus, quàm quodlibet nomen attributi, sed etiam magis quàm omnia attributa; quia attributa diuina sunt illa, quæ sacra scriptura de Deo pronunciat, & ea, quæ nos E in laudem eius excogitamus: sed manifestum est, ꝙ ista sunt pauca nomina, licèt quodlibet significet valde magnam perfectionem, sed in Deo sunt infinitæ perfectiones, scilicet quòd nō possunt computari per numerum, & quęlibet harum est infinita, siue immensa, sed omnes istæ importantur implicitè in hoc nomine Deus, quia sunt idem realiter, & essentialiter, quod res signata, siue substantia per istud nomen, Deus: ergo plures perfectiones signat in Deo nomen naturæ, scilicet Deus, quàm nomina dignitatum, quæ sunt attributa. In nobis autem, quia natura non dicit aliquam perfectionem, quæ pertineat ad genus qualitatis, sed solam perfectionem substantialem, quę est gradus entis secundum latitudinem perfectionis suæ speciei: ideo

ideo positis nominibus naturæ apponimus nomina dignitatum, vt maiorem perfectionem assignemus. *Deus tuus.* Vocatur hic Deus esse Deus Hebræorum, quia licèt Deus, cùm sit nomen substantiæ, & naturę non est nomen relatiuum, quod dicatur ad aliquid, sicut istud nomen Dominus, tamen ex aliquo extrinseco potest referri magis ad Hebrèos quàm ad aliàs gentes: Deus est nomen substantiæ, & sic proprie assumẽdo Deus nullius, idest nec Hebræorum est, nec aliorum hominum, sicut homo est nomen substantiæ, ideo non dicetur ad aliquid ita, quòd homo sit vnius homo, vel plurium homo, quia tamen, vt diximus, cùm Deus dicat infinitas perfectiones, & creare est potentiæ infinitæ, nominato Deo intelligimus creatorẽ, & tunc quia creator dicitur aliquid, Deus dicetur aliquid, scilicet quòd Deus sit Deus omnium, quia est creator omnium. Cùm ergo dicatur, Deus tuus, idest specialiter Deus Hebræorum, non vocatur Deus illorum secundum id, in quo est Deus omnium, quia idẽ non est principium conueniendi, & differendi, vt ait Aristo. in secundo Topicorum, ideo per genus nihil differt, cùm sit principium conueniendi: quia ergo Deus, vt creator dicitur Deus omnium rerum, non vocabitur Deus Hebræorum, vt creator, sed quantum ad aliquid speciale, scilicet quòd ipse specialiter accepit istam gentem ad se, vt patet præcedenti capitulo, cùm dicitur: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cũctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. Vel vocatur Deus Hebræorum specialiter, quia ipsi susceperunt specialiter eum colendum, & se ad hoc obligauerunt, vt patet præcedenti capitulo, cùm dicitur: Cuncta, quæ locutus est dominus faciemus. *Qui eduxit te de terra Aegypti.* Idest beneficium, propter quod ipsi sufficienter inclinari deberent ad faciendum omnia mandata Dei. Et nominatur istud beneficium, quia erat beneficium maximum, nam nullum maius bonum est quã libertas, ista autẽ adempta erat Hebrèis in Aegypto, cùm effecti fuissent serui, Deus autem liberans eos restituit eis perfectam libertatem, imo perfectiorem quàm ante habuissent: quia antiquis temporibus, licèt non essent serui, erant tamen subiecti regibus illis, in quorum terra morabãtur, nunc autem nulli regi subiecti erant quouis modo. Item quia non solùm fuerunt isti liberati, sed etiam a durissima seruitute, nulla enim crudelior, & durior seruitus erat quàm Aegyptiaca, ideo vocauit eam Deus ferream, vt patet Deute. quarto capitulo, cùm dicitur: Deus eduxit te de fornace ferrea Aegypti. Item erat magnum beneficium istud, quia erat factum tantæ multitudini, quorum quilibet participabat illud, bona autem cùm communiora sunt, meliora, & diuiniora sunt, vt ait Aristo. in principio primi Ethi. sic enim beneficia tanto maiora sunt, quanto communiora sunt, scilicet quòd à pluribus participantur. Alia autem beneficia, quæ Deus egerat Abrahæ, Isaac, & Iacob, non fuerunt ita communia, quia non dabantur tantę multitudini, cùm tũc pauci essent Hebræi, quibus beneficia communicabantur. Fuit etiam narratum beneficium istud, quia recentius erat, quàm cętera impensa Iudæis: nam alia erant beneficia a Deo eis elargita, sed erant antiquiora, ideo non tantum mouebant eos, quia magis mouent visa, quàm non visa: & hoc signauit Deus supra decimonono capitulo, cùm dicitur: Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi: quasi dicat, alia beneficia feci vobis, & patribus vestris, quæ vos, qui nunc estis non vidistis, sed hoc de liberatione ab Aegyptijs, & punitione Aegyptiorum vos ipsi vidistis,

Liberatio Aegypto fuit maximum bñficiũ qd Hebræis conferri posset.

F *De domo seruitutis.* Idest de seruitute, est hic metaphora: sicut enim serui tenentur in vna domo, vt ibi operentur, & postea in nocte clauduntur in carcere, ne effugere possint: ita omnes Hebrèi videbantur teneri in tota Aegypto, quasi in vna domo, in qua seruirent. In litera Hebraica dicitur. *De domo seruorum.* Idem est, quia vna domus est quasi carcer, in qua serui teneantur, & operentur. *Non habebis Deos alienos.*

QVAESTIO. III.

De primo ꝑcepto decalogi.

HIC loquitur scriptura modo humano secundum opinionem hominum, nam secundum veritatẽ vnus solus Deus est, ergo impossibile est aliquem habere Deos. Etiam Deus ille, qui omnium Deus est, communis est, & cuiuslibet rei Deus, nulli ergo alienus, & sic nullus poterit Deum, aut Deos alienos habere: sed quia illi, qui talia colunt, putãt esse vere Deos, vocat scriptura Deos, & quia non sunt illi, qui coli debebant, vocantur alieni. *Non habebis Deos.* Istud est primum mandatum primæ tabulæ, in qua ponuntur tria mandata in solum Deum ordinantia, vt declarauimus supra, & patet istud mandatum, nam quilibet homo debet Deum verum colere. Cultus autem licèt multa dicat, scilicet fidem, & spem, atque charitatem, & multa exteriora obsequia, præcipue tamen concernit tria, scilicet fidelitatem, reuerentiam, & famulatum. Fidelitas est, quòd seruus, vel vasallus Dominum suum recognoscat, & non det honorem Domini sui alicui alteri, quantum ad hoc est istud primum præceptum de non tenendo Deos alienos, nam si alium præter Deum verum vocaremus Deum, honorem Dei veri, qui ei simpliciter pertinet auferremus ei, & daremus alteri. Si autem pertineat quantum ad reuerentiam, scilicet quòd habeat reuerentiam ad dominum suũ, quantam debet. Et quia reuerentia est considerata magnitudine resilire in propriam paruitatem, cùm Deus maximus inter entia sit, maxime reuereri debemus. Et quia non solum Deus magnus est, sed etiam nomẽ eius magnum est, vt patet Psal. 8. scilicet: Dominę Dñs noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: reuereri ergo debemus nomen domini, & hoc est abstinendo ab illo non nominando, vel si nominemus, cum magna attentione, & timore nominemus. Et ad hoc pertinet secundum præceptum, scilicet, quòd non accipiamus nomen Dei in vanum, scilicet sine reuerentia, idest quòd rarissime nominemus, aut cum valde magno timore: & non est irrationale, quia apud antiquos inoleuit, vt quando aliquid preciosum erat, nomen eius aut totaliter occultaretur, aut ne vilescereet, vt rarissime nominaretur. Et sic fuit de quoddã nomine propriissimo vrbis Romæ, quod apud antiquos ex decreto deorum occultatum est, vt in vulgus non veniret, & disiuetudine a memoria nostra abolitum est. Quidam autem Marenus Soranus nomine, quia illud nomen in publico semel nominare ausus est, morti adiudicatus est, vt ait Solinus in Polistor. c. 1. de vrbe Roma. Sic etiam apud Gentiles antiquos nomen Demogorgonis, qui erat primus Deus, fuit occultissimum, ita vt nullus nominaret, quia sic magis honorem eius crescere putauerunt, si minime nominaretur, & tantæ reuerẽtiæ dicebant esse, vt quandocunq; nominaretur terram tremeret, de quo Lucanus libro sexto de bello plusquam ciuili, allegans Erito Magam coniurantem furias, & sinolint assentire comminatur se nominaturam nomen demogorgonis. Nomen ergo Dei, quod grande nomen est, & vere maximi entis ac boni in magna reuerentia haberi debet: cùm nomen horum figmentorum in magna reuerentia habitum sit, quæ modicum deferunt

Cultus licèt multa dicat tria tñ spãliter cõcernit.

I Nomen rarissime, & cũ magno timore nominãdũ est.

runt a chimera. Hoc autem est præceptum secũdum ad Deum. Debemus etiam Deo famulatum, idest obsequium quoddã in opere exteriori. Et quãtum ad hoc pertinet secundum præceptum, quod est vltimũ in hac prima tabula. *Nunc ergo non habebis Deos alienos.* Rabbi Salomon vult intelligi hic caueri omnem idolatriam, siue cum imagine, siue præter imaginem: & tunc vocat istos Deos alienos, idest alienantes a Deo vero, quia qui istos vt Deos colit, Deum verum non colit, sicut patet in gentibus, quæ sola ista idola vt Deos colebant: alij colunt ista idola cum Deo vero, vt patet de Samaritanis quarto Regum 17. c. qui Deum cęli timebant, & nihilominus dijs suis sacrificabant: talis tamen cultus Dei verus non est cùm ei singularem perfectionem tollit, quia alios Deos cùm ipso facit. Et isto modo accipiendo oportet dicere, ꝙ hic vitatur idolatria in generali: postea descenditur ad particulare, scilicet. Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem. Melius tamen dicendum est secundum chatolicos doctores, scilicet quòd hic intelligitur idolatria siue cultus falsorum deorum sine imaginibus, & ibi, non facies tibi sculptile vetatur idolatria in imaginibus. Antiqui enim coluerunt Deos sine imagine, vt dicit Marcus Varro in libris sacrorum, & tangit aliquando August. in libris de ciuitate Dei: sic enim deam Vestam Romani sine imagine coluerũt, quia dea Vesta est purus ignis, qui imaginem statuificatam, aut depictam non recipit, sed ponebatur in æde Vestæ deæ ignis, qui erat æternus, idest qui nunquam extinguebatur, sed eum virgines vestales fouebant. De hoc Ouidius in secundo Fastorum ait.

Cum dico Vestam, puram intellige flammam.

In hunc modum alij quidam dij sine imaginibus colebantur. Possunt etiam hic vetari illi dij, qui ex diuersis partibus rerum confingebantur, & istis nihil correspondebat a parte rei: sicut cùm fiebat Libycus Ammon in Aegypto, vel in Libya cũ corpore humano, & cornibus arietinis: constat autem nihil esse tale in rerum natura, sed sola voluntas hominum fabricauit, vt patet Baruch 2. c. scilicet idola nihil sunt, nisi ꝙ sacerdotes volunt: & de talibus intelligitur dictum Apostoli prima ad Chor. 8. c. idolum nihil est, idest idolum, quod sic compositum est ex partibus diuersarum rerum, nihil est, quia illud ponitur, vt signum, & tamen in rerum natura nullum signatum est, quod eis correspondeat: licèt illud dictum ad omnia alia trahi potest, secundum intentionem Apostoli. *Non habebis Deos alienos.* Non adorabis in corde tuo aliquos Deos, qui imaginem, aut similitudinem non habeant. Vel non habebis Deos, scilicet qui sic compacti sunt, vt partes diuersarum rerum habeant. *Coram me.* Idest videntę me, scilicet ego video omnia quæcunq; agis, quia in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos, vt patet Prouer. 15. c. ideo non debes habere alios Deos me videntę: & est iste modus quo loquitur vir ad vxorem, quòd non accipiat amatorem alium videntę ipso. Vel dicitur propter magnam iniuriam, sicut si fęmina maritata amatorem alterum recipiat nesciente marito, iniuria quidem viro est: sed si videntę viro vxor eius coeat cum altero, iniuriarum maxima est: sic Deus, qui Zelotes est, scilicet volẽs eũ simpliciter adorari, & coli, ad iracundiam prouocatur in nos, cùm ipso videntę nos fornicamur cum alijs dijs. Et quia quomodocunque nos alios Deos habeamus ipse videt, ideo semper habendo Deos iniuria magna ei fit, vel aliter. *Coram me.* Idest habendo me, quasi dicat, si me in Deum habetis, non potestis habere alium, aut alios Deos. Et hoc dicit, quia forte aliqui vellent colere Deum verum, & colere Deos alios terrarum, sicut Samaritani faciebãt, vt patet quarto Reg. capitulo 17. respondet Deus, quòd non potest esse, scilicet vt ipso habito in Deum alius habeatur, vel credatur esse Deus. Nam cùm iste honor, scilicet esse Deum detur vni, est maximus, si autem detur multis patuus valde honor est in se, & cuilibet eorum. Cùm ergo secundum veritatem Deus solus sit Deus verus, quòd nos istum honorem alijs cõmunicemus, est magna iniuria Deo adæquando ei lapides, aut metalla, quæ humana fatuitas Deos facit. *Non facies tibi sculptile.* Vocant sculptilia statuæ factę per sculpturam, scilicet dolando, & subtrahendo, & sic inducendo in materia aliquam figuram, quam voluerimus. Et isto modo fiebant plura idola gentium: idola autem sculpta in Aegypto primo inuenta sunt per Syrophenem primum idolatrarum: ante hoc enim pura elementa vt dij colebantur, sicut Chaldæi ignem colebant docente, & vrgente Nemrod: Aegyptij aquam, de quibus aliqualiter historia scholastica, & Lucas Tudeñ. in libro Chronicorũ suorum. *Neque omnem similitudinem.* Idest nullam similitudinem. Vocatur similitudo figura alicuius rei non sculpta in statuam, sed superficialiter lineata, sicut sunt omnes imagines pictæ in planis superficiebus ex solis coloribus factæ: & istæ similitudines licèt malæ sint, non tamen tantum nocent, sicut statuæ: quia statuæ cùm sint corporeæ, magis mouent videntes ad suspicandum esse Deos, quia magis accedit ad naturam rei viuentis: de imaginibus autem, vel statuis quomodo noceant Christianis, & quomodo vtiles sint, dicetur Deute. 4. c. & ibi vide. *Quę est in cœlo desuper.* Idest solis, & lunæ, & cęterorum astrorum. Nam Gentes colebant ista luminaria cęli, & cùm multos Deos haberent, præcipui dij erant ista astra: nam ipsi distinguebant Deos selectos, & semideos, & rustica numina. Dij selecti, idest seorsum electi, qui principaliores erant, ponuntur esse vigintiduo, de quibus plures ponuntur in cęlo præter Plutonem, Neptunum, & Cererem atque Salaciam, & similes. Et quia dijs selectis maior honor debebatur, cùm essent caput semideorum, & rusticorum numinum, maior reuerentia impendebatur cęlestibus luminaribus, quàm cęteris dijs. De destructione horum deorum August. in sexto & septimo de Ciuitate Dei, & aliqualiter innuit Ouidius Metamor. libro primo in principio vbi agit de consilijs Iouis cùm cęteris dijs: sicut enim Gentiles istos Deos cęlestes colebant, ita Iudæi coluerunt, vt patet frequenter in tertio, & quarto Regum, vbi dicitur, quòd coluerunt solem, & lunam, & omnem militiam cęli. Colebant etiam specialiter reginam cęli, idest lunam, siue Dianam ex nomine Gentilium, vt patet Ieremię 43. c. vbi redarguit eos Ieremias, & ipsi dixerunt publicè, quòd magis volebant colere reginam cęli, quam Deum: quia dum coluerunt reginam cęli, semper eis bonum fuit: dum autem coluerunt Deum, inuenerunt eos mala, gladius, & fames, ac pestis. Et vetuit specialiter de cultu luminariũ cęli, quia nihil erat inter res huius seculi: ad quod colendum magis inclinarent homines, quàm ad luminaria cęli, quia ita pulchra sunt, & lucida: maxime quando cognoscitur virtus eorum influendi. Sic ergo Philosophus vocauit solem patrem virorum, deorumque, vt patet in secundo de Anima, & aliqui contemplantes virtutem influxiuam lunę quantum ad agriculturam, & refluxũ atq; fluxum maris, vocauerunt eam creatricem mundi, vt ait Eutymius in libro de agricultura Chaldaica: Vetuit ergo Deus specialiter cultum horũ luminarium Iudæis, vt patet Deute. 4. c. cùm dicitur: Caue ne eleuatis oculis in cęlum respicias cęlum, & lunam, & cętera astra, & errore ductus adores ea, atq; colas, quę creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis populis. Dicit non esse faciendam similitudinem

Antiqui coluerunt Deos sine imagine.

Idola sculpta in Aegypto primo inuenta sunt a Syrophene primo idolatrarum.

Gentiles distinguebant Deos selectos & semideos, & rustica numina.

Qꝛ Deus specialiter vetuit cęli luminaria cęli.

nem eorum, quæ in cęlo sunt, quia similitudo est superficialis figura nō sculpta, nec fabricata ex corpore, & sic conuenit illis superioribus: quia licèt sol, & cętera astra corpora sphærica sint, tamen quia nobis videntur per modum superficiei planæ, quæ vocatur similitudo nè figurātur. *Et eorum quæ in terra deorsum.* Idest etiam non facietis similitudinem, aut statuam eorum, quæ sunt in terra, vt bestiarum: quia multi colebant boues, aut oues, aut capras, aut cętera animalia.

Dij quos Aegyptij adorabāt.

Aegyptij autem boues colebant, quia Apis bos Deus magnus Aegyptiorum est, de quo Solinus in polistor. ca. de Aegypto. Et de hoc late diximus supra 2. c. Colebant etiam arietes, quia Libycus Ammon cùm Arietino capite formabatur: colebant etiam capras ex causis assignatis Gen. 25. & 47. Et patet, quòd generaliter Aegyptij colerent omnia pecora, quia Hebræi volentes sacrificare Deo suo non ausi sunt sacrificare in Aegypto, quia Aegyptij videntes occidi Deos suos, Hebræos lapidibus opprimerent; vt patet supra 8. c. Cum dicitur: Nūquid abominationes Aegyptiorū immolabimus domino Deo nostro, quòd si voluerimus mactare de animalibus, quæ Aegyptij colūt, coram ipsis, lapidibus nos obruent. Aliæ gentes colebant alia animalia, de quibus Ouidius in libris Fastorum. *Quæ in terra deorsum.* Non quod hic vetetur cultus aliquorum, quæ sunt infra terram, quia infra terræ superficiem, quam nos premimus soli lapides, & metalla sunt, hæc autem a nulla gente coluntur, sed vetat coli ea, quæ sunt in terra: sic dicit. *Et quæ in terra deorsum.* Ista differentia situs, quæ est deorsum, & alia, quæ est sursum assumuntur penes idem, scilicet respectu hominum, qui colere debent aliquid, aut alicuius vitare culturam. Et sic dicitur. *Neque omnem similitudinem, quæ in cęlo desuper.* Idest quòd non debemus colere similitudines rerum, quæ sunt in cęlo, quod cęlum est super nos: nec similitudines eorum, quæ sunt in terra, idest quæ mouentur, vel sunt super terræ superficiem, quæ terra est deorsum, idest infra nos, quia nos eam pedibus premimus. *Nec eorum, quæ sunt in aquis.*

QVAESTIO IIII.

Non cogniti fuerūt pisces in secūda ætate nec ēt in principio tertiæ.

ETIAM ea, quæ in aquis sunt colebantur a Gentibus. Nam licèt pisces non ita distinctè cogniti fuerint apud homines in secunda ætate post diluuiū, in qua fuit principium idolatrię, nec in principio, idest tertiæ, & quasi per totam, in qua magis viguit, quia nondum homines puppes cęteraq; nauigiorum genera fabricauerant, vt æquora sulcarent: tamen pisces, quos aliquando viderant colebant. Coluerunt enim pisces duos, quos in cęlo collocauerunt in extremitate Zodiaci, scilicet facientes esse duodecimum signū.

Gentiles duos pisces colebant quos locauerūt i extremitate Zodiaci.

Historia Arionis.

Et hoc quia Venus, & Cupido duo dij cùm fugerent a facie Tiphei gigantis in pugna deorum & gigantum acceperunt effigies duorū pisciū, & intrauerunt in flumine, de quo Ouidius in secundo libro Fastorum. Coluerunt etiam delphinem piscem, quē inter cęli astra locauerunt, cum sit quædam constellatio, idest stellarum coniunctio sic dicta. Quia cùm Arion magnus citharista amicus regis Periandri per mare siculū portaretur cùm magnis diuitijs, remiges eum diuitijs omnibus spoliantes in mare deiecerunt. sed antequam deijceretur, parui temporis veniam orauit, & impetrauit, in qua mortem suam citharizando lamentabiliter decantaret, quibus cantibus quidam Delphinus, qui casu naui propinquus stabat illectus, naui latera applicuit. Cunque expleta mortis suæ miserabili querela in mare insilijsset Delphinus dorsum opposuit, eumque vectandum vsque ad littora suscepit, & inter marinos fluctus educto dorso extra aquarum moles eum F in pace ad littora vsque portauit. Quamobrem dij contemplantes beneficium citharistæ suo collatum, Delphinem illum inter sidera posuerunt, quem fatua gentilitas, vt Deum coluit. De his Ouidius in secundo libro Fastorum. De hoc etiam August. de ciuit. Dei libro tertio, vbi dicit quòd gentilium opinio est vectationem illam per vndas non fabulose, vt poetæ assolent enarrare, sed veritate historica gestam esse. Alios autem pisces præter hos tres Gentiles non coluerunt. De quadrupedibus autem multa. *Sub terra.* Dicit aquas sub terra esse: tamen secundum ordinem elementorum in ponderibus, & in situ eorum aquæ super terras sunt. Dicuntur tamen aquæ esse sub terra, quia fluidę sunt, & nō terminatæ termino proprio, G desiderantes semper terminari termino alieno, scilicet termino terræ: & quia in terra sunt concauitates petunt semper loca humiliora terræ. Terra autem, quia solida est, & terminata per seipsam aliquando in magnos tumores eleuata est, aliquando in magnas cauernas concauatur: aqua ergo labens ad partes inferiores respectu aliarum partium terræ planarum, atque prominentium infra terram esse sitam dicitur, cum tamen sit supra terram: quia quomodocunque sit aqua fundatur in terra, & terra infra est, sic dicitur Psal. 23. Quoniam super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Et loquitur de orbe terrarū, idest de terra. Abundantius ista posita sunt in littera Deute. 4. c. quia ibi dicitur. Ne decepti faciatis vobis H similitudinem, aut imaginem masculi, vel fęminæ, similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram, vel auium sub cęlo volantium, atque reptilium, quæ mouentur in terra, siue piscium, qui sub terra mouentur in aquis. Ponuntur autem ibi aues, quæ hic non ponuntur.

Apud Gētiles aues colebanť, & dicebātur consecratę diis.

Aues namque a gentilibus cultæ, vt quædam aues, quæ erant consecratæ dijs, vt aquila, quæ ponitur armiger Iouis, & columbæ, quæ sunt cōsecratæ Veneri, & pauones, qui sunt consecrati Iunoni, & Phebo coruus; Palladi siue Mineruę vespertilio, cùm ante fuisset cornicula. *Non adorabis ea.* Idest non humiliabis te coram istis. Adoratio autem est actus latriæ, & pertinet ad reuerentiam in actu exteriori, vt nos inclinemur coram Deo orantes: vel audito I nomine eius admirabili, vel visa imagine eius inclinemur corā ipsa tanq̄ inclinaremur corā ipso Deo, ita vt oculi in imaginē, & cor nostrū vltra imaginē eleuetur. Nam imago ad prothotipum, idest ad suum significatum, vel primum figuratum reducenda est, vt ait Damascenus: ista ergo adoratio talibus simulachris deorum impendi non debebat, cū per hoc protestaremur alia simulachra esse Deos, vt verorū Deorum repręsentatiua.

Qđ sit colere large sumptum

Neque coles. Si cultus accipiatur secundum totum suum significatum, prohibebuntur multa, scilicet omnia, quæ sunt partes cultus, vt fides, spes, charitas, & reuerentia, fidelitas, & deuotus famulatus: & tunc non distinguitur colere, & adorare, cū adorare sit quidam actus maximę reuerentiæ, quę includitur K sub cultu. Sed accipitur hic colere specialiter pro sacrificari, quia isti erant præcipui actus, quos nos ad Deum habemus, qui diuinam dignitatem designant, scilicet adorare, & sacrificare. *Ego sum Dominus Deus tuus.* Posuerat supra inductiuum ad hoc, vt omnia mandata sua seruarentur nominando beneficia facta in eductione de Aegypto: hic ponit ad istud præceptum specialem persuasionem: quia inter omnia præcepta nullum est maius, quàm hoc:

Nullū pceptū maius est primo.

nam directe repugnatur Deo, & totus honor ei tollitur, si alij dij esse credantur: vel cum eo colantur: vel si ipse relinquatur, ita quod non credatur esse Deus, & alij colantur, vt dij: in alijs autem non fit Deo ita directo iniuria. Nam tenendo vnicum esse, & verum Deum;

&

& illum existimantes maximum bonorum cęteras perfectiones ei attribuendo: possumus fornicari, aut occidere, aut non custodire sabbatum, & sic de obseruatione, & violatione omnium aliorum præceptorū. Ponit ergo specialem suasionem ad custodiam huius præcepti, & dupliciter attrahit secundum, quòd sunt duo attractiua, scilicet amor, & timor: & primo suadet per amorem, cū dicit. *Ego sum Dominus Deus tuus.* Idest ego sum Deus tuus specialius, quàm aliarum gentiū, quia suscepi te in meam custodiam, & in populum peculiarem de cunctis populis terræ, ideo magis me amare debes, quàm aliquem alium quem Deum nominare velis, quia nullus alius de his, qui nominantur dij, tanta beneficia tibi egit. Istud dictum secundū quamlibet suam particulam supra declaratū est. *Fortis.* Hoc potest se habere dupliciter: vel ad amorem, vel ad timorem. Ad amorem quidem sic, scilicet ego promisi tibi multa bona agere, & tamen non possem illa agere, nisi fortis essem ad agendum, ideo intelligas, q̄ fortis sum, & significat tunc fortis id, quod omnipotēs: & sic quamdiucunque Deus loquebatur ad Abraā Isaac, aut Iacob promittens aliqua, vocabat se omnipotentem, vt patet discurrendo in Gen. & sic dicitur supra 6. c. Ego sum Dominus, qui apparui Abraam, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum magnum Adonai non indicaui eis. Potest etiam trahi hoc ad persuasionem per modum timoris, scilicet q̄ Deus incutiat eis timorem, dicens, quòd nisi custodierint mandata sua, quòd puniet eos propter peccata sua, & non solum puniet deliquentes, sed etiā puniet filios pro pęnis patrum, & quia tunc diceret aliquis, quòd Deus non poterat punire, respondet, quòd sic, quia fortis est.

Quid sit Zelus, & quomódo Deus habebat zelum.

Zelotes. Dicitur Zelotes, idest zelum tenens, zelum autem est amor priuatus nolens habere consortium in amato, & sic viri dicuntur habere zelum de vxoribus suis, quia volunt, quòd vxores suę solos illos ament, & solis illis copulētur. Sic etiam Deus volebat, quòd Iudæi eum solum colerent, & eum vt Deum cognoscerent, & quando alius coleretur, vt Deus, vel cognosceretur vt Deus, dolebat tanquam si vir videat vxorem suam amantem alium virum. Et sicut cum mulier alteri, quàm viro suo copulatur, fornicari dicitur: ita qui alterum quàm verum Deum colebat, fornicari dicebatur: vnde dicitur Ps. 71. Perdes omnes, qui fornicantur abs te. Et in prophetis vniuersaliter iste est modus loquendi, quòd omnes vocant Iudæos idolatrantes fornicantes cum dijs alienis, maxime Ezechiel, qui dicit Iudęos fornicatos fuisse cum Chaldæis, & Assyrijs, & Aegyptijs, idest quòd coluit Iuda Deos Chaldæorum, & Aegyptiorum, atque Assyriorum. Et sicut vir solum habet zelum ad vxorem, & vellet eum solum ab ea diligi, & ipsam nulli alteri copulari, & de alijs non curat, vtrum aliæ mulieres fornicentur, vel non: ita Deus acceperat Iudæos tanquā vxorem suam, quia habebat eum vt populum familiarem, atque peculiarem, vt patet supra 19. c. ideo de sola ista gente zelum habebat, scilicet quòd si aliquis de Iudæis coleret idola, irascebatur valde Deus: si tamen aliquis de gentibus coleret idola, Deus non curabat, sed permittebat eos ambulare in vanitatibus suis, de quo Deute. 6. c. dicitur quoniam Deus emulator Dominus Deus tuus in medio tui, idest Deus est emulator, vel Zelotes, quod idem est, in medio tui, idest contra te. *Visitans iniquitatem patrum in filijs.* Idest non solùm puniens patres pro peccato suo, sed etiam filios pro peccatis suorum patrum. Et hoc ad magnum terrorem pertinebat: nam erant Hebræi proni ad idolatriam: & nisi magno terrore arcerentur semper colerent idola: magnus autem terror erat, quòd non solum peccantes puniantur pro seipsis, sed etiam filij A innocentes puniantur pro peccatis patrum malorum, pro peccatis autem patrum filij nunquam puniuntur æternaliter, sed anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Et filius non portabit iniquitatem patris, vt patet Eze. 18. cap.

Filij quomodo puniuntur p peccatis patrum.

Puniuntur autem aliquando pęna temporali, scilicet afflictione, vel morte, quia cùm istis bene stat charitas: nec propter hoc perditur vita æterna: imo sunt materia acquirendæ vitæ æternæ, cùm sint materia fortitudinis, & si patienter tolerentur, ad vitā ęternam proficiunt. *Vsque in tertiam, & quartam generationem.* Quia cùm punitio sit odiosa, restringenda est: maxime quia proprium est Dei misereri semper, & parcere: punire autem est ei magis alienum, vt declaratum fuit Gen. 3. c. super illam partem. Ambulabat Dominus B ad auram post meridiem, ideo non punit peccata aliquorum, nisi vsque in tertiam, & quartam generationem.

QVAESTIO V.

Qr Deus puniat homines vsq; in tertiam & quartā generationem.

ET puniuntur vsque in quartam solùm, quia homines, vt communiter non vidēt nisi vsque ad quartam generationem, scilicet abnepotes, & quia punitio filiorum pro patribus est ad magis puniendum ipsos patres peccantes, ideo debet fieri in ipsis filijs, siue generationibus, quas videre potest ipse peccans, nam post mortem alicuius, quòd sui posteri puniantur nullum bonum, aut malum est ei, vt vult Phylosophus in C primo Ethi. scilicet quòd leue bonum, aut malum conferunt infortunia, vel eufortunia nepotum, aut pronepotum ijs, qui defecerunt. Hoc autem determinat Aristo. secundum suam opinionem, tamen secūdum veritatem mortui siue in Paradiso, siue in purgatorio sint, vel inferno curam habent de suis, qui in sæculo manent, sicut patet Luc. 16. c. de illo diuite epulone, qui torquebatur in magna flamma, & rogauit Abraham, vt mitteret Lazarum in domum patris sui, & denunciaret fratribus suis quinque, vt ipsi bene agerent, ne venirent cùm fratre suo in locum tormentorum: & si costaret eis, qui in purgatorio, aut in inferno sunt, de infortunijs magnis suorum in sæculo adhuc viuentium, magis affligerentur. Sed talibus raro, D aut nunquā constant ea, quæ in sęculo fiunt. Dico aūt de eis, qui in inferno sunt, quia illi, qui in purgatorio sunt consolationes Angelicas sępe recipiunt, & audiūt de prosperitate suorum, qui adhuc in sæculo manent, & sic aliqualiter lętātur: quia mali ergo qui in inferno sunt, non audiunt de infortunijs, vel eufortunijs suorū nec cruciantur, nec lętantur. Et dato q̄ habeant pro eis curam, q̄ nollēt eos ibi cum eis damnari, & posito q̄ ipsi cognoscerent eufortunia, vel infortunia remanentium in sæculo, illa tristitia vel lætitia non pertinet ad istud genus, ad quod ista, quam habent in sæculo existentes. Quia hic homo tristatur, & lætatur, & non anima per se, nec corpus per se, q̄a vt ait Phylosophus 3. de anima, qui dicit animam tristari, dicit eam texere, E & ædificare, sed anima non texit, nec ædificat, sed homo, ergo nec lætatur, nec gaudet. Nec etiam competunt ista corpori: nam corpus non habet tales passiones, sed sunt passiones compositi. In inferno autem anima sola tristatur, & gaudet, ergo non est illud tristari tale, quale istud, qđ est hic, cùm vnum sit passio animæ, quæ est forma, aliud sit passio cōpositi. De hoc magis dicetur Deut. 3. c. qñ Moyses tristabať, quia non transibat Iordanem ad videndum terram illam, cùm post mortem visurus esset eam. Solū ergo cruciantur mali in pęna filiorum suorū, qñ vident eos cruciari viuentes, sed patres non cōsueuerunt videre vltra quartam generationē, ergo non puniuntur vltra tertiā, vel quartam generationem. Aliqui volunt, q̄ si intelligatur

tur

tur de peccatis ipsorũ filiorum, qui peccãt sicut patres
F nantur æternaliter pro malo patrum: ita nunquã ęternaliter præmiantur pro bono patrũ: sed quilibet æternaliter punitur pro malo, quod egit, & vitam ęternam acquirit pro bono, qđ operatus est: sed in punitione, aut retributione boni temporaliter facit differẽtiam, quia pro malo patrum plures filij puniuntur. s. vsque ad quatuor generationes: pro bono patrũ multi filij retributionẽ boni accipiunt. s. vsq; ad mille generationes: vel vsque ad duas mille generationes, quia dicit lra: Faciens misericordiã vsque in milia. Sed ponitur hic numerus certus pro incerto. Diuersitas est, qa Deus pronior est ad miserendum, q̃ ad puniendũ. *His, qui diligunt me.* Idest quantũ ad illos patres, qui diligunt me. s. q̃ si patres diligunt me, ego benefaciã filijs eorũ vsque in mille generationes. Et nõ est referendũ ad filios, quia eadẽ ratio consistit in bono, & malo: nam si ipsi filij diligunt patres non solum punientur in mille generationes, sed ẽt in decem mille, & vsq; in æternũ. *Et custodiũt præcepta mea.* Hic magis explicauit quàm supra, quia supra solùm dixit in his, qui oderũt me: hic aũt dicit his, qui diligunt me, & custodiunt mãdata mea: nam, vt dicebatur supra, ille dicitur odisse Deum, qui præcepta eius non custodit: sic ille dr̃ Deum diligere, qui præcepta eius custodit, ideo vtrunque explicauit, scilicet Deum diligere, & mandata eius custodire. *Non assumes nomen Domini Dei tui.*

QVAESTIO. VI.

H ISTVD est fm̃ præceptum primæ tabulæ fm̃ assignationem doctorũ catholicorum, vt supra declarauimus, & pertinet ad quandã partẽ cultus, siue latriæ: quia sicut debeẽ Deo fidelitas, vt quædam pars cultus, fm̃ quam ei fideles sumus. s. vt eum solum in dũm cognoscamus, & Deum verum, non habendo Deos alienos: ita pertinet ad cultum Dei reuerentia eius, quę est timere eum, quia magnus est, non quidẽ timore seruili, qui est ad pœnam, sed timore cuiusdam humiliationis, quia ita magnus est. s. infinitus est non audendo ad eum accedere: ita oĩa, quæ aliquo modo pertineãt ad Deũ, magnæ reuerẽtiæ sunt, sed nomẽ Dei est aliquid ad Deũ ptinẽs, ergo reuereri illud debemus. s. nõ accipiendo, aut nominãdo illud pro qualibet re. *Non assumes nomen Domini.* Nomina imponunt ad cognitionẽ, & ad distinctionẽ, ideo diuersis rebus diuersa nomina imponimus: sed Deus de se notus est, qa est ens notissimum in natura, ergo nomine nõ indiget: añs patet, qa nos cognoscimus aliquid in quantũ ens: ergo si aliqd sit in quo magis reperiat ratio entis q̃ in alio illud magis cognoscibile est. Sed in Deo magis reperiẽ, & purius ratio entis, quia ens magis dr̃ de ente in actu, q̃ de ente in potentia, quantũ ergo aliquid fuerit magis in actu, magis cognoscibile est: sed Deus est purus actus, vt declarat Aristo. in 12. Meta. ergo Deus inter oĩa entia maxime cognoscibilis est: sed aliqua sunt entia tm̃ cognoscibilia q̃ sunt p se nota: ergo Deus erit maxime per se notus, ergo nõ indiget nomine, per qđ noticetur, & distinguatur, & hoc verũ est fm̃ seipsum: tm̃ quantum ad nos, non manet ista, quia Deus nõ est nobis maxime cognitus, imo minime cognitus: sic ait Phylosophus in secundo Met. q̃ sicut se habet oculus noctuę ad lucem solis, sic se habet ĩtellectus nostẽr ad ea quæ sunt notissima in natura, idest ad ea, quæ sunt secundum se notissima: quia esse aliquid magis, aut minus notum secundum naturam est magis, aut minus notum esse secundum seipsum, quia natura non cognoscit: est ergo Deus nobis minime cognitus ex imperfectione intellectus nostri habentis vltimum gradum in substantijs spiritualibus: nam licẽt omnibus notum sit, q̃ Deus est, nulli tm̃ notũ est, quid ipse est:

De secundo precepto decalogi.

Nomina ponũtur rebus ad cognitionem & distinctionem.

Deus secũdũ se non indiget nomine vt notificetur cap. 1.

Omnibus notum est quod Deus sit, nulli tamen notũ est quid Deus sit.

A est: de omnibus alijs rebus aliquo modo cognoscimus quid est. Et ratio huius est quia cognoscere quid est in rebus, est cognoscere cõceptum diffinitiuũ nos aũt formamus conceptus diffinitiuos compositos. s. ex genere, & ex differentia, ergo vt clarius nos videamus compositionem: facilius ponemus diffinitionem, & cognoscemus qđ est: Deus aũt est ens simplicissimũ, quia est purus actus, ideo nõ possumus ibi reperire aliquid ad formandum conceptũ diffinitum dicentem quid est: facilius ergo cognoscemus de Angelis quid sunt, quàm de Deo, quia in Angelis aliquo modo reperimus compositionem. s. ex esse, & essentia, actu & potẽtia, in Deo aũt nullam: de Deo ergo nullo modo cognoscimus quid est, sed clare cognoscimus quid nõ est, quia cognoscimus, q̃ non est lapis, non ferrũ, non
B sol, non cęlum, & sic de cęteris. Item nomen imponiẽ ad notificãdum proprietatẽ rei, sed nullum nomẽ est, qđ possit signare perfectiones Dei: cùm sint infinitæ, quarum quęlibet est infinita, & oẽs istæ infinitæ sunt vnum infinitum, ergo non est aliquo modo nomen aliquod reperibile, qđ cõgruat Deo, sicut istud nomẽ, homo, congruit homini. Nominamus tm̃ Deum eo modo quo possumus, qa excelsa Dei balbutiendo resonamus, & tunc ei imponimus plura nomina, fm̃ q̃ in eo plures perfectiones reperiuntur, & illa sunt nomina attributalia, nomen tm̃, quod magis vocatur nomẽ Dei, est nomen, quod magis signat naturam diuinam, siue essentiam per modum naturæ, quã illa nomina, q̃
C significant eam per modũ perfectionũ attributalium, & tale est hoc nomen Deus. In Hebræo autem sunt plura nomina, vt El, Adonai, & nomẽ aliud Tetragrãmaton, qđ est ineffabile, quod magis explicite q̃ cętera designat diuinam perfectionẽ. De quo qualiter sit ineffabile declarauimus sup. 6. c. super illam partem. Et nomen meũ magnum Adonai non indicaui eis. Loquitur aũt hic scriptura de nominibus Dei, quæ significãt eum p modum substantiæ, vel essentiæ diuinæ, & non de nominibus signantibus eũ per modum cuiusdã attributalis perfectionis: nã licẽt perfectio signata p nomen attributale conueniat Deo excellentiuẽ, & nõ eo modo, quo nobis, & tm̃ conueniunt nobis multa, & ipsi, vt esse sapiẽtẽ, esse clementem, esse bonũ, iustum, fortẽ, & sic de cęteris: quia ergo ista non sunt propria
D nomina Dei, sed ẽt aliarum rerum, accipiendo hæc nomina in vanum non peccamus, vt sępe nominantes iustum aut sapientem sine aliqua reuerentia. Si tm̃ ista accipiant cũ tali connotatione, q̃ soli Deo conueniant, erit accipere nomen Dei in vanum, vt si dicamus sapiẽtem infinitũ, vel puram bonitatẽ, aut similia, quę manifeste significant solum Deum. Alia autẽ nomina, quæ significant Deum fm̃ substantiam, vel naturam, sunt propriè nomina Dei. i. q̃ nulli alteri rei cõueniunt, vt istud nomẽ Deus: nam nulli rei hoc nomen Deus cõmunicatur, sed solũ ille Deus est, qui per naturã Deus est. Talia aũt nomina, quę sunt nomina Dei certissima accipere in vanum est frangere huiusmodi præceptũ,
E sic enim Iudæi frangunt huiusmodi præceptum, cùm nomina ista El, vel Elohim, & Adonai, & aliud nomẽ magnum Dñi in vanũ accipiunt. Et non solùm peccamus contra hoc præceptum, cùm accipimus nomina Dei in vanum, quæ significãt ipsam diuinã essentiã in se, sed ẽt nomina redẽptoris nostri. s. istud nomen magnum Iesus, & istud nomen Christus, quia saluator noster Deus est, ideo ista nomina Dei sunt: nam Christus suppositum diuinum est, & non humanũ, & cũ nomẽ rei sit nomen suppositi in rebus singularibus, & non nomen partium rei, aut proprietatis rei, sequitur quod ista sint nomina Dei. Quod autem Christus sit suppositum diuinum, patet, quia si esset humanum, cùm illę partes naturæ assumptæ esse inceperint ex tempore,

Inter cętera nomina Deo conuenientia maxime ei congruit hoc nomẽ Deus.

Nomina Dei attributalia multis alijs rebus conueniũt nomia autẽ substantialia nulli. Accipiendo nomen saluatoris, & Iesus in vanum dicimur accipere nomen Dei in vanum.

A sequeretur q̃ suppositum, qđ est Christus, esset ex tempore, sed falsum est, quia est ab æterno. Sic patet ad Hebræ. 13. c. vbi dicit Apostolus: Christus ab heri, & hodie est, & ipse vsque in sæcula, per quod designat ęternitatem eius. Itẽ quia in epistola Iudæ dr̃, q̃ Iesus eduxit Hebræos de Aegypto: sed si Christus siue Iesus dicat suppositum humanum, falsum est, quia partes naturæ illius assumpta non inceperant esse cùm Hebræi de Aegypto educti sunt: cùm ergo ipse Iesus eos eduxerit, suppositum diuinum est. Nõ debemus ergo nomen saluatoris nostri accipere sine reuerentia, siue in vanum: quia valde magnum peccatum est: imo maius peccatum est accipere istud nomen Iesus in vanum q̃ nomen istud Deus. Et ratio est, quia Ecclesiæ cõmunis, & laudabilis consuetudo magis honorat istud nomen Iesus, quam istud nomen Deus, vnde audito isto nomine Iesus deuoti fideles, aut caput inclinant, aut genua flectunt: sed audito isto nomine Deus non flectimus genua, nec capita inclinamus: qui ergo contra hoc offendit de honorando, magis peccat, quàm si de honoret illud nomen Deus. *Quare maioris reuerentię est hoc nomen Iesus, quàm istud nomen Deus.*

Maius peccatum est accipere in vanum nomen Iesus quam nomẽ Deus.

QVAESTIO. VII.

CAVSA autem maioris honoris in hoc nomine Iesus, quàm in hoc nomine Deus, est multiplex. Prima quia Christo hoc in priuilegium donatum est
C a tota trinitate propter duram obedientiam, quam compleuit, vt patet ad Phi. 2. c. cùm dicitur. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem; mortem autem crucis, propter qđ exaltauit illum Deus, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum. Secunda ratio est, quia istud nomen Iesus est solum nomen in quo saluamur, vt patet Act. 3. c. cùm dicitur. Nec est aliud nomen sub cęlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu: nam istud nomen Deus, licẽt nomen magnum sit, non est tamen nomen, in quo saluamur, vt patet, quia multi inuocant Deum, tamen pereunt, quia Saraceni Deum inuocant, Iudæi Deum inuocant, cętęq
D quoque gentes, si solis Christianis salus exorta est inuocantibus istud nomen Iesu. Tertia ratio est, quia istud nomen Deus importat nobis Deum per modũ creatoris, vt supra declarauimus: istud nomen Iesus importat nobis Deum, cùm sit nomen suppositi diuini, & hoc quantum ad opus redemptionis, & licẽt secundum se maius beneficium sit creatos fuisse a Deo, quàm redemptos: quia per creare communicatur esse, per redemptionem communicatur bene esse. Esse causa est prima, & maxima perfectio, & omnium perfectionum fundamentum: tamen quantum ad nostram opinionem, & velle, maius beneficium est redemptos esse, quàm creatos: quia vt ait Gregor. in Pastorali, & recitatur in benedictione cęrei paschalis, Nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset: quasi dicat: omnia quæ propter nos Deus egerat, inutilia forent, siue creatio, siue natiuitas, siue prædicatio, & sic de cęteris, nisi fuisset redemptio subsecuta. Quarta ratio est, quia illud nomen honorabilius Dei, est, quod signat Deum sub pluribus perfectionibus, sed istud nomen Iesus signat Deum sub pluribus perfectionibus, quàm istud nomen Deus, ergo honorabilius est. Antecedens patet, quia istud nomen Deus signat Diuinam essentiam absolutè & istud nomen Iesus signat Deum, quia est nomen personæ diuinæ, & tam perfecta est vna persona diuina, sicut aliędũ; vel sicut tota essentia diuina. Et si dicas, quòd istud nomen Deus dicit creationem. Respondetur

Deus est nomen creatoris Iesus vero redemptoris.

quòd

quòd non dicit illam de suo signato primario, cùm sit nomen signans in Deo aliquam perfectionem attributalem, vel per modum attributorum, sed signat solam diuinam essentiam de se: si autem velis, ꝙ significet creationem, hoc est secundario, vel ex consequẽti, quia signat Deum, & Deus est creator, & isto modo cùm Iesus sit nomen suppositi diuini, vel personæ, & illa est creator, cùm tota trinitas sit vnus creator, etiã istud nomen Iesus signabit creatorem: et sic signabit totum, quã signat istud nomen Deus: signat autẽ insu per istud nomen Iesus quandam aliam perfectionem, scilicet esse redemptorem, quod a nobis iudicatur vt maximum bonum: ergo venerabilius nomen est istud nomen Iesus, quàm istud nomen Deus: qui ergo assumunt illud sine reuerẽtia, vel frequentat illud in locutionibus communibus, non ad aliquem fructum, peccat valde. Item facimus contra istud mandatum, qñ nomen Virginis Beatissimæ sine reuerẽtia accipimus, & nomina beatissimorum Apostolorum, cęterorum quæ Sãctorũ, quos Ecclesia canonizauit vt certissime Sanctos, & licèt hoc non sit ita directe ꝑtra istud mandatum, est tñ per quãdam reductionem: nam in mandato isto vetatur assumi nomen Dei in vanum: isti aũt, s. crux, & Beata Virgo, & Sancti quanquam non sunt Deus, habent tñ quãdam connexionem ad Deum: & ideo sicut Deo adoratio latriæ debetur, ita quibusdã istorum adoratio dulię, quibusdam adoratio hyperduliæ, qui sunt quidam gradus adorationis. Nam omnibus illis rebus, per quas immediate venit in nos salus redemptionis, adorandę sunt adoratione hyperduliæ, quæ vocatur excellẽs dulia. Et sic Beata Virgo, quæ cõcepit, & genuit Saluatorẽ nostrum, existens nobis immediatissima ad percipiendum tantum bonum adoratione hyperduliæ colitur. Crux Christi ẽt, quæ fuit instrm nostrę redẽptionis, in qua saluator noster mori dignatus est, ob reuerentiã Christi in ea pendentis, & sanguinis illius benedicti in ea fusi adoratione hyperdulię colitur. Sancti aũt, de quibus certum est, ꝙ habitant cum Deo in illa vita beata, ꝑp illud lumen inaccessibile, cui coniuncti sunt, & quod habitat in eis, adoratione dulię eos veneramur. Qñ ergo nomina istarũ rerũ, quæ venerabilia sunt apud nos, propter applicationem ad Deũ, nos sine reuerẽtia assumimus, est agere ꝑtra istud præceptũ. Sed est differentia, quia sicut aliquid magis adhęret Deo, & magis apud nos venerabile est: ita assumere nomẽ illud sine reuerentia magis peccatum habet, quàm cætera assumere: vt maius peccatum in assumendo in vanum nomẽ Beatæ Virginis, quàm nomen Beatæ Marinæ, vel alterius sancti: & potius in istis peccatur, cùm iurando talia nomina proferuntur. *Nomen Domini Dei tui in vanum.* Solum nomen Dei expressit, quia tunc non videbatur esse aliud nomẽ venerabile, sicut nũc sunt multa, vt supra diximus. Vel forte, quia nominato Dei nomine intelligebatur idem de omnibus alijs, quæ aliquam adhęrentiam ad Deũ habent. Vel potius, quia nomen Dei erat eis honorabile, quia Deum ipsi colere debebant. Si autem aliud nomen eis venerabile expressisset, putarent rem signatã per illud nomen esse cum Deo colendam, quod erat maximi erroris incentiuum. *In vanum.*

Assumit nomẽ Dei in vanum assumẽdo nomẽ beatę virginis & Apostolorum, & crucis, & aliorũ sanctorum.

Quare magis de nomine Dei expressit quòd non assumeret in vanum.

Quid est accipere nomen Dei in vanum in iuramentis.

QVAESTIO. VIII.

HEBRAEI dicunt quòd in isto præcepto prohibetur prolatio indebita nominis Tetragrammaton, quia non licebat pronunciare illud, nisi sacerdotibus, & hoc non vbique, sed solum in templo siue tabernaculo. Sed falsum est, quia quodcunque nomen significans diuinam essentiam acceptum sine reuerentia inducit mortale peccatum: sed dicitur hic accipere in vanum. Potest autẽ nomen Dñi accipi in vanum dupliciter: vno modo, ꝙ frequentemus illud in communibus locutionibus, quæ nullius fructus sunt, & nõ curantes magis quàm si quodcunq; aliud nomẽ nominaremus. Alio modo accipit in vanũ, cùm iuramus, & in iurõ ponitur nomen Dñi. Et frustra ponitur, cũ tale iuramentum fiat non qualiter debet. Sciendũ aũt ꝙ vanum dr̃ nihil ens, vel nihil hñs, & ratio est, quia vanum dr̃ cõiter, qd̃ non habet finem, vel qd̃ non assequitur finem suum. Quãtum ad primũ modum oẽs actiones nostræ, q̃ finẽ non habent, vocant̃ vanæ & sic fit, vt interdũ nos agamus aliqua, ad quæ non intendimus, & non ponimus aliquem finem illis rebus, & tunc vanæ sunt illæ. Quantum ad ꝛm modum dicũtur vanæ illæ actiones, q̃ non consequuntur suũ finem, vt si aliquis ambulat, vt sanetur, & ex ambulatione non sequit̃ sanitas, vocatur illa ambulatio vana. Sed in hoc differentia est, ꝙ vanũ primo modo malũ est: vanũ secũdo modo non est malũ, cùm nobis inuitis veniat, nisi forte ex nostra negligẽtia perueniat, vt operationes nostrę finem non assequant̃, & quolibet istorũ modorum ꝓprie accipitur vanũ, quia tales res, q̃ finẽ non hñt, i. quia fiũt, & non ꝓp aliquẽ finẽ: & res quæ sunt secũdo mõ non assequẽtes finẽ, dr̃ vanæ. i. nihil entes, vel nihil hñtes, quia in omnibus rebus & actionibus finis est melior ijs, q̃ ad finẽ: & res totam suam ꝓfectionem sortiunt̃ ex fine, cùm ergo sit aliqua res, vel actio, quæ finẽ non habet: vel aliqua, quæ finem habet, & illum non assequitur, dicitur nihil ens, vel nihil habens, quia ꝓfectionem suam, per quã est perfecte ens, non habet, vel nõ acq̃suit. Et istud cõpetit duobus modis accipiendi nomẽ Dñi in vanũ. s. qñ accipitur cũ iuramẽto, vel qñ sine iurõ ad communes locutiones. Sciendũ etiã, ꝙ sicut nihil, & inutile æquiparant̃, ita nihil, & malũ æquiparant̃: erit ergo æquale habere malũ finem, & non habere finem. Sicut ergo in vanum agere dr̃, qui nullo fine præsupposito agit: ita in vanum agit, qui malo, vel indebito fine præsupposito agit, quia per intentionem indebiti finis deficit actus a fine vero atque præfectissimo per cuius directionem ad primum habet suam perfectionem: sic ergo sicut qui accipit nomen Dñi sine aliqua causa, in vanum accipit, ita qui accipit illud ad indebitum finem, in vanum accipit, & hoc cõtingit in quolibet duorum modorum. Nam cũ nomen Dei sine iuramẽto accipitur in cõmunibus locutionibus, aliqñ accipitur non propter aliquẽ finem, vt cùm ex consuetudine nominandi Deum quam habemus in qualibet locutione eum sine necessitate aliqua, aut fine præposito nominamus, sed ex habitu, quia sic dispositi sumus. Aliqñ autem in communibus locutionibus Deum nominamus non ex consuetudine, sed ex aliquo fine præposito: sed ille finis non est debitus, ꝙ non agit ad aliquam necessitatem, vel ad actum honestum, sed ad ludicra verba, & ideo Deum nominat, ꝙ taliter nominando alios condelectare intendit & quia hoc indebitum est. s. vt in excellenti nomine ludicra verba loquamur: finis iste erit malus, quia malum & nihil æquiparantur, qui taliter finem præsupponit, ad nullum finem agere dicitur, ideo in vanum agit. Secundo modo accipitur nomen Dei in vanum in iuramentis, quando iuramus in nomine Dei, & iuramenta licita non sunt, & tunc accipitur in vanum, quia ad nullum finem accipitur: nam finis malus qui intenditur in iuramẽto, finis non est, quia a bono fine deficit. Vel aliquo modo sit sine fine præsupposito, vt cùm ꝙs ex consuetudine iurat. Iuramẽtum autem cùm licitè fit, & nomen Dei ibi accipitur, non accipitur in vanum, quia finem debitum habet. Sed ad hoc, ꝙ sit debitum requiruntur tria, scilicet iustitia, & iudicium,

Dupliciter accipitur nomẽ Dei in vanum.

Res totã perfectionem suam ex fine sortiuntur.

Iuramentum debitum tria requirit.

cium, & veritas, vt patet Iere. 4. capitulo, cùm dicitur: Et iurabunt viuit Dominus in iustitia, iudicio, & æquitate. Primum quod requiritur in iuramento est, quòd veritas iuretur, siue sit assertorium, siue promissoriũ. In iuramento assertorio veritas consideratur per comparationem verborum iurantis ad rem gestam, sicut communiter dicitur, quòd veritas est conformitas signi ad signatum: cùm autem non se habet sic ex parte rei, sicut significat verba iurantis, dicitur falsitas, & est iuramentum illicitum, & accipitur tunc nomen Dei in vanum, quia non accipitur pro debito fine. Veritas autem in promissorijs accipitur per conformitatem verborum iurantis ad intentionem eius: nam promissio est per modum futuri, veritas autem, vel falsitas non reperitur per modum futuri, sed per modum præsentis: nulla enim propositio propriè vera est, nisi illa quæ est iudicatiua de præsenti: accipitur tamen hic veritas secundum intentionem iurantis, quia si promittens aliquid sub iuramento facere in futurum, si intendat illud sic facere, vt promittit, verum dicit; nam qui promittit non iurat, quia certissimè faciet quod promittit: nam nescit si poterit, cùm hoc non sit in potestate sua, rem non aliter euenire, sed promittit, quòd voluntas sua est determinata ad totaliter faciendum, nisi aliquod impediens eueniat: si autem sic promittatur, verum promittitur, & iuratur: si autem qui iurat, non intendit complere quod promittit, falsum iuramentum est, vel peccauit in iurando. Secundum quod in iuramento cauendum est: vt non solùm aliquis iuret, sed etiam cum iustitia, scilicet vt iustum sit iurare id, quod iuratur: si enim aliquis scit aliquem fuisse fornicatum, qui occultè fornicatus est, & publicè iuret, quòd ille fornicatus est: licèt verum iuret, tamen iuramentum illicitum est, quia iustitiam secum non habet. Si tamen iste, qui sciebat alium fuisse fornicatum cogeretur à iudice deponere quod sciebat, & deponeret illum fuisse fornicarium, iuste agebat, & quantum ad istam partem licitum erat iuramentum. Tertium in iuramento requiritur, quòd aliquis faciat iuramentum in iudicio, idest cum mentis deliberatione, & maturitate, & non impetu iræ, aut concupiscentiæ stimulatus, aut in ebrietate positus: quæ tollunt perfectionem iudicij, & libertatem, quæ est radix boni, aut mali operis. Si ergo aliquis in iracundia iurauit, quòd occideret hostem, non egit in iudicio, quia non egit ex perfecta deliberatione, sed ex passione commouente. Potest autem aliquis iurare cum iustitia, & veritate, & tamen non ex iudicio: vt si quis iuret cum furia, aut ebrietate, vel alia forti passione, quòd intrabit religionem: hic enim potest esse veritas, si ipse, qui iurauit intendat illud saltem leui intentione: erit in iustitia, quia illud quod iuratur iustum, & bonum est; scilicet intrare religionem: sed deficit tertium, scilicet iudicium, quia non egit cum deliberatione, quia calor iracundiæ, aut aliæ passiones perturbantes tollunt tranquillitatem liberi arbitrij, in qua reperitur deliberatio. Quandocunque ergo ista tria in aliquo iuramento reperiuntur, illud est licitum totaliter: nec aliquo modo assumitur ibi nomen Dei in vanum, quia totaliter bonum est: si autem nullum istorum ibi sit, vel aliquod eorum deficiat, est iuramentum illicitum, & assumitur ibi nomen Domini in vanum, cùm non accipiatur qualiter debet; & malum, & vanum conuertuntur hic, vt supra declaratum est. De istis tribus conditionibus facientibus iuramentum esse licitum, habetur Iere. 4. cap. & extra de iureiuran. in cap. & si Christus.

Qualiter assumatur veritas in iuramẽtis assertorijs

An iuramentum sit frequentandum.

QVAESTIO. IX.

DE iuramento autem quidam dixerunt esse frequentandum, quia erat secundum se bonum, & erat actus latriæ, sicut adorare Deum, vel similia, & hoc tenuerunt quidam Iudæorum fundantes se super illud Deuter. 6. ca. vbi dicitur. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Ecce mandatur ibi iurari in nomine domini, sicut timere eum, vel seruire illi. Respondetur, quòd iurare non est actus de se frequentandus, quia iuramentum est introductum inter homines propter necessitatem, quæ est pena data homini, scilicet vt vnus homo non credat alteri per simplicem negationem, aut simplicem affirmationem: vt patet Matth. 5. cap. cùm dixit Christus: Sit sermo vester, est, est, non, non: quod autem amplius est, à malo est: à malo quidem, non à malo culpæ, sed à malo pœnę, vt declaratur extra de iureiurando, in cap. & si Christus. Ista autem incredulitas, vel non facilè credere alteris: est quædam pœna indita nobis à peccato primi parentis, sicut ignorantia, & concupiscentia: ideo homines exigunt à se inuicem iuramenta per maiorem suum, & sic terminant lites, vt ait Apostolus ad Hebræ. 6. cap. cùm dicitur: Homines per maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ illorum finis est iuramentum: nisi autem ista necessitas eueniret, iuramentum esset superfluum. Et patet, quia iuramentum est licitum, quando habet tres comites iustitiam, veritatem, & iudiciũ, & sine istis, vel aliquo istarum illicitum est: sed si frequenter iurare deberemus, & pro omni re frequentãdo istum actum, sicut actum latrię, necesse esset, vt nos frequenter sine iudicio, & sine iustitia iuraremus, quia nec ad omnia intendimus, nec omnia iuste dicimus: hoc tamen est contra dictum Iere. 4. capit. scilicet: Et iurabunt: Viuit dominus in iustitia, iudicio, & veritate. Quod autem sequantur ista inconuenientia patet Eccle. 27. cap. Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet de domo eius plaga. Propter hæc autem inconuenientia Christus prohibuit iuramentum non totaliter, scilicet quòd nullo modo fieret, quia saltem cùm petitur, in iudicio fieri debet: sed voluntariè facere non debemus, & hoc nec per creatorem, nec per creaturam, vt patet Matth. 5. cap. nam dicens Christus: Nolitè iurare omnino, subiunxit, nec per Cœlum, quia Thronus Dei est: nec per Terram, quia scabellum pedum eius est, nec per Ierosolymã, quia ciuitas est regis magni, nec per caput tuum, quia non potes vnum capillum facere album, aut nigrum. Iacobus etiam in canonica sua capitulo quarto, dicebat: Ante omnia fratres mei nolite iurare, nec per cęlum, nec per terram, nec per quodcunque alterum iuramentum. In his autem vitatur iuramentum: nec tamen est intelligendum, quòd sit simpliciter illicitum, quia tunc nullo modo permisisset scriptura, sicut non permittit adulterium, aut homicidium: permittit tamen in multis locis, vt patet frequenter in multis locis veteris testamenti: quòd Deus iurauerit Abrahæ, Isaac, & Iacob dare terram Chanaan: vt patet Gen. 22. & 50. & sæpè in isto lib. & Psal. 108. dicitur: Iurabit dominus, & non pęnitebit eum, & Psal. 131. iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum. Et in Euangelio Christus frequentissimè iurat cùm frequenter dicit: Amen amen dico vobis: sed iste modus iurandi est: & Apostolus frequenter iurabat, cùm diceret: Testis est mihi Deꝰ. Et si fortè aliquis dicat: hoc non esse iuramentum: patet esse falsum, vt patet Iere. 4. capitulo, cùm dicitur: Et iurabunt viuit Dominus: huic autem simile est dicere, Testis est mihi Deus.

Iuramẽtũ non est frequẽtandũ.

Comites veri iuramenti.

Christus non totaliter prohibuit iurar.

Iuramẽtũ nõ est simpliciter illicitum.

Frequẽter Christ. iuramẽtum.

Angeli Sancti etiam iurauerunt: vt patet Apoc. 10.c. F
cùm dicitur, quòd Beatus Ioannes vidit Angelum, qui tenebat vnum pedem super mare, & alterum super terram: & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quòd iam tempus non esset: approbat etiam hoc Apostolus inter homines fieri, vt patet ad Hebræos sexto capitulo, cùm dicitur. Homines per maiorem suum iurant, & omnes controuersiæ eorum ad confirmationem finis est iuramentum. Constat ergo ex his iuramentum ex se quidem, si cùm tribus comitibus supradictis fiat, licitum esse. Quod autem vitetur non est propter seipsum, sed propter mala, quæ sequuntur ex eo: nam eorum, quæ vitantur quædam vitantur, quia sunt secundum se mala: vt furta, homicidia, adulteria, & ista nunquam sunt faciendа: alia vitantur non quidem, quòd in se mala sint, sed quia ex eis multa mala sequuntur: sicut vinum secundum se malum non est, tamen vitatur, quia luxuriæ causa est: cùm eius nimia potione luxuria generetur, vt ait Hieronymus: venter mero æstuans facilè despumat in libidinem; vt habetur in Decretis distinctione 36. capitulo, venter: prohibuit ergo Apostolus ad Ephe. quinto capitulo, dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sic enim iuramentum licèt non sit malum secundum se, vitatur tamen, quia ex eo multa periuria sequuntur, quia vir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet de domo eius plaga: sicut tamen aliquo modo vinum cautè bibitur, vt luxuriam non generet: ita iuramentum ita cautè fieri potest, vt ex eo periuria non sequantur. Nunc autem ad illos, qui dicebant iuramentum esse frequentandum tanquam religionis actum, respondetur, quòd ille textus non mandat iuramentum frequentare, quia tunc omnes teneremur iurare, & qui minus iuraret, magis peccaret, & qui nunquam iuraret, valde peccaret: sicut qui nunquam timeret Deum, aut qui nunquam ei seruiret, cùm ista ponantur simul: sed hoc ridiculum est, quia illos, qui minus iurant, religiosiores vocamus: sed textus loquitur ibi ex permissione, scilicet: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, atque per nomen eius iurabis, idest si iurare debueris, iura per nomen Domini, & non per nomen aliorum Deorum: nam in iurando per nomen Dei attribuitur illi quidam honor, vt ait Apostolus ad Hebræos sexto, scilicet homines per maiorem suum iurant: & quia Deus nolebat, vt iste honor impenderetur dijs Gentium, ad quos proni erant Iudæi ad colendum, ideo mandauit, quòd si iurare deberent, iurarent per nomen Domini, & non iurarent per nomina Idolorum: nam eis nefas erat illa nomina proferre: sic dicit Dauid Psalmo decimoquinto: nec memor ero nominum eorum per labia mea. Et patet, quòd iste sit sensus literæ, vt patet in sequentibus: nam cùm dixisset scriptura Deuteronomij sexto capitulo, Ac per nomen eius iurabis, subiunxit, non ibitis post Deos alienos cunctarum Gentium: quasi dicat, non sequimini eos iurando per eos, aut colendo eos. *Nec enim habebit insontem Dominus*, Idest non reputabit innocentem. *Qui assumpserit nomen Dei sui frustra*. Quasi dicat: puniet eum: eum namque, quem Dominus innocentem reputat, non punit; quem autem reputat nocentem, punit: sed Deus non habet insontem, idest non reputat innocentem eum, qui iurat nomen eius frustra: ergo illum punit. Dicitur insons, idest innocens quasi non sons, quia sons sontis idem est, quod nocens nocentis: insons insontis, idest innocentis. *Memento, vt diem sabbati sanctifices.*

QVAESTIO. X.

De tertio præcepto Decalogi.

ISTVD est tertium, & vltimum præceptum primæ tabulæ secundum ordinationem Catholicorum. Nam Iudæi quinque ponunt in prima tabula, inter quæ istud quartum ponunt, & istud præceptum est pars cultus siue latriæ, quia latria quantum ad actus exteriores respicit reuerentiam, & famulatum, reuerentia autem fuit in non accipiendo nomen eius in vanum; famulatus est in obseruando vnum diem ab omni opere propter Dei famulatum, scilicet vt in illo die specialiter famulemur illi, vacando laudibus eius, & contemplationi bonitati eius. *Memento.* Non habetur hic, vt in Deuteronomio, quia Deuter. 5. capit. G
dicitur: Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum. hic dicitur: memento, vt diem sabbati sanctifices. Rabbi Salomon volens concordare ista verba dixit, quòd quando Deus loquebatur in tuba, in vno verbo dicebat duo, scilicet quòd sicut nos dicimus istas duas dictiones homo currit successiuè: ita quòd quando vnã proferimus non proferimus alteram: volebat Rabbi Salomon, ꝙ in illa tuba Dei duę dictiones simul sonarent, ita ꝙ simul diceretur homo currit, & non prius diceretur ista dictio, homo, q̃ ista dictio, currit: & sic de istis, ꝙ simul illa tuba diceret, memento, vt diem sabbati sanctifices, & obserua diem sabbati, vt sanctifices illum. Sed hoc ridiculum videtur, secundum ꝙ latius declarabitur Deute. 5. cap. quia legislator Moyses, non H
multum curauit de mutatione aliquarum dictionum, dum tamen eadem habeatur sententia. Dicitur hic. *Memento.* Tãquam aliquid specialiter dicat, nam istud mandatũ est speciale inter cęretera, cùm alia sint pure moralia, istud autem sit aliqualiter cęremoniale, vt infra declarabitur. Vel fortè dicitur, memento, vt reducamus memoriam nostram ad causas huius obseruationis, quæ sunt pręteritæ, scilicet quia sex diebus creauit Deus Cęlum, & Terram, & in die septimo requieuit: ergo vos in die septimo requiescere debetis memorantes illam quietẽ Dei in septimo die à creatione rerum. Et est sensus: memento, ꝙ Deus fecerit cęlum, & terram, & cętera in sex diebus, & in die septimo requieuit: & horum memor esse debes, vt sanctifices I
diem sabbbati: & sic referetur, memento, nõ ad diem sabbati, sed ad obseruationis rationẽ. Rabbi Salomon dicit, quòd ponitur hic memento, vt aliquid speciale intelligatur, scilicet ꝙ si Hebræi nouas vestes induere habent: vel aliqua pręciosa iocalia in diebus sabbati incipiant, vt diem sabbati sanctificent.

Cõfutatio opi. Rabbi Salomõis.

Quare Deus mandauit sabbatum custodiri, & non alium diem. Et quare ab Ecclesia sabbatum in diem dominicam mutatum est. Et an fuerit præceptum morale, vel cæremoniale.

QVAESTIO. XI.

Cõfutatio expositionis Iudęorum.

K ALIQVI Iudei dixerunt, quòd ideo mandauerat Deus custodiri sabbatum, & non alium diem, vt nullum opus in eo fieret, quia ille dies sub influentia Saturni malus dies est, nec expedit aliquid in tali die incipere. Isti autem pessimi, & insipientissimi valde errant. Nam causa huius obseruationis in litera ponit, scilicet sex diebus fecit Deus cęlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt; ideo benedixit diei illi, & sanctificauit eum: non est ergo causa influentia Saturni, quam isti ponebant. Item Deus intendebat maximè Hebræos deuiare ab errore Idolatrię, ad quam valde prõpti erant, maximè ad colendum astra Cœli: & ideo Deus specialiter vetuit ista coli, vt patet Deuteronomij quarto capit. cùm dicitur: Caue ne eleuatis oculis in Cœlum videas solem, & lunam, aut cętera astra, &

& errore deceptus colas ea, quæ dedit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis populis: si autem hic diceret, quòd Saturnus haberet talem potestatem, quia posset nocere eis omnes actus eorum disturbando, colerent eum tanquam Deum potentem malefacere, vt non faceret malum. Sicut Romani Deam Quartanam, Timorem, atque Pallorem, vt Deos coluerunt, nè eis nocerent: quod ortum habuit à Tullio Hostilio rege tertio Romanorũ, vt supra declarauimus: non est ergo verisimile, ꝙ Deus talia dixisset, dato ꝙ talis esset virtus Saturni. Item Deus docuit Iudæos, vt nullo modo timerent astra Cœli, tanquàm aliquod malum eis facere possent: sed si mãdasset eis custodire sabbatum, vt non noceret eis Saturnus, docuisset eos timere astra Cœli, ergo nullò modo egit propter istam causam: Antecedens patet Iere. 10. capit. vbi dicitur: Iuxta vias gentium nolitè discere, & à signis Cœli nolitè metuere. impossibile est ergo hãc fuisse causam, sed eam, quæ traditur in litera. *Vt diem sabbati.* Dies sabbati dicitur dies requiei, quia sabbatum secundum Hebraicam interpretationem dicitur quies, & hoc non conuenit magis vni diei, quàm alteri, sed omnis dies in qua quieuerimus sabbatum vocatur. Dicta fuit tamẽ septima dies sabbatum, quia à creatione omnium rerum, & ipsius temporis primi dies fuerunt dies operationis, quia in singulis sex primis diebus Deus operatus fuit, in die autem septimo quieuit, & ibi fuit prima quies: ideo merito illa dies sabbatum, idest reges vocata est, & postea hoc nomen ei mansit. Et sic dies nostra dominica, in qua nos requiescimus, sabbatum vocari potest, quia in ea requiescimus, ideo illam obseruantes sabbatum obseruamus. Istud præceptum de obseruatione sabbati, prout sabbatum significat diem septimam hebdomadæ, partim est morale, & partim cœremoniale. Moraleautem est, inquantum principaliter mores dirigit, sicut cętera, quæ ponuntur hic, & insurgunt absente ex iudicio naturali rationis. Cœremoniale vocatur inquantum habet aliquas determinationes voluntarias non insurgentes ex natura rei, de quibus non magis refert sic, quàm sic esse: & hoc patet: nam quòd aliqua vacatio fiat in aliqua die ad laudandum Deum, & contemplandum bonitatem eius, & beneficia eius, naturaliter insitum est, cùm naturaliter Deo obligemur. Est autem cœremoniale, quòd ista vacatio fiat in die septimo, & non in primo die, aut secundo, vel in alijs, quia non magis referebat esse in primo die, quàm in secundo, & in alijs: æqualiter enim vacaremus in vna die, & in altera. Si autem loqui velimus secundum modum loquendi in 5. Eth. in hoc præcepto distinguere possumus aliquid naturale, & aliquid legale. Ius naturale est, quod vbiq; habet eandem potentiam, & non est in videri, vel non, idest non dependet ab opinione humana, ꝙ sic, vel sic esse debeat. Et patet vtrumque: nam istud pręceptum, scilicet quòd aliqualiter est vacandum honori, & famulatui Dei, apud omnes gentes habet eandem potentiam, idest omnes gentes hoc tenent, & faciunt. Nam omnes gentes, nisi multum Barbaræ, quæ sunt totaliter expertes rationis, & habitant in extremitatibus orbis, scilicet ad Austrum circa Oceanum in Aethiopia interiori, sicut Ichthyophagi, aut Authropomorphytæ Garamantes, & multæ aliæ gentes, quæ magis sunt monstra hominum, quàm homines: & in extremitate mundi Septentrionali in insulis Orcadibus, & Ebudibus; & insula Tilæ, quæ vltima est in toto orbe versus polum arcticum procedendo, vt ait Boetius de Consol. lib. 3. Prosa 5. De his Solinus in Polyhistore cap. de Aethiopia, & cap. de Britannia: Omnes gentes dico præter dictas, quas Aristot. in 7. Ethyc. bestiales vocate, in hoc concordant, quòd Deos suos

Quare septima dies dicitur sabbatum.

Dies dominica sabbatum vocari potest.

Præceptũ de sabbato est morale, & cęremoniale

Omnes gentes nõ bestiales Deos suos magno honore colũt.

A cum magno honore colant, & multum tempus in colendo expendant, & licèt errauerint in cognitione veri Dei: quia non coluerunt omnes gentes Deum verum, nec omnes ad eundem Deum falsum confluxerunt: tamen omnes in hoc consonant, quòd dijs suis magnos honores impendant. Dicebatur etiam quòd ius naturale non est in videri, vel non, idest non dependet ex opinione humana, quia istud præceptum de colendo Deo est, & tamen non est ideo, quia nos statuimus, quòd Deus coleretur, sed quia à natura sic omnibus inest in principijs rationis practicæ, tanquam ea, quæ naturaliter insunt corpori nostro, vt partes, & non sunt ex ornatu nostro. Legale aliquid reperitur in hoc præcepto, scilicet quòd Deus colatur B
in die sabbati magis quàm in alia: & patet quia, vt ait Aristot. 5. Ethycor. legale ius est, quod à principio quidem non differt sic, vel aliter fieri: differt autem cùm positum fuerit, vt quemadmodum captiuos mina redimi, & sacrificare capram, sed non duas oues: adhuc autem quæcunque in singularibus legem ponunt, vt sacrificare Braside, & sententialia: primum autem quod est in iure legali est, quod non est idem apud omnes gentes, sicut ius naturale, quod vbique habet eandem potentiam, & sic non omnes gentes acceperunt istum modum colendi Deum, scilicet colere eum sacrificando diem septimum, imo mille aliæ gentes talem ritum susceperunt. Et propter hoc Seneca videns sabbata Iudæorum derisit: dicens eos sep- C
timam partem ætatis inutiliter amittere, eo quòd de septem in septem dies ab omnibus operibus generalem facerent vacationem. De his Augustinus de Ciuitate Dei, libro sexto, capitulo decimotertio. Ouidius etiam, qui loquens de gentibus, aut diuersis rebus, cuilibet tuduit proprium adiectiuum distinctiuum apponere secundum morem magnorum Poetarum, & Rhetoricorum, dixit in primo libro de Arte Amandi, loquens de Iudæis. *Terra Palæstinæ, Septimo culta viro.*

De iure naturali est Deum colere: sed de legali est, ꝙ tali mõ, & sic vel sic colatur.

Seneca videns Iudęos sabbatũ cęlebrare derisit eos.

Idest terra Palæstinæ, quæ comprehendit terram Iudæę, & maiorem partem terre Chanaan, est culta, idest habitata septimo viro, idest à Iudæo, qui vocatur septimus, quia de septem in septem dies sabbata facit: D
& sic magnus iste Poeta posuit istud adiectiuum septimus, tanquam proprium Hebræorum connotatum: sed hoc non esset verum, si aliæ gentes seruarent sabbata, ergo nulla gens hoc faciebat. Etiam istud pręceptum est in videri, vel non, idest dependet ab opinione constituentis, & in hoc est contra ius naturale: quod non est in videri, vel non. Et patet, quia potuisset constitui, quòd in die sabbati coleretur Deus, vel in die martis, vel in qualibet altera die, quod non est de præceptis iuris naturalis: quia ita determinata sunt ad vnum, quòd impossibile est bene agere si contrarium fiat: vt, Deum colere, & impendere aliquod tempus eius famulatui, de iure naturali est, ideo faciẽdo contrarium, scilicet quòd Deus non colatur, & E
quòd non impendimus tempus aliquod in eius famulatu, contra rationem naturalem est, & impossibile est bene se habere. Est etiam in hoc præcepto conditio præcepti legalis, quia secundum Phylosophum præcepta legalia à principio non differunt sic, vel aliter fieri. i. qm̃ Deus constituit diem sabbati, vt eam sanctificaret ad cultum eius, non differebat, ꝙ magis constituisset illam diem, q̃ aliquam alteram. Dicitur vltra in diffinitione præcepti legalis, differt autem cum positũ fuerit. i. licèt pręcepta legalia, qm̃ à principio ordinant, non magis determinant ad sic, q̃ ad sic: tm̃ postq̃ posita sunt, si aliter fiant, quàm posita sunt, malum est, & tũc multum differt facere sic aut sic. Sicut si Deus constituit sibi sacrificari capram, ouem, & bouem, anteq̃ ista

Nullagens pręter Hebræos sabbatũ in honorẽ Dei seruauit:

constituerentur non magis valebat, vel differebat sacrificare capram, quàm anserem, vel gallinam. Sed postquam data fuit, vel posita ista determinatio præcepti legalis, multum differt, quia iam bonum erat imolare Taurum, Arietem, vel Capram, & nullo modo erat licitum imolare anserem, vel accipitrem, vel miluum. Ita hic licèt antequam Deus dederit præceptum istud de sanctificatione sabbati, licèt Hebræi, vel quilibet alij homines obligati essent in alio tempore Deo vacare, non tamen magis in sabbato, quàm in qualibet aliarum: dierum sed postquam determinatum fuit istud præceptum legale, differt: quia iam non erat bonum Iudæis vacare Deo in aliqua alia die, nisi in sabbato: vel si in alia die vacare vellent, nõ licebat eis propter hoc infringere sabbatum. Patet ergo, quomodo in hoc præcepto aliquid morale est, & aliquid ceremoniale: vel secundum Phylosophi modum, aliquid iuris naturalis est in eo, & aliquid iuris legalis. In alijs præceptis huius decalogi non potest hoc distingui, quia pure moralia sunt, vel naturalia: vt non accipere nomen Dei in vanum: non occidere: non fornicari, & sic de ceteris: nam in his non potest aliquid assignari, quod sit legale: nam totum quicquid precipiunt idem est vbique habens eandem potentiam, idest apud omnes gentes æqualiter obseruantur: & non sunt in videri, vel non, idest nullo modo dependent ab opinione nostra: sed insunt à principijs rationis practicæ naturaliter. Est ergo computãdum istud preceptum, vt duo præcepta: nam quãtum ad id, in quo est morale, est quasi vnum præceptum: quantum ad id, in quo est cœremoniale, est alterum præceptum. Cùm ergo in lege noua non manserint iudicialia, nec cœremonialia, vt declarabitur sequenti capitulo, non debuit manere præceptum de obseruatione sabbati, inquantum fuit ceremoniale: quia ergo erat de iure naturali, siue morale impendere aliquod tempus ad cultum Dei, sicut in lege veteri impendebatur sabbatum cultui diuino, ita in noua impenditur dies dominica: & tamen quia esse sabbatum illam diẽ, in qua vacaretur Deo erat cœremoniale, mutatum fuit ab Ecclesia, vt esset dies dominica. Ratio autem huius mutationis est plana, quia in tota sacra scriptura duo opera magna tractantur solùm, scilicet opus creationis, & opus redemptionis. Opus autem creationis est præcipuum in tota lege veteri: ideo primus liber, qui Genesis dicitur, à creatione rerum incipit. Opus autem præcipuum, quod tractatur in lege noua, est opus redemptionis, imo ipsum solùm tractatur; ideo in principio legis nouæ, scilicet in principio Euangelij Beati Matthæi narratur Genealogia, & natiuitas Redemptoris. In lege autem veteri licèt tractetur tanquam primum opus creationis: multum tamen tractatur de opere redemptionis, vt declarauimus super 1.capit.Gene. in principio eius, quia tamen præcipuum est opus creationis, ab illo denominatur, & per hoc distinguebant Iudæi Deum suum, qui erat verus Deus à cœteris dijs, quia Deus suus creauerat Cœlos, & Terram: alij autem nihil creauerant, sed ipsi creati fuerant, & ab aurificibus, vel fabris constructi, vel fabricati, vt patet Esa.44.& Baruch.1.capitulo. Obseruatio ergo diei ad cultum Dei introducta debuit denominari ab illo magno opere, scilicet creationis, & sic dicitur hic cùm redditur causa huius obseruationis, scilicet: sex diebus fecit Deus Cœlum, & Terram, & omnia, quę in eis sunt, & die septimo requieuit, ideo benedixit diei illi, & sanctificauit eum. In tempore legis nouæ, quę data fuit per Redemptorem nostrum Christum Iesum, maximum beneficium fuit redemptio, & fuit recentissimum beneficium: quia expleto illo beneficio confirmata est lex noua in cordibus fidelium, qui erant capita Ecclesię, scilicet in Apostolis misso in eos Spiritu Sancto, vt patet Actuum secundo capitulo: ideo ab ista redemptione debuit imponi dies cultus: sed redemptio facta per mortem Saluatoris Nostri Iesu in die Veneris, completa fuit totaliter in die dominica resurrectionis suæ, quia sicut per mortem suam nos ab æterna morte liberauit, ita per resurrectionem suam nobis spem resurgendi certissimè tribuit: sic enim arguit Apostolus ad Cor.1.cap.15.dicens: Si Christus resurrexit, & nos resurgemus, quia resurrectio sua forma fuit & exemplar resurrectionis nostræ: cùm ipse sit primo genitus mortuorum resurgentium: & quia licèt per mortem Christi redempti essemus, non esset perfectum bonum nostrum, nisi ad percipiendam vitam æternam resurgeremus: debuit assumi dies à redemptoris resurrectione, & non à redemptoris passione. Item, quia in die passionis magnum planctum Christi nostri morientis memoramus, in die autem resurrectionis lætitiam Christi resurgentis, & totius populi fidelis facimus, decuit potius diem resurrectionis esse sub continua obseruatione, quàm diem passionis: quoniam iam priora transierunt, & sicut ait Apostolus, Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Ad referendam ergo tantam lætitiam, quantam nunc tenet Redemptor noster, ei recolimus dominicam resurrectionis, quia gaudium suum consumatum ibi incepit, dolor autem acerbissimus passionis propter ipsum memorandus non esset annuatim, cùm commemorat Ecclesia, vt tantum beneficium non habeat in obliuionem, & hoc ad vtilitatem cunctorum fidelium: vt compatiamur ei, qui propter nos dolores acerbissimos passus est, vt sicut hic fuerimus ei socij passionum, ita postea simus & consolationum, & si compatimur, vt conregnemus, vt ait Apostolus prima ad Corinth. 2.capit. Item licèt in lege veteri dies sabbati significauerit requiem Dei ab operibus creationis, tamen in lege noua signat requiem corporis Dominici in Sepulchro: nam per totam diem naturalem sabbati requieuit corpus Domini in sepulchro exanimatum. Dies dominica signat nobis diem resurrectionis: preciosior autem fuit nobis resurrectio, q̃ quies Domini in sepulchro: ideo non à sabbato, sed à die dominica decuit fieri memoriam, & talem diem diuino cultui in lege noua assignari. Ideo in principio Ecclesiæ primitiuæ tota Ecclesia Spiritu Sancto ducta hunc diem instituit sub continua cœlebritate tenendum, & quia cultus est Dei assignatus huic diei, in qua à seruilibus operibus abstinendum est, & magis seruile est opus peccati, quàm opus humani negocij: magis cœlebritatem festi infringimus in peccando, vt fornicando, & occidendo, quàm alios labores agricultiuos nostris manibus exercendo: ideo licèt ab vtroque abstinendum sit, magis tamen ab iniquis operibus, quàm à corporalibus laboribus.

Omnia præcepta Decalogi sũt de iure naturali præter preceptũ de custodia sabbati.

Ratio quare sabbatũ ab Ecclesia in diẽ dominicam mutatum fuit.

Decuit in nouo testamento diẽ dominicã maximè ad obseruationem sumi.

In principio primitiuę Ecclesiæ dies dominicę cęlebrari institutus ę.

QVAESTIO. XII.

Qui in die dominico peccat magis peccat.

EX hoc sequitur, quòd qui die dominica adulteratur, aut occidit, vel inebriatur, magis peccat, quàm si alijs diebus idem ageret, quia sic transgressor est duplicis præcepti, scilicet, non occides, aut cuiuslibet alterius, & huius, scilicet, quia non obseruat diem sabbati, idest diem dominicam, quæ vocatur sabbatũ, idest requies: ideo dicit Aug. contra Iudeos in libro de decem cordis, Melius faceret Iudeus in die sabbati in agro suo aliqd agere, q̃ in Theatro seditiosus existere. Et melius fœminæ eorum in die sabbati lanam facerent, q̃ tota die in Neomenijs suis impudice saltarent.

Scien-

Sciendum autem, quòd in isto præcepto nõ solùm est ceremoniale, ꝙ in die sabbati fiat magis, quàm in alijs diebus, sed etiam multa alia, s. ꝙ in qualibet hebdomada semel fiat, nam licèt secundum naturam determinemur ad reddendum Deo aliquem famulatum, nõ tamen determinamur ad hoc, ꝙ fiat semel in hebdomada, vel bis, vel semel in anno, vel in mense, & sic de alijs modis variationum. Item est aliud cœremoniale, s. ꝙ. duret ista vacatio per totam diem perfectam, scilicet per vigintiquatuor horas, quæ faciunt diem naturalem, & sic mandauit Deus Leuit.23.à vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra. Item est cœremoniale, ꝙ ab omnibus operibus in die illa abstineamus nos, & serui nostri, & iumenta nostra. Alia quoque si respiciantur ceremonialia sunt in isto mãdato. De istis autem cœremonialibus quædam manserunt in lege noua, quædam autem non. Fundamentum autem horum est, qa nos tenemur naturaliter aliquo modo famulari creatori nostro, siue in exhibitione operis exterius laudando eum, aut orando: siue in actu interiori, scilicet speculando eius bonitatem atq; magnitudinẽ, & beneficia eius, & per hæc eleuando nos in amorem eius: si autem ista vacatio in Deo posset esse cum alijs operibus, s. ꝙ alia operando possemus etiam hæc facere: non oporteret distinguere tempus ad hoc, nec abstinere ab alijs operib⁹. Sed quia anima nostra, quæ est principium omnium actuum nostrorum, vt ait Phylosophus in secundo de anima, est potẽtia finita, cùm diuiditur ad multa, oportet ꝙ in quolibet sit paruæ potestatis: si autem in vnum solum tendat, magnæ potestatis est. Ista est causa quare in somno sit fortior digestio, quàm in vigilia, quia in vigilia anima nostra intendit multis, & maximè intendit operibus rationis: ideo non potest multũ intendere ad digestionem: in somno autem requiescit anima ab omnibus operationib⁹ spiritualibus, & ab omnibus sensitiuis, vt ait Phylosophus in secundo de somno, & vigilia: Somnus est remissio virtutum animalium, cùm intensione natum: potest ergo plus anima digerere tunc, q̃ aliàs. Etiam ex hoc sequitur, ꝙ anima in extrema delectatione coitus sit maximæ potentiæ, ita vt formas vitas rapiat, & fętui imprimat, vt ait Isidorus Ethyc.lib.11.ratio huius est, quia nunquàm vis animæ tota est collecta, sicut ibi, qa præsentatur maximũ delectabile, vt latè declarauimus Gen.30.c. Quia ergo pluribus intendere non potest simul, nec sit possibile nos simul plura intelligere, vt ait Phylosophus Topic.lib.3. necesse est, vt ad cultũ Dei, qui fieri debet cum magna attentione, & reuerentia, cùm illum facere debuerimus, totaliter intendamus. Oportuit ergo ex hoc tẽpus esse ad hoc determinatũ, in quo Deũ coleremus, & tunc vacare ab alijs operib⁹. Et sic hoc naturale est, s. ꝙ, dum Deum colim⁹, ab alijs abstineamus. Cum hoc tamen manent illa superiora esse cœremonialia, s. ꝙ fiat semel in qualibet hebdomada, & ꝙ fiat in vna die tota ista obseruatio, scilicet ĩ 24.horis, & ꝙ per totam diem abstineatur ab operibus seruilibus. Istarum autem ceremoniarũ quædam manent in lege noua, & quædam non: illę enim quę sunt purè ceremonię non manent in lege noua: illę autem, quæ aliquo modo sunt ceremonię, & aliquo modo habent quãdam rationem deductam ex naturali iudicio: licèt non totaliter, & non multum manifestè manent in lege noua. Et patet, quia ꝙ ista obseruatio, & cultus Dei fiat magis ĩ die sabbati, q̃ in altera die nullo modo habet fundamẽtum à ratione, sed à sola voluntate cõdẽtis legem, qui voluit memoriam fieri quietis suæ in die septimo: potuisset tamen eam mandare fieri in die prima ad memoriam primarię creationis, & sic posset dari rõ de quolibet aliorum dierũ, si in eo talis fuisset statuta vacatio. Quare autem ista ceremonia mutata fuerit in lege noua, ratio supra assignata est. Aliud aũt ceremoniale, s. ꝙ fiat in qualibet hebdomada semel, & non mandatũ fuit bis, vel solùm semel in anno, aut in mense, non mutatum fuit in lege noua. Nam sicut in lege veteri fuit statutum à Deo, vt semel in hebdomada Deus coleretur specialiter in sabbato: ita in lege noua statutum fuit, vt Deus semel in eadem specialiter coleretur, s. die dominica. Et sicut in lege veteri pręter hoc, quod generale erat, fiebant aliæ obseruationes ex causis specialibus, vt patet Leui.23.ca. ita in lege noua pręter diem dñicam alia festa specialia constituta sunt. Sed est differentia, quia tantum inter Hebræos sabbatum pręcedebat cœtera festa, & in lege noua dies dominica ad aliàs celebritates: quanto magis obseruatio illius diei est magis ex obligatione naturali, q̃ cœteræ solennitates. Cœteræ namque siue in lege veteri, siue in noua, nõ ex obligatione naturali, sed ex volũtate cõditoris legis, & subditorum institutæ sunt, quibusdam interuenientibus partibus rationibus. Quod autem in qualibet hebdomada semel fiat cœlebratio cultus diuini, est institutum ex lege, & non tollit quin pluries fiat, quia quanto aliquis magis vacauerit Deo, tanto magis merebitur. Et sic viri Religiosi, & Sacerdotes quotidie cœlebrant diem sabbati, cùm quotidie insudent laudibus, & meditationibus diuinis: populares autem, qui vacare debent actionibus ad sustentationem vitæ humanæ, non possunt sic Deo vacare: ideo licèt bonum esset multotiens Deo vacare, quia tamen graues non quoddam esset laborãtibus multotiẽs vacare, legislator rationabiliter considerans, statuit de septem in septem dies fieri vnam vacationem Deo. Nam sic non esset graue laborantibus abstinere vna die à laboribus in septem diebus, nam modicum tempus sic perditur. Conuenit etiam valde hoc corpori humano ad sanitatem, & bonam corporis habitudinem: nam si cõtinuus labor esset, & nulla dies daretur ad requiem: cùm requies, & ludus atq; iocus necessaria sint homini in vita, vt ait Phylosophus 4.Ethy.ca. de Eutrapelia. Si non detur requies perirent homines. Non decuit ẽt ꝙ in maiori tempore dilataretur ista cœlebratio, s. ꝙ fieret semel in anno: aut semel in mense: nam sic obliuisceremur Dei per dissuetudinem cultus illius: nunc autem sic frequenter cęlebrando assuescimus, vt non solùm istis diebus colamus, sed etiam alijs diebus nefastis Deum colamus laudando, & contemplando licèt non ita totaliter vacare possimus. Ista ergo cœremonia non est purè cœremonia, quia deriuatur à iure naturali, tanquam quædam conclusio multum particularis: ideo considerare quomodo talis conclusio inducatur à iure naturali, non pertinet ad quemlibet, sed ad sapientem, qui per causas altissimas inducit particularia agibilia, & iste est legislator: quia sapientis est ordinare, vt ait Phylosophus in primo Metaphysica in principio: manet ergo hoc in lege noua, quia nõ est purè cœremonia legis veteris. Item erat in hoc pręcepto aliud cęremoniale aliqualiter, scilicet quòd ista cœlebritas fieret per totum vnum diem, scilicet in 24. horis. Diximus autem superius, quòd de iure naturali erat, esse aliquod tẽpus, in quo vacaremus Dei cultui, & nõ alijs rebus: nam impossibile est plura simul fieri, quia intellectus noster non potest simul plura intelligere, & potentię nostrę executiuę non possunt plura simul exequi: si ergo aliquando Deum colere debeamus laudando, aut contemplando in eum, vel in alio genere cultus, sicut natura nos inclinat, necesse est, vt in tempore illo, in quo Deum colimus, non faciamus alia, quia etiam si velimus, natura repugnat: sed ꝙ illud spacium durationis, in quo Deum colimus, tmã aut tmã sit, non est à natura, & naturali inclinatione, & iudicio rationis practicę: ideo vnã diẽ integrã cõstituere videt

Multa cœremonialia manserũt in lege noua de obseruãdo sabbato, q̃ ẽt erant in veteri test.

De iure naturali est, cùm Deũ colim⁹, ab alijs operibus abstinere.

Requies ludus atq; iocus necessaria sunt homini in vita.

habere quid ceremoniale,& hoc etiam manet in lege F
noua, quia vna dies completa ad cultũ Dei reseruatur,
vt patet extra de ferijs in capitulo, Omnes, vbi dicitur:
Omnes dies Dominicos à vespera in vesperam, cum
omni veneratione decernimus obseruari. Licèt quan-
tum ad inceptionẽ huius obseruationis in ipsis diebus
festiuis non teneatur vna regula. In lege enim veteri
vniuersaliter seruabatur à vespera ad vesperam, vt patet
Leui.23.ca. in lege autem noua debet attendi varietas
diuersarum regionum: ita tamen q̃ vnam diem inte-
gram colant, vt patet extra de ferijs in ca. q̃m in parte:
Hoc enim preceptum quantum ad istam partem nõ
est purè ceremoniale, quia aliquo modo deriuatur ab
vniuersali iudicio naturalis rationis, quæ dictat colere
Deum: nam si in qualibet hebdomada semel colatur G
Deus, vt cõstitutum est, & si illud tempus assignatum
ad colendum esset modicum, s. vna hora, vel duæ, vel
fortè meridies, non conuenienter coleretur Deus, qa
ad cultum Dei requiritur magna attẽtio, cùm fiat per
totum nostrum intellectum, & voluntatem, & non sit
rationabile opus Dei facere negligẽter, oportet vt sic
disponamur, q̃ ille cultus sit diligenter factus: sed non
poterat fieri diligenter si modicum daretur tempus,
ergo oportebat dari magnum. Antecedẽs patet, quia
si in vna hebdomada debet fieri cultus diuinus, & iste
deberet esse in vna hora, vel duab' illius diei homines
assuefacti ad laborem vsque ad illud tempus, quando
venirent ad colendum Deum non possent intendere,
quia primo requie indigebant, donec membra fracta
laboribus quiete soluerentur, & rursus assumptis spiri-
tibus ad intendendum alicui rei collecti essent, & ani-
ma tota intẽderent, & sic ante transirent duæ illæ horę
siue meridies, vel magna pars diei: si daretur anteq̃ ani-
ma recolligeretur in se corpore quietato resumptisq;
spiritibus. Decuit ergo dari vnam diem, & q̃ ista dies
inciperet à vespere, idest à noctè, vt homines in præce-
denti nocte soluti ab omni labore præcedentium die-
rum sequenti die membris quietatis ad laudes Dei, &
vacationem fortes resurgant, & sic in toto die sequẽti,
scilicet in die artificiali possunt intendere cultui Dei:
& licèt toto die nullus intendat, tamen non permittit
vsq; ad finem diei cõpleri obseruationem festi, vt licèt
non vacent, tamen vacare possint, & quia fortè vnus
vacabit Deo in vna parte diei: alius in alia, totus ergo
dies liber esse debet ad Dei cultum. Item quod erat
aliqualiter ceremoniale in hac obseruatione, q̃ in die
illa impensa ad cultum Dei non debebãt homines in-
tendere aliquibus operibus seruilibus: hoc namq; ali-
quid ceremoniale habet: sic enim inclinat natura, &
ratio dictat Deum colendum: sed quòd in illa die, qua
Deum colimus, nulla seruilia opera faciamus, non est
clare à ratione naturali: nec tamen est pure cœremo-
niale hoc, quia aliquo modo deriuatur à ratione natu
rali: nam si aliqualiter rationabile est, q̃ Deus colatur
in tẽpore determinato, & q̃ ad istum cultum assignet
vnus dies totus in hebdomada, vt supra probatum est:
ergo rationabile est, q̃ in die illo non fiant opera serui
lia: nam tunc dato, q̃ possint fieri opera seruilia, occu-
parent homines ex cupiditate totum illum diem, vel
maiorem partem diei in operibus seruilibus, & tunc
redirent inconuenientia supra assignata, s. q̃ non pos-
sint vacare cultui Dei, q̃ sine aliquo impediente opere
fieri debet. Nam intellectu ad reliqua occupato nihil
intendere poteramus ad cultum Dei perfectè: ab om-
nibus ergo operibus seruilibus abstinẽdum fuit, vt sic
liberum esset nobis tota die vacare Deo, si vellemus:
& quando nihil nobis faciendum videremus, ad con-
templationem Dei moueremur: si autem illo die ope
rari nobis licitum esset, ad opera inclinati parum, aut
nihil occupatis animis ad Dei vacationẽ remaneret.

In incipiẽdo diem variationis non est eadem consuetudo apud oẽs.

Nõ decuit minus spatiũ ad cultũ Dei dari in qualibet hebdomada, quã vnam integrã diem.

Quare in die vacationis ad cultũ Dei opera seruilia fieri nõ debẽt.

QVAESTIO. XIII.

SED in hoc differentia est, quia in lege veteri ma-
ior fuit strictio in obseruatione festorum, quàm in
nouo testamento. Nam in veteri testamento dictum
fuit de sabbato: Omne opus non facietis in eo, idest
nullum opus, nec seruile, nec non seruile, vt patet Le-
uit.23.cap. In alijs autem festiuitatibus Hebræorum
licebat facere aliqua opera, quia licebat parare cibos,
& accendere ignem, quia solùm prohibebatur opus
seruile, vt patet ibidem, cùm dicitur: de quolibet fe-
storum, scilicet de Pascha Azymorum, & de Pente-
coste, & de festo Clangoris, & Tabernaculorum, om-
ne opus seruile non facietis in eo. Quod autem in sab-
bato non liceret parare cibos, patet supra 16.c. nã cùm
Deus daret custodiam sabbati, Moyses ex verbo eius
in die præcedẽti sabbatum dixit. Cras quęcunq; facitè,
& quæcunque sunt coquenda coquite, idest si aliquid
debetis facere mane, facite hodie, & si aliquid debere-
tis coquere mane, coquite hodie. Quòd autem non li-
ceret facere ignem illa die, patet infra 35.cap. cùm di-
citur: Nõ accendetis ignem in cunctis tabernaculis ve
stris. in alijs autem festiuitatibus licebat accendere i-
gnem, & parare quæ ad cibum pertinẽt, vt patet supra
12.cap. cùm dicitur de prima die Azymorum, quæ est
sancta atq; venerabilis: Nihil operis facietis in ea: ex-
ceptis his, quæ ad cibum pertinent. & sicut erat in illa
festiuitate, ita erat in cęteris præter sabbatum, quia ni-
hil prohibebatur in eis, nisi opus seruile: facere autem
cibos, vel accendere ignem, non erat opus seruile. In
nouo testamẽto nulla festiuitas ita strictè obseruatur,
quia in omnibus festiuitatibus nostris quantæcunque
sunt, siue dies dominicæ sunt, siue Paschales, vel aliæ
magnæ solennitates, licet semper in eis cibos parare,
& ignem accendere, siue ad cibos, siue ad calefaciendum:
nam non oportet ista strictè seruare in nouo te-
stamento, sicut in veteri: cuius ratio est, quia omnia, q̃
in veteri testamẽto erant, licèt aliquam operationem
haberent, & finem pro illo tempore, operatio tamen
& finis principalis erat significare ea, quæ post futura
erant in nouo testamento, sicut latè declarauimus su-
pra 12.ca. in principio. Et sic dicit Apostolus prima ad
Cor.10.ca. omnia in figura contingebant illis. & hoc,
quia lex erat vmbra futurorũ. Figurę autem esse est in
indiuisibili: nam siue in terminis signantibus, quę sunt
quędam figurę, siue in figuris mathematicis, si aliquid
subtrahatur, totum esse figuræ perditur, vt istud nomẽ
Petrus est signũ, vel figura cuiusdã indiuidui humani,
tollatur autem prima pars, & minima, s. vna litera: nã
litera ẽ minima pars vocis, q̃ scribi põt indiuidua, vt ait
Priscianus in principio primi libri in maiori volumi-
ne, & tollatur ista litera P. manifestum est, quòd aliæ
literæ huius nominis iam manentes nihil signabunt,
s. etrus. Sic in figuris mathematicis in circulo aufera-
tur vna pars circuli quantuncunq; parua, & tunc nihil
manebit de circulo. In rebus autem signatis, vel figura
tis non est sic: qa licèt auferatur aliquid, qd̃ est de veri-
tate naturæ Petri, non peribit Petrus: vt si auferatur v-
traq; auris, vel aliqui digiti: sic etiam à fortiori in reb'
homogeneis, vbi ablatis quotcunque partibus de veri
tate rei, vt in lapide, vel terra, vel aqua, non peribit ipsa
res: & tamen in signis istorum, scilicet in dictionibus
signantibus si aliquid auferatur, nihil manebit quod
pertineat ad illud signum, vt in ista dictione, lapis, si au
feratur prima litera manebit apis, & tunc nihil signat
de priori signato, sed aliquid valde diuersum. Cùm
ergo obseruatio sabbati in veteri testamento signa-
ret obseruationem in nouo testamento. In illa nihil
debebat mutari, vt non periret ratio significationis,
aut

Maior fuit strictio in obseruatione festorum in veteri testamento, q̃ in nouo.

Ratio ista à Nicolao de Lira assignatur.

Figuræ esse in indiuisibili cõsistit.

Cõtra Nicolaum de Lira.

aut figurationis. In custodia autem noui testamenti A
etiam si imitetur aliquid, tamen semper manet veri-
tas rei. Ista est adaptatio Nicolai, & licèt videatur con-
tinere veritatem, paucam tamen continet: quia sicut
sabbatum erat signum custodiæ diei Dominicæ in no
uo testamento, ita aliæ festiuitates Hebræorum erant
quodammodo signa festiuitatum noui testamenti:
sed in alijs festiuitatibus non fiebat plena obseruatio,
sicut in sabbato, quia licebat cibos parare, & facere alia
opera, quæ non essent seruilia, vt patet supra 12. capit.
vbi dicitur, quòd in Pascha Azymorum in primo, &
septimo die nihil fieri debebat exceptis his, quæ ad ci-
bos pertinent, & Leui.23.capit. solùm prohibentur in
eis opera seruilia, & non omnia opera quemadmodũ
in sabbato: ergo videtur, quòd illa strictio in obserua-
tione sabbati non erat propter figurare festiuitates, vel

Doctoris sententia.

obseruationes noui testamenti. Dicendum autem vi-
detur, quòd hoc voluit Deus sic fieri ad magnam va-
cationem in ipso: nam sabbatum, vel vna quæcunque
esset dies in hebdomada obseruanda, videbatur de-
pendere à ratione naturali: cœteræ autem obseruatio-
nes sunt magis ex voluntate legislatoris, & consensu
subditorum: ideo maior obligatio ad vacationem de-
buit esse in die sabbati Iudæis, quàm in cœteris die-
bus. Et nobis quodammodo maior obligatio est
obseruationis dierum dominicarum, quæ successe-
runt loco sabbatorum, quàm in cœteris festiuitati-
bus postea constitutis, & hoc non ex vi sabbati, sed ex
vi obligationis naturalis, quæ erat ad vnum diem, vt
declaratum est supra. Quæ autem opera poterant fie-
ri in sabbato, non obstante quòd prohibeantur om-
nia opera, & quę dicantur opera seruilia, & quę non,
& quæ opera possint fieri in festiuitatibus nostris, &
qualiter obseruandæ sunt, supra 12.ca. latè declarau-
imus, & ibi vide. *Diem sabbati sanctifices*. Sanctificare
est ad cultum Dei applicare, sicut dicitur: sanctifica
mihi omne masculinum, quod aperit vuluam tam in
hominibus, quàm iumentis, vt patet supra decimo-
tertio capitulo: hic autem dicitur sanctificari dies ista,
idest domino applicari, quia cœteræ dies applicantur
seruitio nostro, quia in eis laboramus ad vtilitatem
nostram, quod nobis bonum videtur. In hoc autem
die sanctificamus Deo eum totum, quia nihil ad no-
strum seruitium, aut vtilitatem agimus, sed ad Dei
cultum: actus ergo huius diei sunt vacare diuinis lau-
dibus in Psalmis, & Hymnis, & Canticis Spiritualibus,
vel contemplando Dei bonitatem, & magnitu-
dinem, & beneficia immensa largitatis nobis exhibi-
ta. Sed multum

Decipiunt q̃ putãt festa esse statuta ad corporum quietem.

decipiuntur quidam, qui ad solam
quietem corporum festiuitates statutas putant: & si
corporaliter quieuerint, dato quòd diuinis laudibus
nunquam vacent, se satisfecisse arbitrantur: quod er-
roris plenum est: nam Deus non curat principaliter
de quiete corporum, quia istam nos procurabimus si
voluerimus: sicut non mandat nobis, quòd comeda-
mus, quia sine mandato eius nos comedimus, cùm
sciamus nobis esse necessarium, & delectabile: sed
curat de cultu suo, vt nos eum colamus, & ad hoc
nobis diem determinauit. Si autem nos in illa die
corporaliter quiescamus, quia nulli operi seruili va-
care possimus, per accidens est: si ergo aliquis in die
dominica ad minus corporaliter quiescens nullam
vacationem ad Deum habeat: vel illa die aliquid o-
rando, aut ad Missam eundo secundum determina-
tionem sacri canonis, quæ necessitat nos in die Do-
minicali ad audiendum Missam, valde peccat, quia
præceptum hoc violat: nam istud præceptum dicit,
quòd diem sabbati sanctificare debemus, idest cultui
diuino applicare: sed qui nullo modo vacat Deo ora-
do, aut ad Missam eundo, non vacat Deo, ergo non
sanctificat sabbatum, & sic peccat mortaliter. Et si A
obijcias, quòd iste custodit diem illum ab omni ope-
re seruili vacando. Respondetur, quòd non sufficit,
imo nihil valet, quia opus seruile secundum se non
est malum, sed prohibetur in illo die secundum quòd
est impeditiuum vacationis in Deum, qui autem nul-
lo modo vacat Deo, non proficit ei abstinentia ab o-
pere seruili. *Sex diebus operaberis*. Idest in sex diebus
est licitum operari. *Et facies opera tua*. Idest in illis
sex diebus poteris facere omnia opera tua, idest om-
nia opera, quæ ad vtilitatem tuam sunt. *Septimo au-
tem die sabbatum Domini Dei tui est, non facies omne opus
in eo*. In die sabbati non licebat quicquam facere, quia
erat magnæ obseruationis: sicut autem hic fit, ita po-
test computari in lege noua: cùm enim nos in quali-
bet septimana vnam diem, scilicet dominicam cele-
bremus, illa de septem in septem dies est: ergo etiam
poterit de nobis dici, quòd sex diebus facimus opera
nostra, & in septimo die est sabbatum Dei, idest dies
Dominica instituta ad quietem, & vacationem in
Deum. Sed tunc prima dies est dies lunæ, & septima
dies dominica, & non est ista computatio propria,
quia primum accipitur hic in tempore non respecti-
uè secundum inceptionem alicuius terræ, sed secun-
dum inceptionem simpliciter, scilicet quia illud vo-
cetur primum quod secundum se fuit primum: nunc
ergo si consideremus, prima dies temporis fuit dies
dominica, quia creatio facta fuit cum distinctione
& ornatu in sex diebus, & die septimo requieuit do-
minus, vt patet Genesis primo capitulo, & ista est dies
sabbati in qua requieuit Deus, vt hic innuitur: ergo
dies prima in qua cœpit rerum creatio fuit dies domi-
nica, quia à nulla die sabbatum est dies septima, nisi
à die dominica, & hoc innuit Ecclesia in Hymno hu-
ius diei qui incipit: Lucis creator optime: dicens,
quòd in tali die fuit creata lux, & Chaos, sed ista fue-
runt prima creationis initia cum alijs coæuis, ergo
dies dominica prima est. Computatio ergo Hebrę-
orum secundum quàm sabbatum est septima dies, est
valde propria secundum naturam rerum. Comput-
tare autem diem dominicam, quæ est prima secun-
dum naturam esse septimam, mutatio ordinis est.
Septimo autem diem sabbatum. Idest in septimo die,
qui est dies sabbati. *Domini Dei tui*. Hoc refertur ad
sabbatum, scilicet quòd septima dies est sabbatum
domini Dei tui, & sic vocatur supra decimosexto ca-
pitulo, cùm dicitur: Comedite illud hodie, quia sab-
batum est domini Dei. Et iterum: In die autem septi-
mo sabbatũ est domini, ideo non inuenietur in agro.
Quod autem dies septimus sit sabbatum domini, po-
test dupliciter intelligi. Vno modo, quòd illa dies sit
sabbatum domini, idest requies eius, quia ipse requie-
uit in illo die, & nos requiescere debemus: & sic pa-
tet Genesis primo capitulo, scilicet quòd benedixit
Deus diei sabbati, quia in illo perfecerat opus suum:
& hic dicitur: Sex diebus fecit Deus cęlum, & terram,
& septimo die quieuit. Alio modo intelligitur, sci-
licet quòd dies septimus sit sabbatum domini Dei,
idest requies facta ad cultum Dei, scilicet vt vacemus
ei, & sic illa dies dedicata ad cultum eius, & sic patet
supra decimosexto capitulo: Requies sabbati sanctifi-
cata erit domino. Et ita accipitur hic, quia Deus in-
tendebat adducere Iudæos ad custodiam sabbati, sic
enim dicitur: memento, vt diem sabbati sanctifices.
Non facies in eo omne opus. Nullum opus facies in eo,
per æquipollentiam: sic enim vult scriptura æquipol-
lere, licèt fortè ordo negationis hoc non permittat,
quia deberet subsequi.

Obiectioni responsio.

Dies Dominica et dies septima dici potest.

Dies prima in qua incepit rerũ creatio fuit dies dominica.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA CRACOVIA

QVAESTIO. XIIII.

Differētia diei sabbati à cęteris diebꝰ apud Hebręos.

IN hoc differt dies sabbati à cœteris diebus, quia dies sabbati est totaliter libera ab omnibus actionibus, siue seruilibus, siue non seruilibus: cœterę autem festiuitates tollunt opera seruilia, sed non cętera opera, vt patet Leui. 23.ca. & supra 12. nam in sabbato non licèt parare cibos, aut accendere ignem, licèt non sit opus seruile, vt patet supra 16.cap. vbi vetatur manna colligi in sabbato, aut coqui, vel alio modo apparari: sed in die præcedenti: & infra 35.c. dicitur de sabbato: Non accendetis ignem in cūctis tabernaculis vestris. Poterant tamen in diebus sabbatorum fieri opera necessitatis, & opera, quæ non erant seruilia directè, nec indirectè. De operibus necessitatis, quemadmodum est defensio ab hostibus, vt patet primo Macha. cap. 2. vbi cùm quidam de Iudæis vidissent contra se hostes insurgere, vt non frangerent præcepta legis, & pugnarent diebus sabbatorum, non defenderunt se, sed mortui sunt de eis vsque ad mille animas cum paruulis, & vxoribus dicentes: Moriamur in simplicitate nostra, testes sunt super nos cęlū, & terra, q̄ iniustè perditis nos. Alij autem cùm Mathathia Sacerdote Magno Patre Machabęorum decreuerunt esse pugnandum in diebus sabbatorum non inuadendo, sed se ab hostibus defendendo. De hoc etiam extra de regulis iuris: Quod licitum nō est, necessitas licitū facit; sabbato pugnare peccatū est, sed Machabęi sine peccato in sabbato pugnant. Licebat etiam facere opera alia necessitatis, vt adaquare iumenta, vt declarauit Iesus Luc. 13. ca. cùm dixit Christus Pharisæis redarguentibus eum, q̄ sanabat in sabbato: Hypocritæ, nunquid vnusquisque vestrum soluit asinum suum sabbato à Pręsepio, & ducit adaquare? Licebat etiam si euenirent aliqua infortunia pecoribus subita, in quibus subito perirent nisi succurreretur eis, subuenire immediatè, vt patet Lu. 14. c. cùm dicitur: Cuius vestrum Asinus, aut Bos in puteū cadet in sabbato, & non continuò extrahet eum? quasi dicat: licitum est, & sicut hoc erat in iumentis, ita in rebus. Si aliqua domus comburetur in sabbato, licebat haurire aquam, & laborare in extinguendo incendium. Eodem modo si fruges in periculo manifesto sint, licet eis succurrere in die sabbati. Item licebat die sabbati curare ęgrotos: vt si aliquis ęgrotaret, & fortè esset aliqua peioratio laborantis, nisi die sabbati daretur ei pharmacum, vel fierent aliæ curationes, licebat illas fieri. Licebat etiam parare infirmis cibos, qui alia die congruè apparari non poterant: & hoc manifestat Christus, qui in diebus sabbatorum curabat infirmos, vt patet Io. 5. cap. de illo homine, qui paralyticus erat: à 38. annis, & sedebat apud probaticam piscinam, dixitque ei Iesus: Tolle grabatum tuū, & ambula: & redarguerunt eum Iudæi: ipse autem respondit, quòd sicut pater operatus fuerat vsq; nunc, ita ipse volebat nunc operari: in quo Deum se monstrabat, propter quod grauius persequebantur eum Iudæi, quia non solùm sabbatum soluebat, sed quia patrem suum dicebat esse Deum, ęqualem se Deo faciens. Idem patet Luc. 13. c. quando curauit mulierem, quæ habebat spiritum infirmitatis à 18. annis, & erat inclinata, ita quòd non poterat sursum respicere, & accusauit eum Archisynagogus, dicens: sex dies sunt, in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondit autem Iesus: Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbato soluit Asinum, aut Bouem, & ducit adaquare: hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Satanas à 18. annis non oportuit solui à vinculo in die sabbati? quasi dicat: sic. Idem patet Luc. 14. cap. de homine Hydropico, quem curauit dicens Pharisæis: si

F licet sabbato curare? ipse autem appræhensum eum sanauit, & dixit ad illos: Cuius vestrum Asinus, aut Bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbati? & non poterant respondere illi, cognoscentes eum verè arguere. Licebat etiam in sabbato propter necessitatem inquirere cibos, vt patet de discipulis Christi, qui sabbato ambulabant per sata, & vellentes spicas atque confricantes comedebant, vt patet Matth. 12. cap. Et Christus probauit eos bene agere, cùm arguerent contra eos Pharisæi. De his autem, quę oporteat, vel quę possunt fieri in sabbato latissimè dictum fuit supra 12. cap. *Tu, & filius*. Primò loquitur ad rectorē cuiuslibet œchonomię sub cuius potestate cęteri, qui in domo sunt diriguntur, siue filij, siue filię,

G siue serui, siue ancillæ. Vel potest accipi hic, & melius, tu, prout est demonstratiuum omnium personarum liberarum, quæ iam sunt sui iuris, & capaces perfectæ rationis. Et patet hoc, quia si accipiatur hic, tu, pro rectore œchonomiæ, nulla mentio fiet de mulieribus maritatis, quia illæ non comprehenduntur nomine filiorum, aut filiarum, seruorum, aut ancillarum: oportet ergo, quòd comprehendantur sub illo pronomine, tu, & tunc non referetur ad solum rectorem ęchonomiæ, quia fœminæ nunquam regunt ęchonomias tanquam capita existentes nisi viduæ sint. *Filius tuus, & filia*. Loquitur de paruulis, qui nondum capaces legis sunt, & hos debebant patres, & matres erudire, scilicet vt si vellent aliquid facere in die sabbati, quod

H illicitum esset, arcerent eos: nam si non arceant à malis, peccata illa sunt parentum, qui non custodierunt, sicut tenebantur: nam sicut ait Phylosophus 5. Ethy. filius est quædam pars patris, donec sit pelicon, idest donec sit magnus, & emancipatus: sicut ergo tenetur curare de seipso, vel de parte corporis sui, ita tenetur curare de filio suo: sicut ergo quilibet curare debet, vt bonus sit: ita curare debet, vt bonus eius sit filius. Et cùm parentes multum curāt de bonitate filiorum erudientes eos in timore Dei, & in custodia mandatorum, valde merentur, vt patet Gen. 18. cùm dicitur de Abraham: Scio, quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciant iustitiam, & iudicium, vt adducat Dominus propter

I Abraham omnia, quæ locutus est ad eum. *Seruus tuus, & ancilla tua*. Tenetur Dominus erudire seruum suum, & ancillam suam, quia seruus siue ancilla est aliquid quod est pure domini sui, vt diffinit Aristoteles in primo Politicorum cap. 2. dicens: Seruus est organum actiuum animatum separatum homo existens simpliciter alterius: sicut ergo tenetur agere curam paterfamilias de qualibet re sua inanimata, nè pereat, quia sibi perit, ita debet agere curam de seruis, & non solùm inquātum sunt vtiles domino, & pecunia eius, vt patet sequenti capitulo, vel possessio eius, vt ait Phylosophus in 5. Ethic. sed etiam inquantum est homo. Et quia inquantum est homo est ad imaginem Dei factus, & capax Dei per amorem fidem, & spem, &

K postea beatificabilis, sicut dominus suus, quia quantum ad hoc non est apud Deum distinctio liberi, & serui; ideo curare debet dominus, qualiter seruus dirigatur in illam Beatitudinem, cuius capax est, & quia directio in illam est actus charitatis determinatus à lege, ideo dominus instruere debet seruum suum in timore Dei, & doctrina legis quantum ad ea, quæ debet facere, vel cauere: sed licèt filius sit aliquid patris antequam sit emancipatus, & seruus sit aliquid domini, & ancilla, vt declaratum est supra de vtroque: tenetur paterfamilias vtrumque in doctrina legis erudire: tam filium quàm seruum: magis tñ tenetur filio suo, quàm seruo suo, & hoc quia filiꝰ est pars patris donec sit pelicon, idest emancipatus, vt ait Aristot. in quinto

Valde merentur parentes erudientes filios suos timor Dei.

Tenetur Domini agere curā seruorum quātum ad custodiam legis.

Ethi.

Ethi. pars autem dicit aliquid intrinsecum, seruus autem non est pars domini, sed est pecunia domini, vel possessio domini, vt patet supra: possessio autē aliquid extrinsecum est; sicut ergo nullus tenetur, nec debet naturaliter diligere tātum possessiones suas, sicut corpus suum: ita non tenetur, nec debet diligere tātum seruum suum, sicut filium suum: nec tenebitur tantū erudire seruum, sicut filium: ideo in signum huius sacra scriptura primo posuit hic filiū & filiam, deinde posuit seruum, & ancillam. *Iumentum tuum*. Iumenta non debemus diligire ex charitate, cùm non sint capacia beatitudinis: & tamē mandatur hic, quòd iumēta nostra in diebus sabbatorum nihil faciāt; sicut nec nos, nec serui nostri, vel filij. Vnde sciendum est, q̄ seruus, & ancilla comparantur ad dominum dupliciter: vno modo inquantum sunt homines, & debet dominus eos erudire in præceptis Dei, vt participet vitā æternam, & hoc quia aliquid domini sunt. Aut inquantum sunt quædā res domini vtiles domino, quibus agentibus dominus intendit, quomodo in eis sua vtilitas procuretur. Prima comparatio potest fieri inter seruum & dominum solum quādo sunt eiusdem religionis, idest fidei, vt si ambo Christiani, vel ambo Iudęi, quia si ambo Iudæi essent, debebat dominus mandare seruo suo, vt nihil operaretur in sabbato: quia etiam ipse seruus, eo quòd circuncisus erat, obligabatur ad obseruantias legales. Sic etiam in Christianis si aliquis seruus Christianus esset alicuius Christiani, dominus debet seruum instruere secundum doctrinam Euangelicam, & regulam vitę Christianæ, vt custodiat dies festos, sicut ipse dominus suus. Si autē dominus, & seruus sint disparis religionis, vtputa, quia dominus erat Iudæus, & seruus erat Gentilis, nec volebat conuerti ad ritum Iudaicum, dominus non tenebatur eum instruere secundum doctrinam legis: sic etiam si dominus sit Christianus, & seruus sit Sarracenus, vel Iudæus, non tenetur eum dominus erudire in doctrina, & vita Euangelica: erit ergo hic solū secunda comparatio, scilicet quòd comparabitur dominus ad seruum suum tanquam ad aliquam rem suam, ex cuius actione prouenit domino vtilitas: & tunc etiam dominus facere debet, vt seruus seruet dies festos nō quidem propter seipsum, quia nihil in hoc meretur, aut proficit, cùm talem religionem profiteri recusset; sed custodiet propter dominum, quia si seruus operaretur, quiescente domino, perturbaretur quies domini, & vacatio a Deo: quia domini contemplari volunt ea, quæ faciunt serui nē pigritentur, aut ocientur. Etiam quia curam habent quid serui agere debeant, ideo domini non perfectè vacarent seruis laborantibus. Et quod dicimus de dominis quantum ad quietem, idem dicendum est de seruis, scilicet quòd quando domini obseruant solennitates obseruent serui, q̄ aliàs domini obseruare non possent, cùm laborante seruo dominus perturbetur, vt declaratum est: idem autem est de iumento, asino, vel boue: quia quando ista animalia laborāt, domini habent curam de laboribus eorum, & eodem modo impediuntur sicut in seruis, vt patet supra. Et per hoc vetabatur Iudeis, nę possent iumenta sua in diebus sabbatorum conducere Gentilibus, vel accomodare ad laborandum: sed debebant ea permittere quiescere, sicut ipsi quiescebāt. *Et aduena, qui inter portas tuas est*. Aduena potest accipi hic dupliciter. Vno modo pro illo, qui adueniebat de Gentilitate, & conuertebatur ad Iudaismum, & circuncidebatur, & habitabat inter Hebræos. Et de isto manifestum est, quòd debebat custodire sabbatū, & non solum sabbatum, sed etiam omnes obseruantias legis: nam cogebantur isti ad obseruationem, & celebrationem Phase, vt patet supra duodecimo cap. cùm

Quando domini obseruant festa et serui obseruare debent, & iumenta.

Aduena dupliciter sumi pōt.

A dicitur, quòd si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritq; sicut indigena terrę: & subditur: Eadē lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur inter vos. Et hoc patet, quia circuncisio erat signum distinctiuum populi Dei, vt patet ad Rom. quarto capitu. Sicut baptismus est nunc aliquid distinguens Christianos à cęteris gentibus, & efficiens illos Christianos: sed sic est, quòd si quis fuerit baptizatus, compelletur ad omnes cæremonias, & obseruationes legis Christianorum; ita erit, si quis suscepisset circuncisionem, tenebatur ad omnes obseruationes legis veteris. De hoc Apostolus ad Gala. cap. quinto. Ego Paulus testificor vobis, quòd si circūcidimini, Christus vobis nihil prodest: & postea subditur; Testificor omni homini circuncidenti se: quòd debitor sit vniuersę legis faciendæ. Alio modo accipitur aduena pro illo, qui aduenit de vna terra ad morandum ad aliam, & sic alii qui de Gentilibus erant aduenæ inter Hebræos, quia veniebant de terra sua in terram Hebræorum, vt morarentur ibi, quemadmodum sunt mercatores. De istis autem dicendum est, quòd non intelligatur hic, quia non poterant cogi ad aliquam obseruantiam legalem, nisi vellent accipere circuncisionem, quæ erat via ad aliàs obseruationes. *Aduena, qui est intra portas tuas*. Idest etiam obseruabunt diem sabbati aduenæ de Gentilitate conuersi ad Iudaismum, & isti sunt in-

B

C tra portas tuas, idest intra portas ciuitatum tuarum, & loquitur ad totum populum Israel, qui iunctus erat audiens verba domini. Et patet magis hoc in litera Hebraica, quæ habet. *Et aduena, qui in ciuitatibus tuis*. Sed manifestum est, quòd nullus de populo est, qui ciuitates haberet, sed totus populus habebat ciuitates: esse autem intra portas, & esse in ciuitatibus idē est, quia qui in ciuitatibꝰ sunt, cùm ciuitates muratę sint, intra portas ciuitatis sunt: ideo scriptura interdum ponit vnum pro reliquo, quasi idem sint, & litera nostra vtitur isto modo loquendi, licèt litera Hebraica ponat intra ciuitates tuas. *Sex enim diebus fecit Dominus cœlum, & terram*. Posito mandato de obseruatione, hic ponitur causa huius obseruationis, & fundatur in hoc si-

D militudo, quòd sicut Deus sex diebus operatus est, & septimo die requieuit: ita Hebręi accipientes legem Dei sex diebus operari debebāt, & septimo die requiescere, & ista assignatio fuit conuenientissima illi tempori: nam ista requies erat propter Deum: ergo assimilari debebant in sua requie Deo aliquando quiescēti, sed Deus in septimo die requieuit, cùm per sex dies compleuisset opera totius creationis, ergo ipsi in septimo die cum Deo quiescente quiescere debebant.

Circūcisio erat signū distinctiuū populi Dei à cęteris.

QVAESTIO. XV.

ERAT autem duplex bonū in quiete huius diei: primum quòd exhibebant Deo debitum famula

E tum, vel contemplando in eum, vel laudando eū, vel exibendo alia obsequia exteriora, vt sacrificia, & similia: obseruando autem diem sabbati complebant omnia ista, quia poterant ea sufficienter agere in eo. Secundum bonum erat speciale, quia in quiescendo septimo die ad honorem quietis Dei ab operibus creationis confitebantur eum creatorem, & infinitum, quod erat magna laus Dei, & confessio fidei multū meritoria. Nunc autem nos diem Dominicam obseruantes eadem duo bona habemus: primum quòd in hoc die possumus vacare Deo contemplantes aut laudantes, vel quomodolibet aliter sicut in quaiibet aliarum dierum. Secundum quòd diem Dominicam obseruantes ad honorem nostri Redemptoris resurrectio-

Quę bona erant in quiete sabbati.

In obseruatione diei Dominicę duplex bonum est.

rectionem eius die Dominica factam memoramus. Hæc autem valde laudabilis confessio est Saluatori nostro, quòd nos redemerit, & à mortuis resurrexerit, & nos valde in hoc meremur, quòd eum nostrum redemptorem, & formam atque exemplar resurrectionis nostræ profitemur. Quid autem nobis magis conueniat in obseruatione festiuitatis nostræ facere memoriam creationis, an redemptionis, supra declaratum est, scilicet quòd magis conueniat nobis memoriam facere redemptionis. *Sex diebus fecit Deus.* Quomodo isti sex dies intelligendi sint, an secundum varias intellectiones angelorum, vel secundum distinctiones operum in diuersis diebus, Gen. primo cap. latè declarauimus. *Fecit Deus.* Recte dicitur hic facere, quia cęlum, & terra, quæ hic nominantur, & omnia alia, quæ nomine eorum subintelliguntur, scilicet nomine cęli oēs cęlestes orbes, & nomine terræ omnia elementa. Ista quidem omnia de materia prima facta sunt. Factio autem est, cùm materia præsupponitur, quemadmodum fuit in istis: materia autem nō facta, sed creata est, quia non ex præsupposito, sed de nihilo ad esse deducta: est cęlū, idest oēs cęlos: & tñ vel intelligim' de cęlis, q ex materia sūt, quēadmodū sunt oēs mobiles sphęrę, vt ipsum crystallinū, qui primum mobile dicitur, sic enim accipiunt Philosophi cęlos nominari, qui vltra primum mobile cęlum nullum ponunt. Et hoc quia ipsi apprehendunt numerum cęlorum per numerum diuersorum motuum, quōs percipiunt secundum viam inuestigandi Arist. in duodecimo Meta. vbi computat numerum intelligentiarum. Cęlum autē empyreum, quod vltra istos ponitur a doctoribus catholicis, non est mobile, sed stans, lucidum, & vniforme, & maximum corporum: si nempe de cęlis mobilibus intelligamus, omnes facti sunt de materia, siue ponatur eadem materia superiorum, & inferiorum, siue non: de quo magis dictū est Gen. primo cap. Si autem accipiatur cęlū pro omnibus cęlis secundum quòd est hic intētio literæ tam pro empyreo, quàm pro reliquis, non conuenit omnibus propriè fieri: quia cęlum empyreum ponitur à doctoribus non esse ex materia, sed coęuum materię, & luci, atque tempori: scriptura tamen non multum curat aliquando distinguere de creare, & facere, vel producere. *Et terram.* Ponitur terra pro sola terra, vt videtur velle hic scriptura: licèt necesse sit etiā subintelligi aerem, & ignem: distinguntur tamē hic duo elementa solùm, scilicet terra, & aqua: & aqua intelligitur nomine maris, quia congregationes aquarum appellantur maria, vt patet Gen. primo cap. Et non nominatur hic aqua fluminum, quia ipsa cum mari cōtinuatur, & faciunt vnū quodammodo per continuationem, iuxta illud Ecclesiastes primo ca. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. *Et omnia quæ in eis sunt.* Scilicet ornatus istorum, quia ista primo creata, & distincta sunt, deinde ornata sunt: cęlo autē astra pro ornatu data sunt, cùm videantur moueri in ipso cęlo iuxta opinionem vulgarem, vt aues in aere: intelliguntur etiam ea, quæ in aere sunt, scilicet volatilia, & ea, quæ in aquis sunt, scilicet natatilia: & quæ in terra sunt, scilicet animalia gressibilia iuxta diuersas species animalium. De aere autem, & igne non facit hic mentionem, nos autem poterimus eos intelligere nomine aliorum duorum elementorū, quæ nominantur: sed intētio scripturæ non fuit ista; sic enim computauit terram, & mare quasi non essent alia elementa, quia in hoc loquitur iuxta intentionem vulgarium, cùm Deus ista loquens loqueretur toti populo Hebræorum, quia erat populus rudis: ideo non nominauit sphęram aeris, & ignis, cùm non putent eas esse: intelligentibus tamen aliquid per se notum est

Cęlū empyreum lucidum est, & vniforme immobile, & maximū corporum, & materiæ coęuum.

Opinio vulgarium est astra in cęlo moueri sicut aues i aere.

Vulgariū positio fuit duo dunta xat elemēta esse.

talia elemēta esse. *Et requieuit die septimo.* Quomodo intelligatur Dei requies Gen. secundo capi. dictum est; nam requiescere est relaxari a labore, & est proprietas potentiæ fatigabilis. Est autem potentia fatigabilis virtus finita, actiua, corporea, organica. Primo quia virtus infinita non est fatigabilis. Deus enim, quia infinitæ virtutis est, licèt Aristo. hoc neget in secundo de cęlo, & mundo, dicens, quòd ideo terra nō mouetur, quia non est aliqua potentia potens eam expellere extra medium mundi: si autem potentia diuina non potest expellere terram de medio mundi, & illa est solū resistentiæ finitæ, ergo potentia Dei non est infinita. Mentitur tamen, quia ignorat. Est enim potentia Dei infinita, vt tota sacra scriptura probat, quæ nobis est p solidissimo argumento: cùm magis ei assentire debeamus, quàm eis, quæ videmus coram nobis, vt pulchrè declarabitur Deu. quarto ca. Non est ergo Deus fatigabilis, etiam si ipse solus moueret totum mundum, scilicet tā sphęras cęlestes quàm omnes elementares: & etiam ipsam terram: & hoc dato, quòd ab æterno egisset, nihil tamen Deus per seipsum mouet: sed omnia mouentia mouent in virtute eius, ipse aūt solùm mouet intelligētias motrices orbium in ratione amati, & desiderati, vt declarat Ari. in duodecimo meta. Et hæc veritas catholica est. Est etiam virtus fatigabilis actiua: virtus namque actiua in agendo fatigatur, virtus aūt passiua non: nō fatigatur, quia nō est ab ipsa mot'. Et si objicias q virtutes passiuę fatiganē vt patet in virtutibus sensitiuis receptiuis formarū; vt in virtute visiua, & auditiua: nam istæ fatigantur, vt patet in septimo Ethic. vbi dicit Aristo. in fine, quòd in videndo quidam dolores, & tristitiæ sunt, vt testantur omnes naturales: & consequenter est ibi fatigatio. Respondetur quòd potentię passiuæ non fatigantur propter se, sed per accidens, quia sunt in organis: nam organa sunt teneræ complexionis, & vis armonica continens totam armoniam organi ad potentiam, quæ quodam modo est actiua, est valde fragilis, ideo fatigatur, & causantur dolores, vel tristitiæ in videēdo, vel audiendo, licèt obiectum sit temperatum, si continuetur visio in magnum tempus: requiescit autem potentia visiua cùm clauditur oculus: patet ergo, q potentia visiua secundum se non est fatigabilis: sed vis actiua organi, quia licèt oculus fatigeē in videndo, tamen adhuc potentia visiua semper desiderat videre: vt patet Ecclesi. 5. cap. cùm dicitur: Oculus non satiabitur visu, nec auris auditu. Idem patet de tactu: nam potentia tactiua est passiua, & nunquā fatigareē recipiendo delectationem, & tamen fit aliquando fatigatio circa organa, vt in actu venereo quidam multum ardentes nunquam satiantur delectatione venerea multiplicatis coitibus: tamen organa fatigantur, donec iam causentur dolores tam in viris quàm in fœminis coeuntibus, vt latè declarauimus Gen. 30. cap. Tertium est, quòd virtus fatigabilis sit corporea: licèt autem fatigatio non proueniat ex materia, prouenit tamen ex modo vnionis ad materiam in potētijs actiuis: quia potentiæ actiuæ existentes in materia secundum modum determinatum, scilicet organicum fatigabiles sunt. Ex hoc sequitur, quòd virtus motiua Angeli non est fatigabilis, nec intellectiua virtus humana. Angeli autē, quia sunt virtutes non vnitę materiæ nunquam fatigantur, ideo si semel possunt mouere aliquid appositum, vsque in æternum poterunt mouere illud, & eadem velocitate. Nos autem non sic facimus, quia licèt possumus portare viginti libras per triginta passus in tribus gradibus velocitatis: tamen non poterimus portare eas per vnam leucam in eodem gradu velocitatis. In angelis autem, & in dęmonibus sic est, quòd si apponatur vni Angelo

Virtus passiua nō fatigatur.

Potentiæ passiuæ fatigantur p accidens.

Quomodo potētia tactiua fatigatur.

Angeli, & Dęmones fatigabiles non sunt.

certa

certa pars terræ, quam portare possit in viginti gradibus velocitatis vsque ad duos passus poterit mouere eandem partem terræ vsque ad mille leucas, & mouebit eam vsque ad mille millia annorum sine aliqua fatigatione: si tamen forte aliquid apponatur illi magnitudini datę, non poterunt mouere aliquomodo, vel non poterunt mouere in tanta velocitate: vnde si alicui angelo apponatur vna valde parua magnitudo, poterit mouere eam in valde magna velocitate. Si autē detur maior magnitudo mouebit eam in minori velocitate: si rursum maior, iterum in minori velocitate, & isto modo deuenietur ad tantam magnitudinem, quam angelus ille portet: & si aliquid adderetur nullo modo posset portare vltra illam magnitudinem in aliquo gradu velocitatis: quidquid tamen potuerit semel portare, & in eodem gradu velocitatis, in quo potuerit portare, portabit in æternum sine fatigatione.

QVAESTIO. XVI.

Qualiter Arist. ponebat perpetuitatē, & vniformitatē motū cęlestis.

ET isto modo faciebat Arist. vniformitatē in motibus corporum supra cęlestium in æternum, & armoniam perpetuam: nam dicebat orbes cęlestes ab angelis moueri, sicut catholica veritas satis consentit, & dicebat quamlibet illarum intelligentiarum sic se habere ad orbem illum, quem mouebat, q nō potest mouere eum in maiori velocitate, quàm mouebat, & si apponeretur aliqua magnitudo quantacunq; esset, iam non posset mouere eam in tanta velocitate in quanta ante mouebat orbem illum. Et sicut dicebat de vna intelligentia mouente, ita dicebat de omnibus alijs: nunc ergo concessis istis principijs, sequitur vniformitas in quolibet motu cęlesti, scilicet quòd angelo cuilibet dabatur orbis mouendus, quem moueret in tanta velocitate, quanta posset, & quòd non posset, eum mouere saltē in vno gradu maioris velocitatis. Et si aliquid magnitudinis mouendæ apponeret, non posset mouere in eodem gradu velocitatis, in quo ante mouebat. Aliud est, quòd intelligentia mouens moueat iuxta vltimum, quod potest mouere, idest in maiori velocitate, & virtute, quàm potest moueri iuxta conditionem rerum naturalium, quia ens naturale agit semper iuxta vltimum de potentia, idest agit quātum magis potest: vt ignis comburit quantum magis potest comburere. Concesso vlterius, quòd potentia Angelica sit infatigabilis, quia non est corporea, sicut vult Philosophus, necessariò sequitur, quòd in eadem velocitate, in qua nunc mouetur sphęra solis ab intelligentia mouente eam, in eadem moueatur vsque in sempiternū si concedatur motus perpetuus. Et ex hoc sequitur identitas armoniæ motuum cęlestium in æternum: nam si detur, quòd duæ sphęræ cęlestes nūc se habeant in proportione velocitatis dupla, vel sequi altera: vel sex qui quinta, cùm quodlibet corsi moueatur in ęternum in eadem velocitate, necesse est, quòd semper maneat eadem armonia. Sicut autem dicimus vim motiuam angelorum infatigabilem, quia non est corporea, ita dicimus vim intellect' nostri in intelligendo esse infatigabilem. Dato enim quòd intellectus noster inciperet intelligere aliquid, & persisteret in illa intellectione indeclinabiliter per centum annos, nunquam fatigaretur. Et si arguas contra, quia nos fatigamur, quando multum vacamus operationibus intellectus, vt patet in studentibus, qui pro magno labore habent vacare operibus intellectus, Respondetur q hoc non prouenit ex potentia intellectiua, sed ex defectu organorum, sicut diximus de potentia visiua, & auditiua, vel tactiua,

Cōcessa infatigabilitate intelligentię mouentis orbem solis sequitur idē titatis armonie motus solis in ęternum.

Intellect' noster secundum se infatigabilis est.

quæ per se non fatigantur, licèt fatigentur organicæ virtutes continentes armoniam organi, & potentiæ. Licèt de intellectu non possumus dicere totaliter, sicut de illis viribus, quia ille sunt vires, purè organicæ: intellectus autem non est vis organica, nec alligata corpori, nec sequens complexionem totius corporis, vel vnius partis corporis, præsupponit tamen ad suam operationem organa. Et quia organa sunt duplicia, quædam interiora, quędam exteriora: ita intellectus præsupponit operationes istarum potentiarum organicarum: sed dupliciter, quia operationes organicarum potentiarum exteriorum, scilicet quinque sensuum, qui sunt circa propria obiecta, requirit quantum ad processionem. Operationem autem potentiarum interiorum organorū requirit quātum ad simultatem, scilicet quòd licèt ad hoc, quòd aliquid intelligamus, oportet vt aliquid viderimus, audierimus, tetigerimus, siue gustauerimus: quia secundum Philosophum in primo posteriorum, illa scientia caremus, cuius potentia de obiecto illius caremus: non est necesse tamen, quòd quando intelligamus, quòd actualiter videamus, aut secūdum alios sensus sentiamus. Nam licèt non possimus intelligere albedinem si eam non viderimus: tamen non est necesse, quòd quando albedinem intelligimus, eam actualiter videamus. Et sic est de voce, quia nullus iudicat de voce, nisi qui audit, ad iudicandum tamen de voce non oportet, quòd actualiter audiamus. Præsupponit ergo intellectus operationem potentiarum organicarum exteriorem, quātum ad processionem: præsupponit etiam operationem potentiarum organicarum interiorum. Et hoc quantum ad similitudinem, siue simultatem, scilicet quòd quando actualiter intelligimus, actualiter secundum phantasticam potentiam, quæ est organica, & interior, consideramus. Et non est hoc agere duos actus disparatos, quia vnus alteri subordinatur, scilicet quòd quando aliqd intelligere debemus, intellectus conuertitur sup phantasmata illustrando ea, & abstrahit illa à conditionib' materialibus, & cognoscit vniuersaliter: & sic est ibi consideratio intellectiua, & operatio phantastica, & hoc nota Aristot. cùm dicit in tertio de anima: Oportet intelligentem circa phantasmata speculari, idest oportet, quòd ille, qui intelligit actualiter dum intelligit speculatur circa phantasmata, idest conuertat intellectū suum ad phantasmata illustrando ea. Nunc ergo quòd nos fatigemur in intelligendo, non prouenit ex fatigatione organorum exteriorum, idest virtutum actiuarum continentium armoniam organi, & potentiæ: quia non requiritur simultas actus istarum organicarum potentiarum exteriorum, quę impedit intensionem intellectus intelligendo. Intellectus ergo fatigatur per accidens ex directa fatigatione organorum interiorum, scilicet organi phantastici, & memoratiui, & aliorum: & secundum quòd ista organa interiora sunt delicatiora organis exterioribus, ita sunt citius fatigabilia: necesse est enim, quòd quāto aliquod organum est subiectum alicuius virtutis magis spiritualis, tanto sit tenerius, quia requiruntur plura media armoniæ, cuius maximus gradus fundatur in maxima teneritudine. Cùm ergo potentia phātastica sit magis spiritualis, quàm visiua, vel auditiua, cùm inter ipsam & intellectum non sit aliquod medium, necessarium est, quòd organum eius sit tenerius, quàm organum potentiæ visiuæ. Patet etiam iste modus in ordine perfectionis potentiarum organicarum exteriorum: nam potētia visiua spiritualior est, quàm potentia tactiua, cùm potentia visiua sentiat per medium extrinsecum, & in magna distantia; potentia autem tactiua percipit per medium intrinsecum,

Ad actualem cognitionem intellect' nō requiritur actualis sēsatio potētiarum exteriorum.

Ad hoc vt intellectus actualiter intelligat necessariū est esse actualem cōuersionem ad phātasmata.

eum, ſcilicet per medium carneum, & in nulla di-
ſtantia: oportet enim, quòd realiter ipſum obiectum
tangibile pertingat vſque ad carnem: ſed videmus,
quòd potentia tactiua in toto corpore eſt, ſiue in par-
tibus teneris, ſiue duris, nec requirit magnam armo-
niam: potentia autem viſiua non poteſt ſtare, niſi
in parte multum armonica, & tenera, qualis eſt ocu-
lus, vbi ſunt humores vitrei, & glaciales, & tunicæ
teneræ diuerſarum complexionum fundantes armo-
niam. Conformiter ergo ex ordine perfectionis or-
ganum potentiæ phantaſticæ eſt tenerius, & maioris
armoniæ, quàm organum potentiæ viſuæ, ergo ci-
tius fatigabile. Et ex hoc ſequitur quoddam corrola-
rium, quod communiter experimur, ſcilicet quòd
citius fatigamur conſiderando, aut ſtudendo, quàm
videndo, vel audiendo, quia organa phantaſtica te-
neriora ſunt, ergo fatigabiliora: velocius fatiga-
mur ergo in intelligendo, non quidem ex defectu
ipſius intellectus, ſed ex teneritudine organi phanta-
ſtici. Et hoc declarat Salomon Sapien. nono capitu.
dicēs: Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam,
& terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitan-
tem. Ex hoc ſequitur, quòd anima ſeparata non fa-
tigatur in intelligendo, quòd iam non præſupponit
operationem organicam ſecundum proceſſionem,
vel ſecundum ſimultatem: ſed ipſa intelligit per ſe-
ipſam per ſpecies, quas habet. De modo autem illa-
rum ſpecierum ad præſens non curo: imo anima ſe-
parata habet continuam intellectionem nunquam
deſiſtentem. Sequitur etiam, quòd in vita æterna
beati non fatigentur continuè intelligendo Deū, vel
poſt reſurrectionem, quando erunt ibi cum corpori-
bus: nec erit in corporibus noſtris paſſibilitas iſta,
ſecundum quam fatigantur organa, quia eſt conditio
corporis corruptibilis, corpora autem incorruptibilia
nihil horum habent: ſicut patet in ſuperioribus au-
ctoritate Salomonis, ſcilicet: Corpus, quod corrūpit
aggrauat animam, ideſt corpus dum corruptibile eſt
aggrauat animam, impediendo eam, & retardādo ab
actibus ſuis ex conditione corruptibilitatis. Dum er-
go incorruptibile fuerit non aggrauabit: ablata ergo
corruptibilitate in vita æterna non fatigabimur conti-
nuò intelligendo. Quartum, quod requiritur ad po-
tentiam, vel virtutem fatigabilem, eſt quòd ſit vir-
tus organica, ideſt conſiſtens in organo: nam dato,
quòd aliqua virtus ſit finita, & ſit actiua, & ſit corpo-
rea: ſi tamen non eſt in organo, non eſt fatigabilis:
patet in virtute calefactiua ignis, quia illa finita eſt, &
actiua, & corporea, tamen non fatigatur, quia ignis
non fatigatur in comburendo, & aqua non fatigatur
in frigefaciendo, & ſic de qualibet virtute, quæ non
eſt organica. Sic enim res grauis non fatigatur in de-
ſcendendo. Vocatur autem virtus organica illa, quę
eſt in organo. Dicitur autem organum quædam pars
corporis diſſimilis reliquis in figura, & complexione:
quemadmodum oculus, & naſus, & pędes, & lingua.
Ex hoc ſequitur, quòd corpora homogenea nullo-
modo ſunt organica, quòd ibi omnes partes ſunt
eiuſdem naturæ. Ideo non poſſunt reperiri partes di-
uerſarum complexionum, & diuerſarum denomina
tionum. Sequitur etiam, quòd omnes virtutes cor-
porum homogeneorum, ſunt infatigabiles: quod pa-
tet, qa virtus corporū homogeneorū, aut ſunt virtutes
actiuę, aut paſſiuę: ſi paſſiuę non ſunt fatigabiles, quia
nulla virtus paſſiua fatigabilis eſt. Si autem ſint actiu-
æ, etiam infatigabiles ſunt, quia non ſunt organicæ,
cùm in corporibus homogeneis non ſunt organa. Ex
hoc ſequitur, quòd virtutes, vel qualitates actiuæ
elementales non ſunt fatigabiles, ſcilicet caliditas
frigiditas humiditas ſiccitas: nulla enim iſtarum fa-

Potētia viſiua eſt in parte corporis multum armonica.

Quare citius fatigamur conſiderādo, & ſtudēdo q̄ videndo vel audiendo.

Organum quid ſit.

Virtutes corporum homogeneorū non ſunt fatigabiles.

tigatur in agendo. Et quia iſtæ ſunt virtutes elemen-
torum, licèt poſtea reperiantur in homine, vel in
alia re organica; nunquam tamen erunt fatigabiles,
etiam ſi in ipſis organis reperiantur: quia non repe-
riuntur in rebus organicis, vel in ipſis organis per
modū organicum: nā virtus viſiua, quæ eſt organica,
reperitur in oculo, & non in fronte, vel manibus,
aut ventre. Et auditiua in aure, & non in naſo, vel
calcaneo: & ſic de cæteris organicis potentijs. Ca-
liditas autem ſi reperiatur in corpore humano, quod
eſt organicum, non eſt in aliquo organo determina-
to, ſed eodem modo in toto corpore. Licèt ergo
caliditas, aut frigiditas ſint in oculo, qui eſt organum,
non tamen ſunt organico modo, quia non ſunt in
oculo, vt in oculo; ſed vt in quadam parte corporis
qualiſcunque illa ſit. Relinquitur ergo ex ſuperiori-
bus ſolas virtutes organicas actiuas eſſe fatigabiles,
Deus autem non eſt virtus finita, nec corporea, licèt
ſit agens, & nullo modo patiens: nec etiam eſt or-
ganica, cùm non ſit virtus alicuius partis corporis:
ergo nullomodo Deus fatigabilis eſt: ſed requieſce-
re eſt proprietas virtutis fatigabilis, ergo non dicitur
quieſcere eo modo, quo nos quieſcimus: in nobis
autem ſunt virtutes actiuę organicæ, vt potentia
motiua, & potentia operatiua: nam motiua eſt in
muſculis vbicunque ſint muſculi in toto corpore,
vis operatiua eſt principaliter in manibus, quia ma-
nus vocatur organum organorum: vt ait Ariſto. de
part. anim. libro quarto, capitulo decimo. Licèt
aliquo modo reperiatur virtus operatiua in alijs
membris, vt in cruribus, & pedibus; principali-
ter tamen in manibus: ideo in nobis iſtæ duę virtu-
tes ſunt directe fatigabiles, quia corporeæ ſunt, &
actiuæ, & organicę: fatigamur enim directè in ope-
rando, vt in ſcribendo, & texendo: fatigamur etiam
in itinerando: fatigamur etiam in loquendo, quia
locutio fit ſecundum vim actiuam organicam mo-
tiuam iſtorum inſtrumentorum locutionis, & ſic
de alijs actibus ſimilibus. *Idcirco benedixit Dominus
diem ſabbati*. Ideſt quia Deus quieuit in die ſabba-
ti benedixit ei: benedicere ſemper importat multi-
plicationem, ideſt quia multiplicauit iſtum diem
in bonis dando ei excellentiam inter alios dies. Fuit
autem iſta excellentia, quòd iſte dies cultui diuino
applicaretur. De iſta benedictione magis diximus
Gene. ſecundo capit. *Et ſanctificauit eum*. Ideſt ad
cultum ſuum applicauit, vt ſicut ipſe die illo ab om-
ni opere requieuerat, ita nos in die illo ab omni-
bus ceſſaremus ipſi ſoli vacantes: nam ſanctificatio
eſt ad Deum applicatio, vt ex præcedentibus decla-
ratum eſt.

Quō Deus non ſit fatigabilis, nec poſſit quieſcere.

In hoſibus duæ ſunt virtutes fatigabiles, ſcilicet virtus motiua, & virtus operatiua.

Honora patrem tuum, & matrē tuam;
vt ſis longęuus ſuper terram, quam Do-
minus Deus tuus dabit tibi. Non occi-
des. Non mæchaberis. Non furtum fa-
cies. Non loqueris contra proximum tuum
falſum teſtimonium. Non concupiſces
domum proximi tui. Nec deſiderabis
vxorem eius, non ſeruum, non ancillam,
non bouem, non aſinum, nec omnia, quæ
illius ſunt.

QVAE-

QVAESTIO. XVII.

De quarto decalogi p̄cepto.

HONORA *patrem tuum*. Poſitis præceptis primę
tabulæ, quæ in ſolum Deum diriguntur, hic ſe-
quuntur pręcepta ſecundæ tabulæ, ſecundum quę ho-
mines in alterutrum rectè conuerſantur: & quia tria
ſolùm poſuimus in prima tabula, neceſſe eſt, vt in ſe-
cunda ſeptem collocentur; & patet, quia iſta mandata
dicuntur eſſe relationes virium noſtrarum, à quibus
ſumus operatiui, vt ipſis relatiuis omnis operatio in-
de procedens regulata ſit. Eſt autem triplex vis ope-
ratiua in homine, quę nō eſt organica: ſed à qua pri-
mo eſt motus, ſcilicet rationalis, concupiſcibilis, ira-
ſcibilis. Rationalis vis dicitur, ſecundum quam nos
concupiſcimus ea, quæ beſtię non concupiſcunt: non
enim dicimus rationalem hic vim iudicatiuam, ſed
vim deſideratiuam; qua nos deſideramus quædam,
quę ſunt altioris gradus, quàm ea, quę deſiderant be-
ſtię, & quę nullo modo poſſunt deſiderare beſtię, &
iſta ſunt fama, honor, potentia, ſapientia, & ſimilia.
Circa relationem autem huius virtutis rationalis po-
nitur vnum pręceptum, ſcilicet de honorando paren-
tes, ſcilicet concupiſcendo eis honorem, & dando
in quantum valemus. Si autem ſit circa relationē vir-
tutis iraſcibilis, ſecundū quam inferuntur nocumen-
ta, cùm iraſcibilis ſit in malum deſtruendū: tunc du-
pliciter; quia aut eſt inferendo directè nocumentum
ipſi perſonæ: & ſic eſt præceptum illud, Nō occides:
quia per occiſionem tollitur eſſe rei, & venit ad non
eſſe. Si autē iraſcibilis non ſit directè ad eſſe ipſius per-
ſonæ, ſed ad aliquod magnum bonum perſonę, ſic eſt
præceptum, Non falſum teſtimonium dices. Si au-
tem ponatur præceptum ad regulationem concupi-
ſcibilis, dupliciter: quia aut prohibet actum; aut deſi-
derium faciendi. Si prohibet actum, dupliciter, quia
aut prohibet actum, qui eſt circa delectationem tact⁹:
& ſic eſt mandatum: Non męchaberis. Aut eſt circa
actum delectabilem in apprehenſione alicuius vti-
lis, quod rurſus ordinatur ad delectabile; vel aliquid al
terum, & ſic eſt mandatū: Non furtum facies, quia fu-
rando auferimus proximo rem ei vtilem. Si aūt pręceptum ſit circa directionem concupiſcibilis in ſolo
deſiderio, tunc dupliciter, quia aut concupiſcimus
delectabile, quod eſt in tactu, & ſic eſt præceptum de
non concupiſcendo vxorem proximi ſui. Si autem ſit
deſiderium ad res vtiles, ſic eſt præceptum vetans cō-
cupiſcere rem proximi: aut bouem, aut aſinum,
aut ſeruum, & ancillam: & ſic patet ſufficientia iſtorū
præceptorum, quæ ad proximum, & quæ ad Deum
ſupra: iſtam autem differentiam latius proſequimur
Deuter. quinto cap. vbi de hoc. *Honora patrem tuum*.
Honor dicitur exhibitio reuerentiæ in teſtimonium
virtutis: quia enim pater filium genuit, aluit, & eru-
diuit, & eruditio bona, quam patres tenentur filiis da-
re procedit a virtute: debent patres honorari a filiis.
Debetur autem iſte honor, & magna reuerentia pa-
tri: nam reuerentia eſt conſiderata magnitudine re-
ſilire in propriam paruitatem. Cùm ergo filius de-
beat conſiderare patrem, vt quoddam magnum bo-
num, debet reuereri: ſicut enim Deo reuceremur,
quia eum, vt maximum ens, & maximum bonum
reputamus: ita quia patrem poſt Deum in ſecundo
gradu reputare debemus, valde honorare, & reuereri
tenemur. Sic enim ait Phyloſophus in octauo Aethi.
quòd patribus, & dijs non poſſumus retribuere ęqua-
lia, ideſt quantumcunque bonum, vel honorem Deo
impendimus, nil ei ſatisfacimus: ita de patre pro ſuo
modulo: quia licèt multa bona, & honorem atq; re-
uerentiam cęteraque obſequia impendamus, non po-

Sufficiētia præceptorū quæ ponuntur in ſecunda tabula.

Honor eſt exhibitio reuerentię in teſtimonium virtutis.

Immediate poſt Deū, patrē honorare debemus.

terimus tantum retribuere, quantum contulit: nam
tribuit totū eſſe noſtrū per generationem, tribuit no-
ſtrum augmentari per educationē, & neceſſariorum
appoſitionem, tribuit & mores per eruditionem, quā
tum ergo habemus, pater contulit. Nullus ergo pa-
tri æqualia retribuit. Debet etiam iſte honor impen-
di parentibus propter duo: primo quia parentes ſūt,
& totum bonum nobis contulerunt. Secundo quia
antiquiores, & ſeniores nobis ſunt; ſenibus autem re
uerentiam exhibere debemus; vt ait Deus per Moy-
ſen Leui. 19. cap. ſcilicet. Coram capite cano conſur-
ge, & honora perſonam ſenis. Et licèt honor dicatur
propriè exhibitio reuerentiæ, quæ conſiſtit in quadā
humiliatione capitis, & alijs cæremonijs vrbanitatum
humanarum, & filius teneatur hūc exibere patri ſuo,
ſicut cuilibet ſeni, & cuilibet virtuoſo: non tamen
ſolùm iſte honor impendendus eſt, ſed etiam patri-
bus obediendum eſt, vt quæcunq; mandauerint, quæ
contra Deum non militent, quia in talibus nulli foret
obediendum, cùm Deus ſit ſupremus pater: vel quæ
non ſint deſtructiua ſtatus noſtri, vel contra bonos
mores, eis obedire tenemur. Et non ſolùm obedire
tenemur, ſed etiam in omnibus neceſſarijs ad vitam,
vel quomodolibet aliter ſuccurrere: & tunc corre-
ſpondebunt noſtrę bonę actiones, vel retributiones
paternis beneficijs: vt ſicut patres nobis tria contule-
runt, ita eis tria impendamus, licèt ea, quæ retribui-
mus non ſint æqualia eis, quę acccepimus. Accepi-
mus autem eſſe per generationem: impendamus pa-
rentibus gratiarum actiones, & honorem, quia ſicut
eſſe eſt maius bonum ſimpliciter, ita honor eſt maxi-
mum bonum politicum, vt patet in quinto Ethicorū.
Accepimus à parentibus eruditionem in moribus: p̄-
ſtemus eis obedientiam in mandatis omnibus. Con-
tulerunt nobis neceſſaria ad vitam, cùm ea per nos ac
quirere non poteramus: retribuamus nos eadem il-
lis, cùm ipſi acquirere, vel laborare non poſſunt: & iſta
eſt rectiſſima diſtributio. Sic enim ordinat Philoſo-
phus generationem in ſeptimo Politicorum cap. 15.
ſcilicet quòd patres generent ad annum 37. vel pau-
loante, & tunc quando patres incęperint deuenire ad
inopiā virium, ita quòd ſibi laborare non poſſint: filij
erunt ætatis perfectę, & robuſti, ſcilicet annorum tri-
ginta, vel vltra: & poterunt ſuccurrere patribus. Si au-
tem viri incipiant generare in valde parua ætate, vt in
anno 14. vel 15. in quo Eccleſia, & leges humanę per
mittunt matrimonia iungi: viri, cùm genuerint, ita te-
neri erunt, quòd non ſufficiant ſibi, nec filijs neceſſa-
ria miniſtrare. Si autem viri generent in magna ætate,
vt in anno quinquaginta, vel quaſi, quando ipſi de-
uenerint ad ſenectum, ſcilicet ad annum 65. vel quaſi
in quo iam non valeant ſufficienter laborare: adhuc
filij erunt teneri, & ſic generatio erit inutilis: quia tūc
nec pater ſufficiet ſibi, aut filijs neceſſaria procurare:
nec filij ſibi aut patribus. De hoc autem magis dixi-
mus Gen. 30. cap. & quare leges humanæ, & Eccleſia
ſticæ conſentiant iungi connubia in tenera ætate, cū
ſit contra perfectionem ſtatus politici. Hoc ergo in
iſto præcepto inducitur, vt honorem, obedientiam,
& ſuſtentationem parentibus miniſtremus. Et in hoc
valde Chriſtus reprehendit Phariſeos, qui retrahebāt
homines a benefaciendo patribus dicentes, quòd ſuf
ficiebat patrem aut matrem verbo honorare: etiam
ſi nihil ei daretur, & hoc faciebant, vt omnia, quæ
dari debebant patribus darentur templo ad ipſorum
auaritiam explendam, aut ſaltem implendam, vt pa-
tet Mar. ſeptimo capitul. cùm dixit Chriſtus, quòd
Phariſei frangebāt traditiones, & legem Dei propter
traditionem ſuam, & ſubiunxit. Moyſes dixit: qui
maledixerit patri, aut matri, morte moriatur, vos di-
citis:

Obediendum eſt patribus in omnibus, quæ cōtra Deū non militant.

Tria a parētibus accepimus.

In qua ętate deceat matrimonia iungi.

citis: si dixerit homo patri, aut matri corbam, quod est donum quodcunque ex me tibi proderit: & vltra non dimittitis eũ quicquam facere patri suo immutantes verbum domini propter traditionem vestram. Isti est enim Pharisæi ista facientes multum obuiabãt rationi naturali subtrahentes parentibus filiorum ministrationes in necessarijs. Et in hoc à brutis animalibus arguuntur. Ciconię enim prudentiores, & magis gratæ quàm ipsi sunt. nam vt ait Isidorus Etymologiarum lib. duodecimo, & in libro de proprietatibus rerum, ciconię sic se affectu pio ad parentes gerunt, ꝑ tanto tempore filij parentes senectute confectos in nido nutriant, quanto ab eis in ætate paruula sunt nutriti: magis autem deberent nutrire: quia dato quòd filij duplo nutriant parentes senes, quã ab eis in infantia, & pueritia fuerint nutriti, non reddunt æqualia: qa semper manet beneficium generationis, per quod communicatur esse simpliciter, cui nihil æquale potest retribui: deficiunt autẽ in hoc ciconiæ, quia vim iudicatiuam rationalem, secundum quam ita syllogizent, non habent: quidquid tamen sit, erubescere debet humana ingratitudo, cùm bestias videat suis genitoribus esse gratas. *Et matrem tuam*. Omnia, quę de patre dicuntur, de matre etiam intelligenda sunt: nam mater communicauit filio esse per generationẽ: nam pater, & mater sunt tanquam vnum totale generans: tenetur autem ciuilibet tanquam totaliter gignenti: pater tamen magis agit ad generationem filij, cùm virtus formatiua corporis precipuè sit in semine paterno: semen autem maternum magis se habet per modum passiui cõtemperati a semine humano paterno: ita quòd in vtroque commixto virtus actiua decisa in semine paterno inducat organizationẽ, & formas debitas agendo, & disponendo cum adiutorio virtutis celestis, vsque ad vltimum, in quo deberet educi forma vltimata speculata de potentia materiæ, & quia non potest educi propter excellẽtiam formę, inducitur in potentiam materiæ, scilicet ab extra ab ipso creatore. Est ergo materialiter filius ex vtroq; semine tàm materno, quàm paterno: cùm vterque spermatizet. Quantum ergo ad hoc matri tenemur ad gratiarum actiones, & ad honorem magnum reuerentiamque sicut patri: & licèt pater in hoc excedat matrem: quia semen paternum habet vim actiuam formatam: semen autem maternum habet vim passiuam: tamen mater excedit patrem tanquam ad vim conseruatiuam: nam deciso semine paterno, pater nihil agit, matres autem continent illud, & in earum vteris per nouem menses fętus formatur, & perficitur, & ibi de sanguine materno cibatur: hæc autẽ non sine magno matrum dolore fiunt, & quotidiano fastidio alijsq; laboribus, qui solent mulieribus grauidis euenire. Insuper & extremum in partu periculum, quod matres experiuntur, & dolent acerbè, & interdum moriuntur: ab hoc autem patres naturaliter liberati sunt: Tanti ergo labores ad filiorum natiuitates in matribus magnos valde de filijs honores ꝑmerentur. Secundum etiam beneficium in matribus est quantum ad eruditionem: nã & matres filios erudiunt: imo id quod principale est siue bonũ, siue malum a matribus est: quia filij conuersantur cum matribus in tenerrima ætate, in qua fortissimę fiunt impressiones tunc: quia susceptiuę potentiæ aut vires multum dispositæ sunt, quia tenerę, ideo quidquid infigitur, funditus infigitur. Secunda causa est, quia in tenera ętate nullę impressiones adhuc factæ fuerant, ideo primę inuientes potentiam nõ occupatam, nec ad aliquid alterum attendentẽ, & totaliter eam occupãt, & infiguntur radicitus, & quasi indelebiliter, quia vt ait Philosophus in secundo Ethic. non modicum differt a iuuene sic vel sic confestim assuescere, & propter hoc concludit Philosophus in fine primi Polit. quòd ad faciendum filios bonos non modicum refert habere curam mulierum: quia mater est dimidiũ liberorum, scilicet quantũ ad esse bonos, vel esse malos: propter hanc autem eruditionem, quam filij a matribus suscipiunt, tenentur eis ad reuerẽtiam, sicut patribus, & ad obedientiam. Mater etiam tertium beneficium filio impendit quantum ad augmẽtationem, quia eum sicut pater alit: & specialiter, quia in tenera ętate cum cibos duros fętus sumere nõ potest, mater cibum lacteum, quem natura propinauit, administrat: nam ex eisdem sumus, & viuimus: & sicut natura ingeniauit generationem, ita genitis cibũ prouidit connaturalẽ, donec duriores fiant, & valeant alios cibos inquirere, vt ait Philosophus in primo Polit. circa medium. Etiam quia mater tenetur alere filium, si vir & vxor disiungantur: nam iura humana statuunt, vt mater vsque ad triennium nutriat filium, quia tunc indiget magis solatio materno, quàm pater no. Si autem filius excesserit triennium, debet nutriri apud patrem, vt patet extra De conuersione infidelium cap. ex literis, & C. de patria potestate in l. nec filium. Vnde versus.

Alere matris erit trimum trimoque minorem.
Maiorem trimo alere patris erit.

Quando autem vir, & vxor simul sunt, tunc vterq; laborat in educando fętu, quia vir quantum ad exteriora, femina autem quantum ad obsequia, & dispositiones domesticas: tenetur ergo filius propter hoc matri ad sustentationem sicut patri, cùm ipsa fuerit in necessitate.

Nota admirabilem ciconiorũ prudẽtiã.

Mater excedit patrẽ quantũ ad vim cõseruatiuam filiorum.

Eruditio principalis filiorũ siue recta siue nequã à matre est.

Mater diuitium ẽ filiorum.

QVAESTIO. XVIII.

ET si quæras, cui magis tenetur patri, aut matri. Respondetur, quòd quantum ad debitam sustentationem ęqualiter tenetur patri, & matri: maxime qa sustentatio est aliquid, quod non debet dari diuisim patri & matri, sed simul: cùm vir, & vxor simul habitent, & in eadem mensa pascantur: quod ergo vni datur vtrique datur. Si autem quæras quantum ad honorem, & reuerentiam: respondetur quòd inquantum parentes sunt, æqualiter honorari debent: sed ꝑter hoc cõsiderandum est, quòd honor exhibetur in testimonium probitatis, probitas autẽ, & virtus magis pertinent ad viros: nam & nomen suum hoc innuit, cùm viri a virtute dicantur: est ergo regulariter magis honorandus pater, quàm mater, ita quòd magis ei filij teneri debent, & timere a voce eius. Si tamen accidat, quòd pater sit vilis valde, & imperfectus homo, & mater sit valde virtuosa, & digna secundũ se magno honore: licèt vtrunque veneremur, magis tamen matrem honorabimus. De obedientia autem dicendum est, quòd obedientia est ad mandata obtemperare: cùm ergo tàm vir, quàm vxor aliquem in domo regant, quia dominari debent principatu Aristocratico, idest virtuoso, vt concludit Aristo. 8. Etico. & quia in isto principatu, qui magis virtuosus est, magis regit, cùm vir virtuosior sit, quia prudentior ꝓm naturam, & cõstantior atque propositi tenacior, ideo magis patri obediẽdũ est, quia in pluribus, & quia magis habenti auctoritatem mandandi, cùm vir caput sit mulieris: vt patet prima ad Corint. 11. cap. hic autem expresse solùm mandatur honor dari patribus, quos proprio nomine patres appellamus, scilicet patribus, qui genuerunt, subintelligit tamẽ de alijs statibus personarum, quæ vocantur patres. Deus autem per creationẽ, & gubernationem pater vocatur, vt patet Deu. 32. capit. cum dicitur: Nunquid non ipse est pater tuus

Filius cũ magis teneatur patri, an matri.

Regulariter semper magis honorandus est pater ꝙ mater.

Patri magis obediẽdum est, ꝙ matri.

tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te? & nos eum in Dominica oratione patrem appellamus, dicentes: Pater noster, vt patet Matth. 6. capit. sed de honore debito huic patri in tribus mandatis primæ tabulę determinatum est. Vocatur etiam pater quilibet senex, & huic honor impendi debet, de quo Leui. 19. capi. Coram capite cano cõsurge, & honora personam senis: istis autem propter senectutem ad quendam honorem exhibendum tenemur, ad obediendum autem non, nec ad sustentationem, nisi secundũ quòd cuilibet alteri indigenti. Et iste honor debitus senibus non debetur cuilibet seni, sed solùm senibus honestis atque virtuosis: quia cani sunt sensus hominum, & senectus vita immaculata: & senectus non diuturna, nec annorum numero computata: vt patet Eccl. 10. ca. Si aũt aliqui senes sint vilissimi, atq; impudici, eis honor nullꝰ debetur, sed potius correctio. Alij vocantur patres, qui curã de nobis gerũt. s. domini nostri, vel temporales, vel spirituales prelati, quia vtrique intendunt qualiter bene vita nostra reguletur. Temporales quidem quãtum ad cõditionem status politici: spirituales autem quãtum ad statum spiritualem: licèt vtrique, & temporalem, & spiritualem statũ curant: istis ergo honor impendendus est, & valde magnus: de quo Aristo. 5. Ethic. cùm posuisset, quòd reges, & alij principes boni politiarum distrubuunt iustum simpliciter, subiunxit, quòd his dãda est merces, scilicet honor, & gloria, idest magnꝰ honor a tota politia, quo nullum maius bonum politia habet. Gloria etiam, idest fama danda est, quia subditi debent laudare principem suum: vt sic nomen eius celebretur in vniuersa terra. Et non accipit Philosophus gloriam pro vita æterna, quàm nos gloriam vocamus, sed pro clara cognitione nominis, scilicet pro fama: licèt in eo, qui politiam bene regit, & ad bonum finem, nõ solùm datur honor, & fama in præsenti; sed etiam postea vita æterna: nam subditi dant hic mercedem, quã possunt: licèt non condignam gloriam, & honorem: qui tamen plura hic desiderat, tyrannus vocatur, secundum Philosophũ vbi supra. Gentiles tamen quodam modo secundam mercedem viderunt, scilicet eam, quàm Deus dat bonis rectoribus politiarum, vt patet in libro, quem fecit Tullius De somno Scipionis, vbi Scipio audiuit in somnijs à quodam alio mortuo Scipione, qui bene rexerat politiam, quomodo rectores ciuitatum valde magna post mortem præmia recipiebant, & in hoc incitabat ipsum Scipionem Aphricanum ad vtilitatem reipublicę desiderandã. De hoc multa Macrobius in libro super somnium Scipionis. Aliud autem de his tangit Virgilius Aeneidos in libro sexto, vbi agit de campis Elisijs, & de animabus beatis, quæ petunt campos Elisios. Honor ergo istis rectoribus ciuitatũ, & spiritualibus prælatis valde magnus dandus est. Obedientia etiam eis debetur: nam intentio bonorum principum, & legislatorum est facere ciues bonos, & obauditores legum, idest obediẽtes legibus, vt patet primo, & decimo Eticor. Oportet ergo, vt ipsi rectori, aut prælato obediant: aliter enim nec legi obedirent, nec ciuitas permaneret, cùm ciuitas dicatur vna secundum attributionem ad vnum, vt ait Philosophus in tertio Polit. capit. 2. Sicut nauis habet vnum regimẽ, licèt motus plures ibi sint, quia oẽs subordinantur ad ipsum directorem principalem: ita in ciuitate vnitas est vnitatẽ legum, & vnitatem principatus: si tamen non obedirent subditi suo rectori, nõ esset vnitas ciuitatis, cùm non referrentur omnia ad vnũ: sed quilibet ad seipsum. Necessaria est ergo obedientia ad rectorem, qui est pater ciuitatis, & ad oẽs, qui presunt, quia tunc conseruabitur ciuitas, aliàs impossibile est: his etiam mandat Deus obediri, vt patet prima Petri 2. cap. cùm dicitur: Subditi estote omni creaturæ propter Deũ, siue regi tanquã precellenti, siue ducibus tanquam a Deo missis.

Qualiter senes honorandi sunt.

Quid gẽtiles de gloria hominis post mortẽ senserunt.

QVAESTIO. XIX.

SVstentatio autem, quæ tertium est, istis debetur, quia principes ciuitatum, vel regnorum, & prælati debent sustẽtari a subditis: & patet, quia seruus alicuius sustentari debet à domino suo, qui aũt est seruus communitatis, debet sustẽtari à coĩtate, sicut qui altari seruit, viuere debet de altari, vt patet prima ad Corin. 9. c. & extra de Preben. in ca. cùm secundum Apostolum. sed principes, & prelati sunt personę publicæ, ergo debent viuere de republica: patet, quia quilibet de tota cõitate laborat pro rebus suis specialiter non curãs de bonis aliorum: principes autem, & prælati non debẽt curare de bonis suis, sed de bonis communitatis conseruando statum politicum: nam tota istorum solicitudo est in distribuendo iustitiam oĩbus de politia: iustitia autem nõ est bonum proprium, sed alienum: qui ergo iustitiæ õ studet, n studet sibi sed alteri: sic declarat Arist. quinto Etic. & ideo dicit, quòd difficilius est esse iustum, quàm habere alias virtutes; quia per quamlibet aliarum virtutum quilibet est bonus sibi, ꝑ iustitiam est solùm alteri bonus: magis autẽ inclinantur homines ad seipsos, quàm ad alteros. Et ex hoc cõclusit Philosophus in eodem libro ex auctoritate Biãtis, quòd principatus ostendit virum, idest quando aliquis est virtuosus, & non est princeps, non incumbit sibi onus distribuendi iustum, & vacandi aliorum vtilitatibus relicta sua: quãdo autem est princeps, incunbit ei istud onus cessandi a suis vtilitatibus: & qa hoc est valde graue, ibi demõstratur, quis est vir. i. quis est virtuosus. Vel si forte aliquis ante bene se habebat in rebus suis, & ex hoc iudicabatur virtuosus, cùm inceperit principari cessando a suis vtilitatibus, & studẽdo vtilitatibus aliotũ, videbitur si erat vere virtuosus, vel non. Laborant ergo principes, vel prælati qui vocantur patres bono publico, debent ergo sustentari de bono publico. Et hoc siue de bonis communitatis, cũ communitas habet bona, quę sunt propria eius, sicut quælibet polilia bene instituta debet habere, vt ait Aristo. in fine secundi Politicorum: siue de bonis particularium personarum. Nam sicut ait Apostolus prima ad Corin. 9. capi. Si spiritualia vobis seminamus, non est indignum vt temporalia vestra metamus: sic ergo cùm principes totaliter insistãt bono publico; sicut quilibet insistit bono suo priuato: sicut quilibet de bono suo priuato sustẽtatur, ita princeps de bono publico sustẽtabitur: & hoc dicit Apostolus ad Rom. decimo tertio ca. loquens de principibus, & prælatis: Dei enim minister est, & vindex in iram ei, qui malũ agit: ideo necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam: ideo enim tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsũ seruientes. Reddite ergo oĩbus debita: cui tributum, ributũ: cui vectigal, vectigal: cui honorẽ: honorẽ. Est ergo sufficiens atque honorabilis sustentatio rectoribus, & prelatis exhibenda, cùm omnium nostrum tanquam patres curam gerant ad sua nihil attendentes. Qui autem princeps, vel prælatus est magis vacans vtilitati suæ quàm distributioni iusti politici, secundum Philosophum in quinto Ethi. non prelatus, aut princeps sed tyrannus est: quę satis dura diffinitio est nostris principibus, & ꝓlatis: Patet ergo omnia, quę patri & matri carnalibus debentur, his quoq; deberi, qui præsunt. Alij autem proximi, qui non pertinent ad hęc quatuor genera personarum, quę supra enarrauimus, non vocãtur patres, intelligunturtamẽ omnes

Rectores politiarũ, & ecclesiastici prelati de bonis cõitatis viuere debent.

Principes, & prelati ciuitatis non debẽt curare de rebus suis

Principat' ostendit virum.

Quelibet politia bene instituta debet habere aliquid commune.

Principes & ꝓlati magis vtilitati proprię vacantes ꝙ communi tyrãni sũt.

omnes proximi nomine patrum, quia illis benefacere tenemur in necessitate positis, vt ait Augusti. Pascefame morientem, quòd si non paueris occidisti. Sed istis non tenemur ad omnia, ad quæ tenemur patribus, quia non tenemur ad honorem, qui est exhibitio reuerentiæ. Nec tenemur ad obedientiam, sed ad solam subuentionem in necessitatibus: & isti intelligũtur nomine patrum, quia sacra scriptura ponit hic ista præcepta tanquam quasdam conclusiones iuris naturalis multum vniuersales. Applicatio autem ad magis particulare pertinet ad sapientem. Et sicut nomine parentum intelliguntur hi omnes alij proximi, ita nomine honoris intelliguntur omnia opera pietatis tàm spiritualia, quàm corporalia, vt orare, docere, consulere, solari, parcere, iniurias sustinere, & sic generaliter de oĉbus operib' misericordiæ. Vnde si quæratur, pietatis opera spiritualia, vel corporalia, ad quod præceptum reducãtur: dicendum est, quòd ad præceptum quartum de honorando parentes. Et hoc est quantum ad omnia bona opera, quæ agere debemus: nam mala opera, quę vitare tenemur, pertinent ad alia sex præcepta huius secundæ tabulæ. Hoc quartum præceptum de honore parentum ponitur tanquã caput secundæ tabulæ immediatè post præcepta de cultu Dei: & ratio est, quia patres sunt nobis, vt dij: quia sicut a Deo tanquam ab vniuersali principio omnium rerum esse recipimus: ita à parentibus tanquã a principiis immediatis esse recipimus: ideo Philosophus in octauo Ethic. cõparat parentes & Deos dicens, quòd dijs, & parentibus non possumus ęqualia retribuere. *Vt sis longeuus super terram.*

Opera misericordiæ pertinẽt ad 4. præceptum decalogi.

QVAESTIO. XX.

Quare in illo præcepto solo ponitur p̃mium diuturnitas vitæ,

IN nullo alio præcepto specialiter ponitur premiũ, vel retributio danda pro bono opere, nisi in isto, scilicet vitæ diuturnitas. Et ratio est, quòd ille, qui patrẽ, qui principium vitę est, honorat, in habendo vitã longam præmietur: è contrario autem filijs, qui patres non honorant, vita breuiatur incidunt; in magna infortunia. Et sicut eis Deus promittit vitam longam, ita etiam promittit bonorum temporalium abundantiam, siue quibus in homiinbus secularibus vita laboriosè, atq; miserabiliter ducitur: licèt profundius contemplando fortè contrarium diceremus. Intelligendum autem, quòd licèt hic promittantur bona, quæ sunt in longitudine vitæ, non solùm ista promittũtur; quia satis modicum erat talia dari in præmium: nam quęlibet operatio in charitate promeritoria est vitæ æternæ: cùm ergo actus honorandi circa patrẽ sit actus bonus ex genere, cùm fiat ex charitate, vitæ æternæ promeritorius est: Deus tamen, cùm loquebatur isti populo adhuc rudi, promittebat bona sensibilia, quæ amabat: quia adhuc cęlestia non intelligebat. De hoc magis diximus Gen. 15. capi. Cùm autem dicit, quòd illi qui honorant patres viuent vita longiori, verum est, vt communiter vel saltem quantũ ad meritum, idest qui honorat patrem, meretur, vt viuat vita longiori. Aliquando tamen fit, vt hi qui patres honorant cito moriantur: & hi qui patres dehonorant, atque contristant in longum vitam extendant. In his autem occulta Dei dispositio latet: quia fortè, qui parentes honorant, & boni sunt, cito rapiuntur, ne a malitia perturbentur, sic dicitur Sapien. quarto capitu. de bonis: Placuit Deo, factus dilectus, & viuens inter peccatores, translatus est, raptus est, ne malitia permutaret intellectum eius, & ne fictio deciperet animam illius. De malis autem, & dehonorantibus parentes si multum viuant, dicendum est, quòd fortè ex miseratione Dei euenit expectando eos de die in diem ad pęnitẽtiam: sic dicitur Isai. tertiodecimo capitul. Ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri. Vel fortè ad damnationis suæ cumulum fit, vt non habeat quo excusetur, qui tandiu expectatus ad pęnitentiam, non mouetur. Adhuc tamen de illo, qui honorat parentes, & cito mortuus est, dicere rectè possumus, & debemus, quòd ille multis diebus vixit: nam tp̃s est spaciũ concessũ ad agendũ, si autem aliquis in triginta annis fecit opera tanta atque tam magnifica, quanta alius fortè non potuisset facere in centum annis, dicitur vixisse plusquam ille, qui vixit cẽtum annis. Tempus enim secundum se bonum non est, quia est causa tabefactionis, & est causa mali, & obliuionis, vt patet in quarto Physic. Sed inquantum refertur ad actus qui fiunt in ipso, bonum est. cùm ergo de actibus virtuosis ille, qui parentes honorabat in pauco tempore plures egit, quàm ille, qui nõ honorabat in magno tempore: ergo plus vixisse videtur, qui honorauit parentes, & cito raptus est, quàm qui eos non honorans longo tempore vixit. Et istũ modum loquendi obseruat scriptura, vbi supra Sapient. quarto capitu. cùm dixisset de bonis, qui cito rapiuntur, subiunxit: consumatus in breui expleuit tempora multa, idest in paucis diebus compleuit multos dies: placita enim erat coram Deo anima eius, ideo properauit educere illum de medio iniquitatum. In isto precepto fuit facta promissio specialiter, vt inducerentur ipsi Iudæi ad benefaciendum, & honorandum parentes: nam erant valde crudeles contra parentes nolentes eis impendere pietatis obsequia, vel obedientiam, aut honorem, sed ita se habebant tanquam ad extraneos, & hoc adhuc durauit in eis vsque ad tempora Christi, qui valde redarguit Pharisæos, qui retrahebant homines à benefaciendo parentibus: vt patet Marc. septimo capitulo. *Super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.* Deus laudauerat valde istam terram promissionis, vocans eam fluentem lacte, & melle: & Moyses valde eam laudauit, cùm declarauit desiderium suum de transeundo in illam, vt patet Deuter. tertio capitulo, cùm dicitur. Precatus sum dominum in tempore illo, dicens: Domine Deus &cęt. & sequitur: Transibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum. Demonstrauit etiam eam esse delectabilem in sua conquestione, quando conquerebatur cum cordis magna amaritudine, quòd non transiret in terram illam, vt patet Deute. quarto cap. cùm dicitur: Iratusque est contra me dominus propter sermones vestros, & iurauit, vt nõ transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam, quã datus est vobis: ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem, vos transibitis, & possidebitis terram egregiam. Persuaso ergo Iudæis, quòd ista erat terra valde delectabilis, atque desiderabilis, ferrentur in eam desiderando tanquam in quendam finem cognitum secundum se bonum, & vellent pertingere illum finẽ; & diuerterent a quolibet, per quod impediebatur peuentio in illum finem. Nunc ergo dicitur eis, q̃ honorando parentes poterunt viuere magno tempore super terram illam, quam habituri essent: si autem non honorarent, pauco tempore in ea morarentur, vel quia cito morerentur, vel quia captiui in exteras nationes ducerentur: laborarent ergo, diligenterque custodirent istud præceptum, vt non priuarentur terra tamdiu concupita. Hoc autem rectè tenebat si ipsi desiderauissent, & reputauissent terram illam, sicut desiderare, & reputare debebant: sed non fecerunt: quia, vt patet Psalm. 150. Pro nihilo habuerunt terram delectabilem. Ista promissio est specialis ad Iudæos, quia non poterat hoc referri ad alias gentes: nam nullis alijs gentibus promiserant Deus dare terram in qua habitarent: & dato quòd promississet aliquibus sicut Idumæis, & Ammonitis atque Moabitis, vt declarabitur Deute. septimo capitulo, non poterat hoc adaptari, quia non daturus erat eis Deus terram ad habitandum, cùm iam dedisset, vt patet Deute. secundo capitulo. Ad solos ergo Iudęos hoc referendum est: & quia ista mandata erant moralia, & de iure naturali, obligabantque omnes homines, necesse erat, quòd ipsi in complendo illa ex charitate, merentur vitam ęternam, & complendo illa, etiam sine charitate mererentur vitæ diuturnitatem: sed hoc inducebatur ex natura præcepti, & hoc in quacunque terra essent: expressit tamen hic Deus de terra, quàm daturus erat, quia solis Hebræis loquebatur. *Quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Dabat eis spem de habendo terram illam, quia ad hoc eduxerat eos Deus de Aegypto, vt eductis daret terram fluentem lacte, & melle, vt patet Deute. sexto capitulo. Et dicitur: Quam Dominus Deus tuus dabit tibi: quasi dicat, non accepisti eam viribus tuis: sed ex misericordia Dei, quæ hostes illos fortiores, & robustiores te atque maioris numeri confregit. Non ergo dicere debes, quòd fortitudo manus tuæ hæc omnia tibi præstitit, sed misericordia Dei, de quo Deuter. septimo capitulo. Et fit hic mutatio personæ. Nam deberet dicere, vt sis longęuus super terram, quam ego daturus sum tibi: & dixit, Quam Dominus Deus tuus daturus est tibi: iste namque, qui loquebatur, vocabatur Deus: sic enim se vocauit in principio huius capituli, dicẽs: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Et licèt hoc verum sit, quòd Deus daturus erat terram illam Iudæis, & quòd ille, qui ista loquebatur non erat Deus: nec daturus erat terram Chanaan Iudæis, & sic non est mutatio literæ: quia tamen litera vocauit istum Deum: necesse est ex ordine literæ fieri mutationem personæ: & ista mutatio consueta est in sacra scriptura, vt patet in Psal. tertio versu vltimo, & Deute. sexto capitulo. *Non occides.*

Quare alij qui parentes dehonestantes diuturnantur in vita, & è cõtra.

Nullis gẽtibus Deus promisit dare terrã in qua habitarẽt nisi Iudęis.

QVAESTIO. XXI.

De quinto præcepto decalogi.

ISTVD est secundum præceptum secundę tabulę, & sunt iam omnia ista negatiua, quia cùm tota secunda tabula pręceptorum sit de directione hominis ad hominem, poterit se aliquis habere ad alterum dupliciter: vel bona impendendo: vel nocumenta ca uendo. Quantum ad primum, quod est bonorum impensio, fuit primum præceptum huius secundæ tabulæ de honore parentum, quia nomine parentum omnes proximi intelliguntur, & nomine honoris omnia opera pietatis, vt declaratum fuit supra: in his autem sequentibus ponuntur inconuenientia, quę oportet vitare. Et ponuntur plura negatiua, quàm affirmatiua, quia negatiua sunt maioris obligationis, & grauioris transgressionis, ideo debebant magis explicari: nam licèt teneatur homini benefacere, magis tamen tenetur nõ nocere, quàm bene facere: exprimuntur ergo hæc sex genera nocumentorum, & secundũ hoc sunt sex præcepta negatiua, quæ sequuntur. Istud primum ponitur, quia inter cęteta grauius est: nam nullũ maius nocumentum alicui fieri potest, quàm vt inferatur ei mors, cùm mors tollat esse simpliciter, quod est per totum bonum, & fundamentum aliorum bonorum. In alijs autem nocumentis non potest tolli tantum bonum, quia non tollitur esse simpliciter: sed aliquid q̃d est in ipso esse. saliqua perfectio: tanquam ergo maximum nocumentum in principio hoc prohibitum est. Hoc autem cęteris est horribilius: nam fornicari, aut furari, vel talia concupiscere, parui momenti sunt, & reputãtur comparata ad occidere. *Non occides.* Per hoc vetatur non solùm occisio, sed etiam quælibet membri mutilatio, aut sanguinis effusio, vel qualiscunque facta percussio, quę fit via ad mortem, vel quomodocunq; se habeãt. Nam omnia, quæ pertinent ad idem genus, reducuntur ad idem pręceptũ. Rabbi Salomon dicit quòd in isto præcepto solùm vetatur occisio: mutilatio autem membrorum, vel aliæ percussiones, siue sanguinis effusiones vetãtur in pręceptis iudicialibus. Sed hoc non potest stare, quia præcepta iudicialia fuerũt data soli populo Iudaico, sicut ceremonialia: ergo nullam aliam gentem obligabant. Patet enim, quia nõ obligabantur gentiles ad suscipiendum ritum Iudaicum, sine illo namque poterant saluari, ergo non obligabant eos præcepta iudicialia: sed mutilatio membri, aut sanguinis effusio, quę non inferret mortẽ secundũ Rabbi Salomonẽ pertinent ad p̃cepta iudicialia, ergo Gentiles non obligabantur ad non percutiendum, vel mutilandum, & effundendum sanguinem: quidquid ergo horum aliquis de Gentilibus faceret, non peccaret: sed nihil est hoc falsius. Nam cunctę leges Gentilium hoc vetabant, sicut occisionem: & non solùm gentes habentes legem, sed etiam gentes, quę legem non habentes solo naturali iure reguntur, hoc obseruant. Item cùm ista pręcepta iudicialia, & ceremonialia non insint: a natura, sed a sola voluntate legislatoris, & populi suscipientis, nunquam obligant anteq̃ dentur: sed populo Hebręorum ista pręcepta data sunt in monte Sinai: ergo antequam peruenirent ad illum locum, non obligabantur non effundere sanguinem, vel non mutilare: sed hoc valde inconueniens est. Et si forte dicas quod ista ponuntur in pręceptis iudicialibus, & tamen obligabant antequam darentur iudicialia: oportet quòd reducantur ad aliquod de pręceptis decalogi, quę sunt pręcepta iuris naturalis. Dicendum ergo, quòd hic vetatur homicidium, & omnes percussiones, vel sanguinis effusiones, & quodcunque pertinens ad istud genus, quia naturaliter omnia hęc videntur esse nocumenta, & fugienda esse. *Non mæchaberis.* Męchia adulteriũ notat, & hoc fit cùm vxore alterius. *An nomine męchiæ prohibeatur solus concubitus adulterinus, vel omnis carnalis delectatio sine matrimonij fœdere, etiam simplex fornicatio.*

Magis tenetur hominin on nocere q̃ benefacere.

Secunda. Præcepta iudicialia non sunt a natura.

Occurrit tacitę responsioni.

Sextum p̃ceptum de calogi.

QVAESTIO. XXII.

HEBRAEI volunt q̃ hic solùm prohibeatur concubitus adulterinus, & nullus alius. Doctores nostri volunt, quòd prohibeatur omnis carnalis delectatio quę fit sine matrimonij fœdere. Et patet, quia qui prohibet minus malum, prohibet a fortiori maius malum pertinens ad idem genus: vt si quis prohibeat non percutere proximum, prohibet a fortiori non occidere, etiam si non exprimatur dato, q̃ nõ fiat illa occisio per percusionẽ, sed veneno, vel aliàs: sic cũ hic manifeste in cortice literę vetetur adulteriũ, vetabuntur a fortiori omnia maiora vitia pertinentia ad genus coitus, sed sunt maiora, atq; infandiora vitia, & magis infamia in genere coitus, quàm sit adulterium: ergo illa semper vetabuntur, & fortiori districtu quàm adulterium. Sicut est coitus cum pecoribus, siue incumbendo siue succubendo: coitus masculorum adinuicem: coitus incestuosus, vt si quis cùm mre, aut sorore, & sic de cęteris consanguineis, vel affinibus, & mollicies: manifestum est quod ista grauiora, & infandiora sunt, ergo magis vetabuntur. Dicendum ergo, quòd in hoc pręcepto vetatur Męchia, id est adulteriũ expresse, sed nomine adulterij omnia alia mala pertinentia ad coitũ prohibentur: siue bestialitas. scũ pecoribus, siue sodomia in coitibus masculorum, siue ince-

Docto. sententia.

inceſtus in coitu conſanguinearum, & affinium: ſiue raptus in coitu puellarum raptarum de domo paterna: ſiue ſtuprum, ideſt violatio, vel defloratio prima virginum: vel etiam ſimplex fornicatio, ſcilicet ſoluti cum ſoluta, & non ſolùm omnia iſta, quę per coitum perpetrantur: ſed etiam aliæ inhoneſtæ delectationes in effuſione ſeminis qualicunque modo fiant ad experiendam delectationem veneream, quæ non fiunt ad alteram perſonam, ſed aliquis in ſe ipſo fędiſſime, atque infandiſſime agit. Quod genus vocatur mollicies, quia ad valde molles pertinet, quia nullam triſtitiam tolerare poſſunt in reſiſtendo concupiſcentiæ venereæ. Et non ſolùm in perfecta ſeminis effuſione, ſed etiam in quibuſdam prælud ijs, quæ humana inquirit, & inuenit malitia, de quibus melius atque ſecurius arbitror ſubticere. De omnibus his, quæ mala, & vitanda dicantur, & peiora quàm adulterium, vel ſaltem quædam maiora, & quædam æqualia manifeſtare opus non eſt, quia omnes gentes ſic arbitrantur, & ſic ſanxerunt iura humana, etiam quæ nullo modo accedebant ad legem Dei, & in his duriſſimas pęnas imponit. De duobus tamen iſtorum maius fortè videtur dubium, ſcilicet de peccato molliciei, quod quis in ſeipſum perpetrat, & de ſimplici fornicatione. De peccato autem molliciei, quin malum atque fędiſſimum ſit, dubium nulli eſt: & quilibet audiens bene diſpoſitus faſtidit, & horret.

Quare leges humanæ de mollicie mentionē nullā egerunt.

De iſto tamen peccato leges humanæ non curauerunt, licèt ſciuerint aliquid tale eſſe. Et hoc propter duo: primo, quia lex curat de peccatis, quæ manifeſtari poſſunt ad punitionem: peccatum autem molliciei manifeſtari non poteſt, cùm nullo teſte fiat: nec ad alteram perſonam propetratur: ſed qui agit in ſeipſo agit: & cùm loca quærantur, quæ a ceteris hominibus ſeparata ſunt, & ſatis occultabile ſit, imò venè nunquam ſcibile, niſi qui egerit reuelauerit, vel ſi quis filius iniquitatis, imò ipſa iniquitas inuerecundia inuerecundior nullo modo in patulo erubeſcat talia infandiſſime perpetrare: excedens adhuc in iniquitate turpiſſima ſacrificia Priapi, in quibus ipſe ſacerdos in gradibus altaris conſiſtens verenda toti populo demoſtrabat incitans ad vera ſacra Priapi, quæ in deordinatiſſimis coitibus celebrantur: aliàs autem nullus in hac re peccans prodibilis eſt, quia in media multitudine conſtitutus hoc ſine aliorum cognitione patrare valeat. Pudet de hac re protrahere ſermonem, cùm & ipſa cogitatio ſatis fęda, & periculoſa ſit, maxime iuuenibus fluxis ad libidinem: quia promptior nulla venus. Cùm ergo iſtud vitium huius conditionis ſit, nunquam, vt rariſſime cognoſci poſſit, nec ad punitionem venire, leges humanæ prudenti ductæ conſilio, maluerunt ſubticere, quàm naturam humanam inutiliter infamare.

Quare leges humanæ cogitationes iniquas non puniunt.

Idem videtur eſſe in iſto vitio, quod ſit in malis cogitationibus: nam malæ cogitationes peccatum ſunt ſi deliberatè ſint, vt ſi quis apud ſe deliberauerit alterum occidere, dato quòd non occidat, iam peccauit. Etiam ſi quis in corde ſuo mulierem cōcupierit deliberatione: iam peccauit, vt patet Matth. quinto capitulo. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo; iſta tamen peccata lex humana non punit: ſed ſola lex diuina, vt patet Matth. quinto capitulo, vbi Chriſtus addit iſta peccata cogitationum ad pęnam, ſicut leges humanę ponebant ſola peccata operationum. Et dato quòd lex humana iſta mala eſſe iudicet, vt patet in quibuſdam coniurationibus factis contra Dominos, vel prælatos: & tamen non curat de cogitationibus, quia ille non poſſunt pro-

F dire in patulo, cùm Deus harum ſolus diſcretor altiſſimo iudicio, & ſtrictiſſima indagine ſerutans corda, & renes inueſtiget. Quæ ergo probari non poſſunt, vt ad punitionem veniant, in legibus punienda ſcribere, eſt fruſtra occupare membranas, & ſtudium apponere impoſſibili. Cùm autem cogitationes malæ ſunt in damnum reipublicæ, vel principis, aut ſimilium perſonarum: dato quòd patratæ non fuerint, ſi tamen conſtare poteſt aliquo modo de tali voluntate, vtputa inter plures de talibus coniuratio, & colloquium factum, etiam pęnam lex imponit, vt patet extra in Decretis, & ſexto queſt. prima capitulo. Quæro ergo, in verſu. Si quis cum militibus, & qua ſi idem. C. ad lege Iuliam maieſtatis in lege ſi quis.

G Secunda cauſa, & potiſſima quare leges humanæ non curant de iſto vitio, quia licèt legiſlator velit facere ciues ſimpliciter bonos, tamen principaliter in lege mandantur ea, quæ concernunt habitudinem vnius ciuis ad alterum, vel ciuium ad ciuitatem: quòd autem aliquis bene ſe habeat ad alterum eſt per opera iuſtitiæ, cùm iuſtitia ſit bonum alterius, vt patet in 5. Ethi. & dicatur iuſtitia in retribuendo ſiue diſtribuendo vnicuique quod ſuum eſt, vt patet in inſtituta, De iuſtitia, & iure, in principio.

Lex humana ſolos actus iuſtitię præcipit.

Solos ergo actus iuſtitiæ mandat lex humana: actum vero liberalitatis, vel eutrapeliæ, vel magnanimitatis, vel amicitiæ, aut temperantiæ non mandat lex: quia non punit ebrios vel guloſos vel timidos: & ſic de ceteris, qui vitioſi

H ſunt. Nec valet: ſi obijcias de eo, quod dicit Phyloſophus in quinto Ethi. in principio, quòd lex præcipit omnem actum virtutis, vt non percutere, non conuitiari: cùm dicit: Præcipit autem lex, & fortis opera facere: vtputa non derelinquere aciem, nec fugere, nec abijcere arma: atque temperati: vtputa, non mechari, nec conuitiari atque manſueti: vtputa non percutere, nec contendere: ſimiliter autem, & ſecundum alias virtutes, & malitias: hæc quidem iubens, hæc autem prohibens: nam quidam actus virtutum aliarum ſunt, qui communicant cum iuſtitia, & actus oppoſiti actibus illarum virtutum communicant cum iniuſtitia: & quia leges humanæ intendunt bonum politiæ tanquam finem, ſcilicet pacem

I communem: & iſta pax impeditur per hoc, quòd aliquis male ſe habet ad alterum iniuriando, vel in rebus nocendo. ideo leges humanæ intendūt tollere ſolùm iſtos actus, qui ſunt impeditiui. Et quia iſti pertinent ad iniuſtitiam, leges humanæ ſolùm curabunt de actibus iuſtitiæ, & iniuſtitię, hos quidem præcipiendo, illos autem vetando. Et quia contingit, quòd actus aliarum virtutum aliquando coincidunt cùm actibus iniuſtitiæ, vel iniuſtitiæ, ideo lex humana præcipit, aut vetat illos inquantum ſunt actus iuſtitiæ, vel iniuſtitię, ſed non inquantum ſunt actus aliarum virtutum. Et patet iſta ratio, quia ſicut lex vetat generaliter omnem actum iniuſtitiæ, & vetat aliquem actum intemperantiæ: ſi vitaret illum actum inquantum eſt actus

K intemperantiæ vitaret omnes actus intemperantię, cùm nullus eorum bonus ſit: ſed lex humana vetat adulterari, quod ad intemperantiam, vel incontinentiā ſiue molliciem pertinet, & non vetat ebrietatem, quæ pertinet ad intemperantiam, & eſt viliſſimum vitium: nec vitat guloſitatem, & ſimilia, quę ad eādem intemperātiam pertinent. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia adulterium, qui eſt actus intemperantię, eſt etiam actus iniuſtitię cùm per illud noceatur proximo, cuius coniugij fędera violantur, & proles incerta efficitur, & ſic de alijs malis, quę ibi concurrunt ad alterum. Quantum ad ebrietatem non eſt idem, quia licèt ſit opus intemperantię, tamē ſm ſe non importat magis nocumentum ad alterum, quā ad eum, qui inebriatur.

Non

A Non eſt ergo ebrietas, vel guloſitas pertinens ad iniuſtitiam, ergo nullo modo vetatur a lege. Et ſic generalis regula eſt, quòd nullus actus vetatū a lege, niſi actus iniuſtus, vel qui pertinet ad ipſam iniuſtitiam particularem, quæ eſt commutatiua, & diſtributiua, vt patet in quinto Ethicorum, ſiue ſit actus alicuius alterius virtutis, & reducatur ad iniuſtitiā particularē, vt ponit Ariſtoteles, in eodē quinto. Eſſe ſpecies iniuſtitiæ commutatiuæ Mœchia, ideſt adulteriū, & ſerui ſeductionem, & doloſam occiſionem, & peragogiam, ideſt aquarum occultam deductionem, & ſic de alijs ſpeciebus. Sic ergo adulterium vel Mœchia prohibentur a lege non inquantum ſunt ſpecies intemperantiæ, ſed vt ſunt partes iniuſtitię particularis: Ebrietas autem nullo modo eſt particula iniu-

B ſtitiæ particularis, ideo nullò modo vetatur a lege.

Reſpōſio ad obiectionem ſupra factam.

Et ſecundum hoc patet reſponſio ad dictum Ariſt. ſcilicet, præcipit autem lex opera fortis, vt non dimittere aciem, nec fugere, nec abijcere arma. Dico enim, quòd lex humana non vetat iſta, inquantum ſunt vitia oppoſita fortitudini, ſed inquantum ſunt actus iniuſti: nam ſi actus fortitudinis directe mandaret omnem actum fortitudinis, mandaret, & vetaret omnem actum timiditatis, & audaciæ: ſed non facit hoc: nam ſi aliquis timidus ſit, vel audax, non punitur a lege, ſed hic præcipiuntur actus fortitudinis, non vt ſunt actus fortitudinis, ſed vt ſunt actus iuſtitiæ. Eſt enim iuſtum, quòd nos pugnemus pro republica, defendendo eam ab hoſtibus: qui autem derelinquit aciem, aut

C fugit, vel abijcit arma, non defendit rembublicam: ideo iniuſtum valde eſt, inquantum ergo eſt iniuſtus punitur a lege, non autem inquantum timidus. Sic etiam cùm dicit lex præcipit opera temperati, vt non conuitiari, nec mœchari. Reſpondetur quòd non pręcipit iſta opera temperantiæ inquantum opera temperantię ſunt, ſed inquantum ſunt opera iuſta, vel iniuſta: nam męchari iniuſtum eſt, quia eſt magna iniuria proximo, vt declarauimus: conuitiari autem eodem modo eſt actus intemperati large dicti: tamen non prohibetur vt actus intemperati, ſed vt actus iniuſti, quia iniuſtum eſt conuitiari alicui. Sic reſpondetur ad aliud quando dicit, quòd lex præcipit actum

D manſueti, vt non percutere, nec contendere: nam iſtos non præcipit, inquantum ſunt actus manſueti, vel iracundi, ſed inquantum ſunt actus iuſti, vel iniuſti: nam percutere valde iniuſtus actus eſt, & contendere. Habito ergo hoc fundamento, licèt mollicies ſit actus intemperantiæ, cùm ſit circa delectabile tactus, tamen non eſt actus iniuſtitiæ particularis, cùm per molliciem nulli noceatur: ſed ſibi ipſi mollis malum facit: non ergo curat lex de iſto vitio, quia non pertinet ad iniuſtitiam, de qua eſt tota intentio legis. Et ſic cùm dicatur, quòd lex præcipit omnem actum virtutis, verum eſt materialiter, inquantum reducuntur ad ſpecies iuſtitiæ particularis: ſed formaliter ſolos actus iuſtitiæ præcipit.

An ſimplex fornicatio vitetur per 6. præceptū legis.

De alio reſtat dicendum, ſcilicet de ſimplici fornicatione, vtrum vitetur in hoc pręcepto.

E Et ſciendum ad hoc, quòd cùm iſta ſint pręcepta de iure naturali, ideſt de illis inclinationibus, quæ inſurgunt ex natura communi animalis, vt ex propria inclinatione hominis ſecundum rationem, quæ eſt natura hominis: oportet quòd omnia, quæ mala iudicantur, vel ſecundum communem inclinationem animalium, vel ſecundum principia communia rationis practicę hic vetentur tacitè, vel expreſsè: ſed fornicatio ſimplex eſt mala, cùm nos iudicemus eam malam ſecundum principia rationis practicæ: ergo vetatur hic: ſed non poteſt intelligi vetita, niſi in iſto præcepto, non Mœchaberis: ergo nomine Mæchiæ, vel adulterij intelligitur ſimplex fornicatio. Conſe-

quentia ſatis apparet, antecedens patet, ſcilicet quòd fornicatio iudicetur mala naturaliter, ſcilicet ex principijs communibus intellectus practici. Sed ſciendum quòd ad hoc, quòd aliquid dicatur malum, vel bonum naturaliter, non eſt neceſſe quòd omnes homines eadem ſententia iudicent illud bonum aut malum, vt ait Ariſtoteles, in decimo Ethicorum ſubdens exempla, ſcilicet quòd ſicut eſt circa ſenſus exteriores, ſcilicet quòd mel naturaliter eſt dulce ſecundum ſe ipſum, & omnis, qui habet guſtum diſpoſitum illud experitur: ſi tamen aliquis habeat linguam infectam colera, iudicabit mel eſſe amarum. Vel de viſu manifeſtum eſt, quòd Ethiops niger eſt ſiue coruus, & omnes habentes oculos diſpoſitos iudicabunt eſſe nigros: ſi tamen aliquis patiatur ophtalmian iudicabit illos eſſe albos, vel ſubalbos propter melancoliam corruptam, & ſubalbam, quam habet in oculis. Sicut ergo licèt iſti iudicent Ethiopem, & coruos albos, & mel eſſe amarum: tamen ſecundum veritatem, mel ſemper eſt dulce, & coruus atque Ethiops nigri: ita ſi aliquis ſit indiſpoſitus ſecundum paſſionem concupiſcentię iuuenilis circa actum venereum, iudicabit fornicationem ſimplicem non eſſe malam, & non ſolùm hanc, imò & adulterium iudicabit non eſſe malum: illi tamen, qui ſunt temperati, iudicabunt eſſe malum adulterium, & malam fornicationem ſimplicem: & omnes temperati hoc facient: ipſi tamen iudicabunt coitum coniugalem eſſe honeſtiſſimum, atque temperatum: ergo videtur quòd fornicatio ſimplex ſecundum ſe mala eſt, qa ab omnibus bene diſpoſitis mala iudicatur: licèt alicui male diſpoſito bona videatur. Sicut alicui habenti guſtum male diſpoſitum id, quod eſt delectabile videtur triſtabile, & è contrario. Item patet hoc in ipſis incontinentibus, quia incontinens eſt pęnitiuus, vt ait Ariſtoteles, in ſeptimo Ethicorum nam paſſione exiſtenre egreditur à recta opinione, & malum operatur: ſed rurſus ſoluitur a paſſione, & iudicat contrarium, vt ait Ariſtoteles, eodem libro: ſed ſic eſt, quòd qni incontinens eſt, dum eſt in paſſione iudicat ſimplicem fornicationem bonam, & illam ſequitur: poſtea paſſione ceſſante, quando intellectus operatur, iudicat malum eſſe fornicatum fuiſſe: ergo videtur, quòd intellectus ſibi ipſi relictus nulla paſſione perturbante iudicat malam fore fornicationem ſimplicem: ergo mala eſt naturaliter.

Actus naturaliter efficit bonꝰ vel malus ex ſuo fine.

Item actus naturaliter efficitur bonus vel malus ex ſuo fine: quando autem aliquis eſt actus ordinatus in indebitum finem, neceſſe eſt eſſe malum: ſed ſic eſt, quòd delectabile, quod eſt in tactu, & guſtu non dicunť eligibilia per ſe, ſed neceſſaria, vt ait Ariſtoteles, ī ſeptimo Ethicorū, ideſt quòd delectabile, quod eſt in cibo, & potu, vel in actu venereo non eliguntur propter ſe, ideſt non ſunt talia, quæ naturaliter debeant eligi propter ſe ſed propter alterum, ita quod ſi non intenderetur aliquis finis ex eis, nunquam deberent eligi: delectabile enim, quod eſt in cibo & potu eſt propter conſeruationem indiuidui: quia impoſſibile eſt viuere aliquod animal ſine cibo & potu, & ſi poſſet animal viuere ſine cibo & potu, non deberet eligere ſumere cibum aut potum. Delectabile tactus in actu venereo eſt eligibile propter conſeruationem ſpeciei per generationem: ſi autem daretur quòd ſpecies poſſet conſeruari aut multiplicari indiuidua ſine coitu, nullus deberet eligere coitum. Si ergo aliquis non intendat gignere, & tn̄ velit coire, eligit propter ſe coitum. ideſt ſolùm propter delectationē, q̄ eſt in coitu, & ſic peruertitur natura, quia delectabile qd̄ eſt neceſſariū .i. ſolū propter alterū eligibile, eligiť pp ſe ipſum, ideo naturaliter eſt malū. Sed hmōi eſt ī delectatiōe, q̄ ī ſim

 plici

plici fornicatione, ergo naturaliter est mala: si autem mala naturaliter, ergo prohibita in his præceptis expresse, vel subintellecta, vt supra inducebatur.

Quare fornicatio simplex non prohibetur in legibus humanis, cum hic prohibeatur diuina lege.

QVAESTIO. XXIII.

SED tunc quæretur, cùm fornicatio simplex sit prohibita in his præceptis, & sit mala naturaliter, quare non prohibetur in legibus humanis sicut prohibentur alia mala, quę sunt in coitu, scilicet adulterium, bestialitas, sodomia, incestus, raptus, & stuprum? Respondetur quòd vt supra dictum est, lex humana non tollit omnia mala, sed solùm illa, quæ pertinēt ad iniustitiam, de alijs autem enormitatibus, quæ fiunt in coitu, vt de adulterio, bestialitate, incestu, & similibus manifesta est iniustitia. Nam de adulterio per se notum est, quòd ille qui cognoscit vxorem alicuius carnaliter, magnam facit iniuriam viro suo, vt declaratum est. De bestialitate autem licèt non possit fieri iniuria bestiętamē fit magna iniuria legi, & naturali iuri, & ipsi communitati. Nam infamatur communitas per hoc quòd aliquis est in ea, qui bestiam carnaliter cognoscat, & non solùm toti communitati, in qua talis homo est, sed toti naturæ humanæ, quam declinauit ad conditionalem bestialem: ideo omnes homines talem hominem persequi debent tanquam hostem, & infamatorem naturæ humanæ. Quantum ad aliam enormitatem, quæ est sodomia, dicendum eodem modo, quòd qui cognoscit virum coitu fęmineo, aut cognoscit violenter, aut volente ipso. Si autem violenter, quia forte ipse, qui oppressit talis erat, qui viribus opprimere potuit, vel ipse qui oppressus est talis fuit, qui opprimi potuisset. Et tunc dicendum quòd ille qui oppressit valde fuit iniustus, quia intulit tale nocumentum alicui homini, quantum nullo modo aliter inferri poterat: nam melius est homini mori, quàm quòd vir coitu fęmineo cognoscatur: maiorem ergo iniuriam facit alicui, qui ipsum carnaliter cognoscit violenter, quàm si ipse ipsum occideret: nullum ergo maius malum est, quod alicui infligi possit quàm hoc. Sed aliquis vocatur magis aut minus iustus secundum quòd maius aut minus malum facit: ille ergo qui tale malum facit iniustissimus est. Si autem aliquis cognoscat alium coitu fęmineo volentem, non potest facere ei iniustum formaliter, quia volenti non fit iniustum, vt ait Philosophus in quinto Ethico. & allegat exemplum Homeri de Glauco, qui dabat Diomedi arma aurea pro armis ęreis, & centum boues pro nouem bobus: tamen non fiebat ei iniustum: facit tamen vterque iniustum legi contra quam agunt, & naturam humanam infamant: omnibus namque viris contumeliam maximam inferunt: cùm dignitatem eorum tollant conuertentes eos in fęminas, quod detestabilius est: talem autem infamiam leges iustæ non tolerant, licèt aliqui miserabiles populi insurgentem ac crebescentem ab antiquo tabem infandissimam sub dissimulatione pertranseunt, desperantes talem posse labem abstergi. Aliud vitium, scilicet incestus iniustitia est: habita destructione, quæ in superioribus posita est: sed adhuc dato quòd vterque volens sit, magna legi iniuria fit, & iuri naturali atque reuerentiæ sacroque fœderi: quod inter cognatos, & affines est: ideo iustę leges talia non tolerant. Aliud autem scilicet stuprum iniustum est, quia licèt puella consentiens sit, quia tamen in domo paterna adhuc manet, patri iniuria fit,

Qui coit cū bestijs iniuriam facit legi, & naturali iuri, & toti communitati humanę.

Maiorem iniuriam facit qui virum aliquem violenter cognoscit, q̄ si ipsum occidisset.

De incestu.

De stupro.

F & illud leges puniunt: faciendo distinctiones de quibus extra. De adulterijs, & stupro per totum. Raptus etiam vitium est iniustum, quia puellæ raptæ iniuria fit, & patri de cuius domo rapitur: ideo leges humanæ raptoribus pęnam infligunt, & sacri canones, vt patet extra de raptoribus per totum. In adulterio autem iniuria per se nota est. In fornicatione simplici non videtur esse iniustitia, licèt peccatum sit, quia non est ibi aliqua persona, vel fędus consanguinitatis, vel alia iura, quibus inferatur iniuria: cùm sit coitus soluti cum soluta, & vtriusque totaliter voluntarij: & dato quòd aliqualis iniustitia fiat: est tamen talis, quam non potest corrigere humana politia: nam politia humana imperfecta est, nec potest omnia mala corrigere, & ideo deficit lex humana a perfectione legis diuinæ: nam lex diuina omnia mala corrigit siue interiora, siue exteriora, idest siue illa, quorum actus intra manent, siue illa quorum actus exterius terminantur. Et hoc inducit quoddam correlariū, quòd stulta foret lex humana, quæ vellet legi diuinę in omnibus similari; nam lex humana non omnia potest corrigere: nam interiora nullo modo corrigit: exteriora etiam omnia corrigere non potest. Et patet hoc, quia rectitudo legis est in conformitate ad bonum commune pro quo ponitur: bonum autem commune, & finale, est status bonus, & pacificus totius ciuitatis: si tamen omnia vitia corrigerentur, siue punirentur lege humana, sequeretur destructio boni status, & communis pacis politicæ: ergo non debent vitari. Patet quia si lex humana puniret fornicationem simplicem, quę est quoddā vitium cùm, homines, qui sunt in politia sint pro maiori parte imperfecti, sequerentur multa adulteria, & virginum deflorationes, & bella ciuilia, & prolis incertitudo, viri de vxore magna suspitio, inquietudo in vita matrimoniali: &, quod deterius est, concubitus masculorum, & pecorum, & infandissimæ turpitudines, quas supra eas, quæ sunt, humana cogeretur inuenire malitia. Iniustissima ergo lex ciuilis esset, quæ meretrices tolleret, & simplicem fornicationem puniret iuxta sententiam Augustini, scilicet meretrices tolle, & cuncta libidinibus conturbabis. Et si dicas quare lex diuina fornicationem simplicem prohibet, cùm ad illam prohibitionem sequantur omnia inconuenientia, quæ sequuntur ad legis humanæ vetationem, si vetaret. Respondetur, quòd quælibet res est iusta secundum conformitatem ad finem, pro quo ponitur. Lex autem humana ponitur ad procurandum, & conseruandum bonum commune, quod est in quadam communi pace, & bona habitudine, quæ disturbaretur, si punirentur omnia mala. Lex autem diuina intendit bonum commune, quod spectat ad corpus Christi mysticum, & hoc est in communicatione felicitatis vitæ æternę, & non est ista lex ad conseruandum illud bonum, quia postquam habetur, perdi non potest, & ibi cessat lex: sed ad procurandum, qualiter veniant homines ad vitam ęternam, & quia ad illam altissimam communicationem secundum Dei iudicium exigitur puritas totalis vitæ, quæ est in vitando omne vitium: ideo lex diuina omnia mala prohibet. Etiam non est ratio quòd lex humana vetaret sub punitione omnia vitia: quia vitare omnia vitia, maxime ea, quæ multum habent inclinationem ex lege fomitis, non potest fieri sine magna gratia: homo autem legem ponens non potest dare gratiam præseruatiuam, & adiuuantem, ideo non debet omnia prohibere. Et hæc fuit potissima ratio, quare lex Moysi non prohibebat omnia vitia, quia in ea non erant aliqua adminicula, in quibus homo se exercitans reciperet gratiam, sicut sunt sacramenta in lege noua: per quæ datur gratia ex

De Raptu.

De adulterio.

De simplici fornicatione.

Lex humana non potest omnia corrigere.

Quare lex diuina simplicē fornicatione tollit.

Lex Moysi non prohibuit omnis vitia.

ex natura sacramēti. (Nisi recipiens ponit obijcē.) Nec tantū Deus visitabat corda hominum, sicut nunc: in lege autem noua fuit data plenitudo gratię, ideo debuerunt in ea omnia mala prohiberi. Etiam lex Mosayca non prohibebat, quia non fuit lex diuina vniuersalis, sed fuit quædam directio specialis cuiusdam particularis politiæ, scilicet Iudaicæ: sic enim dicitur supra decimonono capitulo. Deuter. septimo, quòd Deus assumpsit populum Hebraicum per legem datam in populum peculiarem de cunctis populis terræ: ideo conueniens erat quòd illa legislatio conueniret conditioni politiæ illius, cui dabatur, in qua omnes quasi erant imperfecti: ideo Deus eis aliqua mala permisit: vt dare ad vsuram extraneis, & repudiare vxores, vt patet Deute. vigesimoquarto capitulo. Hæc autem B propter Iudęorum imperfectionem fuisse concessa monstrauit Christus Matth. decimonono capitulo, dicens. Ad duritiam cordis vestri libellus repudij datus est. Et quando arguebatur supra, quòd ex eo quòd lex diuina prohibet fornicationem simplicem, sequuntur eadem inconuenientia, quæ sequerentur si prohiberet lex humana, falsum est. Nam lex humana punit in præsenti, & ad fugiendum istam punitionem, quam omnes tam boni, quàm mali timent, illi qui mali sunt conuertuntur ad alia peiora mala occulta. Lex autem diuina omnia mala punit non hic, sed in futuro, ideo timore eius arcentur mali a simplici fornicatione, nec inclinantur ad alia peiora, cùm sint secundum Deum magis punienda. Et licèt lex diuina C omnia mala vetet, tamen vult quòd lex humana non vetet omnia mala, cùm sit præceptum legis diuinæ curare de bono communi politiæ. Et non decuit, quòd vtraque, scilicet lex diuina, & humana fornicationem puniret, vel quòd vtraque fornicationem permitteret: si enim lex diuina fornicationem permisisset, quodam impetu bestiali, & effrenato homines in libidinem mouerentur in tantum quòd humana conditio vilior vniuersaliter redderetur. Si autem vtraque lex fornicationem puniret, sequerentur inconuenientia supra posita: nunc autem quia lex diuina punit illam: illi, qui sunt boni, & timentes Deum, fugiunt illam propter legis diuinæ prohibitionem: qui autem mali sunt, & non timentes Deum sequuntur illa, & non incidunt in peiora. Est ergo fornicatio simplex naturaliter mala, cùm sit actus deordinatus in multis circunstantijs: lex autem humana illam non punit nō tanquam approbans vt bonam, sed vt non valens illam corrigere. Quod autem mala sit probatum est. Quod etiam ipsa lex eam reputat malam, patet: nam meretrices, quę libidinibus vacant in fornicatione simplici, secundum leges infames sunt, & priuantur beneficijs legis, quia priuantur iure testificandi, & alijs actibus legitimis. Item punit aliquo modo lex fornicationem simplicem: nam si solutus de soluta prolem suscipiat, secundum simplicem fornicationem: lex illos filios inde natos illegitimos facit, priuans successione paterna: quod tamen non esset, si proles de certo, E & vero matrimonio suscepta esset: vel si superueniente matrimonio facta fuisset legitima, vt patet extra. Qui filij sunt legi. in capitulo, tanta est vis. Satis ergo inductum patet ex superioribus omnem delectationem in actu venereo, siue in coitu, siue sine coitu, & desiderium deliberatum, & omnia accessoria ad hoc genus comprehendi hoc præcepto.

Non furtum facies.

Lex Mosayca non fuit vniuersalis sed specialis.

Cur lex humana p̄mittat q̄dam mala quæ diuina prohibet.

Fornicatio simplex est actus naturaliter malus.

QVAESTIO. XXIIII.

De septimo præcepto decalogi.

ISTVD est quartum mandatum secundæ tabulæ, & pertinet ad directionem concupiscibilis in actu secundum aliquid vtile: nam ea, quæ subtrahimus furto vtilia sunt, vel suramur ea, inquantum vtilia sunt: quia licèt secundum se non sint vtilia, quia tamen contingit reperiri in eis per accidens aliquod vtile, quantum ad id in quo vtiles sunt, eas furamur: vt si aliquis furetur hominem, vt patet sequenti capitulo nam talis morte moriebatur: homo tamen secundum se non erat vtilis, sed quantum ad aliquid, quod in eo reperitur, scilicet inquantum potest aliquid operari, quod vtile sit. Et quia ista præcepta negatiua secundæ tabulæ sunt prohibitiones nocumentorum ad proximum, iuxta ordinem nocumentorum, ita est ordo preceptorum. In nocumentis autem maximum est, quod est in propriani personam, & tollit esse personæ, & hoc est homicidium: ideo vetare homicidium pertinuit ad primum inter negatiua. Secundum nocumentum est, quod fit in coniuncta persona hoc autem est in vxore cùm vir & vxor sint vna caro, vt patet Gen. tertio capitulo, & ad Ephe. sexto. fit autem istud nocumentum, cùm aliquis coit cum alterius vxore, & hoc prohibitum fuit in secundo. Tertium nocumentum est, quod causatur in rebus, & hoc est per ablationem, & pertinet ad furtum, quod hic prohibetur. Rabbi Salomon dicit, quòd istud præceptum solùm intelligitur de furto hominis, scilicet cùm aliquis furabatur hominem, quia tunc merebatur mortem, vt patet sequenti capitulo. In alijs autem furtis non imponebatur pęna mortis, sed pęna dupli, vel quadrupli secundum determinationes, quæ fiunt in præceptis iudicialibus sequentibus. Sed istud dictum nihil valet propter duo: primo quia sequuntur ad hoc inconuenientia, scilicet omnia illa, quæ supra posuimus, quando arguebamus in illo præcepto. Non occides, scilicet quòd cùm ista præcepta sint de iure naturali, & obligant omnes homines, & præcepta iudicialia non obligant aliquas gentes, nisi Iudæos, quia illis data sunt solis, scilicet furari res, quæ non sunt homo solùm pertinet ad præcepta iudicialia, ergo non obligabant gentiles: sed hoc falsum est, quia etiam leges eorum hoc multum puniebant. Item sequeretur, quòd cùm præcepta iudicialia nunquam obligauerint, nisi postquam tradita sunt, quòd si aliquis de Iudæis ante dationem D huius legis furatus fuisset alteri aliquam rem, quòd nō peccaret: sed valde falsum est: necesse est ergo dicere, quòd omne furtum hic prohibetur. Secundum propter qđ non valet istud dictum est falsitas fundamenti, nam vult Rabbi Salomon, q̄ pro transgressione omnium præceptorum, quæ hic ponuntur imponatur pęna mortis, & propter hoc etiam supra dicebat, q̄ in illo præcepto, non occides, solùm vetatur occisio, & nō mutilatio membri, vel percussio, vel quæcunque sanguinis effusio, quia pro sola occisione imponitur pęna mortis; pro alijs autem non, vt patet sequenti capitulo. Sed hoc non potest stare, quia pro mandato illo de non concupiscendo bouem, aut asinum, vel domum, & similia non imponeretur pęna mortis: nam dato quòd ista sit concupiscentia demonstrata in opere, non imponeretur propter hoc pęna mortis, quia etiam si ipsam bouem, aut asinum actualiter furaretur, non incurreret ex hoc pęnam mortis. Dicendum ergo quòd in hoc præcepto vetatur omnis indebita contrectatio rei alienæ: nam licèt furtum accipiendo strictè, vt distinguitur contra alias illicitas contrectationes, dicatur alienæ rei contrectatio inuito Domino animo lucrandi facta: non solùm prohibetur talis contrectatio, sed etiam rapina, vel violentia, extorsio indebita, quàm exercent Domini, vel prælati in subditos: iniusta tributa, & nouę impositiones pensionum inconsuetarum, fraudes, vsurę, simonię, & generaliter omnes modi, vel contractus, per quos aliquis iniu-

Doctoris sententia.

ste acquirit, vel detinet alienum. Prohibetur etiam desiderium acquirendi, vel possidendi ista illicitè: licèt hoc rectius ponitur sub vltimo præcepto de non concupiscendo bouem, & asinum, aut domum.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

QVAESTIO. XXV.

De octauo præcepto decalogi.

ISTVD est præceptum quintum secundę tabulę, & est directiuum virtutis irascibilis: nam sicut per vim irabiscilem aliquis alium offendit facto in propria persona eum occidendo, ita per eaudem irascibilem offendet verbo eiusdem famam lędendo. Et istud valde malum est, quia in communicatione politica nihil magis valet homini, quàm nomen bonum, aut malum, quod habet. Si enim aliquis in politia bonæ opinionis sit, apud omnes tenebitur in magna reputatione, & dabit ei magnus honor. Si autem malę opinionis habeatur, apud omnes vilipendetur, atque vt nihil reputabitur, nec dabitur ei aliquis honor publicus, & erit quasi non esset in communicatione aliorum hominum, & huic melius foret mori, aut communicationē politicam deserere, quàm sic obrobriorem vitam ducere. Valde ergo offendit qui alterum in fama lædit: propinqua enim læsio est famæ morti personæ apud eos, qui vere existimant; secus autem apud turpissimos homines, qui totaliter delectabilibus tactus, & gustus omnimode inhiantes, de nomine modicum gloriantur, sed hos bestijs exęquauerim, qui se infra bestialem dignitatem detruserunt. Et quia ista præcepta ordinantur secundum ordinem nocumentorum, vt dictum fuit superius de nocumentis, quæ inferebantur in facto occidendo, adulterando, & furando: hic agitur de nocumento quod fit in verbo infamando. *Non loqueris contra proximum tuum.* Omnis homo proximus est, ideo contra quemcunque loquamur, cōtra proximum nostrum loquimur, cùm secundum naturam omnes propinqui sumus: sed specialiter proximi sunt, q nobis aut sanguinis propinquitate aut locorum vicinitate coniuncti sunt, ideo secundum gradus istarum propinquitatum, ita agere debemus: nam magis tenemur bene agere vicinis, qui sunt proximi, quàm alijs proximis, qui non sunt vicini, & magis proximis, qui sunt consanguinei, & sic de alijs differentijs personarum, in quibus omnibus reperitur esse proximum. Dicitur. *Non loqueris.* Non solùm prohibetur locutio, sed etiam prohibetur scriptum, nihil enim magis refert quòd aliquis scribat contra alterum falsum testimonium, quàm quòd dicat ore: vt patet de illis, qui ponunt libellos infamatorios contra aliquas personas, quia dato quòd ipsi non loquantur, litera pro eis loquitur. Licèt in hoc refert, quia quando ponuntur libelli infamatorij, & non constat de persona, quæ posuit libellum, non tanta infamia sequitur, sicut si aliquis illa eadem ore proferret: nam quando ponuntur libelli infamatorij, quia non constat de auctore, non datur fides: quia fuit factus libellus ab aliquo leuissimo viro, cui nulla fides attribuenda esset. Et dato quòd ille esset persona, cui deberet dari fides: quia sic non expresso nomine infamauit, suspectum se reddidit, quia videtur ex odio processisse, ideo nulla fides ei circa talia merito adhibenda est. Cùm autem aliquis proprio ore infamat alium, magis habet radicem, vt ei credatur, quia audet illud dicere, quod non videtur, nisi verum esset: mendacia namque latere desiderant, & verum in propatulo gaudet. *Falsum testimonium.* Falsum testimonium hic prohibetur, si autem aliquis contra proximum suum dicat testimonium verum, non videtur huius præcepti reus. Sed sciendum quòd licèt verum secundum se non sit malum: tamen aliquæ veritates sunt, quas dicere peccatum est, & contra ordinem Euangelicum: vt si aliquis cognoscat de aliquo scelera multa, & dicat in publico, verum dicit, tamen mortaliter peccat in sic dicendo: quia Christus mandauit Matth. decimonono. Si peccauerit frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum, & sic de toto ordine correctionis fraternæ. Si autem aliquis istum ordinem ommittat, vbi seruari potest, & peccatum alicuius publicat, dupliciter peccat: primo, quia transgredit ordinem, quem Christus posuit in corrigendo: secundo, quia ex mala intentione agit: nam dicere peccata alicuius in patulum vbi obest, & nullo modo prodest, non potest procedere ex radice charitatis: debet ergo qui alicuius peccata certe cognouit, si locus est, correctione fraterna vti secundum Euangelicam doctrinam. Si autem ex correctione illa non existimat posse aliquod bonum sequi, sed magis scandala, tacere debet, nec vlli talia peccata prodere: nisi iudicialiter inquiratur, vtpote quia compellitur ferre testimonium in tali causa: quia tunc debet veritatem confiteri. Hoc autem verum est, nisi peccatum tale sit, quod nondum sit factum: sed stat in dispositione, vt fiat: quia tunc si forte illud tale crimen sit, de quo reipublicæ discrimen magnum immineat, potest crimen publice dici, nisi forte sit aliquis, qui illi malo celeriter occurrere possit. Vt puta si aliquis cognoscat certissimè, quòd aliquis vult patriam hostibus tradere, quia fortè vidit de hoc eum cùm hostibus tractātem, & conuenientem, prodere cito debet tale crimen non seruato ordine correctionis fraternæ: quia cùm iste ordo correctionis mora indigeat, mora nociua esset, quia antequam ordo correctionis fraternæ ad plēnum seruaretur, vitium iam inceptum patraretur: maxime quia in talibus periculosum erat attentare ordinem correctionis fraternæ: pericula autem nota sunt: debet ergo qui tale crimen de alio nouit, immediatè prodere rectoribus politiæ aut toti communicati, quia maximum dānum imminet patriæ. Nunc ergo licèt verum testimonium interdum peccatum sit, vt declaratum est, in isto tamen præcepto directè solum falsum testimonium prohibetur, quia verum testimonium ad aliud genus videtur pertinere. *Falsum testimonium.* Testimonium a teste dicitur: ideo illo modo aliquis potest ferre falsum testimonium de altero, quo testis est: proprie autem in iudicio aliquis testis est, cùm inducitur, vt deponat aliquid in causa, super qua inquiritur: ideo isto modo proprius aliquis est falsum testimonium proferens. Alio modo potest aliquis testificari extra iudicium non quidem, quòd ab eo aliquid inquiratur, sed quòd ipse vt verum aliquid asseuerat tanquam si iudicialiter deponere cogeretur. Et in hoc est magna differentia in his qui extra iudicium falsum testimonium dicunt: nam si aliquis, non inquisitus de facto alterius, dicat de eo aliqua crimina falsa, si sine iuramento illa dicat, non tantum peccat, quia non tantum infamat, cùm non credatur ei tantum. Si autem cùm iuramento illa asseueret, etiam nullo petente quòd iuret, magis peccat: quia magis infamat, & maior ei fides adhibetur. Sed rameu adhuc est differentia de falso testimonio, quod fit in iudicio, aut extra iudicium, quia illud, quòd fit in iudicio, cęteris paribus peius est ac valde maius peccatum: dico autem cęteris paribus, scilicet, quòd de eadem re infametur per testimoniū falsum in iudicio, & extra iudiciū: quia tunc peius est testimonium, qd in iudicio, quia fm illud, qd est in iudicio

Lęsio famæ quàm graue malum sit.

Omnes homines naturaliter proximi nostri sunt.

Magis proximus vna voce infamatur q̄ per libellos ifamatorios.

Falsum testimoniū graui? est in iudicio quam extra iudicium cęteris paribus.

Dicere aliquas veritates peccatum magnum est.

Cœremonia, quæ reip. nocent a quo liberscientes de nuda ri debent.

iudicio fertur sententia, & manet aliquis de iure infamatus: secundum illud, quod fit extra iudicium non manet aliquis infamis de iure, licèt infamia facti non aboleatur. Etiam quia testimonio falso, quod fit extra iudicium non adhibetur fides tanta sicut testimonio, quod fit in iudicio, ideo nocentius atque atrocius est: falso testimonio, quod extra iudiciū est interdum fides nulla adhibetur. Loquimur autem hic de grauitate criminis secundum seipsum, scilicet materialiter, quæ est peior actio, & non quantum ad intentionem facientis: quia cùm illa imponat quantitatem crimini, secundum magis aut minus deordinatur poterit aliquis ferendo falsum testimoniū extra iudiciū magis peccare, quàm alius ferendo testimoniū in iudicio: vt quia forte ille, qui extra tulit, magis laborabit nocere, & putauit se alteri magis nociturū, quàm si in iudicio deposuisset. Rursus de illis qui in iudicio deponūt est ordo gratuitatis fm cām, in qua deponūt, quia aut deponunt in causa mere ciuili: aut in causa criminali ciuiliter intentata: aut in causa criminali criminaliter intentata. Qui enim in causa ciuili mera deponit falsè minus peccat, quàm qui in causa criminali ciuiliter intentata: cùm aliquis succūbit, licèt non imponatur pęna criminalis: si tamen tale delictum est ad quod sequitur infamia, manebit infamatus saltem de facto: in causa autem merè ciuili nullus infamatur. Qui autem falsum deponit in causa criminali ciuiliter intentata, minus peccat cęteris paribus, quàm qui fert testimoniū falsum in causa criminali criminaliter intentata: nam in istis imponitur pęna criminalis: multum autem peccat falsus testis, maxime qñ in iudicio falsum dicit testimoniū: nā vt ait Augu. & habetur extra. De crimine falsi in ca. falsidicus. ſ. Falsidicus testis tribus personis est obnoxius, primum Deo, cuius præsentiam contēnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit, postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Hebræi autem dicunt, vt Rabbi Salomon, q̄ istud pręceptum intelligitur de falso testimonio in iudicio solùm. Sed falsum est, nam sequuntur inconuenientia, quæ assignauimus in aliis duobus præceptis, scilicet in illo, non occides, & in alio, non furtum facies. Debet ergo intelligi istud pręceptum de omni mō, per quē contingit errare contra proximum in verbo falsum dicendo: siue deponendo falsum in iudicio, siue extra iudicium murmurando, detrahendo, susurrando. Ad hoc etiam præceptum reducuntur omnia mendacia: nam tunc mentimur cùm aliquid asserimus cōtra id, quod scimus verè, aut firmiter credimus: mendaciū ergo quædam assertio est, & sic assertio testimonium est, quia nihil aliud est testificari, nisi fieri alicuius rei firmum assertorem: si autem mendacium sit contra aliquem, cùm de se sit testimonium & falsum: vocabitur falsum testimonium contra proximum. Si autem mendacium contra nullum sit, vocabitur falsum testimonium, sed non contra proximum.

In causa mere ciuili nullus ifamatur.

Opinio Rabbi Salomon.

Confutat.

Testificari quid sit.

QVAESTIO. XXVI.

De triplici mendacio.

ET sic oportebit distinguere de mendacio, quia mendacium, vt ponūt sancti Doctores, est triplex, scilicet perniciosum, iocosum, & officiosum: primum autem mendacium, quod est perniciosum, dicitur a pernecando, idest a nocendo, vel occidendo, quia semper nocet proximo: & de isto est dicendum, quòd omne mendacium pernitiosum semper est mortale peccatum, & vocatur falsum testimonium contra proximum, quia per tale mendacium ille, qui mentitur aliquid, contra proximum testificatur, & illud est falsum: in mendacio autem iocoso licèt contra aliquem aliquid dicamus, & falsum illud fit, quia tamen iocose dicitur, non causat in illo infamiam, nec iniuriam, cùm ista non dicantur animo nocendi aut iniuriandi: ideo mendacia iocosa raro peccata mortalia sunt: nisi cùm quis ex assuetudine delectatur in mentiendo, & in illud tendit propter se. Mendacia autem iocosa sunt iocis vtilia in quantum per ea homines delectantur, & reficiuntur: nam, vt ait Phylosophus 4. Ethico. requies, & ludus necessaria sunt ad vitā. Nam natura nostra infirma est, & non potest semper vacare aut laboribus corporeis, aut operationibus intellectiuis, quia organa sic fatigantur, & homo cito deficeret: propter hoc etiam somnus animalibus habentibus cerebrum datus est ad quandam quietem, & recollectionem virium pro futuris laboribus: præter hanc tamen quietē nos indigemus alia quiete, quæ est in ludis, quæ est remissio a laboribus, sed in hac quiete ludo vtimur eutrapelia, secundum quam omnia ad bonum vertimus: vt omnes gaudeāt: de qua Aristo. in 4. Ethi. Differentia tamen magna est in hac quiete, & ludo, quia secundum differentiam status magis, aut minus perfecti conuenit alia requies, & alius ludus: nam viri valde perfecti, quia terrenis curis abstracti soli Domino vacant: si aliquando ex conditione corruptibilis corporis deprimentis ab illa contemplatione deficiant: vel forte Deus illos aliqñ relaxat, vt seipsos infirmos contemplentur, & non efferantur in superbiam, redeunt ad aliquam quietem, & refectionem. Sed ista quies non est in eis condelectari in iocosis mendacijs, nec in alijs quibusdā pmissis vanitatibus, puocātibus risum: sed in sanctis exhortationibus, & castis colloquijs intēdētibus ī desideriū æternorum, vt in tali ludo non, sicut ex ludorum conditione, euenat molestia, sed in bonū illud, quod paulo ante contemplando tenuerant, robustiores insurgant. Nunquid talibus viris necessaria est eutropelia virtus in condelectando in iocis, & causando risum? Absit. Habent enim aliam cęlestem eutrapeliam, quæ super omnem sensum, & condelectat dulcedine incredibili. O beata requie, so Sancta Solatia, quę vtique sentire quàm eloqui beatius est. Legimus enim in quibusdam annalibus historijs de Domino Iesu, quòd nunquam riserit, sępissime autem fleuerit. De fletu autem manifesta sunt Euangelia, vt patet Luc. decimonono capitulo, & Io. nono, & alibi. Quid igitur? Eutrapelia Christo vnquam fuit? Absit, quia talibus non indigebat. Sed de Christo dicere non attinet, quia licèt verus homo esset, & passibilis, sicut nos: verus tamen Deus erat, & poterat seipsum a conditione defectuosa mortalium eleuare, quantum voluisset. De alijs tamen viris Sanctis, quos ex benignitate sua Christus ille dulcissimus in tantum eleuauerat, vt amore inextinguibili vulnerati clamarent: Fulcite me floribus, constipate me malis, quoniam amore langueo: cantico quinto capitulo, dicere possumus, quòd ab his sensibilibus abstracti solam illam indeficientem dulcedinem degustabant: quos si ab illa altissima contemplatione laxari contingeret, hæc terrena solatia non quærebat, alijs longe maioribus atque melioribus inhęrentes. Dicam enim de Beato Bernardo, qui mihi magnus amator, & flagrans visus est: nunquid enim eutrapelia nostra indiguit, vt se, & consocios delectaret, & iocosa mendacia bene vertendo alijs nouam delectationem inueniret? absit: risum enim reputauit errorem, & gaudio dixit. Quid frustra deciperis? Ecclesiastes secundo capitulo. Alij autem qui in viris vltimum gradum tenent, quia nequā sunt, cùm a laboribus corporabilibus, siue qbuscunq; alijs quos ex necessitate tolerandę vitę subeūt destiterint, ad ludos iniquitatis, & turpia delectabilia

Qualiter ludus, & requies ad vitam necessaria sunt.

Quomodo ludus, & requies viris contēplatiuis conueniāt

Christus nunquam in vita risit.

Quæ sint solatia virorū sanctorum.

Quæ sint solatia virorum imperiorū in hac vita.

bilia conuertuntur, ſcilicet crapulas, commeſſationes, ebrietates, impudicitias, frequẽtes libidines, detractiones, murmurationes, & cętera in hunc modum: quæ filijs iniquitatis cognita ſunt: hi namque in pernitioſis mendacijs, & non in iocoſis delectantur. Alij ſunt qui mediocrem vitam tenentes boni eſſe deſiderant, incipientes habere virtutes purgatorias: hi autem cùm a laboribus ſiue intellectiuis, ſiue corporalibus ceſſauerint, ad medias delectationes conuertuntur: indigent enim riſu & ioco: eutrapelia autem iſta tenetur, quia ludis moderate vtuntur vertentes dicta, & facta in delectationem cõmunem. Et quia humana imperfectio ſolis veritatibus non lætatur, quia vera ſerioſa ſunt, & attentionem requirunt: mendacia quædam in quirũt quibus condelectentur. Hæc autem mendacia, licèt ſecundum ſe mala eſſent, ex aliquali tamen directione finis, ſcilicet quia iſta fiunt, vt homines honeſte cõdelectentur, & ex neceſſitate, quia quies & ludus neceſſaria ſunt. Etiam quia talia mendacia nulli nocent, cùm pateat animus dicentis, qui nõ eſt ad iniuriandũ, vel nocendum, ſed ad cõgaudendum, tolerabilia ſunt, & non ſunt mortalia peccata. Cùm tamen aliquis excedit metas ludi. ſ. quia non deſiderat mentiri propter condelectare alios in ludis honeſtis, & neceſſarijs, ſed ſolùm, quia ipſe delectatur in mentiendo, peccatum eſt non ſolùm veniale: licèt in hoc ſatis cauendum eſt: requiritur enim magna diſcretio: nam talis erit caſus in quo non erit peccatum mortale: de ſe tamen mortale videtur, quia peruertitur finis illius mendacij ioco ſi: quia cùm deberet eſſe propter alterum, iam efficitur propter ſe: talis autem deordinatio finis cauſat in actu prauitatem quandam. Sicut dicebamus ſupra de actu venereo, qui non eſt propter ſe eligibilis, ſed ex neceſſitate conſeruationis ſpeciei: & tunc licitus eſt quãdo fiat cum ea cum qua oportet. Si autem aliquis mutet ordinem, illud delectabile non ad prolem ſed propter ſe experiendo, cauſabitur ſemper mortale peccatum, niſi fiat veniale propter bonum coniugale, vt ait Augu. & habetur quarto ſententiarũ diſt. 27. Nam Apoſtolus indulget, vt patet prima ad Corin. 7. c. vxorem habere propter fornicationem, ſcilicet vitãdam. De tertio genere mendacij, ſcilicet de officioſo dicendum, ꝓ aliquando eſt mortale peccatum, interdumverò veniale, de quo non poteſt dari certa forma, quia iſta multum particularia ſunt, & oportet, vt caſus proponantur viro ſapienti: & tunc ſciret ipſe iudicare in quolibet. Vniuerſaliter autem non poteſt dari regula: nam vt ait Phyloſophus 5. Ethi. c. de Epiichia: in quibuſdam autem non eſt poſſibile ferre legem vniuerſaliter. Concluſum ergo patet ex ſuperioribus omnia genera erroris, quæ poſſunt fieri in verbo falſum dicẽdo ſiue contra proximum, ſiue nõ contra proximum, ad iſtud præceptum pertineant, & hic prohibeantur. *Non concupiſces.* Hic ponitur ſextum mandatum ſecundæ tabulæ, & ſicut priora mandata ordinabant vim concupiſcibilem & iraſcibilem, quantum ad exteriorem actum: ita iſta ordinant concupiſcibilem vim quãtum ad interiorem actum, ſcilicet ad ſolum deſideriũ.

De ſolatiis hoiũ quorũ vita mediocris eſt.

Quũ aliqſi iocoſũ mendaciũ eſt peccatũ mortale.

Mendaciũ officioſũ interdum mortale.

Cap 10. Pręceptũ nonũ decalogi.

Quare non ponuntur aliqua præcepta ad dirigendum actum interiorem iraſcibilis.

QVAESTIO. XXVII.

SED forte dices: quare non ponebatur etiam aliquod mandatum ad prohibendum actum interiorem virtutis iraſcibilis, ſicut concupiſcibilis, quia eodem modo contingit errare in actu interiore virtutis iraſcibilis, ſcilicet in odio, vel iracundia. Reſpondetur, quòd licèt hic non prohibeatur expreſſe, prohibetur tamen ſubintellectè, nam cùm prohibetur in præcepto illo ſecundo ſecundę tabulę occiſio, quę fit ex ira, prohibentur omnia, quæ ad iſtum modum pertinent ſiue in ipſa occiſione, ſiue in alijs percuſſionibus, vel ſanguinis effuſionibus, ſiue in iracundia, aut odio, quæ ad mortem alicuius ſtimulant: ſicut ergo occidere peccatum eſt, & prohibitum per illud præceptum: ita odium, aut iracundiam habere, & eodem præcepto vetantur. Et ſi non explicentur, explicãtur tamen Leui. 19. c. vbi mandatur quòd nullus oderit proximum ſuũ in corde ſuo, ſed publicè arguat: etiam quòd non meminerit homo iniurię ciuium ſuorum. Sed adhuc quę res, quare magis exprimitur circa concupiſcentiam, quàm circa irã, quia eodem modo ſicut vetatur adulteriũ, & omnes alij illiciti coitus, ita intelligeretur deſiderium deliberatum adulterandi nomine adulterij. Reſpondetur quòd Deus dans hic ſub compendio regulas iuris naturalis ad bene videndum: vſus fuit magna breuitate: nam non omnia expreſſit, ſed illa poſuit expreſſe, ex quibus cętera intelligi poſſent, quæ non exprimuntur, quia tamen magis mouẽt ea, quæ exprimuntur, quàm ea quæ ſubintelliguntur, illa Deus magis expreſſit, quæ magis neceſſaria erant. Eſt autem aliquod præceptum magis neceſſarium, quàm alterum inquantum vetat vitium, ad quod homines magis inclinati, atque determinati ſunt, ſed homines magis inclinantur ad delectationem concupiſcendo delectabile, quam in accipiendo bonum vtile, & magis ad accipere bonum vtile inclinantur, quam ad actus irę, ſcilicet ad odium, vel iracundiam. Nam delectabile eſt eligibile, & mouet ſecundum ſeipſum ad fruendum: ira autem mouet non ad delectationem, nec ad fruendũ, ſed ad aliquod aliqualiter triſte, ſcilicet ad deſtruendũ, vel reſiſtendum alicui exiſtimato ſub ratione mali. Et hoc eſt cauſa quare ira magis obaudit rectam rationẽ ſyllogizantem de punitione, vtrum oporteat punire quàm concupiſcentia ſi oporteat concupiſcere: nam ira audit rationem ſyllogizantem, vtrum oporteat punire, & audit totum ſyllogiſmum, in quo concluditur, quòd oportet punire: & antequam hoc concludatur a ratione, vel phantaſia nunquam inſurgit ira: iſte tamẽ ſyllogiſmus ita velox eſt quòd a nobis quaſi non percipitur: ideo putantes nos non ſyllogizare cùm ſyllogizauerimus. Concupiſcentia autem nullo modo audit rationem ſyllogizãtem, vel phantaſiã, ſed immediate, vt proponitur aliquid delectabile ſiue per rationem ſiue per phantaſiam mouet ad fruendum. Etiã ſi phantaſia, vel ratio non determinent eſſe fruendum, ira tamen peccat propter velocitatem & caliditatem naturæ. Quemadmodum canes, qui audito ſonitu latrant non attendentes, vtrum qui ſonitum fecerit ſit Dominus, vel amicus ſiue inimicus: nam ſolum ad inimicum latrare deberent, cùm autem latrauerint ad ſonitum facientem, ſi viderint, quòd Dominus aut amicus eſt, colludunt: ſi autem inimicus, aut ignotus execrabuntur, & irritantur: tamen vt bene agerent tunc debuiſſent latrare, cùm cognouiſſent, & nõ ad primum ſonitum? ſed propter naturæ velocitatem agunt: ſic eſt de velocibus miniſtris, qui antequam audiant totum dictum, ideſt totum quod eis mandatur, excurrunt incipientes operari: & tunc errant in actione, quia non audierunt modum agendi propter velocitatem incipiendi. Sic enim ira peccat, quia cùm audierit primum ſyllogyſmum rationis, in quo concludebatur eſſe puniendum, nõ audiuit ſecundũ ſyllogiſmum, in quo concludebatur, qualiter, & quantum erat puniendum. De his Phyloſophus latè in 7. Ethi. c. de cõparatione turpitudinis iræ, & concupiſcentiæ. Cùm ergo concupiſcentia inclinet per modum fruitionis in delectabile, & ira non per modum fruitionis peri-

Illud pceptũ magis eſt neceſſariũ, qd vitat maius vitium. Cap. 6.

Cap. 6. lib. 7. Aethic.

periculoſior, & communior eſt inclinatio ſecundum concupiſcentiam, quàm ſecundum iram, ſcilicet ꝓ facilius ab ea homo capitur: eſt namque fraudulenta, quia Venus Ciprigena decipit intellectum ipſum ſapientis, vt ait Philoſophus, vbi ſupra ex auctoritate Homeri. Debuit ergo magis poni præceptum expreſſum de concupiſcentia circa delectabile, vel circa vtile in ſolo actu interiori quàm circa actum iræ interiorem. *Non concupiſces domum proximi tui.* Hic ponuntur duo mandata de regulanda concupiſcẽtia in actu interiori, ſcilicet circa delectabile tactus: & tangitur cum dicitur: Nec deſiderabis vxorem eius. Aliud eſt circa bonum vtile, & hoc eſt cum dicitur: non concupiſces domum eius.

QVAESTIO. XXVIII.

An duo vltima pcepta ſit vnũ tantũ.

HEBRAEI voluerunt hoc eſſe vnum mandatum, quod cogebantur ponere, quia dixerunt in prima tabula eſſe quinq; præcepta, quorum quatuor ordinabant in Deum: ſi ergo ponerentur ad proximũ eſſe ſeptem præcepta, ſicut nos ponimus, & quatuor ad Deum, eſſent vndecim præcepta: ſed Moyſes ſolũ dixit ea eſſe decem verba, ideſt decem præcepta: ergo coguntur iſta duo coniungere in vnum. Et apparentia ad hoc eſt literalis ordinatio in Hebręo, quia vtrunque in eodem verſu ponitur. Sed neceſſe eſt dicere iſta eſſe duo præcepta, & iſti ponunt inconuenientia, quia in præceptis ad Deum pertinentibus vnum tanquam præceptum ponunt, quod tamen præceptum non eſt: in præceptis, quæ ad proximum duo in vnum connectunt, quæ eſſe inconuenientia latè probauimus in principio huius cap. Quod etiam iſta ſint duo præcepta ſatis ibi demonſtratum eſt: patent etiam rationes, quia quandocunque ſunt aliqua ita diuerſa, ꝓ ad vnum inclinatur aliquis, & non ad alterum, de illis non poteſt dari eadem regula, vel præceptum: ſed ſic eſt, quòd aliqui homines inclinantur ad concupiſcendam vxorem alterius, quod pertinet ad fornicationẽ, & non pertinet ad tollendam domum eius, bouem, aut aſinum, quod pertinet ad furtum: ergo iſta non pertinent ad idem præceptum. Item ſicut ſe habet actus ad actum, ita ſe habet concupiſcentia agendi ad concupiſcentiam agendi, ſed adulterium, & furtum, qui ſunt duo actus, ſic ſe habent, quòd reponũtur ſub duobus præceptis, ergo concupiſcentia vxoris alienæ, quæ eſt concupiſcentia adulterandi, & concupiſcentia domus aut alterius rei alienæ, quæ eſt concupiſcentia furandi, ponuntur ſub duobus præceptis. *Non concupiſces domum proximi tui.* Hic ponuntur iſta duo præcepta mixtim, quia primo ponuntur aliqua, quæ pertinẽt ad concupiſcentiam rerum proximi, deinde concupiſcentia vxoris: poſtea redit ad concupiſcentiã rerũ proximi. *Nec deſiderabis vxorẽ eius.* Hoc eſt vltimũ mãdatum de concupiſcentia vxoris alienæ. Et dicunt Iudæi, ꝓ hic non prohibetur concupiſcentia ſola, put eſt in actu voluntatis, aut in motu paſſionali partis affectiuæ, ſed in quibuſdam exterioribus indicijs ſine perpetratione adulterij: vt ſi aliquis oſculetur vxorem proximi ſui, quod propinquum eſt rei, vel ſi eam verbis, aut donis ſolliciter: quia tunc licèt non ſit actus adulterij, eſt tamen quidam alius pręcedens, tanquam præludium in fiſtulatione: in quo etiam magna iniuria fit viro illius vxoris, & ipſi mulieri: ſi autem ſolùm deſideret eam in corde ſuo dicunt non peccare. Aliorum fuit poſitio, ideſt Ioſephi libr. duodecimo antiquitatum, vbi redarguit Polibium hiſtoriographum dicentem, ꝓ Antiochus illuſtris miſerabiliter mortuus eſt, quia voluit ſpoliare templum: & dicit, qui nullatenus egit peccatum, ſed ſolùm cogitauit, nullo reatu tenetur. Concludit ibi Ioſephus poſtea, quòd non fuit mortuus Antiochus propter mala, quæ agere cogitauerat, ſed propter mala, quæ ante egerat in Ieruſalem.

Hebręorũ expoſitio.

Ioſephi expoſitio.

Vtrum peccatum ſit ſolùm in actu exteriori.

QVAESTIO. XXIX.

EX hoc etiam dicto Hebræorum quidam de noſtris doctoribus dicunt, quòd lex vetus ſolùm vetabat manum, & non animum. Sunt autem hic duo: primum vtrum verum ſit, quòd peccatum fit ſolùm in actu exteriori: ſecundum vtrum lex vetus ſolam manum prohibeat. Circa primum dicendum, quòd peccatum non ſolùm conſiſtit in actu exteriori, ſed etiam in interiori. Etiam quia peccatum proprius eſt in actu interiori, quàm exteriori. Etiam quia in actu exteriori non reperitur peccatum, niſi ſecundum cõparationem ad actum interiorem. Et arguitur ſic: nihil magis eſt in poteſtate noſtra, quàm facere actum bonum, vel malum: ſed actus exterior non eſt ſemper in poteſtate noſtra, vt de ſe patet, vtpote, quia aliquando deficit materia aliquado oportunitas, & ſic de alijs, ergo bonitas, vel malitia actus noſtri, non eſt in exteriori, ſed in interiori. Item actum bonum, vel malum facere conuenit homini ſuper animalia bruta: ergo actus bonus, & malus conuenit principijs proprijs hominis, quæ non ſunt in beſtia: ſed principia actus exterioris ſunt in beſtia, ſicut in homine, ſcilicet vires executiuæ ad fornicandum, ſiue coeundum, ad occidendum, & cætera: & non ſunt principia in beſtia ad actũ interiorem, ergo in actibus interioribus conſiſtit propriè malitia, vel bonitas. Item quia quando Philoſophus in 6. Ethi. ponit principia actuum humanorum, dicit quòd tria ſunt dominatiua actus, & veritatis, intellectus, appetitus, & ſenſus: ſed vnum iſtorum, ſcilicet ſenſus nullius actus principium eſt. Eſt ſenſus, ꝓ ad cauſandum actum humanum in tota ſua completione ſunt tria principia, ſcilicet intellectus, appetitus, & ſenſus: ſed ſenſus non eſt principium alicuius actus humani, ſcilicet quantum ad eſſe bonum, vel malum, ſed quantum ad eſſe talem, vel talem actum, ſcilicet ꝓ ad conſumandum iſtum actum, qui eſt ſumere cibos ſunt tria principia: nam ſine intellectu, & voluntate, & potentijs executiuis, quæ importantur per hoc nomen ſenſus, non poteſt perfici iſte actus, & tamen quantum ad hoc, quod eſt eſſe illum actum bonum, vel malum: ſolùm ſunt duo principia, ſcilicet intellectus, & voluntas. Nam intellectus ſecundum quòd bene iudicat per prudentiam, quæ eſt recta opinio de agibilibus, eſt principians bonum actum. Voluntas ſecundum quòd rectè inclinatur, & eligit id quod eligendum eſt: facit actum eſſe bonum, vel malum. Senſus autem, ideſt potentiæ executiuæ, ſiue debiliter ſe habeant, ſiue fortiter in operatione ſua, vel quomodocunque aliter, non variant aliquid in bonitate, vel malitia actus. Item actus vocatur bonus a virtute, & malus à malitia: actus ergo illarum potentiarum ſunt boni, aut mali; qui habent in ſe virtutem, & malitiam. Cùm autem virtus, & malitia ſint habitus non reperientur in potentijs executiuis: ſed in principalibus, & imperantibus, ſed iſtæ ſunt intellectus, & voluntas: ergo in intellectu, & voluntate ſunt iſti habitus, & actus earum erunt boni, aut mali, & non actus potentiarum executiuarum. Item ſoli homini inter animalia competit habere actum bonum, vel malum: ſed principia propria hominis ſunt intellectus, & voluntas: ergo ipſa facient actum bonum vel malum: ſed actus intellectus, & voluntatis eſt actus interior, ergo in actu interiori

Tria ſunt principia actũ humanorũ.

riori est propriè malitia, vel bonitas. Item in angelis dicimus esse actus bonos vel malos: quia ideo quidam æternaliter damnati sunt, scilicet dæmones: alij in æternum gloriantur, scilicet sancti angeli: sed in istis non est actus exterior, quia non habent potentias exteriores, ergo non est malitia vel bonitas actus in exteriori, sed in interiori. Item si in actu exteriori reperiretur bonum, vel malum: vbicunque reperiretur talis actus exterior, reperiretur malitia, vel bonitas: sed quantum ad exteriores actus simile est in brutis, & in hominibus; quia bruta delectantur in tactu, in coeundo, & in cibo, & potu etiam in superabundantijs, vel secundũ superabundantias, sicut nos: ergo etiam reperiretur in brutis bene agere, & male agere: sed hoc nullus concedet ergo in actu interiori malitia, & bonitas est. Item idem actus possunt reperiri exteriores in dormiente, sicut in vigilante: nam aliquis dormiendo potest occidere alium, sicut illi, qui surgunt in somnijs. Etiam potest fieri actus, & seminis effusio: sed nullus dicet ista esse mala siue peccata in dormiente: & si sint in vigilantibus sunt vitia: ergo non est malum, & bonum quantum ad actum exteriorem, qui idem in istis est, sed quantum ad actum interiorem, qui non est idem in vtroque: nam vigilans faciens ista habet actum intellectus, & voluntatis: dormiens autem eadem faciẽs nullum actum interiorem habet. Item stulti, & ebrij eadem faciunt, quæ alij homines; si ergo malum, vel bonum esset in actu exteriori, cum idẽ actus exterior sit in vtroque, scilicet stulto & sensato, ebrio & non ebrio; ergo vbi peccat prudens, vel sensatus, peccat stultus: & vbi peccat non ebrius, peccat ebrius: sed hoc nullus concedet: nam stultos totaliter nullus dicit peccare, sicut nec bestias. Idem de ebrijs; nam licèt in hoc quòd aliquis inebriatur peccat, postquam tamen totaliter ebrius est, non videtur quòd possit peccare. Item leges humanę distinguũt inter homicidium voluntarium, & casuale: idem facit lex diuina, vt patet in sequenti cap. & in alijs locis, dicens homicidium voluntarium esse puniendum tanquàm malum, & homicidium casuale, non dicunt esse puniendum tanquam non sit malum, sed voluntarium & casuale homicidium nihil differunt, quantum ad actum exteriorem: ergo non consistit ibi malitia, vel bonitas in actu exteriori, sed in voluntate, quæ est pertinens ad actum interiorem. Item ait Philosophus in principio 3. Ethic. quòd oportet videre quid sit voluntarium, aut inuoluntarium, & hoc non modicum pertinet ad legislatores circa punitiones, & laudes factas; nam in malis, quod quidem inuoluntarium est, veniale est: voluntarium autem punibile: sed voluntarium, & inuoluntarium nullo modo differunt, quantum ad actum exteriorem: & tamen vnum vocatur malum, & punibile, aliud est non malum, & non punibile. Ergo malum & bonum reperiuntur in eis, quantum ad actum interiorem secundum quòd sunt voluntarij, vel non voluntarij. Multę quoque aliæ rationes ad hoc induci possent, quas quilibet per se inquirere poterit, quia satis occurrunt. Actus ergo exterior secundum se nec bonus, nec malus est: quia aliquis actus vocabitur bonus, vel malus ꝓ m ꝙ in se habet principium bonitatis, vel malitiæ suæ: in actu autẽ exteriori nõ est principiũ boni, aut mali; nam principium bonitatis, & malitiæ in actu est libertas, & opinio secundum ꝙ volumus; ista autem non sunt in actu exteriori: quia principium actus exterioris ꝓ m se est ipsum principium, siue virtus executiua, quæ nec habet rationem, nec libertatẽ. Item quia si secundum se esset malitia in actu exteriori, vbicunque talis actus exterior reperiretur, esset bonum, vel malum: sed bestiæ habent huiusmodi actus, & in illis non potest esse bonum, vel malum: ergo secundum se nec bonum est, nec malum in actu exteriori: in hominibus tamen, in quibus actus interior, & exterior reperitur, ponitur aliqua bonitas, & malitia in actu exteriori, & hoc secundum cõnexionem, quam habet ad actum interiorem, & ad principia actus interioris, quę sunt secundum se principia boni & mali. Nam sicut actus principiatur a principio boni & mali, ita dicitur bonus, ac malus: sed actus interiores principiantur immediatè, & elicitiuè ab illis principijs: ergo isti actus sunt propriè boni, aut mali: actus autem exteriores aliquo modo fluunt ab intellectu, & voluntate, quæ sunt principia boni & mali non quidem elicitiuè, sed imperatiuè: nam illi dicuntur actus eliciti voluntatis, vel intellectus, qui sunt immediatè a voluntate, vel intellectu: quia non sunt immediatè ab ipsis potentijs: sed sunt ab ipsis mediantibus alijs. Sic ergo intelligere est actus elicitus ab intellectu, quia ab ista potentia intellectiua nullus alius actus est, nisi intelligere: actus elicitus voluntatis est velle, quia ab ipsa voluntate immediatè nullus actus est, nisi velle. Dicuntur tamen esse ab istis potentiis alij actus imperati, idest quòd istæ potentiæ simul imperant fieri alios actus: & sic comedere non est actus intellectus, aut voluntatis: quia non est intelligere, aut velle: dicitur tamen intellectus, & voluntatis, quia ab vtroque simul est imperatus, scilicet quia intellectus iudicauit bonum esse comedere: & voluntas elegit illud. Et licet istæ duæ potentiæ non elicerent ipsum comedere, idest licèt non operarentur ipsum, quia non est actus suus: mandauerũt tamẽ potentijs exterioribus, ꝓ operarentur illud, scilicet potentiæ comestiuę cuius actus proprius erat comedere. Sic est de currere, adulterari, occidere, quia omnes isti sunt actus imperati à voluntate. Dicendum ergo, ꝓ circa quamlibet materiam agibilem voluntas habet duos actus, scilicet elicitum, & imperatum: vnde occidere aliquo modo est actus voluntatis elicitus, & aliquo modo est actus voluntatis imperatus; nam licèt velle occidere, aut vel le fornicari est actus elicitus à voluntate: ideo in hoc est proprijssime malum, & bonum, quia est actus proprius voluntatis, qui est principium mali, & boni. Occidere autem, qui est actus exterior, & pertinet ad vires executiuas obedientes voluntati, est actus voluntatis, non quidem elicitus sed imperatus: ideo etiam in isto actu exteriori, qui est occidere, est malitia, vel bonitas, cùm sit actus voluntatis: licèt non ita propriè sicut in isto actu interiori, qui est velle occidere. Ex hoc sequitur corrolarie, quod volebamus, scilicet ꝓ actus bestiarum non sunt boni, nec mali; quia nõ sunt à voluntate elicitiuè, nec imperatiuè, cùm in bestijs nullo modo sit intellectus, aut voluntas. Etiam propter hoc actus nostri, quos facimus dormientes, vel non aduertentes, non sunt boni, nec mali: quia non sunt à voluntate eliciti, nec imperati, cùm nunquam talia agere voluerimus, vel voluntas nostra potentijs executiuis facere mandauerit. Ex hoc etiam homicidium casuale non vocatur malum: quia non est a voluntate nostra eliciente, nec imperante. Quòd non eliciat patet, quia voluntas nihil elicit, nisi velle. Quòd non sit imperatus patet, quia voluntas non imperauit potentijs executiuis, cùm nunquam tale attenderit, qui enim à casu agit, non attendit quid agat: ergo nec vult, quia nullus potest velle, nisi quæ cognoscit. Etiã ex hoc actus stultorum, vel ebriorum non sunt boni, nec mali; quia voluntas in eis nihil potest imperare, cùm intellectus nihil iudicet: volũtas autem sequitur iudicium intellectus: ista eadem causa existit in omnibus rebus, quæ habent actus, qui nec sunt boni nec mali: vt in elicitis ex superioribus. Ergo inductum patet, quòd bonitas, vel malitia dicatur eẽ propriè, & immediatè in actu interiori: quia ille est actus elicitus à voluntate, & sic bonitas vel malitia: secundario in actu exteriori: quia ille est actus à voluntate imperatus. Concluditur ex his, positionem Iosephi, & aliorum Iudæorum, qui dixerunt peccatum esse in actu exteriori, & nullo modo in actu interiori, esse falsum. Et si fortè isti respondeant, quòd actus exterior solus sine actu intellectus, & voluntatis non est bonus nec malus, & ꝓ actus interior sit principium bonitatis, aut malitiæ, & tamen non perficiat actus interior peccatum, ita ꝓ qui actum interiorem solum habuerit, scilicet volendo fornicari, aut occidere, non peccauit in hoc: quia licèt ille actus interior sit principium mali: & tamen malum compleri non potuit, nisi esset actus exterior cum actu interiori: ita ꝓ isti duo actus simul perficiant malum actum. Sed hoc non potest stare, quia tunc si in aliquo agente reperiatur actus interior sine exteriori, illud non poterit peccare: sed falsum est, quia dæmones habent intellectum, & voluntatem solum: & per hos elegerunt æqualitatem Dei, vel iudicauerunt se esse principium boni sui, & sic damnati sunt eternaliter, sine aliquo actu exteriori: ergo in actu interiori solo potest cõsistere bonitas, vel malitia imo propriè in eo consistit.

Actus exterior ꝓ m se nec bonꝰ nec malus est: sed ꝓ m connexionẽ quã habet ad actum interiorem.

Aucto. responsio ad quæstionem.

Duplex actus voluntatis, scilicetus, & imperatus.

QVAESTIO. XXX.

Vtrum lex vetus prohibebat manum, & non animum.

CIRCA secundum, scilicet vtrum lex vetus prohibebat manum, & non animum. Respondetur, ꝓ lex vetus non solùm prohibebat manum, sed etiam animũ, & arguitur sic: Lex vetus fuit iusta, quia à Deo data, lex autem iusta vetat id, quod malum est: maximè illa lex, quæ tenet aliquam perfectionem: sed malum & bonum magis reperiuntur in actu interiori, quàm in exteriori, & ipse interior est principium malitię, & bonitatis: ergo lex vetus, quę sancta erat, vetare debebat talia. Quod autem actus interior malus sit, & peior quàm actus exterior supra probatur. Item patet hoc ex testimonijs ipsius sacræ scripturæ veteris in multis locis, in quibus redarguit malas cogitationes deliberatas. Et patet primo in Psalm. 4. cum dicitur: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et arguitur sic: Nullus dicitur pœnitere siue compungi, nisi de eo, quod male factum est: sed sacra scriptura monet esse compungendum, idest conterendum de actibus interioribus, scilicet de actu cordis: ergo actus cordis malus erat, & in lege vetitus: antecedens patet in auctoritate prædicta, scilicet. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini, idest compungimini de illis malis, quæ dicitis in cordibus vestris, scilicet cogitando, quia non est aliud dicere cordis: & in cubilibus vestris; idest de malis, quæ secretè inter vos tractatis, quod propriè pertinet ad cubile, quia in illo secrete homines morantur vel requiescunt. Item patet hoc Leuit. 19. cap. cum dicitur: Nõ oderis fratrem tuum in corde tuo; sed publicè argue. Ecce qualiter quod in corde solo est prohibetur, quia non dictum fuit: Non oderis proximum tuum: sed dixit: Non oderis proximum tuum in corde, idest non solùm non habeas ad eum odium cum exteriori nocumento; sed etiam in corde nõ retineas: vnde ibi mandatur, ꝓ si aliquis odium in corde habuerit declaret: cum dicitur: sed publicè argue, quasi dicat, quòd malum erat retinere in corde. Multa alia peccata cordis in Prophetis sæpe redarguuntur, vt patet discurrentibus: ergo manifestum est, ꝓ lex vetus non solùm vetabat manum, sed etiam animum. Isti autem nostri, qui hoc dixerunt, mouentur ex leuissima opinione inhærentes stultissimo dicto Hebræorum. Sed adhuc argues fortè, ꝓ lex vetus solam manum vetuerit: nam hoc videtur manifestè innuere Christus Matth. 5. cap. cùm demonstraret legem nouam euangelicam, quam ipse tradebat, esse perfectiorem lege antiqua, quia plura mandabantur in ea, & grauiora dixit. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Ego autem dico vobis, quoniam omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mechatus est in corde suo. Erit ergo hic necessariò sensus, quòd antiquis solùm mandatum est, non mæchaberis, idest solùm fuit eis vetitus actus fornicãdi: & addit ipse ad hoc: Ego autem dico vobis, idest non solùm dico vobis ea, quæ dicta sunt antiquis: sed etiam plura, scilicet quòd qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mæchatus est in corde suo: hic enim manifeste patet, ꝓ in illo mandato solũ vetabatur antiquis actualis fornicatio. Nam si detur, ꝓ non solùm actus fornicandi, sed etiam concupiscentia tollebatur, verba Christi superuacua erunt: quod inconueniens est: valet consequentia, quia Christus prohibet nobis actum fornicandi, & concupiscentiã fornicandi: si autem in lege veteri vtrunque prohibitum fuisset, nihil addidisset Christus in hac parte ad mandatum legis veteris: sed hoc est falsum: vt patet ex modo suo loquendi. Nam ipse signat se aliquid addere, cùm dicit: Audistis, quia dictum est antiquis: Non mæchaberis: Ego autem dico vobis, quasi dicat, plura dico, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est in corde suo. Quòd aut Christus voluerit in omnibus his mandatis addere, patet etiam per magnam partem illius capitu. nam dicitur: Dictum est antiquis: Qui dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij: Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mæchari. Ecce hic addit: quia libellus ante permittebatur, ipse autem magis astrinxit, scilicet ad non dandum libellum repudij. Patet etiam in alio exemplo, quia dictum est antiquis, non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis omnino non iurare. Ecce qualiter addit: nam ante solùm vetabantur iurare in falsitate: nunc autem ipse prohibet omne iurare. Patet etiam in alio exemplo. Audistis quod dictum est antiquis: Oculum pro oculo, dentẽ pro dentem: Christus autem addit, magis nos ad tolerantiæ laborem adducens: Ego autem dico vobis, nõ resistere malo: sed si quis percusserit dexteram maxillam tuam, præbe ei, & alteram. Concluditur ergo euidenter, ꝓ Christus voluerit antiquos Hebræos in lege veteri solùm obligatos ad non fornicari actualiter: ipse autem nunc obligat ad plura, scilicet ad non concupiscendum. Respondetur, ꝓ Christus noluit dicere Iudæos solùm obligatos ad non fornicari, & non ad non concupiscere, ita quòd in concupiscendo non peccarent: quia ea, quæ naturaliter mala sunt, per legem non efficiuntur bona: sed naturaliter malum est concupiscere alterius vxorem: ergo lex non iustificat talem actum. Antecedens patet, quòd lex non iustificat id, quod naturaliter est malum: quia maior est obligatio iuris naturalis, quam legis. Nec valet si arguas, quòd lex iustificauit actum fornicationis, vt patet Osee primo c. cum dicitur: Accipe tibi vxorem fornicariam, & fac filios fornicationum. Iustificauit etiam lex furtum, quod erat contra ius naturale, vt patet supra 3. 11. & 12. cap. vbi mandauit Iudæis, ꝓ tollerent bona Aegyptiorum aurum scilicet, & argentum. Iustificauit etiam lex homicidium, vt patet Gen. 22. c. cùm mandatum fuit Abrahæ, quòd occideret filium suum Isaac, tamẽ Isaac innocens, erat: & Abraham voluit eum occidere, nisi postea eũ dominus liberasset. Item lex iustificauit libellum repudij, qui tamen ma-

In lege veteri etiã odiũ in corde prohibebatur.

Argumentũ probans Deũ i vetere leg. actũ interiorẽ non prohibuisse.

Tollitur argumẽtũ superius.

Lex non iustificat id quod est naturaliter malum.

Argumentũ contrarium.

lus

ius erat. Item iustificauit vsuras, quæ malę erant, vt patet Deut.24.cap. Ideo dato, ꝙ hoc esset malum naturaliter, iustificare posset id lex diuina. Respondetur ꝙ lex diuina, quæ ordinatissima est, nullum malum iustificat, sed magis illud abijcit, quàm aliæ leges, quæ humanæ sunt. Quando autem arguitur de fornicatione Oseæ, & furto Aegyptiorum, & homicidio Abrahæ, latè responsum fuit supra 3.cap, & ibi vide. Est enim in hoc responsio, ꝙ licèt Deus mandauerit Oseę accipere vxorem fornicariam, non repugnauit isti precepto naturali, scilicet, nõ mæchaberis, sed declarauit ꝙ ille actus non comprehendebatur sub illa lege. Et cùm mãdauit Hebræis accipere bona Aegyptiorum, licèt hoc videatur esse materialiter furtum, tamen nõ erat: ideo Deus non repugnando aliquo modo illi legi declarauit istum actum non esse furtum. Idem de homicidio, quia Deus mandans illud declarat non esse homicidium, cui deberet pœna imponi à lege diuina, vel humana: sed demonstrabat esse iustam occisionem: quemadmodum si mandato iudicis secundum dictamen legum humanarum aliquis transgressor legis occiditur. De libello repudij dicendum, ꝙ licèt esset aliqualiter malus, quia tamen suberat aliqua saltem leuis ratio, vel apparentia, & maximè quia erat magnum periculum de morte vxorum, nisi permitteretur: permissus est, idem de vsuris: quia licèt vsuræ sunt aliquo modo iniustæ, vt declarabitur Deuter. 24. cap, tamen videbatur esse aliqualis ratio, vel apparens, vt qui mutuabat, aliquid inde reciperet: maximè quia Iudęi, quibus ista permissa sunt, erant immisericordes nolentes proximis succurrere: si autem istum modũ vsurarum eis non permisisset Deus, nullo modo succurrerent proximis: quod valde malum erat; ideo saltem a gentilibus permissum est eis, ꝙ reciperent vsuras. Non est autem eadem ratio in concupiscentia vxoris alienæ, quia dato, ꝙ prohibeatur concupiscentia cordis ad alienam vxorem, nullum inconueniens sequitur, imo maius inconueniens est, si permittatur concupiscentia cordis ad alienam vxorem, quia permissa concupiscentia maior promitas erit in actum, quàm si non sic permittatur concupiscentia. Item quia non est simile hoc superioribus, nam in fornicatione Oseæ, aut Hebræorum, vel homicidio Abrahæ fuit quædam declaratio legislatoris, ꝙ isti casus singulares non ineluderentur sub illa lege communi, nec repugnarent ei: & ista declaratio fuit facta ex rationibus specialibus, quas posuimus supra c,3, per quas demonstrabatur tales actus non esse contra præceptum, & nõ permisit Deus licentiam generalem omnibus sic faciendi. Hic autem si omnibus Iudæis data fuisset licentia concupiscendi vxores alienas sine peccato, non declararetur lex, sed destrueretur: quia declarare legẽ est, quando aliquis casus, qui videtur comprehendi sub lege, declaratur non esse sub lege: quando autem omnes actus pertinẽtes tolluntur à lege, ita ꝙ lex nullum eorum comprehendat, non declaratur lex, sed destruitur, cũ nullus casus maneat, in quo debeat obseruari lex. Sic autem esset hic, si omnibus Iudæis non esset peccatum concupiscere vxores alienas: illa lex de non concupiscendis alienis vxoribus abolita esset: ideo necesse est, ꝙ omnes Hebræi tenerentur ad hoc. Item Christus non potuit mentiri, aut dicere non esse scriptum in lege, quod scriptum est; sed in lege scriptum est, debere abstinere à concupiscẽtia vxoris alienæ, ergo non potuit Christus dicere, ꝙ lex antiqua solum vetabat fornicationem, aut adulterium actuale, & non desiderium vxoris alienæ. Antecedens patet, quia si hic solum dictum fuisset, non fornicaberis, siue non mæchaberis, dato ꝙ per hoc intelligebatur naturaliter prohibita concupiscentia fornicandi; tamen si non adiunctum fuisset postea de concupiscentia vitãda, potuissent dicere Hebræi, ꝙ solus actus vetabatur, & non desiderium agendi; quia tamen postea subiunctum fuit aliud præceptum de non concupiscendo vxorem alterius, necesse est dicere, ꝙ concupiscentia sit vetita; etiam si exponatur secundum modum illorum Hebræorum dicentium, ꝙ non prohibebatur concupiscentia cordis, sed concupiscentia declarata per actus exteriores. Nam hoc dato verum erit, ꝙ non solùm vetitum fuit antiquis mæchari, sed etiam concupiscenttia mæchandi: ergo impossibile est, ꝙ Christus per illud verbum, quod antiquis dictum est: non mæchaberis, intellexerit, ꝙ Hebræis solùm fuerit vetitus actus adulterandi. Nunc ergo resumatur argumentum inchoatum, scilicet lex non iustificat id quod naturaliter est iniustum, sed naturaliter est iniustum desiderare vxorem alienam, ergo lex non iustificauit istum actum. Maior probata fuit: minor scilicet, ꝙ iste actus sit naturaliter malus patet, quia bonitas actus moralis naturaliter dependet ex fine, sed ille, qui desiderat coire cum vxore alterius, solùm hoc desiderat ad fruendum coitu: sed actus venereus non est secundum se eligibilis, sed necessarius, vt supra declaratum est, ergo peccat in sic eligendo. Etiam matrimonium est de iure naturali, vt patet in instituta de iure naturali, & ciuili, & gentium in principio, & digestis de iustitia, & iure in lege, iuris operam: sunt ergo fœdera naturalia inter virum & vxorem, quorum fractio est contra ius naturale. Sicut ergo frangere ista est contra ius naturale, ita velle frangere ea, est contra ius naturale, nam ipsa fractio eorum non dicitur bona, vel mala, nisi secundum ꝙ dependet à voluntate, vt declaratum fuit supra in alio dubio, ergo velle frangere talia iura est propriè peccatum magis quàm ipsa fractio actualis. Nam si consideretur ipsa fractio actualis fœderum matrimonialium in se non est peccatum sed secũdum quòd refertur ad voluntatem: ideo aliquando potest esse fractio actualis fœderum matrimonialium, & sine aliquo peccato: & nunquam potest voluntas frangendi talia fœdera sine peccato esse. Primum patet, quia aliquis vir potest cognoscere carnaliter aliquam mulierem putando esse vxorem suã: & mulier ipsa potest putare ipsum esse virum suum, vt potest accidere ex varietate circunstantiarum particularium, vel ad minus ipse potest cognoscere eam putando esse vxorem suam, & non sit sed alterius: dato quòd ipsa cognoscat contrarium. Sicut de illo, qui cognouit sororem vxoris suæ putans esse vxorem suã, quia surgente viro de lecto accubuit soror vxoris suę: & postea redeunte viro ipsa stetit, quam vir cognouit putans esse vxorem suam, & tamen iste non peccauit, vt patet in Decretis 33.q.2. cap. in lectum. Voluntas autem frangendi fœdera matrimonialia nunquam potest esse sine peccato, quia ibi est deordinatus actus voluntatis, & intellectus, qui sunt in potestate nostra. Ad illud autem quod allegatur de dicto Christi Matt. 5. cap. dicitur, ꝙ cum Christus dixit: Audistis quia dictum est antiquis non mæchaberis: manifestum est, ꝙ ibi solum intelligitur de actu fornicationis: & non de voluntate mæchandi: quia tunc nihil addidisset Christus in eo, quod subiunxit, scilicet qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eam, &c. Dicitur, ꝙ Christus nõ loquitur ibi quantum ad id, ad quod lex obligabat eos: sed quantum ad id, ad quod ipsi se putabant obligatos ex lege: nam Christus intendebat eos esse obligatos ex lege ad nõ fornicandũ, & ad nõ concupiscendum fornicari: sed ipsi putabant se solum astrictos ad non mæchandum actualiter: ideo secundum eorum opinionem loquebatur eis, dicens: Dictum est antiquis, non mæchaberis, idest ipsi putant sibi dictum solum,

Ad argumentum resp.

Deus in spãlibus q̃ busdã mãdatis, aut promissionibus legẽ nõ destruit, sed illã declarauit

Quid sit legẽ declarare, & illã destruere.

Matrimonium est de iure naturali.

Actualis fractio matrimonij interdum nullum est peccatum.

lum, ꝙ non fornicentur, licèt secundum veritatem plus eis dictum sit: ego autem vobis declaro, ꝙ non solum hoc, sed etiam tenemini mente non concupiscere. Et patet iste sensus verus per simile, quia in eodem capitu. infra dicitur. Audistis, quia dictum est, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Nunc autem manifestum est, ꝙ hoc non potest intelligi dictũ esse eis à Deo: nam etiam si inquiratur totum vetus testamentum, non reperietur, ꝙ Deus dixerit, odio habebis inimicum tuum: de amore autem amicorũ patet Leuit. 19.cap. vbi dicitur: diliges amicum tuum, sicut teipsum: sed de inimico, nec ibi, nec alibi, imo in eodem cap. mandatur contrarium, scilicet non oderis proximum tuum in corde tuo, sed publicè argue: nullo ergo modo permissum erat odio habere aliquem alium: non ergo fuit dictum antiquis, quòd odio haberent inimicos suos: sed quòd ipsi antiqui putauerunt, & sic inter se dicebant, quòd homo diligere debebat amicum suum, & odio habere inimicum.

Iudęi putabant solũ se esse astrictos ad nõ męchandum actualiter.

QVAESTIO. XXXI.

De decimo præcepto decalogi.

CONSTAT ergo ex superioribus, ꝙ lex vetus non solùm prohibebat manum, sed etiam animum: cùm ergo dicitur hic. *Nec desiderabis vxorem eius*. Non solùm vetatur, quòd non concupiscamus vxorem proximi dando munera, aut osculando, vel sollicitando verbis: sed etiam ꝙ non concupiscerent in corde suo. *Non seruum*. Hic redit ad contrarium mandatum, quod erat de concupiscentia rerum alienarum. Nam concupiscere vxorem alienam non est concupiscere rem alienam, cùm vxor non sit possessio viri, quia vir & vxor ad paria iudicantur. Concupiscere autem vtilia est concupiscere res alicuius, quia ipsa sunt, quę possidentur. Et ponit hic diuersitatem concupiscibilium, secundum diuersitatem modorũ, qui possunt haberi in concupiscendo rem alienam. Nam concupiscere rem alienam contingit dupliciter, quia aut concupiscere rem mobilem, aut rem immobilem: sic enim distinguunt iuristæ diuidentes totam possessionem in bona mobilia, & immobilia. Si autem sunt bona immobilia, sic ponitur primum, scilicet. *Non concupisces domum proximi tui*. Si autem sunt res mobiles, dupliciter, quia aut sunt res animatæ, aut inanimatæ. Si animatæ, dupliciter, aut rationales, & sic dicitur. *Non seruum nec ancillam*. Si sunt res animatæ irrationales sic dicitur. *Non bouem, non asinum*. Si autem res inanimatæ sic dicitur. *Nec cætera, quæ illius sunt*. Non solùm intelligitur de domo, sed de cæteris bonis, siue possessionibus immobilibus, vt de agris, de periferis hortis, vel vineis, vel montibus & cæteris generibus immobilium possessionum. *Non seruum*. Seruus concupiscitur dupliciter, aut ad seruiendum, aut ad vendendum eum pro precio: vtroq; modo seruus est vtilis, ideo desiderium eius pertinet ad istud præceptum. *Non ancillam*. Ancilla potest concupisci tripliciter, aut ad seruiendum, aut ad vendendum, aut ad coeundum. Duo prima vtilia sunt, & pertinent ad istud præceptum: tertium est pertinens ad delectationem tactus: ideo tangit superius præceptum, scilicet nec desiderabis vxorem eius: nam quantum ad, iniuriam viri attinet desiderare vxorem eius ad coitum, & non est iniuria sua, vel damnum desiderare ancillam suã ad solum coitum: sed quantum ad peccatum nihil differt magis desiderare liberam ad coitum quàm ancillam, nisi fortè differant per matrimonium, & nõ matrimonium. Nam si libera sit maritata, & ancilla non sit maritata, maius peccatum est desiderare liberam, quàm seruam: sm ꝙ differunt adulterium, & fornicatio simplex. Si autem ancilla sit maritata, & libera non sit maritata, maius peccatum est desiderare ancillam quàm liberam. Si autem vtraque sit maritata criminis æqualitas est. Conditio ergo seruitutis, vel libertatis nihil agit ad magis vel minus peccare: est. n. valde per accidens, sicut esse album, aut esse nigrum quantum ad istud vitium, dum libera vel ancilla concupiscitur: secus in alijs, quia poterit esse aliquod, in quo directè seruitus aut libertas tollant aut addant in vitio. Hic autem ponitur ancilla non quantum ad desiderium actus venerei, sed quantum ad desiderium ad seruiendum: nam ancilla denominat seruitutem. Si autem denominare voluisset quantum ad delectationem actus venerei, non nominasset ancillam: sed mulierem, vel fœminam nomine generali. *Non bouẽ, nec asinum*. Per ista intelligit omnia animalia bruta, quę possidentur: vt oues, capræ, equi, muli, cameli, &c. sed nominauit hic communiora. *Nec omnia, quæ illius sunt*. Per hoc intelliguntur omnia mobilia inanimata, vt omnia suppellectilia, & pecunia, & massæ auri, & argenti, & cætera possessa.

Ancilla alicuius tripliciter concupiscitur.

Vtrum lex vetus continere debuerit aliqua præcepta moralia. Et an præcepta decalogi sint de iure naturali, & an sint præpositiones per se notæ, vt principia, aut conclusiones intellectus practici.

QVAESTIO. XXXII.

CIRCA superiores in quibus totum decalogum exposuimus, aliqua dubia insurgunt: & primò cùm iste decalogus sit in sacra scriptura legis veteris, & ista vocentur præcepta moralia: Vtrum debuerit lex vetus continere aliqua præcepta moralia. Et arguitur, ꝙ non, quia lex est directiua actionum, quod fit per præcepta aliquid mandando, & aliquid vetando: sed legalia præcepta dicuntur à lege: ergo à lege sola legalia contineri debuerunt, nunc autem legalia præcepta sm Philosophum in 5. Ethi. dicuntur, de quibus à principio quidem non differt vtrum sic, vel aliter ponantur: differt autem cùm posita fuerint, vt captiuos mina redimi, & sacrificare capram, sed non duas oues. Præcepta autem moralia non sunt huiusmodi, quia ipsa non sunt talia, de quibus non differat vtrum sic, vel sic posita sint: imo multum differt sic, vel sic posita esse, vel poni: nam ad ius naturale pertinent, quod habet vbique eandem potentiam, & non est in videri, vel non: ergo talia præcepta nullo modo pertinent ad legem. Item præcepta moralia pertinent ad legem naturæ, vt patet ex diffinitione iuris naturalis posita in 5. Ethic. sed lex vetus, & lex naturalis differunt, ergo præcepta legis naturalis, & legis veteris differunt: nam sicut secantur scientiæ quemadmodum ea, ex quibus sunt, vt ait Aristo. in 3. de anima cap. 5. tex. 38. ita secantur leges sm ea, quæ præcipiunt: ergo cùm lex vetus, & lex naturalis non sint eadem lex, non mandabunt eadem. Item lex diuina est de his, quæ hominibus ignota sunt: sed præcepta moralia non sunt ignota, ergo non oportuit de illis dari legem diuinam: sed lex vetus est lex diuina, vt patet, quia ipse dedit eam Moysi, vt habetur in multis locis illius libri, & Leuitici, & Numerorum, atque Deuteronomij, non debuit ergo lex vetus dari de præceptis moralibus. Item leges positiuæ sunt ad determinationes actuum humanorũ, cùm lex naturalis deficit, vel ratio communis hominum non valet attingere illa, sed circa moralia præcepta, quæ sunt conclusiones naturalis iuris omnes homines certi sunt, ergo non debet aliqua lex positiua circa talia se intromittere: sed lex vetus est lex positiua, quia posita fuit a Deo, ergo non debuit circa talia ver-

versari. Item præcepta legis veteris dicuntur mortificare, sed præcepta moralia viuificant: ergo non pertinent moralia ad legem Dei veterem: antecedens patet secunda ad Corin.3.& 4. cap. vbi Apostolus demonstrat legem veterem, quia intelligebatur in cortice literæ esse mortificantem. Quod præcepta moralia sint viuificantia, patet, quia nos viuere faciunt æternaliter custodiendo illa, vt patet Matth.19.ca. cùm dixit Christus: Si vis ingredi ad vitam, serua mandata: & loquitur de moralibus, vt patet in contextu literæ ex responsione quærentis, & ex verbis Christi. Etiam quia dicitur Psal. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me: & loquitur de moralibus, quæ interdum vocantur iustificationes. In contrarium videtur, ꝙ lex vetus data à Deo continere debuit moralia præcepta, quia dicitur Eccl. 17.c. Dedit illis disciplinam, & legem vitę hæreditauit eos: disciplina autem est instructio in moribus, vt ait

Rñsio. ad q̃õnem.

gl. super illud ab Hebr.12. Omnis disciplina in præsenti, &c. discipina est eruditio morum per difficilia. Ergo lex vetus quæ disciplinam continebat, dare debuit pręcepta moralia. Respondetur, ꝙ in lege veteri data fuerunt præcepta moralia, vt patet hic, & Deuter. 5. & in multis locis: & licèt ibi alia ratio ponatur, potest esse

Quod lex humana intendat.

in præsenti hæc ratio, quia lex diuina aliquo modo assimiliatur legi humanæ rectè positę: lex autem humana recta intendit bonum ciuile, quod est pax publica, & amicitia communis: & ad hoc faciunt duo. Primũ, ꝙ omnes leges directiuę ciuium sunt de actibus iustitiæ mandantes opera iustitiæ, & vetantes omnem iniustitiam: nam cùm quis iniustum patitur, conquerit: & insurgunt bella, & ob hoc ponuntur iudices, qui distributores iustitiæ vocantur, vt habetur 3. Politicorũ, vt lites dirimant, & scandala sedent, Propter secundũ, s. vt sit inter eos amicitia, coniungunt matrimonialia fœdera vicissim: & sic mutuus amor distenditur. Sic autem lex Dei intendit facere hominẽ amicum Deo: nam lex humana dirigit hominem ad maximum bonum humanum: & quia homo est animal gregale siue Politicum, vt patet sæpè in primo, & 3. Politicorũ; maximum bonum hominis, ad quod eũ ordinat lex humana, est summum bonum, quod potest habere in politia, s. pax publica, & abundantia rerũ necessariarũ,

Lex diuina intendit homines amicos Dei constituere.

vt declarat Arist. in 5. Ethic. & latius in princ. 7. Politicorum: lex autem diuina, quæ est sapientia, considerat de homine per altissimam causam, s. deducendo eum ad suum verum summum bonum; quod est esse amicum Dei. Et quia ad amicitiam requiritur similitudo, vt declarat Arist. in principio 8. Ethic. s. ꝙ amicitia fiat ex similitudine: ideo vadit colonus ad colonum, & homo diligit hominem, propter similitudinẽ in specie, & cùm quilibet homo sit similis alteri in specie, quilibet homo diligit alterum hominem. Sic declarat ibidem Philosophus dicens, ꝙ homo est Phylantropos, i. amator hominum: vt patet in erroribus viarum, s. ꝙ si vnus homo viderit alterum errare in via, etiam si nun-

Omne animal sibi simile diligit.

quàm eum viderit, compatitur ei, & indicat viam, & idem dicitur Eccl.13.c. Omne animal diligit sibi simile. Similitudo autẽ est in multis, vel in natura, vt vnus homo diligat alterum propter esse similes in specie, aut in qualitate, vt esse ambos delectabiles, vel ambos honestos: bonus ergo bonum pro amico habere vult: Deus aut optimus est, ideo si nos amici eius esse debemus: oportet vt boni simus: sic admonuit Deus Leui. 19.c. & in multis alijs locis, dicens. Sancti estote, qm̃ ego sanctus sum, i. studete similiare mihi, vt possitis esse amici mei. Efficitur autem homo bonus per bonum habitum, qui vocatur mos; & iste habitus causatur ex bonis actibus, ad quos dirigimur per præcepta dirigentia mores. Ergo oportuit legem veterem, quę

F erat ad faciendum homines amicos Deo, dare præcepta moralia, ad faciendum homines bonos, quod supponebatur ad amicitiam Dei. Ad argumentum primum respondetur, quando dicitur ꝙ lex vetus est lex, & a lege dicuntur præcepta legalia, ergo in lege sola legalia contineri debuerũt: quæ sunt illa, de quibus non differt magis sic quàm aliter se habere antequàm ponantur, quæ lex accipitur dupliciter. Vno modo generaliter pro omni mandato, vel regulatione actuum humanorum cuiuscunque conditionis illud sit: siue sit morale, siue iudiciale, siue ceremoniale, & isto modo ius naturale est lex, quia est lex naturalis. Alio modo accipitur lex strictè pro lege purè positiua, quę nõ determinatur a ratione inclinante magis ad hoc, quã

Rñsio ad primũ argumentũ.

Lex dupl'r sumit primo.

G ad illud: sed antequam ponatur nihil differt magis sic, quàm aliter fieri: differt tamen cùm posita fuerit. Philosophus autem in 5. Ethic. accipit præcepta legalia isto modo secundo. Nam accipiendo primo modo, non est differentia inter ius naturale, & legale, cùm legale sit genus ad ius naturale, species autem non distinguitur contra genus. Et sicut non distinguitur ius naturale contra ius Politicum: quia Politicum diuiditur per naturale, & legale: ita non potest distingui naturale eius contra legale isto modo assumendo. Et tunc respondetur ad formam argumenti, ꝙ præcepta legalia dicuntur à lege: tunc si velis accipere primo modo dicta falsum est, quod sequitur, s. ꝙ præcepta legalia sunt, de quibus à principio non differt: differt autem

H cùm posita fuerint. Si autem accipias legem secundo modo dictam, tunc dicentur præcepta legalia ea, de quibus non differt antequam ponantur. Sed quando vltra dicitur, ꝙ lex vetus debet continere præcepta solùm talia, de quibus differat postquam posita fuerit, sed non antequam ponantur, non valet consequentia: quia lex vetus, non vocatur lex, accipiendo secundo modo, sed primo: ideo præcepta sua non debent esse præcepta in secundo modo, sed in primo. Ad s̄m respondetur, quando dicis quòd lex vetus distinguitur à lege naturali: ergo non debet continere præcepta moralia, quæ pertinent ad legem naturalem: quòd nõ distinguuntur lex naturalis, & lex vetus tanquam duo disparata totaliter, sicut homo & linea, vel homo &

I ferrum: sed tanquam totum à sua parte. Totum.n. licèt a parte differt, tamen ipsam partem continet. Sic ergo si lex vetus, & lex naturalis, essent duæ leges disparatæ, ita vt id quod vna contineret non contineret altera: sed non differunt sic, quia lex vetus est, vt totum complectens ipsam legem naturalem, & aliquid ei superaddens: ideo bene debet continere præcepta legis naturalis, sic totum distinguitur à parte, & continet ipsam partem. Ad tertium, quando dr̃, quòd lex diuina debet dari de his, quæ homini ignota sunt: sed præcepta moralia erant nota omni homini, ergo non debebat dari de eis: respondetur quòd iura naturalia dicuntur quædam propositiones per se notæ, quæ ita se habent ad intellectum practicum, sicut principia in

Lex vetus cõtinet legẽ naturalẽ sicut totũ cõtinet partem.

K speculatiuis ad intellectum speculatiuum. Principia autem in speculatiuis sunt per se nota: ita regulæ iuris naturalis sunt per se notæ. Esse autem per se notum est dupliciter: vno modo per se notum quo ad nos: alio modo per se notum simpliciter: per se notum simpliciter dicitur propositio cuius prædicatum includitur in ratione subiecti, ita quòd cognito vere subiecto cognoscatur & prædicatum: sed contingit talem propositionem nobis non esse per se notam, ꝙ ignoramus diffinitionem subiecti illius ꝑpositionis. Sicut ista propositio: Homo est rationalis: est per se nota, i. de natura sua, quia qui dicit hominem necessariò dicit rationale: tamen ignoranti quid est homo, non est per se nota: ideo dicit Boetius in libro de Hebdomadibus

Esse per se notũ dupliciter dicitur.

quòd

ꝙ multæ sunt propositiones solis sapientibus per se notæ: vt scientibus, ꝙ angelus incorporeus est, per se notum est, ꝙ non est in loco: tamen multis rudibus hoc est incognitum. Illę propositiones vocantur per se notæ, quo ad nos, quarum terminorum signata, & habitudines cognoscimus, vnde ista: totum est maius sua parte, nobis per se nota est: quia signata terminorum & habitudines intelligimus. In his autem, quia vt ait Philosophus in primo Posteriorum, principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus: necesse est, vt sicut aliqui termini sunt nobis magis cogniti: ita sint propositiones fundatæ super illos magis notæ, & quia in speculatiuis nullus terminus est magis notus, quàm iste terminus ens: propositiones fundatę super istum terminum ens, sunt per se notissimæ, vt de quolibet dicitur esse, vel non esse: quod vocatur primum principium, & sic per ordinem in lineis præsentalibus descendendo sub ente. Et sicut est in speculatiuis, ita est quidam ordo in practicis: nam ens in speculabilibus est primus terminus, quia ens & essentia sunt, quæ primo intellectu appræhenduntur: vt ait Auicenna: ita in practicis terminus maximè notus, & primus est bonum: nam bonũ appræhensum intellectu mouet ad prosequi: sicut ens appræhensum mouet ad intelligere: propositiones ergo fundatæ super bonum sunt per se nouissimæ in practicis, s. ꝙ omne bonum est appetendum: & ꝙ malum est fugiendum. Ex quo sequuntur primæ duæ regulæ practicæ, s. ꝙ bonum solum agere oportet: & ꝙ malum oportet vitare: & sic est ordo per terminos agibilium sub ordinatos huic communissimo, quod est bonum. Et sicut in speculatiuis descendendo ab ente linealiter: sicut termini sunt minus communes, & minus noti, ita sunt propositiones minus notæ nobis, licèt s̄m se ipsas sint per se notæ: sic in practicis descendendo sub bono communissimo, sicut termini sunt minus cogniti, ita propositiones agibiles fundatæ super illos terminos sunt minus notæ. Et sic in speculatiuis circa principia per se nota vniuersalia nullus errat, quando sunt communissima: vt circa ens in hoc, quod est, de quolibet esse dicitur, vel non esse: quia nullus in hoc dubitat, ita esse: tamen descendendo ad minus vniuersalia per se nota: vt, ꝙ omne animal est corpus animatum: vel, ꝙ omnis homo est rationalis, aliqui dubitant: licèt ista sint per se nota. Ita in practicis nullus errat circa hoc vniuersale: quod est, omne bonum appetendum, & malum esse fugiendum: descendendo tamen ad bona, vel mala particularia errare contingit circa propositiones per se notas in illis bonis, & malis: licèt s̄m se sint notæ: ideo licèt circa iura naturalia in vniuersali non oportet esse aliquam doctrinam; in partibus autem per se notis oportet esse doctrinam. Lex ergo diuina non solùm debuit dare nobis cognitionẽ de his, quæ nullo modo nos cognoscebamus: sed etiã de his, quæ nos cognoscimus, si in illis errare possum⁹. In speculatiuis autem contingit vno modo solùm errare, s. quia intellectus noster sua indagine non potest cognoscere veritatem. In practicis autem dupliciter peccatur. Vno modo, quia intellectus non potest cognoscere bonitatem, vel malitiam eligibilium siue opinionum dirigentium electiones. Alio modo, quia intellectus noster ex assuetudine peccandi offuscatur, & incipit ignorare. Vtroque modo potest esse error circa per se nota minus communia, circa vniuersalia autem neutro modo. Patet de communibus, quia sicut in speculatiuis ex defectu intellectus speculatiui nullus potest ignorare primum principium, & alia similia licèt errer in minus communibus: ita in practicis nullus potest errare circa per se notum vniuersale, s. bonum esse eligendum. Secundo modo non potest

In ꝑpõnibus per se notis ordo interponitur.

Circa prĩcipia ꝑ se nota: tam ĩ practicis q̃ in speculatiuis nullus errare potest.

In speculatiuis vno mõ: in practicis dupliciter contingit errare.

A errare contra per se nota communia, s. ex assuetudine peccandi, quia assuetudo peccandi excæcat intellectũ, & nõ circa quamlibet practicam existimationem: sed circa illam, in qua consistit operatio, & quia operabile est particulariter circa particulare, intellectus offuscabitur, s. ꝙ intellectus erret in hoc quod est debere fornicari, vel non debere fornicari. Etiam secundo modo errabitur, quia ista sunt quædam per se nota particularia, & non sufficit quilibet intellectus ad cognoscendum veritatem eorum: sicut non omnes in speculatiuis cognoscunt, ꝙ animal sit corpus animatũ: licèt per se notum sit. Vel vt satis diximus, possunt dici talia præcepta quædam conclusiones deductæ ex propositionibus primis practicis per se notis: licèt ergo

B principia cognoscantur, quantuncunq; euidentes conclusiones sint, non omnes sciunt eas deducere. Erraret ergo multorum intellectus circa ista, quia aliqui putarẽt licitum esse id, qđ illicitum est: ideo debuerũt talia per auctoritatem diuinæ legis, quæ solidior est, & nulli est dubia, declarari: sic.n. est circa fidem: fides autem est ex auditu, vt patet ad Rom.10.ca. & debet esse de his, quæ ratione naturali non cognoscuntur: sic.n. ait Gregorius, ꝙ fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Lex ergo diuina, quæ determinauit quid credere deberemus, debuisset ponere solùm ea, quæ ratione naturali inuestigari non possunt: sed non fecit sic, quia inter ea, quæ asserere debemus, quædam naturaliter cognosci possunt, & quæ-

C dam non: tamen lex diuina de vtrisq; posuit: posuit.n. Deum esse creatorem, & esse trinum, & vnum: quod ratione naturali conuinci non potest, licèt possit defendi: posuit etiam alia, quæ naturali ratione cognoscuntur, vt Deum esse. Ad quartum cùm dicitur, ꝙ leges positiuę sunt circa determinationes actuum humanorum, & solùm sunt circa illos actus, in quibus deficit lex naturalis, vel homines nõ p̃nt eam intelligere: sed præcepta moralia sunt talia, ꝙ oẽs homines intelligunt bonum esse custodire ea, & malum repugnare illis: ergo non debebat de illis se intromittere. Respondetur, ꝙ in agibilibus sunt regulæ dirigentes actiones humanas, & istæ sunt in quadruplici differentia: quia quædam sunt ita notæ, ꝙ nullus hominum potest de

Præcepta directiua actuum humanorum sunt in quadruplici differentia.

D illis dubitare: quædam sunt ita nota, ꝙ ratione naturali à pluribus inuestigari possunt, licèt multi, & simpliciores in ipsis errabunt: quædam sunt, quæ à solis sapientibus cognoscibilia sunt: quædam quæ nullo modo ratione humana deducuntur, sed pendent a voluntate condentis legem. Prima sunt principia communissima in practicis, vt quod malum est fugiendum, & bonum est agendum, nemini est iniustum faciendũ, & cum omnibus est rectè conuersandum. Secunda sunt aliqua pręcepta naturalia magis particularia: vt ꝙ non est fornicandum, ꝙ non est concupiscenda vxor proximi: & sic de alijs præceptis moralibus, de quibus hic dicimus. Tertia sunt, quæ deriuantur a iure naturali: & tamen non deriuantur immediatè à princi-

E piũ primo iuris naturalis, sed per quendam discursum aliqualiter iacentem: & talia deducere ex principijs non possunt quilibet homines, sed soli sapientes. Sicut patet in iuribus humanis, quorum quædam deriuant a ratione naturali: sicut ꝙ putantibus se grauari est permittenda appellatio; & quod in iudicijs vtendum est probationibus certis, s. testibus, aut instrumentis, vel confessione partium ꝯtra seipsas, & sic de multis alijs: talia etiã reperiuntur in præceptis iudicialibus à Deo positis. Quarta sunt, quæ nullo modo possunt ratione naturali conuinci, vel determinari, sed sola voluntate humana legislatorum: & talia dicuntur in legibus humanis assignando taxationes pęnarum, & præfixionẽs terminorum, vt ꝙ pręscribatur in tanto, vel tanto tempore,

Deus non curauit de primis regulis actuum humanorum determinare de alijs q̃ minus notæ erãt,

pore, & nõ in maiori, vel minori, quia hæc ad hoc, vel ad illud nullam rationis determinationem habent. Lex ergo diuina, quę determinat dubia, non determinauit de primis regulis actuum humanorum: quia illę sunt tales, in quibus nulli dubitant. In secundis autẽ dubitant aliqui: ideo vt nulla radix deuiãdi haberetur Deus interposuit suam auctoritatem determinando de talibus. Et sic compilauit atque declarauit istas decem conclusiones iuris naturalis, in quibus licèt multi verum faciliter dicerent, alij satis poterant errare. In tertijs autem, quæ solis sapientibus determinata videbantur, Deus determinauit in lege sua, ponens quasdam regulas iudiciales, quę deriuantur à iure naturali, vt patet prosequendo sequens c. Vt si aliquis percutiat seruum aut liberum: & si moriatur immediatè, vel nõ immediatè: & q̃ pro seruo percusso, qui non statim moritur non occidatur dominus suus occidens, quia pecunia domini est. Et q̃ pro libero etiam si postea mortuus fuerit occidatur. Ita namque satis emanant à iure naturali: sed nulli possunt considerare istam deriuationẽ, nisi pauci, & sapientes: ideo de talibus Deus determinauit in lege. Quarta sunt, quæ nullo modo possunt conuinci ratione humana, sed sunt à sola voluntate cõdentis legem: & in istis Deus determinauit, vt faciendo præcepta cæremonialia, quæ non habent aliquam rationem ad sic, vel quæ vocat Philosophus legalia, quia antequam ponantur nõ differunt, sic vel aliter fieri: differunt autem, cùm posita fuerint. Ad quintũ cum dicitur, q̃ lex vetus occidebat, sed præcepta moralia viuificant, ergo præcepta moralia non pertinebant ad legem veterem: respondetur q̃ lex vetus non occidebat ex se, sed ex occasione, vt ait Augu. in libr. de Spiritu & litera, s. q̃ lex vetus quantum ad præcepta moralia occidebat occasionaliter, s. quia bonum præcipiebat, & durum, & ad implendum auxiliũ non præstabat. Hoc declarat Apostolus ad Rom. 7. ca.

Quõ lex vetus non occidebat ex se sed occasionaliter.

quasi per totum inducens, q̃ lex vetus erat lex mortis, non quidem q̃ illa mala esset, sed id quod bonũ erat, operabatur in hominibus mortem: nam peccatum occasione accepta per mandatum causabat omnem concupiscentiam in seruatoribus: nam proniores sumus ad id, quod nobis prohibetur, cùm simus naturaliter liberi: si ergo non sit aliquod adiuuans ad resistẽdum cõcupiscentiæ insurgenti, occasionaliter ex lege causabatur peccatum occidens. Lex autem noua, est

Lex noua ẽ lex libertatis, & vitæ.

lex libertatis & vitæ, quia licèt prohibeantur ea, quæ difficilia sunt vitari, tamen quia gratia datur ad vitandũ illa, non est occasionaliter mors. Nunc ad formam argumenti dicitur, q̃ lex vetus occidebat occasionaliter: quia mandabat dura, & non dabat auxilium directè, tamen non occidebat, imò viuificabat, quia seruatores suos faciebat dignos vita æterna. Cùm dicis, q̃ præcepta moralia viuificabant. Respondetur, q̃ idem modus erat de præceptis moralibus, & tota lege veteri: quia etiam præcepta moralia mortificabant: quia præcepta moralia important quandam difficultatem ad conseruandum ea, & quia cum eis non erat adiutorium ad obseruandum, occasionaliter peccabant homines in eis, & mortificabant: viuificare autem dicebantur in quantum ipsa custodita viam vitæ æternę præstabant. Idem autem faciebat tota lex vetus. Concluditur ergo conuenienter posita fuisse præcepta moralia in lege veteri.

Vtrum omnia præcepta moralia in veteri lege reducantur ad decem.

QVAESTIO. XXXIII.

ALIVD dubium est, cùm nos dicamus præcepta legis naturæ reducta fuisse ad decem conclusiones, quas decalogum vocamus. Et ista dicimus præcepta moralia: vtrum omnia præcepta moralia posita in veteri lege reducantur ad decem. Et arguitur sic: prima directio morũ humanorum est, per habere se bene ad Deum, & bene ad proximum amando eos: & in hoc sunt duo præcepta, s. diliges dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum: sed ista non sunt inter præcepta decalogi: ergo non reducuntur omnia ad decem, nec continebuntur omnia moralia in præceptis decalogi. Item quia dicimus, q̃ præcepta moralia reducuntur ad omnia decalogi præcepta, sed cõtra, quia moralia nõ reducuntur ad cęremonialia, imò è contrario cæremonialia ad moralia, cùm sint quædam determinationes, vel additiones ad moralia: sed inter præcepta decalogi ponitur vnum cæremoniale, ergo moralia non reducuntur ad omnia præcepta decalogi. Item præcepta moralia sunt de omnibus actibus virtutum, vt patet, quia mores vocantur boni habitus, ex quibus bene operatiui sumus: sed boni habitus sunt virtutes: licèt præcepta moralia ad omnem actum virtutis sunt: sed præcepta decalogi solùm continent actus iustitiæ: vt patet tam in præceptis, quæ ad proximum, quàm in præceptis, quæ ad Deum: ergo non reducuntur sufficienter omnia præcepta moralia ad præcepta decalogi. In contrarium arguitur de glo. quę habet super illud Matth. 5. c. Beati estis, cùm vos maledixerint homines: Moyses decem præcepta proponens postea per partes explicat: & sic videtur, q̃ oĩa, quę continentur in lege veteri pertinentia ad mores, sunt partes præceptorum decalogi: sed postea explicãtur. Respondetur, q̃ præcepta decalogi distinguuntur ab alijs præceptis veteris legis, q̃ ista per Deum populo proposita sunt, vt patet in isto cap. alia omnia præcepta Moyses proposuit populo postquam audiuit à Deo. De his autem præceptis, per quę regulatur vita humana, f̃m q̃ supra dicebamus, quædam sunt vt principia cõmunissima, circa quę nullus potest errare: vt, q̃ malum est vitandum: &, quod bonum est agendum: &, nulli est nocendum, & sic de cæteris. Ex his autem omnia alia præcepta directiua vitę humanę resultant, tanquam quędam conclusiones. Sed in his conclusionibus est differentia, quia quędam immediatè resultant à principijs illis primis: & circa tales rari possunt errare, quia tamen aliqũ contingit errare determinata sunt à Deo, & vocantur hęc præcepta decalogi. Alia sunt, quę licèt descendant ab illis primis principijs, tã deriuatio eorum paucis est nota, & his solis sapiẽtib̃, & hæc declarauit Moyses populo audiens ea primo à Deo: vtraq; autem horum continentur in decalogo, & reducũtur ad decalogum: nam sicut in speculatiuis in conclusione est virtualiter principium, à quo concluditur, & ideo syllogismum analiticum siue resolutorium vocamus, q̃ ponimus prę̃missas, & conclusiones, quia id quod virtualiter claudebatur in conclusione explicatur, siue resoluitur in syllogismum, cùm simul ponuntur conclusio, & prę̃missę, includitur etiã in principio conclusio: cùm ex principio inferatur cõclusio: ideo si sit in speculatiuis aliqua conclusio, quę sit ĩmediatè deducta ex principijs primis, illa includet duo, s. principium, per quod concluditur, quod est notius ea, & alias conclusiones, quę sequuntur ex ea: & sunt minus notę: includit ergo aliquid, vt principiũ, & aliquid, vt conclusio: exempla horum patent in Geometria, vbi vt communiter conclusiones se habent p ordinẽ, quia vna sequitur ex alia, & alia ex alia: sic ergo in practicis præcepta decalogi sunt tanquam primę cõclusiones in practicis, si velimus eas nominare conclusiones: nã etiam possemus vocare principia practica, sed nõ immediata: & contineri in virtute in principijs primis practicis f̃m ordinẽ terminorũ resolubiliũ, & ma-

Primarõ negatiua.

In oppositum.

Responsio ad q̃nem

Præcepta decalogi differunt a præceptis alijs veteris legis q̃ ista à Deo data sunt, alia per Moysen, ponente illa populo.

Præcepta decalogi sunt principia: & sunt et cõclusiones.

magis resolubilium: sed dicendo, quòd sunt primæ conclusiones practicę, dicemus, quòd ipsa hẽnt duplicẽ inclusionem. Prima est, q̃ includunt principia prima practica, a quibus immediatè inferuntur: includũt etiam alias cõclusiones posteriores, respectu quorum sunt tanquam principia. Et sic cùm ista duo præcepta de amando Deum, & amando proximum sint de primis principiis practicis, sicut quòd cuilibet est benefaciendum, & nulli est nocendũ, nõ debebant exprimi inter alia: sed includuntur inter alia, sicut principia in cõclusionibus. Alia aũt prę̃cepta, quę Moyses declarauit populo, & sunt moralia, sunt tanquã conclusiones respectu præceptorum decalogi, ideo in ipsis includũtur in virtute tanquam conclusiones in principijs. Reducuntur ergo per istum modũ oĩa prę̃cepta moralia ad prę̃cepta decalogi: quia quędã reducuntur, vt principia ad conclusiones. s. illa, quæ sunt priora: & quędã reducuntur, vt conclusiones ad principia, sicut ea, quę sunt posteriora. Ad argumentũ primum respõdetur, q̃ñ agitur de duobus præceptis. s. de diligendo Deum, & diligendo proximum, q̃ non ponũtur inter p̃cepta decalogi: dicendo q̃ licèt non ponantur inter ea, tanquam distincta ab omnibus aliis, quæ ibi ponuntur: tamen reducuntur ad illa, & non reducuntur tanquã cõclusiones ad principia, ita q̃ ista duo deriuentur ex prę̃ceptis decalogi: sed reducuntur tanquam principia ad conclusiones; quia ista duo dicuntur tanquã duo principia per se nota, ex quibus inferũtur particulatim oĩa præcepta decalogi. Ad f̃m quãdo arguitur, quòd oĩa prę̃cepta moralia non reducuntur ad omnia præcepta decalogi; quia sabbati custodia est cęremonialis, & est præceptum decalogi: tamen ad prę̃cepta cęremonialia nunquam reducũtur moralia. Respondetur quòd custodia sabbati aliquo modo est cęremonialis, quantum ad determinationem diei, & multarum aliarum circunstantiarum, de quibus supra diximus. Alio modo est moralis, scilicet quòd aliquod tempus impendi debeat ad vacationem diuinam, iuxta Psal. 45. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus. Inquantũ ergo istud prę̃ceptum cęremoniale est, nullũ mandatũ morale reducitur ad illud, sed inquantum est morale. Ad tertium q̃ñ dicitur, q̃ præcepta moralia sunt de oĩbus actibus virtuosis: sed in prę̃ceptis decalogi solũ præcipitur, aut vetatut actus iustitię, & iniustitię, ideo nõ reducuntur omnia moralia ad decalogum: respõdetur, q̃ oẽs actus virtuosi inquãtum sunt virtuosi sunt a natura inclinante ad illos, licèt nõ inclinet specialiter, vt ad talẽ, vel talem virtutẽ: in oĩbus tamẽ actibus virtuosis, nulli sunt actus, de quibus magis appareat, q̃ sint actus virtuosi, vel vitiosi, quã ãctus iustitię, vel iniustitiæ: nam isti sunt virtuosi secũdum se, & virtuosi, quia boni ad alterum: eodẽ modo de iniustis. Etiam quia per actum iustitiæ confirmatur status politicus: p act̃ verò aliarum virtutum directè non confirmatur: per actus etiam iniustitię destruitur celeriter politicus status: vt ait Aug. quarto de Ciui. Dei. cap. 4. Nam ablata iustitia, quid sunt regna, nisi publica latrocinia? maximè virtuosi sunt actus iustitiæ, quàm aliarum virtutũ: ergo isti soli expresè præcipiuntur, quia immediatius deriuantur à cõmunibus principiis iuris naturalis: alij autem actus virtutum, licèt deriuentur a principiis iuris naturalis, non tamen ita clarendeo ista prę̃cepta decalogi de solis actibus iustitię sunt. Intelliguntur autẽ per ista multa prę̃cepta de actibus aliarum virtutum: sed ista pertinent ad præcepta, quæ tenent tertium gradum, quæ debent a solis sapientibus declarari: Deus autem intendens ea, quę multum nota erant, etiã rudi populo, propęere, sola prę̃cepta de actibus iustitię posuit. Alia tamen præcepta moralia, quæ ad ista reducuntur sunt de quibusdam actibus iustitię, & liberalitatis, atque temperantię, & cęterarum virtutum, vt patet discurrenti per latitudinẽ veteris testamenti reducuntur ad ista implicite. Concluditur ergo, quòd omnia prę̃cepta moralia quęcunque sint, reducuntur ad prę̃cepta decalogi.

Reductio oĩum prę̃ceptorum moralium ad p̃cepta decalogi

Ad primũ argumen.

Ad secundum.

Ad tertiũ.

Actus virtuosi sunt a natura inclinante.

Actus iustitię maxime virtuosi sunt quã aliarũ virtutum.

An præcepta decalogi sufficienter in hoc cap. xx. enumerata sint.

QVAESTIO. XXXIIII.

ALIVD dubium est: cũ prę̃cepta decalogi enumerata fuerint in hoc cap. s. numerantur sufficiẽter. Et videtur quòd non, quia prę̃ceptũ est quędam regula directiua actuum humanorum: regulę aũt dãtur ad deuiandum à malis, & vt homines bene ordinentur: oportet ergo, q̃ secundum diuersitatem modorũ peccandi sit diuersitas prę̃ceptorum: sed peccatum f̃m Ambrosium est transgressio legis diuinę, & inobediẽtia cęlestium mandatorũ: peccata autem distinguuntur per hoc, quòd aliquis peccat in Deum, vel in seipsum, vel in proximũ: oportebat ergo ad ponẽdum sufficienter mandata, q̃ quędã vetarent peccata in Deũ, quædam peccata in proximũ, quędam peccata hominis ad seipsum: sed in decalogo solùm ponũtur prę̃cepta dirigentia hominem in Deum, & in proximum: ergo non sunt sufficienter assignata. Item sicut ad cultum Dei pertinebat obseruare sabbatum: ita obseruare alias solennitates, quę vocantur ferię domini, vt patet Leu. 23. cap. Etiam pertinebant sacrificiorum ritus, & alię ministrationes sacerdotum, & munditię populi: sed inter prę̃cepta decalogi ponitur vnũ, quo prę̃cipitur custodia sabbati, ergo debuerunt poni alia, quę essent de obseruatione sacrificiorum, & aliorum festorum: sed non ponuntur: ergo imperfecte enumerantur. Item sicut in Deum peccamus periurando in nomine eius: ita, & blasphemando, & corrumpendo doctrinam sacram ab eo datam, sicut faciunt hęretici: sed ponitur vnum prę̃ceptum de non peierãdo in nomine domini: ita debet poni prę̃ceptũ de nõ blasphemando eum, vel non corrumpendo sacrã scripturã. Item sicut naturaliter parentes diligimus, ita naturaliter filios, & alios cognatos, & omnes alios homines: vt declarat Arist. in principio octaui Ethic. & Ecclesia. 13. cap. Omne animal diligit sibi simile: extenditur enim charitas ad omnes: & hoc intendit inducere per prę̃cepta: sicut patet prima ad Timot. primo cap. Finis prę̃cepti est dilectio. Cùm ergo in prę̃ceptis decalogi ponatur vnum prę̃ceptum de dilectione, & honore parentum, debuit etiam poni prę̃ceptũ de dilectione filiorum, & aliorum: sed non ponitur: ergo non sunt perfectè enumerata. Item in quolibet genere peccatorũ reperitur peccatum cordis, & operis: quia circa quamlibet materiam contingit errare p cogitationem deliberatam, & postea per operationẽ, cùm circa quamlibet materiã sit actus voluntatis elicitus, & actus voluntatis imperatus. Actus voluntatis imperatus causat actum siue peccatum exterius. Sed in prę̃ceptis decalogi reperitur in peccato adulterij distinctio prę̃ceptorũ in peccato operis, & cordis: quia peccatum cordis ponitur prohibitum in alio prę̃cepto, quàm peccatum operis, cùm de peccato operis ponatur: Non mę̃chaberis, & Non furtum facies. De peccato cordis ponitur: Non concupisces domum proximi tui: Nec desiderabis vxorem eius. Ergo deberet sic esse circa alia mandata: sed in nullo alio sic ponitur: ergo insufficienter enumerantur. Item sicut contingit peccarę per deordinationem concupiscibilis, ita contingit peccare per deordinationem irrascibilis, sed ponitur prę̃ceptum quantum ad deordinationem concupiscibilis quia dicitur:

Primarõ, quòd non.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Non concupisces, & ergo debebat poni quantum ad deordinationem irascibilis, quòd diceretur, nõ irasceris: non ergo videtur, q̃ conueniẽter decem præcepta decalogi enumerentur. In contrarium videtur, quia Moyses enumerat sufficienter præcepta decalogi: & diuidit ea per decem, cùm dicit: Et ostendit vobis pactum suum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis, vt patet Deute. 4. cap. ergo videtur, q̃ sufficienter enumerantur in decem. Respondetur q̃ præcepta decalogi sufficiẽter enumerantur in decem, & q̃ non oportet poni plura. Sciẽdum autem, q̃ lex siue præcepta sunt ad directionem humanam, & hoc respectu alicuius politię. Et quia politia est duplex, scilicet quædam humana, & quædam diuina: ita oportet esse duo genera legum: quædam leges ordinant hominem in policiã humanam, & sunt leges humanæ: quædam ordinant homines in Deum, & sunt diuinæ. Ad hoc autem, quòd aliquis bene ordinetur in aliqua cõmunitate, duo requiruntur: Primum, vt bene se habeat ad principem politiæ: s̃m, vt bene se habeat ad quemlibet consociũ politię. Sic ergo in lege diuina ordinante homines in politia, quæ est sub Deo, oportet vt hoĩes primo ordinentur in Deũ: secundo vt ordinẽtur ad quemlibet p̃ximum: & quia ordinatio est per aliquod præceptum dirigens: oportet vt in lege diuina ponantur aliqua p̃cepta ordinantia in Deũ. Cuilibet autem principi cõmunitatis tria debet subditus, scilicet fidelitatẽ, & reuerentiam, & famulatum: ista ergo debebit quilibet homo seruare in politia quæ est ad Deum, & s̃m ista tria sunt tria præcepta. Ponetur primo fidelitas, quæ consistit in hoc, quòd honorem domini sui, vel rectoris alteri nõ deferat, vocando alium dominum, vel rectorem, vel regem sicut dominũ politię suæ: & quantum ad hoc est primum præceptum ordinans in Deũ, scilicet q̃ non habebis Deos alienos coram me. i. nullum aliũ vocabis Deum, vel reputabis Deum nisi me. Secundum est reuerentia, quæ debetur rectori, & debetur etiam Deo. Est autem reuerentia Dei in hoc, q̃ nihil contra eum iniuriosum cõmittatur: & quãtum ad hoc est, q̃ nomen domini non accipimus in vanũ, quia magna iniuria Dei est, vt nomen tam gloriosum in vanũ tractetur. Tertium quod debetur cuilibet rectori ciuitatis, & debetur Deo, est famulat°, scilicet obsequium debitum pro beneficijs receptis. Cũ ergo à Deo multa beneficia receperimus, quorũ potissimũ, & indicans maiorem Dei laudem est beneficiũ creationis, ad memoriam illius vnum diem famulatui diuino separauimus, vt in illo Deum principaliter coleremus ei soli vacantes. Ad proximos aũt ordinatur quilibet dupliciter: aut specialiter, aut generaliter: specialiter ordinatur quilibet ad illos, quibus pro aliquo bono suscepto, vel aliàs tenetur bene agere: & quãtum ad hoc est quartum præceptum de honore parentum: cũ per illos intelligamus omnes alios, quibus tenemur ad aliquid benefaciendo. Si autem ordinetur homo generaliter ad proximos, sic est p̃ hoc, q̃ non noceat eis: nam omni homini tenemur nõ nocere, licèt non omni homini tenemur bene agere. Et quia nocumentum fit tripliciter, scilicet opere, ore, & corde: ideo oportet omnia caueri per præcepta. Nocumentũ facti ãt est in propria persona, & hoc vitatur, cùm dicitur: Non occides, quia occisio tangit ipsam p̃sonam, tollendo ei esse. Aut fit nocumentum in persona coniuncta ad generãdũ, & sic est aliud præceptũ: Non mechaberis: nam cũ quis cognoscit alterius vxorem, viro suo magnam facit iniuriam frangẽdo fœdera sacra coniugalia, & gignendo incertam prolem, & hęredes viri spoliando debito iure hereditatis. Aut fit nocumentum in rebus ordinatis ad personam in seip

In oppo. arguitur.

Responsio ad q̃stionẽ

Politia duplex, diuina, & humana.

Tria debẽt subditi pri cipibus.

Nocumentum tripliciter fit, scilicet ore, opere, & corde.

F sam, & ad coniunctam ei: & sic ponitur præceptum: Nõ furtum facies. Si autem sit nocumentum oris, sic est pręceptum: Non dices falsum testimonium contra proximum tuum. Nam ore nocemus cùm infamamus, aut ei mentimur. Nocumentũ in corde fit cõcupiscendo id, quod ad alterum pertinet; & tunc, aut pertinet ad eum, vt persona cõiuncta, & sic est mãdatum: Nec desiderabis vxorẽ eius: vel pertinet ad eum, vt res sua, & sic est præceptum: Non concupisces domũ proximi tui. Similiter autem distingui poterat in pręceptis, quę ad Deum: nam primum præceptum circa Deum dirigit opus, dicendo: Non habebis Deos alienos, & non facies sculptile. Secundum dirigit peccatum oris, cùm dicitur: Non assumes nomen domini

G in vanum. Tertium est peccatũ cordis, quod tollitur per tertium pręceptum. s. de sanctificatione sabbati: in quo debebamus toto corde vacare in Deum: quod ad solùm cor. i. intellectum principaliter pertinet, licèt postea sequaẽt actus vocalis in laudãdo Deum, & actus operis in sacrificando. Vel aliter secundum August. per primum pręceptum docemur veritatẽ primi principij. s. vnicum esse illud, quod est vere primum principium, inquantum dicitur: Non habebis Deos alienos coram me: quia ego solus sum Deus. Per secũm docemur veritatem diuinam, inquantum datur ei reuerentia, tanquam Deo vero, non accipiendo nomen eius in vanum. Per tertium docemur veritatem diuinam, quia mandatur, quòd sanctificemus diẽ sab-

H bati, & vacemus ei in illo die: quia ipse nos sanctificat, & est totum bonum nostrum, in quo quiescimus. Ad primum argumentum respondetur: q̃ñ arguis debere poni p̃cepta de directione hominis ad seipsum inter præcepta moralia, quòd non: nam oĩa præcepta decalogi reducuntur ad dilectionẽ: est autem dilectio hoĩs ad Deũ, & ad seipsum, & ad alterum: p̃cepta tamẽ moralia dãtur ad relationem naturę obscuratę, & deuiantis a rectitudine: nã per peccatum primi parentis incępit homo offuscari in intellectu, ita q̃ non iudicaret esse bona ea, quę iudicare debebat: & fuit homo offuscatus quantum ad Deum, & quantum ad proximum: ita q̃ non iam inclinabatur ad diligendum eũ, sicut diligere deberet: non tñ fuit circa seipsum offu-

I scatus, quia tantum diligit seipsum, quantum diligere deberet: imò magis se diligit. Vel etiã quia, q̃ aliquis homo diligat recte seipsum, vel bene se habeat ad seipsum, dependet ex hoc, quòd bene se habet ad Deũ, & ad proximum: qui. n. tantum diligit Deum quantũ debet diligere, & proximum quãtum debet diligere: nam aliquando aliquis diligit se magis quã debet, & hoc male, & tunc diligit Deum minus q̃ debet, quia p̃p seipsum diligere, in quo non debet repugnat Deo, quia eum punit: iste. n. tantum se amat, & tãtum effugit pęnas, q̃ quia ei dantur, abominatur ipsum Deum punientẽ, sicut dicit Arist. 7. Ethic. q̃ amare filios, vel parentes de bonis, & pulchris secundum naturã est, nisi forte fiat excessus: vt si quis repugnet ad Deos p̃-

K pter filios quemadmodum Niobe. Sic etiam si aliquis multum se amat volendo satisfacere omnibus delectationibus, atque concupiscentijs suis, concupiscet vxorem proximi sui, & accipiet eam propter se amare: & sic modicum amabit proximum suum, quia ei nocet. Cùm autem Deum quantum debuerit, & potuerit dilexerit, & proximum quantum debet, se amabit æqualiter. Aliter potest dici, quòd præcepta decalogi sunt ea, quæ immediate populus à Deo recipit, vt patet Deute. quarto capitu. cum dicitur: Et scripsit in tabulis iuxta id, quod prius scripserat verba decem, quæ locutus est ad vos Dominus: & ista præcepta talia erant, & esse debebant, vt auditis illis populus rudis, caderet in perfectam cognitionem eorum,

Sufficiẽtia triũ pręceptorum secundũ August.

Responsi. ad primũ argumentum.

Aduerte quare non ponunt p̃cepta directa hoĩs ad seipsũ.

Cap. 4.

Respon. 2. ad primũ argumen.

rum, nec oporteret ibi existere magistrum docẽtem, cùm Deus ista loquens nõ deberet talibus immorari. Sed præcepta, quę populo in mentẽ immediate venire possent deberent esse talia, vt populus cognosceret in eis rationem debiti: pręceptum. n. maxime naturale includit rationem debiti: deberet ergo populus clare cognoscere in talibus præceptis rationẽ debiti. Quod aũt aliquid debeat quilibet homo Deo, satis potest cadere in mentem cuilibet. Quod etiam ad aliquid teneat quilibet homo alteri homini, patet: sed q̃ homo sibi ipsi teneatur ad aliquod, quia ista sunt opera volũtatis, non ita clare videtur, nec caderet alicui maximè populari in mentẽ: non ergo debuit Deus dicere, quia non immediate possent intelligere: sed ea, quę in decalogo posita sunt debebant statim intelligi: ergo non debuerunt ibi poni aliqua, quę ad seipsum pertinerẽt: sed postea talia Moyses, qui erat vir sapiens paulatim instrueret populum circa talia. Ad secundum quãdo dicis, quòd sicut sabbatum pertinet ad cultum Dei, ita pertinent aliæ solennitates, & sacrificia: sed in decalogo ponitur vnum pręceptum de sabbato, ergo etiam debuit poni de aliis sacrificijs, & solennitatibus: respõdetur quòd solennitates, quæ fiebãt in veteri testamẽto erant in signum alicuius beneficij præteriti, aut futuri: præteriti autẽ commemorati, aut futuri præfigurati. Idem erat in sacrificijs, quia vel ad memoriã præteritorum, vel futurorũ signum offerebantur: & quia beneficiũ importantissimum in custodia sabbati erat maius cęteris beneficijs, debebat magis de eo mẽtio fieri, quã de alijs. Signabatur in custodia sabbati creatio rerum, & quies Dei post creationem in septimo die, vt dicitur supra in littera: Sex diebus creauit Deus cęlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & die septimo requieuit: ideo benedixit diei, & sãctificauit eum. Signatur etiam quies nostra in Deo cõsumatis omnib° laboribus huius sęculi post mortem carnis. Signatur quies nostra in Deo per gratiam in præsenti, cùm anima deuota fertur in dilectum suum hic in via, & quiescit in eo: ista enim valde magna sũt, quare, vt de præcipuo fieri debuit mentio de sabbati custodia, magis quàm de alijs solennitatibus: aliæ nãque solennitates signant aliqua bona transeuntia, quę parua erant: vel quæ non ita magna sicut beneficium signatum per sabbatum. Sicut celebratio Phase erat ad memoriam exitus de Aegypto, vt patet supra duodecimo, & 13. & Deutero. sexto atque 16. capit. Celebratio Scenophegiæ fiebat ad signandum, q̃ Deus fecisset in deserto Israelitas habitare in Tabernaculis: vt patet Leui. 23. ca. Sic de festo Clangoris, & omnibus alijs festiuitatibus. Sacrificia autem ex eisdem causis fiebant, quędam ad memoriam pręteritorum, quædã ad significationem futurorum: ita quòd non pertingebãt ista ad ea, quæ signabantur per custodiam sabbati. Ad tertium quando arguitur, quòd sicut peccamus in Deũ peierando, ita peccamus blasphemãdo, & doctrinam eius corrumpendo: sed de periurio in nomine Domini ponitur vnum pręceptum negatiuum, ita ergo debuit poni de blasphemia, aut corruptione sacræ scripturę. Respondetur quòd sicut supra dictum, est præcepta decalogi data sunt populo a Deo immediatè, & nullo ex ponente: debuerunt ergo esse talia, vt cõmunia essent: & cuilibet immediatè nota esse possent: talia autem sunt ea, quæ apud homines sunt in vsu communi, cuiusmodi est iurare: vt ait Apostolus ad Hebræ. 6. capit. Homines per maiorem suum iurant: & omnes controuersiæ eorum ad cõfirmationem finis est iuramentum: est ergo iuramentũ apud omnes gentes commune. blasphemia autẽ non est ita communis: quia cum iuramentum frequens sit, periurium & inanis iuratio frequens esse poterit:

Præcepta decalogi, data populo talia esse debuerunt, vt mox auditis eis cognoscerẽt in quolibet eorum ratio debiti.

Ad secundum.

Solennitates, & sacrificia veteris testamenti erãt signa alicuius beneficij præteriti aut futuri præfigurati.

Quietes spirituales signatæ p̃ vacationẽ sabbati.

Ad tertiũ.

A blasphemia autem rara apud homines est, & maximè tunc, quia de vno blasphemo solo, & post multa tẽpora legitur in deserto, vt patet Leui. 24. capit. Corruptio autem sacrarum scripturarũ rarius est, quia ista pertinent ad viros intelligentes: populares aũt nihil horum scirent: ideo talia non proposuit eis Deus: sed postea proposuit ea Moyses instruendo eos: & patet de vtroque. De blasphemia habetur Leui. 24. cap. vbi mandauit dñs lapidari illum blasphemum, & talem legẽ cõstituit in futurũ mediante Moyse, qui ista loquebatur ad populum, & erudiebat eos. De corruptione sacre scripturæ patet Deut. 4. cap. cum dicitur: Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ab eo: q̃ aũt addit aliquid sacræ scripturæ ponẽs in textu, & dicens esse de veritate, & subiecto sacræ scripturæ, vel q̃ aliquid tollit, hæreticus est, non tenens vnitatẽ Ecclesiæ, & corruptor sacræ scripturæ. Ad quartum quãdo

B arguis, quòd sicut parẽtes naturaliter diligimus filios & alios homines: sed in decalogo datur vnum præceptum de amore parentum, ergo debuit dari etiam de amore filiorum, & aliorum: respondetur quòd cũ ista præcepta data fuerint ad populum a Deo immediatè nullo explanante: talia debuerunt esse, quorum bonitatem omnes vulgares immediatè cognoscere possent: & quia præceptum dicit debitum, oportebat, vt omnia hęc continerent clare rationem debiti: q̃ autem filii teneãtur patribus ad aliquid, cuilibet notum est, quia maxima beneficia recipiunt filij à patribus,

C scilicet esse, eruditionem, & educationem, quæ omnibus manifesta sunt: ideo omnes gentes nomen paternum pro sacro, & venerando habent: nam vt ait Philosophus octauo Ethicorum, dijs, & parentibus non possumus reddere æqualia. Ratio ergo naturalis cuilibet homini dictat, quòd teneatur filius suo patri ad aliquid: ideo datum fuit pręceptum de honore parentum. Dictat etiam ratio naturalis cuilibet, q̃ nulli nocere debeat, ideo pręcepta de non nocendo ad oẽs extenduntur, & hic scripta sunt. Quod autem patres debeãt amare, & honorare filios, est ex aliquo debito patrũ ad filios: hoc tamen no est manifestum oĩbus. s. q̃ teneantur patres filijs ad aliquid: sed potius è cõtrario: quia filij sunt partes parentũ decisi ab eis, & recipientes ab eis esse, & totum bonũ: ideo debitum filio

D tum ad parentes est per se notum, & cuilibet manifestũ: debitum aũt parentum ad filios non est ita notũ, licèt aliquod sit, vt innuit Philosop. in quinto Ethic. dicens inter patrem, & filium nõdum emancipatum esse iustum paternũ: nõ tamen esset iustum, nisi pater teneretur quid filio ad alendũ, & filij° ad aliquid patri. Non fuit ergo positũ aliquod pręceptũ de amore parẽtum ad filios, licèt intelligatur, & reducatur ad præceptũ de honore parentum, cùm pertineant ad idem genus. Eodem modo nõ est positũ præceptum de amore ad seipsum, cũ non videatur homo aliquo modo sibi ipsi obligatus: indigebãt aũt ista aliquali eruditione, & debebant tradi per viros sapiẽres, qualis erat Moy-

E ses. Ad quintum quando arguitur, quòd in quolibet genere peccati reperitur peccatum cordis, & operis: sed circa delectationem veneream, & circa sublationem rerum alienarum ponitur distinctio pręceptorũ vetantium actum cordis, & actum operis, ergo sic debuit esse circa alia agibilia vetita: respondetur, quòd Deus exprimendo in aliquo genere actum peccati, vetuit etiam desiderium peccandi: quia vtrunque malum est, & ratio mali primo reperitur in desiderio quàm in operatione, & nunquam in operatione nisi p̃p electionem, vel desiderium, vt supra declaratum est. Et dato quòd circa cõcupiscentiam venereorum, & rerum vtilium non vetuisset concupiscentiam expresse: tamen intelligebatur vetita, cùm dicebatur:

Quare nõ est positũ pręceptũ de corruptione scripturę.

Ad quartũ

Cap. vlt.

Ratio naturalis cuilibet homini dictat, q̃ teneatur filius suo patri.

Cap. 6.

Ad quintũ

Non fornicaberis:& Non furtũ facies: voluit tñ expri mere ad magis cauendum, vt vbi maius periculũ est, cautius,& diligẽtius remediũ apponatur. Et quia maior inclinatio nostra est ad actus venereorũ,& rerũ vtilium aufurẽdarum,quã circa aliquã alia,vt ad occidere,vel falsum testimoniũ dicere: ideo magis expresse vetita fuit hic cõcupiscentia quã ibi. Ratio huius est, quia delectatio,quæ est in experientia actus venerei, vel in possessione rerum vtiliũ sunt quædam per se appetibilia, maxime delectabile, quod est in tactu vel gustu: ideo mox,vt apprehensa sunt,mouent ad suam fruitionem, vt patet in septimo Ethic. occidere autẽ & falsum testimonium dicere,quæ pertinent ad irascibilem,non sunt per se appetibilia:imò sunt secũdũ se horribilia,cũ naturalis amor sit oĩum hoĩum inter se,& homo etiã naturaliter diligat veritatẽ,q̃ destruitur per falsum testimonium: mouetur tñ ad ista propter alterum.scx tristitia,vel contemptu inflicto:quia tunc apprehenduntur aliqua obiecta, vt mala, & persequimur illa per occasionẽ, aut per appositionẽ falsitatis:quia vterq; est quidã modus vindicãdi, nõ ergo tantum inclinantur ad actus irę,qui sunt cũ tristitia,sicut ad actus concupiscentię,qui sunt cũ delectatione, vt supra declaratum fuit: non ergo fuit tanta necessitas exprimere cõcupiscentiam circa irã, vel circa alia, sicut circa concupiscibile in actu venereo, & in rebus vtilibus. solũ ergo fuit expressè vetita concupiscentia circa delectationẽ venereorũ, & vtiliũ: sed tñ omnis concupiscentia peccandi in quocunq; genere vetita ẽ tacitè,cũ ipse actus exterior prohibetur. Ad sextum quando arguitur,q̃ sicut contingit peccare per deordinationẽ concupiscibilis, ita contingit peccare p deordinationem irascibilis,sed ponitur præceptum prohibens concupiscentiam circa actus cõcupiscibilis in interiori: ergo sic debuit poni de irascibili: respondetur quòd passiones, vel motus irascibilis potentiæ nascuntur ex concupiscibili: nam licèt concupiscibilis sit ad bonum prosequendum, & irascibilis ad malum destruendũ:tamen q̃ñ aliquis mouetur secundũ irascibilem prosequendo aliquid, quod apprehendebat vt malum: ideo prosequitur, quia iudicat illã apprehensionem esse bonam: nam cũ aliquis prosequitur alium ex motu irascibilis ad mortem propter vindictã, apprehendit illum, quẽ persequitur esse quoddam malum sibi, ideo persequitur ad mortem: iudicat tamen illã apprehensionẽ esse bonam.i.quòd bonum est sibi persequi illum ad mortem. Sũt ergo ibi duo,scilicet, Ipsum quod persequimur, & ipsa persecutio. Ipsum autem quod persequimur,apprehẽdimus vt malũ per irascibilem motum insurgentẽ ad talem apprehensionem phantasię. Prosecutionem aũt bonam iudicamus: ideo enim aliquem occidere concupiscimus, quia illam occisionem bonã iudicamus. Circa actum ergo irascibilis concupiscentia quędam est,& quantum ad hoc nascuntur motus partis irascibilis ex concupiscibili: concupiscibilis autem mouetur per modum delectabilis, & boni. Differt tamen cõcupiscibilis ab irascibili: quia sicut in irascibili sunt duo,scilicet persecutio,& ipsum quod prosequuntur: ita in concupiscibili duo sunt,scilicet persecutio, & ipsum, quod concupiscimus: tamen in irascibili ipsa sola persecutio iudicabatur bona, id autem quod persequebamur, iudicabatur vt malum: in concupiscibili vtrunque iudicatur,& apprehẽditur,vt bonum: nam delectabile fornicationis prosequimur secundum passionem concupiscibilis, & prosequimur illud: nam ipsum delectabile bonum valde iudicamus, & persecutionem huius delectabilis bonam etiã iudicamus: quia tamẽ denominatio in passionibus fit ab obiectis sicut in habitibus; & concupiscibilis est circa delectabile,quod apprehenditur vt bonum, dicitur esse circa bonum: irascibilis autem licèt habeat prosecutionem delectabilem: quia tamen ipsum quod prosequimur vt malum apprehẽditur, dicitur esse circa malũ. Dicendum ergo q̃ cùm actus circa irascibilem nascãtur ex concupiscibili,vetita concupiscentia delectationum prohibetur desiderium irascendi. Vel dicẽdum est vt in superiore solutione, quòd licèt nos deordinari contingat per irascibilem sicut per concupiscibilẽ, quia tamen magis inclinamur ad peccandum secũdũ concupiscibilem quàm secundum irascibilem, vetat expresse concupiscentia circa delectabilia, & non circa actus interiores iræ. Aliud dubium est circa supradicta cũ dicatur, quòd præcepta decalogi sint firmiora quàm præcepta legis humanæ: quia ista sunt de lege naturæ.

Non tãtũ inclinatur homo ad actũ ire sicut ad act' cõcupiscẽtię q̃ est cũ delectatione.

Concupiscibile sẽper mouetur p modum delectabilis,& boni.

Denominatio ĩ passionib' fit ab obiectis sicut ĩ habitibus.

Vtrum præcepta decalogi sint dispensabilia aliquo modo.

QVAESTIO. XXXV.

QVAERITVR vtrum sint dispensabilia aliquo modo. Et arguitur,q̃ sic: Dispẽsatio debet fieri, quado lex videtur circa aliquid grauari, vel iniustam esse:si teneatur: sed contingit legem naturalẽ deficere in aliquibus sicut declarat Arist. in quinto Ethico- dicens iusta autem mota deficiunt. Et hoc non est inconueniens siue mirabile:quia naturaliter determinãtur homines ad fieri dextros, & sinistros: sed contingit ambidextros fieri: quantomagis ergo mutabuntur ea, quæ sunt de iure naturali, quæ sunt in quadam inclinatione communi,& iudicio vniuersalis rationis practicæ? ergo circa talia deficientia erit dispensatio: sed præcepta decalogi non sunt maioris obligationis, quàm ius naturale,cùm ipsa pertineant ad ius naturale,ergo poterit in ipsis fieri dispensatio. Item manifestum est, quòd reddere depositum pertinet ad ius naturale,quia sic ratio practica vniuersaliter inclinat:sed aliquando reddere depositum est malum; vt si furiosus deposuit gladium apud aliquem quando erat sanus si repetat eum cùm inceperit furere, non est reddendus: oportet ergo in talibus fieri relaxationes, & interpretationes,& ista pertinent ad dispensationem. Item sicut se habet homo condens legem ad humanam legem:ita se habet Deus ad legem suam diuinã, quàm condidit:sed Deus condidit præcepta decalogi, quia dedit ea hic Iudęis: ergo potest in eis dispensare: sicut homo legem condens dispensat in lege quã condidit:& vltra, si Deus dispẽsare potest,cùm prælati Ecclesię teneant locum Dei, poterunt dispensare sicut Deus. Antecedens patet secundæ ad Corint. 2. capi. cùm dicit Apostolus:Nam & ego si quid donaui propter vos,donaui in persona Christi. Idem patet in iuribus canocis sępissime,vt extra De sententia excõmunicationis in ca.a nobis.Cùm dicit summus Pontifex, Licèt locũ Dei in terris teneam⁹, de occultis tñ nõ cognoscimur diuinare. Item in decalogo prohibetur homicidium,sed istud quotidie dispẽsatur, quia lex humana mandat occidi malefactores, & hostes: ergo potest dispensari: & sicut est de hoc, ita erit de cęteris. Item inter præcepta decalogi ponitur obseruatio sabbati:sed istud est dispensabile, & fuit actualiter dispensatum tempore Machabæorum, vt patet primo Macha.secundo cap.nam cùm pugnassent hostes contra quosdam de Iudæis fugientes in montes,ne contra leges Dei cogerentur polluiin carnibus suillis,& immolatione ad Deos alienos,& incępissent pugnam in diebus sabbatorum, illi Iudæi non defendentes se, nec ponentes ante se bellum, permiserunt se mori in simplicitate dicentes; Moriamur in simplicitate nostra: testes sunt cœlum, & terra super nos, quòd

Arguitur quòd si rõ prima.

quòd iniuste perditis nos: quod videntes alij Iudæi, qui erant cum Mathatia patre Machabęorum tunc sacerdote magno determinauerunt, vt in diebus sabbatorum pugnarent: vt patet in litera, cùm dicitur: Cogitauerunt autẽ in die illo dicentes: omnis homo qui venit ad nos in bello in diebus sabbatorum,pugnemus aduersus eum. In contrariũ arguitur, quia lex dispensabilis propriè est à condente: vel ab aliquo qui habeat tantam potestatem quantam condens:sed præcepta decalogi sunt præcepta iuris naturalis,ius autem naturale non est conditum, sed innatũ: ergo non est aliquis qui dispenset. Item sæpe redarguuntur in scriptura veteris tastamẽti,& maxime in Prophetis,vt patet Isai.24. cap. aliqui qui destruunt fędus ęternum,& immutabile: hoc autem est fædus decem præceptorũ,vt sępe vocat Moyses in Deuterono. & ista destructio fiebat male interpretando, vel deuiando, aut dispensando: ergo non sunt ista præcepta dispensabilia. Respondetur ad prędicta,quòd dispensatio dicitur fieri in aliqua lege quando tenendo verba legis sequeretur aliquod inconueniens contra intentionem cõdentis legem: lex enim habet vim suam a voluntate condentis eam:ideo habet vim ligandi quantum ad id,q̃d intellexit legislator: cùm autẽ aliquid videatur sequi contra intentionem legislatoris seruãdo verba legis, non debẽt seruari verba legis, sed intentio legislatoris: nam seruare verba legis contra intentionem legislatoris,non est seruare legem, vt patet Digestis de legibus in.l.non dubium. Cum dicitur: Non dubium eum in legem committere, qui verba legis amplexus in legis nititur voluntatem. Idem patet extra De regulis iuris in sexto in vltima regula:quando autem talis casus occurrerit,vt obseruando verba legis agamus contra intentionem legis, oportet esse dispensationẽ concordando intentioni legislatoris. Intentio autem legis est ad intentionem legislatoris:intentio aũt legislatoris est primò ad bonum commune, vt statuatur, & permaneat: secundò ad ordinem iustitiæ, & virtutis,secũdum quam conseruetur illud bonũ cõmune, & acquiratur: & licèt istud f'm sit minus principale, ẽ tamen difficilius,& causa alterius: ideo de hoc principaliusagit mentionem Arist.in primo, & secundo Ethic.dicens, q̃ intentio legislatoris est ciues bonos facere,& obauditores legũ: si aũt sint aliqua præcepta, quę indubitabiliter contineant bonum statum ciuitatis, & ordinem iustitiæ,atque virtutis conseruatiuum status politici:illa præcepta proculdubio continent intentionem legislatoris, ideo talia indispensabilia sũt, quæ nullo modo verba legis possunt repugnare intentioni legislatoris: vt si ponantur in aliqua politia tales leges,quòd nullus destruat politiam, vel quòd nullus perturbet pacem ciuitatis, vel non prodat patriam hostibus, aut quòd non agat aliquid iniuste: de istis enim nullus dubitat, quin statuant statum politicum,& ordinem iustitiæ atque virtutis, per quã conseruetur status politicus: & manifestum est ista conuenire intentioni legislatoris: in talibus ergo præceptis sic vniuersaliter positis continentibus bonum cõmune, & ordinem virtutis dirigentis ad illud bonum commune,impossibilis est dispensatio. Si tamen sub istis legibus vniuersaliter positis concernentibus,& respicientibus bonum commune, ponãtur alij modi siue determinationes particulares,per quas deueniatur in bonũ,quod intendunt primæ leges positæ vniuersaliter: poterit in his dispẽsari: quia istę leges particulares sine p̃iudicio intẽtionis legislatoris possunt aliqualiter mutari: q̃d non põt esse in legibus illis,ita vniuersaliter positis:nam cũ dicitur: Nullus destruat statum politicum,non potest dispensari in ista lege, nisi quòd aliquis destruat statum politicum:& tunc semp est contra intentionem legislatoris: nam quæcunque destructio status politici directè repugnat eius voluntati. In particulari autem lege determinante ista, & directe ad istam potest aliquid moueri sine prejudicio intentionis legislatoris, vt si ad conseruationem status politici statuatur, quòd quilibet de ciuitate vigilet vna nocte super muros ciuitatis ad custodiã eius: manifestum est, quòd hoc tendit ad vtilitatem publicam. Tamen potest dispensari, quòd aliqui de ciuitate speciales non vigilent: nec hoc repugnat intentioni legislatoris: quia forte isti, qui non vigilãt magis proficiẽt statui quàm vigilando: ideo rationale est quòd non cogãtur vigilare propter vtilitatem publicam: & in talibus est dispensatio legis. Sic autem se habent præcepta decalogi, quòd vniuersaliter cõcernunt bonum commune,scilicet ordinationem hominis in Deum,& ordinẽ virtutis,& iustitiæ in comparatione proximorum adinuicem: ideo non sunt dispensabilia: sicut non est dispensabile, q̃d aliquis destruat aliquo modo statum politicum: vel quòd prodat ciuitatem, quia immediate respicit bonum commune, & statum ciuitatis: si tamen ponantur aliqua particularia præcepta circa modum obseruandi præcepta decalogi: illa erunt aliquo modo dispensabilia: quia forte mutatio qualiscunque in illis non repugnaret intentioni legislatoris: sicut mutatio præceptorum in vniuersali. Patet autem quod diximus: quia præcepta decalogi distinguuntur in duas tabulas: prima tabula continet ordinem cuiuslibet hominis in Deum, & hoc est ordinare quemlibet in bonum politicum, vel finale: nam Deus cuiuslibet hominis bonũ summum atque finale est. Secunda tabula continet præcepta, quæ sunt ad proximum, & ista concernunt ordinem iustitiæ seruandę inter homines in alterutrũ, ideo ista præcepta indispensabilia sunt: Ad primum argumentum quando dicitur, quòd præcepta decalogi pertinent ad legem naturalem: sed lex naturalis aliquo modo est dispensabilis, ideo præcepta decalogi aliquo modo dispensationem suscipient:respondetur quòd supra dicebatur, quòd in positione legum quędam continent manifeste intentionem legislatoris: quia artẽdunt directe bonum cõmune, aut ordinem iustitiæ: alia sunt modi obseruandi,vel applicandi ista vniuersalia: & licèt ista subordinẽtur ad intentionem legislatoris, non tamen ita continent intentionem legislatoris,quãdo aliquomodo in eis defectus accidat: & sine præiudicio intentionis legislatoris mutari possint. Cùm aũt dicitur, quòd Philosophus dicit,quædam iusta naturalia deficiunt,non est hoc de iustis naturalibus, quæ directe continent intentionẽ naturæ, q̃a ista inuariabilia sunt, sed de quibusdam iustis,quę sunt determinationes particulares vniuersaliũ iuriũ: & hęc deficiunt: præcepta autem decalogi non pertinent ad iura naturalia, quę sunt determinationes particulares iurium vniuersaliter positorũ, sed ad ipsa iura naturalia:nec est deficere,nec dispensare. Ad secundum quando arguitur, q̃d reddere depositum est de iure naturali, sed aliquãdo reddere depositum nõ est bonum; ergo præcepta decalogi, quæ non maioris obligationis sunt quàm iura naturalia, erunt mutabilia, & dispensabilia: responderi posset sicut ad præcedens,scilicet q̃ iura naturalia,quę directè continẽt intentionẽ naturæ,non sunt mutabilia,nec dispẽsabilia; & ista sunt vniuersaliter posita: reddere aũt depositũ, licèt sit de iure naturali,nõ est id q̃ directe cõtinet intentionẽ naturę:sed determinatio eius, quod cõtinet intentionem naturæ, præceptum autẽ directe continens intentionem naturæ erat, nulli esse iniustum faciendũ:& hoc nullomodo est mutabile. Q̃d aũt depositũ sit redẽddum est determinatio particularis illius,

In opposi. arguitur.

Quare p̃cepta decalogi non sũt dispensabilia.

Responsio ad quæst.

Seruare verba legis contra intẽtionẽ legislatoris,non est seruare legem.

Intentio legislatoris est ad duo.

Responsio ad argumenta. ad primum.

Iura naturalia quæ directè continet intẽtionẽ naturæ nõ sunt dispensabilia.

ſcilicet qualiter nulli noceatur: quia ergo iſte modus, vel determinatio non directe continet intentionem naturæ: non eſt inconueniens, ꝓ quantũ ad aliquid mutetur. Aliter autem dici poteſt, ꝓ ius naturale mutari, vel eſſe diſpenſabile poteſt dupliciter intelligi: vno modo per additionem, alio modo per ſubtractionem. Primus modus mutationis eſt impropriè dictus: nam ſic quotidie mutantur iura naturalia, qa leges humanæ determinant ſupermodos obſeruationis iuris naturalis in agendo, premiando, & puniẽdo. Et iſto modo etiam dicendum, ꝓ quotidie præcepta decalogi mutantur, quia quotidie fiunt nouę conſtitutiones, in quibus additur aliquis modus obſeruandi ea. Secundus modus intentionis eſt per ſubtractionem, ſcilicet quòd aliquid ſubtrahatur à iure naturali, & efficiatur per talem ſubtractionem, quòd aliquid quod ante erat de iure naturali, poſtea non ſit de iure naturali, & quantum ad hoc diſtinguendum eſt. Quod quędam ſunt quaſi principia vniuerſalia iuris naturalis, vt quòd bonum eſt appetendum, & quòd malum eſt fugiendum, & quòd nulli eſt nocendum, & ſic de alijs: iſta autem nullo modo ſunt mutabilia ſecundum ſe: licèt nos aliquando in actionibus noſtris malè mutemus ea prauè applicando vniuerſale opinabile ad particulare agibile, & tunc nec bona proſequimur, nec mala fugimus, de quo dicit Ariſt. in 7. Ethy. tractando de Sylogiſmo incontinentis. Alia ſunt iura naturalia particularia quaſi determinationes iurium naturaliũ vniuerſalium ad applicationem ad agibile particulare: nam vniuerſale ſecundum ſe non eſt agibile: actio enim conſiſtit circa particularia, vt ait Ariſt. in 2. & 6. Ethy. iſta autem iura particularia naturalia ſecundum ſe iuſta ſunt: ſed ſecundum applicationem ad infinitas circunſtantias particulares aliquando videbuntur iniuſta, ſi ſic ſeruentur. Sicut in exemplo poſito, reddere depoſitum ſecundum ſe iuſtum eſt: ſed quia arma depoſita ab eo, qui eſt furioſus, quando actualiter non inſaniebat, reddantur ei repetenti, quando eſt in furia, iuſtum non eſt: imò ſimpliciter iniuſtus eſt, q̃ tale depoſitum redderet. Sic etiã ſi aliquis recepit arma depoſita ab eo, qui nõ erat hoſtis, & poſtea efficiatur hoſtis publicus: ſi repetat arma dũ hoſtis eſt, non ſunt ei reddenda: non tñ dicitur propter hoc mutari iſta regula iuris naturalis: quia aliqua lex propria mutatur, quando aliqua repugnans ei poteſt conſtitui per legiſlatorem: vel quia poteſt contrarium induci de cõſuetudine. Ad hoc ergo, ꝓ iſta lex naturalis mutaretur, oportebat, quòd poſſet ſtatui aliqua lex contraria totaliter. ſ. quòd non ſit depoſitum reddendum: vel ꝓ poſſet præſcribi de conſuetudine contra illud: nihil tamẽ horum poteſt fieri: quia non poteſt aliquis iudex conſtituere cõtra ius naturale: nec etiã poteſt præſcribi, dato ꝓ mille annis ageretur contra ius naturale, vt patet in Decretis diſt. 9. per totum, nec ibi diuturnitas tẽporis aliquid iuris attribuit: ſed peccatũ maius facit: quia tanto grauiora ſunt peccata, quanto magis infęlicẽ animam detinent alligatam: nam diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed augmentat, vt patet extra De conſuetudine in cap. cum tanto. Ad tertium quando dicitur, quòd ſicut homo condens legem poteſt diſpenſare in ea, ita Deus condens legem decẽ precęptorum poteſt in ea diſpenſare: ſed prælati obtinent vices Dei, ergo poterunt diſpenſare in præceptis decalogi: reſpondetur, quòd circa præcepta decalogi Deus non poteſt diſpenſare, nec in hoc turbẽtur aures pię: nam nulla poteſtas ſic Deo aufertur, nec vlla offenſio infligitur, quia vt ait Apoſt. ſecundæ ad Timot. 2. capi. Deus fidelis eſt, & ſeipſum negare non pōt. ſed Deus eſt iuſtus, & non ſolùm iuſtus, ſed etiam pura iuſtitia, ſicut pura bonitas, & ſic de cęteris attributis: quæ propter ſimplicitatem eſſentiæ diuinæ nõ ſuſcipientis aliquod genus compoſitionis, ſcilicet nec ex materia, & forma, nec ex genere, & differentia, nec ex actu, & potentia, nec ex eſſe & eſſentia: verificantur de ea, ſiue concrectiuè, ſiue abſtractiuè: quod non reperitur in ſubiectis compoſitis aliquo modo: nam licet homo albus ſit, tamen non eſt albedo: ſi ergo Deus negare ſeipſum non poteſt, ergo nec poteſt negare iuſtitiã ſuã: ſed iuſtitia ſua eſt, ꝓ nos ſumus ſubordinati ei debẽtes fidelitatem, reuerentiam, & famulatũ, ergo nõ poteſt iſta negare: ſed ſi ipſe diſpenſaret, q̃d nos haberemus Deos alienos, negaret iuſtitiam ſuam: vel ſi diſpenſaret, vt aſſumeremus nomen eius in vanum, negaret ſuam reuerentiam, & ſicut eſt de iſtis: ita eſt de præceptis ſecundæ tabulæ: nam præcepta primæ tabulæ ordinãt nos in Deum tanquam in bonum commune, in quo eſt totus ſtatus politiæ noſtrę diuinæ. Ita precepta ſecundæ tabulæ ordinant hoĩes in alteruttum, ſ̃m actum iuſtitię: vt non noceant adinuicem: cùm ergo iſta expreſsè contineant iuſtitiam diuinã: quę eſt quędam rectitudo in nobis ſ̃m rectitudinem derinatam a Deo, ſi Deus mandaret facere contra illa, negaret iuſtitiam ſuam, quã iſta precepta expreſſe continẽt: ſed impoſſibile eſt deum negare iuſtitiam, cùm impoſſibile ſit negare ſeipſum, qui eſt iuſtitia: ergo non poteſt diſpenſare in his præceptis, mandando fieri cõtra ea, q̃d eſt diſpenſare. Et ſi Deus non poteſt diſpenſare, ergo nec prelati gerentes vicem Dei: ſunt ergo ſimpliciter precepta decalogi indiſpenſabilia. Ad quartum quando arguit, ꝓ lex humana diſpenſat in homicidio cum mandat occidi malefactores: & tamen homicidium ponitur inter precepta decalogi, ergo ſunt diſpenſabilia: reſpondetur quòd ſecundum, ꝓ ſupra declaratũ fuit, preceptũ continet rationem debiti, ſ. quòd illud ſit tale ad quod naturaliter teneamur. Non occidere autem continet rationem debiti, ſcilicet quòd oẽs homines tenentur non occidere alteros: è conuerſo aũt occidere eſt indebitum, & iniuſtum: mandatur ergo in decalogo non occidere, ſecundum quod non occidere eſt debitum, & vetatur occidere ſecundũ quòd occidere eſt indebitum. Lex autẽ humana cùm mandat aliquem occidi, non mandat occidi, vt occidere illud eſt indebitum, ſed vt eſt debitum: nec poteſt lex humana licite mandare, quòd aliquis indebite occidatur, ſed quòd debite: illud tamen erat proprie diſpenſare in præcepto, quia erat directe contrarium præcepto: malefactores autem, & hoſtes reipublicę debitè occiduntur: ideo occidere tales non eſt diſpenſare in hoc præcepto, non ocides: ſed mandare, ꝓ aliquis, qui non meretur mortem occidatur, eſt velle diſpenſare in hoc præcepto, & tale ſemper illicitum eſt. Nam ſi aliquis merebatur occidi, & occidatur ab illo, qui hẽt auctoritatẽ occidendi, talis occiſio non vocatur homicidium, quę vetatur in decalogo, vt ait Aug. in lib. De libero arbitrio. Similiter autem ſi alicui auferatur id, quod ſuum erat: quia debitum eſt, vt ei auferatur ex aliqua cauſa, talis ablatio non vocatur furtum, de quo dicitur hic: Non furtum facies. Ideo quando Hebręi mandato Dei abſtulerunt bona Aegyptiorum, ſcilicet aurum, & argentum, & veſtes præcioſas, vt patet ſupra tertio, & 11. & 12. cap. non fecerunt furtum, quia ex ſententia Dei factum fuit eis illud debitũ, vel quia ante erat debitum propter ſeruitiũ, quod Hebręi fecerãt in Aegypto in duris operibus luti, & lateris. Etiam quando Abraham conſenſit occidere filium ſuũ Iſaac mandante Deo: vt patet Gen. 22. cap. non conſenſit in homicidium, quod eſt occiſio indebita, & eſt cõtra p̃ceptũ decalogi, ſed in occiſionẽ debitã: nam iſta occiſio efficiebatur iuſta per mãdatum Dei: quia Deus eſt dñs vitæ, & mortis, & ipſe occidit, cùm vult iuſtos, & iniuſtos;

Ius naturale eſſe diſpenſabile dupliciter intelligi poteſt.

Si Deus diſpenſaret contra p̃cepta decalogi negaret ſeipſũ

Cuiũ malefactores & hoſtes reipub. occidũt per legem humanã, nõ fit contra præceptũ decalogi.

Deus ſi poteſt diſpẽſare in preceptis decalogi.

iniuſtos: nã ſi apud eum accipiamus nullus iuſtus eſt: vt patet infra 34. ca. cùm dicitur: Apud quem nullus per ſe innocens eſt: peccatum enim primi parẽtis oẽs nos mortis debitores cõſtituit, cùm ergo Deus voluerit, iuſtè petit a nobis debitũ mortis: faciens nos mori, ſciebat autẽ Abraham, quòd licèt Iſaac in ſe innocens eſſet, tñ apud Deum non erat innocens: quia manebat obligatus ad mortẽ, ſicut ergo Deus iuſtè poterat occidere eum per ſe ipſa die, qua apparuit Abrahæ: ita iuſtè potuit mandare Abrahæ vt eum occideret, & Abraham non peccabat in occidendo eũ: ſicut non peccat purus miniſter, vel executor penarum, qui mandato iudicis aliquem occidit: imò meretur, quia iuſtum facit, & iuſtè: Abraham ergo multipliciter merebatur in hoc: primo, quia erat executor iuſtitiæ ex mandato iudicis: ſecundo, quia Deo obediebat mandanti: obedientia autem actus meritorius eſt, vt patet primo Regum 15. cap. Melius eſt obedire quàm immolare: merebatur, & maxime, quia hoc quod aggrediebatur duriſſimum erat. ſ. occidere vnigenitum filiũ ſuum, quẽ tantũ diligebat, vt potius ſe quàm illũ mori elegiſſet, niſi Deus ſic mandaſſet: ſoli ergo Deo mandanti hęc durities ceſſit multum obediente Abraham, de cuius obedientiæ magnitudine, & de merito eius diximus Gen. 22. cap. Sic etiam vt vult ſanctus Tho. in prima ſecundæ queſtionæ centeſima arti. octauo. Oſeę acceſſit ad mulierem fornicariam: ſiue quæ erat vxor alterius fornicans, ſiue quæ erat ſoluta mulier fornicans: non tñ mechatus eſt: quia Deus, qui eſt actor matrimonij induxit inter eos tale vinculum, ſecundũ quod ille actus eſſet licitus: ſicut eſt de matrimoniali vinculo: nam facit actum, qui aliàs eſſet illicitus, eſſe licitũ. De Oſeę tamen aliter dictum eſt alibi. De iſtis tribus ſupradictis qualiter non fuerit fornicatio, ſiue męchia, & qualiter non fuerit homicidium, nec furtum: & qualiter Deus mandans iſta fieri non diſpenſauerit contra ius naturale: nec mutauerit illud: ſed declarauerit talem actum non eſſe furtum, homicidium, aut fornicationem, dictum fuit ſupra tertio cap. Precepta ergo decalogi quantum ad rationem iuſtitiæ manifeſtæ, quam exprimunt, indiſpenſabilia ſunt, ſcilicet quòd non poteſt diſpenſari, vt liceat indebitè occidere, vel indebitè accipere res alienas. Quantum tamen ad applicationem ad actus particulares, ſcilicet vt iſte actus ſit homicidium, quod eſt indebitum, vel non, & ſic adulteriũ, aut furtum, aliquo modo mutabile eſt: quia aliquando talis actus, qui videtur eſſe actus veri homicidij, non eſt homicidium: & talis qualis videtur eſſe actus adulterij, non eſt adulterium, & ſic de cæteris. Quod autẽ interpretetur talem actũ, qui eſt ſimilis homicidio vero, non ſit homicidium: aut qualis eſt ſimilis furto, non ſit furtum, interdum eſt per ſolam diuinam auctoritatem determinantem, vt in iſtis tribus ſupradictis, ꝓ Deus determinauerit ſublationem Hebræorum de rebus Aegyptiorum non eſſe furtum, & ſic de aliis. Aliquando autem ſola humana auctoritas, vt in iudicibus per iura humana: nam cùm iudex per legem mandet occidi iſtum malefactorem: declarat illum actum non eſſe homicidium, quod tamen non pertinebat ad aliquem alium, niſi ad iudicem miniſtrantem leges, & habentem locum totius politiæ, vel capitis politiæ. Si autem aliquis alius malefactorẽ occidat propria auctoritate homicida eſt: nam indebite occidit cùm non habeat auctoritatem interpretandi illam occiſionem non eſſe homicidium, quod prohibetur. Sic etiam tollere alicui res ſuas, eſt furtum: tamen legis miniſter per legem poteſt interpretari, ꝓ tollatur alicui res ſua, & non ſit furtum: ſicut cùm alicui in penam tolluntur omnia bona ſua, vel pars ex determinatione legis: quilibet tamen non faciet hæc, ſed habens auctoritatem, ſcilicet iudex, qui eſt miniſter legis. In his tamen eſt differentia, quia licèt Deus in communi non poteſt mandare, quòd quilibet occidat alterum: quia repugnat iuſtitiæ ſecundum ſe, quã Deus negare non poteſt: tamen in particulari de quolibet actu, qui nobis videtur malus poteſt interpretari, ſcilicet quòd Petrum occidere Ioannem eſt illicitum, vel nobis videtur illicitum: ſi tamen Deus mandat, ꝓ Petrus occidat Ioannem, faciet illud eſſe licitum: quia ipſe interponet aliquid propter quod illud, quod nobis videbatur illicitum, erit licitum. Sic etiam iſtum furari ſiue auferre, vt mitius dicamus, bona illius: nobis manifeſte videtur eſſe furtum. Deus tamen ſi mandauerit, faciet eſſe licitum. Sic etiam ſi aliquis carnaliter cognoſcat vxorem alterius ſciens, & volens, iudicatur eſſe adulterium: ſi tamen Deus mandet, faciet illud licitum. Hominibus autem non eſt conceſſa poteſtas interpretandi, & diſpenſandi circa oĩa talia: quia tunc totum ius periret, cùm voluntas humana ſit malus canon, vt ait Phil. nono Ethic. ideo hoĩes quantæcunque poteſtatis ſint, non poſſunt interpretari, aut diſpenſare circa talia: nam Sũmus Pontifex non poterit diſpenſare, ꝓ Petrus licitè occidat Ioannem: ſi nullam vlteriorem cauſam cognouerit: nec poterit diſpenſare, vt Sortes cognoſcat vxorem Platonis licitè, ſi ipſa tenetur, vt vxor Platonis, & ſic eſt. Dato etiã, quòd ſecundum veritatem nõ ſit, ſi ab omnibus tenetur vt vxor, vtpote quia facit ſolennitates nuptiales in facie Eccleſiæ: nec poterit diſpenſare vt Plato auferat res Martini, ſi nulla cauſa ſubeſſe cognoſcatur, quare eos perdere debeat. Ratio huius diuerſitatis inter diſpenſationem atque interpretationem Dei, & hominum eſt ex radice actus cuiuſlibet, ſcilicet conſiderando ſecundum quid quilibet actus eſt licitus, vel illicitus. Diſpenſatio Dei apponit actui id per quid eſt licitus, ideo diſpenſatio Dei ſemper eſt iuſta. Diſpenſatio humana nõ apponit actui id, per quod eſt licitus, niſi ab extra ſit: ideo non poteſt exiſtere diſpenſatio propriè, vel cuiuſlibet alterius licita, niſi cauſa ſubſit faciens actum licitum: & tunc Papa quia poteſtatem habet, vel alij inferiores ſecũdum gradum poteſtatis, & rerum diſpenſabilium quantitatem iudicant illum actum licite fieri: illud autem iudicium ſolùm eſt interpretatio, & à nobis vocatur diſpenſatio, quia eſt iuris communis relaxatio: & iſta interpretatio nõ pertinet ad quẽlibet hominem: quia non oẽs ſcirent diſtinguere de cauſa, quę facit actum licitum, vel illicitum: & non ſolùm non pertinet ad oẽs: imò nec ad omnes ſapientes: quia interpretatio eſt poteſtatis, & iuriſditionis. Nunc ergo iſte actus, qui eſt coire, ſemper eſt illicitus, niſi cùm inter perſonas coeũtes ſit fedus matrimoniale: vinculum ergo matrimoniale eſt cauſa, & radix, vt iſte actus, q̃ eſt coire, ſit licitus: Iſte actus qui eſt occidere ſecundum ſe illicitus eſt, & ſolùm eſt licitus, quando iſte, qui occiditur, feciſſet propter quid eſſet ſibi mors debita: vel haberet aliquid, cui mors eſſet debita. Iſte actus, qui eſt furati ſiue accipere res alienas eſt illicitus: ratio autem, ſecundum quam tollere res alienas ſic licitum eſt, quòd iſte propter culpam aliquam, aut cauſam mereatur perdere res ſuas: quia tunc accipientur licitè: cùm per culpã iſtius res huius incipiant obligari ad ſolutionem pęnę, ſicut ipſe naturaliter eſt obligatus ad penam poſtquã peccauit. Nunc aũt ad plenius videndum iſtam diſpenſationem, quomodo fiat licite a Deo, & non ab homine conſiderandum, quòd conformiter ſe habent ſpiritualia, & naturalia: in naturalibus autem ſic fit, quòd nihil poteſt calefieri ſine calido appoſito, vt ſi debeat lignum, vel homo calefieri, naturaliter neceſſe eſt apponi ignem, vel aliquid alterum, quod

Abraham volẽs Iſaac occidere multũ, meruit.

Precepta decalogi, quantũ ad rationẽ iuſtitię, quã manifeſtè exprimũt indiſpenſabilia ſunt.

Deus in vniuerſali ñ poteſt diſpenſare i pręceptis decalogi.

Quomodo Deus, & qũo Papa diſpenſare poſſunt in decem pręceptis.

sit aut formaliter calidum aut solùm effectiuè calidũ. Si autem summus pontifex mandet, quòd illud lignũ calefiat, non propter hoc calefiet, nisi faciat apponi aliquid ab extra calidum, ex quo efficiatur calidum, quod volumus calefacere, & non ex voluntate aut potestate summi Pontificis. Deus autem si mandet aliquid calefieri, quod frigidum est: dato, quòd nullũ calidum naturaliter formaliter, vel effectiue apponat, calefaciet: quia ibi est aliquid quod eminenter continet virtutem horum omnium, scilicet potentia Dei, quæ continet efficienter frigidum, & calidum, & omne quod est: ipsa ergo per seipsam nullo apposito ab extra calefaciet id, quod frigidum erat: sicut ipsa sine aliquo exteriori adiuncto fecit esse per creationem, quod nihil vnquam fuerat. Sicut ergo summus Pontifex non potest supplere locum causę extrinsecæ ad hoc, ꝓ aliquid tale vel tale fit: ita in spiritualibus, & ex potestate sua, aut volũtate non põt supplere locũ causæ extrinsecæ facientis actum licitum, vel illicitum: nunquam ergo poterit licitè dispensare, aut interpretari, nisi cùm ab extra aliqnid exstiterit, qđ faciat actũ licitum, & dispensabilem. Deus autem sicut in naturalibus non indiget aliquo extrinseco apposito ad faciendum actum calidi, & frigidi, sed ipse per seipsum supplet: ita in spiritualibus non indiget, quòd sit aliqua causa extrinseca secundum seipsam faciẽs actum licitum, vel illicitum: nam ipse supplet locum illius causę facientis actum licitum: verbi gratia, si ponatur, quòd aliquis coeat cum vxore alterius: iste actus secundum se est illicitus, quia deficit ibi illud, quod fecit actum esse licitum, scilicet vinculum matrimoniale. Et quia ista circunstantia est causa extra voluntatem proprie, non potest Papa facere istum actum esse licitum: cùm non possit apponere tale vinculũ. Deus autem talem actum licitum facit, quia sicut actus iste, qui est coire, secundum se est licitus, quando inter personas coeuntes est fędus matrimonij: ita erit licitus si non sit fędus matrimoniale, & Deus causet inter illas duas personas tale vinculum, quale matrimonium; quod secundum veritatem ita faciat actum licitum, sicut matrimonium: licèt illud vinculum non sit eiusdem generis cum actu matrimoniali: nec obligabit duas illas personas in perpetuum, sicut vinculum matrimoniale, sed obligabit pro tanto tempore, ꝓ quanto Deus imponens illud voluerit: sicut in naturalibus supplebat locum alicuius calefacientis, ita hic supplet locum matrimonialis vinculi actum licitum facientis. Sic etiam si aliquis debet occidere alterum; occidere est secundũ se actus illicitus, nisi ille, qui occiditur habeat aliquid propter quod ei mors sit debita: & illa est causa extrinseca faciens actum licitum: ideo Papa non potest supplere illam actus circunstantiam, secundum quam actus sit licitus, Deus autem potest supplere locum causæ illius extrinsecæ. Nam licèt ex parte istius non sit aliqua causa, propter quam secundum iudicium hominum debeat mori: ex parte Dei est: quia omnes ei sumus obligati propter peccatum primi parentis, & iuste sic nos occidit, vel facit occidi. Item dato, quòd non staret illa obligatio peccati primi parentis, Deus licitè nos occideret: nam ipse agit omnia propter se: creauit enim nos propter se, redemit propter se, glorificat propter se, & tollit peccata propter se: sic patet Iere.43.ca. cùm dicitur: Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Deus ergo vtitur nobis, & non fruitur: sicut ergo nos res nostras conseruamus, quia vtile est nobis eas conseruare: & interdum eas destruimus, quia nobis sic bonũ est: ita Deus propter gloriam suam nos creauit tanquam res suas, & propter gloriam suam nos interdum occidit. Licet ergo Adam non peccasset in paradiso, ad-

Quando Papa licite dispensare potest.

Deus licitè oẽs homines occidere põt multis de causis.

F huc existebat ista ratio, quia semper posset nos licitè occidere: nec in hoc aliquid iniustum faciebat, quia nullum iustum est Dei ad hominem: nam vt ait Philosophus in quinto Ethic. non est aliquod iustum hominis ad possessionem suam: quia siue eam destruat, siue ædificet, plãtet, eradicet iniustum nullum agit ei. Cùm ergo homo sit possessio Dei, vt patet Psal. 103. cum dicitur: Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua: sic etiam Psalm. 23. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo: Poterit Deus facere de omnibus quæ sunt in orbe tanquam homo de sua possessione, siue destruere, siue cõstruere. Et sic si aliquis homo vellet alterum occidere, iniustum faceret: si tamen Deus ei

Nullum iustũ est Dei ad hoẽm.

G mandaret, iam iustum esset, siue quia obligatus erat homo Deo ad mortem ex peccato primi parẽtis, siue quia Deus volebat eũ occidere, quia erat gloria eius: sicut homo vult destruere domum suam, aut vineam suam. Sed forte aliquis dicet, quòd hoc verum est, quantũ ad res inanimatas, quòd Deus potest destruere illas, quandocunque voluerit, sed de rebus rationalibus, vt de hominibus, non: sicut est in nobis, quòd quilibet nostrum possidens seruum, & possidens domum: potest destruere domum, & non committit iniustum: si autem accidat seruum suum, committit iniustum: sic enim Deus in destruendo alias res, nullũ iniustum facit, homines autẽ sine causa subeunte occidendo, iniustum videbitur facere. Respondetur ꝓ

Obiectio pulchra diluitur.

H non differt quantum ad hoc in Deo: nam sicut nos possidemus res nostras irrationabiles, ita ipse possidet res tàm rationales, quàm irrationales: & non est quãtum ad Deum maior differentia, quòd occidat hominem, quàm occidat capram: nisi sicut in nobis, ꝓ destruamus rem valentem decem, vel rem valentem mille. Nos tamen non magis iniustum facimus in destructione rerũ nostrarum, siue destruamus rẽ magni valoris, siue parui valoris: quia omnia ad nos solos ordinantur: & non habent aliquẽ finem vlteriorẽ: qñ aũt seruũ occidimus, est diuersitas, quia seruus non solùm est seruus, sed etiã est homo capax Dei per amorem, & cognitionem, & beatificabilis, sicut quilibet homo liber: nam in Christo non est seruus, nec liber,

I idest in vnione fidelium facientium vnum corpus, cuius Christus est caput, non est differentia liberi, & serui: vt patet ad Gala. tertio, & ad Colo. capit. primo. Et extra De coniugio seruorum in cap. dignum. Seruus ergo inquantum seruus est, ad solum dominum ordinatur, sed inquantum homo est ordinatur ad vlteriorem finem. s. in Deum, & in aliqualem iustitiam politicam. Nam propter similitudinem speciei leges statuunt seruum non esse occidendum, & puniunt occidentes tanquam facientes iniustum, vt patet infra 21. cap. vbi si seruus occidatur a domino, & moriatur in manibus: dominus criminis reus est, & occidetur: si autẽ non mortuus fuerit seruus immediate, dominus non tenebitur ad pęnam, quia pecunia illius est: sic etiã

Seruus ordinatur ad dominum & ad Deũ

K patet in legibus humanis. Et istas duas conditiones in seruo notauit Cato, dicens:

Cum mercatus fueris seruos in proprios vsus.
Non seruos dicas, sed homines esse memento.

Peccant ergo homines in occidendo seruos suos, quia illi secundum humanam legem occidi non debent: & dato quòd lex non prohiberet, peccatum esset, quia serui non solùm sunt ordinati ad nos, sed et ad alium vlteriorem finem: quantum autem ad illum vlteriorem finem dominus non habet potestatem in seruo: ideo non potest eum occidere: solùm autem habet potestatem in eum, quãtum ad seruitium: ideo potest mandare, quòd seruiat, sed nihil vltra: non se habent autem sic homines respectu Dei, sicut se habent

Seruus inquantũ ordinatur ad Deum nõ est in potestate domini.

habent serui domini respectu dominorum: sed sicut se habent res inanimatæ possessæ respectu possessorũ: serui autem non solùm ordinantur respectu dominorum, sed etiam ad aliquid alterum, ideo non possunt domini occidere illos: res autem inanimatæ, & animatæ irrationales, vt equus, asinus, bos, solùm ordinantur respectu dominorũ, ideo domini possessores possunt ista destruere, siue occidere, & non sunt iniusti. Sic autem, siue homines, siue res, quæ non sunt homines, ordinantur in Deum solùm, & in nihil vltra; ideo potest ipse occidere homines licitè, quia placet sibi, sicut nos possumus occidere capras, aut asinos nostros licitè, quia placet nobis. Et istam rationem posuit Apostolus ad Roma. 9. cap. probans, ꝓ quidquid Deus nobis faciat, aut de nobis non facit, non est iniustum, nec

B possumus conqueri, cùm dicit: O homo tu quis es, qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa, facere aliud quidem vas in honorem, aliud in cõtumeliam? Apostolus tamen istam rationem refert ad altissimum mysterium præscientiæ, & prædestinationis, in quo si locus conquerendi esset magis conqueri posset aliquis, quia Deus eum præsciuit, ꝓ quia eum sine aliquo actuali peccato occidit: sed in neutro est locus conquerendi: concluditur ergo quod volebamus, scilicet quòd Deus licitè potest mandare quemcunque voluerit occidi: & non possunt facere iudices, quia causam extrinsecam, quæ actum licitum, aut illicitum facit nõ possunt ipsi supplere: Deus autem supplet in hoc casu, vel quia qlibet homo sibi mortis debitor est ex obligatione peccati primi parẽtis, vel quia etiam, sine obligatione ista quilibet est factus ad honorem, & voluntatem, ideo quãdo Deus voluerit eum occidere, iustum est, quòd eum occidat. Quantum ad furtum, eodem modo dicendum est: nullus potest tollere res alterius iustè, nisi habeat ad eas titulum: titulus autem, qui causat dominium, est causa faciẽs, vt accipere res, quę alterius erat, sit licitum: homines autem non possunt ista facere: nam non potest Papa dispensare, quòd Plato licitè accipiat res Sortis, si nihil intercidat, quare alius deberet perdere res suas, & quare acquiratur isti titulus ad recipiendum eas: Deus autem sine appositione causæ

D extrinsece potest dispensare, vt iste licitè accipiat res illius. Et sicut hic extrinsecè requirebantur duæ causæ ad hoc, quòd secundum se iste actus licitus esset: ita Deus supplet locum duarum causarum, scilicet quòd sit aliqua causa quare ille, qui possidet, perdere mereatur: & aliqua, ex qua ille, qui nõ possidet, acquirere debeat, & ista secunda vocatur titulus. In lege humana crimina (accipiẽdo large crimen,) vel alij errores sunt causa, vt ille, qui possidet, perdat quod possidet; supplet autem Deus istam causam extrinsecam: nam nullus homo est, qui in conspectu Dei non sit peccator, vt patet Psal. 100. cùm dicitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et infra 24. cap. cùm dicitur: Apud

E quem nullus per se innocens est. Et cùm ipse pro peccato mortali debeat dare mortem æternam, & ꝓ peccato veniali alias temporales pęnas, potest conuertere illas, vel partem illarum in pęnas pecuniarum, cùm sit minor pœna. Secunda causa extrinseca erat titulus ex parte recipientis, vt iustè recipiat: & hanc supplet Deꝰ, quia cuilibet potest dare titulum ad quamcunq; rem: nam omnia quæcunque sunt, Dei sunt, vt patet Psal. 23. & 103. & supra 9. c. & licèt homines illa possideãt, & sint domini eorum, non sunt principales domini, sed quasi œchonomi, aut procuratores, vel, si velimus verius dicere, sunt commodatarij, vel precatarij, idest recipientes à Deo commodatum, vel precaria, licèt

A magis potest dici precarium, q̃ commodatum: nam commodatum ad certum vsum datur, ita quòd recipiens nullo alio vsu potest re illa commodata vti: sed nos omnes accipientes à Deo omnia, quæ habemus, non recipimus ad certum vsum: nam si ad certum vsum darentur, non possemus sine peccato illam rem applicare ad alium vsum: sed falsum est, quia ad quemcunque vsum accipimus res, quas possidemus, & ad omnem modum applicare possumus illas iustè, nisi ille vsus sit inhonestus. Item, quia commodatum non potest tolli à commodatario, etiam si commodator velit, donec expleat vsum, ad quem res commodata est, sicut patet extra de commodato cap. vnico, & ibi fundatur etiam, quòd cõmodatum ad certum vsum

B accipiatur: sed Deus non se habet sic nobiscum, quia quandocunq; voluerit tollit nobis res, siue cõsumato aliquo vsu earum, siue nondum cœpto, vt patet in aliquibus, qui antequàm aliquem vsum rerum habuerint, perdunt eas, Deo destruẽte eas, vel nos destruẽte. Natura autem precarij magis cõuenit rebus, quas nos possidemus: nam sicut precarium tandiu durat, quandiu patitur ille, qui dedit, ita in nobis tandiu manẽt res possessæ, quandiu Deus concedens eas precario patitur apud nos esse: precarium namque non conceditur ad tempus determinatũ, vt extra de precarijs ca. precariũ. Item precarium extinguitur morte eius, cui concessum est, ita in nobis possessiones nostræ obitu nostro

Deus põt res nostras q̃cunque voluerit à nobis auferre, & alteri donare, qa precario possidemus.

finiuntur. Nec valet in hoc si arguas esse dissimilitudinem: nam precarium non transit ad hæredes, sed extinguitur cum eo cui concessum est, sed in nostris possessionibus non est sic, quia transeunt per mortem nostram ad hæredes nostros. Respondetur, quòd precarium est, & nobiscum moritur, sed sicut nobis precario Deus illas possessiones dedit, ita & posteris nostris nouum precarium facit, licèt istud non videtur, quia istud precarium, quod nobiscum Deus facit, non est in verbis, sicut fiunt precaria humana, sed in solis factis

C concedendo nobis ad vsum id, quod suum est. Item precarium tollitur, cùm res data precario alienatur alicui precariũ reuocare volenti, qa non licèt rem inuito domino possideri: ista autem conditio hic interuenire non potest, quia Deus nihil alienare potest, cùm nihil extra eius dominium esse possit. Vnum tamen videtur deficere ad perfectam rationem precarij, quia precarium precibus acquiritur: Deus autem licèt aliquando nobis rogantibus ista det: tamen non semper dat per preces: nam sępissime non rogantibus ea dat. Vocantur ergo bona, q̃ nos videmur possidere, precario habita, quia magnam conuenientiam habẽt cum precario: fundantur autem prędicta extra de precarijs in cap. precarium. Nunc ergo cùm ea, quæ possidemus non sint nostra sed Dei, & nos tenemus ea precario, quandocunque voluerit Deus, potest iustè reuocare precarium, sicut per leges humanas fit. Et sicut alicui possidenti precario atribuitur possessio iusta per traditionem factam precarij: ita quando Deus voluerit rem vnius ei tollere, quàm à Deo precario tenebat, & alteri dare, ille, cui dederit, licitè eam recipiet, & habebit ad eam titulum. Patet ergo, ꝓ si Deus voluerit dare res vnius alteri, etiam illo, cui auferuntur res, nihil peccante, ille, qui acceperit etiam violenter, nec furtum committit, nec rapinam, nec aliquo modo peccat. Iudices autem humani quantęcunque potestatis sunt, non poterunt dispensare, ꝓ vnus tollat licitè res alterius, sine causa extrinseca subeunte, quæ licitum faciat talem actũ. Deus autem sine aliqua causa extrinseca subeunte solùm per seipsum volentem facit istum actum licitum supplendo per se illud, à quo iste actus liciius efficiebatur. Concluditur ergo ex superioribus, quòd Deus non potest dispensare contra talia

Iudices humani quãtęcunque potestatis sunt nõ poterunt dispensare, ꝓ vnꝰ tollat res alterius sine causa.

talia præcepta, quæ contineant expresse ordinem iustitiæ, vel ad bonum commune ordinationem: vt non potest dispensare, q̃ aliquis non colat eum, vel non reuereatur eũ, vel q̃ aliquis iniustum faciat, aut furetur, aut occidat sub ratione homicidij, & sic de toto decalogo; quia continent illa præcepta ordinẽ iustitiæ expresse: potest tamen dispensare in determinationibus actuum, scilicet vtrum aliquis agat contra preceptum de non occidendo, istum occidendo, & potest de quo libet homine occidente alium, si ipse mandauerit eũ occidi, determinare q̃ non sit homicidium, & si mandauerit alicui, quòd accipiat vxorem alterius, potest interpretari non esse adulterium. Sed circa faciẽdum malum non est idem quod est circa faciendum bonũ, scilicet quòd Deus potest dispensare, vel interpretari benefacere in faciendo similem actum in actibus furantium, aut adulterantium, vel occidentium, scilicet determinando, quòd ille actus licitus atque meritorius sit: non tamẽ potest interpretari, quòd aliquis, qui bene agit sic colendo Deum per decimas, aut per oblationes, aut certa particularia mãdata in lege, quòd male agat. Sed idem videbatur esse de vtroque: nam sicut circa negatiua precepta continentia in vniuersali iustitiam expresse non poterat Deus dispensare, scilicet circa hoc, non furtum facies: mandando q̃ aliquis furtum faceret, in quo reperiretur propria ratio furti, ita nec poterat dispensare, circa affirmatiua continentia in vniuersali rationem iustitiæ, vt in his, quòd Deus est colendus, mandando alicui, quòd eum non colat: sed tamen in particulari determinatione videbãtur interpretabilia, atque dispensabilia: si ergo in malis Deꝰ interpretabatur, ita quòd aliquis bene ageret: ita in bonis videtur, q̃ possit interpretari, ita quòd male faciat. Sed non est simile, quia bonus actus est bonus per causam positiuam: malus actus est malus per aliquid priuatiuum, vel non ens, quia bonum fit ex integra causa, vt ait Dionysius in libro de diuinis nominibus, idest ex adiunctione omnium circunstantiarum, quę simul sumptæ faciunt vnum integrum, scilicet quòd faciat ad quem finem debet, & qualiter debet, & vbi debet, & quando debet, & quid debet, & ad quid debet, & quantum debet, & sic de omni genere circunstantiarum, de quibus Arist. in 3. Ethy. & isto modo actus bonus fit solùm vno modo, vt aiunt Pytagorici, & confirmat Arist. in 2. Ethy. malũ autem fit, vt ait Dionysius, ex defectibus particularibus, idest ex defectu alicuius circunstantiæ particularis: nam si deficiat finis debitꝰ, dato quòd aliæ circunstantiæ facientes bonum actum adsint: actus malus est, & si deficiat circunstantia, scilicet quando oportet, etiam si omnes aliæ adsint actus malus, & quia varijs, & infinitis modis iste circunstantiæ mutari possunt: potest fieri actus malus infinitis modis, vt Pytagorici aiunt, & confirmat Aristoteles in secundo Ethycorum, dicens: adhuc malum infinitis modis: bonum autem finiti, idest solùm vno modo: fit ergo bonum in actibus ex potentia bonæ circunstantiæ dirigentis actum: malum autem ex priuatione alicuius circunstantiæ, vel multarum circunstantiarum. Cùm ergo Deus aliquid causat, aut nobis concausat: oportet, quòd sua causalitas, vel concausalitas sit positiua. Cùm ergo aliquis faciebat aliquem actum, qui erat malus ex defectu aliquarum circunstantiarum, vtpotè, quia non fit quod oportet: Deꝰ poterat istum actũ interpretari esse bonum apponendo aliquam circunstantiam positiuam facientem actũ formaliter bonum, vt si aliquis occideret alterum, iste actus erat illicitus, quia faciebat quod non oportebat, scilicet occidere. Etiam quia faciebat ad quem non oportebat: nam dato quòd occidere licuisset, illum tamen fortè occidere non licebat, quia vir iustus erat.

Solutio, q̃ est causa quare Deꝰ non potest actum, qui bonus vt interpretari esse malum, sicut pōtè contrario.

F Etiam erat malus, quia occidebat, qui non debebat. Nam dato quòd licuisset occidere, & licuisset istum occidere, vtpotè, quia malus: tamen iste, qui occidit eũ non debebat occidere, quia nõ habebat auctoritatem occidendi. Hæc tria euenerunt in Abraham volente occidere filium suum Isaac: erat namque illicitũ occidere: & dato quòd licuisset occidere: tamen non licebat occidere Isaac, quia erat innocens: & dato quòd licuisset occidere Isaac ex aliqua causa, tamen non licebat, quòd eum occideret Abraham, quia non habebat iurisdictionẽ occidẽdi, etiam quia pater eius erat: patri aut propter pietatem naturalem non licet filios occidere. Et dato, quòd filius aliquid egerit propter quod mori mereatur, & pater sit iudex: non debet pater per seipsum filios occidere, aut sententiam capitis contra eos ferre, sed magis alteri causam permittere iudicandã. Et licèt antiquitus aliqui volentes multum iusti, videri filios suos intuitu iustitiæ occiderint, vituperantur. Patet de Quinto Fabio Dictatore Romano, qui vadens in bellum, filium suum Fabium Buceonẽ, quia à quodam de hostibus ad singulare certamen prouocatus pugnauit, & vicit, securi percuti fecit, & coram se occidi: iste namque multum vituperatur, vt ait Paulus Orosius lib. 3. de Ormesta Mundi: sic etiam de Bruto primo consule Romanorum, qui duos filios suos percuti fecit securi, & decapitari prius virgis cœsos, quia volebant prolem Tarquiniorum regum ad vrbem reducere: vituperatur autem vt infœlix ab omnibus, vt declarat Paulus Orosius libro 2. de Ormesta Mundi, & Virgilius 6. Aeneidos, cùm dicit.

Tres defectus debitarum circunstantiarum erãt i hoc, q̃ Abraham Isaac occideret.

De Quinto Fabio Romano, qui filium occidit.

De Bruto Romanorum consule filios necante.

Consulis imperium hic primum sęuaſque ſecures.
Accipiet, natoſque pater noua bella mouentes,
Ad pulchram pœnam pro libertate vocabit.
Infœlix vtcumque ferent ea facta minores.
Vicit amor patriæ, laudumque immenſa cupido.

Cùm ergo Abraham si occideret filium suum, peccaret deficiendo in istis tribus circunstantijs, Deus potuit supplere istas tres circunstantias conferendo aliqd positiuè. Primò, quòd fecit, quòd iste actus, qui est occidere esset licitus dando tales circunstantias, secundũ quas esset licitus, sicut lex humana aliquando iustificat istum actum. Secunda circunstantia deficiebat, scilicet quòd non erat licitum occidere illum, quem Abrahã occisurus erat: nam erat innocens, Deus autem supplenit causando positiuè istam circunstantiam, faciendo quòd licitum esset occidere Isaac, quia Deo obligatus erat propter peccatum primi parentis, vel quia erat res possessa à Deo, ideo placebat Deo ad gloriam suam, quòd ille moreretur, sicut nos vtimur licitè rebus nostris ad placitum nostrum. Deficiebat tertia circunstantia, scilicet quòd licèt deberet mori Isaac, tamen Abraham non poterat eum licitè occidere, quia non habebat iurisdictionem, & si haberet non debebat, qa crudele erat. Istud autem suppleuit Deus positiuè, dãdo iurisdictionem Abrahæ secundum quam occideret Isaac. Deus namq;, qui est iudex supremus potest delegare potestatem suam ad certa negocia, cui voluerit, & posset quantum ad omnia delegare, nisi quia repugnat creaturæ delegari sibi tanta, cùm non sit capax: maximè, quia non delegauit hic Deus Abrahæ aliquam auctoritatem, vel potestatem faciendi, sed constituit eum simplicem ministrum, siue merum executorem. Quod autem non debuit facere Abraham, dato quòd haberet auctoritatem, verum est, si liberet esset, sed compulsus est mandato Dei, cui ad omnia, & per omnem modum tenebatur obedire, quantuncũque dura essent: sic enim dicitur Psal. 16. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. sicut

Qualiter Deus suppleuit defectum triũ circunstantiarum, q̃ i occisione Isaac per Abraham patrandę erant.

ergo

ergo Deus suppleuit positiue istas tres circunstantias deficientes in hoc actu, quibus deficientibus malus foret, & illis existentibus licitus erat: ita potest supplere in eo, qui mandato eius coit cum vxore alterius, vel q̃, eo dicente, accipit res, quæ erant alterius, quia in his causalitas est positiua. Ad faciẽdum autem, quòd ille actus, qui bonus est fit malus oportet, quòd tollantur circunstantiæ secundum quas actus est formaliter bonus: ista autem actio priuatiua est: verbi gratia, ego laudo Deum, vel colo festa propter eum, vel do eleemosynam: iste actus est bonus, quia sunt ibi omnes circũstantiæ facientes actum bonum: nam dare eleemosynam est actus bonus secundum se. Etiam ponatur, q̃ sit ad quem finem debet, scilicet propter Deum, & q̃ sit de quo debet, scilicet de proprio, & quòd sit à quo debet, idest quòd facit ille, qui potest facere, & quòd sit cui debet, idest indigenti, & sic de cœteris circunstantijs: quibus omnibus coniunctis, quia causa est integra, necesse est opus bonum esse, quòd ergo posset interpretari, vel facere Deus istum actum esse illicitũ, est quòd posset tollere aliquam istarum circunstantiarum, qua deficiente actus esset malus, vel saltem non esset bonus: verbi gratia, fiebat eleemosyna de ꝓprio si Deus tollat istam circunstantiam de proprio: ita q̃ fiat de alieno: actꝰ malus erit: sed hoc impossibile est, nam includit contradictionem, quòd actus sit bonus, & quòd Deus tollat aliquam circunstantiam, & efficiatur malus: nam actus bonus est ex integra causa, vt declaratum fuit. Necesse est ergo omnes circunstantias esse bonas, ad hoc quòd actus bonus sit: cùm ergo actus bonus est, omnes circunstantiæ bonæ simul ei insunt, quòd autem, ipso bono existente, aliqua circũstantia ei auferatur, ita vt malus sit includit contradictionem, scilicet simul esse omnes circunstantias bonas, & non esse simul omnes circunstantias bonas, sed deficere aliquam. Et patet clarius, quia ad esse bonum actum eleemosynæ, oportet q̃ detur propter Deum: quòd ergo detur propter Deum, & sit bonus actus, & non detur propter Deum, & sit malus actus, contradictio est, nec possibile est esse in eodem actu. Item impossibile est, quòd Deus tollat aliquam circunstantiã bono actui: nam si aliquis vult dare eleemosynam ꝓpter Deum, & secundum omnes circunstantias faciẽtes actum bonum moraliter, quòd Deus vellet aliquã earum tollere esset cogere liberum arbitrium: sed impossibile est liberum arbitriũ cogi, quia iam non esset liberum, ergo non potest Deus tollere circunstãtiam bonam bono actui. Et si daremus, quòd Deus cogeret liberum arbitrium, tunc includeret contradictionem Deum tollere aliquam circunstantiam boni actus cogendo liberum arbitrium, & quòd maneret actus bonus, vel malus: nam actus bonus, vel malus formaliter includunt libertatem, & electionem, quæ idem est, de quo in 3. Ethyc. disputat Aristo. Item includit rursus contradictionem, quòd Deus tollat aliquam circunstantiam bono actui. Nam ad hoc, quòd aliquis bene agat, aut bene agere velit, quod contingit ex omnibus circunstantijs simul sumptis: necesse est, vt Deus velit eum agere ex omnibus circunstantijs simul sumptis: nam nullus potest bonum agere, nisi Deus moueat eum ad bene agere: nec aliquis potest bene velle, nisi Deus velit prius eum bene velle, vt patet Io. 14. capit. Sine me nihil potestis facere: q̃ ergo Deus velit istum agere ex omnibus circunstantijs debitis, cùm iste vult agere ex omnibus circunstantijs debitis, & quòd Deꝰ velit quantum ad eundem actum tollere aliquam circunstantiam, secundum quam actus efficiatur malus, est, quòd simul Deus velit in eodem actu agere ex omnibus circunstantijs, & quòd non velit agere ex omnibus circunstantijs, quod est ponere in Deo contradictionem. Item impossibile est Deum talia velle, & facere. Et patet, quia impossibile est Deum facere, quæ impossibile est eum velle, sed impossibile est eũ velle tollere circũstantiam boni actus: ergo impossibile est eum tollere circunstantiam boni actus: patet antecedens in prima parte: nam licèt Deus potest aliquid qd̃ non volet, tamen impossibile est eum posse quod non potest velle: nam includit contradictionem, & patet, quia in agẽtibus rationalibus ante omnem actum est velle. Sicut ergo Deus quidquid facit vult, ita quidqd potest facere potest velle: nisi derur oppositum, & dicamus, quòd Deus aliquid potest facere, quod non potest velle, & tunc stabit, quòd aliquando Deus aliquid faciat, quod non voluit facere, quod dicit magnam imperfectionem in Deo, scilicet q̃ Deus agat ignorans, & à casu non volens. Item, quia contradictionem includit: nam dicere, quòd Deus aliquid potest facere quod non potest velle facere: est dicere, quòd Deus aliquid potest facere, & illud non potest facere. Secũda pars, scilicet quòd Deus non potest velle tollere aliquam circunstantiam bono actui, patet: nam velle tollere aliquam circunstantiam bono actui, est velle dire ctè facere ipsum formaliter malum: sequeretur ergo, quòd Deus vellet directè malum, & iniustum, quod impossibile est: sic enim dicitur Ps. 5. Quoniam Deus nolens iniquitatem tu es. Et patet magis, quia q̃ Deus velit directè malum, erat repugnare directè suæ iustitiæ, quod impossibile est, quia tunc negaret iustitiam suam: negando autem iustitiam seipsum negat, quia ipse iustitia est: hoc autem non potest, quia vt ait Apostolus 2. ad Tim. 2. cap. Deus fidelis est, & seipsum negare non potest. Item impossibile est, quia voluntas habet pro obiecto bonum: impossibile est ergo, quòd aliqua voluntas, siue diuina, siue humana, vel angelica possit velle malũ sub ratione mali, nec ẽt volet malũ quod est malum, nisi intellectus erret iudicans illud esse bonum: sed intellectus diuinus non potest errare, ergo non potest velle malum, siue sub ratione mali, siue quod malum est, sed tollere circunstãtiam bono actui est velle malum, imò sub ratione mali; ideo impossibile est, quod Deus velit, & consequenter impossibile est, quòd agat. Concluditur ergo ex dictis, quòd licèt possit Deus eum actum, qui secundum se malus est, bonum facere supplendo deficientes circunstãtias: impossibile est tamen eum facere illum actum, q̃ bonus est esse malum. Ad quintum quando arguitur de Machabeis, quòd mortuis Iudæis, qui se defensare noluerunt in sabbato, alij cogitauerunt ex illo die dicentes: Pugnemus contra omnem hominem, qui venit ad nos in bello in diebus sabbatorum. Respondetur, quòd isti non dispensauerunt in isto præcepto de custodia sabbati, quòd possent pugnare, quasi ante non fuisset licitum pugnare: nam in dispensatione sic est, quòd ius commune relaxatur, ita quòd non liget tantum quantum ante ligabat; ideo id quod fit secũdum dispensationem, si ante dispensationem factum fuisset existente eadẽ sola causa iniustè fieret, sed falsum erat hoc: nam existente eadem causa, quæ existebat in illis Iudæis, scilicet necessitas se defendendi quandocunq; fuisset, non erat peccatum pugnare: nam quod secundum se licitum non est, necessitas licitum facit, vt patet extra de regulis iuris in regula, quod licitum. Non dispensauerunt ergo aliquo modo illi Iudæi in custodia sabbati, sed interpretationem fecerunt: nam ante illa tẽpora dubitabatur, vtrum pugnare liceret in sabbatis ex aliqua causa, & nunquam fuerat ista quæstio determinata, quia nũquam acciderat casus in quo hostes pugnarent contra Iudæos diebus sabbatorum, & necessarium esset defendere se illis diebus, & ob hoc illi Iudæi contra quos primo pugnatum est in diebus sabba-

Nõ potest Deus actũ bonum malũ facere sicut pōt malũ actũ bonũ facere, q̃ implicat contradictionem.

Impossibile est Deũ velle tollere aliq̃ circũstantiã bono actui.

Impossibile est, q̃ aliqua voluntas, siue humana, siue angelica, siue diuina velle formaliter malum.

Quod secũdũ se licitũ nõ ē: necessitas licitũ facit.

sabbatorum permiserunt se mori nescientes iudicare
vtrum propter necessitatem liceret pugnare in diebus
sabbatorum, & sic dicebant: moriamur in simplicitate
nostra. Alij autem videntes istorum damna, conside-
rauerunt, quòd si sic agerent subito delerentur de ter-
ra: saniori consilio ducti statuerunt, quòd quicunque
veniret ad pugnandum contra eos in diebus sabbato-
rum, impugnaretur ab eis: nam crediderunt se iuste
agere, quia necessitas eos excusaret. Huic iudicio, &
interpretationi maximè suffragabatur, quòd Matha-
tias summus Sacerdos erat p̄sens, & oēs causæ quantę-
cunque essent inter Hebræos, deuoluebantur ad sum-
mum sacerdotem, & quod ille statuisset hoc firmum
habebat, & si aliquis sententiæ eius stare nollet, mor-
te moriebatur, vt patet Deuter. 17. capit. cùm dicitur:
Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse pro-
spexeris inter causam & causam; lepram & lepram,
sanguinem & sanguinē: si iudicium inter portas tuas
videris variari, venies ad sacerdotem Leuitici generis,
& ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt
tibi iudicij veritatem, & facies quæcunque dixerint,
qui præsunt loco, quem elegit dominus, sequerisque
eorum sententiam: qui superbierit nolens obedire sa-
cerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino
Deo tuo, decreto iudicis morietur. Licèt ergo cœteri
Iudæi videntes se in necessitate possent interpretari
se non esse obligatos ad obseruationem sabbati exi-
stenti tali necessitate, securius tamen, & firmius hoc
faciebant Mathatia summo Sacerdote assistente, &
principaliter determinantę: non ergo erat hic aliqua
dispensatio præcepti, ita quòd aliqualiter relaxaretur
à suo rigore, sed interpretatio, quòd illud pręceptum
nunquam obligauit ad talem casum.

Cunctus autem populus videbat voces,
& lampades, & sonitum buccinæ, mon-
temque fumantem, & perterriti ac pauore
concussi, steterunt procul, dicentes Moysi:
Loquere tu nobis, & audiemus: non loqua-
tur nobis Dominus, nec fortè moriamur.
Et ait Moyses ad populum: Nolite timere,
vt enim probaret vos venit Deus, & vt ter-
ror illius esset in vobis, & non peccaretis.
Stetitque populus de longe. Moyses au-
tem accessit ad caliginem, in qua erat De-
us. Dixitque præterea Dominus ad Moy-
sen: Hæc dices filijs Israel: Vos vidistis,
quòd de Cœlo locutus sim vobis. Non fa-
Ephe. 6. cietis Deos argenteos, nec Deos aureos fa-
Rom. 13. cietis vobis. Altare de terra facietis mihi,
& offeretis super eo holocausta, & pa-
cifica vestra, oues vestras, & boues in om-
ni loco, in quo memoria fuerit nominis
mei: veniam ad te, & benedicam tibi.
Quod si altare lapideum feceris mihi, non
ædificabis illud de sectis lapidibus. Si enim
leuaueris cultrum super eo, polluetur. Non
ascendes per gradus ad altare meum, nè
reueletur turpitudo tua.

F *Cunctus populus*. Hic ponitur secundum principale,
scilicet præcepta data populo à Deo mediātè Moyse.

QVAESTIO. XXXVI.

Præcepta q̄ sequunt in hoc ca. sunt data à Deo mediāte Moyse, & nō à Deo immediatè.

ET ista non locutus fuit dominus per se ad popu-
lum, sed Moyses, vt innuit litera, quia populus
non poterat sustinere voces domini, sicut patet in li-
tera, cùm dicitur: Loquere tu nobis, & non loquatur
dominus, nè fortè moriamur. & Deuter. 5. cap. dici-
tur: Si amplius audierimus vocē domini moriemur.
Et licèt popularibus ista videretur esse causa motiua,
non erat ista præcipua, quia tamen eis sic videbatur,
sic descripsit litera. Causa autem potissima, quare vlte-
G rius nō locutus fuit Deus in voce, sed per Moysen fuit,
quia illa præcepta, quæ dicebantur in voce propone-
bantur populo simpliciter, & nō declarabantur: opor-
tebat ergo, quòd illa talia essent, quę secundum se no-
ta essent, scilicet quòd immediatè vt audirentur cade-
rent in conceptu cuiuslibet auditoris, & huiusmodi
fuerūt omnia supradicta in decalogo: nam quodlibet
illorum præceptorum continebat rationem debiti ita
clare, quòd quicūque audiens cognoscebat debitum
esse tale, etiam nullo docente: vt si dicatur, non occi-
des: quilibet enim cognoscit immediatè, ꝙ hoc debi-
tum est: nam valde iniustum videtur occidere: sic etiā
cùm dicitur, non furtum facies: satis nota est ratio de-
biti, quia cuilibet videtur iniustum furari: ista autem
H præcepta, quę sequebantur clarè rationem debiti non
continebant sicut præcedentia: nam cùm dicitur: Al-
tare de terra facietis mihi, quòd si de lapidibus feceri-
tis, non ædificabis illud de sectis lapidibus: in hoc au-
tem non patet clarè ratio, quare magis de terra, quàm
de lapidibus altare construendum est. Et cùm dicitur:
Non ascendes per gradus ad altare meum: non enim
possunt ista sic cito intelligi: si ergo Deus ista propo-
suisset in voce tubæ, non intellexisset ista populus: ex-
pediebat ergo, vt talia præcépta nō immediatè à Deo,
sed per aliquem virum sapientem proponerentur po-
pulo, vt declararet ea, quæ non intelligerent: & quia
sola illa præcepta, quæ prædicta sunt erant talia, vt po-
pulus audiens ea mox intelligeret, illa sola à Deo im-
I mediatè dicta sunt: reliqua autem per Moysen propo-
sita fuerunt populo rudi declarante ea Moyse. Quod
ante in litera dicitur de voce terribili in tuba, q̄ popul⁹
tolerare non poterat, verum est, sed hoc propter duo
factum est. Primò vt Hebræi erudirentur ad timen-
dum Deum, vt patet infra: secundò & principaliter,
vt ipsi clamarent, nè loqueretur eis dominus: nam si
vox illa fuisset suauius Hebręi desiderauissent, ꝙ Deus
eis loqueretur, & tunc non solùm locutus fuisset ista
decem præcepta, sed etiam omnia alia, & tamen illa
erant obscura, & non intellexissent, quod nō decebat.
Deus ergo qui eis locutus fuerat ista decem præcepta
in voce aliqualiter eis tolerabili, circa finem illorum
ita eam fortificauit, & terribilem fecit, ꝙ nullo modo
K eam Hebræi vlterius possent tolerare, & sic cogerētur
clamare, vt Deus non loqueretur eis amplius, & tunc
ea præcepta, quæ obscuriora erant, manerent propo-
nenda Moysi, & declaranda. *Cunctus populus videbat vo-
ces*. Demonstrat hic istas voces fuisse terribiles, quod
fuit principium, vt populus peteret Deum tacere, &
loqui Moysen. *Videbat voces*. Scriptura accipit modum
loquendi vulgarem: nam voces visibiles non sunt, sed
solùm audibiles, quia sensus non potest excedere suū
obiectum, scilicet quòd auditus non potest videre co-
lorem, & gustus non potest audire voces, nec odora-
tus potest sentire sapores, sic ergo nec visus poterat
audire voces; includit namque contradictionē, quòd
visiua potentia audiat: nam potentia visiua secundum
suam

Quæ vox buccinę in qua dabāt p̄cepta decalogi crescebat in maius: ita vt in fine nō possent eam Iudæi tolerare.

Includit contradictionē, ꝙ potētia visiua audiat

A suam naturam determinata est ad videndum, & ad ge-
nus obiecti, scilicet ad colorem, vel lucem. Auditiua
autem naturaliter determinata est ad audiendum, &
ad obiectum quod est sonus: quòd ergo potentia visi-
ua audiat, est ꝙ potētia visiua sit auditiua, quòd autem
potentia visiua sit auditiua, est potentiā visiuā non esse
visiuam, quæ est contradictio: ergo includit contradi-
ctionem, aliquem videre voces: & tamen iste modus
loquendi vulgatus, vt accipiatur actus vnius potentiæ
pro actu alterius, & maximè hoc referendo actus alia-
rum potentiarum ad actum potentiæ visiuæ: nam po-
tentia visiua plus distinguit, q̄ cęterę potentiæ. Cęterę
namque accipiunt in obiecto suo quandam cognitio-
nem quasi confusam, quia paucas differentias obiecti
B discernunt: vt in potētia auditiua cognoscitur vtrum
sonus sit altus, vel grauis; magnus, vel paruus, & paucę
aliæ differentię: per visiuam autem potentiam infinita
distinguimus, non solùm circa colorem, & lucem, &
proprietates lucis atque coloris, quę cognoscuntur di-
rectè per potentiam visiuam, sed circa species, & indi-
uidua, quibus lux, & color accidunt, facimus per potē-
tiam visiuam distinctionem: omnia namque, quę cor-
porea sunt, aut proprietatis corporeæ, præter pauca
quædam, quæ alijs quatuor sensibus cognoscunt, spe-
ctant ad potentiam visiuam, & per eam cognoscūtur.
Et sic dicit Phylosophus in principio primi Methaph.
Sensum visus plus diligimus, quia plures rerum nobis
differentias ostendit. Cùm ergo iste sensus plusquam
C alij certificet, actus aliorum vocantur visiones: & sic dr̄
hic, cunctus populus videbat voces, idest audiebat, po-
nitur namq; pro audire videre, & sic dicimus vulgari-
ter: vides sicut vrit iste ignis? & vides sicut sapit istud vi-
num? Manifestum tamen est, ꝙ non videmus quomō
comburit ignis, sed tangimus siue tactu exprimitur, &
non videmus quomodo sapit vinum, sed gustamus.
Videbat voces. Istę voces nō erant à Deo, sed ab angelis
eas ibi formantibus: nam supra 3. c. probatum est latè,
ꝙ licèt in sacra scriptura veteris testamenti dicatur, ꝙ
Deus fecit aliquid, vel Deus locutus est: nunquam est
intelligendum, ꝙ Deus talia fecerit, nisi illa essent talis
conditionis, vt per potentiam finitam fieri nō possint;
ista autem leuia erant, s. formare voces, ideo est dicen-
D dum, ꝙ angelus ea ageret, & non Deus per se. De hoc
tamen vtrum esset vnus angelus ista faciens, aut plures
non constat: satis potest dici, ꝙ multi angeli erāt, quia
plures actus ibi fiebant, s. formare voces, & emittere
fulgura, & lampades ardentes, sic enim vult Apost. ad
Gala. 3. dicens: Lex ordinata per angelos in manu me-
diatoris: istud tamen non solùm refertur ad formatio
nem vocum in monte Sinai, quando actualiter lex fe-
rebatur, & ad alia, q̄ tunc fiebant, sed etiam ad scriptu-
ram tabularum legis datarum Moysi, quæ satis potue-
runt fieri à diuersis angelis, cū essent diuersi actus nu-
mero, & pertinentes ad diuersa tempora. Dato etiā ꝙ
diceretur vnum angelū fuisse, qui faciebat omnia hęc
in monte Sinai, sed qa dicitur hic, ꝙ populus audiebat
E voces, supponitur, ꝙ illæ, quæ audiebātur erant voces,
sed non erant, quia vt diximus formabantur per ange
los. Angeli autem nec voces audiunt, nec voces for-
mare possunt. De primo, s. ꝙ nō audiant angeli voces,
patet, quia non habent potentiam auditiuam, quia illa
est virtus corporea, & animalis, & solū est in vero cor-
pore naturali animalis: angeli aūt animalia non sunt.
De hoc autē qualiter angeli, nec videant, nec audiant,
nec gustent, nec odorent, aut tangant, latissimè decla-
rauimus supra 7. cap. Angeli autem etiam si corpora
assumant, non magis voces in illis corporibus assum-
ptis percipiunt, quàm si corpora non accepissent, sed
cognoscunt ea, quæ dicuntur per vocem, tanquam si
voces illas audirent. Sed hoc non est audire, sed sicut

potētia visiua pl⁹ cognoscit, q̄ cœterę potentię.

An vnus, an plures angeli vocem tubæ formarēt.

in nobis se habet actus videndi albedinem ad actum
intelligendi albedinem: nam nos aliquando intelligi-
mus albedinem non videntes eam, & tunc solùm est
actus intellectus, & multum differt ab isto actu, qui est
videre albedinē: sic ergo angeli voces percipiunt, sicut
cùm nos de vocibus per intellectum iudicamus, & nō
audimus eas actualiter. Differt tamen aliqualiter, quia
nos nunquam considerationem circa vocem habebi-
mus per intellectum, nisi eam audiuerimus, ideo care-
mus scientia illius obiecti, de quo potentiam sensitiuā
nō habemus, vt patet in primo Posteriorum, & sic cę-
cus nunquam potest habere scientiam de albedine, qa
eam nūquam vidit, nec surdus à natiuitate poterit ha-
bere scientiā de voce armonica, qa eam nunq̄ audiuit:
angeli autem habent scientiam de albedine, licèt eam
nunq̄ viderunt, & habent sciētiam de voce armonica,
licèt eam nunq̄ audiuerunt. Ratio diuersitatis est, quia
intellectio nostra est per actualem conuersionem in-
tellectus super Phantasmata: sunt autem phantasmata
species existentes in phantasia acceptę à rebus exterio
ribus per potentias sensitiuas: si ergo careamus po-
tentijs sensitiuis, impossibile est habere phantasmata,
& consequenter impossibile est aliquid intelligere
cùm intellectio non fiat sine phantasmate. Angeli au-
tem intelligunt istas res naturales dupliciter, & in qua
libet intellectione habent species nō mendicatas per
actum potentiæ organicæ. Sensationes autem poten-
tiarum organicarum quantū ad actum intellectus nr̄i
non sunt necessariæ, nisi inquantum per eas habemus
species, super quas intellectus se conuertens intelligit:
si ergo nos daremus, ꝙ intellectus noster naturaliter
haberet speciē albedinis, aut nigredinis, & sic de om-
nibus alijs rebus, nō oporteret habere potentiā visiuā,
& auditiuam ad hoc, ꝙ intelligeret, quia habebat illud
per se ad qđ necessariæ sibi erant istę potentię. Si ergo
detur, ꝙ angelus habeat naturaliter oēs istas species, sa
tis notum est, ꝙ poterit intelligere albedinem, aut so-
num, vel saporem, non videndo, nec audiendo, vel
gustando, sicut nos audiendo, vel gustando, aut vi-
dendo. Quod autem habeant angeli species istas rerū,
est dupliciter, secundum ꝙ duplex cognitio est in an-
gelo, s. cognitio rerum in verbo, & cognitio rerū in ꝓ-
prio genere. Cognoscunt angeli res in verbo, secundū
ꝙ contemplantur illam diuinā essentiam, quæ est spe-
culum clarissimū in quo sunt imagines oīum rerum,
& sicut per imagines manentes in speculo cognosci-
mus res, cui⁹ sunt imagines, ita per ipsam diuinā essen-
tiam clare cognitam, q̄ est speculum perfectissimum
cognoscunt angeli omnes res, quæ perfectissimè rep-
sentantur in diuina essentia. Vocatur autem ista cogni
tio in verbo, non ꝙ magis cognoscātur in filio, qui est
verbū, q̄ in Spiritu S. vel patre: nā ipsa natura diuina est
speculum, & ideo in hoc nō est differentia quantū ad
personas. Sed dicitur cognitio in verbo propter ꝓprie-
tatem verbi: nam sicut fili⁹ dicitur verbum, quia patrē
dicentem manifestat, & locutiones nr̄æ vocantur ver-
ba, quia nos dicentes manifestant. Ita ibi per quandam
appropriationem cùm in essentia diuina sit ista cogni-
tio perfectissima, vocatur cognitio in verbo, qa verbū
dicit proprietatem manifestandi, ibi autem in essentia
diuina omnia manifestantur. Et patet ista applicatio:
nam verbum, & fili⁹ eadem persona, siue suppositum
sunt, & tamen non dicitur ista cognitio in filio, sed co-
gnitio in verbo: ratio autem est, quia filius dicitur solū
à proprietate nascendi, siue generationis passiuę: ver-
bum dicitur à proprietate manifestandi. Quantū ergo
ad istam cognitionem rerum, q̄ est in verbo, q̄ habent
angeli, & animæ sanctorum, non est necessaria aliqua
species in ipso cognoscente: nam diuina essentia est eis
vt species: non ergo indigent angeli videre, vt cogno-
scant

Sic angeli voces pcipiūt, sicut nos de vocibus p intellectū iudicamus.

Angeli intelligūtes naturales dupliciter

Angelorū cognitio duplex, s. cognitio rerū in verbo, & in ꝓprio generē

Quare angelorū cognitio ī diuina essentia vocatur cognitio ī verbo.

ſcant albedinē,cū in Deo pſectè cognoſcant albedinē. Secunda cognitio in angelis eſt cognitio rerum in ꝑprio genere,ſecundum q̄ res cognoſcūtur per ſpecies ſuas diſtinctè, vt habent talem,vel talem gradum pſectionis naturalis. Et diſſimilatur iſta cognitio cognitioni,quæ eſt in verbo,quia cognitio in verbo non eſt per diſtinctas ſpecies rerum,vt tales res ſunt,ſed per ipſam diuinam eſſentiam, quæ vnica ſpecies eſt,vel medium cognoſcendi omnia clariſſimè. In cognitione autem rerum in proprio genere nō eſt idem medium cognoſcendi diuerſas res, ſed diuerſarum rerū diuerſa ſunt media,ideſt diuerſę ſpecies,licèt ſecundum differentiam naturę angelicę ponuntur vniuerſaliores,aut particulariores ſpecies,plures aut pauciores. Etiam dicitur cognitio iſta in proprio genere,nam quælibet pfectio,& eſſentia generica eſt finita, cùm ergo mediū cognoſcendi eſt finitum, quia aliqualiter aſſimilatur perfectioni generis illius, vocatur cognitio rerum in ſuo genere. Cognitio autem rerum in verbo non eſt cognitio rerum in ſuo genere: nam in verbo cognoſcendo, medium cognoſcendi eſt infinitæ eſſentiæ, & perfectionis, & tranſcēdit in infinitum perfectionem cuiuſlibet generis. Nam ꝙ genus rei cognitæ finitæ perfectionis, & eſſentiæ ſit, & medium cognoſcendi in infinitum ſit,non eſt pertinens ad idem genus: ergo illa cognitio non vocatur in proprio genere, ideſt nō eſt cognitio pertinens ad genus rei cognitę,in hoc autem modo cognitionis fit cognitio per ſpecies,ſed nō per ſpecies mendicatas ab extra, ſicut nos per organa mendicamus,ſed habent angeli ſpecies connatas omnium rerum, per quas omnes res intelligunt. Noſter autem intellectus quantū ad hoc inferior eſt in perfectione omnibus ſubſtantijs intelligentibus,dum in via eſt, nec per verbum omnia cognoſcit, nec alicuius rei ſpecies ei connata,aut cōcreata eſt;ideo indiget,vt eas mendicet per potentias organicas. Angeli ergo,vt patet ex ſuperioribus non audiunt: non enim magis percipiunt voces in propinquo,quàm in diſtanti. Non ſic facit anima noſtra,cuius operatio connata eſt organis, aut præſupponit ea,& eſt operās per eam quantum ad aliquid. Nec magis delectantur angeli vocibus armonicis,& varijs cōcentibus,quàm ſi nihil diceretur,nec magis turbantur,aut triſtantur vocibus triſtibus,& terribilibus,quàm ſi cantus ſuaues dicerentur, quia nihil auditu percipiunt, licèt cognoſcant, quæ vox eſt delectabilis ſimpliciter,aut quæ triſtabilis ita perfectè,imò perfectius, quàm nos ipſi, qui in hoc experientes, aut delectamur, vel affligimur. Secundum erat, ꝙ angeli loqui non poſſunt, nec ergo poterant formare voces: nam aut iſtæ voces proferebantur ab ipſis angelis in corporibus aſſumptis,aut formabātur in aliquibus inſtrumentis extrinſecis factis de aere: ſi dicatur, ꝙ formabātur in inſtrumentis extrinſecis, non erant voces, vt ſatis patet: nam inſtrumenta vocare non dicimus: ſi autem ipſi angeli faciebant in corporibus aſſumptis, voces non erant, & patet: nam loqui eſt per vocem exprimere conceptiones animæ,vt ait Ariſtotiles primo Periarmenias,ſcilicet ſunt ea,quæ in voce,earum quæ in anima paſſionum notę. Intentio autem cognita,vel conceptus non poteſt deriuari ab anima in vocem,niſi per aliquod medium, quod communicet naturam vtriuſque. Nam eſt anima totaliter ſpiritualis, & vox eſt proprietas totaliter corporalis, cùm ſit quidam ſonus: non poteſt ergo conceptio totaliter ſpiritualis deriuari in iſtam vocem,niſi habeat quędam inſtrumenta media inter naturam corporalem & ſpiritualem, & huiuſmodi ſunt vis phantaſtica, & imaginatiua,q̄ concipiunt phantaſmata,ſiue ſpecies non in materia: quemadmodū facit intellectus. Et rurſus ſunt corporales, quia ſunt organicę in certa parte corporis,& apprehē-

Quomodo differt cognitio angelorū i verbo à cognitiōe rerū in proprio genere.

Intellect⁹ noſter in via inferior ē in cognoſcendi mō oībus ſubſtantijs intelligētib⁹.

Angeli loqui non poſſunt.

Cap.1.

Cōceptio intellectiua non immediatè deriuari in vocē, niſi ſit organa medię cōplexionis inter intellectum, & vocem.

F dunt,& iudicant ſecundum quaſdam conditiones corporis,per has ergo potentias tanquam per media congruè deriuatur conceptio animæ in vocem: nam conceptio animæ ex quadam ſimilitudine ad phantaſmata poteſt deriuari ad phantaſmata,ita ꝙ ſecundum illā conceptionem cauſetur quædam ordinatio phantaſmatum in potentia phantaſtica, & quia phantaſmata aliquo modo communicant cum organis, & natura corporea,& potentia vocatiua quæ eſt magis de natura corporea,poterit phantaſmatum ordinatio deriuari ad vim vocatiuam,vt cauſetur ibi talis, vel talis vox expreſſiua conceptionis intellectiuæ, & ſine medio impoſſibile erat fieri deriuationem conceptionis intellectiuę ad vim vocatiuam. Sed fortè contra hoc argues, G ꝙ angeli ſępiſſime locuti ſunt,in nouo atque in veteri teſtamēto. Patet Ge.16.de angelo,qui apparuit Agar, & Gen.18.& 19.cap.De angelis venientibus ad Abraham,& deſtruentibus poſtea Sodomam, qui ad Abraham,& Loth locuti ſunt. Idem patet in valde multis locis etiam in nouo teſtamento de angelo Gabriele, qui Virginem ſalutauit,vt patet Luc.1.c.Et de angelo, qui confortabat Chriſtum exiſtentem in agonia, vt patet Matth.26.cap. Idem patet Actu.12.c.de angelo, qui apparuit Beato Petro in carcere,& locutus eſt. Idē Actu.1.c.de angelis duobus, qui locuti ſunt Apoſtolis quando Chriſtus aſcendit, dicentes: Viri Galilei quid ſtatis aſpicientes in Cœlū? Reſpondetur,quòd angeli quando corpora aſſumunt,nō habent propriam locu- H tionem,quia loqui eſt formare vocem ex percuſſione aeris reſpirati in determinatis organis, ſcilicet pulmone, & arterijs vocalibus, dentibus, gutture, & palato, & cœteris, de quibus Phyloſ. 2. de Anima c. de voce. In corporibus autem ab angelis bonis,vel dęmonibus aſſumptis non ſunt huiuſmodi voces, quia nō ſunt talia organa,vt declarauimus ſupra 7.cap.& hoc eſt quátum ad propriam rationem vocis, prout eſt quædam ſpecies ſoni. Eſt tamen quædam ſimilitudo vocis inquantum angeli,qui ea intelligūt, aut volunt, quibuſdam ſonis articulatis in ſimilitudinem vocum nobis exprimunt: ſic enim animalia quædam non reſpirātia vocare dicuntur, quia quendam ſonum ſimilem voci faciunt: vt piſces per branchias,& quędam inſtrumen- I ta vocare dicuntur, quia quoſdam ſonos, quaſi dearticulatos emittunt,vt ait Phyloſ.2. de Anima c.de voce. Et non poſſunt angeli in corporibus aſſumptis intentiones cōceptas eodem modo exprimere per illos ſonos quemadmodum nos exprimimus per vocem formatam,quia vox noſtra eſt ſignum ſecundum naturā deſeruiens conceptioni intellectus: angeli autem non exprimunt conceptiones ſuas modo naturali, ſed per modum artis. Sicut artifex ſimilitudinem artis,& exēplaris,qđ eſt in conceptione ſua demonſtrat in opere. Opus tamen non eſt naturaliter ſignatiuum exemplaris,vel Ideæ artificis,nec cauſatur naturaliter ab exemplari: vox autem naturaliter ſignat conceptum intelle- K ctus,quia ad nihil aliud naturaliter animalibus collata eſt,nec indiget animal arte aliqua in formādo vocem: exprimunt enim angeli conceptiones ſuas per aliquid quod eſt extra: nos autem per aliquid, quod eſt intra; ideo ad expreſſionem illorum cōceptuum magna ars requiritur in formandis illis ſonis: in nobis autem non requiritur aliqua ars,quia quæcunque conceperimus, mox per vocem exprimere nouimus, non diſtinguentes an ornatè, quia iſtæ ſunt poſteriores operationes artis. Tanta eſt differentia in expreſſione angelici conceptus per vocem, & inter noſtram expreſſionem, ſicut ſi nos cantus aliquos vocibus noſtris canamus, vel ſi ſolùm canamus in muſicis inſtrumentis nihil vocibus noſtris exprimentes,quia in exprimendo cantum per vocem, dum tamen cognouerimus quantum de-

primere,

Angelos quandoq; fuiſſe locutos.

Quid ſit loq. ꝓpriè.

Tex. 78.

Tex. 87.

Vox noſtra ſignū eſt ſm naturā deſeruiens conceptiōi intellectus.

Differētia inter expſſionē angelici concept⁹ ꝑ vocē, & inter nr̄am expſſionem.

primere, aut eleuare, acuere, aut grauare oporteat, in exprimendo nullus labor eſt,nec ars: nam organa vocatiua intellectui & voluntati noſtræ multum obediunt: in exprimendo autem per muſica noſtra magna ars,atque difficultas eſt. Cùm ergo formatæ fuerunt iſtæ, quæ hic vocantur voces: dicendum quòd non formatæ fuerunt propriè voces, ſed quidam ſoni,qui videbantur voces: eo quòd articulati erant: populus autem rudis neſciens diſtinguere inter vocem & ſonum,vocat iſtas voces, quia conſiderat ſimilitudinem inter eas & noſtras voces,& non videt diſſimilitudinem in principio vocatiuo, ſcilicet in ipſis organis animalibus formatis vocis, à quibus propriè vox habet, quòd ſit vox.

An formauerint angeli iſtas voces aſſumendo corpora, vel fabricando quædam inſtrumenta pro illis.

QVAESTIO. XXXVII.

SED aliquis dubitabit, cùm iſti ſoni, qui vocantur hic voces,potuerint ab angelis dupliciter formari: vno modo,quòd ipſi acciperent corpora aerea, & formarent voces: alio modo,quòd facerent quædam inſtrumenta aerea,quaſi tubas, vel ſimilia,quæ eſſent ſatis magna, in quibus voces ita fortes poſſent formari, licèt ipſi angeli corpora non aſſumerent. Videtur dicendum,quòd angeli non aſſumpſerint imagines,aut corpora aerea: nam Deuter.4.cap. dicitur: Cuſtodite diligenter animas veſtras, vocem Dei audiuiſtis, ſed formam penitus non vidiſtis, nè fortè decepti faciatis vobis imaginem maſculi, vel fœminæ, vel ſimilitudinem omnium iumentorum,quæ morantur in terra: videtur ergo, quòd non fuerit aliqua imago, nec Dei, nec Angelorum: nam hoc fuiſſet deterius valde, ſcilicet ſi angeli multi erant, vt ſupra diximus, & ipſi aſſumpſiſſent corpora,apparuiſſent Hebræis, & tunc errarent Hebræi multipliciter, quia non ſolùm errarent facientes imagines ad imitationem earum, quas loquentes audiuerant, atque viderant, ſed etiam putauiſſent eſſe plures Deos, ſcilicet tot quot angelos ibi vidiſſent in forma aſſumpta. Sed hoc erat maximum inconueniens, quod Deus intendebat valde vitare: non ergo fuerunt angeli ibi aſſumentes formam corpoream, ſed formati fuerunt illi ſoni in aliquibus organis, ſiue inſtrumentis factis de aere. Sed tunc argues, quòd idem incouueniens erit, ſcilicet, quia eodem modo viderentur illa organa fabricata ad vocandum,& ſequeretur occaſio idolatrandi. Reſpondetur, quòd ponendo eſſe fabricata organa,nullum ſequitur inconueniens,nam poteſt dici dupliciter. Vno modo, quòd illa organa, quæ formarentur ad faciendos illos ſonos de materia aerea,non oportebat, vt eſſent multum denſa, ita quòd eſſent oculo contemplabilia: illa namque, quæ rara ſunt, non poſſunt à nobis videri, quia non ſunt perſpicua terminata: deficit enim eis iſta conditio,quæ eſt eſſe terminata. Et ob hoc corpora cœleſtia non videntur, quia licèt ſint perſpicua habentia magnam lucem,tamen propter raritatem non poſſunt videri: planetæ autem, vel aſtra manentia, ſiue fixa ſola videntur,quòd perſpicua ſunt habētia magnam lucem, & rurſus terminata ſunt, ideſt denſa potentia emittere fortes radios, qui immutent potentiā viſiuam noſtram. Sic enim dicit Ariſtotiles in ſecundo de Cœlo, & Mundo, quòd Planeta, ſiue Stella eſt denſior pars ſui orbis. Cùm ergo non oporteret illa organa ad formandos ſonos eſſe multum denſa, non poſſent videri: imò dato, quòd aliqualiter denſa eſſent,non poſſent diſcerni,quia erant intra nubem denſam,quæ erat in monte Sinai, ſicut dicitur ſupra 19.c.

Potuiſſent angeli fabricare q̄dā inſtrumēta, qb⁹ voces formarentur.

A quòd nubes denſiſſima cœpit operire mōtem: vnum ergo, quod denſum eſt,in alio denſo non diſtinguitur viſu, niſi vnum eorum valde excedat alterum in denſitate,ſi autem angeli aſſumpſiſſent corpora aerea, ad talem formationem corporis, requireretur maior dēſitas aeris,de qua formaretur corpus,& ſic eſſent talia corpora viſibilia, quod magnum inconueniens erat, vt probatum eſt. Item dato, quòd illa organa ad ſonos formandos, vt tubas, vel aliquid alterum concedamus fuiſſe ita denſa, quòd à populo videri poſſent, (quod tamen non concedo,) non ſequebatur inconueniens: nam inconueniens, quod Deus intendebat hic vitare, erat idolatria, ſcilicet ne viderent aliquam ſimilitudinem cuius fabricarent ſimulacrum, & illud B pro Deo colerent: hoc autem non poterat eſſe, niſi quantum ad rem, quam Hebræi poſſent ſuſpicari eſſe Deum: nam Iudæi multas res videbant, quia tamen non ſuſpicabantur illas eſſe Deum, non colebant eas, nec faciebant eis ſimulacrum: ſicut cum videbant terram, & aquam, & ſimilia: ſi ergo Iudæi vidiſſent intra illam nubem denſam ſuper montem aliquam imaginem viri,putarent illum eſſe Deum: vel ſi viderent ſimilitudinem alterius rei viuentis (res enim non viuētes aliquo modo nullus arbitratur eſſe Deos,) ſi ergo vidiſſent ibi tubam de aere, vel aliud genus organi cogniti ab eis eſſe organum, nullo modo poſſent errare credendo eſſe Deum; ideo nec imaginem ad colendum tali rei facerent: non eſt ergo inconueniens eos C vidiſſe tubam factam de aere, ſicut erat inconueniens eos videre ibi formam viri, aut fœminæ, quam aſſumeret angelus,ſi corpus aſſumpſiſſet. Dicendum tamen,quòd angeli non aſſumpſerunt corpora, ſed formabant voces in organis factis de aere ad hoc, & illa organa non videbantur per modum ſupra declaratū. *Et lampades.* Ideſt fulgura in ſimilitudinem ignis, & cum illis tonitrua mixta, vt patet præcedenti capitulo, cùm dicitur: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat. Et ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura,& nubes denſiſſima operire montem. Vocantur autem iſta fulgura lampades, quia fulgur dicitur à fulgendo, quia lucem emittit: lampades autem lucem emittunt. Vtrùm autem iſtæ lampades, vel D fulgura eſſent verus ignis, an ſimilitudo ignis, præcedenti capitulo declaratum eſt. *Et ſonitum buccinæ.* Sonitus buccinæ non erat aliquid diſtinctum realiter à vocibus,quas ſupra dicebat populum videre: quia tūc oportebat, vt voces illæ, ſiue ſoni, in quibus explicabantur decem præcepta, & ſonitus alicuius buccinæ ſimul eſſent: ſed hoc non eſt conueniens, quia tunc vnum impediret alterum,& ambo commixti confunderentur. Etiam quia ſonitus buccinæ ſi diſtinctus erat ab illis vocibus, in quibus ſonabant decem præcepta, dato quòd non impendiret voces decem præceptorum,tamen ſuperuacua erat: Deus tamen nunquā aliquid ſuperfluum facit, nec natura, vt ait Phyloſophus primo Politicorum. Antecedēs patet, quia ſoni- E tus ſi fuiſſet,ad hoc erat,vt ab aliquo perciperetur, ſed impoſſibile eſt nos ad duos ſonos ſimul totaliter attendere: ergo ſuperfluum erat ſonitum buccinæ, & voces mandatorum ſimul eſſe,ſi iſta duo diſtincta erant. Dicendum ergo, quòd eadem ſunt, ſcilicet voces, & ſonitus buccinæ. Vocantur tamen voces,inquantum ille ſonitus erat dearticulatus; nam etiam ipſi, qui non perfectè cognoſcunt radicem vocis, diſtinguūt vocem à ſono, quia vocem dicūt ſonum dearticulatum, ideſt clarum,& intelligibilem: ſonos autem dicunt eos, qui non diſtincti, nec dearticulati ſunt: inquantum ergo iſte flatus buccinæ per artificium angelorum formantium erat dearticulatus, ita vt omnes audientes intelligerent tanquam voces ſignificatiuas, vocabatur vox.

Sonit⁹ buccinæ non erat aliqd diſtinctū à vocib⁹ decē præceptorum.

Inquan-

Inquantum autem ille flatus continuabatur, & erat manifeſtè tanquam quidam impulſus factus in buccina, vocabatur ſonitus, ſicut clangores buccinarum noſtrarum ſonitus nominamus, & non voces, quia articulati non ſunt. *Montemque fumantem*. In monte illo videbatur eſſe verus ignis, & ſic putabant Hebræi eſſe verum ignem: & quia de igne vero fumus procedit, de illo quoque, qui vt verus ignis apparebat, fumus euaporabat, & hoc erat per totum montem Sinai: nam totus ad aduentum maieſtatis Dei opertus fuerat igne, & fumo. Sic patet præcedenti capitulo, cùm dicitur: Totus autem mons Sinai fumabat: eo quòd deſcenderat Dominus ſuper eum in igne, & aſcendebat fumus ex eo, quaſi de fornace. *Perterriti*. Iſta ſuperiora fuerunt Iudæis cauſa timendi, & ſunt duo, ſcilicet ſonitus fortis buccinæ, & magnus ignis fumans. Quodlibet eorum eis erat terribile, ita quòd mortem per illud formidabant, vt patet Deuteronomij quinto capitulo, cùm dicitur: Ecce oſtendit nobis Dominus Deus noſter maieſtatem, & magnitudinem ſuam: vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus. Si enim audierimus vltra vocem Domini Dei noſtri, moriemur: quid eſt enim omnis caro, vt audiat vocem Dei loquentis, qui de medio ignis loquitur, ſicut nos audiuimus, & poſſit viuere? Talia autem nunquam viderant, nec audierant Iudæi, ex quo nimis conterriti ſunt. *Atque pauore concuſſi*. Aliud eſt pauore concuti, quàm terreri dicebatur ſupra, quòd iſti erant perterriti. Eſt autem differentia gradualis, ſiue ſecundum quantitatis exceſſum inter iſta tria, ſcilicet territum eſſe, perterritum eſſe, timore concuſſum eſſe. Terreri namque dicitur, qui expectatione alicuius rei malę propter præſentiam alicuius horrendi conturbatur, qualitercunque, ſiue modicum, ſiue multum, & communiter ponitur pro modico perturbari, quando fit differentia inter ipſum & alios gradus. Perterritum eſſe eſt quandocunque ex maiori ſuperuenienti malo magis animal conturbatur. Timore concuſſum eſſe eſt, quandò tantum horrenda increuerint, quòd ex vehementi animæ imitatione exterior quoque corporis habitudo varietur, vt ſi ſi incipiat manus, aut pedes, aut cœtera membra concuti, & tremere, vel infrigidari, vel ſtupida fieri, quod non fit, niſi in magno exceſſu terribilium. Talis autem differentia eſt inter timere, & tremere. Nam timere eſt cùm mens noſtra ſuſpenditur expectatione futuri mali: tremere eſt quando anima vehementer conturbata timore magni mali, & non potenti corporis artus in priſtina habitudine conſeruare, totus corporis ſtatus vacillat tanquam ab alio impelleretur; hic autem tantus timor Hebræis irruerat ex magnitudine terribilium præſentium, quòd non ſolùm terrebantur, ſed timore concutiebantur: Litera noſtra ponit hic ſecundum, & tertium gradum timoris, ſcilicet perterritum eſſe, & timore concuſſum: primum autem non ponit: litera Hebraica ponit primum, & tertium, ſcilicet territum, & terrore concuſſum. Sed in hoc non magnam differentiam facit interdum ſcriptura. *Steteruntque procul dicentes Moyſi*. Tanta erat magnitudo ſonitus buccinæ, & accenſio ignis, quæ videbatur ſemper accedere ad eos, quòd non auſi ſunt conſiſtere in terminis, quos fixerat ſibi Moyſes circa radices montis, ſed retroceſſerunt aliquantulum, vt ſic videretur eis ſonitus buccinæ tolerabilior, & non tantum timerent ignem illum magnum: non tamen tantum receſſerunt, quin Moyſes manens in loco ſuo audiret voces eorum precantium, vt loqueretur eis,

Differētia inter territū eſſe: perterritū eē, & timore cōcuſſum eſſe.

Differētia inter timere, & tremere.

F & non Deus. Nec fuit iſta ſeparatio populi à terminis conſtitutis per modum fugæ, ſed per modum receſſionis, quia cùm videbant ignem creſcere, & vocem augeri, pauliſper recedebant. Nec tamen in hoc agebant contra mandatum Dei, quia Deus non mandauerat eis, quòd non retrocederent ab illis terminis, ſed quòd non tranſirent eos, accedere tētantes ad montem. *Dicentes Moyſi*. Moyſes non erat cum eis in loco terminorum fixorum, ſed aſcenderat ad quandam partem altitudinis montis Sinai; ipſe & Aaron mandante Domino, vt patet præcedenti capitulo, & ab illo loco audiuit voces populi dicentis ea, quæ ſequuntur. *Loquere tu nobis, & audiemus*. Aliqui culpant valde Iudæos vocantes eos timidos, atque mi- G ſerabiles, cùm magis audire voluerint Moyſen loquentem, quàm Dominum. Sed valde iniuſta redargutio eſt iſta: nam Iudæi non petebant, vt loqueretur eis Moyſes quaſi magis delectarentur audiendo Moyſen quàm Deum, vel quaſi magis apreciarentur Moyſen, quàm Deum; ſed quia vox Dei erat eis terribilis valde, & timebant præſentiam ignis illius, in quo vox formabatur: ſic dicitur Deuteronomij quinto capitulo: Cur moriemur, & deuorabit nos ignis iſte maximus? ſi enim audierimus vltra vocem Domini Dei noſtri, moriemur: voluiſſent enim Iudæi audire Deum loquentem, ſi voces eius fuiſſent tolerabiles, ſed quia nullus homo eas tolerare poterat, petebant, quòd non audirent eas: cùm autem vellent H audire Moyſen loquentem, quem ſolùm, vt Dei nuncium audiebant, magis audiſſent Deum loquentem, ſi fuiſſet locutus modo eis tolerabili. Et patet, quia ſi ſimpliciter ipſi magis voluiſſent audire Moyſen loquentem, quàm Deum, valde peccauiſſent habentes mentem diſtortam à maximo bono, & conuertentes ſe ad minus. Conſtat tamen, quòd tunc erat mens eorum recta: nam Deus laudauit mentem eorum, quam tunc habebant, vt patet Deuteronomij quinto capitulo, cùm dixit: Quis det eos talem habere mentem, id eſt valde deſiderarem, quòd ſemper haberent talem mentem: Deus tamen nunquam laudat mala, ergo non ſe habuerunt male petendo, quòd non loqueretur Deus, & quòd loqueretur I Moyſes: *Et non loquatur nobis Dominus*. Angelus erat iſte, qui loquebatur, vt ſæpe dictum eſt; populus tamen putabat eſſe Deum, & dicebat, quòd Deus loquebatur. *Nè fortè moriamur*. Licèt hic ponatur fortè, non ponitur per modum dubitationis, quia ipſi certiſſimè credebant, quòd ſi Deus eis loqueretur magis, quòd morerentur, vt patet Deuteronomij quinto capitulo, cùm dicitur: Quare moriamur, & deuorabit nos ignis hic maximus? ſi enim vltra audierimus vocem Domini, moriemur: ponitur tamen, fortè, ex modo loquendi: ſicut interdum in propoſitionibus certiſſimis ponimus, fortè, aut fortaſſis: qui modus apud Ariſtotelem vulgatiſſimus eſt: timebant enim Iudęi ſe morituros, ſi audirent vocem Dei.

Iudæi ab aliq̃bus timiditate ĩculpant, q̃ magis Moyſē q̃ Deū audire voluerunt.

Excuſatio Auctoris ꝓ Iudæis.

K

Quare Iudæi dicebant ſe morituros ſi vltra audirent vocem Dñi.

QVAESTIO XXXVIII.

ET non eſt dubium, quòd ſi Deus voluiſſet illam vocem augere ad maius robur, quòd omnes audientes morerentur: nam vita humana conſiſtit in quadam armonia corporis & animæ, & iſta armonia eſt ſatis debilis. Cùm autem diſſolui contingit hanc armoniam, neceſſariò ſequitur mors humana: diſſoluitur autem armonia ab aliquo terribili, cui natura reſiſtere non poteſt: ſic moriuntur homines à magno dolore, quando natura non poteſt reſiſtere tanto dolori.

Cùm

Cùm ergo nos videamus, quòd aliqua vox ſit ita fortis, quæ audita homines attonitos reddit, & corruere in terram cogit: poterit deuenire ad tantum impetū, & vigorem ꝙ totam corporis armoniam deſtruat, & moriantur homines. Nam ſi vox aliqualiter terribilis incipit deſtruere, vel conturbare aliqualiter corporis armoniam: ſi magis terribilis fuerit, & impetuoſior, magis conturbabit, & deſtruet. Et quia voces gradualiter creſcere poſſunt in magnitudine, & terribilitate: & armonia corporis humani, ſic ſatis paruæ reſiſtentiæ, deueniet ad talem ſtatum, vt maior ſit impetus vocis perturbantis, quam armoniæ reſiſtentis vigor: & tunc neceſſe erit talem armoniam deſtrui ſecundum totum. Hoc ſatis patet in calore, quia natura humana paruum calorem tolerat, & aliqualiter maiorem: ſed ſi continuè addantur gradus caloris, non poterit natura noſtra tolerare, & ſic neceſſe erit deſtrui, vt patet in his, qui comburuntur. Sic etiam in percuſſionibus: quia paruas percuſſiones ferimus; à magnis autem ſuperamur, & morimur: ſicut enim ait Philoſophus in 2. de anima, quòd excellens ſenſibile corrumpet ſenſum: ita excellens tolerabile ſiue terribile corrumpet potentiam tolerantem. Hoc autem Hebræi iſti timuerunt, nam videbant iſtam vocem tubę, ita eſſe magnam, quòd non poterant eam tolerare: & quia continuè creſcebat circa finem maxîmè in vltimo præcepto, in quo fuit terribiliſſima eis (quia Deus hoc faciebat ex induſtria, vt ſupra declaratum eſt, ne ipſi vellent audire vltra vocem domini) non potentes ergo tolerare illum extremum ſonitum buccinæ, crediderunt, quòd ſi aliqualiter magis increſceret morerentur: & quia videbant quòd continuè angebatur vox illa, concludebant ſe certiſſimè morituros, ſi vltra audirent: ſic dicitur Deuter. 5. capitulo. Si enim vltra audierimus vocem domini, moriemur. Et ipſi conſiderabant radicem huius: nam ad hoc, ꝙ fiat delectabilis ſenſatio, ſiue in auditu, ſiue tactu, vel alia potentia organica, oportet vt potentia ſenſitiua & ſenſibile proportionentur in armonia, namque ibi conſiſtit delectatio, vt apparet in vocibus: & non ſolùm eſt armonia in vocibus, ſed etiam in quacunque ſenſatione: ſed in alijs non poſſumus contemplari euidenter armoniam obiecti ad potentiam: ſicut in potentia auditiua: videbant autem ꝙ inter potentiam ſuam auditiuam, vel alicuius hominis, & voces illas magnas Dei non erat proportio, vel erat valde debilis: ita quòd ſi modicum increuiſſent illę voces, cito exiſſent omnem armoniam: ſic dicitur Deuter. 5. capitu. Quid eſt omnis caro, vt audiat vocem Dei loquentis, qui de medio ignis loquetur, & ſicut nos audiuimus, & poſſit viuere? quaſi dicat, non eſt aliqua proportio inter aliquod animal & vocem Dei magnam, ideo ſi audiat eam, neceſſe eſt mori. *Et ait Moyſes ad populum*. Conſolando eum, quia videbat eos pauidos valde: ſic enim decuit: populus enim audiens voces Dei ita terribiles, putabat Deum eſſe vltimum terribilium. Et licèt timor bonus ſit hominibus imperfectis ad Dei reuerentiam: tamen ſi nimius ſit, cogit ad deſperationem: cùm ergo nunc incępiſſent Hebræi conuerſari, cùm domino Deo ſuo, videntes eum ita terribilem, deſperarent ſe poſſe ſeruire illi, aut recipere bona ab eo: conſolatus fuit ergo Moyſes eos, dicens: quòd Deus non ſemper iſtum terrorem oſtenſurus erat: ſed nunc oſtenderat ad eorum vtilitatem, ſcilicet vt non peccarent in eum. Aliquando tamen demonſtrabat ſe Deus valde terribilem peccantibus, ita vt ipſi penè ad deſperationem ducerentur, vt patet primo Regum 6. cap. quando percuſſit dominus ſeptuaginta viros de populo ſuo, & quinquaginta milia de ple-

Voces aliquæ ita duræ, & impetuoſæ ſunt, vt eis auditis homines moriantur.

Tex. 123.

Aduerte armoniā, quæ eſt inter potentiam, & obiectum ad hoc vt fiat delectabilis ſenſatio.

Timor nimi' ad deſperōnem cogit.

A be, de viris Bethſamitibus, eo quòd vidiſſent arcam: & tūc dixerunt viri Bethſamites: Quis poterit ſtare in conſpectu Dei ſancti huius? Id eſt, ita iſte Deus noſter fortis, & terribilis eſt quòd nullus poteſt ſtare in conſpectu eius. *Nolite timere*. Id eſt vos timetis, quòd Deus occidet vos in fortitudine vocis ſuæ, & ignis huius maximi: ſed non ſic erit, quia non eſt iſta intentio Dei. *Vt enim probaret vos venit Deus*. Probatio, & tentatio in præſenti pro eodem accipiuntur: ſicut enim tentare eſt velle accipere experientiam de aliqua re ignota, ita probare: & quia Deus omnia nouit, nihil tentat aut probat: nouit enim quid ex ſingulis rebus futurum ſit: nos enim quia quid res facturę ſint ignoramus, per tētationes quaſdam qualitercunque, quid B res poſſint, aut ex eis futurum ſit conijcimus. Tentationes autem, quæ fiunt, ſunt vt manifeſtemur nos alijs, vel nobiſmetipſis. De manifeſtatione facta ad alios, ſicut in obedientia Abrahæ, cùm ad mandatum Dei voluit immolare filium ſuum Iſaac: vt patet Gen. 22. capitu. nam in hoc facto diuulgato cognouerunt omnes gentes, quæ audierant, quòd Abraham eſſet verè ſeruus Dei. Aliquando autem fiunt tentationes ad notificandum ea, quę in corde noſtro ſunt, non vt manifeſtentur alijs, ſed vt manifeſtentur nobis: nam interdum homines putant ſe bonos, & ad multa futuros, & ſecundum veritatem ad pauca ſunt: vel ad nulla: & quia virtus in infirmitate perficitur, & probatur, vt patet ſecundo Corin. decimoprimo capit. C Deus dat tribulationes, & per has quilibet de ſe ipſo cognoſcit ad quantum erat, quando ſe magnum virum exiſtimabat. De hoc patet Deuter. 8. capitulo: cum dicitur: Adduxit te dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo verſabantur. Sicut ergo in toto deſerto per tribulationes cognouit ſe Iſrael ad quantum erat: ita per iſtum laborem in audiendo ſonitum terribilem, & videndo ignem maximum appropinquantem eis, aliqualiter demonſtrabatur, quid in eis eſſent. Et eſt ſenſus, quòd Deus fecit iſtum ſonitum terribilem, & ignem magnum ad videndum, quid facerent Iſraelitæ videntes ignem magnum, & audientes ſonitum terribilem: non qui- D dem ad hoc, quòd Deus videret quid facerent: quia præcognouerat: cum ſine ipſo nihil facere, aut cogitare poſſent: ſed vt ipſi de ſeipſis cognoſcerent, quid facerent talia videntes. Et hoc erat, ſcilicet vtrum fugerent relinquentes Deum, cùm audirent talem ſonitum, & viderent talem ignem deſperantes ſe viuere cùm Deo ſeruientes ei: an talem laborem ſuſtinere conantes ſuppliciter precarentur, vt non audirent vocem tam terribilem. *Venit Deus*. Quaſi dicat non venit Deus ad occidendum vos in fortitudine vocis ſuæ: vt vos putatis, ſed ad tentandum vos leuiter, nec intendit vlterius ſe vobis ita difficilem demonſtrare. *Et vt terror illius eſſet in vobis*. Homines imperfecti per timorem ſeruilem ad bonum adducuntur, & à malo E retrahuntur: huiuſmodi autem erant Hebræi multum imperfecti, vt pote, qui in temporibus tranſactis ambulauerant iuxta deſideria ſua; nullo legis iugo edomiti: viri autem perfecti per amorem perfectius alliciuntur: nam charitas foras mittit timorem, vt patet Ioan. primę capitulo quarto, charitas autem, cùm ſit amor fortis, vt patet Cantic. octauo capitulo, cum dicitur: Lampades eius lampades ignis: Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Fundatur autem charitas ſuper cognitionem: Iudæi autem Deum non cognouerant, maximè populares: ſed ſola hæc ſenſibilia, ideo in hæc ſola per amorem ferebantur,

Tentare quid ſit. Q̃ Deus quandoq; homines tentat.

Deus ītetdū dat tribulatiōes vt quilibet de ſeipſo cognoſcat ad quātū erat qñ ſe magnum cenſebat.

Impfecti per terrorē pfecti vero p amorē alliciuntur.

Deum

Deum autem ex charitate diligere (quod erat cum amore amicitiæ super omnia diligere) apti non erant, solo ergo timore incusso trahi debebant. *Vt terror illius sit in vobis.* Ideſt vt ex hoc auditu, & viſione concipiatis in vobis terrorem eius, qui nunquam à vobis deleatur; ſicut enim eſt in aliquibus, qui aliqua valde terribilia viderunt, & poſtea manent in tota vita timidi; ita iſti videntes terribilem ignis viſionem, & audientes horrendum ſonitum buccinæ, tota vita ſua recordari debuiſſent Dei, & timere eum: ſed cito fecerunt, & obliti ſunt Dei, & coluerunt vitulum conflatilem. Hoc autem, quia ſicut ait Ieremias 13. c. qui ad malũ aſſueti ſunt, difficilè diſtrahuntur, cùm dicitur: Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, ita & vos poteritis bene agere, cùm didiceritis malum. *Et non peccaretis.* Hoc dupliciter intelligi poteſt. Vno modo referendo ad præfixionem terminorum circa radices montis: alio modo referendo ad præcepta, quæ Deus hic dedit. Primò modo eſt ſenſus, ꝙ Deus mandauerat eis ſtare in terminis conſtitutis à Moyſe circa radices montis, & non accedere ad radices, nec aſcendere in monte aliqua curioſitate videndi ea, quæ erant intra montem: & quia ipſi proni erant ad aſcendendum in montem, vt viderent, quæ fiebant intra, præter pœnam mortis, quam mandauerat præcedenti c. dicens: Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem morte morietur: addidit terrorem ſuum magnum in voce terribili, & in viſione maximè ignis, vt ſic à monte arcerentur, & ſic contigit, quia putantes ꝙ ille ignis conſumpturus erat eos: paulatim retro cedebant à monte, ſicut dicitur ſupra: perterriti atque pauore cõcuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi. Alio modo, & melius, poteſt intelligi referendo ad præcepta, quæ Deus nunc dedit: & volebat, ꝙ illa obſeruarentur, & non obſeruantes peccabant: cùm autem dura eſſent iſta mandata, non quidem ſimpliciter: ſed illis, qui male aſſueti erant, non inclinarentur ad obſeruandum illa; ſed potius fugerent. Oportebat ergo eos duci ad obſeruandum per aliquid: ſed non poterant duci per amorem, quia valde imperfecti erant: ducendi ergo erant per timorem, qui tali ſtatui conuenit: & quia multum erant indomiti, non poterant duci per paruum timorem: oportuit ergo eos multũ terreri, donec pauore cõcuterentur: & ſic factum eſt, vt ſupra patet. *Stetitque populus de longe.* Quia manſit in loco, in quo ſteterat retrocedens aliqualiter diſtanter a terminis conſtitutis. Sciendum autem, ꝙ buccina clangere deſierat, quando populus colloquebatur Moyſi: nam ſi tunc clangeret, cùm tunc dicerentur verba decem præceptorum, non auderet populus loqui; nam, Deo loquente, loqui & non audire eum, erat magna irreuerentia, quam populus committere nõ auderet tantum à Deo conterritus: præcipuè, quia iſta verba Dei dirigebantur ad populum: ꝙ ergo nollent audire, quæ à Deo dicebantur, peccatum grande eſſet. Item quia dato, ꝙ omiſſa Dei reuerentia populus vellet loqui ad Moyſen, non poſſet audire Moyſes: tanta enim erat magnitudo ſonitus buccinæ, quòd nullus alterum audire poſſet: maximè, quia Moyſes erat diſtans a populo cùm ſtaret in quadã parte montis Sinai, vt patet in litera præcedentis ca. fuerunt ergo factæ iſtæ locutiones populi, poſtquam ceſſauit buccina clangere in fine præcepti decimi ſecundum ordinem literæ. Et quia inter quodlibet præceptum & alterum fiebat quædam morula clangoris buccinæ, vt diſtinctè perciperentur verba præceptorum, cùm in fine præcepti decimi, in quo ſonitus buccinæ fuerat terribilior, quàm in alijs, & importabilior Iſraelitis, credentes ipſi, ꝙ licèt ceſſaret tunc clangor, ꝙ adhũc continuaretur ſicut in alijs præceptis fiebat, erupit populus in voces petentes, ne audiret voces Dei, quia proculdubio arbitrabantur ſe morituros, ſi vlterius audirent vocem, quam credebant terribiliorem adhuc futuram, ſi non ceſſaret. *Moyſes autem acceſſit ad caliginem.* Non dicitur hic Moyſes aſcendit in montem, quia iam Moyſes in monte erat cum Aaron fratre ſuo ad quandam partem montis: & quando nunc vocatus fuit a Deo poſt recitationẽ mandatorum, non aſcendit in montem, ſed de illa parte montis in qua erat aſcendit ad ſuperiorẽ, & tunc manſit Aaron frater eius, qui erat cum eo, in loco, vbi antea ſteterant ambo, donec aſcendit Moyſes: & dixit ei Deus, vt diceret toti populo, vt reuerterentur in caſtra, & maneret ibi Moyſes: ſicut patet Deut. 5. cap. cum dicitur: Vade, & dic eis, reuertimini in tentoria veſtra, tu verò ſta hic mecum: & loquar tibi omnia mandata, & cæremonias, quæ doceas eos: & tunc loquente iſta Moyſe ad populum totus populus & Aaron cum eis reuerſi ſunt in caſtra ſua: manſit autem Moyſes cum Deo, & dixit ei ea, quæ ſequuntur hic, & c. 21. & 22. & 23. donec deſcendit ad populum confirmaturus legem in ſanguine, vt patet infra 24. ca. *Ad caliginem.* Non eſt intelligendum, ꝙ tunc primo acceſſerit Moyſes ad caliginem: nam cùm ante ſtaret in monte Sinai, neceſſe erat ſtare in caligine: nam totus mons erat in caligine, cùm in toto monte fumus eſſet, vt patet præcedenti cap. cum dicitur: Totus autem mons Sinai fumabat, eo ꝙ deſcendiſſet dominus ſuper eũ in igne, & aſcendebat fumus ex eo, quaſi de fornace. Dicitur tamen Moyſes acceſſiſſe ad caliginem dupliciter: vno modo ꝙ non dicatur Moyſes acceſſiſſe ad caliginem ſolùm, ſed ad caliginem, in qua erat Deus, quaſi dicat, licèt ante Moyſes eſſet in caligine, non tamen erat in caligine, in qua erat Deus, nunc autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus. Aliter & melius, ꝙ licèt Moyſes eſſet in caligine: tamen erat in parua caligine, quia partes inferiores montis tenuem fumum habebant: partes autem ſuperiores habebant caliginem denſiſſimam: maximè in illa parte, de qua vox formata videbatur exire ſonando. *In qua erat Deus.* Deus vbique eſt, nulliſq; locorum ſpacijs concluditur: ideo ibi erat, quia etiam in alijs locis eſt: ſed loquitur ſcriptura de modo ſpeciali eſſendi: nam licèt in omnibus alijs locis eſſet, tamen ibi ſpecialiter erat, quia in alijs locis non ſic agebat, ſ. formare voces, & tonitrua emittere, atque fulmina, vt patet præcedenti capitu. cum dicitur: Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat. Et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem: loquitur tamen iſta ſcriptura, quaſi Deus hęc ageret, quæ fiebant in monte Sinai. Nam tunc verum eſt, quòd ibi ſpecialiter eſſet: Deus tamen non faciebat, ſed angeli: vt patet ex ſupradictis, ideo veritate conſpecta Deus non erat tunc ſpecialius ſuper montem Sinai, quam ſuper montem Caucaſum, vel Olympum, quæ ſunt ad partes Septemtrionales diſtantiſſimas orbis: vel ſpecialius quàm in iſto loco, niſi fortè accipiatur eſſe ſpecialius, quia ibi mandabat aliqua fieri, quę hic non mandabat tunc: ſed hoc valde large dictum eſt. *Dixitque præterea Dominus ad Moyſen.* Ideſt præter præcepta, quæ dixerat ad Moyſen, & totum populum ſimul: dixit hic alia ad ſolum Moyſen, quæ Moyſes toti populo dicturus erat poſtea; & non dixit iſta Deus per ſe toti populo, ſicut dixit cætera, Et fortè aliquis dicet hoc factum fuiſſe, quia ſi omnia ſimul dicerentur populo à Deo: non potuiſſet retinere cuncta memoriter, & ſic cuncta mandata abirent in obliuionẽ, quod non decebat. Sed non eſt iſta ratio fundamentalis: nam ad hoc facilè remedium erat, ſcilicet ꝙ licèt populus cuncta non retineret, Moyſes poſtea omnia ſcriberet, & ſic legerent, & recordarentur: nam ſic factum fuit de præceptis decalogi, quia licèt pauca eſſent, & breuia: tamen Deus ea dedit in ſcriptis, ad memoriam poſteriorum, ſcribendo ea digito ſuo in duabus tabulis: vt patet infra 32. & 34. & Deut. 9. cap. & iſta præcepta iudicialia, atque cæremonialia, quæ in his tribus cap. ſequentibus exprimuntur, licèt Moyſes audierit, & ea retinuerit, tamen poſtea ſcripſit cùm deſcendit de monte, vt erudirentur in eis omnes de populo: vt patet infra 24. c. cum dicitur. Venit autem Moyſes, & narrauit plebi omnia verba domini, & iudicia, & reſpondit omnis populus: omnia quæ locutus eſt dominus, faciemus, ſequitur: Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones domini. Sicut ergo iſti ſcripti ſunt a Moyſe poſtquam dicti ſunt a domino, ita ſcripta fuiſſent omnia, ſi ſimul populo dicta fuiſſent, & ſic non eſſet occaſio obliuionis. Fuit ergo ratio fundamentalis, quæ ſupra poſita fuit, ſ. quia ea, quæ à Deo dicta fuerunt populo, quia dicebantur, & non explanabantur: oportebat ꝙ talia eſſent, quæ per ſe plana eſſent: ita vt immediatè, vt dicta eſſent, cuilibet caderent in mentem, & pateret clare in eis ratio debiti: & hoc ſolùm reperiebatur in illis decem præceptis ſupra enarratis, quę per ſe cuilibet patent immediatè, vt proponuntur: iſta autem, quæ ſequebantur tam moralia, quàm cæremonialia & iudicialia, non ita plana ſunt, vt cuilibet in mentem cadant immediatè, vt propoſita fuerint: ſed indigent aliquali declaratione ſapientis viri, per quam pateat in eis ratio debiti: ideo decuit, vt Moyſi iſta dicerentur, qui poſtea populo illa pauliſper declararet. *Hæc dices filiis Iſrael.* Erat Moyſes medius inter Deum & populum, referens verba Dei ad populum, & referens verba populi ad Deum: vt patet præcedenti c. & Deut. c. 5. cum dr̃: Facie ad faciẽ locutus eſt nobis Deus de medio ignis in monte: ego ſequeſter fui inter Deum & vos, & medius in tempore illo: vt annũciarem vobis verba eius. Quæcunque ergo dicebantur Moyſi à Deo, non propter eum dicebantur, ſed propter populum, ad quem Deus dirigebat oĩa iſta per interpoſitam perſonã. *Vos vidiſtis, ꝙ de Cęlo locutus ſim.* Iſta eſt prælocutio ad mandatum ſequens: dicitur enim infra, ꝙ non facerent Iudæi Deos aureos, vel argenteos, qui erant dij alieni: & fundatur ſic ratio: vos vidiſtis, ꝙ ego locutus ſum vobis de cęlo: & in hoc cognoſcere potuiſtis, ꝙ erã Deus verus, & non de aliqua materia terrea, vel qualicunq;: cùm ergo ego ſim Deus, non oportet, vt vobis fabricetis Deos aureos, & argenteos, qui non ſunt dij. *Vos vidiſtis.* Nullum maius argumentum eſt, quàm de viſu, quia iſte ſenſus magis certificat, cum plures nobis rerum differentias oſtendat: vt patet in principio primi Metaphy. ideo magis creditur teſtimonio de viſu, quàm per alios ſenſus, cùm alij dent cognitionem multum vniuerſalem. Arguit ergo Deus cũ Hebræis ad probandum ſe eſſe Deum ex eo, ꝙ ipſi viderunt, ſic arguebat præcedenti c. cum dixi: Vos ipſi vidiſtis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos ſuper alas Aquilarum. *Quod de cęlo locutus ſim vobis.* Dicitur Deus locutus de cęlo, ideſt de aere, quia iſta vox, quæ audiebatur antea a Iudæis, nõ videbatur formari immediatè ſuper verticem Sinai, ſed ſuper in quadã altitudine ignis, & fumi aſcendentis vſque ad magnã quantitatem: ita ꝙ videretur tangere cęlum: vt patet Deuter. 4. c. & iſta pars ſuperior aeris vocatur more ſacræ ſcripturæ cœlum, vt patet Pſalm. 8. cum dicitur: Volucres celi, & piſces maris, & Matth. 13. dicitur: Aues cœli comederunt illud: & nos vulgariter loquentes interdum aerem cęlum vocamus. Iſte, qui iſta dicebat angelus erat, & tamen loco Dei loquebatur, & ſe Deum dicebat, vt patuit ſupra cùm dixit: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis: non habebis Deos alienos coram me. *Non facietis Deos argenteos.* Hic vetantur duo, vnum directè, & aliud indirectè. Primum quod vetatur directè eſt, nè Iudæi colerent aliquas imagines argenteas, vel aureas, vt Deos, quia ipſi viderunt, quòd q locutus fuiſſet eis eſſet Deus verus. Secũdum vetatur, quòd non ſolùm non facerent imagines aureas, vel argenteas, quas dicerent eſſe Deos relinquentes Deum Cęli, ſed etiã quòd non facerent aliquas ſimilitudines aureas, vel argenteas repræſentatiuas veri Dei: & hoc excludit, cùm dicit, quòd locutus fuit de Cœlo, quaſi dicat: ego non ſum aliqua ſubſtantia corporea carnea, vel aurea, aut argentea, ſic vel ſic lineata; ideo non poteſtis me figurare in ſtatuis auri, vel argenti, aut alterius metalli.

Prima expoſitio.

Secunda expoſitio.

Buccina clangere deſierat qñ popul⁹ ad Moyſen loquebatur.

Qr Deus non dixit omnia precepta populo ſicut decalogi fecit.

Decalogi pcepta clare continebant rationẽ debiti, cętera autẽ non euidenter.

Nullũ maius argumentum, q̃ de viſu.

Quare in veteri teſta. non fuerunt ſtatuę, vel imagines.

QVAESTIO. XXXIX.

ET iſta eſt cauſa potiſſima quare non fuerunt ſtatuæ, vel imagines in veteri teſtamento: ſunt enim duæ præcipuæ. Prima fuit vt tolleretur occaſio idolatriæ: nam ſi poneretur aliqua ſtatua, aut pictura ad repræſentandum Deum, Iſraelitæ, qui culturæ idolorũ in Aegypto aſſueuerant, vt declarauimus ſupra ſecundo capitulo, magis inclinarẽtur ad colendum ſtatuas, quas videbant, quàm Deum incorporeum, quem nũquam viderant: potiſſime cùm tota terra hunc ritum colendi ſequeretur. Secunda cauſa eſt, quia quando debet fieri ſtatua, vel pictura, non fit, vt ipſa colatur, ſed vt ſit ſignum repræſentatiuum alicuius, quod colitur: nunc autem ſignum & ſignatum debent conformari, aliàs non erit vnum ſignum alterius, nec determinabitur ad ſignandum illud magis, quàm alias res: ſed Deus erat, qui erat repræſentandus per ſtatuam, aut picturam, inter ipſum tamen & ſtatuam, aut picturam nulla ſimilitudo eſt, quia pictura longa, & lata eſt talibus lineamentis, & terminis circunclusa: Deus autem nec quantus eſt quantitate, quę eſt accidens ſubſtantiæ corporeæ, nec termino, aut terminis clauſus. Non eſt etiam ſtatua ſimilis aliquo modo Deo, quia ſtatua eſt corporea, Deus autem corporeus non eſt: non poterat ergo conuenienter poni ſtatua, vel pictura in veteri teſtamento, quia nihil erat quod talibus imaginibus ſignaretur. In nouo teſtamento vtrumque licitè, & rationabiliter ponitur, nec obſtat aliqua prædictarum cauſarum. Non prima, quia nunc licèt aliqua imago ponatur ad ſignandum Deum, tamen non eſt periculum in nobis, quòd illam imaginem ſignatiuam colamus pro Deo: etiam quia non eſt nunc conſuetudo generalis gentium nos ad hoc inducens, ſicut tunc erat: nunc enim nulla gens idola colit, niſi ſit in aliquibus partibus diſtantiſſimis orbis inter barbaras gentes, quę diuerſas opiniones ſtultiſſimas inſectantur. Secunda etiam ratio non obſtat: nam licèt in lege veteri nihil eſſet, quod conformiter per ſculptilia, aut picturam deſignandum eſſet, cùm Deus eſſet incorporeus: nunc autem aliquid eſt quod per figuras corporeas deſignari poſſit: nam Chriſtus Deus & homo verus iam carnem & oſſa habet: ita vt ſtatua ei conueniat, quia cuilibet noſtrum ſimilis eſt. Sunt etiam aliqui ſancti viri, quos Eccleſia, vt ſanctos approbauit, quos licèt, vt Deos nõ colamus, cùm ſciamus eos puros homines fuiſſe, & nihil numinis habere: tamen ut interceſſores apud Deũ habemus, & vt eorum recordemur, ſtatuas, aut picturas facimus.

Quare licuit in nouo teſtam. imagines ponere, & non in veteri teſta.

Tempore autem legis veteris verbum Dei carnem nondum aſſumpſerat, ideo Deus, vt Deus erat: aut nihil pingendus, vel ſculpendus erat, quod impoſſibile erat: nam nunc deiratis, vt ſic conſideratæ imaginem, aut ſtatuam nullam facimus: quia nõ valemus aliquid tale imaginari de Deo, quale in corporibus exprimendum ſit. Licèt quidam imaginem Trinitatis faciant, quæ ſatis inconuenienter deſignatur, quia cùm nihil tale, vt eſt, exprimere in perſonis diuinis valeat, ſolius erroris ariani occaſio eſt, vt tres Deos eſſentialiter diſtinctos, & realiter, tanquam tria ſuppoſita humana ſuſpicemur: quod ab Orthodoxorum fide alienum valde eſt: de quò Deutero. quarto capitulo, dicetur aliqualiter. *Non facietis Deos argenteos.* Sciendum ſecundum quòd ſupra dictum eſt, quòd in agibilibus ſunt quatuor diſtinctiones præceptorum regulantiũ vitam humanam, licèt hic de tribus principaliter curabo. Prima ſunt illa, quæ cuilibet intellectui per ſe appræhenduntur, & perfectè cognoſcuntur nullo docente, aut proponente: vt quòd bonum ſit eligendum, & malum ſit fugiendum, & nulli eſt nocendum. Iſta autem vocantur præcepta practica, & principia inter omnia agibilia, in quibus nullus poteſt errare: ſicut nullus poteſt errare in primis principijs ſpeculatiuis: nam in foribus quis delinquet? Et iſta, quia ita nota ſunt, non traduntur in aliqua lege tanquam præcepta: ſicut in ſpeculatiuis principia communiſſima, quia ita nota ſunt, non traduntur per modum doctrinæ in aliqua arte: ſicut dicit Ariſto. in 7. Ethic. quòd de principijs in ſpeculatiuis non eſt ratio, & doctrina, quemadmodum de ſuppoſitionibus in Mathe. ſed virtus naturalis: & verum eſt de ratione & doctrina, quæ eſt demonſtratio: nam bene poſſunt aliqualiter notificari principia, non ſimpliciter, ſed alicui ignoranti per inductionem: vt patet in ſexto Ethico. vel per leuem manuductionem, vt patet in primo Poſterio. nec ergo lex diuina curauit ponere talia præcepta. Secundum genus præceptorum eſt in illis præceptis quæ immediate ſequuntur vt concluſiones ex iſtis primis principijs, & ſapiunt aliquo modo naturam iſtorum primorum principiorum: quia ſicut iſta ſunt totaliter nota ita illa ſunt aliquo modo nota. Nam prima principia practica, de quibus diximus, ita ſunt cuilibet nota, quod etiam non oportet, vt nobis proponantur ad hoc, quòd ea concipiamus: quia nos ipſi ſumus in actu illorum principiorum ſine aliqua admonitione, ideſt ſine hoc, quòd aliquid nobis dicatur probando, vel non probando. Iſtę concluſiones immediatè primis principijs non ſunt notæ cuilibet homini donec proponantur, ſcilicet quòd intellectus noſter non eſt in actu earum, ideſt non ſe determinat ad eas, donec nobis proponantur. Et tamen poſtquã proponuntur ſine aliqua probatione quilibet ſe determinat ad illa, & aſſentit illis. Prima enim ita ſunt nota, quòd intellectum per ſe mouent, & innaſcuntur ei determinatè. Secunda enim licèt à quolibet concedantur, non tamen omnes ſunt in actu illorum, vel determinant ſe ad illa: ſcilicet ad iſtam propoſitionem, quòd bonum eſt eligendum, & nulli iniuſtè eſt nocendum, omnes naturaliter determinati ſunt: & ſunt in actu earum, ideſt eas actualiter cognoſcunt: & tamen licèt omnes aſſentiant non eſſe fornicandum, non eſſe furandum, eſſe Deum honorandum, & ſic de cæteris: non tamen ſunt omnes in actu iſtarum propoſitionum, ideſt non cognoſcunt omnes homines iſtas propoſitiones, nec naturaliter retinent eas habitualiter, ſicut alia prima principia, quæ diximus: ideo iſta ſunt prima præcepta, quæ hominibus proponenda ſunt. Et ſic Deus iſta primo propoſuit, & quia iſta licèt non ſint ita nota, vt omnes ſint determinati naturaliter ad illa ſine aliquali excogitatione: & tamen ſunt ita nota, vt non oporteat eſſe aliquam manuductionem ad intelligentiam eorum. ideo Deus ea per ſe populo propoſuit ſolùm dicens, & nihil explanans, quia immediatè vt dicebantur intelligerentur ab audientibus. Tertium genus præceptorum eſt in illis, quæ deriuantur ab iſtis ſecundis, & iam ſunt minus nota, quàm iſta ſecunda: ideo licèt aliquam radicem notorietatis habeant: tamen non cognoſcuntur immediatè, vt proponuntur, ſed oportet eſſe declarationem ſapientis viri. Et iſta non fuerunt propoſita per Deum, qui ſolùm recitabat, & non declarabat: ſed per Moyſen, qui recitabat, & declarabat. Quartum genus erat de illis præceptis, quę non habent notorietatem ex primis principijs per ſe notis, ſed magis dependent ex voluntate condentis legem, de quibus non oportet nunc diſtinguere. Iſta ergo genera præceptorum habent ſe per ordinem: nam prima præcepta dicuntur eſſe ſimpliciter prima principia, & non ſunt determinationes aliorum, cùm non habeant aliquid prius. Secundum genus præceptorum, quæ vocantur nota cuilibet cùm proponuntur, ſunt determinationes primorum præceptorum, quæ ſunt prima principia: nam iſtud, eſt principium, quod bonum eſt agendum, quod nulli eſt iniuſtè nocendum: horum autem particulares determinationes ſunt iſta præcepta ſecunda, ſcilicet colere Deum, quod eſt eligere bonum, quod eſt maximum bonum, & honorare parentes, & ſic de alijs præceptis affirmatiuis, quæ reducuntur ad iſtud principium, quod bonum eſt appetendum. Principij huius negatiui, ſcilicet non eſſe alicui nocendum, vel contra eum iniuſtè agendum, ſunt determinationes omnia præcepta negatiua decalogi, ſcilicet quòd non eſt nomen domini in vanum aſſumendum: quia hoc eſt iniuſtum facere: & quòd non eſt furandum: non mæchandum: non occidendum, non falſum teſtimonium dicendum: nam in omnibus his iniuſtum agitur. Rurſus iſtorum ſecundorum præceptorum præcepta tertij, & quarti generis ſunt determinationes. Et non poteſt in hoc totaliter obſeruari ordo, qui in alijs tenebatur: nam deberent præcepta tertij generis eſſe determinationes præceptorum ſecundi generis: & præcepta ſecundi generis deberent eſſe determinationes præceptorum tertij generis: ſed non eſt ſic, quia præcepta tertij, & quarti generis ſunt ſimul determinationes præceptorum ſecundi generis. Pro quo conſiderandum, quòd præcepta ſecundi generis ordinantur in duo, ſcilicet quædam in Deum, quædam in proximum. Et quia eorum, quæ ordinantur in Deum, quædam ordinantur ad exprimendam veritatem Dei, ſcilicet quòd verè vnus eſt Deus, & non plures. Alia ordinantur ad cultum eius. Primum eſt non habebis Deos alienos: nam hoc declarat ſolum illum eſſe Deum: alia declarant cultum, vel reuerentiam. Et ſecundum hoc diſtinguuntur præcepta tertij, & quarti generis, ſcilicet quòd quædam ſunt determinationes præceptorum, quæ ad proximum, & iſta ſunt iudicialia, de quibus patet ſequenti capitulo. Alia determinant modum reuerentiæ, & cultus diuini: quæ ſunt quaſi omnia cæremonialia quædam determinant aliquos modos circa veritatem diuinam prohibendo aliquos errores oppoſitos. Et tale eſt iſtud quod præponitur huiuſmodi cæteris, ſcilicet. Non facies tibi Deos aureos, vel argenteos: & ſpecialiter determinant illud primum præceptum: Non habebis Deos alienos coram me: nam ponitur illa prohibitio vniuerſaliter: hic autem determinatur magis ad particularia. Sed dices contra, quia ſupra diximus, quòd Deus propoſuit

[illegible]

Præcepta vitã hoĩs regulãtia.

De pceptis quę ſeipſis nota ſunt nulla lex curat.

Prima pcepta practica cuilibet nota ſunt.

Præcepta ſcđi gñis poni deberãt ſed nõ explanari debebant.

Præcepta tertij, & quarti generis ſunt determinationes pceptorũ ſcđi generis.

Præcepta iudicialia determinãt pcepta ſcđi gñris q ad pximũ tẽdũt.

poſuit per ſe populo talia præcepta, qualia populus poterat intelligere, nihil explanando: ea autem quæ ſine doctore intelligi nõ poterant Moyſes propoſuit: ſed iſtud eſt tale, quod ſtatim vt proponeretur cuilibet, conciperetur eius veritas: ſicut veritas illius, non facies tibi ſculptilia, nec omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper &c. ergo ſicut illud Deus populo propoſuit, ita debuiſſet proponere iſtud. Reſponderi poteſt dupliciter. Vno modo, quòd iſtud præceptum, & id non facies tibi ſculptile nihil differunt, & ideo ſicut illud populo ꝓpoſitum fuit à Deo, ita potuiſſet proponi iſtud ſub iſtis verbis, nec vnum magis intelligeretur quàm alterum: hic autem Moyſes recitauit tanquam idem præceptum, quod ſupra dictum, & non tanquam nouiter datum. Recitauit tamen Moyſes magis quædam, quàm altera, ſecundum quòd erant maioris neceſſitatis, & maioris periculi: erat enim error contra ea: nam ſic ſæpe reperitur in iſtis quatuor libris Moyſi legalibus, quòd idem ſæpiſſimè dicatur. Hoc enim præceptum maioris neceſſitatis erat, quàm cætera: quia in hoc conſiſtit radix totius boni, ſcilicet credendo verum Deum, & ſolum eum eſſe Deum. Quando autem iſtud teneatur ſequitur cultus huius, & nullius alterius: ſi autem alium Deum, vel alios teneamus, ſequitur etiam peruerſitas in cultu, quia illos colemus. Eſt enim errare in hoc præcepto ſicut errare circa finem in moralibus, qui eſt principium actionum, vt patet 7. capitulo Ethic. Vel errare circa principia prima in ſpeculatiuis, ſicut in ſpeculatiuis ſi aliquis erret circa aliquam concluſionem, tenendo tamen veritatem principiorum ex veritate principiorum, concludetur veritas concluſionis, in qua errabat: ſi tamen erret circa principia impoſſibile eſt aliquid ſcire, quia ex falſis non ſequitur verum, niſi per accidens. Ad cauſandum tamen ſcientiam oportet, quòd nos opinemur ſcire cauſas propter quas res eſt: & quia illius cauſæ ſunt, & quòd non eſt contingens aliter ſe habere: illa tamen, quæ ſunt ſecundum accidens, non ſunt cauſæ effectus per ſe, quia cauſa, quæ vere cauſa eſt, ſemper eſt per ſe. Etiam quia ex eo, quod eſt per accidens non inducitur neceſſariò aliquid, ſed ad hoc, quòd ſciamus aliquid, neceſſe eſt, vt ex cauſa poſita neceſſariò ſequatur effectus, ſic ait Philoſophus primo Poſteriorum. Scire autem opinamur vnumquodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo: quod eſt ſecundum accidens, cùm cauſam cognoſcimus, propter quam res eſt, & quoniam illius cauſa eſt, & quòd non eſt contingens aliter ſe habere. In agibilibus autem eodem modo præſuppoſito, ſine prauo impoſſibile eſt dirigere aliquam actionem. Nam finis mouet ibi, vt principium: & ſicut in ſpeculatiuis non poteſt inferri aliqua concluſio ſine principijs: ita in moralibus non poteſt fieri aliqua electio, niſi præſuppoſito fine: ſi ergo finis malus ſit, neceſſe eſt actus noſtros ad malum dirigi, & ſic ſemper erunt mali. Si autem aliquis erraret circa aliquam electionem retento fine debito omnium actionum in moralibus ex vero fine, quem habet, probaretur ei, quòd male eligat: ſicut in ſpeculatiuis ex vero principio retento poteſt probari falſitas concluſionis inductæ. Sic autem inter cætera præcepta, quæ Deus dedit, iſtud eſt principium de veritate Dei, vt credamus illum eſſe verum Deum, & nullum alium: nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: vt patet ad Hebræos 11. capitulo, ideo licèt cætera obſeruamus, nihil prodeſt, nec poterimus per veritatem, & bonitatem opinionis circa hoc præceptum venire in cognitionem veritatis huius præcepti. (Sicut non poteſt probari principium per concluſionẽ.) Retenta tamen veritate circa iſtud mandatum: etiam ſi in alijs erremus, poſſumus deduci ad veritatem eorum per veritatem huius, quam tenemus. Ratio prædictorum eſt, quia iſtud præceptum declarat veritatem finis noſtri, ſcilicet Dei: errando ergo circa hoc, neceſſe eſt ſemper tendere in malum finem, & actum eſſe malum: quia ergo talis eſt error periculoſus valde, oportebat ſępius recitari præceptum in quo declaratur veritas huius finis noſtri. Aliter poteſt reſponderi, quòd iſtud ſit præceptum diſtinctum ab illo præcepto, non facies tibi ſculptile, aut omnem ſimilitudinem: nam illud præceptum ordinat nos in Deum declarando veritatem eius vniuerſaliter: hic autem determinantur quidam modi particulares reducentes nos à veritate quam credere debemus de Deo, & vetantur. Nam ſupra vetabantur ſculptilia abſolutè: hic autem contrahitur ad ſculptilia facta de auro, & argento: non eſt ex hoc arguendum, quòd facere Deos aureos, & argenteos ſolùm ſit peccatum, & facere Deos lapideos, ligneos, aut metallinos non ſit peccatum: nam æqualiter peccatur apud vnum, & apud alterum. Etiam licèt hic non prohibeantur, alibi prohibentur: vt patet Leuit. 26. capitulo, cùm dicitur: Non facietis vobis idolum, nec ſculptile, nec titulos erigetis: nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra: vt adoretis eum. Etiam ſupra prohibebatur non ſolùm ſculptile aureum, vel argenteum, ſed etiam omne ſculptile, & imago, vel ſimilitudo cuiuſcunque rei: nam cùm intentio huius præcepti ſit, quòd nullus collatur, niſi Deus, nec credatur eſſe alius Deus: quodcunque coleretur ſiue lapis, ſiue ferrum, vel aqua, erat contra intentionem huius præcepti. Specialiter tamen ponitur hic de ſculptilibus aureis, vel argenteis, quia iſta propter nobilitatem materiæ, & perfectionem naturalem magis mouent ad idolatrandum, quàm lapides rudes, vel qualecunque lignum: ideo magis haberent in eis ſimplices occaſionem errandi, quàm in lapideis, aut ligneis idolis. Decuit ergo iſta tanquam quaſdam particulares determinationes ſpecialiter prohiberi. Sic enim Deuter. quarto capitulo, cùm Moyſes multum caueret idolatriam, & expreſſiſſet in generali nullum ſculptile, vel ſimilitudinem rerum eſſe faciendam, nec hominis maſculi, aut fœminæ, nec reptilium, nec piſcium, & ſic de cæteris: deinde ſubiunxit in ſpeciali de Sole, & Luna, dicens: Caue ne fortè eleuatis oculis ad cœlum videas Solem, & Lunam, & cætera aſtra; & errore ductus adores ea, & colas, quæ creauit dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus. De his autem ſpecialius expreſſit, quia iſta corpora ſunt perfectiora, luminioſiora, pulchriora, vtiliora nobis, regulatiora in ſuis motibus, permanentiora inter cætera corpora vniuerſi: ideo proniores erant homines ad credendum illa corpora eſſe Deos viuentes, quàm alias res vniuerſi: ob hoc ergo de his ſpecialis mentio facta eſt. *Altare de terra facietis mihi.* Præceptum ſuperius fuit quædam determinatio primi præcepti pertinentis ad veritatem diuinam: hic ponuntur aliqua præcepta cæremonialia pertinentia ad determinationem præceptorum de cultu Dei: & quia ſacrificia ſunt maior pars cultus exterioris diuini, quæ nunquam exhibentur, niſi Deo, aut illi, qui exiſtimatur eſſe Deus; ideo fit determinatio de ſacrificijs.

Præceptũ de nõ hñdo Deos alienos erat maioris neceſſitatis ac periculi.

Finis in agibilibus mouet, vt principiũ.

Secunda reſpõſio.

Vide quare magis hic de dijs aureis magis expreſſum eſt quã de alia materia ꝙ non adoretur.

QVAESTIO. XL.

IN ſacrificijs autem eſt conſiderandum, quis debet offerre, & de hoc infra determinabitur cap. 29. ſcilicet de ſacerdotibus, qui ideo conſecrati ſunt, vt corã do-

Quæ consideranda sunt circa oēs sacrificiorum circunstātias.

domino offerant oblationes, & sacrificia. Considerandum etiam quid est offerendum in sacrificijs, de quo Leuit. primo cap. vbi ponuntur tria genera quadrupedum immolabilium, scilicet oues, boues, capre: & duo genera auium, scilicet turtures, & columbæ. Considerandum etiam cui offerri debeant, sed hoc per se notum esse debet, ꝙ nulli debet aliquid sacrificari, nisi Deo. Considerandum etiam in quo loco offerri, & immolari debeant, accipiendo large locum, & de hoc determinatur Leuit. 17. c. scilicet ꝙ intra tabernaculi atrium: nam qui in agro, vel alibi offerret, mori debebat. Considerandum etiam de loco sacrificandi, accipiendo locum strictè, & sic dicitur, ꝙ in altari, & de hoc dicitur hic. Aliæ sunt in sacrificando conditiones ex parte ministrorum, scilicet habere tales, vel tales vestes: de hoc infra 28. c. vbi agitur de omnibus nouem vestibus sacerdotalibus: sunt autem aliç cæremoniæ ex parte actus, scilicet qualiter debeat fieri ipsa immolatio: & de his per totum Leuiticum: hic autem ponitur de ipso altari, quale esse debeat, cùm dicitur. *Altare de terra facietis mihi.* Idest, licèt gentes faciunt dijs suis alia altaria, tamen vos mihi de terra altare faciatis. Hoc ponitur propter duo: primum ad detestationem idolatrarum, qui altaria valde pulchra de marmoribus sculptis, vel aliàs faciebant: terra autē est aliquid infimum nihil habens pulchritudinis, nec similitudinis ad altaria gentium: Deus namque intendebat inquantum poterat per bonas regulas viuendi deuiare Hebrços a consuetudinibus gentium, vt patet Leuit. 18. capit. cùm dicitur: Ego sum dominus Deus vester: iuxta consuetudinem terræ Aegypti, in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis: nec in legitimis eorum ambulabitis: sic etiam dicitur Ierem. 10. ca. Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite timere. Secunda causa, & potissima erat, vt auferret eis occasionem idolatrandi: nam quādocunque aliquid fiebat, quod erat statua, vel habens propinquitatem ad statuam, erat occasio idolatrandi: de terra autem, nisi cocta sit, non potest formari statua: nam ex siccitate sua, tota disglutinatur, nec potest reddere certam figuram: nullam ergo occasionem præstabit. Et patet hoc, quia cùm postea concessisset fieri altare de lapidibus dixit, ꝙ non fieret de lapidibus politis, sed de rudibus: ratio erat, quia lapides politi exprimebant certam figuram, quæ posset adorari: lapides autem rudes nulla determinata lineamenta habent: cùm quædam partes deprimantur, & aliæ superemineant, nulla vniformitate aut regulari deformitate seruata: & sic non præstant occasionem ad colendum idolum, cùm nullius rei idolum sit. In hoc autem nulla est res, quæ magis recedat ab occasione idolatriæ quàm terra: quia nihil minus exprimit imagines. Lapides autem licèt sint rudes, magis exprimunt rerum imagines, quia solidi, & compacti sunt: ideo tanquam ex indulgentia lapides permissi sunt ad construendū altare.

Qr Deus ordinauit vt altare de terra fieret inter Hebræos.

Duplex literæ expo. Altare holocaustorum. Altare thymiamatū.

Cùm autem dicitur hic, altare debere fieri de terra, potest intelligi dupliciter: vno modo de altari, quod erat in tabernaculo, vel in atrio tabernaculi: vel de altaribus, quæ contigebat fieri alibi ad immolandum ex aliqua causa speciali. Si autem intelligatur de altari, quod erat in tabernaculo, sciendum quòd Deus mandauit Moysi facere duplex altare: vnum altare quod vocabatur altare holocaustorum, in quo immolabantur, quæ Deo immolari debebant. Aliud erat altare thymiamatis in quo offerebatur domino incensum quotidie, & nulla immolatio fiebat in eo. De altari holocaustorum quantum ad proprietates suas infra 27. capitulo. De altari autem thymiamatis habetur infra 30. capitulo. Collocabatur autem altare

F holocaustorum in atrio tabernaculi ante ostium tabernaculi. Altare autem thymiamatis collocabatur intra tabernaculum ante velum, quod erat expansum ad Sancta Sanctorum: causæ autem horum dicentur suis locis, & hoc patet in capitulo, de quibus supra. De his etiam Apostolus ad Hebræ. 9. capitulo. Cùm ergo dicitur hic, quòd altare de terra fieret, non potest intelligi de altare thymiamatis, quod fiebat de lignis Setim, & cooperiebatur auro, tam in parietibus, quàm reticulo, & vectibus, & coronulis. Et patet ex hac litera, quia altare quod hic mandatur haberi de terra, est altare, in quo oblationes offerentur, vt patet infra cùm dicit: Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues in omni loco, G in quo memoria fuerit nominis mei: altare autem thymiamatis non erat ad offerendum ibi aliquod sacrificium, ergo non mandabatur istud fieri de terra hic. Antecedens patet infra 30. capitulo, cùm dicitur: Et adolebit incensum super eo Aaron fragrans, & suaue mane, quando componet lucernas, incendet illud, & quando collocat eas ad vesperum, & erit thymiama sempiternum domino in generationes vestras, nec offeretis, super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis: & deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris.

Quod ista nō pōt exponi de altare thymiamatū.

Aliud erat altare holocaustorum, quod ponebatur H extra tabernaculum, scilicet ante hostium tabernaculi intra atrium tabernaculi, & de hoc argui posset ex litera, quòd deberet esse de terra, quia in eo immolabantur holocausta, & victimæ. Sed infra 27. capitulo, dicitur quòd altare istud holocaustorum fiebat de lignis Setim, & craticula ænea, & cooperiebatur laminis æneis. Respondetur, quòd licèt parietes huiusmodi altaris essent lignei, & crates de laminis æneis, tamen ipsum altare de terra erat, quia dicitur infra 27. capitulo, non solidum, sed inane, & cauum facies illud: in illa ergo concauitate ponebatur terra vsque ad locum, vbi collocabatur ignis, & desuper imponebantur frusta animalium immolatorum. Et sic ipsum altare propriè de terra erat: & I quando mouebatur altare de loco illo, sicut in motu castrorum per desertum, si aliquando immolabant, manebat terra, quæ erat intra concauitatem parietum altaris: & cùm rursus locarentur castra, replebatur altare terra vsque ad locum assignatum, vbi ponerentur ligna. Alio modo potest hoc referri ad altaria, quæ aliquando fieri contingerent ex causis specialibus in locis extra tabernaculi atrium: nam aliquando sancti viri in locis extra sanctuarium ex nonnullis causis sacrificia faciebant: vt patet de Elia 3. Regum 18. capitulo, & de alijs, vt infra magis dicetur: nam tunc in altari illa sacrificia fiebant: sed illud altare erat de terra, vel de lapidibus impolitis: de terra, scilicet quòd acciperentur cespites terræ, & super K ponendo quosdam alijs fabricaretur altare, vel terram ampliando, & contundendo, vt fieret locus, vbi possent imponi sacrificia. Et simile patet de altari, quod mandauit Deus fieri in ingressu terræ Chanaan in monte Ebal: vt patet Deutero. 27. capitulo. cùm dicitur: Quando transieris Iordanem erigite lapides, quos ego præcipio hodie vobis in monte Ebal, & leuigabis eos calce, & ædificabis ibi altare domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus, & impolitis, & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedesque ibi. De vtroque ergo altari intelligendum est: sed quando infra dicitur, Quòd si volueris facere de lapidibus, non refer-

Qūo ordinabant altaria q̄ ex causis spālibus fiebant.

refertur ad altare holocaustorum, quod portabatur in atrio tabernaculi, quia illud implebatur terra, sed ad altaria, quæ fieri contingerit in campis, vel montibus ex aliqua causa. *Et offeretis super eo holocausta.*

Tria erant consequētia sacrificiorum. Holocaustum. Hostia pacifica.

Tria erāt genera sacrificiorum, vt innuitur multoties in Leuitico, scilicet holocaustum, victima pacifica, & hostia pro peccato. Holocaustum dicitur, cùm aliquod animal in honorem Dei totum incenditur detractis cornibus, & detracta pelle, quæ cedebat iñ ius immolantis: vt patet Leuit. 7. capitulo, & lotis intestinis, & omnibus alijs. Deinde omnibus incensis, vt patet Leuit. 1. capitulo. Hostia pacifica dicitur, cùm quis offerebat aliquod animal pro aliquo obtento ab eo, quod petiuerat: vel cùm aliquid nobis fieri petimus: & vocatur hostia pacifica, idest facta pro pace reddita: qa Deus irascitur nobis pro peccatis nostris, & cùm nos quotidie peccemus, quotidie eum nobis iratum suspicamur. Cùm autem aliquid petimus ab eo, & nobis dat, credimus eum nobis reconciliatum, & habere pacem nobiscum, pro qua pace bene sacrificia reddimus, quæ pacifica nuncupamus. Vel cùm quis aliquid à Deo petit, & quia timet Deum fortè sibi iratum, & desiderat eum placari, & ad se conuerti in pacem: offert sacrificia, quæ pacifica nominat: vt illa pax reddatur.

Hostia ꝓ peccato.

Hostia pro peccato vocatur, cùm quis eo quòd peccauit in certis generibus delictorum, quæ exprimuntur Leuit. 5. capitulo, offert capram, aut vitulum, vel aliud animal secundum mandatum legis, & illud immolatur: licèt in hoc est differentia, quia aliquando totum animal immolatum incendebatur, etiam cum pelle, vt patet Leuit. 4. capitulo, aliquando incendebatur pars, & sic de alijs modis, de quibus magis dicetur Leuit. 6. & 10. capitulo. De duobus autem generibus facit hic mentionem, scilicet de illis, quæ sunt pro pace, & quæ sunt holocausta: de illis autem, quæ pro peccato, non facit mentionem, quia ista duo genera sunt voluntaria sacrificia: quæ autem pro peccato sunt ex necessitate redduntur: & illa pertinent magis ad legē tabernaculi, quàm alia, nam de alijs poterat fieri in altaribus, quæ essent extra locum tabernaculi, aliquādo ex causis specialibus, sicut infra ponitur Deuter. 27. ꝙ in monte Ebal immolarent holocausta, & victimas pacificas: sacrificia autem pro peccato nunquàm immolabantur, nisi à sacerdotibus, & pertinebant ad legem tabernaculi. *Et pacifica vestra.* Idest hostias pacificas secundum ꝙ supra declaratum est. *Oues vestras, & boues.* Ouis nomen speciei est, & non sexus, & significat ouem, & arietem, & agnum, & agnam: bos etiam masculum, & fœminam notat. Et ponuntur ista duo, quia communius in sacrificijs holocaustorum, & in pacificis ista offeruntur: nam licèt tria genera quadrupedum pertineant ad sacrificia, scilicet oues, boues, & capræ: vt patet Leuit. primo capitulo, tamen de capris non multum offertur in holocaustis, vel pacificis, sed pro peccato: & non solùm de istis offeruntur in holocaustis, sed etiam de auibus, vt patet Leuit. primo capitulo: nam ponuntur duæ species auium, scilicet turtures, & columbæ: sed de auibus non ita communiter fiebat holocaustum. *In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.* Idest non debent fieri immolationes in omnibus locis indistinctè, sed solùm in loco, vbi erat memoria nominis domini, idest in loco, quem dominus elegisset ad faciendum ibi memoriam nominis sui: qui autem extra illa loca coleret, magnam pœnam incurrebat, scilicet mortem: vt patet Leuit. 17. capitulo, cum dicitur: Homo de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium tabernaculi non adduxerit, vt offeratur domino, interibit de populo suo. Sic etiam Deuter. 12. capitulo,

A dicitur: Caue non offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: sed in eo, quem elegit dominus in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcunque ego præcipio tibi. Ratio autem, quare mandabat dominus in vno loco immolari hostias à toto Israel, erat, vt caueret idolatriam: nam si quilibet posset immolare vbicunque vellet in montibus, vel agris, daretur occasio, vt quilibet obseruaret in sacrificando ritus, quos vellet: & sic posset idolatrare si vellet: & quia totus Israel ad idolatriam pronus erat, faciliter maior pars populi sic idolatraret: cùm autem omnes conuenirent in locum vnum ad immolandum, & essent præsentes sacerdotes, qui erant doctores legis, & præter hoc ipsi populares non immolabant, sed B tradebant animalia sacerdotibus, & ipsi immolabant ea, & faciebant omnes cæremonias legis domini, & sic populus nullo modo poterat idolatrare in sacrificando: cùm nihil de sacrificio ageret.

Qr Deus mandauit ī vno loco solum sibi sacrificia fieri.

Aliqui tamen de viris sanctis aliquando extra locum illum, in quo erat memoria domini immolauerunt victimas: vt patet de Dauid, qui in monte Moria obtulit victimas in area Ornan Iebusei, vt patet secundo Regum 24. capitulo: sic etiam Elias immolauit in loco campestri extra tabernaculum, vt patet tertio Regum 18. capitulo. De hoc posset responderi, quòd si respiciatur lex, isti non trangressi sunt legem: nam dicitur hic, quòd victimæ offerendæ sunt in loco, vbi fuerit memoria nominis domini: vbi autem isti C immolauerunt erat memoria nominis domini. Nam sicut memoria nominis domini erat generaliter dicta in loco, vbi erat tabernaculum, & erant sacerdotes, & totus populus conueniebat ad celebrandas solennitates: ita in aliquibus locis specialibus fuit aliquando specialiter memoria Dei, quia Deus voluit ibi specialiter vocari nomen suum pro aliquo tempore. Sic in monte Moria voluit nominare nomen suum, quando Dauid immolauit. Et in monte Carmelo, quando immolauit Elias, quia erant aliquæ causæ particulares, quando ista Deus voluit fieri, quare fierent: nam Elias in monte Carmelo immolauit coram toto populo ad conuincendum sacerdotes Baal, vt patet 3. Regum 18. capitulo. Nam cùm sacerdotes Baal D clamassent de mane vsque ad meridiem dicentes, Baal exaudi nos, & transijsset tempus sacrificij, Elias ædificato altari de lapidibus, mandauit multam aquam perfundi super altare, & hoc factum est ter, donec in circuitu altaris multa aqua esset, & fossa aquęductus repleta, & imposito boue super altare orauit Elias, & venit ignis de cœlo, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides: puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquęductu lambens: & tunc cecidit populus in faciem, & adorauit Deum: & tunc appræhendit populus Prophetas Baal, & iugulauit eos Elias in torrente Cison. Magna ergo memoria nominis Dei est in hoc facto Eliæ, quod non potuisset patrari sine oblatione in loco illo: ergo debuit ibi fieri E holocaustum. Idem dicendum de immolatione Dauid super montem Moria apud aream Ornan Iebusæi: quia cùm angelus domini percuteret peste habitatores Ierusalem, & stetisset apud aream Ornan siue Areumea Iebusæi Dauid conuersus ad Dominum rogauit, vt non deleretur populus, qui innocens erat: sed ipse & domus patris sui, qui peccauerant. Et venit ad Dauid Gad Propheta dicens. Ascende & constitue altare domino in area Areuma Iebusæi. Cùm ergo mandatum Dei fuerit expressum de construendo ibi altare, manifestum erat, quòd non erat peccatum aliquod.

Aliqui de viris sanctis aliqñ extra altare tabernaculi immolauerunt.

QVAESTIO. XLI.

Præceptũ de immolãdo ĩ vno loco dispẽsabile erat.

ISTVD præceptum est dispensabile, quia non cõtinet intentionem legislatoris, ſ. de bono communi, ad quod tendit tota intentio viuentium ſub lege diuina. Nec continet expresse ordinem virtutis, & iustitiæ, sed quandam valde particularem determinationem cultus diuini: ergo manente cultu diuino potest dispensari, vt contra hoc præceptum aliqualiter fiat. De Elia etiam dubium non erat quando mandato Dei ageret, quia Propheta erat, & mouebatur à Deo: quicunque autem siue vir magnæ auctoritatis, siue paruę, qui à Deo iuberetur holocaustum immolare in aliquo loco extra locum sanctuarij poterat licitè illud facere, imò debebat. Nam qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, i. illi, qui mouentur à Deo mandante aliquid fieri non ligantur lege communi: nam licèt lex communis mandet esse tale, vel tale faciendum: si Deus specialiter mihi contrarium mandat, non obligor ad legem communem, quia Deus soluit me ab ea. Sed in hoc oportet multum inquirere vtrum ille, qui mandat contrarium fieri sit Spiritus Dei, vel dæmonis: non enim cito credendum est ei: sic enim dicit Ioan. Epistola 1.c.4. Nolite adhuc credere omni spiritui, sed probate vtrum ex Deo sit. In istis tamen hominibus vulgaribus, licèt mouerenṫ à Deo, nõ crederetur eis, ꝙ mouebantur à Deo, nisi pateret, & sic iudicarentur male agere. Viri autem magnæ auctoritatis, de quibus non est præsumptio, ꝙ errarẽt idolatrando, dato ꝙ talia agerent, non reputarentur mala, quia iudicaretur, ꝙ a Deo moti agebant. *In loco, in quo fuerit memoria nominis mei.* Iste modus loquendi est talis, qualis ille, quo vulgariter vtimur quando aliqua Ecclesia denominatur ab aliquo sancto: dicimus ꝙ ibi est inuocatio talis sancti, idest ibi specialiter fiũt aliqua ad honorem eius: sic memoria nominis Dei, apud Israelitas erat, vbi tabernaculum, & sacerdotes erant, quia ille locus vocatur mansio Dei, & ibi specialiter colebatur. Locus autem diuinæ mansionis non fuit semper idem, nam primo cùm essent in deserto Israelitæ, ambulabat in medio eorum tabernaculum domini in castrametando, quia ad vnam mensuram quadrati castrametabatur populus, ſ. Iudas ad Orientẽ cum vexillo suo, & cum eo aliæ duæ tribus: Ephraim ad Occidentem cum vexillo, & cum alijs duabus tribub': ad Aquilonem Dan cũ vexillo suo, & alijs duabus tribubus, ad Meridiem verò Ruben cum vexillo suo, & cum alijs duabus tribub', in medio autem istorum quatuor vexillorum, & congregationis populi locabatur tabernaculum, & in circuitu eius Leuitæ, vt patet Numer. 2. & 3. cap. cùm autem mouerentur castra tabernaculum deponebatur, & portabant illud Leuitæ in plaustris, & ad humeros suos: & ibant in medio totius populi: nam sex Tribus præcedebant, & sex Tribus subsequebantur: vt patet Numer. 10. in ordine proficiscendi de monte Sinai. Cùm autem intrauerunt in terram Chanaan, fixerunt castra in Galgalis, & ibi fecerunt circuncisionem secundam, & celebrauerunt Pascha: vt patet Iosue 5. cap. Et stetit ibi tabernaculum domini: deinde factis quibusdam bellis in circuitu illarum gentium, vt cõtra Iericho, & ciuitatem Hai venerunt ad montem Ebal: vbi fecerunt altare, & posuerunt benedictiones, & maledictiones, quas mandauerat Moyses in Deuter. & acceperunt Gabaonitas sub conditione pacis per fraudem: sed in his omnibus totus populus Israel cum Iosue, & per consequens tabernaculum domini videbatur manere in Galgalis, vbi primò manserant, quia nondum habebant aliqua loca, in quibus congruę maneret in terra Chanaan,

Locus tabernaculi dñi dum Hebrei incedebãt & castrametabant, & postquam venerunt ĩ terram p̃missionis,

F Et hoc innuitur Iosue 10. capitulo, vbi cùm conuenissent quinque reges ad delendam ciuitatem Gabaon, qui se tradiderat Iudæis, dicitur in tex. Habitatores autem Gabaon ciuitatis obsessę miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam. Et sic videtur, quòd licèt Iosue cum viris bellatoribus iret ad expugnanda aliqua loca, tamen reliquus populus, & mulieres cum paruulis, atque senibus, & omnia alia, & ipsum templum siue tabernaculum domini manebant apud Galgalam in castris: licèt in destructione Iericho arca domini portata fuit, vt circundaret semel ciuitatem in septimo die, & sacerdotes cum ea, sed Iericho modicum distabat à Galgalis, vbi erant castra: & manebat totum tabernaculum. De hoc Iosue 6. capitu. G Postquam autem ceperunt aliquam partem locorum terrę Chanaan, iuerũt omnes Israelitę simul, & fixerunt tabernaculum domini in Silo, vt patet Iosue 18. capitulo, cùm dicitur: Congregati sunt omnes filij Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonii, & fuit eis terra subiecta: sed ante hoc semper manserat in Galgalis, & ibi totus Israel castrametabatur: nam & diuisio sortium, quæ facta fuit in Silo, vt patet Iosue 18. capitulo, fuit incæpta in Galgalis, & pauloante quàm venirent in Silo, fit mentio, quòd starent in Galgalis, vt patet Iosue 14. capitulo, cum dicitur, quòd accesserunt filij Iuda ad Iosue in Galgala, & locutus est ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus, & petiuit ibi terram Hebron, & diuisa fuit sors Iudæ: H & sic aliqua loca terrę Chanaan capta erant: licèt non omnia, quę diuiderentur Tribubus in sortem, vt patet in processu libri Iosue: nam tota terra promissionis tempore Iosue diuisa fuit in sortem, sed non fuit capta ab hostibus tota in suo tempore, nec in tempore iudicum sequentium vsque ad tempora regis Salomonis, vt patet 3. Regum 5. capitulo, & 2. Paralipo. 8. manſit autem tabernaculum domini in Silo a tempore Iosue per tempora omnium iudicum Israel: vsque ad tempus Heli sacerdotis, & Samuelis sacerdotis atque Prophetæ: nam in diebus illis, cùm semel Philisthiim iuissent in bellum contra Israel, & sacerdotes portauissent arcam domini in castra belli vincentibus Philisthinis arca domini capta est; vt patet primo Regum quarto capitulo. I Et cùm mansisset ibi paucis diebus, Deus fecit eam redire in terram Israel mittentibus eam Philisthinis in plaustro per vaccas fœtas, quę venerunt in agrum Bethsames, vt patet primo Regum sexto capitulo, mortuis autem ibi quinquaginta milia de plebe adduxerunt arcam domini in Cariathiarim ad Aminadab, qui stabat in Gabaa, licèt in hoc videtur esse turbatio, quia dicitur ibi reducta arca domini in Cariathiarim, & dicitur reducta in Gabaa, & non sunt istæ duæ reductiones, sed vna: nam vt dicitur primo Regum 7. capitulo, viri Cariathiarim reduxerunt à Bethsamitibus à se, & posuerunt eam in K Gabaa in domo Aminadab. Et tunc sequitur, quòd stetit arca domini in Cariathiarim: quasi idem esset Cariathiarim, & Gabaa: & sic postea in secundo Regum capitulo sexto, dicitur quòd Dauid tulit arcam de domo Aminadab, quæ erat in Gabaa; & adduxit eam in ciuitatem suam Ierusalem in domum suam, & postea mansit ibi donec Salomon fecit templum: & inuenit eam ibi Salomon, atque posuit in templo quod ædificauerat: vt patet 2. Paralip. primo capitulo. Sed considerandum est, quòd non est eadem translatio arcæ Domini, & tabernaculi Domini, quia arca eo quòd leuis erat, portabatur in bella: vt patet primo Regum quarto capitulo, tabernaculum autem erat aliquid valde magnum constitutum ex multis se paratis, ideo postquam figebatur, nunquam mouebatur, vt portaretur ad bella, vel ad aliquid alterum,

Tota terra promissionis tpe Iosue diuisa fuit licèt ĩ suo tẽpore non tota esset acqsita.

Nõ est eadẽ tabernaculi dñi mutatũ, & arcæ dñi.

sed

sed manebat in loco suo, nisi totaliter mutandum esset ad alium locum, & nunquam reducendũ ad priorem locum: cùm autem fuerunt Israelitæ in deserto, mansit arca & tabernaculum simul: cùm autem venit in silo etiam mansit arca in tabernaculo vsque ad tempus, quo ducta fuit in castra, & a Philistinis accepta: nam ex eo tempore vsque quo Salomon construxit templum, nunquam fuerunt simul, quod fuit tẽpus plusquam centum annorum, vt satis patet infra per totum tempus regni Saul, quod fuit 40. annorum, & per tempora regni Dauid, quod fuit aliorum 40. annorum, & per nouem annos regni Salomonis: nã in septem annis constructum fuit templum, vt patet 3. Regu. 7. c. cępit construere illud Salomon 2. anno regni sui coniuncta sunt arca & tabernaculum, & patet B quia finito templo, iuit Salomon pro tabernaculo, quod erat in Gabaon, vt patet secundo Paralipo. 1. c. Antecedens patet, scilicet quòd in secundo anno regni sui incęperit construere Salomon templum tertio Regu. sexto capitulo: præter hos assumendi sunt omnes anni sacerdotij Samuelis vsque ad tempus constitutionis Saul in regem, & illi debent addi super annos regni Saul, & Dauid: & super nouem annos regni Salomonis, post quos coniuncta sunt arca & tabernaculum. Samuel autem pluribus quàm 20. annis tenuit sacerdotium ante regnum Saul, vt colligitur. 1. Regũ 7. & 8. c. Nam Samuel tenuit sacerdotiũ postquam mortuus est Heli, qui in anno, quo arca Domini capta est corruit de sella sua, & expirauit, vt patet C primo Regum quarto capitulo. arca capta in eodem anno reducta est, vt patet primo Reg. sexto, & tũc portata fuit in Cariathiraim, vt patet primo Regum septimo. Et ab eo tempore erant arca, & tabernaculum separata: sed 20. annis postquam arca stetit in Cariathiarim Samuel orauit pro populo in Masphat, vt patet primo Regum septimo capitulo, sed adhuc non erat rex Saul, quia in capitulo sequenti, scilicet octauo agitur, quomodo Israelitæ petierint regem, cùm iam inueteratus esset Samuel, & filij eius iudicarent, & cõstituit Samuel Saulem in regem, vt patet primo Regum nono & decimo, ergo ad minus 20. annis ante regnum Saul essent arca & tabernaculum disiunẽta. Et sic computando pluribus quàm centum & decẽ annis, vel forte centum & quindecim fuissent arca & tabernaculum separata, sed non debent dari regno Saulis 40. anni si tempora Saulis computentur pręter tempora Samuelis. Aliter tamen dicendum videtur secundum computationem omnium chronographorum, scilicet Iosephi, Eusebij, Helinandi, Lucę Tuden. do qui computant tempora Samuelis, & Saulis quasi tempora vnius viri. Et faciunt ista tempora annorum 40. nam tempora Saulis per se solùm ponuntur fuisse tres anni, scilicet post mortem Samuelis. Et satis hoc videtur, quia Samuel mortuus est, dum Saul persequeretur Dauid: vt patet 1. Reg. ca. 24. sed modicum post cùm confugisset Dauid ad regem Achis, & mansisset ibi paruo tempore, Philistim congregauerũt agmina in Aphec, Saul iuit in bellum, & mortuus est cũ Ionatha filio suo in montibus Gelboe, vt patet primo Regum 30. c. tempora autẽ Samuelis per se ante Saulis regnum plura fuerunt, quàm 25. annorum: nam ad minus 20. anni patent ex textu, in quibus post arcam captam, & mortuum Heli erat sacerdos Samuel ante regnum Saulis, vt supra diximus, & colligitur primo Regum septimo capitulo. Sed post hoc transierunt aliqua tempora, vt colligitur ex octauo capitulo primi Reg. cùm dicitur, quòd postquã senuit Samuel constituit filios suos iudices, qui non ambulauerunt in vijs patris sui: sed secuti sunt auaritiam, & populus conquestus petijt regem a Samuele, & Samuel dedit:

Quãtum fuit tempus quo arca Domini a tabernaculo separata fuit: secundũ aliquos.

A nam post orationem factam in Masphat pro populo, & tempus, quo senuit, & constituit filios suos iudices aliquod spacium fuit, vt notatur primo Regum septimo capitulo, nam post orationem factam in Masphat, & senectutem Samuelis interponitur in septimo capitulo eiusdem libri, quòd iudicabat Samuel cunctis diebus vitæ suæ in Bethel, & Galgala, & Masphat per singulos annos, & reuertebatur in Ramatha locum natiuitatis suæ: & sic forte fuit istud spacium septem annorum, vel quinque: nam aliqui ponunt de historiographis regnum Saulis 13. annis solis durasse, & quia mortuus fuit annis tribus post mortem Samuelis, vt supra diximus manent tempora Samuelis, & Saulis coniuncta, scilicet dum vnus regnabat, & alius erat sacerdos fuisse decem annos solos.

QVAESTIO. XLI

CONCORDANDO ergo isti positioni, quæ vera est: dicendum est, quòd tempora Saulis, & Samuelis erunt 40. anni quibus addantur 40. anni quibus regnauit Dauid, scilicet septem in Hebron, & 33. in Ierusalem, vt habetur 3. Regum 2. c. & nouem annos regni Salomonis manebunt 89. anni, quibus mã sit arca segregata a tabernaculo. Præsupposito ergo hoc, non est coincidendum in mutationibus arcę, & mutationibus tabernaculi, sicut aliqui putant coincidere ex impotentia distinguendi. Et primo de mutationibus arcę dicam: arca nanque postquam capta fuit a Philistinis, mansit in terra eorum mensibus septem, vt patet 1. Regum 6. c. postea reducta fuit ad Israelitas, & venit ad agrum Bethsames, vbi erant messores, & mortuis ibi 70. viris de populo Dei & 50. milia de populo, vt patet 1. Reg. 6. Bethsamitæ miserunt eam ad Cariathiarim: nam vsque ad Cariathiarim venerunt pro ea, & posuerunt in Cariathiarim in Gabaa: nam ista non sunt diuersa, licèt appareant, & quorundam intellectum conturbent, vt magis declarabitur 1. Regum 7. c. mansit autem ibi arca Domini per totum tempus, quo fuit sacerdos Samuel, & regnauit Saul: nam posita arca in domo Aminadab sanctificauerunt Eleazarum filium eius ad custodiendum arcã, D vt patet in prędicto capitulo. Fuit totum istud tempus, quo mansit ibi arca, annorum 47. vel 48. nam accipiendi sunt 40. anni sacerdotij Samuelis, & regni Saulis, & septem anni regni Dauid; nam Dauid regnauit septem annis, & mensibus sex in Hebron, antequã regnaret super totum Israel: vt patet 2. Regum 5. c. & 3. Regum. 2. c. sed postquam ibi a toto Israel vnctus fuit fecit quoddam bellum contra Philisthim, & post illud adduxit arcam Domini de Cariathiarim siue Gabaa: vt patet 2. Regum 6. c. Bellum autem illud quod intercidit inter vnctionem Dauid in regem super totum Israel, & adductionem arcę, modicum videtur de tempore intercepisse; nam immediate vt factus fuit rex super Israel, factum fuit bellum illud, vt patet E 2. Regũ 5. ca. cũ dicitur: Audierunt Philisthim, quòd vnxissent Dauid in regem, & ascenderunt vniuersi, vt quererent Dauid, ergo postquam Dauid in regem vnctus est, facta sunt hæc: sed adductio arcę fuit immediate vt quieuit Dauid ab illo bello Philisthinorũ: ergo videtur, quòd fuit anno 8. regni Dauid: vel in principio noni computando a principio regni eius in Hebron. Satis ergo patet quòd arca manserit in Cariathiarim siue Gabaa in domo Aminadab annis 48. vel modicum plus: deinde Dauid cùm 30. milibus electis de Israel, & cum multis viris Iuda iuit in Gabaa, & adduxerunt arcam Domini, & cùm vellet adducere in domum suam, quia euenit mors miserabilis Ozæ, qui tetigit arcam, quæ casura videbatur, noluit intro-

Quãtum fuit tempus ĩ quo arca Dñi a tabernaculo separata fuit secundum ĩtẽti. doct.

introducere arcam in domum suam: sed fecit eam poni in domo Obethedom Gethæi. Tempus autẽ, quo mansit ibi arca fuit trium mensium: nam postquàm audiuit Dauid, ꝙ benedixisset dominus domui Obethedom propter arcam, assumpto magno populo, iuit in domum Obethedom Gethæi, & duxit arcam in domum suam, & parauit ei tabernaculum: ibique mansit non mota per trigintaduos ferre annos regni Dauid, & per nouem annos regni Salomonis: fuit autem vniuersum tempus illud annorum 41. vel modicum plus: quo mansit arca in domo Dauid vsque quo Salomon eam posuit in templo, quod ædificauerat, vt patet primo capitulo secundi Paralipo. Deinde mansit arca Domini cum tabernaculo in templo Salomonis vsque ad tempora Ieremiæ, qui fuit tempore destructionis ciuitatis Ierusalem: vt patet Ieremię 39. & 40. vbi dicitur quòd accepit eum Nabuzardam princeps exercitus Nabuchodonosor, & dixit ei quòd iret quocunque vellet, siue in Babylonem, siue maneret in terra Ierusalem. Iste Ieremias videns spiritu prophetico imminere vrbi desolationem, accepit arcam Domini, & tabernaculum, & altare incensorum, & tulit in locum sepulchri Moysi, & occultauit ibi cum ipso Moyse, qui fecerat, donec Deus velit reuelare: de hoc secundo Macha. 2. c. Ex superioribus ergo intuenti patere potest sufficiẽter de arca testi vbi fuerit a die, quo fecit eam Moyses vsque in præsentem diem. Circa tabernaculum est alia consideratio, nam tabernaculum simul cum arca fuerunt a tempore, quo condita sunt per desertum, & postea in Silo per multa tempora vsque ad diem, quo arca educta fuit in castra ad bellum contra Philisthinos: de quo 1. Regum 4. c. quid autem de arca postea factum fuerit iam dictum est: sed tabernaculum tunc manebat in Silo: & quia cognoscebat Samuel ex prophetico spiritu, quòd Deus repulisset Silo, transtulit tabernaculum in Nobe: ibi namq; erat tempore, quo regnabat Saul: vt patet primo Regum 21. c. nam ibi erat Abimelch sacerdos, ad quem accessit Dauid, vt daret ei panes saltem quinque, & respondit, quòd non erant ibi, nisi panes sancti, scilicet panes propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini: sed panes propositionis ponebantur in mensa, quę erat intra tabernaculum: de hoc Exo. 25. c. Et ponebantur panes isti cum mensa ante velum, quod expãditur ante Sancta Sanctorum in latere septentrionali, vt patet Exo. 26. c. necessarium erat ergo dicere, quòd in Nobe erat tũc tabernaculum cum omnibus vasis suis & altaribus, nihilque deficiebat præter arcam Domini, quæ tunc erat in domo Aminadab in Cariathiarim: mansit autem tabernaculum Domini ibi vsquequo Saul deleuit Nobe in ore gladij viros, & mulieres, magnos, & paruos, & ouem, & bouem, & asinum, & non mansit ibi quisquam. Tunc autem transferri fecit tabernaculum in Gabaon, vbi mansit vsque ad tempora Salomonis, qui iuit illuc cum omni Israel, & adduxerunt tabernaculum cum omnibus, quæ in eo erant, & altare ęreum, in quo sacrificia immolabantur, quod ponebatur ad introitum tabernaculi. De his secundo Paralipo. primo capitulo. Post manserunt arca & tabernaculum simul in templo Salomonis vsque ad tempus Ieremiæ, qui, vt diximus, tulit arcam in absconsum locum sepulchri Moysi, tabernaculum autem scilicet cortinas, & altare incensi tulit cum arca, & manserunt ibi: cętera manserunt in Ierusalem: de hoc secundo Machabe. secundo capitulo. Et ceterorum manentiũ quædam delata sunt in Babylonem per Nabuchodonosor in prima trãsmigratione, scilicet omnia vasa aurea, & argentea, quæ erant valoris magni: vasa ærea, quæ manebant & columnæ ęreę cum capitellis, & cętera supellectilia ęrea

Omnia vasa aurea & argentea

F confregit Nabuzardam, & tulit in massas in Babylonem: de 1.4. Reg. 24. c. de hoc 2.4. Regum 25. c. Cętera autem, quæ lignea erant, vt tabulata tabernaculi, quæ fecerat Moyses, vt patet infra 16. & Cherubin, quæ fecerat Salomon conbusta sunt, quia incendit Nabuzardam totam domum Domini: vt patet quarto Regum 25. c. & Iere. 39. Postquam autem transierunt in Babylonem, manserunt illa vasa sanctuarij aurea, & argentea illęsa apud Nabuchodonosor, & apud Euilmerodac filium eius: nam Nabuchodonosor asportauerat omnia ista vasa, & posuit in templo Dei sui: vt patet primo Esdrę primo capitulo: Balthasar autem, qui erat nepos Nabuchodonosor, cùm quadam die stans in cõuiuio esset temulentus, mandauit

templi: Nabuchodonosor in Babylonẽ in prima trãsmigratione tulit.

G proferri vasa illa Domini, & allata sunt, atque bibit in eis ipse, & concubinæ eius, atque optimates eius: vt patet Daniel. quinto capitulo. Et propter hoc indignatus Deus dedit tres digitos scribẽtes in pariete, Mane Techel, Phares, in quibus destructio regni Chaldęorum, & translatio ad aliam gentem notabatur. Completo autem tempore, Cirus rex Persarum, qui fecit redire captiuitatem Iudęorum in terram suam, dedit omnia ista vasa, quæ fuerant allata de Ierusalem, Iudæis, vt asportarent in Ierusalem, vt patet primo Esdrę 1. c. iste qui supra dictus fuit est exitus tabernaculi, & arcę, & cęterorum, quæ Moyses fabricauit in deserto iubente Domino, & eorum, quæ postea fecit Salomon.

H

QVAESTIO. XLIII.

VTRVM autem reductis istis vasis in Ierusalem, & ędificato templo secundo, constructum fuerit tabernaculum integrum tale quale Moyses in deserto fabricauerit, vel tale quale Salomon fecit, ex scripturis non constat: nam de eis, quæ post reditum de captiuitate Hebræi egerunt, nihil habemus, nisi Ageum prophetam, & Zahariam, qui historiam ad hoc pertinentẽ nullam texunt, sed ædificantes templum ad festinandum excitant: habemus librum Esdrę, & Neemiæ, qui labores redeuntium, & reędificantium narrant: habemus & libros Machabęorum,

Vtrũ post quàm vasa tẽpli reducta sũt in Ierusalem esset tabernaculum constructum.

I qui historias bellorum ab insurgentibus aduersarijs continent, in quibus nihil tale, quale inquirimus, videtur inueniri posse. Dicendum tamen est quòd post reditum de captiuitate ipsi restaurauerit aliqua prioribus similia facientes, Cherubin, & Sancta Sanctorum, & mensam, atque candelabrum, & cętera cùm altari holocaustorum, vt nihil ibi defuerit, q̄d nõ sit nisi arca: non enim videbatur aliqua necessitas faciendi arcam, quia arca erat ad conseruandum tabulas legis, & vrnam, & manna, & virgam Aaron, quæ frondueRat: vt patet ad Hebrę. nono capitulo: sed tunc nihil erat inter eos horum, cùm trãsduxisset ea Ieremias in locum sepulchri Moysi, vt supra diximus: esset ergo arca inutilis si fieret. Quod autem reliqua fuerint po-

K stea in templo, patet, quia de altari thymiamatis habetur Lucę primo capitulo, vbi dicitur, quòd Zacharias erat sacerdos de vice Abia, & intrauit, vt poneret incensum, & apparuit ei Angelus Domini a dextris altaris incensi. Erat autem altare incensi altare thymiamatis, de quo infra 30. c. quod erat de lignis setim, habens vnum cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, & duos cubitos altitudinis, & vestitum erat auro. Quod autem esset Sancta Sanctorum & facta vela pendentia ante Sancta Sanctorum, & ante ostium tabernaculi patet, quia vt dicitur Mat. vigesimoseptimo, Christo moriente velum tẽpli scissum est in duas partes a summo vsque ad deorsum hoc autem est velum, quod pendebat ante Sancta Sanctorum, de quo

dicitur

dicitur infrà vigesimosexto capitulo, quòd fiebat velum illud de hiacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario pulchra varietate contextum, quod appendens ante quatuor columnas de lignis setim, quæ quidem ipsæ deauratæ erãt, & habebant capita aurea, sed bases argenteas. Quod autem esset post reditum de Babylone altare æneum, in quo immolarent, patet, quòd non poterant sacrificare, nisi in templo in altari holocaustorum, vt patet Leui. 17. c. sed constat ꝙ post reditum de Babylonica captiuitate erant multa sacrificia, vt patet secundo Macha. 3. c. vbi dicitur quòd Seleuchus rex Asiæ præstabat de redditibus suis omnes impensas ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Idem patet, quia quandocunque aliquis nascebatur siue masculus, siue fęmina, debebat in purificatione matris offerri in templo, & redimi, si erat primogenitus quinque siclis, & siue primogenitus esset siue non, offerri debebat vnus agnus pro holocausto, & vna turtur, siue pullus columbæ pro peccato, & hæc imolabantur ad ostium tabernaculi: si autem mulier pariens pauper esset, duos turtures aut duos pullos columbarum: vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, vt patet Leui. 12. c. Et si dicas, quòd fortè post redditum de Babylone non fiebant tales ritus. Respondetur quòd falsum est, nam pro Christo nascente ista obseruata sunt: vt patet Luc. 3. c. vbi dicitur, quòd parentes Iesu tulerunt eum, postquam venerunt dies purificationis, vt sisterent coram Domino secundum legem Moysi: & ponitur de oblatione facta: quòd etiam fierent illo tẽpore sacrificia, patet, quia ideo vendebantur in templo columbæ, vt ex eis emerent pauperes ad sacrificia. De hoc Mat. 21. c. vbi dicitur: quòd Christus ingressus in templum facto flagello de funiculis euertit mẽsas nummulariorum, & cathedras vendentium colũbas, atque effudit omne æs: & vendentes atque emẽtes proiecit: necessariò ergo erat altare æneum illo tẽpore cùm fierent sacrificia, nam sine illo fieri non poterant. Concluditur ergo post redditum de Babylonica captiuitate fuisse omnia, quæ pertinebant ad ritum ministrorum, scilicet vestes sacerdotales, & altaria, & cętera supellectilia tabernaculi præter arcam.

Post captiuitatẽ Babylonicã fuit altare holocaustorum in templo.

Dubium. His dictis est dubium, quia hic dicitur offeretis super illud holocausta vestra, pacifica vestra in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei: cũ ergo ex tempore, quo arca capta fuit a Philisthinis, vt patet primo Regum quarto capitulo, nunquam fuerint arca & tabernaculum simul vsque ad tempora in quibus finiuit Salomon templum, quod fuit spacium 89. annorum, vbi debebant fieri sacrificia? nam hic dicitur quòd debebant fieri sacrificia in omni loco, vbi esset memoria nominis Dei.

Respõsio. Sciendum est enim vtrũ memoria nominis Domini esset; vbi erat arca, vel vbi erat tabernaculum: satis videtur, quòd memoria nominis Domini esset vbi erat arca, vt patet secundo Regum 6. c. cùm dicitur: Surrexit Dauid, & abijt ipse, & vniuersus Israel, vt adducerent arcam, super quam inuocatum est nomen Domini exercituum sedentis in Cherubin super eam: licebat ergo offerre victimas vbicunque esset arca. Et patet hoc secundo Regum sexto capitulo: nam cùm Dauid rursus transferret arcam de domo Obethedon, cùm transiret sex passus ille, qui portabat arcam, immolabant bouem, & arietem. Idem patet, quia quando Dominus reduxit arcam, quæ tenebatur in terra Philisthinorum ad agrum Bethsames, viri Bethsamitę obtulerunt victimas & holocausta illo die coram Domino: satis enim immolabatur nomini Domini super arcam, vel erat memoria nominis Domini super eã, quia inter Cherubin, qui erant super arcam loqueba-

A tur Deus: vt patet secundo Regum sexto, & infra vigesimoquinto capitulo, cùm dicitur, quod faceret arcam, & poneret supra Cherubin, & propitiatorium: & subditur: Inde pręcipiam, & loquar ad te, supra propitiatorium ac de medio Cherubin, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo filijs Israel. Idem patet Numeri septimo, cùm dicitur: Cunque ingrederetur Moyses ad tabernaculum fęderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubin, vnde & loquebatur ei. Et sicut ex isto fundamento arguitur, quòd liceret coram arca immolare, quia super eam erat inuocatum nomen Domini: ita arguetur quòd in loco tabernaculi offer-

Erat memoria dñi sup arcam & corã ea dño imolabatur.

B re liceret, dato quòd non staret ibi arca: nam eodem modo memoria nominis Domini erat vbi erat tabernaculum, sicut vbi erat arca: nam sicut Deus loquebatur super arcam de medio Cherubin, vt declaratum est: ita etiam loquebatur ante ostium tabernaculi super altare holocaustorum, vt patet infra vigesimonono capitulo, cùm dicitur: Sacrificiũ est Domino oblatione perpetua in generationes vestras ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, vbi constituam vt loquar ad te, ibique pręcipiam filijs Israel. Imò videtur quòd rationabilius est, quòd offerretur ĩ loco, vbi esset tabernaculum, quàm in loco vbi esset arca solũ: quia locus determinatus ad immolandum erat atriũ tabernaculi, & hoc in altari holocaustorum: vt patet

Rationabilius erat eo tpe quo arca, & tabernaculũ seiũcta erãt offerri in tabernaculo, q̃ corã arca.

C Leu. decimoseptimo capitulo: sed altare holocaustorum non consequebatur arcam sed tabernaculum, scilicet quòd ad quemcunque locum portaretur tabernaculum, illuc portabatur & altare: non autem sic de arca: & patet hoc secundo Paralipo. primo capitulo: nam cùm vellet Salomon in templo quod ædificauerat ponere arcam & tabernaculum cum altari holocaustorum, reperit arcam in Ierusalem in domo Dauid: altare autem æreum reperit cum tabernaculo in Gabaon. Item ibi licitum erat facere sacrificium, vbi erãnt ministri Dei, qui facere debebant sacrificia, & in hoc prosus vacabant, vt Dei opus complerent: sed in loco tabernaculi maior ministrorũ copia erat, quàm in loco vbi erat arca, ergo ibi magis licebat sa-

D crificare. Antecedens patet: nam arca Domini postquam reducta fuit de terra Philisthinorum ducta fuit in domum Aminadab: & solùm fuit sanctificatus, vel consecratus filius eius Eleazarus ad custodiam arcæ: vt patet primo Regum septimo capitulo, & supra declaratum est: sed tabernaculum postquam de Silo mutatum est, fuit translatum in ciuitatem Nobe, vt supra declaratum est, & in ciuitate illa erat sacerdos magnus Achimelech: vt patet 1. Regum 21. c. & cùm eo erant 85. alij sacerdotes, quos omnes occidit Saul præter Abiathar, qui euadere potuit: vt patet primo Regum 22. c. Item patet ibi esse valde licitum sacrificia facere: nam post mortem Ieremiæ qui portauit arcam ad locum sepulchri Moysi, & post reditum

E de Babylonica captiuitate factæ: sunt immolationes multæ vt supra declarauimus, & tamen non erat arca in tabernaculo. *Obiectio.* Sed forte argues, quòd non licuerit offerre sacrificia coram arca, quando ipsa non erat intra locum tabernaculi, quia Leui. decimoseptimo c. dr̄: Homo de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit, vt offeratur domino: interibit de populo suo.

Solutio. Respondetur quòd hoc intelligitur, quando arca erat intra tabernaculum, de lege communi non licebat offere extra atrium tabernaculi: sed cum ipsa extra esset, vbicunque esset, licebat offerre. Et patet, quia viri sancti hoc faciebant, vt Dauid, & Deus hoc tanquam

licitum

Licitum erat sacrificia facere coram arca quando ipsa a tabernaculo erat separata.

licitum permittebat. Etiam quia ex textu satis hoc innuitur: nam cùm hic dicatur quòd vbicunque esset memoria nominis Domini debebant offerre, & in arca erat memoria nominis Domini, quia super eam erat inuocatum nomen Domini, vt patet secundo Regum sexto capitulo, & vt supra declarauimus: ergo coram ea licebat immolare. Sciendum autem, q̃ non solùm in his duobus locis, vbi regulariter debuissent offerri holocausta, scilicet coram altari holocaustorum in tabernaculi atrio, vel coram arca Israelitæ tempore, quo arca, & tabernaculum erant seiuncta offerebant: sed etiam in alijs locis; nam in Hebron immolabat maior pars populi Israel: & ibi fiebant magna vota & oblationes: & tamen ibi nec erat arca, nec tabernaculum, vt patet ex dictis nam tempore Dauid quando arca erat in domo sua: & tabernaculum in Gabaon: immolabat populus in Hebron; vt patet secundo Regum 15. c. nam Absolon filius Dauid petiuit ab eo licentiam, vt permitteret eũ ire ad immolandum in Hebron, quia cùm staret exul in terra Gessuri vouerat vota Domino, vt iret in Hebron ad immolandum: licèt autem hoc falsum fuerit; quia hoc Absolon commentabatur, vt haberet locum coniuratio sua contra patrem, tamen secundum veritatem ipse ibi oblationes obtulit, & vota falsa soluit, & totus populus ibi immolabat; vt patet eodem capitulo. Eodem modo in Ramatha fiebant oblationes tempore Samuelis, nam ipse construxerat ibi altare, vt patet primo Regum septimo, Etiam Samuel solitus erat immolare vbicunque vellet: nam in Masphath immolauit, vt patet primo Regum septimo capitulo, cùm dicitur: Tulit Samuel agnum lactantem vnum, & obtulit illum integrum in holocaustum Domino, Etiam obtulit sacrificium in quadam alia ciuitate, quando iuit ad eum Saul ad inquirendum de asinis patris sui; vt patet primo Regum nono capitulo, Etiam obtulit sacrificium in Bethlehem quando iuit ad vngendum Dauid in regem: vt patet primo Regum 16. capitulo. Et quòd plus est, quia ibi innuitur quod erat ei licitum immolare vbicunque vellet, nam istam excusationem mandauit ei Deus dicere: Ad immolandum Domino veni, Et tamen si non esset sibi licitum immolare vbicunque vellet indistinctè non fuisset bona responsio ista; sic patet in alijs locis. Dicitur ad hoc, quòd de hac immolatione, quæ fuit facta in Bethlehem, non est dubium, quin licita fuerit, quia per mandatum Domini facta est; vt patet primo Regum 16. c. de alijs autem, quas faciebat in alijs locis, licèt non manifeste dicat litera, quòd Deus mandauerit eas fieri; quia tamen Samuel erat vir sanctus, & Propheta magnæ auctoritatis, credendum est, quòd Deo mouente ista ageret, sicut supra dicebamus de Elia; nam non minoris auctoritatis erat in populo Samuel, quàm fuit Elias. Imò valde maioris, quia non approbabatur a toto Israel; Samuel autem à toto populo conformiter atque concorditer iudicabatur vir maximę auctoritatis, & iudex totius populi; vt patet primo Regum septimo capitulo, & propheta fidelis Domini, vt patet primo Regum tertio capitulo, cùm dicitur: Et cognouit vniuersus Israel a Dan vsq; Bersabeæ, quòd fidelis Samuel Propheta esset Domini. De immolatione autem, quæ fiebat a toto populo in Hebron dicendum, quòd habuit ortum a Dauid: nam Dauid cùm esset Propheta Domini, quidquid ille faceret, credebatur, vt à Deo motus facere, & reputabatur iustum. Regnauerat autem Dauid septem annis, & mensibus sex in Hebron, & tunc offerebat Domino victimas suas in Hebron: de regno suo ibidem patet secundo Regum quinto capitulo. Satis autem verisimile est, cum ibi incepisse immolare: nam antequam ipse ibi

Immolatio, quæ fiebat in Hebron a populo Hebræorum habuit a David.

F moraretur, non legitur quòd aliquis immolaret in Hebron. Quod autem Absolon voluerit immolare Domino in Hebron vel verè, vel fictè: fuit, quia cum esset puer, & maneret ibi cùm patre suo Dauid videbat Dauid immolantem, & ex hoc induci poterat, vt magis voueret ibi domino immolare, quàm in aliquo alio loco terræ Israel. Quod autem ibi Dauid immolauerit satis est verisimile: nam cùm ipse regnaret in Hebron, nõ erat in terra sua arca domini, quia erat in Cariathiarim: ideo quando ipse factus est rex super totum Israel, immediate duxit arcam in ciuitatem suam: vt patet secundo Regum sexto capitulo. Nec etiam erat tabernaculum in terra sua, quia erat in Gabaon, non habebat ergo locum, in quo offerre posset secundum legem communem: ex lege autem speciali poterat immolare in quocunque alio loco, sicut faciebat Samuel, vt supra declarauimus: immolabat ergo in Hebron vbi erat sedes præcipua regni sui: populus autem assumpta auctoritate ex facto Dauid, immolabat postea in eodem loco. Et licèt immolatio facta ibi fortè non esset peccatum, quia populus assumebat auctoritatem ex facto Dauid, qui erat Propheta magnus, tamen peccabat in immolando in multis alijs locis; nam & in excelsis montibus adolebant Thymiamata, & faciebant holocausta: & hoc ad idolatriam occasio erat: & Deus ista prohibebat, & reges, qui ista vetuerunt multum laudantur: illi autem qui non abstulerunt ea, licèt aliàs boni essent, tamen ex ista parte aliqualiter vituperantur, vt patet in tertio & quarto Regum, discurrendo, quia de bonis regibus, qui tamen perfectè boni non erant, dicitur: Verumtamen excelsa non abstulit. De hoc patet quarto Regum 18. c. de Ezechia rege, qui excelsa abstulit.

An in excelsis sacrificarent Israelitæ solum.

QVAESTIO. XLIIII.

SED dices quòd ista excelsa non erant loca in quibus populus Israel immolaret Deo cęli incensum, vel holocausta, sed loca vbi colebant statuas & omnem militiam cęli: & faciebant abominationes multas: vt patet in eodem 18. c. cùm dicitur: Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos. Respondetur quòd duplicia erant excelsa. Quædam erant excelsa, quæ erant deputata ad cultum Dei veri, & sacerdotes erant ibi de bonis & colentibus Deum. Alia erant excelsa, vbi colebant dæmonia, & militia cęli & duodecim signa, & statuæ, & ibi erãt mali sacerdotes. Ista distinctio excelsorum & sacerdotum habet quarto Reg. 23. c. vbi dicitur in laudem Iosiæ: Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda, & cõtaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes de Gabaa vsque Bersabeæ: & destruxit aras portarum in introitu ostij Iosiæ principis ciuitatis, quod erat ad sinistras portæ ciuitatis: verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem: sed tamen comedebant Azyma in medio fratrum suorũ. Ecce manifestum est quòd isti sacerdotes excelsorum non erant sacerdotes idolorum, sed Dei: quia si essent sacerdotes idolorum, non solùm prohiberentur ab accessu altaris Dei, sed etiam ab omnibus alijs, & occiderentur a tali rege iusto, qualis erat Iosias, qui totam idolatriam mundauit, vt patet in eodem capitulo. Sed tamen isti permittebantur inter alios sacerdotes domini, qui erant fratres sui, comedere panem, & nullum malum eis fiebat: ergo non erant sacerdotes idolorum, sed isti immolabant in excelsis: vt patet eodem capitulo, immolabant Deo in excelsis. Alij erant sacerdotes excelsorum, qui colebant idola. De his etiam in eodem c. 23. subiungitur: Insuper omnia Fana excelsa, quæ erant in montibus Samarię, quæ

quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Iosias, & fecit eis secundum omnia quæ fecerat in Bethel: & occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant super altaria, & combussit ossa humana super ea. Ecce qualiter patet distinctio inter immolationes excelsorum, & inter sacerdotes: nam quidam sacerdotes excelsorum trucidabantur, alijs dabantur cibaria inter fratres suos, ergo videtur quòd quidam colebant idola, alij autem non.

Altare, de quo hoc dicitur, q̃ deberet de terra fieri: est altare holocaustorum.

Nunc autem sciendum, quòd quando hic dicitur quòd altare debeat fieri Domino de terra, vel de lapidibus impolitis, licèt intelligi possit de altari æneo, quod erat ante ostium tabernaculi, quod implebatur terra vsque ad locum, in quo accendebatur ignis, vt declaratum fuit supra, & sic erat altare de terra: tamen magis intelligitur de alijs altaribus. Nam mandato, quòd fieret altare de terra, vel de lapidibus impolitis, intendebat Dominus vitare idolatriam, si reducerentur lapides politi ad certam figuram, quæ foret adorabilis: in altari tamen æneo holocaustorum non erat hoc periculum: nam cùm parietes eius, qui videbantur, essent de lignis setim, & cooperti æneis laminis, & reticulo secundum formam quadrangulam, quidquid intra poneretur siue lapides, siue ligna, siue terra, apparere non poterant: quod autem non videtur in corporibus est apud nos tanquam non sit, ideo adorari non poterat: in alijs autem altaribus, quæ nullo ligneo, aut æneo tegmine velabantur, erat periculum magis idolatriæ, quia ipsum altare construeretur ita, vt posset exprimere saltem imperfectè aliquam similitudinem rei viuentis, & sic adorari posset: diligentissime ergo cauendum erat quòd cùm immolarent coram Deo in altari per se stante, non poterat immolari in altari æneo quod fecerat Moyses: cauendum namque vt ipsum altare vel de terra fieret, vel de lapidibus non politis. Et sic fiebat etiam quandocunque ex dispensatione temporum, vel personarum immolabatur in alio loco, quam ad ostium tabernaculi: vel coram arca: vt quando Samuel immolauit in Masphath, vel in Bethlehem, vel construxit altare in Ramatha, vel immolationem passus est fieri in Galgalis: vt altaria fierent de terra, vel de lapidibus rudibus: Idem quando Dauid immolabat in Hebron, & reliquus populus, vel quando in excelsis montium immolabant Deo vero, credendum semper est quòd in altaribus de terra, aut de lapidibus impolitis immolabant: nam ibi multum talia seruari decebat. Patet hoc in immolatione, quam fecit Elias in monte Carmeli coram omni populo, & sacerdotibus atque Prophetis Baal: nã ibi altare de lapidibus fecit, vt patet tertio Regum decimooctauo capitulo: sic etiam obseruatum fuit tempore Iudicum: nam fiebant aliqua altaria Domino in aliquibus ciuitatibus, & illa fiebant de lapidibus.

Veniam ad te, & benedicam tibi. Hoc refertur ad superiora, scilicet in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te & benedicam tibi. Et tunc illa determinatio, scilicet in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, refertur ad duo, scilicet ad illud primum: altare de terra facietis mihi, & offerretis super eo holocausta, & pacifica vestra in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei: & secundum hoc determinatur locus immolandi, & ponendi altare, scilicet quòd solùm ponatur in loco vbi fuerit memoria nominis Dei. Refertur etiam ad inferius, scilicet ad hoc quod hic ponitur, & est sensus: etiam in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei; veniam ad te, & benedicam tibi: & iste sensus verus est coniungendo illam determinationem mediam superiori, & inferiori. Sed secundum punctuationem literæ potest esse alius sensus etiam verus, scilicet quòd ista determinatio in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, solùm coniungatur inferiori, scilicet: veniam ad te, & benedicam tibi: & tunc sunt duæ sententiæ. Prima quòd altare de terra faciendum sit, & ibi holocausta, & pacifica immolanda sint. Secunda sententia, quòd Deus promittat sacrificantibus bona, dicẽs: in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei veniam ad te: & benedicam tibi. Et licèt secundum istum sensum non determinetur locus immolandi, & construendi altare sicut innuebatur in altero: tamen subintelligendum est: nam cùm dicitur, altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta vestra & pacifica vestra, licèt non dicatur vbi: tamen intelligendum est, quòd ista altaria fiant in locis secũdum determinationem legis debitis: sed in Leuitico c. 17. & Deute. 12. limitatur locus tabernaculi ad immolandum: ergo ibi solùm fieri debebant ista altaria: si autem alibi facta sunt, vt supra diximus, ex dispensatione temporum, & personarum factum est.

Qualiter Deus dicatur ire vel venire.

QVAESTIO. XLV.

Veniam ad te.

DEVS ad nullum locum venire potest, nec ad aliquem locũ ire, cùm Deus vbiq; & semper sit: ire autem vel venire est per acquisitionem loci & deperditionem: quod solis substantijs finitis competit: corporibus quidem proprie, spiritibus autem per aliquẽ modum: quod autem infinitum est, siue secundum quantitatem, vt si poneretur tale corpus: vel infinitũ secundum essentiam, vt Deus non potest ire ad aliquem locũ: nam quod mouetur, dum est in termino a quo, non est in termino ad quẽ: nam tunc non esset motus, cùm ad acquisitionem termini cesset motus: sed quod infinitum est, vel quantitate vel essentia simul vbique est: ergo ad nullum locum mouetur. De corpore infinito, si esset, satis patet cuilibet q̃ illud nõ possit moueri secundum se totum perdendo totum locum, & acquirendo alium locum segregatũ a priori: licèt Philosophus in 1. Physic. loquens contra Melissum dicit corpus infinitum posse moueri: sed ille motus, quẽ ipse ponit quantum ad partes rei est f̃m locũ, sed quantum ad totam rem est secundum situm. Et patet per exemplum, quod ipse ponit ibi. s. de aqua mota in vase cuius pars mouet, & potest tota moueri, tamen non deserit locum, sed situm secundum rarefactionem & condensationem motis partibus vel motu circulari. De Deo aũt quia non est quantus, non ita patet: nam infinitas essentiæ non mensuratur quantitate locorum: nam infinitas esse est secundum gradus perfectionis: essentia autem diuina habet infinitos gradus perfectionis, ideo vocatur infinita: & Deum dicimus infinitum secundum essentiam, idest diuinam essentiam esse infinitam: ista aũt perfectio infinita in essentia, vt sic, non arguit esse vbique, vel omnia occupare: nam a perfectione substantiæ non insurgit occupatio loci. Et hoc aliqualiter potest patere per intẽsionẽ accidentiũ, & perfectionem substantiarũ. De accidentibus patet: nam accidentia habent quandã perfectionẽ f̃m magis intẽsum, & minus intensum: albedo namque, quę intẽsior est perfectior est: vt illa albedo, quæ est in xx. gradibus intensa, est perfectior illa, quæ est in quinque gradibus. Sed in his non consequitur quantitatis magnitudo ad perfectionem albedinis, scilicet quòd nõ est semper illa albedo extensior, quæ est intensior: nam albedo margaritæ est intensior albedine equi. Et tamen albedo equi est extensior, & maior albedine margaritę: nam perfectio est ibi, vt proprietas formæ: extensio est proprietas materiæ, quæ immediate recipit quantitatem. Idem patet in

Corpus infinitum secũdum q̃titatẽ non potest localiter moueri. 3. c.

Quomodo Deus est infinitus.

in perfectione ſubſtantiarum: nam illa ſubſtantia, quę magis habet de perfectione, ideſt plures gradus perfectionis ſubſtantialis, magis appropinquat ad naturam infinitam: nam ſicut quantitatem illud corpus quantum quod habet plures partes æquales quantitatis, eſt magis propinquum ad eſſe infinitum corpus, quam id quod habet paucas partes æquales eiuſdem quantitatis: ita illa natura, quæ plures gradus ſubſtantialis perfectionis, qui vocantur eſſentię, habet: magis appropinquat ad eſſe infinitam eſſentiam. Dantur namque gradus in ſubſtantijs perfectionis ſubſtantialis, ſicut dantur gradus intenſionis in accidentibus, vel exceſſus magnitudinum in quantitatibus, licèt ſubſtantiæ non intendantur, & remittantur. Sic enim ait Phyloſophus, quòd ſpecies ſunt ſicut numeri, ideſt excedentes ſe ordinatim in perfectione ſubſtantiali ſecundum gradus eſſentiæ: quantum ergo aliqua ſubſtãtia plures gradus perfectionis ſubſtantialis habeat, tãtum magis accedit ad naturam infinitæ eſſentiæ, non tamen conſequitur maior extẽſio ad magis habere de gradibus perfectionis eſſentialis, vt patet in homine, & elephante, vel dracone. Sunt enim elephantes admirãdæ magnitudinis, & dracones Aethiopici atq; Indici, tamẽ ad perfectionem ſubſtantiæ humanæ non accedunt: nam natura humana in multis gradibus ſubſtantialis perfectionis excellit dracones & elephantes. Et non ſolùm excellitur homo à draconibus, vel elephantibus in mole corporea per accidens, ſed ex determinatione ſpeciei: nam ſpecies humana non determinat ſibi tantam magnitudinem, quanta eſt elephantis, quia omnium natura cõſtantium, poſita eſt menſura magnitudinis, & augmenti, vt ait Phyloſophus in ſecundo de Anima in capit. de nutritiua potentia: patet ergo, quòd magnitudo quantitatis extenſæ & occupatiuæ non conſequatur magnitudinem, vel maioritatem perfectionis accidentium, vel ſubſtantiarum, ſcilicet quòd dum aliquod accidens eſt perfectius, vel ſubſtantia, q̃ tanto habeat maiorem quantitatem, vel plura occupet. Sic ergo conformiter in Deo, licèt Deus ſecundum eſſentiam infinitus ſit, non ſequitur, quòd plura occupet. Imò nihil eſt, quòd minus occupet, quàm Deus, quia nihil occupat, & nihil eſt, quòd minus impediatur eſſe cum qualibet re, quàm gradus: nam angelus non poteſt manere intra animam noſtram, Deus tamen illabitur ei, & totus intus manet: nihil ergo magis indiuiſibile, & minus occupans quàm Deus eſt. Si ergo dicatur, quòd Deus vbique ſit, non eſt intelligendum, q̃ ſit vbique tanquam omnia occupans, ſicut corpus occupat totum ſpacium, vbi eſt: non ergo Deus dicitur omnia replere, tanquam omnia occupet, quia eſt infinitus in eſſentia directè: ſed ex alia radice hoc euenit. Eſt ergo in hoc aliqua ſimilitudo inter Deum, & formas ſpirituales: formæ namque ſpirituales non occupant locum: nec ſunt in loco propriè loquendo, quia non habent id, per quod ſint in loco, ſcilicet quantitatem, ſecundum quam applicetur extremum rei locatæ ad rem loçantẽ: dicuntur tamen eſſe in loco ſecundum naturam virtutis ſuæ: anima namque noſtra dicitur eſſe in homine, & nullo modo ẽ extra ipſum hominem, quem informat & per hoc eſt limitata, quia perfectio ſua non eſt tanta ſecũdum eſſentiam, vt ipſa poſſit eſſe vbique: nunc autem in illo homine, in quo eſt, dicitur, q̃ eſt tota in toto, & tota in qualibet eius parte, vt ait Auguſtinus, & omnes in hoc conſentiunt, etiam Phyloſophantes, licèt non tenuerint iſtum modum loquendi. Dicitur autem eſſe in toto tota, accipiendo totum Cathegoricè: pro eo quod eſt totum: nam ſi acciperetur Sincathegoricè, non differt primum dictum à ſecundo, ſcilicet quòd idem eſſet eſſe totam in toto, q̃ eſſe totam in qualibet parte: & tunc

Quantum aliqua ſubſtantia plures gradus perfectionis ſubſtãtiale hẽt tãto magis accedit ad naturã infinitę eſſẽtiæ.

Licet Deus ſecundum eſſentiam infinitus, non tamen plura occupat loca.

Quomodo anima rationalis eſt tota in toto & tota in qualibet parte.

vnum eſſet ſuperfluũ: & eſt ſenſus, quòd anima eſt tota in toto, ideſt anima tota, ſcilicet indiuiſibilis ẽ in toto, ideſt in homine, qui eſt totũ. Et non vult dicere, quòd eſt tota in toto, ideſt tota in qualibet parte hominis, qa hoc pertinet ad ſecũdum dictũ, & tota qualibet parte, in qualibet parte virtutem motiuã, & actiuam influit ſecundum diuerſitatem virtutum animę: quia anima, quę habet plures gradus perfectionis, in pluribus partibus facit virtutum diuerſitatem. Nam quędam animę dant omnibus partibus virtutem vegetatiuam, & non aliquam alteram, vt arbores, & herbæ. Quædam dant vegetatiuam, & tactiuam, vt omnia animalia, ſiue pfecta, ſiue imperfecta. Ea autem, q̃ imperfectiſſima ſunt, ſolam virtutem vegetatiuã, & tactiuam omnibus partibus corporis impartiuntur, vt conchilia naturaliter petris affixa, q̃ non habent naturaliter principium motus progreſſiui. Quædam impartiuntur omnibus partibus vegetatiuam, & quibuſdam motiuam ſecũdum locum, & quibuſdam viſiuam, & auditiuam, & ſic de cęteris viribus animæ organicis tam interioribus, q̃ exterioribus. De his Ariſto. in 2. de Anima cap. de gradibus animæ. Anima autem ſicut ait Phyloſ. in 3. de Anima vnitur corpori tripliciter, ſ. vt motor, vt forma, vt finis. Vnitur ei vt finis, quia ad hoc eſt corpus, vt perficiatur per animã: nam cùm finis habeat ratione boni, & perfecti, in quo eſt ſiſtẽdum, quidquid ordinatur in alterum, vt in bonum ſuum, ordinatur in illud vt in finem ſuum, licèt ſit differentia in finibus, ſicut declarat Phyloſ. in 1. Ethy. de quibus nihil ad præſens declarare attinet, vt poſſimus aliquid eorum, quę incepimus exprimere: vt nõ cõtingat nobis, ſicut in fine primi Ethy. dicitur, q̃ quæ extra opera ſunt plura fieri operatis, cũ ergo corpus ordinetur in animam, vt in bonum, & perfectionem ſuam: oportet q̃ ordinetur in eam tanq̃ in finem ſuum, & ſic patet primus modus vnionis, ſ. q̃ anima vnitur corpori, vt finis. Vnitur ei etiam vt forma: forma namq; eſt, quæ dat eſſe ſpecificum, ſ. eſſe hominem, eſſe capram, & ſic de cœteris: vnitur ergo anima corpori tanquã forma, ideſt tanq̃ dans ei eſſe determinatum alicuius ſpeciei, quod corpus ſecundum ſe nec habet, nec ẽ poſſibile habere: anima namq; humana, cùm vnitur corpori, quod nõdum eſt humanum, dat ei eſſe humanũ, & ex vnione reſultat eſſe hominem. Et iſta vnio ſolùm dicit informationem ad eſſe alicui ſpeciei, & non aliquid alterum, ſ. q̃ cùm anima vnitur corpori dat eſſe corpori, faciendo q̃ ſit corpus hominis, qui reſultat, & nõ dat aliquid aliud, ſ. quia nec facit videre, nec audire, nec ambulare, nec vegetari, ſed ſolũ eſſe hominem. Tertia vnio eſt, quia vnitur anima corpori, vt motor: nam nõ ſolùm anima dat corpori, q̃ ſit, ſed etiam mouet illud influendo in illud ſecundũ virtutem ſuam deriuando influentias ſuas ad diuerſas partes eius: nam quibuſdam partibus influit virtutẽ motiuam totius corporis, vt neruis, & partibus muſculoſis: quibuſdam partibus influit virtutem videndi, vt oculis; quibuſdam virtutem agendi, vt manibus, quæ vocantur organum organorum, vt patet lib. 4. de partu animalium cap. 10. quibuſdam virtutem audiendi, & ſic enumerando cœteras virtutes organicas, quas anima humana influit corpori. Differt autem multum iſta vnio animæ à priori, quia in priori vnione animæ non eſt aliqua diuerſitas in partibus, ſed anima dat eſſe toti faciens eſſe hominem, & non facit diuerſitatem partium quantum ad nomen, vel quantum ad eſſentiam: nam primo modo homo ſolùm eſt homo, non tamen habet caput, vel pedes, vel aures, aut oculos, ſeu aliquid alterum: nam oculi, pedes, caput, & ſimilia dicuntur membra organica: organa autem dicuntur talia, vel talia ex potentia organica, quæ eſt in talibus organis. Nam ſicut corpus humanum dicitur humanum

Anima quomodo vnitur corpori, vt minimo.

Anima quomodo vnitur corpori vt finis.

Anima quomodo vnitur corpori vt motor.

Differt multum vnio animę vt motor & eius vnio vt forma.

num per animam, quæ eſt in eo, ita oculus dicitur oculus per potentiam, quæ eſt in eo: & manus eſt manus per potentiam operatiuam, quæ eſt in ea. Et ſic de cęteris organis: ablatis autem iſtis potentijs operatiuis organa, quæ ante erant, iam non ſunt organa: nam oculus hominis mortui non eſt oculus, & manus eius non eſt manus, niſi ęquiuoce: vt patet in primo Politico. c. 1. & in 4. Methe. in fine. Sicut manus facta de lapide, aut oculus factus de lapide non ſunt oculus & manus; ſed eſt inter ea, ſcilicet inter manum hominis mortui, & hominis viui talis æquiuocatio, ſicut inter hominem verum, & hominem pictum, vt ait Ariſt. in ante prædic. ſed anima dat iſtas potentias organicas, ergo ipſa dat diſtinctionem in organis, & inter cętera membra corporis: Ita quòd detur regula q̃ in toto corpore non eſt aliqua diſtinctio in partibus quãtum ad denominationem, & complexionem & figuram: niſi ſecũdum diuerſas virtutes influxas ab anima ad illas partes ſic, vel ſic diſponendo. Secundũ autem vnionem priorem animæ ad corpus. ſ. cũ vnit ei vt forma, ſolum dat ei eſſe humanum, & in hoc qd̃ eſt eſſe humanum, non eſt aliqua differentia partium ad eſſe caput, vel eſſe pedem, vel eſſe oculum: & tamẽ anima dat omnia iſta: ergo pertinet ad aliam vnionem animæ ad corpus. ſ. ad vnionem, qua vnitur, vt motor mobili: nam anima mouet corpus operando per corpus tanquam per organum coniunctum, & connaturale. Et qa anima exercere poteſt diuerſos motus, vel operationes ſecundum diuerſos gradus virtutis, quos habet, oportet quòd habeat diuerſa organa: quia ſecundum naturam, vnum natum eſt ad vnum, non vnum ad multa: licèt ars faciat vnum ad multa, vt Delphicum gladium pro paupere, qui habebat duos vſus, ſcilicet ſcindere, & ſecare, de hoc Ariſto. in 1. Politic. c. 1. Reducendo ergo propoſitionem ad iſtos modos vnionis animæ ad corpus, dicendum quòd anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Tota quidem in toto, ideſt quòd anima, quę in ſeipſa eſt tota, quia eſt indiuiſa, & indiuiſibilis, eſt in toto, ideſt in homine, qui eſt vnum totum, accipiendo totũ cathegoricè: & iſto modo accipiendo, quòd anima eſt tota in toto, non eſt ſenſus q̃ anima ſit ĩ qualibet parte hominis, ſed q̃ anima ſit in homine. Nec tamen ex hoc dicitur animam eſſe in capite, aut pede, aut in corde, vel cruribus, aut in aliqua alia parte, ſed aĩa eſt in hoĩe: imò ſi q̃rat̃ in qua parte hominis eſt aĩa, reſpondebit̃, q̃ in nulla, quia eſſe in aliqua parte corporis, accipiendo eſſe improprie non conuenit rei, quę non habet locum: anima autem non habet locum, cùm non ſit corpus, cuius extremitates tangãtur a loco, qui eſt ſuperficies ambiens. Et licèt anima hominis non ſit extra corpus, quia iam non eſſet dans eſſe corpori: ſed eſt intra corpus: non tamen eſt in aliqua parte corporis, nec inter aliquas partes, nec in poroſitatibus corporis: ſed eſt in corpore ſolum, quia corpori formaliter vnitur dans ei eſſe. Cùm ergo dicitur quòd anima eſt tota in toto, intelligitur quantum ad vnionem animæ ad corpus vt forma: & non poteſt intelligi quantum ad tertium modum, ſcilicet quando vnitur, vt motor mobili: nam anima, vt eſt motor corporis, non vnitur toti, ſed partibus per ſe; nam motus animæ eſt per organum, vel organa: totum autem nec eſt organum, nec organa, ſed homo; anima autem inquantum vnitur corpori vt forma, non vnitur cuilibet parti, per ſe, nec eſt in qualibet parte, ſed vnitur toti: nam anima per vnionem, qua vnitur corpori vt forma, reddit hominem reſultantem faciendo corpus eſſe humanum: ſed non facit anima quamlibet partem eſſe hominem: ſed totum facit eſſe hominem, vt eſt forma: non ergo vnitur partibus per ſe, aut multis, aut vni inquantum vnitur, vt forma materiæ: ſed vnitur vt toti. Cùm verò dicitur quòd anima eſt tota in qualibet parte, eſt ſenſus quòd anima ſecundum virtutem eſt in qualibet parte ad quamlibet partem corporis ſecundum virtutem communem vegetatiuam influendo: vel ad quamlibet partem corporis influendo ſpecialem virtutem: vt ad oculum influendo potentiam viſiuam: ad aurem influendo potentiam auditiuam: ſecundum quòd per iſta diuerſa membra diuerſimode operatur, & per totum ſimul nihil operatur. Alia ergo vnio eſt animæ ad totum corpus, vel animæ ad quamlibet partem corporis: ſic ergo debet intelligi illud dictum quòd anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte eius quantum ad duas vniones eius ad corpus.

Cum dicitur quòd anima eſt tota in toto intelligitur quãtum ad vnionem eius vt forma & non vt motor.

Tres vniones quibus anima corpori vnitur non fiunt in diuerſis temporibus ſed in eodem.

QVAESTIO. XLVI.

De iſtis autem vnionibus animæ ad corpus cùm dicitur, quòd vnitur ad corpus tripliciter, ſcilicet vt motor, vt forma, vt finis: non eſt intelligendum q̃ iſtas vniones habet anima ad corpus in diuerſis temporibus, ita q̃ primò vniatur vt finis, ſecundò vt forma tertiò vt motor: ſed omnia iſta ſimul ſunt: nam cùm anima corpori realiter vniturￗiſta tria operatur in corpore. Sed dicuntur eſſe tres vniones, ſecundum q̃ tria ſunt, q̃ agit anima in corpore, vel tres modi ſe habẽdi ſunt animæ ad corpus: habet ergo aĩa in corpore duos modos eſſendi. ſ. eſſe ſecundum eſſentiã, & eſſe ſecundum virtutem, vel influentiam. Eſt autem anima ſ̃m eſſentiam in toto corpore. i. anima, quæ eſt quędã eſſentia, eſt in toto corpore. i. eſt in corpore, qd̃ eſt totũ: ita q̃ anima eſt in corpore & non in aliqua alia re, nec in aliqua parte corporis. Anima autem ſ̃m virtutem, vel influentiam eſt in qualibet parte. i. in qualibet parte corporis, quia ad quamlibet partem corporis influit, vel virtute generali, vel ſpeciali. Si autem anima eſſet maioris naturalis perfectionis, non ſolùm eſſet in vno corpore: ſed etiam in multis corporibus. Et ſicut dicimus de anima, ita dicere poſſumus de Angelo: ſed de hoc iã declaratũ fuit ſup. 4. c. qũo Angeli ſint in loco. Deus ergo, ſ̃m q̃ ſupra dicebamus, eſt infinitus in perfectione ſ̃m eſſentiã. i. q̃ eſſentia ſua continet infinitos gradus perfectionis ſubſtantialis: qui aũt infinitę perfectionis eſt, purus actus eſt: quia actualitas pura eſt maximus gradus perfectionis: nã id qd̃ aliquid recipere põt, nondũ venit ad extremũ gradum pfectionis, quia quod aliquid recipit per id, quod recipit, perficitur: qd̃ autẽ perficitur nondũ perfectum eſt, maxime qñ ſpectat perfectionẽ quod eſt in quocunq; quod habet potentiã ad aliquid. Et propter hoc in omnibus creaturis quantũcunq; ſint ſimplices, eſt cõpoſitio ex actu, & potentia: quia aliud eſt qd̃ ſunt, aliud qd̃ eſſe poſſunt. Id quod ſunt vocat̃ actus: id quod eſſe poſſunt vocat̃ potentia: aut anima eſt anima, & poteſt eſſe ſapiens, vel felix, vel bona, qd̃ eſt: eſt ipſa eſſentia animæ, & iſta vocatur actus, quia ſ̃m q̃ anima non eſt in potentia, qa nõ eſt in potentia ad eſſe animã: ſed eſt in potentia ad ſapientẽ eſſe, ad eſſe felicem: poſſe ergo eſſe talẽ vel talẽ vocatur potentia. Sunt ergo in anima duo. ſ. actus & potẽtia: vel componitur anima ex duobus. ſ. ex actu & potẽtia. Si aũt aĩa eſſet aĩa & nihil aliud eſſe poſſet. ſ. nec fęlix, nec ĩfelix nec bona nec mala, nec aliqd de ſimilibus, anima eſſet purus actus. ſ. quia eſſet quod eſt; & non haberet aliquid, quo eſſe poſſet. Datur idem in Angelis. ſ. q̃ ſint compoſiti ex actu & potentia: nam aliquid ſunt, & poſſunt adhuc magis eſſe, quàm ſunt: vt Angelus eſt ſciens, & poteſt eſſe magis ſciens: eſt ergo

Pura actualitas eſt maxima perfectio.

go in eo quod est, scilicet natura Angelica, & illa vocatur actus: quia quantum ad esse Angelum non est in potentia, sed actu est Angelus: sed est in potentia secundum hoc, quod est posse esse sapientiorem: est ergo in Angelo compositio ex actu & potentia, quia aliquid est secundum ꝙ est, & non est in potentia: vt natura Angelica, & vocatur actus: aliud est secundum ꝙ non est. s. secundum ꝙ potest aliquid esse, & ista est potentia ad quamlibet perfectionem non repugnantem naturæ Angelicę: & illa potentia non est natura Angelica, sed aliquid quod est in natura Angelica, quo potest esse talis, vel talis natura Angelica. Et eodem modo ponimus ista in anima. Dato autem ꝙ Angelus solùm esset Angelus, & non posset esse aliud quàm Angelus, vltra hoc quod est esse Angelum, ita ꝙ non posset esse fælix, vel infelix, sapiens, vel ignorans, corruptibilis, vel incorruptibilis. s. ꝙ nihil adueniret ei, nec posset aduenire vltra id, quod est. s. vltra hoc quod est esse Angelum, vel esse animam, esset Angelus, vel anima purus actus: quia non habet aliquam potentialitatem admixtam: & tamen non esset perfectus actus: quia licèt non haberet potentialitatem ad aliquã perfectionem, quam non haberet: tamen realiter aliquę perfectiones erant, quæ ei non inerant, nec tamen ei deficiebant, nec eas poterat recipere: si tamen eas haberet perfectior esset q̃ non habendo: & sic daretur aliquis purus actus, qui non erat multum perfectus, nec tamẽ erat in potentia ad aliquam vlteriorem perfectionem.

Angeli necessario sunt compositi ex actu & potentia.

Deus autem quia est perfectissimus siue infinite perfectus, necesse est ꝙ sit purus actus: nam si esset in potentia ad aliquid recipiendum, non esset perfectus: cũ adhuc extra ipsum erat id, quod eum perficere debebat: non ergo potest poni in Deo compositio actus & potentiæ sicut in creaturis: sed ponitur solùm actus. s. esse Deum, quod est id quod est: & nõ reperitur ibi aliqd, quo esse possit tale, vel tale. Et non solùm Deus est purus actus, sed etiam pfectissimus actus: nã dicebamus de Angelo & anima, ꝙ si solùm esset Angelus, & anima, & anima non posset esse magis q̃ anima, & Angelus non magis q̃ Angelus, essent puri actus, sed nõ perfecti, quia essent aliquę perfectiones extra ipsos, quę si in ipsis essent, vel eis aduenire possent eos perfectiores redderent. s. esse fælices, esse sapientes, esse potentes, & sic de alijs. Deus autem non solũ est actus, sed etiã perfectissimus: nam Deus non põt recipere aliquã perfectionem, ex eo quod est purus actus, & repugnat ei recipere: tamen nõ est aliqua perfectio extra Deũ, q̃ si ei inesset, faceret eũ perfectiorẽ: nã Deus continet perfectionem oĩum entium eminenter. s. perfectionẽ hoĩs, Leonis, capræ, Angeli, & lapidis, licèt nõ eodẽ modo, quo continent eam capra, homo, Angelus, & lapis. Sicut forma creata in materia continetur & in virtute agentis: sed non est eodem modo in virtute agentis sicut in materia: nam in materia est formaliter, in efficiente est causaliter vel virtualiter: quęcunq; ergo perfectio reperta in aliquo genere quæ non est in Deo, adiuncta Deo non perficeret eum, quia in eo illa perfectio iam continetur, licèt eminenter: Deus ergo est actus purus & perfectissimus.

Deus non solum est purus actus sed etiam perfectissim⁹ actus.

Cùm ergo Deus sit hic, quæritur aut repugnat ei esse in aliquo loco an non: si non repugnat: ergo vel est in eo, vel potest esse in eo: non potest esse in eo, quia Deus est purus actus, & non reperitur aliqua potentialitas. Ergo iam est in eo. Et sicut arguis de vno loco, ita argues de cęteris. Et sic necesse erit Deum esse vbique ex eo quòd est purus actus. Angelus autem quia non est purus actus: si nũc est in vno loco & dum est in isto loco est in potentia ad essendum in alio: & postea erit in illo & dimittet priorem. De Deo autem quia non potest dari talis potentialitas, necesse est quòd simul sit in vtroque. Et

Quõ inferatur Deũ necessario esse vbiq;

F sicut in istis eodem modo in alijs. Et si dicas quòd Deus est in duobus locis aut tribus, vel in aliq a parte mundi & non in alia aut in alijs locis: nec est in potentia ad alia loca, quia est purus actus, non potest stare quia tunc licèt daremus quòd esset purus actus tamen non esset perfectissimus purus actus, quia aliqua perfectio esset tunc ad quam ipse non esset in potentia, nec esset in eo: & tamen si esset in eo, faceret eum perfectiorem, scilicet esse in aliquibus locis in quibus non est. Sicut dicimus de Angelo: si esset Angelus, & nihil aliud quam Angelus, nec posset esse aliud, esset purus actus: tamen non esset perfectus purus actus. Cùm ergo Deus non solùm sit purus actus: sed etiam perfectissimus purus actus: oportet quòd non reperiatur aliqua perfectio quæ non sit in eo: ergo non solùm est in
G aliquibus partibus mundi, sed in toto mũdo, & in qualibet parte mundi: & sic valet consequentia quàm intendebamus probare: quòd si Deus infinite perfectionis est, ergo purus actus & perfectissimus est: si purus actus & perfectus, ergo vbique simul. Aliter istud probari potest, scilicet quòd substantię spirituales nõ sunt proprie in loco: cùm non habeant id per quod aliquid est in loco: quod habere quantitatem terminatã, cuius exterior superficies ambiatur a superficie corporis ambientis, quæ est locus: vt patet in 4. Phisi. Deus autem spiritualissima & simplicissima substantia est: cũ non reperiatur in eo aliquis modus compositionis. Ergo non erit in loco: dicuntur tamen spirituales sub-
H stantię esse in loco secundum applicationem virtutis ad locum: quia locum continẽt vel agunt in eo: & hoc per similitudinem ad esse in loco proprie dicto, quod conuenit corporibus: Nam sicut corpora propriè sunt in loco per applicationem superficiei sue ad superficiem locantem, & illa duo se habent non sicut inuicẽ excedẽtia vel excessa, sed sicut equalia: ita Angelus, vel aliqua substantia spiritualis dicitur esse in illo loco, in quo applicat virtutẽ suam. Vnde si virtutẽ suam applicet spacio vnius leucę, dr̃ esse ĩ tota illa leuca tanq̃ in loco, & sic dr̃ de Angelis mouentibus orbes, ꝙ sunt in toto cęlo nã nõ vnit alicui parti specialiter ipsius celi moti: cũ non moueat aliquã partẽ specialiter, sed totũ cęlũ: dr̃ ergo esse in toto cęlo, quia totũ mouet per se: &
I moto toto necessariò mouet quęlibet pars eius: quia continuũ solidũ est. Deus aũt non solũ continet vnam partẽ orbis: sed etiã totũ orbẽ: applicando suam potẽtiã toti orbi: vnde sicut anima dr̃ esse tota in qualibet parte corporis: quia in qualibet parte corporis influit: ita Deus dr̃ esse in qualibet parte mundi: quia in qualibet parte influit: & vbiq; aliquod ens est, & illud ens p Dei influentiam conseruatur. Et sic dicimus Deũ esse vbique. i. in toto mundo: nam qui dicit Deum esse vbique, non dicit eum esse estra mundum: quia vbicue est in omni loco: extra mundum autem nullum vbi est, vel locus, si ergo velimus dicere Deum esse non solùm in mundo sed etiam extra mundum: debemus dicere quòd Deus est vbique & extra vbique.

Alia probatio ꝙ Deus sit vbique.

Sicut anima est in toto corpore ita Deus est in toto mundo.

K

Deus propriè loquendo non est in mundo nec extra mundum.

QVAESTIO. XLVII.

SED adhuc quæres, quid magis propriè dicit, quòd Deus est in mundo vel quòd extra mundum. Respondetur vt supra dicebatur, quòd accipiendo esse in loco propriè, Deus nec est in mundo nec extra mundum: quia non habet quantitatẽ per quã locetur. Sed adhuc quantum ad istum modum magis repugnat proprie Deum esse extra mundum quàm in mundo: nam Deum esse in mundo proprie accipiendo esse in, dicit vnam repugnantiam; Deum esse extra mundum proprie accipiendo esse; in; dicit

duas

duas repugnantias: nam esse Deum propriè in mundo solum habet repugnantiam ex parte Dei, qui non habet aliquid per quod locetur: sed non repugnat ex parte mundi, quia mundus habet aliquid per quid locet, si Deus esset locabilis: Deum esse extra mundum propriè habet duas repugnantias: nã repugnat ex parte Dei, cùm Deus non sit locabilis: repugnat etiam ex parte rei, quia extra mundum nihil est, nihil autem non est potens locare. Notandum autem, quòd vt vulgariter dicitur Deus est in loco tripliciter, scilicet per potentiam, præsentiam, & essentiam, & hoc vbique. Sciendum quòd iste est improprius modus loquendi, & satis superfluus: nam cùm ponantur hic tres modi solùm sunt duo: nã esse in loco p p̃sentiã, non est modus distinctus ab alijs, qa omne qđ est in loco est prius loco, & secundũ quemcũq; modum est in loco, secundum eũdem est prius loco: s. n. aliquid sit quod sit ꝓpriè in loco est propriè præsens: si sit impropriè in loco est impropriè prius loco: si sit in loco secundum essentiam, est loco prius secundum essentiam: & si est in loco secundum virtutem, siue potentiam, (quod pro eodem accipitur) est prius loco secundum potentiam, vel virtutem: non ergo debet poni iste tanquam modus distinctus à cœteris: sed cõincidit cum quolibet.

Deus tripliciter ẽ vbique.

Distinguendo ergo istos duos modos, scilicet esse in loco secundum essentiam, vel secundum potentiam: quantum ad primum dicendum, quòd Deus non est in mundo, nec extra mundum, & angelus non est in mundo, nec extra mundum, quia nusquam locum habent istę essentię. In hoc tamẽ est speciale de anima, quia anima secundum essentiam est in corpore, & in nullo alio loco (loquendo de anima coniuncta,) quia anima secundum essentiam suam dat esse corpori, dando esse hominem inquantum vnitur vt forma: non tamen dat corpori videre, audire moueri, & sic de cœteris secundum essentiam, sed secundum virtutem: anima autem separata habet eundem modum cum Angelo, & Deo, quia nec est in mundo, nec extra mundum. Et licèt quantum ad hoc quod est esse in loco propriè, idem sit in Deo, anima separata, & angelo, quia nullum eorum locatur propriè: differt tamen aliqualiter si accipiamus esse in loco, idest esse aliqualiter in illo loco, & extra illud nullo modo esse: nam licèt animę separatę propriè in nullo loco sint, tamẽ aliquo modo in inferno sunt animę separatę damnatę: ita quòd extra infernum modo nullo sunt, & animę beatę ita sunt in cœlo, (licèt ibi propriè non sint,) quòd aliqualiter ibi sunt, & extra cœlum nullo modo sunt: Deus autem in cœlo est aliqualiter, licèt non propriè, & tamen non solùm ibi est, quia aliqualiter in inferno est, & aliqualiter in mari, & in terra. Et hoc modo etiam extra mundum dicitur, scilicet non exclusus, idest quòd licèt dicamus Deum esse extra mundum: non debemus eum dicere esse extra mundum, quòd nullo modo sit in mundo, quia hoc inconueniens esset, & cùm dicitur, quòd Deus est in mundo, quantum ad istum modum debet intelligi non inclusus, idest quòd dicimus, quòd sit in mundo, & non extra mundum, quia tunc videretur finitari.

Sicut De⁹ nõ est propriè ĩ mũdo, nec extra mũdũ: ita & angeli.

Totum ergo illud dictum Augustini, quòd Deus est in mundo non inclusus: extra mundum non exclusus: supra mundum non elatus: infra mundum non depressus: debet intelligi de esse Dei secundum essentiam: nam Deus secundum virtutem non est extra mundum, sed solùm intra mundum. Et sic patet, quia Deus est secundum virtutem, vbi operatur aliquid, vel influit quod est à virtute, tanquam à principio: sed extra mundum Deus nullo modo influit: nam non est in quo influat, vel operetur. Ergo solùm est Deus intra mundum secundum virtutem.

Declaratio pulcra cuiusdam dicti Beati August.

A Et si arguas contra, quia vbicunque Deus est, ibidem est virtus eius, quia Deus, & sua virtus non sunt tanquam duo distincta realiter, & abinuicem separata: sed Deus non solùm est in mundo: sed etiam extra mundum: ergo virtus Dei est extra mundum. Respondetur concedendo, quòd Deus sit idem, quòd sua virtus, & sua virtus sit extra mundum, & tamen Deus non est secundum virtutem extra mundum. Differt namque Deum esse extra mundum, & virtutem Dei esse extra mundum, vel esse extra mundum secundum virtutem: nam esse virtutem Dei extra mundum solùm est, quòd ipsa sit extra mundum, etiam si nihil operetur: tamen esse secundum virtutem, est esse per operationem cum à virtute sit
B operatio: cùm ergo Deus extra mundum nihil operetur, quia non est quid in quo operetur: non erit extra secundum virtutem. Et si arguas adhuc contra, quia virtus Dei est infinita: sed mundus est corpus finitum, vel quędam aggregatio corporum finitorum facientium vnum finitum. Ergo virtus Dei non solũ est in mundo, sed etiam extra mundum. Respondetur concedendo sicut ante, ꝙ virtus Dei infinita est, & nõ solùm est in mundo, sed etiam extra mundum, non operatur tamen nisi in mundo: si autem extra mundũ esset aliquid in quod influeret, etiam si esset corpus infinitum in illud influeret: cùm ergo solùm Deus sit in mundo secundum virtutem, & mundus est aliquid finitum, ergo virtus Dei est in aliquo finito, vel propri⁹
C dicendo, Deus secundum virtutem est in aliquo finito: ex hoc tamen non concluditur, quòd virtus Dei sit finita, sed quòd actio Dei sit finita, & hoc verum est, quòd actio Dei est finita, quia actio nõ potest esse maior, quàm ipsum quod fit, sed quod fit est finitum, ergo operatio Dei est finita. Sed tamen nec propter hoc arguitur aliquod inconueniens: nam licèt Deus agat finitè, non limitatur sua virtus, quia non agit quantum potest, sed quantum vult: si autem ipse ageret quãtum posset, & solùm ageret finitè, argueretur potentia sua finita: Deus tamen nunquam agit secundum vltimũ quod potest, sicut agunt potentię finitę: potentia ergo eius infinita erit; ideo non solùm est virtus Dei in mũdo, sed etiam extra mundum actio Dei est finita; ideo
D Deus secundum virtutem est solùm in mundo, esse namque secũdum virtutem, nihil aliud est, quã agere. Concluditur ergo ex superioribus qualiter Deus dicatur esse in mundo, siue extra mundum, & quid sit esse secundum potentiam, aut secundum essentiam: secundum ergo istos modos superiores Deus non venit ad aliquem locum, nec recedit ab aliquo loco, nec ascendit, nec descendit. Cùm autem in sacra scriptura dicitur, quòd Deus ascendit, aut descendit, aut venit, vel recedit. habet radicem à superioribus: nam non potest intelligi propriè, aut impropriè, quòd Deus vadat, aut veniat, quia ista pertinent ad actiones, quæ tenent se ex modo virtutis: & quia Deus vbique dicitur esse secundum virtutem, scilicet in to-
E to mundo, quia vbique influit etiam secundum virtutem non potest venire ab vno loco in alterũ, vel quòd desineret operari in vno loco, & inciperet ĩ alio, quod est inconueniens: nam sicut dicebamus de loco, & præsentem esse, quia quidquid est in loco, est prius loco, & si est propriè in loco, est propriè præsens loco, & sic si impropriè est in loco, impropriè prius est loco, quia ista duo se consequuntur: eodem modo de moueri, & perdere locum, & acquirere locum: nam ista se consequuntur: quod ergo propriè mouetur propriè perdit locum, & acquirit locum: qđ impropriè mouetur impropriè perdit locum, & acquirit locum: qđ ergo mouetur secundum essentiam, secũdum essentiam perdit locum, & acquirit locum,

Obiectio

Solutio.

Differt Deum eẽ extra mundũ, & virtutem Dei esse extra mundum.

Obiectio.

Solutio.

Licèt actio Dei finita sit, non tñ concluditur ꝙ virt⁹ sua sit finita.

Epilogus.

Quõ in sacra scriptura accipiatur ꝙ De⁹ veniat, aut recedat de aliquo loco.

& quod mouetur ſecundum virtutem, ſecundum virtutem acquirit locum, & perdit locum: ſi ergo Deus ſecũdum virtutem dicitur venire ad aliquem locum: ergo oportet, quòd ſecũdum virtutem incipiat nunc operari in aliquo loco, in quo ante nõ operabatur: ſed hoc impoſſibile eſt dari, cùm ſemper Deus vbiq; influat actualiter: quia omnia Deus gubernat: gubernatio autem eſt per actualem influẽtiam: ſi autem Deus manu tenere ceſſaret, omnia neceſſe eſſet confeſtim in nihilum redire, ſicut nihil ante erant, & per actionẽ Dei aliquid fuerunt: ſublata ergo Dei actione, ſicut ante fuerant, erunt. Reſpondetur ad hoc, quòd ſicut ante dicebamus, oportet quòd ſi Deus de vno loco ad alterum venire dicitur, quòd veniat ſecundum virtutem. Et tamen eſt diſtinguendum, quia virtutis Dei duplex eſt actio: quædam eſt actio generalis, ſecundũ quam omnia generaliter conſeruat, & ſemper vbiq; inceſſanter agit: alia eſt actio virtutis ſuæ, ſecundum quam aliquid aliquando ſpecialiter agit. Prima actio virtutis Diuinę non pertinet ad miracula: ſecunda eſt, ſecundum quam fiunt miracula. De prima actione tenet argumentum factum, quia ſecundum illam impoſſibile eſt, quòd Deus veniat, aut vadat, aſcendat, aut deſcendat ſecundum virtutem, quia tũc neceſſe eſſet, quòd ĩ aliquo loco Deus inciperet gubernare, in quo ante non gubernabat: nam includit contradictionem. Et patet, quia nihil, ſcilicet nec locus, nec locatum eſt, ſine Diuina gubernatione, quòd autem fuerit aliquis locus, in quo nũc Deus incipiat gubernare eſt dicere, quòd aliquis locus erat, quem ante Deus non gubernabat, quod eſt impoſſibile, nam tunc nullo modo extitiſſet: intelligitur ergo neceſſariò de ſecunda actione virtutis Diuinæ, quæ eſt ſpecialis, & tunc verum eſt, q̃ quando Deus venit ad aliquem locum ſecundum virtutem, quòd acquirit locum ſecundum naturam motus, & hoc quantum ad virtutem, ſcilicet quòd virtus ſua, nunc operatur in aliquo loco, in quo ante non operabatur. Et verum eſt, quòd virtus ſua agit aliquam operationem ſpecialem pertinentem ad ſecundum modum actionis, quam actionem non agebat ante in eodem loco. Et de iſto modo debet intelligi tota ſacra ſcriptura, quandocunque dicitur, quòd Deus venit, aut Deus receſſit: nam ſemper loquitur de aliquibus operationibus ſpecialibus. Cùm ergo dicitur hic. *In omni loco in quo fuerit memoria nominis mei veniam ad te, & benedicam tibi.* Eſt ſenſus, quòd licèt Deus ſtaret ſecundum eſſentiam, & virtutem generalem in illo loco, in quo eſt memoria nominis eius, ideſt in quo ſacrificatur, & in omnibus alijs; tñ in loco illo benedicere dicebatur, ſiue venire ad benedicendum, quia nouam actionem agebat ibi ſecundum virtutem ſuam, quam ante non agebat: à nobis autem venire dicitur, quia ante ibi talem actionem non agebat, & nunc agit: tamen non venit, quia illa virtus, quæ illam actionem principiat, in eodem loco ſtabat ante, ſicut & vbique: nam eadem virtus eſt ſecundum quã Deus conſeruat, & gubernat omnia operatione generali, & illa ſecundũ quam agit actiones miraculoſas ſpeciale: ſed virtus illa, ſecundum quam Deus influit generaliter omnia gubernando, ſemper & vbique eſt: ergo virtus, ſecũdum quam agit miracula, ſemper & vbiq; eſt. Iſtud venire Dei ad locum, in quo erat memoria nominis eius, erat venire ad reſpondendum ad quæſtiones Iudeorum: nam in tabernaculo erat memoria nominis Domini in duobus locis, ſcilicet in altari holocauſtorum, & in propitiatorio, quod erat ſuper arcam inter duo Cherubim. De altari holocauſtorum patet infra vigeſimonono capitulo, vbi dicitur, quòd ſacrificium eſſe debebat ad oſtium tabernaculi, & ibi conſtitueret Deus, vt loqueretur cum Moyſe, & præ-

F ciperet filijs Iſrael. De apparitione Dei loquentis in ppitiatorio inter Cherubim patet infra vigeſimoquinto, & trigeſimo, & Numeri ſeptimo capitulo. Et ſicut in iſtis locis Deus veniebat ad reſpondendum, ita in alijs locis, in quibuſcunque ſacrificium fieret debitum. Et ſi quando Samuel ſacrificauit in Bethlehem, Deus reſpondit ei in ſacrificio, quia accedentibus per ordinem filijs Iſai patris Dauid, Deus dixit de quolibet, quòd non erat ille, quem elegerat, donec venit Dauid: vt patet primo Regum decimoſexto capitulo, & in alijs locis reſpondebat. Etiam quia veſtes ſacerdotales pertinebant ad ſanctificationem, non ſolùm ſacrificando in loco, vbi eſſet memoria nominis eius reſpondebat, ſed etiam applicitis veſtibus ſacerdotali-

G bus: applicito enim Ephod, ſi quæreretur aliquid à Domino, reſpondebat, vt patet primo Regum vigeſimotertio capitulo, quando Dauid quæſiuit à Domino, vtrũ viri Ceilan traderent eum in manus Saul, & non fiebat ibi ſacrificium, ſed ſola inquiſitio applicito Ephod. *Et benedicam tibi.* Ideſt multiplicabo te, ſcilicet dando abundantiam bonorum temporalium; nam benedicere ſemper importat augmentationem, & iſta eſt in bonis temporalibus: nam hæc promittebat eis Deus, & hæc dabat, vt patet Iſaię primo, cùm dicitur: Si audieritis, & in mandatis meis ambulaueritis, bona terræ comedetis. Alius ſenſus poteſt eſſe diſiungendo iſtam particulam à ſuperioribus, ſcilicet ſententia ſuperior, quòd altare de terra faciant. Et in

H omni loco, in quo fuerit memoria nominis Domini immolent ſuper illud, & tunc ſequitur iſta ſententia, quòd ſi populus ſic faciat Deus veniet ad eum, & benedicet ei, & non eſt ſenſus, quòd veniet ad locum, vbi fit immolatio: licèt illud verum ſit: ſed quòd ad totum populum veniet, ſcilicet vt omnes benedicat, & iſtud venire etiam ſpeciale eſt: nam quòd Deus aliquem ſpecialiter in bonis, vel potentia, aut honore eleuet, actus ſpecialis eſt, qui non pertinet ad ſimplicem manu tenentiam, vel gubernationem, & iſta ſententia eſt vera: nam quandocunq; Hebræi bene ſe habebant ad dominum colentes eum ſecundum cœremonias legis, & non declinabant poſt Idola, Dominus multiplicabat eos, atq; dabat in omnibus proſperum

I ſtatum. *Quod ſi altare de lapidibus feceris mihi.* Refertur ad altaria, quæ fiebant in alijs locis, quàm in tabernaculo: nam altare quod erat in tabernaculi oſtio ad immolandum, erat de lignis Setim coopertum laminis æneis, & intra erat cauum: tamen in concauitate non ponebatur aliquis lapis, ſed replebatur terra vſq; ad locum, in quo ponebantur ligna ardentia: alia autem altaria, quę fiebant coram arca ad immolandum, cùm eſſent ſeparata arca & tabernaculum, communiter fiebant de lapide, quia non poterat ita bene ſe tenere altare factum de terra, ſicut de lapidibus. Et fiebant ſic alia altaria, quæ faciebat Samuel, vel quæ faciebat Dauid, & omnes alij, qui licitè id agebant. *Non ædificabis illud de ſectis lapidibus.* Lapides ſecti dicuntur

K lapides dolati, quia per ſectionem iactomorum poliuntur. Et vetabatur hoc, vt remouerentur totaliter, & ab idolatria, & à ſimilitudine, vel occaſione, aut incentiuo idolatrię. Nam imagines factę de lapide, vel metallo per ſculpturam mouent ad idolatrandum, cũ exprimant viuẽtis formam, & tales colere aſſueta fuerit ſtulta gentilitas. Dato ergo q̃ vetaretur Iudæis ſtatuas polire, aut fabricare: ſi non vetaretur facere altaria de lapidibus politis, inducerentur per hoc facillime ad poliendum imagines: nam quando altaria, vel ſimilia poliuntur, in lapidibus illis ad decorem fiunt quædam laquearia, vel aliæ ſculpturæ florum, vel arborum, aut animalium, & ſic faciunt in illis lapidibus Iudæi ſculpent ſtatuam hominis, aut alterius animalis, in quo idola-

idolatraret: nam non ſolùm colebantur à gentilibus ſimilitudines virorum, & fœminarum, ſed etiam ſimilitudines pecorum, & auium atque piſcium: non permiſit ergo Deus aliquo modo polire lapides de quibus altare conſtruebatur. *Si enim leuaueris cultrum tuum.* Ideſt gladium tuum. *Super eo.* Ideſt ſuper altare. *Polluetur.* Ideſt pollutum erit, & non erit aptum ad immolandumin eo, ſicut ſi eſſet plenum fęcibus, ſtercoribus, aut oſſibus cadauerum humanorũ, quibus maximè altaria polluebantur. Et iſto modo polluta fecit Ioſias altaria excelſorum, nè vltra in eis ſacrificaretur conſpargendo illa oſſibus humanis, vt patet quarto Regum vigeſimotertio capitulo. Eſt autem ſententia, quòd faciendo altare ſi leuaueris gladium ſiue quodlibet aliud ferramentum ad dolandũ

B illud: eo ipſo, quòd polluis aliquid de illo altare erit immundum, nec debebit in eo ſacrificium fieri. *Non aſcendes per gradus ad altare meum.* Ideſt non pones altare ita in loco eminenti, quòd indigeas ponere gradus directos, per quos aſcendas. Et prohibentur hic omnes gradus ex cauſa infra expreſſa, ſcilicet ne reueletur turpitudo tua: ideo magis adhuc vetantur hic gradus ſcalæ ligneæ, qui ab infra nihil habent, quàm gradus facti de lapidibus: nam in gradibus ſcalæ faciliùs reuelatur turpitudo, quàm in gradibus lapideis, qui ab intra caui non ſunt. Hebræi autem habebant altare aliqualiter eminens, vt cœteri, qui aſtabant videre poſſent cum fierent ſacrificia, ſed ad illud altare non aſcendebatur per gradus poſitos de lapidibus,

C aut lignis, ſed erat aſcenſus continuus de terra, qui paululum vniformiter tollebatur in altum, & ſic non erant aliqui gradus in quorum aſcenſione poſſet turpitudo nudari.

An genitalia membra ſint ſecundum ſe turpia.

QVAESTIO. XLVIII.

Nè reueletur turpitudo tua.

TVRPITVDO vocatur membrum genitale, quia inter cœtera corporis membra de illo ſolo erubeſcimus. Et non eſt hoc turpe ſecundum ſeipſum, quia cuncta, quæ Deus fecit, ſunt valde bona, & habet iſtud membrum determinatas organicas operationes à natura, ſicut cœtera membra, nec minus ſeruit quàm cętera: nam in duobus ſeruit, primò, quia eſt vas emunctorium, ſiue purgatiuum fluoris aquei ſuperfluentis ex digeſtione, quàm vrinam vulgariter nominamus. Eſt etiam vas emunctorium humoris ſeminalis deciſi, qui ſuperfluus erat indiuiduo, & neceſſarius ſpeciei: in nullo ergo magis illud membrum turpe eſt, quàm oculi, vel manus. Et patet, quia iſta eſt pœna nobis data ad tempus; nam cùm fuerimus in patria nudi quidem, quia nec pãnis egebimus cooperti gloria Domini, iſta membra cunctis in patulum erunt, ſed nec de eis aliqualiter erubeſcemus, quia iam

E ceſſauit in eis vſus antiquior, vt ait Aug. 22. de ciu. Dei. Idem ſtatus fuit in Prothoplaſtis: nam eo modico tẽpore quo infęlices illi tenuerunt fęlicitatem Paradiſi: nullo modo de genitalibus erubuerunt: poſtquã verò peccauerunt, inceperunt membra illa exardeſcere, atque ipſi erubuerunt, & contexentes ea prę verecundia latuerunt. Hoc autem fuit, quia poſt peccatum eorum in membris illis inſurrexit quidam motus concupiſcentiæ, quẽ ipſi rationis habenis tenere non poterãt, quia valde pertinax erat, & inobediens rationi: in alijs autem non viderunt aliquem motum inſurgentem, qui repugnaret rationi; ideo intellectus, qui naturaliter valde liber, & generoſus eſt cum voluntate, viden-

A tes illam partem dominio eorum ſubijci nolentem, & ſe cùm difficultate eam ſubijcere non potẽtes, erubuerunt. Sicut ſi vni magno domino aliquid mandãti aliquis ruſticus ſeruus eius in publico repugnaret nolens exequi imperatum, & dominus eum, aut corripere, aut ſubijcere non poſſet, valde erubeſceret: ſicut ergo factus fuit iſte motus in primis parẽtib⁹, ita fit in nobis: nam nulla paſſio eſt magis repugnans rationi, quàm ea, quę eſt ad actum venereum. Et difficilius eſt pugnare contra eam, quàm contra iram, vt declarat Ariſto. in 2. Ethyc. Et ob hoc turpior eſt, & inſidiatrix, & nullo modo auſcultans rationem, vt declarat Phyloſophus in 7. Ethyc. Sicut ergo contigit ex Dei di-

Motus repugnãs rationi efficit in membris, p quę exercetur, turpitudinem.

ſpoſitione, quòd in primis parentibus peccantibus in-

B ſurgeret motus repugnans rationi in membris genitalibus, ſi ita inſurrexiſſet in manibus, aut in oculis, vel alia parte corporis, & conformiter manſiſſet eadem pœnalitas in nobis, fuiſſent manus membra verenda, ita q̃ illas primi parentes abſcondiſſent, ſicut abſconderũt genitalia, & genitalia nuda reliquiſſent nihil curantes de eis: & nos ſimiliter diceremus manus membra verenda contegentes ea eodem ſtudio, quo nunc genitalia occultamus, de genitalibus nihil attendẽtes. Sed in hoc fuit altiſſima diſpoſitio conditoris: nam ſicut dedit in pęnam illam concupiſcentiam in illis mẽbris, & fecit ea pudenda; ſi ita in manibus dediſſet, aut ex aſſuetudine demonſtrandi manus in patulum nihil erubeſceremus, & ſic nulla pęna maneret: aut ſi pudẽda eſſent, ſicut antea, & nunc ſunt membra genitalia,

C pęnitus inutiles redderemur, nihil agere audentes in publicũ, quod nimis derogaret perfectioni humanæ, & neceſſitati. Idem ſi fieret in pedibus, vel in alia parte corporis extrema, maximè ſi in oculis, quia tunc aut pœnitus moriendum erat, quia nullus homo alterum videre auderet præ verecundia, & ſic ceſſaret communicatio politica, & œchonomica, & naturalis in viro & fœmina: ex quo neceſſe erat generationẽ non eſſe, & perire ſpeciem, aut illa pœnalitas totaliter auferẽda erat. In nulla enim extremitate corporis hæc pœnalitas conuenienter tolerari poterat, quia extremitates corporis contegi non poſſunt ſicut medię, maximè ſi accidiſſet talis pęnalitas in membris actiuis, quia tunc

D periret actio: Deus autem ſapientiſſimus ſic nos puniuit, vt pœnalitatem infligeret, & actionem nullatenus prohiberet: nam iſtud membrũ genitale non eſt actiuum, ita quòd ſi aliqua neceſſitas eius ad aliquos vſus manifeſtos: etiam eſt in medio corporis, vbi ſine labore aliquo contegi poteſt: manus autem licèt nõ eſſent organa operationis, quia tamen ſunt in extremitate corporis, conuenienter cõtegi ſemper non poterant, ita vt verendæ eſſent. Loquitur ergo hic ſcriptura de iſtis genitalibus membris vocans ea verenda ſecundũ modũ oĩum hoĩum, qui ea verenda vocant, & turpia.

An palam cum vxoribus ſit coeundum, iuxta Cynicorum opinionem.

QVAESTIO. XLIX.

QVORVNDAM tamen hominum opinio inſurrexit, qui iſtorum membrorum turpitudinẽ, ac naturalem verecundiam pro maiori parte extirpabant, dicentes nõ eſſe verendum, quòd viri, & fęminę coniugati in publico coirent. Quorum fundamẽtum erat, q̃ omne quod licitè fit, manifeſtè fieri debet: ſed actus matrimonialis licitus eſt, vt ratio, & naturale ius diuinũ, atq; humanũ comprobãt: ergo in patulo fieri debebãt. Ad qd̃ Tullius in libris de republica obijcit, dicens: Eſſe rectè factũ quod in luce ſe collocari gaudet; hoc autem rectè factum. i. coitus matrimonialis,

cùm sciri velit, videri non vult: ex hoc ergo ipsi vxores F
suas in publicum ducebant, & in plateis cęteris astanti
bus coibant, vt sic suam opinionem firmarẽt, vel alios
ad eam inducerent. Istius opinionis fundator fuit Dio-
genes Phylosophus, cuius sequaces cum ipso eorũ ca-
pite, quia contra humanam verecundiam impudicè,
vt canes, coibant in propatulo ex more suo Cynici di-
cti sunt, idest Canini, scilicet inuerecũdi, vt canes: quo-
rum tamen opinio, quia cõtra omnem humanam ve-
recundiam erat, natura eorum rationi pręualuit, & cę-
teri homines eos, vt monstra in hominibus, & totum
genus humanum infamantes extirpabant. Cùm ergo
in publico sic coirent, alij homines sputa, & lutum, &
lapides eijciebant super eos, tanquã super turpissimas
beluas: ipsi autem per hęc in furorem accensi clauam G
ferream, aut ligneam deferebãt, & cùm in publico se-
cundum cõsuetudinem suam coire vellent, siquis eos
infestaret claua eum, tanquam hostem impetebant:
omnium hominum tamen verecundia prauałente i-
storum fatuorum Phylosophorum error abolitus est:
de his August. de ciuit. Dei lib.4.

Propter duo Deus mandauit mẽbra verenda cęlari.

Hæc autem membra verenda Deus mandabat cę-
lari, & dabat modum ad cęlandum ea propter duo: pri
mò propter humanam verecundiam, & honestatem,
& ista maximè debebat esse in sacerdotibus, vt non vi-
lipenderentur à populo, & consequẽter ministerium
Dei contemneretur, & ideo Apost. 2. ad Corin. 2. cap.
Admonet ministros altaris multum se habere hone-
stè, vt non vituperetur ministerium sacerdotale, vel or
do clericalis. Et propter hoc quãdo aliquis sacerdos se
inhoneste habet, dupliciter peccat. Primò, quia in se
malus est, secundò, quia contumeliam infert ordini
clericali, tanquam si vni personę priuatę iniuriam fa-
ceret, aut conuitia inferret. Et quia nimis dehonesta-
bantur sacerdotales, si eorum verenda quouis modo
plebi paterent, vetuit occasionem huius, scilicet ascẽ-
dere ꝑ grad' ad altare. Et hoc, quia fortè ipsi, vel multi
eorum non vtebantur fœmoralibus. Nam licèt vsus

Inuentor fęmoraliũ.

fęmoralium repertus fuit: à Semirami regina Babylo-
nis vxore Nini regis, quod contigit pauloante Abra
ham, vt declarauimus Gen. 11. ca. non tamen vtebant-
tur omnes homines, vel omnes populi fęmoralibus.
Et quia contingeret aliquos sacerdotes accedere ad al
taria, non habentes fęmoralia, & tunc nudarentur in
ascensu per altos gradus verenda eorum. Et hoc atten
dit tota Ecclesia, quod erat valde honestum, ideo nul-

Cur deceant religiosis vestes plixæ.

lus sine fęmoralibus ad altare accedit. Et hoc maximè
religiosi obseruant, & non solùm hanc honestatem sa
cerdotes nostri obseruare debent, sed etiam in vestib'
vsque ad terram, vel quasi pertigant, nam ad magnam
corporis honestatem cunctas corporis partes contegi
oportet præter manus, quæ nihil inhonestum habẽt,
& quia ad operationem necessariæ sunt. Etiam caput
quod omnes sensus demonstrat humanos, necesse
est esse detectum ad cognitionem sensitiuam neces-
sariam vitæ. De pedibus autem non est tanta cura,
& satis honesti sunt, cùm quis nudis pedibus incedit:
maximè quantum ad illos, quibus competit ex ordi
natione professionis suæ, sicut est in fratribus fœlicis
Francisci. Nam & Christus, & Apostoli sic nudis pe-
dibus ambulabant: hoc tamẽ obseruato, vt non pateat
pars magna crurum, quod inhonestum est. Sacerdoti-
bus autem veteris testamenti hoc expresse mãdatum
est, quia pauci eorum vtebantur fęmoralibus; ideo in-
fra 28. c. vbi agitur de vestibus sacerdotalibus, ponun-
tur fęmoralia, quibus primò debeãt sacerdotes aptari,
deinde superinduci cœtera vestimenta, cùm ad mini-
strandũ accedunt. Secunda ratio quare Deus non vo-
lebat patere turpitudinẽ sacerdotum ascẽdentium ad
altare, vt nõ assimilarentur aliquo modo sacris Priapi.

Cap.XX.

De Priapo Gentilium Deo.

QVAESTIO. L.

ERAT enim Priapus Deus Gentium, qui vt ait
Isidorus octauo Ethycorum, vbi tractat de dijs
Gentium, vocabatur apud aliquas gẽtes Beelphegor,
& hunc volunt esse illum cui Moabitides, & Madia-
nitides puellæ induxerunt sacrificare Hebræos. de
quo Numeri vigesimoquinto capitulo: Iste Deus à
multis gentibus colebatur; fuit namque vir secun-
dum veritatem in insula Hellesponte in finibus Eu-
ropæ, qui insolita magnitudine membri genitalis cę-
teros viros admirabiliter excedebat, quem Helles-
pontici viri tanquam patriæ destructorem, & infama-
torem in exilium tradiderunt: Græcia autem libenti-
simè suscepit, quem impudicæ matronæ monstruo-
sitate verenda delectatæ Deum communi consensu
illum vocauerunt. Et quia omnes gentes declinantes
post vanitates suas ad hoc vitium, quia delectabile eis
effrenatè tanquam bestiæ inhiabant. Et qualis vnus-
quisque est, talia dicit, & operatur, vt ait Aristoteles
in secundo Ethycorum: isti habituati, & affecti ad
hoc, delectabantur in agendo, & dicendo; ideo com-
muni consensu turpis ille Priapus post mortem: Deus
habitus est: nam in tali magnitudine virilis membri
H delectabantur in loquendo de illa, quia consonabat
habitui eorum, & per hoc seipsos ad actum incitabant
venerem. Statuerunt ei etiam talia sacra qualia illo-
rum impudicorum hominum statui conuenirent.
Effigiabatur autem iste Priapus in forma virili, & for- De imagine Dei Priapi.
mabatur ei magnum vas genitale rubrum, quod ab
omnibus eum colentibus cerneretur, vt sic magis sal-
tem ex ipsa figura incitarentur. Altaria eius ponebat-
tur in loco eminenti, vt sacerdos in eis existens ab
omnibus conspici posset: ibi autem secundum mo-
rem aliorum Deorum Gentilium immolabantur pe-
cora, & comburebantur: sed potissimum atque gra-
tissimum sacrificium Priapi erat ei imolare asinum.
Et hoc fiebat in vindictam: nam nullum erat animal, Sacrificia Priapi.
I ita inimicum Priapo, sicut asinus erat, ideo qui multos
asinos occideret, magnum obsequium & singulare
Priapo impendebat. Causam autem huius inimicti-
æ assignat Ouidius Fastorum libro primo in princi-
pio satis turpiter in re: sed delectabiliter in verbis pro
amatoribus huiuscemodi, scilicet quia asinus Sileni
senis ductoris Bachi eum à solatio nimpharum, non-
dum cœpto, sed quod in esse videbatur, importunis
clamoribus disturbauit; circa quę non oportet stilum
multum infigere, quia delectabilia in particulari pro-
posita, etiam secundum solam cogitationem mouent
ad suam fruitionem, vt declarat Aristoteles in septi-
mo Ethycorum. De quo magis dicetur Deuteronomij
nono capitulo, cùm agetur de memoria pecca-
K torum: factis autem istis immolationibus sacerdos Sacerdos Priapi.
Priapi cœteris cultoribus turpior ad populum verte-
batur verenda extenta toti populo pandens, quibus vi-
sis, tam viri, quàm mulieres, simul ad vera sacrificia
inhiabant in montibus, & cauernis propinquis altari,
quilibet virorum eam fœminam, quam sibi sors tu-
lisset, aut habere potuisset ad actus venereos accipie-
bat. Et ista erat causa, quare apud altaria Gentilium
plantabantur luci, idest montes densi, vt inter frute-
ta suis libidinibus inhiarent. Et hoc maximè Deus
cauebat, vt apud altaria non plantarent lucos, aut ali-
quam arborem, vt patet Deuteronomij septimo ca-
pitulo, & in multis alijs locis. Ista sacrificia cùm à
principio in rudibus gentibus propter intentionem
dele-

delectandi introducta fuerint, postea in alijs tempo-
ribus sequentibus in religionem acceperunt, putan-
tes se obsequium verissimè præstare Deo: vnde ali-
quæ mulieres, & viri, pręcipuè mulieres ista non de-
siderabant propter delectari, sed quia magnus cultus
Dei in illo actu dicebatur esse, ferebantur in illum:
nam Pontifices istorum sacrorum, dicebant in hoc
De Affra, & comitib' suis meretricibus postmodũ Christi Martyres.
magnum esse cultum Dei. Sic patet in legenda Affrę,
& comitum eius, quæ fuerunt Beatissimæ Martyres
Christi, & ante fuerant infames meretrices: & hoc
quidem, vt ipsæ in conuersione sua confessæ sunt, non
faciebant, vt magis sic delectarẽtur multis viris se ad-
miscentes, sed quia Pontifices deæ Veneris hoc prædi
cabant, quòd cultus veneris erat in coitu, & sic ipsa dea
suis cultoribus placabatur: qui ergo plus coiret plus de B
obsequio deæ Veneri præstabat: mulieres autem, quæ
plures amatores susciperent, plus de cultu impende-
bant, quæ autem plurimos plurimum de cultu. Et
quia nullę mulieres plures amatores suscipiunt, quàm
illæ, quę sunt publicæ prostitutæ, illę, quę maximum
cultum Veneri impendere desiderabãt, efficiebantur
publicæ meretrices: & sic Affra, & puellę comites
eius factæ sunt meretrices, non vt delectarentur, sed
Apud Iudæos fuit cult' Priapi, & cęremonię eiꝰ.
deæ Veneri se nimis famulari putantes. Apud Iudęos
autem fuit iste error de cultu Priapi: nam in monti-
bus colebatur, & inter densas arbores, atque in specu-
bus subterraneis congregabantur viri, & puellæ, atque
qualescunque mulieres ad coitum, de hoc patet tertio
Reg. 15. cap. cùm dicitur de rege Asa: Fecit Asa re- C
ctum coram Domino, sicut Dauid pater eius, & ab-
stulit effeminatos de vniuersa terra, purgauitque sor-
des idolorum, quæ fecerant patres eius, insuper &
Maacha matrem suam amouit, nè esset princeps in sa-
crificijs Priapi in luco eius, quem consecrauerat: sub-
uertitque specum eius, & confregit simulacrum tur-
pissimum, & combussit in torrente Cedron. Volens
ergo qualemcunque imitationem ad ista tollere man
dauit, vt taliter se haberent, nè aliquo modo turpitu-
do appareret. Et pertinent ista duo præcepta ad de-
terminationem præceptorum de cultu, qui intelligun
tur per sabbatum: sicut superius præceptum de non
faciendis dijs argenteis, & aureis pertinebat ad primũ
præceptum decalogi, in quo vocatur veritas, & vnitas D
diuinæ essentiæ. Et ista duo distinguntur inter se.
Quia vnum pertinet ad cultum Dei determinando lo-
cum sacrificiorum, scilicet quòd fiant in altari lapideo
non polito, vel in altari facto de terra. Secundum
pertinet ad determinationem modi altaris, scilicet
quòd esset tale, quòd non ascenderetur ad illud per
gradus, & hoc quantum ad honestatem ministro-
rum, nè renelaretur turpitudo eorum, quod facie-
bat aliqualiter vilipendi ministerium illorum.

CAPITVLVM XXI.

Dist. 33. c. ab exordio.

Iudicia describuntur.

HÆC sunt iudicia, E
quæ propones eis:
Si emeris seruum
Hebræum, sex an-
nis seruiet tibi: in
septimo egredietur
liber gratis. Cùm
quali veste intraue-
rat, cùm tali exeat: si habens vxorem, &
vxor egredietur simul: sin autem domi-

A nus dederit illi vxorem, & peperit filios,
& filias, mulier, & liberi eius erunt do-
mini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo.
Quod si dixerit seruus: diligo dominum Leui 19. Deute. 5. Deut. 18. Hebr. 12.
meum, & vxorem ac liberos, non egre-
diar liber: offeret eum dominus dijs, & ap-
plicabitur ad ostium, & postes, perfora-
bitque aurem eius subula, & erit ei seruus
in seculum. Siquis vendiderit filiam suam
in famulam, non egredietur, sicut ancillæ
exire consueuerunt. Si displicuerit oculis
domini sui, cui tradita fuerat, dimittet eam:
populo autem alieno vendendi non habe-
bit potestatem, si spreuerit eam. Si au-
tem filio suo desponderit eam, iuxta mo-
rem filiarum faciet illi. Quod si alteram ei
acceperit, prouidebit puellæ nuptias, &
vestimenta, & precium pudicitiæ non ne-
gabit. Si tria ista non fecerit, egredietur Iosu. 8. Deut. 15. Ierem. 34.
gratis absque pecunia. Qui percusserit
C hominem volens occidere, morte moriatur.
Qui autem non est insidiatus, sed
Deus illum tradidit in manus eius: consti-
tuam tibi locum, in quem fugere debeat.
Siquis per industriam occiderit proximum Leuit. 24.
suum, & per insidias: ab altari meo euelles
eum, vt moriatur.

Hæc sunt. Descriptis supra præceptis moralibus, hic agitur de præceptis iudicialibus, & de quibusdam cęremonialibus. Et diuiditur in duo, quia primo agitur de ipsis præceptis: secundo admonetur populus, & inducitur, vt viuat in eis: quasi in medio vigesimi tertij capituli, ibi: Ecce ego mittam.

Quatuor præceptorum genera apud Hebræos, & de differentia eorum inter se.

QVAESTIO. PRIMA.

CIRCA ista præcepta est notandum, quòd secundum, quòd supra diximus præcedenti capitulo, præcepta sunt quædam regulæ directiuę actuum humanorum in finem suum. Erant autem quatuor genera istorum preceptorum. Quedam sunt, quę ita Primũ genus preceptorum.
adherent ipsi intellectui practico, quòd nullo modo de eis dubitari potest, & vocantur ista preceptą, quę sunt prima principia, vt quòd bonum est agendum, quòd nulli est nocendum. Et quia preceptą sunt leges, leges autem ponuntur à legislatoribus ad erudiẽdos subditos: illa ergo, ad quę quilibet naturaliter eruditus est, quia est determinatus ad ea, & in actu eorum, non debent tradi in aliqua lege, quia illud esset superfluum; ideo de talibus, quòd bonum est agendum, quòd non est malum appetendum, non datur aliqua lex, nec humana, nec diuina. Secundum genus preceptorum erat, quòd immediatè insurgit ab ipsis primis principijs intellectus practici, & Secũdum
per paruam illationem cognoscuntur, vt quòd nõ est

furandum, non adulterandum, non occidendum, patrem honorandum, Deum colendum: hęc tamen quia sunt conclusiones prouenientes à primis principijs iuris naturalis, siue intellectus practici, & non sunt ipsa practica principia, licèt cuilibet nota esse possunt, & faciliter, & licèt quilibet audiens ea immediatè assentiat eis, tamen non quilibet erit in actu istorum, idest non quilibet determinabit se ad ista, vel cognoscet ea, quia intellectus noster indeterminatꝰ est, nisi respectu notissimorum; ideo ista, quæ pertinent ad secundum genus, aliqualiter debebant explicari, & sic Deus explicauit ea in mõte Sinai, dicens ea toti populo in voce tubæ. Et licèt ista data fuerint Iudæis, non obligabant solos Iudæos, sed omnes aliàs gentes, quia ista præcepta non habent præcipuam obligationem suam ex datione, sed ex naturali dictamine rationis: licèt verum sit, quòd latio eorum causauerit aliqualẽ obligationem: nam magis obligati sunt Iudæi ad obseruandum ista præcepta, quàm aliæ gentes pro tempore, quo lata sunt, & pro toto tempore status veteris testamenti. Et ideo si contemnerent, magis peccabãt, quàm aliæ gentes: cùm ergo naturale dictamẽ, quod semper fuit in hominibus, & ante datam legem, & tempore legis datæ, manserit in hominibus tempore legis nouæ: necesse erat manere ista præcepta moralia. Tertium genus præceptorum erat, quod deriuabatur ex secundo genere præceptorum, scilicet secundum quæ dirigitur homo, vt bene se habeat ad proximum suum, & ei non noceat: & ista non sunt nota cuilibet, sed solùm sapienti: quia non immediatè nascuntur ex principijs iuris naturalis, sed mediantibus quibusdam magnis illationibus: & istud genus præceptorum non totaliter oritur à iure naturali, sed pro quadam parte: pro alia autem à præceptis ipsorum legislatorum, scilicet à voluntate eorum. Quartum genus præceptorum erat, quod nullo modo est notum, nec dependet à radice iuris naturalis, sed à sola voluntate legis conditoris: & istud reperitur interdum in legibus humanis, quantum ad taxationes pęnarum, & terminorum præfixiones, & hoc reperitur in lege veteri, in genere præceptorum cœremonialium. Ista ergo duo genera præceptorum, quę vocantur iudicialia, & cœremonialia, cùm non dependeant à ratione naturali perfectè: sed à voluntate conditoris veteris testamenti; inquantum erat vetus testamentum. Cùm vetus testamentum secundum se inquantum vetus erat, ablatum est, necesse est, quòd ista præcepta, quæ solùm habebant auctoritatem manendi, & ligandi secundum quòd erant constituta per auctorem veteris testamenti, delerentur: ita quòd nihil magis ligarent, quàm si nunquàm statuta fuissent. Licèt quantum ad hoc est diuersitas, quia præcepta cœremonialia non solùm non obligant: imò nullo modo sunt seruanda: nam præcepta cœremonialia principaliter secundum sensum literalẽ, (quem aliqui allegoricum vocant,) erant signatiua eorum, quæ fieri debebant circa Christum auctorem noui testamenti. Et secundario literaliter signabant ea, quę figurabat litera in cortice ad emundationem gentis status illius: illi ergo, qui istas cœremonias obseruabant in veteri testamento, obseruabant eas tacitè, vel expressè sub protestatione Messiæ futuri, prout per illas vocabatur Messias venturus. Quod autem nunc obseruarentur, erat protestari Christum nondum venisse ad sumendum carnem, sed adhuc expectari, quod est destruere veritatem totius noui testamenti, dicentis Christum venisse, & redemisse nos. Et propter hoc dicebat Apostolus ad Gala. 5. cap. Si circuncidimini Christus vobis nihil prodest, quasi dicat: si circuncidimini, per ipsam circuncisionem, quàm su-

Licèt præcepta decalogi data essent Hebræis: non tamen eos solos obligabant.

Tertium.

Quartum.

Differẽtia inter ꝓcepta cœremonialia, & iudicialia.

F scipitis, tanquam necessariam ad salutem, protestamini Christum non venisse, quia ista cœremonialia veteris testamenti signabant Christum futurum: & si vos sic protestamini, Christus vobis nihil prodest, quia dicitis eum non venisse, & nihil egisse. Licèt inter ista cœremonialia quædam sunt, quæ non tangunt directè significationem Christi venturi: sed mũdiciam populi illius, & sanitatem. Et hæc licèt non debeant teneri in lege, scilicet quòd detur lex, quòd seruentur quasi obligarent: tamen quòd aliquis seruet propter consideationem sanitatis, aut aliam causam talem, non aduertendo aliquo modo, quòd ista data fuerint, & oportebat ea seruari, non peccat: sicut circa cibos, qui vetabantur in lege veteri, vt non
G comedere porcum, & anguillam, & sic de cœteris: nam ista fortè nociua sunt alicui, vel secundum se non sunt sana: quòd ergo illa, quæ ibi vetabantur, non comedamus, non est peccatum, si non comedamus ea, quia vetantur, sed quia sana sunt: si autem ea comedere nolemus, quia putaremus nos obligatos ad non comedendum ea, iam peccabamus, quia protestabamur illam legem manere in suo vigore, quod repugnat statui noui testamenti. Alia tamen sunt cœremonialia, quæ nullo modo seruare licet: nec quia præcepta sunt in lege antiqua, nec ex alia causa: vt circuncisio, & immolatio sacrificiorum, & obseruatio Azymorum: nam ista, & similia sunt
H principaliter stabat vis totius legis, & signatio futurorum: quocũque ergo modo aliquis se nunc circuncideret, repugnaret directè statui noui testamenti, quia agebat id quod confirmabat totam antiquam legem. Vel si aliquis immolaret Deo capram, aut arietem, vel aliquid tale; directè repugnabat nouo testamento, quia ista sacrificia directè, & principaliter signabant sacrificium noui testamenti, scilicet Christum: quæ agendo quomodocunque notaremus Christum adhuc immolandum, quod falsum est, quia Christus semel mortuus est, & iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur: de quo ad Hebr. 8. capitulo. Obseruare ergo præcepta cœremonialia de quibus primo diximus, inquantum fuerunt data in lege veteri, & inquantum dicimus ea obligare, mortiferum
I est. Obseruare autem pręcepta cœremonialia, secunda quocunque modo obseruentur, siue vt sunt data in lege veteri, & credamus ea obligare, siue aliàs peccatum graue est. Pręcepta autem iudicialia, cùm etiam data fuerint à constitutore veteris testamenti, & data fuerint ad solam directionem illius populi, qui faciebat vnam specialem politiam, vt patet supra decimonono capitulo, & Deuteronomij septimo capitulo, quia Deus eum accepit in populum familiarem, & peculiarem de cunctis tribubus, & gentibus terræ, sicut quælibet politia specialis suas leges habet directiuas specialiter illius politiæ: destructo ergo statu politico, oportet destrui leges regulatiuas
K politię. Cùm ergo ille populus Dei: qui fuit Iudaicus. Et quædam specialis politia mutauerit statum illum adueniente Messia, qui erat consumatio illius status: necesse erat leges datas ad specialem regulationem illius status perire. Huiusmodi autem sunt præcepta legalia, quæ erant solùm directiua illius populi, vt erat sub illo statu: quòd ergo aliquis nunc obseruet illa præcepta iudicialia, dicens illa obligare vsque nunc: esset dicere manere statum veteris testamenti, quod erat redire in omnia inconuenientia priora: mortiferum ergo erat obseruare præcepta iudicialia isto modo. Quia tamen præcepta iudicialia sunt leges datę ad conseruationem alicuius politiæ, si fortè illa conueniant politijs temporis nostri, poteri-

Quædam sunt cœremonialia veter. testi q̃ i lege nouã nullo mõ seruari debent.

Si inter ꝓcepta iudicialia aliquod inueniat nostrę politię cõueniẽs: obseruare illud peccatũ nullu ꝑ.

poterimus illa accipere pro directione nostra: non tanquam obligantia ad custodiam, sed quia nos ea nouiter statuimus, & eis vim obligandi tribuimus. Sicut si aliquis princeps in terra sua statueret, sic fieri vt in istis præceptis iudicialibus continebatur, ita quòd ipse ea statueret, & tunc ea obligare incipere, notificaret ea non obligauisse à principio. Et isto modo Ecclesia approbauit quasdam de istis legibus, & statuit eas seruari, vt patet extra de homicidio, & extra de adulterijs, & stupro, & extra de iniurijs, & damno dato, & nunc nos illas obseruamus, non ex auctoritate Dei illas in veteri testamento condentis, quia illa legislatio transijt, cùm ipse noluerit eas leges durare in æternum, sed vsque ad aduentum Messię, sed obseruamus ex auctoritate Ecclesiæ de nouo instituentis: & nihil
B magis est Ecclesiam, vel aliquem principem condere, & approbare ista pręcepta iudicialia, vt obseruentur in patria sua, quàm vnam terram accipere leges alterius. Vt patet de Romanis, qui acceperunt leges à Gręcis: nam Romani decem viros Athenas miserunt, qui leges ex auctoritate Solonis, in Latinum de Gręco sermone transferentes, decem tabulis exposuerunt. Et quia postea Romanis ista legislatio perfecta visa non est, duas tbulas addiderunt, facientes duodecim tabulas: vnde apud legistas vocantur leges duodecim tabularum, quæ in digestis continentur. De his Paulus Orosius 2. de Ormesta Mundi. Et Isidorus Eth. lib. 5. cap. 1. Et in decretis 8. dist. ca. Moyses. Constat tamen quòd Romani non acceperunt illas leges Solonis, tanquam putarent se obligatos legibus Solonis, quæ ad solos Atheneinses, date erant, sed accipiebant eas tanquam dicta viri sapientes, vt si placeret eis assentire illis, statuerent eas, & darent auctoritatem legum, sin autem relinquerent. Ita nos accipimus præcepta iudicialia data à Deo, tanquam dicta sapientis viri, & non tanquam dicta alicuius legislatoris nos ad custodiendum obligantis. Quod autem seruare præcepta iudicialia, non repugnet statui noui testamenti, sicut serua re cœremonialia patet, quia præcepta iudicialia dabãtur Iudæis, qui erant vna specialis politia, tanquam directiua illius politię: & non dabantur ad signandum aliquid futurum in nouo testamento, sicut signabant cœremonialia; ideo dato quòd custodiantur, non derogant statui noui testamenti, quia non significant aliquid venturum esse quod iam venerit, sicut signarent cœremonialia si obseruarentut, vt supra declarauimꝰ: si autem dicantur aliquo modo iudicialia esse significatiua, vel figuralia, non est per se, sed per accidens, inquantum dabantur populo cuius erat status totus figuralis perfectionis, & veritatis, quam expectabant in consumatione status illius: magna ergo differentia est in obseruatione legalium, siue cœremonialium, & in obseruatione iudicialium. Nam cœremonialia per se derogant statui noui testamenti: iudicialia autem non repugnant, nisi per accidens.

Ecclesia canonizat aliqua pręcepta de iudicialibus vet. test.

Romani acceperũt leges à Gręcis d̃ libris Solonis.

Magis repugnat ista tui noui testa. obseruare ꝑcepta cœremonialia, quàm iudicialia.

Quare omnes gentes non accipiunt præcepta à Deo instituta, cùm illa sit rectissima.

QVAESTIO. II.

SED circa hoc quæres, cùm intentio legislatoris politiæ, sit dare rectas leges conseruatorias status politici, & constet, quòd apud homines non est certitudo in legibus quas dant, (scilicet quòd prudentia sua non sufficit totaliter ad inquirendum rectas leges. Ideo aliquando dant malas leges. Et quando homines inueniunt, quòd aliquis fuit prudentissimus legislator eorum, qui eum præcesserant, innitebantur prudẽtię eius magis, quàm alterius legislatoris: quia ergo
A constat, quòd Deus est prudentissimus, imò est pura prudentia, & impossibile est eum errare: necesse est, quòd leges illę quas dat alicui populo, sint bonę, quod non contingit de alijs legislatoribus, quia quantuncũque aliquis legislator prudens sit, potest errare in legislatione, & leges suę poterũt esse malę, vel simpliciter, vel secundum quid: deberent ergo omnes politię accipere leges iudiciales, quas Deus dedit, cùm impossibile sit, eas esse male positas. Respondetur, quòd politiarum, & principatuum, quidam sunt boni simpliciter, quidam sunt boni huic vel illi genti, secundum ꝙ sepe declarat Aristo. in 3. & 4. Polit. Nam principatus Monarchicus secũdum se optimus est, quia magis assimilatur optimo principatui naturali, de quo dicit Aristo.
B in vlt. proposit. 12. Meta. ꝙ entia nolunt male disponi: mala est pluralitas principũ, bonus est ergo vnus princeps. Iste tamen non est multum conueniens politijs, quia est periculosus, vt declarat Arist. in si. 3. Poli. nam difficile est omnia cõmittere vni, quia illo male agẽte, cuncta destruentur, maximè cùm non constet de bonitate illorum, qui sunt Monarchę: potissimè quando non eliguntur, sed veniunt per successionẽ. Post hunc principatus Aristocraticus est optimus, cùm cõmunitas regitur per plures, & virtuosos, & quilibet habet magis de potestate, secundum ꝙ maioris virtutis est: sed iste principatus non conuenit cuilibet politię, cùm sit multum seditiosus, & occasio inuidię inter eos, qui potentes, & magni sunt: nam quibusdam electis, alij
C qui non eliguntur, per hoc innuuntur, non esse ita boni, & virtuosi, sicut illi, qui eliguntur, quod magnam radicem inuidię, & seditionis præstat. Concludit ergo Phylos. in 3. Politic. principatum Democraticum esse bonum politię: nam licèt non sit bonus secundum se, cùm sit vnus de imperfectissimis principatibus, quia ẽ vnus de tribus malis, est tamen securus, cùm non sit se ditiosus: nam principatus Democraticus est principatus popularis, idest in quo omnes de populo equaliter dominari possunt. Et sic adinuicem non inuidebunt: sicut ergo est de politia, ita est de legibus: ꝙ leges ponuntur ad directionem status politici: quia ergo quædam politia, siue ordo politicꝰ est per se, & simpliciter bonus, licèt fortè illa nulli populo conueniat: ita erunt
D leges correspondentes illi politiæ, quæ erunt simpliciter bonæ, & tamen fortè nulli politię cõuenient. Aliæ sunt politiæ, idest ordines politici conuenientes huic, vel illi populo, & secundum hos dabuntur leges conuenientes huic populo, vel illi.

An debeant dari leges alicui politiæ simpliciter bonę.

QVAESTIO. III.

NVNQVID ergo quando aliquis legislator inquirit leges pro aliquo populo, debet dare illi populo leges, quæ sunt secundum se, & simpliciter bonę, vel leges, quæ sunt bonę illi populo. Respondetur, ꝙ
E non debet dare leges simpliciter bonas, sed leges bonas alicui populo. Et patet hoc in medicis, si enim medicus dat ęgrotanti cibum, aut potum: nunquid debet ei dare cibũ, q̃ est simpliciter sanus, vel cibũ, q̃ est sanus illi ęgrotanti: manifestũ est, ꝙ si det cibos illi ęgrotanti simpliciter sanos, destruet illũ, q̃a cibi simpl'r sani sunt illi, q̃ conueniunt corporibus simpl'r, & totaliter sanis: sed cõstat, ꝙ non est idem sanum in cibo hoĩ ęgrotanti, & sano: debet ergo medicus dare ęgrotanti non cibum, q̃ est simpliciter sanus, sed cibum, qui est illi sanꝰ. Sic etiam si aliquis educaret pueros teneros, non deberet eis dare cibum, qui est nutritiuus simpliciter, sed qui est nutritiuus illorum: nam cibus, qui est nutritiusꝰ simpliciter esset fortis, & indigestibilis pueris delicatis.

Debet ergo legislator in dãdo legem obseruare, ꝙ nõ det legem bonam simpliciter, sed bonam illi politiæ, quia fortè ille populus erit imperfectus, & non poterit tolerare legem bonam simpliciter: si enim requirãtur omnes legislationes humanæ in diuersis politijs, non reperientur aliquę leges, quæ sint bonę simpliciter, qa in omnibus reperientur aliqui defectus, nec tñ propter hoc illæ leges dicebantur malè positę, sed valde bene, quia dabantur secundum conformitatẽ finis politici, & conuenientiã indiuiduorum politiæ, imò si talis lex vellet tollere omnes defectus, ita ꝙ esset bona simpliciter, iam mala redderetur, quia non cõueniret illi politiæ, cui dabatur, cùm destrueret totum statum politicum, sicut declarauimus supra præce.c.s.ꝙ stultæ sunt illæ leges humanæ, quæ legem diuinam volunt totaliter imitari. Considerando ergo, vt diximus, per omnes legislationes tam humanas, quàm diuinas sola lex Christi noui testamenti reperietur, ꝙ sit lex secũdum se bona, & simpliciter: nam nec legislatio veteris testamenti fuit bona simpliciter, quia aliqua mala permisit propter imperfectionem eorum, quibus dabatur: lex autem noui testamenti est bona simpliciter, quia nullum malum permittit, vt patet discurrẽdo per totam. Et si dicas, quare ergo lex noui testamenti prohibuit omnia mala, cùm aliqua permiserit lex vetus, vel è cõtrario: quare lex vetus permisit aliqua mala, cùm nulla permittantur in nouo testamẽto? Respondetur, ꝙ lex vetus dabatur vni soli genti, s. genti Iudęorum quam Deus accipiebat in populum peculiarẽ de cunctis populis terræ per illam legem, vt patet supra 19.c. cũ dr: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactũ meũ eritis mihi in peculium de cunctis populis. Debebat ergo ista lex, vt bona esset, conformari statui illius gẽtis, cui dabatur, sicut mensura, & mẽsuratum cùm istæ leges sint mensurę actuum humanorum: sed illa gens erat imperfecta: ergo aliqua, quæ ad imperfectionem pertinerent, ei pmittenda erant. Aliæ etiam causæ ponuntur supra præc.c. Lex autem noui testamenti: non fuit data aliquibus, populis specialiter, sed toti mundo, vt patet Matth. 28.c. cùm dr: Ite per vniuersum mundum, & prędicate Euangeliũ omni creaturæ, nõ ergo debebat conformari specialiter conditioni alicuius gẽtis. Ratio autem huius magis sumitur à fine, pro quo ponitur aliqua legislatio, de quo magis dixim⁹ præc.c. Reuertentes ergo ad id quod intẽdebamus postquam radices rationis posuimus, dicendum ꝙ Deus dedit Iudæis præcepta iudicialia, & illa non erant bona simpliciter, cùm populus ille nõ esset bonus simpliciter, nec dispositus ad hoc dispositione propinqua, & ipsa lex vetus cuius quædam pars sunt præcepta iudicialia non sit perfecta, nec præcepta legalia erũt perfecta simpliciter, sed erant talia, qualia conueniebant illi populo. Et quia nõ sunt omnes populi taliter dispositi qualiter Hebræi tunc erant, ideo nõ sunt bona cuilibet populo ea, quæ bona erãt Iudæis; ideo licèt illa præcepta fuerint sine dubio bona, & conuenientia Iudęis, nõ tñ cõueniunt nobis, quia non habemus eandem dispositionem, quam ipsi. Et quando dicitur, ꝙ quia Deus est pfectissimus legislator, nõ potẽs errare in legem, quàm dat, omnes populi deberent accipere pro se illas leges: non valet consequentia: nã licèt impossibile sit, q̃ illa lex quam Deus dat alicui populo sit illi populo mala, tamen satis possibile est, & sic est de facto, ꝙ esset pro alijs populis mala: nam multa ponuntur in istis præceptis iudicialibus Hebræorum, q̃ obseruata militarent contra statum politiæ nostræ. Non decet ergo, ꝙ Ecclesia, vel aliquis princeps de modernis confirmet omnia ista statuta iudicialia, promulgando eatanquam leges subditis suis. Circa ea, quæ hic dicuntur considerandum, ꝙ sicut supra ponebantur præcepta moralia

Si aliqua lex vellet tollere omnia mala, esset mala simpliciter.

Inter omnes legislationes sola lex euãgelica est totaliter bona.

De⁹ dedit Iudeis præcepta iudicialia, & illa nõ erãt totaliter bona, quia populus Iudaicus nõ erat totaliter bonus.

Quamuis Deus sit legislator optim⁹, nõ tamen oẽs populi debent accipere legẽ, q̃ ipse alicui populo specialiter tribuit.

F dirigentia partem concupiscibilem, & irascibilem, & rationalem: ita in iudicialiabus dirigitur quælibet istarum virium. Et primo agit hic de directiõe irascibilis: tendit autem irascibilis in aliquod magnum, & arduũ: & sic dicuntur spes, & desperatio pertinere ad irascibilem, quæ fit circa magnum, & arduum: spes quidem in prosequendo, desperatio in fugiendo. Est etiam irascibilis ad aliquid malum sub ratione destructiui, & isto modo irati dicuntur appetere vindictam appetentes destruere id, quod sub ratione dehonorantis, iniuriantis, vel contemnentis apprehenditur, vt patet in se primo Ethycorum. Et quantum ad vtramque partem dirigitur hic irascibilis. Primò quantum ad prosecutionem ardui: nam hoc pertinet ad dominia, quia do

G minari alijs aliquid est magnum, & quia dominus dicitur, qui habet seruũ, agitur hic de seruis quomodo emantur, & liberentur. Secundò ordinatur ad secundam partem in quantum per irascibilem prosequmur aliquid tanquam malum ad destruendum, & huiusmodi est per destructionem percutiendo, aut occidẽdo, de quo agitur ibidem. *Qui percusserit hominem.* Circa primum. *Hæc sunt iudicia.* In Hebræo dicitur. *Et hæc sunt iudicia.* Ponitur ibi ista coniunctio, &, quia coniungit superiora: nam hic non est caput rationis, sed Deus dixit Moysi omnia ista, & superiora ab illo loco. *Dixitque præterea Dominus ad Moysen.* Et illa erant aliqualiter moralia, & aliqualiter cœremonialia, secundum quòd præcedenti capitulo declaratum est, hic

H incipiebant iudicialia: Et quia Moyses continuauit istum ordinem in narrando incipiens ab illis, & continuans ista, ne fortè putaret populus, quòd ista essent talia, sicut illa erant ante priora cœremonialia: sic putarent ista esse cœremonialia: vt ergo distinguerent dixit. *Et hæc sunt iudicia.* Idest ista quæ supra dixi cœremonię erant, & nunc hæc, quæ dicturus sum, iudicia sunt. *Hæc sunt iudicia.* Idest leges ad iudicandum in causis foralibus. Iudicium autem dicitur actus iudicandi, scilicet actus rationis practicæ determinantis quid oporteat eligere, & pertinet ad prudentiam quantum ad partem suam, quæ vocatur ensmesia: sicut consiliari ptinet ad prudẽtiam secundam partem, quæ vocatur eubolia, de quibus Aristot. in 6.

Iudicium quot modis accipiatur.

I Ethyc. Aliquando accipitur iudicium pro ipsa exhibitione iustitie, scilicet pro actu imperato à iustitia: nam iustitię est, per quam iusta facimus, iusta volum⁹, iustorum operaturi sumus, vt patet in 5. Ethyc. Vel iustitia est constans, & perpetua volũtas reddens vnicuique quod suum est, vt patet ff. de iustitia, & iure in l. iustitia, & Instituta de iustitia, & iure in principio. Ille ergo actus, qui est reddere vnicuique quod suum est, vocatur iudiciũ: & isto modo loquitur scriptura Gen. 18.cap. cùm dicitur: Scio, quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciant iustitiam, & iudicium. Facere iustitiam est habere mentem rectam ad distribuendum vnicuique quod suum est. Facere iudicium est ipsum bonum, qd̃ mente tenemus opere exequi, sic etiam dicitur in Ps.

Quid sit iustitia.

K Donec cõuertatur iustitia in iudicium. Tertio modo accipitur iudicium pro lege, secundum quam iudicandum est. Et vocatur lex iudicium à priori, vel à posteriori: à priori quidem, quia ipsa lex per iudicium rationis facta est: nam ad condendum legem requiritur prudentia politica in legislatore, vt patet in tertio Politicorum. Vel vocatur lex iudicium à posteriori, scilicet ab actu iudicandi, qui per eam fit: nam iudices debent sequi in iudicando leges positas, & non initi sensui, vel prudentiæ suæ, vt patet extra de constitu. in cap. Canonum statuta, scilicet: Canonum statuta ab omnibus obseruanda sunt, & nemo in actionibus, vel iudicijs suo sensu, sed eorũ auctoritate ducat, &

& eodem titulo, in capit. non initaris prudentiæ tuæ: prudentiæ suæ ille inititur, qui ea, quæ dicenda vel agenda euidenter decretis patrum præponit. Et ex hoc multum arguebat Iesus Pharisęos, qui initentes suo sensui legem Dei peruertebant: vt patet Marc. 7. capit. cum dicitur: Vos autem mutastis legem Dei, propter traditiones vestras. Et isto modo accipit̃ hic iudicium. *Hæc sunt iudicia.* Idest leges quas habebitis ad iudicandum in causis litigiorum: & nõ solùm ista sunt iudicia: quia cùm plures casus emergerent quãdatæ essent leges, ipsi iudices, qui sapientes, & gnari erant, determinabant secũdum conscientiam suam: vt patet Deut. primo ca. nam ex hoc sapientes esse debebant, & si sapientia eorum non sufficiebat ad determinandũ in talibus casibus, reducebat̃ causa ad Moysen, qui vel prudentia sua, vel consulendo Deum respondebat, vt patet supra 18. cap. cùm dicitur: Quidquid autem grauius erat reducebant ad eum, ipsi autẽ tantummodo faciliora iudicantes. *Quæ præpones eis.*

Rabbi Aben Ezra.

Dicit Rabbi Abraham Aben Ezra, quòd ista iudicia poterant proponi dupliciter, quia vel in verbo dicẽdo ea coram toto populo, vel in scripto dando ea in scriptis toti populo, vt custodirent ea. Sed quæres quomodo fuerunt proposita. Respondetur quòd solùm fuerunt proposita in voce: nam scripturam nullam vidit populus, quando proposuit ea Moyses eis, vt patet infra 24. cap. cum dicitur: Venit ergo Moyses, & narrauit omnia verba domini plebi atque iudicia, respõditq; cunctus populus: Omnia verba domini, quę locutus est faciem⁹. Et sequitur: Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini, & mane consurgens ędificauit altare: & sic primo fuerunt promulgata quam scripta. Et satis est ratio in patenti. Nam si ista verba scribi debebant, proderat scriptura eorum solùm, vt ipsi populares retinẽtes ea in scriptis, scirent e, aatq; dirigerentur per ea: sed istę antequam promulgarentur populo non erant leges: nam licèt principes condant leges, non habent vim legum, donec consentiente populo promulgentur. Cùm ergo istę leges darẽtur Hebræis, donec ipsi consentirent non erant leges: quòd ergo Moyses scriberet ista verba donec consentiret populus videbatur esse stultum, vel labor dubius: quia forte non consentiret populus, postea & tunc illa scriptura esset superflua: sed populus non poterat consentire, donec sciret quid erat illud, in quo deberet consentire: oportebat ergo, quòd dicerentur eis illa verba domini, vt viderent si vellent consentire ad obseruandum: & post consensum eorum scriberentur tanquam habentia vim legum: & hoc totum tãgitur in illa litera, cùm dicitur quòd Moyses narrauit plebi omnia verba domini: & tunc sequitur, quod ipsi respondẽrũt dicentes velle obseruare omnia, quæ dicebantur: quasi per hoc darent vim legi, vt tanquã lex obligaret: nam si consensus eorum nihil conferret legi, ita quòd non daret ei vim legis, data illa lege a Domino non oportebat eos respondere se consentire, vel non consentire: quia etiam si nollent, illa esset lex, & tenerentur ad illam: sed falsum est, nã Deus petiuit ab eis consensum, vt magis patet supra 19. cap. persuadendo eis vt consentirent reducẽdo ad memoriam beneficia eis exhibita: & promittens alia in futurum. Cùm dicitur: Vos ipsi vidistis quæ fecerim Aegyptiis: & quomodo portauerim vos super alas aquilarum: si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Consentientibus ergo popularibus, tanquã iam lege habente vim obligandi, Moyses scripsit illam, vt patet ibidem. *Si emeris seruum.* Primo incipit a seruis, qui emuntur, & venduntur: nam in hoc cõtingit fieri magnas iniustitias. Et cũ in hoc, quòd ali-

Quęsitum

Responsio

A quis efficitur seruus, mutatur totus status eius, oportebat multum circa hoc insistere. *Hebræum.* Ista lex hic posita de seruis, solũ intelligitur de seruis Hebręis: nam ista libertas post sex annos, quæ datur istis seruis, non competebat seruis, quos emebant de aliis gentibus Hebræi: vt si emerent seruũ Idumeum, vel Ammonitam, aut Moabitam, vel de aliis gentibus, quæ non essent Chananeę, non liberabantur illi serui post sex annos: sed manebat in æternum seruus, vt patet Leui. 25. cap. cum dicitur: Seruus, & ancilla sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos: vel qui ex his nati fuerint in terra vestra: hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros: fratres autem vestros filios Israel non opprimetis per potentiã.

B

Quare Israelitæ vocantur Hebræi.

QVAESTIO. IIII.

QVAERIT autem Rabbi Abraham Aben Ezra, quare vocantur Israelitę Hebræi. Aliqui dicũt quòd vocantur Hebręi ab Abraham: & sic volũt quidam de nostris dicentes Hebręi quasi Abrahęi. Sed contra est, quia Gen. 14. capi. ipse Abraham vocatur Hebręus, cùm dicitur: & ecce qui euaserat nunciauerat Abraham Hebręo, qui habitabat in conualle Mãbre. Etiam si ab Abraham dicerentur Hebræi omnes, qui descenderent ab eo vocarẽtur Hebræi: quod falsum est nam Idumæi: Ismahellitę, Amalechitæ, Madianitæ, & aliæ gentes, quæ descendunt ab Abraham, non vocantur Hebręi præter solos Israelitas. Alij dicunt, quòd vocantur Hebræi secundum deriuationem Hebraicam quasi transfluuiales; nã vt dicitur Iosue 24. cap. trans fluuium habitauerunt patres vestri a principio, Thare, & Nachor, & seruierunt dijs alienis. In Hebræo autem, heure, dicitur trans: & inde videtur descendere heuri. i. Hebręus. Sed tunc stat idẽ inconueniens quod ante: quia filij Nachor vocabuntur Hebræi, quia trans fluuium habitabant. Et si velis dicere, quòd solùm vocabantur Hebręi illi, qui habitauerunt trãs fluuium, & postea transierunt flumen,

C

D cùm Abraham trãsierit, & Loth, omnes filij Abrahæ vocabuntur Hebræi, quod falsum est, vt diximus supra. Etiam filij Loth, qui venit cum Abraham, vt patet Gen. 12. cap. vocabuntur Hebræi, sed falsum est, quia Amon, & Moab sunt filij Loth, vt patet Gene. 19. capit. & tamen non vocabantur Hebræi. Alij dixerunt, quòd vocantur Hebræi ad Heber. Et tamen si hoc sit verum cùm multę gentes descenderint ab illo, vocabuntur Hebræi, vt tresdecim, gentes descendentes à Iectan, qui fuit filius Heber, vt patet Gene. 10. cap. Rabbi Abraham Aben Ezra tenet istam positionem: & dicit quòd quidam sunt Hebręi in re, & voce: alij autem in re solùm. In re, & voce sunt illi, qui descendunt de semine Heber, & sequuntur vitam sanctam Heber: nam Heber vir sanctus fuit, & Propheta, vt tenent Hebræi, & diximus causam Gen. 11. cap. soli autem inter gentes descendentes ab Heber sequuntur vitam eius Israelitę. Ideo soli vocantur Hebręi. Alię autem gentes, quę descendunt de semine Heber, & non sunt sanctę sicut Heber, nõ vocantur Hebręi. Sed adhuc ista positio nihil valet: nã solùm confingit apparentiam causæ propter non inuenire causam existentem, & patet inconueniens: nã si ex hoc, quòd sequebantur sanctitatem Heber, vocabantur Hebręi, sequeretur, quòd alij de Gentilibus descendentes ab eo, qui sine Moysi lege existentes Deum verum colerent, sicut ipse Heber vocarentur Hebręi: sed falsum est, quia nulli de Gentilibus vocati

E

sunt

ſunt Hebræi. Item ſi ex hoc ſic vocarentur, ſequeretur,quòd Iſraelitę,qui mali eſſent,non vocarentur Hebræi:ſed falſum eſt, quia omnes indiſtincte vocantur Hebræi. Item ſi vocarentur Hebræi ab Heber, quia vir ſanctus erat,magis deberent vocari Abrahęi,ab Abraham, qui ſanctior fuit,quàm Heber,& omnes prę cedentes ipſum: nam teſtimonium magnum habet a Deo, qui nimis laudat eum: & tota ſcriptura aſſerit promiſſiones eſſe completas in poſteris propter eum, vt patet Gene. 18. capit. & in multis aliis locis huius libri,& Numerorum: & præcipuè in Deuterono. ſed non denominantur ab eo,vt ſupra probatum eſt. Etiã Noe iuſtior fuit,quàm Heber,quia teſtimonium hẽt quòd placuerit Deo: & quòd fuerit iuſtior in omnib⁹ generationibus ſuis, vt patet Gen.6. cap. de Heber autem nihil reperitur, ſed eſt ignotus,ergo non vocant ab eo Hebręi,quia ſanct⁹ fuit, ſed ex aliqua alia cauſa.

Doc. ſent. Dicendum ergo,quòd cauſa quare vocantur Iſraelitę Hebræi eſt propter Heber, non quidem quia ſolũ ab eo deſcendunt,ſed quia eius linguam ſoli tenuerunt: nam cùm a Noe nati fuiſſent tres filij: computantur filij Cham, Sem, & Iaphet: & quot ſunt computati, tot fuerunt Idiomata ſecuta in eis, vt patet Gen. 10. capit. Nam computatis filijs Iaphet ſubiungitur: His diuiſæ ſunt inſulæ,vnuſquiſque ſecundum linguam, & familias ſuas in nationibus ſuis. Computatis autem filiis Cham ſubiungitur: Hi filij Cham in cognationibus,& linguis,generationibus,terriſque, & gẽtibus ſuis. Deinde computatis ad vltimum filijs Sem ſubiungitur:iſti filij Sem ſecundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus ſuis, ex quo innuitur, q̃ tot linguæ erãt,& diuerſa Idiomata,quot erant ibi cõputatæ perſonæ, cùm dicitur vnuſquiſque ſecundum cognationes,& linguas ſuas:ſed inter filios Sem computatus fuit Heber tanquam vnus: ergo ei correſpondebat vna lingua diuerſa à cęteris. Dicebantur autem iſta per anticipationem: nam licèt quando fuit facta diuiſio linguarum ædificãdo Babylonem, fuerint plures quàm iſti ibi nominati,vt ſatis colligitur Gen. 11. cap. tamen quando fuit facta confuſio,accidit ex voluntate diuina, vt in quolibet iſtorum nominatorum eſſet vnum Idioma: & licèt cum quolibet iſtorũ fuerint multi alij ſequaces,& comitantes: quilibet tamẽ de iſtis nominatis fuit dux inter illos, qui tale Idioma habebant, quale ipſe,& ſecundum quòd fuerunt.72. Idiomata,ita fuerunt 72. viri capitanei iſtorum Idiomatum,qui computantur ibi: Moyſes autem ſcripſit illa multo poſtea quã facta ſunt,qui ſcripſit ab euentu iſtos fuiſſe capitaneos Idiomatum: licèt quando nati ſunt non habebant diuerſa Idiomata,quia erat terra labij vnius,vt patet Gen.11. cap. Heber ergo, qui fuit vnus de filiis Sem computatis in illo capit. 10. neceſſe habuit vnam linguam, & illam ex nomine ſuo vocata fuit Hebræa,& iſta erat illa, quæ fuerat a principio rationalis creaturæ, quando tota terra erat labij vnius a creatione Adę vſque ad conſtructionem Babylonis, vbi fuit facta diuiſio. Iſta lingua Heber fuit deriuata per ſuos poſteros directe ab eo deſcendentibus, qui non ſunt inter illos, qui computantur Geneſi decimo capitulo. Et diço hoc, quia Phaleg fuit filius Heber,& Iectan fuit filius Heber: tamen nec Iectan, & ſui poſteri habuerunt iſtam linguam: ſed ſolus Phaleg. Et poſtea non habuerunt iſtam linguã omnes filij Phaleg: ſed ſolus Reu filius eius. Et omnes filij Reu non habuerunt iſtam linguam; ſed ſolus Sarug. Et omnes filij Sarug non habuerunt iſtam linguam,ſed ſolus Nachor. Et omnes filij Nachor non habuerunt iſtam linguam,ſed ſolus Thare. Et omnes filij Thare,ſcilicet Aran Nachor Abraham nõ habuerunt iſtam linguam: ſed Abraham ſolus. Deinde non omnes filij Abrahæ, ſed ſolus Iſaac. Deinde non omnes filij Iſaac, ſed ſolus Iacob. Deinde omnes filij Iacob,& omnes deſcendẽtes ab eis vocati ſunt Hebręi, quia in omnibus filijs Iacob, & in poſteris eorum mãſit lingua Heber. Ex hoc ergo ſequitur de omnibus ſuperioribus, quare non vocabantur Hebræi:nã omnes filij Heber, ſcilicet Iectan, & alij non vocati fuerunt Hebræi præter ſolùm Phaleg. Deinde de filiis eius ſolus Reu vocatus fuit Hebræus. Deinde de filiis Thare ſolus Abraham vocatus fuit Hebræus,quia ſolus tenuit linguam illam: Aran, & Nachor non fuerunt Hebræi, & conſequenter Loth filius Aran, & Amon, & Moab cum ſuis poſteris deſcendentibus a Loth non vocati ſunt Hebræi. Et ſic poſtea Iſaac fuit Hebræus,& non Iſmahel. Et deinde Iacob fuit Hebræus,& non Eſau. Deinde Iacob,& ſui poſteri non habuerunt aliquam diſtinctionem in lingua: & quia iſti deſcendentes de Iacob ſunt Iſraelitę, ſequitur omnes Iſraelitas eſſe, & vocari Hebræos. Fiebat autem hoc iſto modo: nam Heber habebat duos filios,quos nominat ſcriptura,ſcilicet Phaleg, & Iectan, & multos alios qui non nominantur, & inter hos licèt pater eorum loqueretur lingua Hebræa, quæ in eo manſerat, nullus potuit loqui lingua illa, licèt quilibet conaretur ad hoc, niſi filius eius Phaleg: & ſic de filiis omnium deſcendentium vſque ad Abraham. Poſtea in filiis Abrahæ Iſaac potuit loqui lingua Hebræa Iſmahel autem non: & ſic de Eſau. Et hoc non,quòd quando erant paruuli apud patres ſuos,non loquerent lingua Hebræa,& intelligerent eam: nam neceſſe erat paruulos natos a patribus edoceri in locutione, cùm adhuc naturaliter locutionem nullam haberent: ſed poſtea cùm iſti efficerentur viri,&accipiebant vxores miſcebantur eis, & tenebant locutionem illarum gẽtium in quibus morabantur. Hoc aũt faciebat Deus, quia lingua Hebraica perfectior cęteris erat, & quę a principio fuiſſet creaturæ rationali data, & volebat eã in ſolo populo ſuo manere,& ſic deriuabatur per primogenitos,vel aliter qualitercunque lingua iſta,dum tamen per certum ſtipitem: & ſecundum iſtum modum, qui veriſſimus eſt,non manet aliquod de inconuenientibus, quæ ſequebantur ad alias poſitiones. de hoc Auguſt.de Ciuitate Dei libro decimo ſexto,& diximus latè Gen. 11. ca. *Si emeris ſeruum Hebræum.* Dicit Andreas, quòd hoc ſolùm fiebat quandocunque aliquis Hebręus erat venditus alicui Gentili: & poſtea aliquis de Iudęis volebat eum emere, manebat apud eum ſeruus: ſed nõ ſimpliciter,ſicut ſi maneret apud Gentilem, ſed ſecundum quid quantum ad tempus, ſcilicet in ſex annis: nam in principio anni ſeptimi dimittebatur. Sed hoc non tenet: nam Hebręus quocunque modo eſſet ſeruus alterius Hebręi,debebat in ſeptimo anno liber eſſe, ſi vellet:vt patet Leui.25. ca. cùm dicitur: Quòd ſerui, qui erant Iudęi erant liberandi ſtatutis temporibus. De aduenis autem,qui peregrinabãtur apud Hebręos, ſcilicet de Gentilibus,& filiis eorum: debebant tenere Hebręi ſeruos in perpetuum: quos iure hęreditario tranſmitterent ad poſteros: ſed contingit aliis modis aliquem Hebręũ emere alterum Hebręum in ſeruum: ergo omnibus illis debebat eſſe liber in ſeptimo: ſicut hic ponitur ſi vellet: aliàs daretur, quòd aliquis de Hebręis maneret ſeruus in ęternum, quod falſum eſt: vt patet Leuit.vigeſimo quinto capitu. vbi dicitur,quòd Hebręi non poterant vendi in ſeruos conditione perpetua: quia dominus redemerat eos ex Aegypto, ſed erant quaſi mercenarij.

Modus deriuationis linguę Hebræę ad quoſdã poſteros.

Quare Deus fecit quòd lingua Hebræa deriuaretur in quoſdã poſteros eiⁿ.

Expoſitio Andręę cõfutatur.

QVAE-

Quot modis Hebręi poterant effici ſerui.

QVAESTIO. V.

FIEBANT autem aliqui Hebręi ſerui tripliciter: primò modo ſi aliquis furaretur, & non habebat poſtea vnde ſolueret, vendebatur a iudicibus,& emebat eum aliquis alius Hebręus: & iſte liberandus erat conditione huius legis. Secundò modo fiebat aliquis de Hebręis ſeruus, cùm erat in paupertate, & vendebat ſe alicui, vt patet Leui. 25. capit. ſcilicet ſi paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus. Tertiò modo contingebat aliquẽ Hebræum emi in ſeruum, quando vnus Hebręus emiſſet alium aliquo de iſtis duobus modis ſuperiorib⁹, & poſtea emptor veniſſet ad paupertatem,& non indigeret ſeruo, poterat vendere iſum ſeruũ alteri Hebręo, & computare annos, qui manebant vſque ad tempus remiſſionis, & ſecundum illos taxabatur precium inter ementem & vendentem diuidendo precium primum ſerui: quocunque ergò iſtorum modorũ aliquis efficeretur ſeruus, debebat ſolùm teneri vſque ad ſeptimum annum. Si autẽ efficeretur aliquis ſeruus alicuius aduenę de genere Gentilium,qui eſſet apud Hebręos,poterat eum redimere quilibet de conſanguineis. Si autem ipſe poterat ſe redimere ſupputando numerum annorum, vſque ad Iubileũm, & pecuniam, quæ fuit pro eo data, liber erat, alioquin in iubileo liber erat,vt patet Leui.25.cap. *Sex annis ſeruiet tibi.* Ideſt vſque ad ſex annos ſeruire tibi debebit,& nunquam plus: nam nõ fiebat venditio ſimpliciter in Iſraelitis, ſed ad tempus, quia Deus volebat eos eſſe liberos, & cũ ſerui eſſent illius, nolebat vt alicuius alterius ſerui eſſent: niſi ex neceſſitatibus ſupra poſitis,& hoc ad modicum tempus: ſic enim dicitur Leu.25. Mea ſunt omnia,ego enim eduxi eos de terra Aegypti, & ſic iſti erant mercenarii, quia certo tempore ſeruituri erant. Differt tamen aliqualiter inter ſeruos iſtos, & mercenarios, quia ſeruui iſti ſimplicitet erant ſerui pro eo tẽpore, quo erant ſerui: nam quidquid eis dominus mandaret facturi erant: mercenarij autem ad certum genus operis conducuntur: & ſi aliud opus eis facere mandaretur,non obligarentur. Item mercenarius eſt totaliter ſui iuris: ſeruus autem, qui iſto modo erat ſeruus, erat iuris alterius, ſcilicet domini ſui, vnde non liceret domino vendere mercenarium ſuum: quia liber eſt, ſicut ipſe: ſeruum autem Hebręum poterat vendere alteri Hebręo in iſto tempore citra ſeptimum annum. Differunt ergo iſti ab illis, qui vocantur ſerui ſimpliciter: nam ſerui ſimpliciter, qui nunc ſecundum leges fiunt. Et tunc fiebant de aliis gentibus perpetui erant,iſti autem ad tempus, ſcilicet ſolùm per ſex annos.

Differẽtia aſſignata a lege inter ſeruum,& mercennarium.

Qualiter computetur iſti ſex anni quibus Hebræi venditi in ſeruitutem manere debebant.

QVAESTIO. VI.

SED quæritur de iſtis ſex annis quomodo computari debeant, ſcilicet vtrum quilibet, qui venderetur in ſeruum ſeruiret ſex annis, & in ſeptimo efficeretur liber, vel quomodo. Reſpondetur, quòd ſicut dicitur Leu.25.cap. & hic, in ſeptimo anno fieri debebat remiſſio ſeruorum ſicut in quinquaginta,qui erat Iubileus fiebat remiſſio hęreditatum, & ſeruorum ſubula perforatorum: & quorumcunque aliorum:non ergo ille annus ſtatutus eſſet,ſcilicet ad faciendum remiſſionẽ, ſi quilibet ſeruus deberet ſeruire annis ſex: contingeret, quòd ſeruus emeretur vno anno ante illum ſeptimum annum, & ſic non faceret dominus eius remiſſionẽ anno ſtatuto ad remiſſionem, quod inconueniens eſt:nam tunc cuilibet ſtatueretur ſuum tempus faciendi remiſſionem computando a tempore,quo fuiſſet emptus. Et quod eſt de anno ſeptimo eſſet de Iubileo: nam computaretur iubileus cuilibet ſeruo numerando annos ab eo tempore, quo emptus fuit: ſed hoc eſt falſum; nam iubileus erat certo tempore ſtatutus, & tunc clangebant tubis: & fiebat remiſſio omnium ſeruorum, & poſſeſſionum quod nõ accideret computãdo quinquaginta annos iubilei ab illo tẽpore,quo ſeruus emptus eſt, vel poſſeſſio. Etiã quia ibi ponitur, quòd aliquis ſeruus, vel poſſeſſio vẽditus fuit paucis annis ante iubileum,alius multis, qd̃ nõ fieret ſi oporteret computare annos iubilei a principio venditionis ſerui, vel poſſeſſionis. Dicendum ergo,quòd iſte ſeptimus annus remiſſionis omnibus communis erat,ita quòd ſi nunc erat annus remiſſionis vſque ad alios ſeptem annos erat annus remiſſionis: & ſic totum tempus continuè diuidebatur per tempora remiſſionis, vt innuitur Leui.25. & Deute. 15. Et ſic quando aliquis ſeruus emebatur in anno primo poſt annum remiſſionis, ſeruiebat ſex annis, ſcilicet vſque ad aliam remiſſionem, & non poterat aliquis ſeruus pluribus quam ſex annis ſeruire. Si autem emeretur in ſecundo anno, poſt annum remiſſionis, ſeruiebat ſolum quinque annis, & ſic de alijs: ſi autẽ emeretur vno anno ante ſeptimum annum remiſſionis ſeruiebat vno anno ſolum. Nec tamen grauabantur in hoc emptores,quia ſciebat ementes, quòd ſeruus tali tempore emptus ſeruiturus erat ſolum vno anno, ideo non dabat pro eo tantum quãtum daturus eſſet, ſi ille homo venderetur ſimpliciter: aut ſi venderetur in primo anno poſt remiſſionem: ſed dabat tantum pro eo,quantum daturus eſſet ſi vno anno pro merce de ſua exiſtens liber homo ſeruiturus eſſet: & ſic qũ emeretur in tertio, vel quarto, vel ſecundo computabant ipſi emptores annos: & ſic computabant precia,& non decipiebantur in hoc ementes, nec ipſi ſeruui venditi, quia vterq; ſciebat tempus,& poterat moderari preciũ. *In ſeptimo egredietur liber.* Ideſt in principio ſeptimi: alias ſi computaretur remiſſio in fine ſeptimi anni, non ſolùm fieret ſeruus aliquis pro ſex annis:ſed poſſet ſeruire annis ſeptem ſi emeretur immediate poſt annum remiſſionis, ſed in textu dicitur:ſex annis ſeruire debebit. Et hoc non intelligitur, quòd quilibet ſeruus de Hebręorum genere emptus deberet ſeruire ſex annis, quia aliquando ſolùm vno,quando emebatur vno anno ante annum remiſſionis,vt ſupra diximus: ſed intelligitur, quòd quicunque emeretur de Hebręis non poterat ſeruire vltra ſex annos, & egrediebatur in ſeptimo,ideſt in principio ſeptimi: nã ſicut iubileus fiebat in principio anni quinquageſimi, ſcilicet in principio ſeptembris incipiente clangere tuba vſque ad diem feſti tabernaculorum: quando totus populus congregabatur in locum, vbi templũ, vel memoria nominis Dei eſſet: vt patet infra 23. & 34.capi. ita fiebat annus remiſſionis. Erat autem September primus menſis anni,vt declaratum fuit Gen. primo,& ſeptimo cap. & ſupra duodecimo. *Egredietur liber.* Ideſt ſine aliqua obligatione,ſcilicet quòd nõ tenebitur vltra prętare aliqua obſequia ſicut faciunt liberti patronis: nam hic non manumittis tu eum liberaliter, ſed lex eum manumittit, etiam te inuito. *Liber gratis.* Ideſt nullo precio dato pro libertate, vel pro aliquo alio. Vt ſi forte ſeruus infirmatus fuiſſet apud dominum ſuum,& non ſeruiuiſſet toto tẽpore, quo ſeruiturus erat,non tenebatur dare precium pro labore illius temporis. Vel ſi forte Dominus expendiſſet

disset aliquid in medicos, vel in medicinas, non tenebatur seruus cùm exiret impensas reddere: sicut tenetur si mercenarius esset conductus pro vno anno, vel maiori tempore, & in illo tempore egrotaret, totum tempus quo infirmus esset, subtrahi deberet ab illo anno, vel tempore conuento: ita vt tanto tempore seruiat vltra tempus conuentionis, quanto mansit non laborans ex causa egritudinis. Et si aliquid dñs dedit in medicorum expensas, etiam debet in laboribus, vel pecuniarum diminutione resarcire. Et ratio diuersitatis est, quia mercenarius non est res totaliter domini sui, sed labores mercenarij sunt domini sui, ideo debet ille, qui conduxit recipere labores à mercenario secũdum, quòd conuentum est: seruus autem est res dñi sui eo tempore, quo est seruus: nam vocatur possessio vel pecunia domini sui, vt patet infra: ideo quòd seru' viuat vtile est domino suo: sicut quòd viuat iumentũ, vel quodlibet alterum pecus: si autem moriatur, pecunia domini perditur, ideo debebat dominus pro vtilitate sua curare seruum suum, & impendere omnia necessaria, nam alias moreretur, & maius damnum esset domino. *Cum quali veste intrauerit, cum tali exibit.* Idest si aliquis seruus venditus fuit Hebreo: & quando venditus fuit, & incepit seruire, habebat vestes nouas, ille in sex annis inueterabuntur, & atterentur, & non solùm ille sed, & alie, & alie. Si ergo dñs non deberet dare vestem seruo suo quando seruus exiret, quia cõsumpsisset iam vestes suas, exiret nudus, debet ergo dare ei dominus in exitu suo tot vestes, quot habebat quando incepit ei seruire, & de pãno eiusdem valoris, & in eodem statu, scilicet si cum vestimentis nouis intrauit, noua ei in exitu tribuet vestimenta: si verò cũ veteribus, & semiatritis, veteres atque semiatritas dare compelletur. In Hebræo dicitur. *Scilicet cum corpore suo intrauit, cum corpore suo exibit.* Idest si intrauit in domum domini sui solus, exibit solus, ille namq; cũ corpore suo intrare dicitur, qui solus intrat, nihil habens præter seipsum, & ea quæ ei adiacent, scilicet vestimenta. Et iste sensus est conuenienS valde literæ sequenti, scilicet si habens vxorem, & vxor egredietur simul: facit namque hic duo membra diuisionis, scilicet si cum vxore, vel sine vxore: si autem intrauit cum corpore suo, idest solus sine vxore & liberis, solus egredietur, scilicet sine vxore, & liberis: & dato quòd intrauisset sine vxore, & dominus dedisset ei vxorem, in qua genuisset liberos. Vel melius in qua genuisset filios (nam liberi nõ sunt) egrediebatur solus, & manebant apud dominum vxor, & liberi: ideo licèt bene dicatur hic de veste serui secundum literã nostram, conuenientius autem dicitur, & magis ad, p positum de vxore, scilicet si solus intrauit solus exeat, vel si cum corpore suo intrauit, cũ corpore suo exeat: si autem habens vxorem exibit cum vxore. Causa autem diuersitatis literæ nostræ a cõmuni sensu Hebreorum est propter æquiuocationem literę Hebraicę: nã vbi nos dicimus cũ quali veste, dicitur in Hebreo (begupo) quod signat duo, scilicet cum ala sua aut cum corpore suo: nam (gup.) idem est quod corpus, vel ala auium. (gupo.) est corpus suum vel ala sua. (begupo.) est cum corpore suo: vel in corpore suo: vel in ala sua, aut cum ala sua. Nam (be) vel (ba) sunt præpositiones apud Hebreos signantes aliquando, in, aliquando, cũ, in hominibus autem accipitur (gupo) pro ala sua metaphoricè: nam sicut alis aues cõtegũtur, ita homines vestibus: vocantur ergo vestes hominum ale hominum, & tunc stabit secundum literam Hebraicam. *In ala sua intrauit, cum ala sua egredietur.* Idest sicut intrauit cum sua veste, ita exibit cùm sua veste; sed in hoc litera nostra, quę valde elucidat sensum literę Hebraicę, qui valde durus atque fractus est, mutauit aliquid: nam vidit beatus Ieronymus, quòd non poterat exire seruus de domo domini sui cum eadem veste, cum qua intrauerat, quia iam vetustate attrita esset, ideo dixit: *Cum quali veste intrauit, cum tali exiet.* Vt declaratum est: & iste sensus satis rationalis est, quẽ bene recipit litera Hebraica: licèt alia esset conueniẽtior. Et iste modus est, qui seruatur in locutione periferarum: cùm enim dominus locat eas alicui, qui recipiat pro se omnes fructus eius, & recipit ab eo certum quid respicitur status molarum, scilicet superioris, & inferioris: & si nouæ aut fractæ aut semesę sint, ita redduntur in fine locationis, siue per annum duret, siue per duos, siue per multos, & non reddũtur illę in eodem statu, nam impossibile est, cùm quotidiano vsu consumantur: sed redduntur alię in eodem statu: sic enim in veste seruili, quia non redditur eadem, sed altera eiusdem status. *Si habens vxorem, & vxor eius egredietur simul.* Si enim quando intrauit in seruitutem habebat vxorem, & illam adduxit ad domum domini sui, exibit cum illa. Et si aliquis filios genuisset ante seruitutis tempus, egrediebantur cum patre. De istis ratio manifesta est: quia sicut vir ille, qui se in seruitutem vendidit, & post sex annos in principio septimi est liber, quia ante liber fuerat: ita filij eius, & vxor eius ante liberi erant: ergo transacto tempore seruitutis exibunt omnes isti liberati. Et non solùm iste, sed etiã si ille, qui se vendidit, habebat vxorem, & tempore seruitutis genuit ex ea filios, illi exibunt cum patre, & matre: nam partus secundum leges humanas, & diuinas sequitur ventrem: cùm ergo mater libera esset (nam solũ obligata erat cũ patre pro illo modico tẽpore) filij nati totaliter erunt liberi, quia ab vtroque parente libero. Licèt sufficisset alterum esse liberum, scilicet matrem. Quando dominus dat vxorem seruo, est alia ratio, sicut infra patet. *Si autem dominus dederit illi vxorem.* Si seruus non habebat vxorem eo tempore, quo venditus fuit, & suus dominus dederit ei vxorem, & postea ex illa genuit liberos, mulier, & filij inde nati (qui nõ proprie dicuntur liberi, quia non sunt) manebunt apud dominũ, & vir solus egredietur, sicut intrauit: quia vxor, & filij non sunt sui, sed dominus ei tradidit. *Si autem dominus dederit illi vxorem.* Non poterat dominus dare illi seruo Hebreo vxorem de Hebreis mulieribus: sed de ancillis, quas haberet ex aliis gentibus, quę non essent de stirpe Chananæorum. Et patet: nam si isti seruo Hebreo deberet dari aliqua mulier Hebrea, aut illa esset ancilla, aut libera: non poterat dari aliqua Hebrea ancilla: nam Hebręę nunquã fiebant ancillæ, nisi quando pater puellarum, quæ nondum peruenissent ad annos nubiles, scilicet quia erant infra annum duodecimum, vendebat eas alicui viro pro certo precio ad solum istum finem, vt cũ puella efficeretur adultæ ętatis. s. in anno duodecimo, dominus suus eã acciperet in vxorem, & tunc esset libera: vel si accipiebat eam vt desponsaret filio suo, qñ esset tempus debitum, vt patet infra: quandocunque ergo aliqua puella Hebrea acciperetur in ancillam, non poterat eã dominus suus tradere seruo suo in vxorem: sed cogebatur ipse accipere, vel dare filio suo: aut si neutrũm ageret, liberam eam sine precio dimittebat. Non poterat etiam dari aliqua mulier Hebræa libera in vxorem alicui seruo Hebræo.

Litera Hebræa.

Non poterat dñs tradere seruo suo Hebræo vxorem de mulieribus Hebræis.

Quomodo mulier libera accipere voluisset seruũ in virum suum.

QVAESTIO. VII.

SED dices, ꝙ licèt communiter mulieres liberę recusent conditionem seruilem in viris suis: quia est magnum

magnum dedecus, etiam quia non potest prouidere vir qñ est seruus vxori, nec de debitis respondet, quandocunque petiuerit ipsa impeditus iugo seruili: poterit tamen accidere, ꝙ aliqua mulier libera tantũ contentabitur de aliquo seruo, ꝙ eum accipiat in virũ, & sic stabit quod dicitur hic. Respondetur quòd adhuc hoc dato nihil est quòd dicitur: nam in littera dicitur, ꝙ si dominus dederit seruo vxorem, ꝙ vxor, & liberi domini erunt: sed hoc non potest stare quantũ ad libera: nam propter hoc non perdebat ipsa conditionẽ suam libertatis, ergo non maneret vxor, & liberi apud dominum: nam cũ ipsa mulier libera esset, exiret quãdo vellet, ad minus exiret cum viro suo, & tunc idem esset, quod in casu superiori quando vir accepit vxorẽ antequã efficeretur seruus: non ergo poterat mulier libera dari. Etiam quia dicitur in litera. *Si autem dñs dederit illi vxorem.* Illa vxor quã dominus daret ei non poterat esse libera, quia dominus nõ poterat dare nisi qd suum erat, nulla aũt mulier libera ab aliquo possidet: ergo non poterat dominus dare seruo suo in vxorem aliquam mulierem liberam. Et dato ꝙ aliqua mulier libera nuberet alicui seruo, illa non tradebatur seruo a domino suo, sed ipsa per se illi seruo nubebat: necesse est ergo mulierem, quæ hic datur esse de alia gente, quàm de Hebræis, & non esse adhuc liberam de gente sua, scilicet quòd non esset de Moabitis, vel Amonitis, aut Ismahellitis, & libera: quia eadem ratio existit in ea, quæ in Hebræa, & potior, scilicet ꝙ si dominus serui non potest dare seruo suo aliquam mulierem hebręam liberam, quia illam non possidet: a fortiori nõ poterit dare aliquam Amonitidem, aut Moabitidem, vel Idumeam liberam, quia illæ nõ erant in terra Hebręorũ. Intelligitur ergo litera ista, ꝙ quãdo dñs habebat aliquas famulas Amonitidas, aut Moabitidas, aut de reliquis gẽtilibus, præterquã de Chananęis poterat dare de eis seruo suo Hebręo aliquam, & si postea in septimo anno exiret liber, nõ exibat cum eo vxor sua, & filij: sed manebant in possessione domini. Nõ poterat autem dominus serui Hebræi dare ei aliquam famulam in vxorem, quę esset de gente Chananęorum. Et hoc propter duo. Primò quia non poterant Hebręi ducere vxores de filiabus Chananęorum, ad quorum terram ingressuri erant: vt patet Deu. septimo cap. vbi multum ista vetantur, etiam infra 34. cap. Secunda ratio erat, quia Israelitæ debebant occidere omnes habitatores magnos, & paruos, viros, & mulieres: & neminem ex eis accipere in seruum, aut vendere alteri gẽti, vt patet Deut. 20. capit. Non ergo poterat tradi ancilla Chananęa seruo Hebræo, cũ nec possit ab aliquo Hebræo possideri. Et cum dicitur. *Si autem dominus dederit illi vxorem.* Non est intelligendum, ꝙ ipse dominus compellat Hebręum ad accipiẽdum vxorem: nã forte seruus Hebræus sciens se modico tempore seruiturum, vtputa vno anno, vel duobus, dato quòd non haberet vxorem, nollet eam recipere, quia sciebat ꝙ cogeretur dimittere eam. Et filij sui essent serui mãnentes apud dominum: mallet ergo a coitu abstinere quàm filios seruos gignere, tunc si dominus daret ei ancillam in vxorem, si nollet non cogeretur eam accipere. Erat etiam alia ratio, quæ distrahere poterat ipsos seruos ab accipiendo vxores, quas darent domini: nam seruus si reciperet ibi aliquam famulã in vxorem, necesse esset quòd illa esset de genere Gẽtilium, & forte ipse seruus nollet accipere vxorem de Gentilibus, sed magis de Hebræis, quàm habere posset post modicum egrediens a seruitute. Quod autem dominus non posset eum compellere ad hoc, ratio satis nota est. Primò, quia dicitur hic, quòd dominus daret vxorem. Manifestum est autem, quòd nullus potest contrahere matrimonium inuitus, vt patet extra De sponsalibus, & matrimonio per totum: in tantũ, quia ex quo ipse consensus est, qui causat, & perficit matrimonium, & coactio, vel metus excludunt, vel diminuunt cõsensum, vbi coactio, vel metus intercedit matrimonium non iudicatur: vt patet extra: De sponsalibus in cap. cùm locum. Et dato quòd ipse seruus acciperet eam timore domini sui comminantis, nõ esset matrimonium, & præsupponit litera, quòd sit matrimonium, ergo tacitè intelligit, quòd illa ancilla deberet dari volente seruo Hebręo. Etiam dato, quòd non esset matrimonium, dominus non potest seruum cõpellere ad coeundum: nam licèt seruus sit res domini sui totaliter, ita quòd dominus potest mandare seruo quoscunque labores voluerit: non tamen potest mãdare, quòd coeat: nam est contra ius diuinum, & intentionem legum humanarum. Ius diuinum, & naturale est, quòd nos simus subditi Deo, & non agam' aliquid turpe: quòd ergo seruus ad mandatum domini coiret, nõ est licitum: nam repugnat honesto, quod Deus nobis indixit seruandum, atque appetendum. Patet enim quia si aliquis esset Christianus, & seruus alicuius Sarraceni, mandante ei Sarraceno Christum negare, vel Mahumetum laudare, aut similia, non teneretur: citius enim deberet mortem durissimam eligere, quàm aliquid horum perpetrare, vt patet in tertio Ethicorum, cùm dicit: Ad quædam autẽ fortassis non est cogi, sed magis mori patiẽtem durissima. Sic de beato Mauritio, & legione Thebea, cui Mauritius prędcerat: nam cùm isti iuissent cum Maximiano imperatore Romanorum: & post victoriam de hostibus in Gallia apud Rodanum fluuium Maximianus Deos coluisset suos: & ad comedendum de immolaticijs, & adorandum omnes de exercitu permouisset: Mauritius cum Thebea legione ex Aegypto fortissimè restiterunt: donec eos Maximianus super aquas Rodani iugulari fecit. De quo in historia sua legit Ecclesia: & Alexandreidis libro secundo, vbi dicitur:

Qualiter alpinis spumoso vertice saxis
Eruitur Rodanus, vbi Maximianus eoos.
Extinxit cuneos fusa legione Thebea.

Dñs non poterat seruum compellere Hebræum, vt vxorem acciperet.

Dominus non poterat seruũ cogere ad coeũdum cũ aliqua ancilla.

De hoc etiam in Decretis 27. di. ca. Iulianus. Etiam si forte dominus abuti vellet ad coitum Sodomiticũ, non deberet seruus hoc pati, sed potius deberet mori: nam seruus nihil magis domino subiectus est, quã vt agat ea, quæ contra Deum non sunt: quòd autem iste seruus accedat ad aliquam mulierem cognoscendo eam carnaliter, nisi esset matrimonialiter ei coniunctus, peccatum esset, ideo non tenetur accedere mandato eius. Item hoc est contra intentionem legum humanarum, scilicet contra ius gentium, ex quo veniunt captiuitates, & bella: vt patet. ff. De iustitia, & iure in. l. ex hoc iure. Nam intentio iuris Gentium faciendo captiuos fuit, vt illi, qui bello caperẽtur, vel vẽderentur, scilicet efficerentur serui aliorum, scilicet ꝙ debebãt eis seruire quãtum ad voluntatẽ suã in oĩbus laboribus: cognoscere autẽ aliquam mulierẽ carnaliter, non est aliquis actus, ad quẽ debeat poni seruus, qui directe est vt excũset dominum a laboribus. Et si forte coitus serui cum ancilla domino sit vtilis, quia ex eo generabuntur filij, qui erunt serui ipsius domini, & sic multiplicabuntur diuitiæ domini: tamen non debet dominus seruum exponere ad omne genus lucri, & vtilitatis, quia tunc etiam dominus habẽs ancillam posset eam inuitam ponere in lupanari, vt acquireret domino: sed hoc non permittunt iura humana, nec diuina. s. quòd aliquis inuitus turpe agat. Aliquando tamen isti serui consentirent, vtpote si aliquis effectus est seruus non habens vxorem, & videns ꝙ tẽpus

Si dñs abuti vellet seruo potius mori deberet seruus.

iuę

suæ seruitutis erit sex annorum, in quibus nollet abstinere à gignendo. Etiam quia videt se pauperem, & consumata seruitute adhuc non videt, quomodo vxorem habere possit, recipit vxorem, quam Dominus eius dat ei, & tunc sequitur conditio textus, scilicet quòd quando ipse exierit in principio septem annorum, non exeat cum eo vxor, nec filij. Alius casus ponetur, scilicet quòd iste, qui vendidit se in seruum, quando venditus est intrauit sine vxore, & dominus non dedit ei aliquam vxorem, sed aliqua Hebræa libera voluit ei nubere, & genuit filios ex ea, dum erat in seruitute domini sui, ista vxor exibit cum illo, & filij, licèt solus ad seruiendum intrauerit, quia dominus non dedit ei istam vxorem: ideo non habebit eam: maximè, quia ipsa est libera, & partus sequitur ventrem, filij inde nati sequentur conditionem maternam, & erunt liberi. *Et peperit filios, & filias.* Siue vnum, siue alterum, siue vtrunque, si autem non pareret, sola vxor maneret apud dominum, quia hoc solùm dominus dederat seruo: filij autem à Deo dantur, & nisi secundum rationem aliqualem, & legem humanam filij consequerentur ventrem, idest conditionem: etiam ipsi cum ipso patre iam libero exirent.

Hebræi seruì contrahere poterant, cùm mulieribus alienigenis.

QVAESTIO. VIII.

SEQVITVR ex superioribus, quòd esset licitum seruis contrahere cum mulieribus alienæ gentis, vt cum filiabus Amon, Moab, Ismahel, & aliarum Gentium præter quàm Chananæorum: nam vt declaratum fuit, non potest intelligi iste textus, nisi de talibus mulieribus: non licebat tamen Israhelitis generaliter contrahere cum talibus, sed quilibet debebat accipere mulierem Tribus suæ, vt patet Numeri trigesimosexto capitulo. Et ratio est, quòd hoc fiat, quia cessabat causa, propter quam vetita sunt connubia inter Hebræos & mulieres aliarum Gentium, scilicet ne ipsæ inducerent viros ad colendum Deos alienos, & instruerent filios in hoc, ita quòd omnes posteri inde deriuati deprauarentur: quando autem posset cessare tota ista suspitio, vt nullo modo mouerent mulieres alienigenæ corda virorum, & filiorum ad Deos suos, licitum videbatur contrahere cum eis: huiusmodi autem erat cum ipsę erant conuersæ ad Iudaismum: sed omnes ancillæ, & omnes empticij conuertebantur ad ritus Iudaicos mandato Dei, vt patet supra decimosecundo capitulo, vbi mandat, quòd serui empticij circuncidantur, & celebrent Phase. Sicut autem erat de seruis, ita erat de ancillis, quòd conuertebantur ad ritum Iudaicum: sed non fit mentio de eis, quia ibi agitur de circuncisione præcedente ad celebrationem Phase: ancillæ autem non poterant circuncidi, cùm non haberent sexum talem: accipere ergo tales ancillas, quæ iam conuersæ erant ad ritum Iudaicum, non erat periculum, nec contra intentionem legis. *Mulier, & liberi erunt domini sui.* Scilicet quòd non educet eos, cùm exierit, sicut si habuisset vxorem, cùm incepisset seruire: ad dominum autem redeunt ea, quę domini erant: vxor, quę erat ancilla, erat domini: filij non erant domini sui directè, quia ipse non dederat eos, nec poterat facere, vt essent, quia solus Deus dat liberos, habet tamen illos filios indirectè, scilicet inquantum acquiruntur ei per ancillam, quæ directè est sua: nam filij sunt fructus ventris, sicut ergo fructus sunt illius, cuius ager, vel vinea, aut hortus est: ita filij sunt illius, cuius venter est, quia partus sequitur ventrem. *Ipse vero exibit cum vestitu suo.* Idest exibit cum tali tunica, cum quali venit, secundum intentionem literæ nostræ. Ponitur autem eadem dictio Hebraica, quæ ponebatur supra scilicet (Begupo,) quæ signat cum ala sua, vel cum corpore suo. Et si dicamus cum corpore suo, est sensus, quòd seruus solus egredietur portans se solum, quod est ire in corpore. Vel si dicatur cum ala sua, idest cum vestimento suo, quod est ala sua, & vtrunque ad eundem sensum: nam qui in solo vestimento exit, nec vxorem, nec quicquam aliud secum portat. Sic patet ex hoc, quòd diuortium causabatur in lege antiqua aliquando sine libello repudij. Nam hic vir non repudiabat vxorem, si daretur ei, etiam non suberat aliqua alia causa quare secundum legem deberet causare diuortium, & matrimonium legitimum intercesserat, & non erat aliquod impedimentum ex parte personarum: tamen dissoluitur matrimonium, quia vir exiens à seruitute non permittitur secum portare vxorem suam, & hoc fuit, quia erat in damnum domini, quòd ancilla quam dederat seruo, sic pro tam modico seruitio perderetur. Ex quo innuitur, quòd matrimonium in lege veteri non erat ratum sicut nunc. sicut patet extra de diuortijs in capitulo Gaudemus: nunc autem in statu legis nouæ matrimonia rata sunt, ita vt postquam matrimonium semel legittimè factum est, impossibile sit dissolui; nam quos Deus coniunxit, homo separare non debet, vt patet Matthæi decimonono capitulo. Ideo quomodocunque seruus, & ancilla contraxerint, vel libera, & seruus, vel liber, & ancilla: dum tamen quilibet alterius conditionem cognoscat, vt matrimonium semel validum sit, postea dirimi impossile est, vt patet extra de coniugio seruorum per totum. Cùm ergo seruus in principio septimi anni exiret in libertatem, manebat vxor eius, & filij eius apud dominum suum, & ipse poterat contrahere cum quacunque vellet, non obstante primo contractu, quia illud dissolutum erat, cùm non esset matrimonium ratum in lege veteri, & illa contrahere posset cum quocunque vellet, domino permittente. *Quia si dixerit seruus diligo dominum meum.* Hic ponitur, quòd aliquando illi serui Hebræi non egrediebantur liberi in septimo anno remissionis, & hoc quia ipsi nolebant: nam licèt esse liberum simpliciter melius est, quàm esse seruum: nam, vt ait Esopus.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Aliquibus tamen melius est esse seruos, quàm esse liberos, quia fortè serui existentes melius dirigentur, & conseruabuntur in vita seruientes alijs, quàm viuentes per seipsos. Et isto modo dicit Aristoteles in primo Politicorum, quòd quidam sunt naturaliter domini: alij sunt naturaliter serui. Sunt autem naturaliter domini illi, qui habent intellectum practicum valde conuenientem ad regendum se, & multos alios. Sunt autem naturaliter serui illi, qui corpora quidem robusta habent, prudentia autem totaliter deficiunt. Nam sicut bruta animalia sunt naturaliter subdita homini, quia melius seruiendo illi viuunt, quàm non seruiendo: ita est de quibusdam hominibus. Bruta autem animalia nesciunt dirigere seipsa, nec inquirere quid est eis necessarium ad vitam, & si incurrerint aliqualiter morbositates, nesciunt se curare: homo autem scit eis prouidere de cibo, & potu, & curare ea, cùm opus sit: ergo melius sub custodia hominis manent seruiendo, quàm solitaria per montes, & siluas ociando. Homines autem, qui imprudentes valde sunt, nesciunt quid eis expe-

Diuortiũ fiebat quãdoque in vet. lege sine libello repudij.

Licèt melius sit esse liberum q̃ seruũ simpliciter, q̃ busdam ist melius est esse seruos q̃ liberos.

Expedit viris imprudẽtibus q̃ se regere nesciunt alijs hominibus subditos esse.

expediat, aut ad vitam necessarium sit, & procurare illud nesciunt, & sic miserabiliter morerentur: habent tamen vires magnas ad exercendum aliquid corporaliter; ideo ille, qui tales homines reciperet dando eis necessitates ad vitam, scilicet cibum, & potum, & vestes, nõ solùm bene agerent, sed etiam magnum opus charitatis esset: etiam si eis mandaret facere quecunque vellet tanquam seruis empticiis. Sed de talibus non loquitur hic lex, nec loquuntur leges humanæ: sed de illis, qui emuntur, & venduntur, vel ex fortuna belli, vel ex conditione paupertatis, qui tamen sensati sunt: de his autem aliqui videtur sibi melius succedere cùm serui sunt, quàm cùm liberi, bonum verum non cognoscant, quod est in libertate constitutum: ideo volunt magis apud dominos suos manere seruiendo, quàm exuere seruitutem. *Diligo dominum meum.* Quidam sunt domini duri, qui valde premunt seruos, tanquam essent animalia bruta, & hoc serui tolerare non possunt. Alij sunt benigni imponentes seruis suis sola rationabilia obsequia, & prouidentes eis sufficienter de necessarijs, & tales diliguntur à seruis, & desiderant cum eis manere. *Et vxorem, ac liberos.* Licèt dilectio serui ad dominum dicatur esse aliqualiter illectiua, vt seruus maneret in seruitute, & tamen causa potissima non est ipsa, sed vxor, & filij: inestimabilis autem est amor parentum ad filios, & virorum ad vxores quando bene sibi consentiunt: ideo propter illos ponit se pater ad magnum laborem. *Non egrediar liber.* Idest nolo egredi à seruitute. Non est hoc intelligendum simpliciter, scilicet quòd seruus nolit egredi à seruitute, quia amat dominum, & vxorem, & filios: sed conditionaliter, siue per accidens: quasi dicat: ego satis vellem exire à seruitute: sed quia diligo vxorem meam, & filios, quos nollem dimittere, & non possum eos mecum liberos educere, si nunc liber egrediar: nolo ergo egredi liber: magna enim pietas cor paternum commoueret, cùm videret paruulos filios suos, quos tenerrimè diligit, & dulcissimam vxorem suam in æternum seruos futuros, & graui iugo premendos, nec eis vllum præstare posse auxilium, si nunc à seruitute exierit: eligit ergo magis ad tempus seruire, vt postea amore filiorum, & vxoris consoletur, quàm seruitutem exuendo liberos in calamitate perpetua infœlices derelinquere: sic ergo multi eorum, qui liberi esse poterant in principio septimi anni, vsque ad iubileum expectabant, vt sic tam ipse, quàm vxor, quàm filij liberi essent. *Offeret eum dominus dijs.* Istæ cœremoniæ fiebant, vt non videretur iniustum agere dominus detinens seruum suum vltra annum septimum remissionis: nam cùm lex mãdaret in illo anno solui omnes seruos, si aliquis adhuc detineret seruum suum, putaretur eum violenter detinere: fit ergo ista perforatio auris, vt cognoscatur, quòd non detineat eum dominus suus, sed quòd ipse voluntarie maneat. *Offeret eum dominus.* Idest quando seruus dixerit: ego nolo exire liber, quia diligo vxorem meam, & filios meos, dominus eius ducere debebat eum ad iudices. *Offeret eum dijs.* Idest iudicibus. Vocantur hic iudices dij, sic patet infra vigesimosecundo capitulo, cùm dicitur: ad Deos vtriusque causa peruenietur: vocantur etiam sic Psal. octuagesimoprimo, scilicet, Deus stetit in Synagoga Deorum, & in medio Deos dijudicat: causa est, quia iudices ponuntur ad diffiniendum causas secundum iustitiam loco Dei, tanquam si ipsi litigantes irent ante Deum, vt determinaret causam, sic patet Deuteronomij primo capitulo, cùm dicitur: Ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est: idest ita iudicatis quasi si Deus iudicaret. *Et applicabitur ad ostium.* Aliqui Hebræi dixerunt, quòd applicabatur ad ostium circa postes ad commemorandum Phase cœlebratum in Aegypto, quando sanguine liti sunt postes vtrique, & superliminare, vt patet supra decimosecundo capitulo. Sed hoc ridiculum est: nihil enim ad propositum talis significatio. Alij autem dixerunt, quòd applicabatur ad ostium ad signandum, quòd debeat esse multum diligens seruus ille ad custodiendum ostium domus domini sui. Sed & hoc nihil est: nam eodem modo debebat esse seruus à principio seruitutis suæ promptus ad custodiam rerum domini sui, sicut nunc. Etiam quia isti supponunt, quòd perforatio auris fieri debebat in porta domini serui illius: sed falsum est, quia in litera dicitur, quòd dominus debebat istum seruum offerre dijs, idest iudicibus: sed certum est, quòd iudices non deberent venire ad domum istius viri, & sic de quolibet cùm essent tam honorati viri. Etiam, nam dicendo, quòd dominus offeret eum dijs, videtur innui, quòd dij starent, & dominus duceret ad eos. Videtur ergo dicendum, quòd istud erat ostium ciuitatis, & patet, quia dominus ducebat istum seruum ad iudices, sedebant autem iudices in portis ciuitatis secundum consuetudinem Israelitarum, & totius gentis terræ Chananæorum ante tempora istorum Iudæorum, vt innuitur Genesis vigesimotertio capitulo, & ibi declarauimus. De hoc patet in multis locis, scilicet frequenter in Deuter. 17. & 22. c. & Ruth 4. Amos 4. & sępe in Zacharia, & in alijs libris frequentissimè: fiebat autem ibi in porta ciuitatis, vbi iudicium erat, quia locus publicissimus erat, vt omnes de ciuitate, & alij intrantes, & exeuntes viderent iudicia, quæ fiebant ibi, & tunc seruus ducebatur publice, ita vt omnibus constaret, quòd ille seruus renunciaret iuri suo de concessa libertate à lege. De hoc habetur contra Deuter. 15. capit. scilicet quòd debebat auris perforari in Ianua domus domini sui, & sic tenendum est: istæ autem duæ rationes, licèt videantur continere quandam æquitatem: tamen in fundamento non continent veritatem: sed hoc non obstante verum concluditur contra illas duas positiones superiores: fiebat autem apud portam, quia erat aptus locus, & publicus. *Applicatur ad ostium, & postes.* Quia apud ipsos postes portarum erant solia iudicum, vt ibi in præsentia iudicum fieret. *Perforabitque aurem eius subula.* Scilicet quòd dominus perforaret aurem serui in conspectu omnium. Ista perforatio dabatur seruo in pœnam, quia nolebat vti libertate concessa à lege, & erat magna verecundia ista, quòd coram omnibus in vituperium perforaretur auris eius. Sic in vituperium ei, qui nolebat suscitare semen fratris sui mortui, tollebatur calceus de pedibus, & spuebatur in faciem eius, & vocabatur domus eius domus discalciati in Israel, vt patet Deuteronomij vigesimoquinto, & Ruth quarto capitulo. Fiebat autem ista perforatio in aure, quia conueniens locus erat, vt maneret signum sine magna læsione corporis, & cognosceretur ex signo manente. Et erat conueniens pars illa, quia pœna proportionatur culpę, cùm rectè datur: iste autem videbatur peccare non bene audiendo legem de libertate concessa, cùm nollet exire seruitutem: ergo debebat puniri in aure male audiente. Dicitur autem subula à suendo, & est instrumentum cerdonum, quo coria perforant, vt postea filum mittant, & cum ista forabatur subtiliter auris illius serui: ad hoc vt alij cognoscerent propter hoc esse factum. *Eritque ei seruus in sęculum.* Idest semper. Ista dictio, quæ ponitur hic

Inestimabile amor parentũ in filios.

Auris perforatio apud Hebręos in vituperiũ fiebat.

hic apud Hebræos de se signat perpetuitatem: aliquando tamẽ accipitur pro paruo tempore, sicut hic, scilicet pro spatio quinquaginta annorum ad magis nam quantumcunque isti perforaretur auris, non erat seruus ad semper, sed vsque ad iubileum: vt patet Leuitic. 25. capitul. nam in illo anno omnes possessiones redibant ad possessores priores, & omnis homo seruus qualicunque conditione efficiebatur liber (loquendo de seruis Hebreis) & tunc tam ipse quàm filij, & vxor liberabantur, siue prope esset annus iubilei, siue lõge. Si aũt cõtingeret, q̃ aliquis vir, qui poterat liberari ĩ anno septimo remissionis noluisset liberari, vt educeret secũ vxorẽ, & filios liberos, & seruiret pro eis viginti, vel triginta annis, & moreret ante iubileum saltem vno mense: manebãt vxor, & filij sui sub potestate prioris domini, etiam si duobus diebus ante iubileũ seruus moreretur: & illud tẽpus, quo seruiuit pro filijs, & vxore vt educeret eos liberos perditũ erat.

An seruus liber cum vxore ac filijs exire posset in iubileo, si dominus eius ei vxorem dederit, filiosque ex ea susceperit.

QVAESTIO. IX.

SED dubium est, nam hic dicitur, quòd si in anno remissionis exire noluerit seruus, & perforata fuerit auris serui, & vsque ad iubileum, & tunc exibit: si ergo accidit, quòd aliquis vendit se domino suo quinq; annis ante Iubileum inter tempus venditionis, & iubileũ nullus annus remissionis est: sed ipse iubileus est annus remissionis, & dominus det vxorem seruo suo & gignat ex ea filios: nunquid adducet eam, & illos liberos in iubileo? Forte videretur quòd non, quia ille, qui debebat educere filios, & vxorem prius erat perforandus in aure, & post in iubileo liberandus: sed isti non poterat auris perforari: nam perforatio fiebat in anno remissionis, qui erat annus septimus: & postea expectabatur iubileus: sed nunc erat iubileus, ergo nõ debet perforari auris. Respondetur, quòd ista hypothesi existente, seruus exiret liber, nec perforaretur auris, & haberet filios, & vxorem liberos: patet quòd iste debebat liberari: nam in iubileo omnes serui liberabantur a dominis suis: ergo iste seruus, qui volebat educere secum vxorem & filios, liberandus erat, etiam liberos, & vxorem secum educere poterat: nã in hoc differt annus iubilei à cęteris annis remissionis: quia in alijs annis non est remissio generalis, in iubileo autem sic: licèt ergo in alijs annis remissionis solus vir seruiens exire posset, in hoc filios & vxorem educere etiam poterat. Item quia seruus, qui diligebat dominum suum, & vxorem, atque filios, seruire debebat pro vxore & filiis vsque in sæculum, vt patet hic: sed iubileus dicitur finis huius sæculi: quia illic omnes obligationes soluuntur: ergo cùm illuc accessissent liber erat vir, & filij, & vxor. Si autem dicas quòd nullus annus remissionis intercedit, in quo perforaretur auris serui, & seruaretur ista lex. Respondetur, quòd quantum ad hoc nihil differebat, siue multum ante iubileum dominus emisset seruum: siue pauloante, quia qualitercunque fieret, in iubileo liberandus erat totaliter, sicut dicebamus supra de annis remissionis: siue enim aliquis emerit seruũ sex annis ante annũ remissionis, q̃d erat maximũ spaciũ, siue dimidio anno ante, in anno remissionis soluẽdus erat. *Si quis vendiderit.* Supra posuit q̃n aliquis vir compos sui, siue sui iuris vendit se ipsum: hic agitur quando pater vendit filiam: non est enim idem modus in venditione filiarum, & filiorum: nam filios non poterant vendere patres: sed ipsi vendebant seipsos, quando erant emancipati si vellent; & hoc siue coniugati essent, siue non: filiæ autem non poterant vendere seipsas, sed vendebant eas patres. Ratio autem diuersitatis horum est: quia quilibet potest vendere id, quod suum est: pater autem non habet potestatem in filios tanquam in seruos: quia filij liberi sunt respectu patris sui. Et sic distinguit Arist. in quinto Ethico. de istis secundum diuersa iusta, quę ponit: nam inter dominum & seruum ponit iustum despoticum, idest dominatiuum: quod est infimus gradus iusti: quod quasi non est iustum, quia non est propriè iustum hominis ad possessionem suam: seruus autem possessio domini sui est: vt patet ibidem, & hic vocatur pecunia domini sui. Ad filios habet pater iustum quod vocatur paternum: quia filij non sunt possessio patris: sed tanquam partes patris decisęa patre: maxime dum non sunt emancipati: vt patet in eodem quinto: non potest ergo vendere pater filios, sicut potest vendere seruos vel possessionem, quia sua sunt, filij autem non sunt res patris licèt sint filij patris: & quantum ad hocęquales sunt filij & filię, nec magis potest vendere filias, quàm filios. Et si obiicias, quòd pater venderet puellam, vt hic dicitur, & tamen non potest vendere filium. Respondetur, quòd ista venditio filiarum non est venditio simpliciter: nam est quædam dispositio ad matrimonium. Et hoc satis concluditur ex litera: & propter hoc non potest vendere pater puellam, quę est in adulta ætate: sed eam, quæ est infra ętatem nubilem. Ratio est: quia vt patet hic, pater, qui vendit filiam alicui, vendit eam, vt ipse dominus, qui emit accipiat eam in vxorem pro se, vel pro filio suo, & datur in parua ętate pro ancilla, vt tunc dominus cognoscat mores eius, vt videat si contentatur: si autem aduenientę pubertate non acceperit eam dominus suus in vxorem: vel non tradiderit filio suo, reuertitur puella libera: & in hoc non est aliquod periculum: nam ante annos pubertatis, scilicet ante annum duodecimũ, non est periculum de puella: quia non est apta ad coitum. Si autem puella venderetur in ætate adulta, vel postquam ad eam accessisset, erat magnum puellæ periculum, quia quilibet eam concupisceret, & faciliter corrumperetur: non potest ergo pater filiam adultam vendere. Mulieres autem, quæ coniugatæ sunt, non poterant seipsas vendere, quia potestas earum erat apud virum suum, si autem vir vendat se, ibit cum illo vxor sua. Sicut dicitur supra, quando seruus venditur habens vxorem: mulier autem vidua quę sui compos est, quia non est ligata lege alicuius viri, etiam non potest se vendere: quia quælibet fęmina vẽdita intra pubertatis annos disposita est ad omnem turpitudinem: nam illa iam non venditur vt dominus, vel filius domini contrahat cũ illa, sed ad seruiendum; in hoc autem magnum periculum est: quia cùm maneat in domo domini sui, potest a domino cognosci quandocunque dominus voluerit, (licèt iniustè fiat) vel a filiis domini, vel a conseruis domini sui: istę autem magnę inhonestates sunt: ideo lex nõ permisit vendi mulieres adultas. De viris autem non est eadem ratio: nã vir, qui sui iuris est, scilicet emancipatus, potest vendere se ad seruiendum: nam nõ sequitur in eo deperditio honestatis, quæ sequitur in fęmina: non venduntur tamen paruuli in tenera ætate, scilicet infra annos pubertatis a patribus, sicut venduntur puellę. Et ratio est, quia puellę venduntur illo tempore, vt domini, qui eas in vxores accepturi sunt, vel filiis suis tradituri, videant vitam, & mores, vt accipiant, si contentantur, alioquin remittant patribus suis eas liberas, vt possint tradere nuptui in tempore pubertatis: ideo tales puellæ sic traditæ, vel tota-

Non erat idem modus apud Hebræos vẽditione filiorũ, & filiarum.

Ad filios pater hẽt iustum paternum.

Obiectio. Respõsio.

totaliter accipiebantur in vxores a dominis suis, vel filijs dominorum, vel remittebantur ante annos pubertatis ad domum paternam. Et si dominus teneret talem puellam post annos pubertatis in domo sua nõ remittens ad patrem, iam debebat eam recipere in vxorem, vel dare filio suo. *Si quis vendiderit filiam suam.* Non est propria venditio, licèt recipiatur precium, quia non datur solùm, vt seruiat, sed principaliter, vt ducatur: quia tamen antequam sit tempus ducendi eam in vxorem, sunt aliqui anni, in quibus puella seruit, datur pecunia pro ea. Etiam quia suus dominus vendere potest illam ante tempus pubertatis, si non placet ei, dando alteri viro, qui recipiat secundum eandem conditionem, scilicet ad copulandum eam in vxorem, vel filio suo, vel sibi, & recipiet precium ab eo secundum computationem temporis, quod manet vsque ad annos pubertatis: in quo tempore potest ei seruire: etiam si eam non recipiat in vxorem, & postea remittere ad patrem suum. *In famulam.* Quia licèt intentio patris vendentis est, vel debet esse: vt filia sua accipiatur in vxorem a domino suo, vel filio domini: tamen nunc quia nondum est tempus ducendi eam in vxorem, datur in famulam, & pro hoc recipitur pecunia. *Non egredietur sicut ancillę exire consueuerunt.* Historia Scholastica exponens hunc passum dixit, quòd dominus, qui accepit talem puellam, aut agnominauit eam in vxorem sibi faciens, quòd vocaretur vxor sua, scilicet vxor Ferdinandi, vel vxor Petri: sicut cognominatur Martia Catonis, vt ait Lucanus in secundo libro de bello plusquam ciuili. Vel si agnominauit eam in vxorem filio suo, & tunc non egredietur sicut ancillæ: sed per solum libellum repudij, vt fiebat in alijs mulieribus liberis, nulla conditione traditis. Si autem non agnominauit eam vxorem suam, vel filij sui: dicit quòd egredietur more ancillarum, scilicet sine precio. Sed hoc non conuenit, quia secundum istam expositionem tunc non egrediebatur, vt ancilla, quando erat accepta in vxorem: sed hoc nihil attinet, quia iam non est serua, sed libera: ideo non oportet loqui in ea de aliqua lege seruarum, maxime quia hic exire accipitur pro exire a seruitute: puella autem nõ exibat a seruitute, si semel efficeretur vxor domini: dato quòd repudiaretur per libellum: sed exire a coniugio sicut cęterę fęminæ repudiatæ exeunt: sed tunc puella exit a seruitute, quando dominus non contentus de ea remittit eam ad domum paternam. Et tunc oportet quòd intelligatur lex ista, scilicet non egredietur iuxta morem ancillarum. Sed dicit ipsa historia Scholastica contra, scilicet quòd in isto casu egredietur sicut ancillæ egredi solent, & sic repugnat literę. Item peccat, quia supponit quòd ancillæ egrediantur gratis, & sine pecunia: sicut dicitur de ista puella: sed falsum est, quia si ancillę essent de alienigenis non exibant gratis, sed vel cum pecunijs, vel iniuria magna & læsione facta, & de istis non vult loqui historia Scholastica, sed supponit esse quasdam ancillas de Hebræis, scilicet quòd seipsas venderent ad seruiendum, sicut viri vendebant, & sicut viri in septimo anno remissionis egrediebantur gratis absque pecunia: ita videbatur de ipsis ancillis. Et tunc erit sensus, quòd puella a patre vendita non egrediebatur secundum legem aliarum ancillarum: quia aliæ conditiones requirebantur in puella, scilicet quòd duceretur a domino in vxorem, vel a filio, alioquin remitteretur ad patrem libera adueniente anno pubertatis, siue venisset annus remissionis septimus, siue non, ancilla autem non expectabat, vt traderetur domino suo in vxorem, vel filio domini sui, nec exibat vsque ad annum remissionis septimum. Ista quidem conueniens expositio foret nisi falsum supponeret: præsupponit autem quòd essent aliquæ ancillæ Hebręæ, quæ venderentur dominis suis iuxta legem virorum: sed falsum est, vt patet ex superioribus dictis: nam sequeretur maxima inhonestas publica: nam multæ mulieres, quæ olim castæ matronæ fuissent, subiectę in seruitutem vilissimæ redderentur. Et cùm quolibet, fornicantes quod repugnabat statui politico, quia talis mulier infamaret sic filios suos, si quos haberet, & totam cognationem. Est ergo sensus. *Non egredietur, sicut ancillæ.* Idest sicut solent exire ancillæ de alijs gentibus: nam de Iudæis ancilla nulla alia est. Ancillæ autem de alijs gentibus egrediebantur dupliciter: primo modo data pecunia, quia ancillæ emptæ a Iudæis ab alijs gentibus, vel in bello captæ erant ancillæ simpliciter, idest totaliter, vel verissime, quia in perpetuum erant ancillæ: vt patet Leuitici vigesimoquinto capitu. cùm dicitur: Seruus, & ancilla sint vobis de aduenis, quæ morantur inter vos: vel ex his, qui nati sunt in terra vestra: vel de gentibus, quæ in circuitu vestro sunt, hos habebitis in famulos, & iure hæreditario transmittetis, ad posteros: ac habebitis siue possidebitis in æternum: nec liberabantur tales ancillæ aut famuli in anno remissionis, vel in anno Iubilei, sed data pecunia: vt si aliquis vellet emere eum, & liberum permittere: sicut nunc serui qui simpliciter serui efficiuntur, redimuntur data pecunia pro eis, si domini vendere velint. Secundus modus redemptionis siue liberationis erat per aliquam læsionem susceptam, vt si dominus frangeret oculum serui, vel ancillæ, aut dentem, quia tunc cogebatur dimittere eos liberos, vt patet infra in litera. Ancillæ autem Hebræorum, scilicet istæ puellæ sic venditæ a patribus, vt acciperentur in vxores a dominis, vel filijs dominorum: non egrediebantur a seruitute: si egredi deberent, sicut egrediebantur ancillæ, scilicet data pecunia: nam infra dicitur: si tria ista non fecerit, scilicet dominus illi puellæ, egredietur gratis absque pecunia. Nec etiam erat secundus modus liberationis ancillarum, scilicet per fractionem, aut læsionem oculi, vel dentis: nam puella Hebræa data in seruitutem, isto modo eius dominus censebatur cùm qualibet libera: sicut ergo in alijs Hebræis dabatur dens pro dente, oculus pro oculo, vulnus pro vulnere, adustio pro adustione: ita si dominus frangeret oculum puellæ, incidebat in illam pęnam talionis, scilicet oculum pro oculo: non ergo exiuit puella Hebræa a seruitute secundum morem ancillarum. *Si displicuerit in oculis domini.* Accepit eam dominus suus, vt quando esset ætatis adultæ duceret eam in vxorem, vel daret filio suo eadem lege. Et in isto tempore præcedente tempus pubertatis antequam ad eam carnaliter accederet, contemplabatur mores eius, vt vultum atque cętera. Et tunc aliquando contentabatur dominus, & accipiebat eam in vxorem, vel tradebat filio, & tunc libera erat, sicut cętere vxores, quæ sine aliqua conditione traduntur. Aliquando autem displicebat ei, quia non contentabatur. Et tunc fiebat quod sequitur, scilicet dimittet eam. *Cui tradita fuerat.* Idest quòd puella tradita fuerat domino suo, vt esse vxor eius, cùm veniret ad adultam ætatem: modo tamen tradita fuerat per verba de præsenti, ita vt efficeretur immediate matrimonium, licèt non consumaretur, quia talis puella nondum habebat consensum ad matrimonium, cùm esset, infra annos pubertatis. Nec etiam desponsabatur per verba de futuro, scilicet, quòd daretur ei fides de accipiendo eam, dicendo: ego te accipiam in meam cùm tempus aduenerit:

Expositio historiæ Scholasticæ.

Dupliciter puellæ vẽdite a seruitute redimebantur apud Hebræos.

Ancillæ de gente Hebræorum non egrediebantur a seruitute eo modo, quo aliæ ancillæ alienigenæ.

ſed dicebatur tradita. i. q̃ ad hoc tradebatur domino a
F parte ſuo, licèt inter puellã & dñm nulla verba deſpon-
ſationis intercederent. *Dimittet eam.* Scilicet antequam
puella veniat ad pubertatem, vt non impediatur tem-
pus puellæ, & poſſit ipſa alteri maritari. Alioquin ſi
dominus detinet eam vltra annos pubertatis, & non
ſociat ſibi in vxorem, erit periculum caſtitatis puellæ:
nam puella iam apta ad virum inclinabitur ad hoc,
& ſic poterit ab aliquo deflorari, etiam ipſa occaſione
præſtante: non ergo tenebatur vltra hoc tempus, nec
expectabatur annus remiſſionis, ſeptimus: ſicut fie-
bat in viris: nam in viris periculum nullum eſt: in fę-
minis autem maximum. Nam virgo cùm defloratur
antequam ducatur ab aliquo matrimonialiter, totum
G bonum ſuum perdit; nam ſi hoc cognoſcatur ab om-
nibus, miſera puella ab omnibus vilipenditur: quod
propter duo fit, ſcilicet ex opinione, & ex deſiderio.
Cõtra virgines impudicas & virginitatem amittentes. Ex opinione quidem, quia omnes opinãtur malum
eſſe quòd aliquis tetigerit illam, quàm alius poſtea
ducturus ſit, maxime rollendo ei totum bonũ. Etiam
quia ſuſpitio eſt de futuro adulterio in ea, quæ ante
coniugium fornicata eſt. Fit etiam hoc propter deſi-
derium: nam huius ſęculi amatores, qui carnalibus
immerguntur illecebris primos coitus ſuper omnia
diligunt, ibi felicitatem conſtituunt opinantes, cuius
Quare impuricarnis amatores primos coitus mame concupiſcunt. aliqualem cauſam tetigimus Gen. 29. & 38. capitulo.
Et ob hoc ſi aliqua vidua ſit, & caſte vixerit, & ſit etiã
iuuencula apta ad prolem, non eam ita libenter reci-
piunt, ſicut virginem: quia vidua qualiſcunque ſit vir-
H ginitatis florem amiſit. Quod ergo eſt in viris annus
ſeptimus remiſſionis, hoc eſt in puellis propinquitas
pubertatis: nam ſicut ſeptimo anno, qui eſt remiſ-
ſionis vir venditus in ſeruum liberatus eſt: ita puella
adueniente pubertate liberata eſt: nam tunc ſequitur
in ea maximum periculum: ſi ergo domino diſpli-
cuerit dimittet eam, ſcilicet quòd recedat in domum
patris ſui, & hoc ſine aliqua pecunia, vt pater ei poſſit
nuptias procurare. In Hebræo dicitur. *Redimet eam.*
Quod duo ſignat. Vno modo quòd redimat eam,
ideſt faciat eſſe redemptam, ſcilicet quòd permitat eã
liberam in domũ patris ſui tanquam ſi redempta eſſet
pecunia, vel liberata a tempore. Et huic ſenſui multũ
conſonat litera noſtra dicens. *Dimittet eam.* Alio modo
I poteſt intelligi quòd dominus redimet eam, ideſt fa-
ciet redimi, ſcilicet quòd ſi ipſe dominus non conten-
tatur de ea, nec vult recipere in vxorem, det alteri, qui
emat eam, & accipiat ſub iſta conditione, ſcilicet vt
accipiat eam in vxorem, vel det eam filio ſuo in vxo-
rem. Et ſi non inuenerit aliquem, qui recipere velit
ſub iſta conditione, non poterit vendere ad ſeruiendũ
ſolùm, ſed permittet eam redire in domum paternã.
Et iſte ſenſus concordat literę ſequenti, ſcilicet, popu-
lo autem alieno vẽdendi non habebit poteſtatẽ: ideſt
ſi dominus non contentatur de puella, poterit eam fa-
cere redimi ab alio: non tamen poterit vendere alicui
de populo alterius gentis: quia hoc eſſet vendere eam
ſimpliciter. Et hoc dicit, quia quandocunque aliquis
K de Hebræis accipiebat aliquam puellam taliter em-
ptam, ſi poſtea non contentabatur de ipſa, vt non per-
deret pecuniam, quam pro ipſa dederat, volebat eam
vendere, ideo ad hoc poſuit Deus regulam, ſcilicet.
Redimet eam. Ideſt ſi non contentatus fuerit, poterit
eam facere redimi ab altero, ſi dare noluerit imme-
diate patri ſuo, tamen non poterit vendere alteri po-
pulo: nam Hebræi, vellent eas vendere alijs populis,
quia plus acciperent de precio vedendo alteri populo,
quàm vendendo Hebræis. Nam inter alias gentes
contractus venditionis ſerui, vel poſſeſſionis celebra-
batur ſimpliciter, ſcilicet q̃ ſi ſemel vendebatur in
ſeruum, in æternũ erat ſeruus, niſi pecunijs redimere-
tur: ideo dabantur multæ pecuniæ, ſcilicet tot quòt ar-
bitrari poſſemus valere vnum hominem ſeruientem
per totam vitam ſuam: inter Hebręos non fiebat vendi
tio in ſeruis niſi vſque ad annum remiſſionis ſeptimũ,
ideo modicum dabatur de pecunia pro ſeruis inter He
bræos. Vetuit ergo dñs ſpecialiter non poſſe vendi al-
teri populo. Cùm autem aliquis ſic vellet facere redi-
mi puellam ſibi venditam vendebat alteri, & cõputa-
bant annos puellę ante initium pubertatis, ex quo ven
dita fuerat domino, & diuidebatur precium per illos
annos in partes proportionales, & videbatur quot an-
ni manebant, quibus eam tenere poſſet, & ſm illos da-
bat pecuniam: verbi gratia. Ponatur q̃ annus puberta-
tis ſit annus duodecimus in puellis incipiente ſaltem
vna die 13. anni, & ſic etiam nos computamus: venda-
tur aliqua puella in principio anni pro 20. denarijs, da-
to enim, quòd iſta puella non accipiatur in vxorem,
non poteſt ſeruire, niſi vſque ad completum annum
12. ſunt ergo quinque anni ſeruitutis, quibus ſi diuidã
tur 20. denarij æqualiter, cuilibet anno ſeruitutis pro-
ueniẽt quatuor denarij: quia tamen non eſt æquale ſer
uitium in quolibet illorum annorum: nam puella ma
gis poteſt ſeruire in nono anno, quàm in octauo, quia
fortior eſt viribus, & magis in decimo, quàm in nono:
& ſic conuenienter non diſtribuetur cuilibet iſtorum
annorum æquale precium, ſed proportionale ſecun-
dum proportionalitatem laboris. Et tunc ſi primus
dominus tenuit puellam tribus annis, ſcilicet octauo,
nono, & decimo, manent duo anni ſeruitutis vſque ad
pubertatem, & ſi non contentaretur de ea, dabit alteri;
& ſeruiet illis duobus annis computato precio quod
proportionaliter eueniebat labori illorum annorum.
Sed ſciendũ quòd dato quòd alteri vendere velit, qui
det pecunias pro illo tempore remanente vſque ad pu
bertatem, non poterit eam facere redimi ab illo, niſi
ille acceperit eam ſub iſta conditione, ſcilicet quòd
vult eam accipere in vxorem pro ſe, vel filio ſuo, ſem-
per manente lege, quòd ſi non placuerit ei remittat
ad patrem ſuum. Et ratio eſt, quia dñs ſecundus nõ po-
teſt deteriorare conditionem puellæ: nam pater puel-
læ non potuit eam vendere alicui viro ad ſeruiendum
ſolùm, ſed ad hoc vt eam reciperet in vxorem: nec ip-
ſe primus emptor aliter potuiſſet eam emere: q̃ ergo
ipſe vellet eam alteri viro nolenti eam accipere in vxo
rem vendere pro ſolo labore, erat conditionem puellę
deteriorare, ergo non poterat taliter vendere. Si ergo
non inueniret talem emptorem, cogebatur remittere
ad domum paternam, & ſi forte dominus huius puel-
læ conquereretur, quòd ſic perdebat precium puellæ,
non propter hoc debebat in aliquo releuari: nam ſibi
imputet, qui eam uoluit accipere, vt poſtea haberet in
vxorem, & antequam duceret contempſerit. Litera
autem noſtra, *Si dimittet eam.* Applicatur vtrique ſenſui
conuenienter: primo, ſcilicet quòd dimittat eam, ideſt
ſi diſplicuerit quòd mittat eam in domum patrís ſui
liberam. Vel quòd dimittat eam, ideſt dimittat eam al
teri viro, qui eam recipiat ſub eadem conditione, &
poſſit tenere vſque ad annos pubertatis.

Cur Deus uetuerit, ne puella Hebræa Gentili venderetur.

QVAESTIO. X.

Populo autem alieno vendendi non habebit poteſtatem.

HOC expreſſe prohibetur, quia Iudęi ad hoc erãt
inclinati excauſa ſupra tacta, ſcilicet quia dabatur
maius precium. Cã quare hoc vetãt eſt multiplex. Pri
ma qã ſi fieret venditio populo alieno, illa fiebat purè,
ita, q̃ nunquam liberaretur ſeruus, vel ancilla vſq; ad
mortẽ, niſi darẽtur pro eis pecunię: Deus autẽ nolebat
fieri

fieri venditionem ſimpliciter, ſed ad tempus. Secunda
A quia puella, quando vendebatur Hebræo viro, ſolùm
vendebatur, vt acciperetur in vxorem adueniente tpe
pubertatis: ſi autem tunc non acciperetur, redibat puel
la ad domum paternam, & non dehoneſtabatur, ſed
accipiebat virum alterũ: ſi autem venderetur alteri po
pulo, non traderetur viro tpe pubertatis, nec acciperet
in vxorem a dño ſuo: ſed cognoſcerent eam carnaliter
omnes illi idolatræ & incircuncisi. Tertia quia magna
videbatur Dei vilipenſio: nam Deus elegerat hunc po
pulum in peculiarem ſibi de cunctis populis terræ, &
in regnum ſacerdotale, vt patet ſupra 19. c. quòd ergo
iſti ſubijcerentur in ſeruitutem Gentilibus, qui canes
vocabantur pro tunc teſtimonio Chriſti Mat. 15. c. di-
B centis: Non eſt bonum ſumere panem filiorum & da
re canibus, & loquebatur de Gentilibus: vt patet ibi-
dem, erat inconueniẽs. Quarta cauſa, quia omnes He-
bræi erant ſerui Dei ſibi obligati, eo quòd redemerat
eos de Aegyptiaca ſeruitute. Nam ſicut cùm aliquis
emit aliquem ſeruum ab aliquo domino, ille ſeruus il
lius eſt, ita cùm Deus redemiſſet Hebræos de duriſſi-
ma captiuitate Aegyptiorum, erant ſerui ſui: nolebat
ergo quòd ſerui ſui efficerentur totaliter ſerui aliorũ.
Sic patet Leui. 25. c. cùm dicitur, q̃ ſi aliquis nullo mo
do ſe redimere poſſet, ſaltem in anno Iubilei egredere
tur cùm liberis, & vxore ſua. Et reddit̃ cauſa: Mei ſunt
enim ſerui filij Iſrael, quia eos eduxi de terra Aegypti.
Sic enim erat de ſanctificatione primogenitorum:
C quia dominus liberauit a morte omnes primogenitos
Hebręorum, & pecorũ ſuorum, interfectis primoge-
nitis Aegyptiorũ tam in hominibus quàm iumentis
atq; pecoribus: mandauit, vt omne primogenitũ in Iſ-
rael tam in hominibus q̃ pecoribus ſanctificaret dño:
vt patet ſupra 13. c. Quinta ratio & potiſſima eſt, quia
dñs intendebat adducere Hebreos ad cultũ ſuũ diſtra-
hendo a cultu idolorum, ideo vetabat eis connubia, &
conuiuia cũ Gentilibus, vt patet infra 34. c. ſed ſi aliqua
puella venderetur Gentilibus non poſſet Deũ cęli co-
lere, quia ibi cogeretur comedere de cibis gentiliũ im
molatis dęmonibus, & non obſeruare ſabbatũ, nec cę-
teras legis cęremonias, & quod deterius eſt, quia coge
retur colere idola. Multũ ergo Deus zelabat, ne aliqs
de Hebręis viris, aut fęminis venderet Gentilibus. *Po-*
pulo autem alieno. Non ſolùm vetabatur puella vendi
populo alieno, ideſt genti, quæ eſſet extra terram Iu-
dæorum, ſed etiam alicui viro nato de illis populis, da-
to q̃ iam eſſet Iudæus, qui vocantur aduenæ Iudęorũ:
nam ad iſtos non erat eadẽ lex emptionis, & venditio
nis cum Iudæis: vt patet Leui. 25. c. nam Hebræi cùm
vendebantur alijs Hebræis, anno Iubilei liberabantur,
ſi accepiſſent vxorem a dominis: ſi autem nihil acce-
piſſent, vel ſi accepiſſent, & non curarent educere eã,
& filios, egrediebatur anno remiſſionis: ſi tamen He-
bræus emiſſet in ſeruum aliquem de aduenis, qui pere
grinabantur inter eos, vel de filijs eorum, qui naſcebã-
tur in terra Iudęorum, erat ille ſeruus in æternum, &
iure hæreditario tranſmittebatur ad poſteros, & nec li
berabatur in anno ſeptimo remiſſionis, nec ĩ anno Iu-
bilei: vt patet Leui. 25. c. ſicut ergo grauari videbant
aduenę reſpectu Hebræorum, ita aliqualiter graua-
bantur Iudæi, cùm vendebantur aduenis: nam Iu-
dæus venditus aduenę non tollebatur a ſeruitute
in ſeptimo anno remiſſionis, ſicut ſi venderetur ali-
cui Iudæo: ſed oportebat quòd aliquis de ſua cogna-
tione emeret eum dato precio pro eo: vel ipſe pro
ſeipſo daret precium: vel ſi non redimeretur a ſe, vel
ab alio manebat vſque ad Iubileum, & tunc libera-
batur: vt patet Leuitici vigeſimoquinto capitulo.
Etiam quandocunque vendebatur aliquis de Iu-
dæis alicui de aduenis, opprimebat eum aduena:
ideo mandabat dñs Iudęis, qui erant Iudęi ex genere,
vt non permitterent Iſraelitas humiliari, vel deprimi
in manu aduenarum, vt patet eod. cap. 25. Cùm ergo
aliquis Hebræus emiſſet aliquam virginem, quam in
vxorem accepturus eſſet, nõ poterat eam vendere ali-
cui aduenæ Gentilium: nam in hoc faciebat conditio-
nem illius virginis peiorem, quia non vendebatur ad-
uenæ ſub eadem lege, ſub qua vendebatur Hebræo.
Si ſpreuerit eam. Iſtud continuatur cum ſuperiori litera,
ſcilicet populo alteri vendendi poteſtatem non habe-
bit ſi ſpreuerit eam. Et eſt ſenſus, q̃ iſtam puellam ac-
cepit, vt poſtea eam ſibi ſociaret connubio, & non fuit
contentus de ea: ideo dicitur eam ſpreuiſſe. In Hebręo
dicitur. *Si præuaricatus fuit in eam, vel ſi falſauit in eam.* Di-
B citur dominus præuaricari in puellam, ideſt peruersè
agere. Falſare autem dicitur, ideſt non tenere veritatẽ: Quid ſit falſare.
nam dñs ſub iſta ſpe accipiebat eam, vt faceret vxorem
ſuam, nunc autem non fecit ſuam vxorem, ergo dici-
tur falſauiſſe in eam. Sed iſta non reducuntur ad lite- Præuaricari quid ſit.
ram noſtram, ſ. ſi ſpreuerit eam: nam nec erat ibi ꝓpriè
præuaricari, nec falſare: nam præuaricari eſt peruersè
agere, qui autem per legem non agit, non agit peruersè,
cùm lex iuſta ſit: maximè illa, quę à Deo poſita eſt: ſed
lex permittit emere puellam ad habẽdum in vxorem,
& poſtea tenere eam aliquanto tempore, & ſi non cõ-
tentus fuerit habens, q̃ dimittat eam: ergo dimittens
puellam non preuaricatur in eam. Etiam non dr̃ falſa-
uiſſe, quia ille, qui falſat, mutat ſignatas res ab eo, qd̃ ſi-
C gnificabãt termini: quos ante proferebat, ſ. q̃ promiſit
aliquid, & illi termini ſignificabant, q̃ ipſe promittens
talia, vel talia facturus erat, & poſtea non facit iſte fal-
ſat, qui autem nihil alicui promiſit, vel ad nihil ei obli-
gatus eſt, nihil falſare poteſt: ſed ſic eſt, q̃ dñs nihil pro
miſit puellę, quàm recepit, nec ad aliquid ei obligatus
erat: ergo non accipiendo in vxorem illam, nihil fal-
ſabat, cùm nullam fidẽ dediſſet. Patet hoc ex his, quæ
ſupra diximus, ſ. q̃ dominus emens nullam fidem dat
puellæ per verba de præſenti ad hoc, q̃ fiat matrimo-
nium, vel per verba de futuro, vt fiant ſponſalia, ſed ſo-
lùm recipit eam, & ſi contentatus fuerit de ipſa accip-
piet: ſin autem nõ accipiet, ſicut emptori, quia aliquid
emere vult datur res, quæ venditur, vt videat eam vtrũ
D velit eam an non, & tamen poſtea licèt nolit eam mo-
do frangit fidem aliquam venditori. Ponuntur ergo
iſta per improprietatem Idiomatis Hebraici, quod o-
rationes, & contextus facit valde improprios, & obſcu
ros: comparando ad proprietatem Latini Idiomatis,
& ſic hoc quod eſt præuaricari, vel falſare in Hebræo,
congruenter exprimit̃ in Latino ꝑ hoc verbũ ſpreuit.
Si autem filio ſuo deſponderit eam. Ille, qui emebat ali-
quam puellam Hebræam nondum adultæ ætatis, ad
duo poterat eam emere, vel vt contraheret ſecum, vel
vt deſponſaret filio ſuo: ſi autem aliquis pro ſe ſuſci-
piat puellam, fient iſta, quę ſupra dicta ſunt: hic autem
ponitur quid fiat quando accipiatur puella ꝑ filio ſuo.
Iuxta morem filiarum faciet illi. Ideſt ita faciet illi, ſicut
E fit filiabus aliorum Hebræorum, quæ non ſunt ſeruę:
alijs autem puellis, quando deſponſabantur, dabatur
aliqua pecunia in dotem, ſicut dicitur infra vigeſimo-
ſecundo capitulo. Si ſeduxerit quis virginem nec dum
deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, &
habebit eam in vxorem, ſi pater virginis dare noluer-
it, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgi-
nes accipere conſueuerunt. Ex quo videtur, quòd
omnes filiæ, ideſt mulieres filiæ aliquorum, quę non
ſunt ancillæ dotantur, cùm accipiuntur in vxores: ſic
autem fieri debet iſti puellæ, quòd pater det eam do-
mino, & ſi ipſe voluerit eam tradere filio ſuo, opor-
tet, vt dotet eam, & illæ pecuniæ, quæ datæ ſunt
patri puellæ, quando empta eſt, non debent com-

putari in dotem : nam illa pecunia non data fuit a principio, vt pars dotis, sed vt precium seruitutis: cum autem iam puella seruierit vsque ad illum terminum, ad quem seruire obligabatur pro illis pecunijs, iam pecunia illa cessauit: ergo pro eodem habetur, cùm nunc in anno pubertatis filius domini cum puella contrahit, ac si puella nunquam fuisset ancilla, & nihil ei datum fuisset: debet ergo dari dos, cùm nunc consumata seruitute, quæ erat vsque ad pubertatem, incipiat purum matrimonium: non tamen debebit iste iuuenis dare aliquid parentibus puellæ, quando eam in matrimonium ducit, sicut consuetum erat dari apud Hebræos, vt patet de Eliezer, qui dedit dona parentibus & cognatis Rebeccæ, quando eam duxit pro Isaac, vt patet Gen. 24. c. Nam ista, quæ data fuerunt a principio patri puellę cùm empta est, succedunt quasi loco munerum, licèt non sint proprie munera, cùm venalia sint: quia ex conuentione dantur: munus autem liberaliter traditur. *Quod si alteram ei acceperit.* A principio accepit dominus illam puellam, vt esset vxor filij sui, & sic dicebatur eam despondisse filio: si autem non contentabatur, accipit ei alteram. *Prouidebit puellæ nuptias.* Litera videtur velle quòd ista puella desponsata fuerit illi viro filio domini sui, & cognita ab eo, & si cognita ea accipit alteram in vxorem, debet dare ille vir isti puellæ maritum conuenientem sta tui suo, & vestes & precium, quia corrupit eam. Ista omnia rationabiliter dantur: nam cùm ista puella erat coniungenda in matrimonium isti viro, nihil datura erat secundum istam legem, scilicet quòd quando reciperetur prius in ancillam, & post veniret ad tempus pubertatis, & acciperetur in vxorem a domino esset solùm vxor eius: nam ipse emebat eam, vt esset vxor eius: iam ergo ex tali emptione ipsa puella acquirit virum sine aliqua donatione propter nuptias, idest quòd ipsa puella nihil det, vel quòd reducatur ad patrem suum illibata. Etiam habebat vestes, nam, exquo eam vir ille filius domini in vxorem accipiebat, vestes dare debebat: nunc autem si ipse defloruerit eam, & non acceperit in vxorem, perdit omnia ista, scilicet quòd virum non habet, quòd non habet vestes, quòd virginitate caret. Hec omnia ergo vir ille reddere debet: primò vt det ei alterum virũ, cum quo cõtrahat. Secundum vt ei vestes tribuat. Tertium vt det precium pudicitiæ, idest precium pro defloratione: nam licèt alteri viro tradatur non traditur ei virgo: ideo nõ poterit in tanto gradu habere virum, in quanto merebatur. Etiam quia ille vir prior iniuriam ei fecit, cũ eã ĩ vxorẽ suscepisset, & defloruisset, & postea noluit eã

An qui accepisset alteram vxorem debuisset priorẽ dimittere.

QVAESTIO. XI.

SED arguet quispiam, quòd iste sensus non est conueniens: nam intelligendo sic sequitur q̃ si acceperit filius domini aliam vxorem, quòd debeat repellere istam, & dare ei virum, & cętera: hoc tamẽ falsum est: nam in lege antiqua poterat aliquis simul plures vxores licitè habere, vt patet de Abrahã, qui simul habuit Saram & Agar. Et de Iacob, qui simul habuit quatuor scilicet Liam, & Rachelem, Balam, & Zelpham, & isti duo fuerunt ante datam legem. Dauid autem tempore legis habuit multas vxores, & multas concubinas, vt patet ex discursu primi, & secundi libri Regum. Habuit etiam Salomon valde multas: sed quia eum scriptura de vxorum pluralitate redarguit, vt patet 3. Regum. 11. capitulo non debet in argumentum ducere. Respondetur q̃ litera stat bene posita ſm istã sententiam: nã nõ innuitur ex litera q̃ si pater desponderit puellam emptam filio suo, & postea aliam vxorẽ ei acceperit, q̃ teneatur dimittere istam, & dare ei alterum virũ, & vestes & precium pudicitiæ, sed intelligit conditionaliter. ſ. q̃ si pater desponsans puellam filio suo, & postea superinducẽs alterã, si noluerit accipere puellã, quam despondit, prouidebit ei ista tria, ne puella maneat defloratа, & delusa: si tñ vellet puellam tenere, & ea manente superducere aliam, poterat vtramq; tenere, & non compellebatur dare puellę ista tria, quę ponuntur in litera. Sciendum etiam quando dr̃ hic, q̃ si dñs spoponderit puellam filio suo, & postea receperit aliam pro filio, & puella fuerit cognita, & debeat dare ei nuptias, vestes & preciũ pudicitiæ: q̃ non intelligitur de abiectione puellæ postquam esset maritata sue desuper inductione alteris factis nuptijs: nã tũc puella non excluditur lege ancillarum, sed lege vxorum repudiatarũ: nã illa puella erat ancilla vsq; ad tempus pubertatis, & si tunc nõ acciperetur in vxorẽ, liberabat̃ a seruitute: cùm ergo postea accipiatur in coniugẽ trãsacta inceptione pubertatis; iã non est ancilla sed libera: si ergo tunc filius domini sui, qui quondã fuit, eam abijciat, non abijcit vt ancillam suã: ideo abijci debet ſm legem repudiatarum, & nõ lege ancillarũ: sed ista lex. ſ. q̃ det ei nuptias, & vestes, & preciũ pudicitię, non est lex repudiatarũ vxorũ sed ancillarũ: ergo ista puella, quæ hic abijcitur, non est vxor sed ancilla. Itẽ tunc datur alicui precium pudicitiæ, q̃ñ fraudulenter, vel violenter ablata est ei virginitas, vel saltem aliquomodo iniustè: si autem puella coniugata fuisset matrimonialiter illi viro, non tolleretur ei fraudulenter, aut violenter, vel aliquo modo iniusto virginitas, sed valde iustè, cùm actus matrimonialis fit licitus, & meritorius, si ordinetur in finem debitum, scilicet propter Deum: imò si vxor cõsentiat fieri vxor, & nuptias fieri, & postea nolit viro petente debitũ cognosci ab eo; peccat mortaliter agẽs contra iustum negans debitũ, & committit fraudem: sic dicit apostolus ad Corin. 1. ca. 7. Nolite vos adinuicem fraudare debito, nisi ad tẽpus, vt orationi vacetis, postea redeuntes in idipsum, ne vos tentet Satanas. Sicut siquis alicui petenti mille denarios debitos, negaret se quidquã debere, vel diceret se debere, & superbiret, dicendo nolle quidquam soluere, peccaret mortaliter: ita si vxor viro petenti contradicat, & negat debitum, quod ex iure naturę inter coniuges debitum est, & ex iure diuino, cùm iste sit finis matrimonij, vt crescant & multiplicentur: non ergo debet dare vir vxori suæ aliquid pro virginitate ablata, cùm eam iuste abstulerit: sed pro delicto hoc facientes debent reddere precium virginitatis: vt ille, qui seduxit virginem, vt patet infra 22. capitulo: Nam dabit ei pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Etiam aliqui, qui dant fidem de ducẽdo, & corrumpunt, & postea nõ ducunt, debẽt dare precium pudicitiæ, quia eam iniustè auferunt: vir autem non debet dare vxori sue precium pro huiusmodi defloratione, cùm iuste agat: sed huic puellæ datur precium pro pudicitia ablata, ergo ipsa non erat ducta in matrimonium. Dicendum ergo quòd debet sic poni casus, quòd pater, qui est dominus emens puellam despondit eam filio suo, idest dixit, ego volo istam puellam, vt sit vxor filij mei, postea filius domini vniuersalibus verbis interpositis, quæ ex primant consensum, aut faciant matrimonium defloruit puellam: tunc superinducit alteram nolens habere illam: tenetur dare istã tria quæ sequuntur, nuptias, vestimenta, precium pudicitiæ, & sic puella non abijcitur lege repudiatarum, sed lege ancillarum: nam nulla repudiari potest, nisi fuerit vxor, ista autem puella non fuit vxor, quia non intercesserunt verba causantia matrimonium declarando consensum mutuum:

Si vxor viro petenti debitum contradicat fine causa rationabili peccat mortaliter.

Non potest vir iuste vel fraudulenter vxori sue virginitatem auferre.

& sic

& sic iuste datur ei precium pudicitiæ, quia iuuenis ille filius domini sui, qui defloruit, non defloruit eam vt vxorem, quia non fuerat adhuc contractum matrimonium, nec postea contractũ est: ergo iniuste tulit virginitatem eius, debet ergo dare precium pudicitiæ. Nunc prosequar hanc particulam ſm literam nostrã, vt incepi, & ĩmmediate dicam ſm literam Hebraicã, quæ satis distat a nostra. *Quod si alteram ei acceperit.* Idest si dñs emens filiã, & despopondit eam filio suo. i. dixit q̃ volebat eã pro filio suo: licet non intercesserunt verba causantia matrimoniũ, vt sup. diximus: & postea cũ haberet intentionẽ dandi istã vxorem filio suo, si non contentus acceperit alteram, faciet ista, quæ sequunt. *Prouidebit puellæ nuptias.* Nuptiæ dicuntur coniugatio matrimonialis, dare autem puellæ nuptias est dare ei virum, & hunc tenebitur ei dare: quia eam defloruit, & ob hoc manet delusa, nisi ipse vel alius eam accipiat in vxorem. Cùm ergo ipse nolit, debet ei dare alterum virum. *Et vestimenta.* Idest vestes, cum quibus accipiatur ab altero in vxorem: nam non debet duci in vxorem cum vestibus seruilibus. *Et precium pudicitiæ non diminuet.* Idest non debet ei dare minus pro rapta virginitate, quàm iustum sit dari: cùm autem aliqua puella decipitur, & decipiens coit cùm ea: si virgo est, dotabit eam & in vxorem accipiet: & si nõ accipit in vxorem, debet dare pecuniam iuxta modũ dotis, quam virgines accipere consueuerunt: vt patet infra 22. c. Iste autem vir, qui eam accepit sub spe matrimonij, & postea ipsa puella ab eo defloratа est, deceptor est, quia puella sub bona fide defloratа est, expectans nuptias, ad quas vendita fuerat. Debet ergo dare iste iuuenis sub nomine precij pudicitiæ dotem illi puellę ad sustẽtandum onera matrimonij. *Si autem tria ista non fecerit.* Aliqui dicunt hic quòd ista tria sunt, scilicet si noluerit dominus, qui emit eam accipere vxorem. Vel si non dederit filio suo in vxorem. Vel si non acceperit in concubinam: nam vendebatur ista puella, vt ipsi volunt pro concubina, & postea accipienda erat in vxorem, & fuit permissus iste contractus Iudæis, scilicet emere puellas in concubinas ad tollendam eorum improbam libidinem: sicut permittebantur eis vsuræ & libellus repudij propter magnam eorum cupiditatem, & cordis duritiem. Sed Nicolaus arguit, q̃ iste contractus non erat permissus, quia Deutero. 23. c. prohibetur, cùm dicitur. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. Sed salua reuerentia Nicolai, non vetantur ibi concubinæ, sed publicæ meretrices, quæ sunt in lupanaribus, & earum lenones: licèt habere concubinam sit contra preceptũ, Non męchaberis. Aliquando tamen licitę factum est, sicut patet in Dauid, qui habebat concubinas decem, vt patet 2. Regum 16. c. sed non vituperat eũ scriptura de hoc: sed magis quia accepit Bersabeæ alterius viri vxorem, & occidere fecit virum illius: de quo 2. Regum 11. c. & 12. In istis tamen erat quædam Dei dispensatio limitãtis huic, nõ esse fornicationẽ coire cũ tali fęmina. His tamen non obstantibus, expositio ista valde friuola est, & inconuenienter posita. nam ista litera tota diuiditur per articulos a principio, & quilibet articulus est vnus casus specialis, per se determinatus. Primò quòd si dominus recipiat puellam, aut recipit vt habeat ipse eam in vxorem, aut vt habeat filius suus: ecce quòd quilibet casus istorum per se est, nec competit idem ius vtrique: si ergo accipiat eam dominus pro se, tunc ponitur in textu regula: quòd postquam steterit cum eo aliquo tempore antequam aduenia pubertas, & tunc aut placet in oculis eius, aut non: si enim placeat in oculis eius, accipiet eam dominus in vxorem: si autem non placeat: dicitur quòd dimittet eam sibi redimi faciet, vt supra expositum est. Ecce ergo qualiter istud membrum, scilicet, Si dominus accepit eam pro se, perfectè determinatum est. Non debet ergo redire iterum litera super illud. Litera aũt deinde prosequitur alterum membrum. ſ. q̃ ideo accipit pro filio suo dicens. *Sin autem filio suo desponderit eam.* Et tunc prosequitur istud membrum, sicut alterũ dicens: si dominus accipiat puellam, vt sit vxor filij sui, tũc aut placet ei accipere eam: & tunc satis patet, q̃ nihil vltra agendum est: si autem pater acceperit alteram vxorẽ pro filio suo postea abiecta illa, & cognita per filiũ suũ, debet ei prouidere nuptias, & dare vestimẽta & preciũ pudicitiæ: & tunc sequitur. *Si autem tria ista non fecerit.* Manifestum est, quòd non potest istud referri ad omnia superiora, quia secundum modum, quem declarauimus, quilibet est vnus articulus diuersus ab altero: nec coincidunt quantum ad aliquid, nec est aliquod ius in eis idem: necesse est ergo, quòd ista tria referantur ad istum articulum, scilicet accepta fuit pro filio eo modo, quo seriatim subdiuidit litera: reducere autem ista tria ad omnia supradicta est contra manifestam rationem, & contra rectam diuisionem. Item quia si hoc referrerur ad tria superiora, scilicet ad hoc quòd non accepit eam dominus, nec accepit filius in vxorem, nec aliquis eorum in concubinam, maneret ista diuisio imperfecta, & ratio non conclusa: quod est absurdum dicere: quia ad homines insensatos pertinet rationes incipere, & dimittere inconclusas. Patet autem antecedens, quia dicendo, quòd si non acceperit ille filius domini puellam, dabit ei vestes & nuptias & precium pudicitiæ: oportet vel quòd finiat in hoc, ita quòd necesse sit facere hæc, si non acceperit puellam in vxorem, vel oportet dicere quid debet fieri si ista non compleantur: sed in istis non completur ratio. Nam postquam mandauit dari vestes, nuptias, & precium pudicitiæ, subiungitur. Si autem tria ista non fecerit: ergo videtur quòd debet referri ad illud immediatum necessariò, vel erit ratio incõpleta. ſ. q̃ non ponetur quid debeat fieri, quãdo vestes, & nuptię, & precium pudicitiæ non fuerint data. Et hoc concesso melius esset non posuisse: quia superflua erit talis positio. Necessariò ergo refertur ad ista tria immediate dicta, scilicet nuptias, vestes, preciũ pudicitiæ. Itẽ dicunt isti quòd vendebatur ista puella, vt acciperet eam in concubinam dominus emens: hoc enim falsum est: nam manifestum est, quòd defloratio virginum peccatum erat: sed quòd Deus in lege daret occasionem, vt quis voluntarie defloraret virginem, & patres eas venderent ad peccandum, inconueniens valde est. Item ex textu videtur quòd non emebatur puella ad hoc, sed vt acciperetur in uxorem: nam cùm dicitur, quòd si acceperit ei alteram, idest si dominus pro filio suo acceperit aliam uxorem, subiungitur, prouidebit puellæ nuptias quasi dicat quòd puellam in uxorem accepturus erat, & quia alteram aceipit, prouidebit puellæ de altero uiro. Item patet magis quòd supra dicebamus, scilicet quòd hoc quod dicitur, si tria hæc non fecerit quod referrebatur ad supradicta esse impossibile; nam tunc textus implicaret formaliter: & patet sic, quia isto modo dicendo, quòd si pater non accepit in uxorem, qui dominus est: uel si non dedit filio suo in uxorem: uel non accepit eam in concubinam, puella ibit sine pecunia. Nunc ergo diuidatur quodlibet istorum, scilicet si dominus accipiebat pro se ad uxorem, & postea noluit, debet eam dimittere liberam: uel si filius non accepit, debet eam dimittere liberam: sed contrarium est in litera directe, scilicet quòd si dominus acciperet eam pro se, ut esset uxor eius, & postea nõ placeret in oculis eius, debebat eam dimittere, ut dicit litera nostra ſ. facere, ut alius eam emeret sub eadem conditione

Expositio aliquorũ.

Lyranus cõfutatur.

Contra expositionẽ.

Contra expositionẽ supra datã arguit doct.

vt sonat litera Hebraica dicens: Si displicuerit in oculis domini sui, redimet eam: hic autem dicitur, q̃ cogebatur eam gratis dimittere sine pecunia: ergo impossibile est illa duo referri ad eandem communem sententiã. Item isti duo casus multum diuersi sunt, vt supponit litera: nam quando dñs accipit eam pro se, & postea non placet in oculis eius atque dimittit eam: non præsupponit q̃ dñs corruperit eam: ideo mandatur q̃ puella dimittatur, scilicet q̃ eat in domum paternam. Vel detur alteri viro sub eadem cõditione. s. si velit eã accipere in vxorem, vel dare filio suo: in casu, quo puella traditur filio, presupponitur, q̃ filius defloruerit eã: ideo dicitur quòd debet reddere precium pudicitiæ: nõ possunt ergo ista tria referri ad casũ de patre & filio.

Expositio Andreæ confutatur.

QVAESTIO. XII.

ANDREAS exponit dicens, q̃ ista tria sunt, scilicet q̃ dominus accipiat eam in vxorem, vel filius domini, vel detur alteri viro: & si nullũ istorum facit, puella gratis reuertitur in domum patris sui. Sed non potest stare ista expositio, sicut nec præcedentes, quia idem inconueniens est in ea, quod in alia, cùm nõ possit hoc referri ad casum de patre, & filio, qui sunt diuersi, & præsupponunt contraria. Item quia istę expositiones volunt referre ista tria disiunctiuè, scilicet q̃ faciat vnum vel alterum: sed litera est in oppositum, quæ necessariò debet legi copulatiuè. s. si ista tria non fecerit: ideo faciendo vnum, vel duo illorum, nisi omnia simul faciat non liberatur. Vt si dicatur alicui: facias ista quatuor, quæ tibi dico, manifestum est, q̃ etiam si duo illorum faceret non soluebatur: necesse est ergo implere ista tria copulatim: sed secundũ duas præcedentes expositiones non complentur copulatim: imò impossibile est compleri copulatim: quia non potest dominus accipere puellam in vxorem, & dare filio suo, & dare alteri viro. Dicendum ergo q̃ nulla istarum expositionum consonat literæ nostræ: distinguendum ergo circa ista: quia quando talis puella Hebræa vendebatur, non vendebatur ea intẽtione solùm, vt seruiret: sed vt acciperetur in vxorem a domino suo, vel filio eius: si ergo dominus accipit eam, vt esset vxor sua, aut defloruit eã antequam acciperet in vxorem, vel non. Si autem non defloruerit, nec in vxorem acceperit, quia displicuit in oculis eius, faciet sicut supra determinatum est, scilicet q̃ dimittet eam. i. q̃ dimittet ire in domum patris sui, vel dimittet alteri viro, quia redimat eam sub eadem conditione. Et non est iste casus idem cum illo, qui infra ponitur: quia infra dr, q̃ gratis & sine pecunia dimittet eam si hæc tria nõ fecerit: ibi autem dr, q̃ dimittet eam solùm. Vel fm literam Hebraicã, q̃ redimet eam. Si aũt pater. s. dñs puellã emẽs, vt eam in vxorem acciperet, defloruerit eam ante cõtractum matrimonij, & postea non placuerit in oculis eius, non solùm dimittet eam. s. dando alteri viro q̃ redimat eam: nam cũ hic plus grauauerit, quàm si nõ defloraſſet, oportet vt magis puniatur. Et patet hoc in casu de filio, nam nõ debet magis puniri dñs quando accepit puellam pro filio, quam qũ pro se accepit: sed qũ accepit p filio, quia presupponit hic, q̃ defloruit eam) mandatur q̃ det vestes, & nuptias, & preciũ pudicitiæ: ergo idem debet mandari si dñs defloruaſſet puellam. Si autem ista puella accepta fuit, vt esset vxor filij dñi, & sic fuit dictum a principio, & per hoc dicebatur eã despondere filio suo, & postea aut pater vult, q̃ filius accipiat eam, & tũc nulla est quæstio. Si autem pater dedit alteram vxorem filio, & non vult habere ista cum illa: aut iuuenis defloruit puellam anteq̃ duceret eã in matrimoniũ: aut non: si aũt non defloruit eam, faciet sicut in casu patris. s. q̃ redimat eam. i. det locum ei q̃ redimatur ab alio viro sub eadẽ conditione: vel si nõ redimi facit dimittet eam ire ad domum paternam: nam iam cessat finis propter quẽ puella accepta est. Vnde si filius dñi acceperit aliam vxorem, & illam nullo modo vult: etiã si vsq; ad pubertatem superent duæ, vel tres anni, non poterit tenere puellam, vt seruiat ei, quia nõ fuit data principaliter ad seruiendũ, sed vt acciperetur in vxorem, & interim q̃ accipiebatur, vel non accipiebatur, ita q̃ dñs esset indeterminatus ad alterutrũ, puella tẽeri poterat, vt seruiret, etiam si dominus vel filius eius indeterminatus esset ad accipiendum, vel non accipiendum eam vsq; ad annum pubertatis: nam adhuc finis erat in pendẽti. Si tamen dominus, vel filius eius determinent se ad nolendum eam, accipiendo alteram, non poterãt eam tenere seruiendo, etiam si superesſent tres, vel quatuor anni vsq; ad pubertatem, in quibus puella seruire poterat, nisi dominus ad non accipiendum eam, vel non dandum filio suo se determinaſſet: & tunc eo ipso quòd se determinant ad non accipere eam, cessat finis, ad quem puella vendita est, ideo non poterit vlterius teneri: sed compellitur dominus dare alteri viro, qui sub eadem lege eam accipiat, quia forte ille accipiet eam in vxorem, vel mittet eam immediate ad domũ paternam. Et in isto casu nõ intelligitur litera ista de filio, qui accepit aliam vxorem, & noluit tenere ancillam, quòd debeat ei prouidere uestes, & nuptias, & precium pudicitię: hoc autem presupponit quòd iuuenis defloraueret eam: nam nulli datur pudicitię precium, nisi defloratę. Si ergo iuuenis non defloruit, non debet dare pudicitiæ precium, nec est hoc aliquo modo intelligibile, q̃ non corrumpens corruptionis precium largiatur. Etiam in isto casu non debet ei dare uestes, nec prouidere nuptias, idest dare ei uirum: quia eadem ratio consistit in patre, & filio, & cõsequenter idem ius. Sed si pater. s. dñs puellę noluit accipere eam, quia displicuit in oculis eius, solùm debet eam facere redimi, uel dimittere in domũ paternam, non dando ei uestes nec prouidendo nuptias: ergo qũ filius non accepit eã, quia non placuit in oculis eius, & non defloruit eam, non debet teneri pater ad dandum aliquid: sed q̃ recedat in domum patris sui, uel detur alteri uiro sub eadem lege. Si autẽ dominus accepit pro filio puellã, & nondũ contracto matrimonio iuuenis defloruit eã: & postea pater dat ei aliam uxorẽ, & non recipit puellam in uxorem, quia delusit eã: dabit ei ista tria sicut illi, qui uirgines deflorant decipiendo: nam uel in uxores ducunt eas, uel dant dotem, quã consueuerunt accipere uirgines terræ illius, ut alteri uiro tradatur: vt patet infra 22. c. *Si autem tria ista non fecerit.* Scilicet dominus dando puellæ nuptias. i. uirum cui nubat, & vestes, vt non ducatur in seruilibus uestibus, & pcium pudicitie. i. dotem quàm cõsueuerunt accipere uirgines defloratę ab illis, qui corruperũt eas, ut alteri uiro nubãt. Et ista tria facere debebant quando dominus uel filius eius defloraſſent puellam: aliàs non tenebantur. *Egredietur gratis absque pecunia.* Ided puella reuertetur ad domum patris sui libera: etiam si in prima die, qua acceperit eam dominus in ancillã, defloruauerit eã, & nõ acceperit eam immediate in uxorem, puella redibat ad domũ paternã: & dñs perdebat precium, quod p ipsa dederat, etiam si usq; ad pubertatẽ manerent tres, vel quatuor anni, in quibus seruire potuiſſet puella alias si non fuiſſet defloratа. Sed dices: numquid si puella erat impubes, utputa quia erat nouem annorum, uel octo, & acceperat eam dominus, ut haberet sibi in uxorem, uel daret filio suo, qñ esset pubes. s. in anno 13. in principio, & dominus, uel filius dñi in octauo anno, vel in nono defloruauerit eam, & indeterminatus sit ad accipiendam eam in vxorem, vel non poterit eam tenere vsq; ad finem anni duodecimi, cùm puella incipiat pubescere, vt tunc determinet se velle, vel nolle. Respondetur quòd non: nam sicut cùm dominus recepit sic aliquam puellam ad habendam in vxorem, & non defloruit eam, & tenuit vsque ad annum pubertatis non determinando se vtrum vellet eam vel nollet recipere in vxorem: si vltra principium pubertatis tenere voluerit non determinando se, vt postea se determinet ad accipere vel non accipere: non poterit tenere, sed statim vt puella apparuerit pubes, tenebitur dominus vel accipere in vxorem, vel dare illi licentiam eundi ad domum patris sui. Idem ius est, si accepit in octauo anno, vel in principio noni: & tunc vsque ad tempus pubertatis supererant quatuor anni: si eam in principio noni anni defloret, cogetur eam immediatè accipere in vxorem, vel immediatè dimittere ad domum patris sui: nam licèt puella nondum sit pubes, tamen ipse dominus vel filius domini deflorando eam approbauit esse puberem, ideo cogetur immediate consentire in eam matrimonialiter per verba de præsenti, vt esset vera vxor tanquam si esset verè pubes: si enim pubes esset, cogeretur eam immediatè, vel in vxorem accipere, vel remittere in domum patris sui: cùm ergo ipse per deflorationem eam puberem confirmauerit, quantum ad præiudicium deflorantis eiusdem censebitur iuris ac si pubes existeret; nam aliàs locus magnę fraudis esset. Si enim postquàm eam defloruit non accipit eam in vxorem, præsumitur quòd postea non accipiet: quòd ergo ipse non determinans se vtrum velit, vel nolit accipere in vxorem, teneat eam seruiendo vsque ad tẽpus pubertatis, & remittat tunc in domum patris sui, magna fraus est: ideo eadem die, qua defloruauerit siue multum distet pubertas siue paucum, cogetur, vel accipere in vxorem, vel dare ei virum, & vestes, & dotem, vel remittere in domum patris sui. *Gratis absque pecunia.* Idest non accipiet aliquid a patre puellę de præcio quod dedit pro ea, dato quòd non seruierit vna die: nam sibi imputare debet: quòd eam defloruit, & postea in vxorem non recepit: & dato quòd dominus dederit aliquas vestes puellæ, vel egit circa eam aliquas impensas erogando medicis, vel ad necessitates alias, si egrotauit, non debet petere aliquid a patre puellę; quia tũc agebat vice sua. Si tamen pater vendiderit puellam, vt accipiat eam dominus in vxorem, vel filius domini, & nõdum veniente tempore pubertatis, in quo puella in vxorem accipi debet, vel redire in domum paternam, & dominus nondum defloruauerit eam: si pater eius velit reducere ad se filiam venditam, dabit precium computando tempus seruitij translati: & tempus seruitij, quod esse poterat vsque ad pubertatem: & diuidendo pecuniam proportionaliter, vt declarauimus supra, quando dominus vendit puellam alteri viro sub eadem lege, qua ipse tenebat.

An ista lex sufficienter puniat ementem puellam quàm postea deflorabat si eam in vxorem non ducebat.

QVAESTIO. XIII.

SED argues quòd ista litera nihil videtur punire dominum, aut filium deflorantem puellam: nam si non dederit ei vestes, & nuptias, & precium pudicitiæ, debet eam remittere in domum patris sui: quia ita remittebat etiam si non deflorasset, si non placuisset in oculis eius: quod non videtur satis rationale. Respondetur, quòd pena est; nam licet non sit tanta pena quanta dare puellę vestes, & nuptias, & precium pudicitiæ: tamen est aliqua pena: nam vt supra diximus, si dominus emens puellam in principio noni anni defloret eam, & nolit eam immediate recipere in vxorem, tenetur reducere ad patrem, & sic totum preciũ, quod pro ipsa dedit perdet, nihil de seruitio recipiendo, cùm immediatè remittat. Item quando dr, q̃ nõ est maior pena, quando dominus, vel filius dñi defloret virginẽ, quàm si non deflo raret, falsum est: nã si non defloret dñs puellam, poterit tenere eam vsque ad tẽpus pubertatis, etiam si non accipiat in vxorẽ: si aũt det filio suo, idest q̃ accepit pro eo, & postea non contrahitur matrimonium, sed alteram (dum tñ non defloret illam) poterit illam facere redimi, & sic nõ deperdet preciũ, quod pro ipsa dedit: & hoc etiam, qñ dominus spernit eam dicens. Nolo te accipere in vxorem: nã tunc põt eam alteri viro vendere sub eadem conditione. Si aũt defloruit, non potest vendere sub ista conditione: nã solùm virgines sub ista conditione accipiebãtur, puellę autem corruptæ non, sed simpliciter tradebantur viris suis. Aliqui autem dixerunt, q̃ si dominus vel filius eius defloruauerit puellam, sempèr tenebatur eam accipere in vxorem, vel prouidere ei de viro, & vestibus, & pecunia pro dote: secundum taxationem iudicum: & hoc quidẽ aliqualiter videbatur iustum, sed falsum est; nam contradicũt manifestè literę, quia in litera dicitur, q̃ si non fecerit ista tria, scilicet dare ei virum, vestes, & precium pudicitiæ, cogebatur eam mittere liberam gratis in domum paternam, ergo nõ cogebatur simpliciter dare ei illa secundum extimationem, vel taxationem iudicum. Aliqui dixerunt de puellis hmõi venditis, q̃ multipliciter liberabantur magis quàm viri. Nam ponunt primò, q̃ puellę liberabantur per deflorationem: nam si dñs aut filius domini defloraſset eam, aut immediate eam accipiebat in vxorem, & sic non erat ancilla: vel tradebatur alteri viro cum vestibus, & precio pudicitiæ: & sic etiam libera erat, quia erat extra manum domini sui: vel reducebatur ad domum paternam, & sic etiam libera erat. Secundo modo liberabatur puella, si dominus sprenisset eam dicens, q̃ nolebat eam accipere in vxorem: vel si filius, qui eam accepturus erat, nollet eam, superducta altera, vel potius inducta: dum tamen non defloraſset istam: sed ista libetatio non erat simpliciter, quia tunc poterat dominus facere duo. s. aut dimittere eam redire in domum paternam, & sic totaliter liberabãt, aut tradere eam alteri viro sub eadem conditione, qã erat facere redimi, & tunc non erat puella libera. Tertiò modo liberabatur puella adueniente pubertate, qa dato q̃ nec dñs, nec filius defloraſsent eam: si tñ puella maneret vsque ad tempus pubertatis, & non accipiebatur in vxorem ab aliquo eorum, liberabatur redeũdo ad domum paternam, & hoc propter periculum & inhonestatẽ. Nã si post principiũ pubertatis maneret in domo dñi, cũ illo tpe feminę inclinent ad coitũ, dato q̃ dñs vel filius dñi nõ deflorarет eã, ipsa procuraret ab aliquo cognosci. Etiam quia puella manente post pubertatem in domo dñi, cùm ipse non duceret eam in vxorem, nec aliquis alius poterat eam ducere, dum esset ancilla, & indeterminata vtrum domino copulanda esset, perderet puella tempus suum, ita q̃ illi, qui cõtrahere poterãt cũ illa, si staret in domo paterna, nõ contraherent: reducitur ergo incipiente pubertate ad domum paternã, vt quia dñs non accepit eã vsque ad illud tempus: accipiat eam aliquis alius, & sic nõ dabit puellæ occasio fornicandi. Quartum genus liberationis ponitur ab alijs, scilicet adueniente anno septimo remissionis, sicut liberantur viri seruientes, vt patet hic in litera. Sed hoc non videtur esse verum, nam repugnat illi fini, ad quem puella vendita est;

Si filius domini aliã vxorem accepit & illam quã emit nullo modo vult eam debet dimittere si ante pubertatem esset.

Qui puellã emptã deflorabãt apud Hebreos tenebantur eam accipere in vxorẽ vel alteri viro dare.

Positio aliquorũ dicentium venditas puellas multipliciter posse redimi.

Quarto Puellę venditę i 7. anno remissionis liberabantur.

nam fuit vendita, vt a domino acciperetur in vxo- F
rem, & illud tempus, quod est ante pubertatem habet dominus, vt possit cognoscere puellę mores, vt se curus eam recipiat in vxorem. Et patet, nam si dominus vellet cum illa puella contrahere non emendo eam, daretur sibi, cùm ipse Dñs ditior esset, & non daret patri eius pecunias in pręciũ puellę, tũ tunc nõ erat securus, quia non poterat cognoscere puellam quantũ ad mores: vt ergo habeat securitatẽ, emit puellam, & si quidem fuerit contentus, bene actũ est: nam magis valet illa securitas, quàm præciũ, quod pro puella dedit: si autem non contentatur in tote tempore pubertatis reddit eam patri suo: & sic non perditur preciũ, quod pro ipsa dedit, cùm seruierit ei toto tempore vsque ad pubertatem. Si ergo puella in septimo anno remissio- G
nis liberaretur, secundum quòd setui Hebræi, dato ꝙ puella quæ erat octo annorum, venderetur ei, & dimidio anno ante septimum annũ remissionis fieret ista venditio, sequeretur tunc, ꝙ puella deberet manere apud dñm suum dimidio anno: sed tunc non consequebatur intentionem suam dñs. s. ꝙ non posset eam iri tam paruo tempore cognoscere quantũ ad mores. Et hoc potissime, quia puella erat valde parua. s. in anno octauo, & actus illius sunt sine iudicio, ideo licèt in discretus sit, non propter hoc arguitur sufficienter ꝙ postea talis erit, & sic cognitio, vel iudicium de aliqua puella quantum ad futuros mores, per ea, quæ in octauo anno agit, non est certum nec recipiendum a viro prudente: postquam autem puella attingit vndecim, H
vel 12. annũ magis incipit cognoscere, & demonstrare de se quid futura erit. Et de talibus pueris, vel puellis in telligitur illud, quod dicitur Prou. 20. c. Ex studijs suis cognoscitur puer: & Hieronimus super eundem locũ, & habetur extra De præsumptionibus in c. ex studijs. Oportet ergo ꝙ puella maneret vsque ad annum pubertatis, nec annus septimus qui est annus remissionis liberet eam, etiam quia dominus debebat eam accipere in vxorem, cùm nõ possit contrahi matrimoniũ in tam tenera ætate, sed in pubertate. Item non debet esse idem de seruo Hebræo, & de Ancilla data, vt accipiatur in vxorem: nam seruus Hebræus ponitur solũ ad seruiẽdum: ideo in anno remissionis liberari debet, puella autem non datur ad seruiendum principaliter, I
sed ad hoc, quòd illo tempore mores eius cognoscantur, vt videat dominus vtrũ velit eam, vel nõ: ergo nõ liberantur puellæ sic datę in seruitutem in anno septimo remissionis, sed solùm alijs modis. De pubertate autem, quàm attendebãt in puella, vt liberaretur a seruitute, nisi duceretur a domino suo in vxorem, vel a filio domini sui, est dicendum, ꝙ pubertas dicitur in puero, vel puella quãdo ad coeundum & generandũ potentes sunt: ita ꝙ puer possit generare, & puella cõcipere: hæc autem ætas non est eadem in omnibus, nã quidam pueri ante alios puberes sunt, & quædã puellæ cito pubescunt. Assignatur tamen in iure ætas 12. anni perfecti, vt annus pubertatis, & idẽ modus tenet ab Hebræis, vt sit annus 12. pfectus, & incipiat tertiusdecimus: multę tamen puellæ sunt, quæ in 11. anno pubescunt: aliæ autem in 13. nondum puberes sunt. Ad hoc ergo quòd quelibet puella pubertatem attigisse diceretur, respiciebantur in ea certa signa, quæ indicant pubertatem, scilicet pilorum apparitio in locis genitalibus, & fluxus menstrualis: & istud est certum signum: nam ante fluxum menstrualis humoris puella nulla concipere poterit: cùm ergo puella esset habens ista signa: siue haberet duodecim annos, siue plures, aut pauciores, indicabitur pubes, & veniet ad domum paternam, vel accipietur a domino suo in vxorem.

Examinatur litera Hebraica.

QVAESTIO. XIIII.

NVNC reuertendum est ad Hebraicam literam: nam in Hebræo habetur. *Quòd si alteram ei acceperit, expensas, & vestes, & horam suam non diminuet.* Est autem aliud præsuppositum secundum intentionem literæ huius Hebraicæ, quòd ista puella desponsata fuisset filio domini sui, quia dicitur in litera, quòd si filio suo desponsauit illam, faciet illi secundum morem filiarum: & ista desponsatio erat facta per verba de præsenti, ita quòd erat matrimonium: & tunc si pater induceret aliam, & daret eam filio suo in vxorem, primam retinere debebat, & dare ei ista, quę ponunt hic, scilicet expensas. i. necessaria ad vitam, vestes siue cooperturam suam, ita quòd non sit nuda, sed tanquam vxor illius viri deberet indui: & horam suam, idest quòd daret ei debitum certis temporibus secũdum ꝙ rationale erat quantum ad determinationem humanam. Nam Talmudistæ determinauerant quotiens teneretur vir reddere debitum vxori: distinguentes status virorum & officia, & sic quibusdam magis quibusdam minus tribuerunt. Et si vxore petente vir non redderet debitum istis temporibus, dabatur actio vxori contra virum, vt impeteret eum in iudicio, & decreto iudicis compellebatur vir reddere debitum illis temporibus. Et sic cùm iste filius domini acciperet aliam vxorem, illa, quam recipiebat erat, principalis vxor: hoc tamen stante tenebatur dare illi, quam fecerat de Ancilla vxorem omnia debita tanquam vir vxori. Et ista sunt tria, quæ hic enumerantur, scilicet sustentationem in cibo & potu quotidiano, dato ipsi mulieri aliquo labore, in quo se exerceat. Nam non debet ociari, quia etiam mulieribus liberis non datur hoc. Debet etiam dare vestes, quarum nomine intelliguntur etiam calciamenta. Tertium quod cõpetit eis inquantum sunt vir & vxor, est actus matrimonialis. s. coitus in redditione debiti, & in hoc non debet negare horam debitam illi: licèt aliam plus diligat, & honoret. Sic patet de Iacob, qui quatuor vxores habuit quarum principalis erat Rachel, & deinde Lia, duæ aliæ erant conditionis seruilis, & tamen cuilibet earum omnia necessaria dabat in cibis, & potibus, & in reddendo debito. Nam quantum ad redditionem debiti distinxerat eis diuersa tempora, vt patet Gen. 30. c. & in tempore, quo debebat reddere debitum vni, nõ poterat diuertere ad alteram, dato quòd vellet: sic enim dixit Lia ad Rachel, vt patet eodem capitulo. Da mihi virum tuum: conquerebatur enim dicens ad Rachelẽ, parum tibi videtur, quòd pręripueris maritum mihi, nisi mandragoras filij mei tuleris: ait Rachel dormiat tecum pro mandragoris filij tui. Ex hoc patet qualiter quælibet earum habebat ius in cum certo tempore ad petendum debitum: & illud poterat vendere, vel donare alteri de vxoribus eiusdem viri: & tenebatur sic agere. Patet, nam cùm Rachel dedisset ius suum Liæ, quod habebat in Iacob, exiuit Lia in occursum Iacob, vt reduceret eum ad se, & sic dicitur in litera eiusdem capituli: Redeunti autem Iacob de agro, egressa est in occursum Lia, & ait: ad me inquit intrabis, quia mercede conduxi te. Sic ergo si iste filius domini acciperet aliam vxorem præter illam quæ erat ancilla sui, debebat vtriquę prouidere, & non grauare in redditione debiti: quia forte vellet semper apud aliam manere, & nunq̃ reddere isti debitũ, quod erat magna iniustitia, .s. tolleretur isti habere filios, & ne delectaretur licitè intra terminos matrimonij: Deus ergo puidit in hoc.

Hebræi Talmudistę determinauerũt quotiens vir vxori teneatur debitum reddere.

Quomodo Iacob se habuit cum quatuor vxoribus distinguẽdo eis tempora ad reddendum debitum.

Scien-

Sciendum autem est, ꝙ ista non compellebatur dare A
filius domini illi ancillæ desponsatæ sibi, nisi esset desponsata matrimonialiter, scilicet per verba de præsenti: vel nisi eam defloraſſet: si autem nec eã desponsasset per verba causantia matrimonium, nec tacitè illud fecisset defloramdo puellam, quam ad hoc acceperat, vt postea efficeretur eius vxor: solùm tenebatur, vel dimittere liberam, vt iret in domum patris sui, vel vendere alteri viro sub eadem conditione. Sed dices: quomodo ergo litera nostra tantum demauit hic à litera Hebraica. Respondetur, ꝙ hoc est ex improprietate vocum Hebraicarum, & propter frequẽtes equiuocationes. Litera ergo nostra in quibusdam secuta fuit sensum Hebraicum magis quàm literam: ideo cùm plerumque videatur differentia inter nostram B
literam & Hebræam, magis est ad literam, quàm ad veritatem sententiæ. Nam in duobus bene concordat litera nostra cum Hebræa, scilicet nuptias, & vestes: nam licèt nos dicamus nuptias, vbi Hebrei dicunt expensas, idem est: quia nuptiæ possunt vocari expensæ necessariæ nubentibus. Ad aliud quod ponitur in Hebræo. *Et horam suam non diminuet.* Dicit litera nostra. *Et precium pudicitię non negabit.* Satis reducuntur ista ad idem: nam in superficie literæ Hebraicæ est sensus, ꝙ vir non diminuet horam, idest tempora constituta ad reddendum debitum: sic tenẽdo, precium pudicitiæ reducitur ad horam, quæ non est minuenda: nam pudicitia in vna hora rapta est, scilicet quando primo iuuenis carnaliter cognouit virginem; & illa C
hora valet multis horis: ideo non est diminuenda secundum literam Hebraicam, quia precium, quod dari debet puellæ pro virginitate ablata in illa hora, nõ erat diminuendum, scilicet ꝙ daretur ei dos integra, vt cõsueuit dari puellis virginibus eiusdem status, & tunc sequitur sensus literæ. *Si autem tria ista non fecerit.* Idest si iuuenis filius domini accepisset eam desponsatam per verba de præsenti, vel defloraſſet eam, & nollet facere ista tria, scilicet dando vestes: & expensas ad cibũ & potum, & horam certam ad reddendum debitum, debet puella exire gratis. *Ideo si tria ista non fecerit.* Quia intelligitur copulatiuam si iuuenis dicat, ꝙ vult ei dare vestes, & expensas, & non vult dare debitum, non manebit apud ipsum puella: sed remittet eam ad domum D
paternam. Vel si dicat, ꝙ vult reddere debitum, & vestes, sed non vult dare expensas quotidiani victus: sed quòd det pater puellæ: non poterit tenere eam, sed cogetur remittere ad domũ patris sui, & sic quicquid horum neget iuuenis dare, non poterit retinere puellam. *Egredietur gratis absq; pecunia,* Idest redibit ad domum paternam. Et pater nihil tenebitur soluere, quod tamen teneretur, si vellet ipse eam reducere filio domini, vel ipso domino non defloranre: sicut supra prosecuti sumus in expositione secũdum literam nostram. *Qui percusserit hominem.* Supra dirigebatur irascibilis circa appetitum magni, & arduiʒ hic regulatur circa prosecutionem destructiuam alicuius mali, & hoc est in vindicando damna, vel iniurias illatas, & diuiditur in duas partes, quia primò sumitur vindicta de aliquo in propria persona, secũdò in re possessa ibi. *Si bos cornupeta.* Circa primum. *Qui percusserit hominem.* Percussio accipitur hic pro occisione, nam pena mortis, quæ hic infligitur, non datur, nisi pro occisione: si autem solùm aliquis vulneretur, & viuat, percutiens non occiditur, vt patet infra, si percussus ambulauerit super baculum suum post percussionem, etiam si post moriatur, occidens non moritur, sed solùm dabit opera, & impensas in medicos. Si tamen aliquis alterum percutiat voluntate occidendi eum: & hoc pateat, vt quia fortè ante dixit, ꝙ volebat occidere illum: & percussio sit fortis, & contingat percussum non mori, percussor non occidetur. Et si aliquis volens alium percutere modica percussione, vt puta ad vindictam alicuius paruæ iniuriæ, & nolens eum occidere, si percusserit, & alius moritur, occidetur per cussor: quia licèt occidere noluit, percutere tamen voluit, & hoc erat malum, & voluntarium: ideo quodcunque malum postea inde sequatur, imputatur agenti. *Qui percusserit.* Accipitur percutere pro occidere, & sic communiter vtuntur chronographi dicentes: percussa sunt in die illa centum milia virorum, idest occisa: & in libris historicis sacræ scripturæ, vt in libris Regum, Paral. Iudicum, Iosue, & cæteris sepissimè sic habetur: sic dicitur 1. Reg. 14. ca. Percussit Saul stationem Philisthinorum. Quomodo autem potest probari, ꝙ fecit volens? Respondetur, ꝙ sunt multi modi, vt puta si insidiatus est, vel si per industriam locutus fuit cum proximo, vt diceret aliqua verba, ex quibus haberet occasionem ad occidendum eum: etiam si aliquibus diebus paulo ante loquebatur ei iratè vultu contorto, & verbis asperis: nam tunc præsumitur inimicus eius. Inimicus autem nunquàm præsumitur occidisse inimicum suum a casu, sed a proposito, vt patet Num. 35. cap. Deut. 19. *Morte moriatur.* Est duplicatum verbum, secundum modum loquendi Hebraicum, vt dicimus, expectans expectaui, comedens comedi? & iste modus loquendi apud Hebræos importat maiorem certitudinem, quàm quando ponitur verbum simplex. In Latino autem non est talis modus dictionis: nihil enim magis signat verbũ simplex, quàm duplicatum: nihil magis est comedens comedi, quam comedi solùm: secus autem in quibusdã aduerbijs iurandi: nam ibi certitudo maior signatur duplicando, vt sæpe vtitur Christus in Euangelio dicens: Amen amen dico vobis. *Qui autem non est insidiatus.* Hic ponit de homicidio casuali: & quia vnus modus homicidij voluntarij est, cùm quis alterum occidit per insidias, sequitur quòd occidere nullo modo insidiando erit vnus modus casualis homicidij: & licèt sola carentia insidiarum non faciat homicidium casuale: est tamen quædam circunstantia requisita ad hoc, ꝙ non sit homicidium voluntarium: & est talis, si ne qua impossibile est esse homicidium casuale, & cum qua necesse est homicidium esse voluntarium. *Sed Deus tradidit illum.* Si enim aliquis occidit, & non per insidias: non sequitur ꝙ ideo casualiter fecit, quia potest ex industria facere, scilicet ex præconceptione, & non insidiando: sed hoc quod subiungitur tollet omnem circunstantiam facientem homicidium esse voluntarium, scilicet. *Sed Deus tradidit illum in manus eius.* Idest, quòd ita fit ꝙ non fecit ipse occisor, vt occideret eum, quem occidit: nec insidiatus est, nec ex industria motus palam egit: nec ex subita ira stimulatus sine insidijs, aut industria occidit.

Petitionis solutio.

Si aliquis volens percutere leuiter hominẽ illũ occidit puniebatur lege percussorum.

Quomodo intelligitur cum dicitur, quòd Deus tradidit aliquem in alterius manus.

QVAESTIO. XV.

DEVS dicitur tradere aliquem in manus alterius, quando aliquis occidit alterum, aut percutit, vel quomodolibet lædit, nihil pręcogitando per aliquem modorum trium prædictorum. Nam tunc ipse Deus facit, vt iste occidat illum. Nam effectus fiunt in naturalibus à causis suis, & illæ causæ intendunt illos effectus. Et tunc dicuntur causæ per se aliquando autem fiunt aliqui effectus, qui fiunt ab aliquibus causis per accidens, vt ꝙ musicus ædificet: accidit namque musico ædificare: quia tunc impossibile est esse aliquid totaliter per accidens, ita ꝙ à nulla causa fieret intentum:

tum:nam tunc à nulla causa fieret:quia quælibet cau-
sa agit solùm,quod intendit:& tunc quæritur:an quã-
do musicus ædificat, iste actus fiat ab habitu musico,
vel ab habitu ędificatiuo:& respondebitur,ꝙ fit ab ha
bitu ædificatiuo: habitus autem ædificatiuus secundũ
ꝙ ædificatiuus intendit ædificare,vel ædificat:quia ista
est in quarto modo perseitatis,vt patet per Arist.in pri-
mo posteriorum: causa ergo ꝙ musicus ædificet non
est actus per accidens:quia fit istud ædificare ab aliqua
causa,quæ est in musico,cui per se competit ædificare
sicut musico cantare, & sic omnis effectus est per se
intentus ab aliqua causa: dicitur per accidens tamen
aliquis effectus fieri, non quòd nõ habeat aliquã cau-
sam intendentem eum:sed quia contingit,ꝙ in illa re
quæ est suppositum agens talem actum sunt duæ cau-
sæ,vel principia actiua,aut plura, quorum vni compe-
tat per se ille actus, alteri autem accidat: vt homo est
suppositum agens hoc, quod est ædificare, & in illo
homine sunt diuersæ causæ siue principia multorum
actuum,scilicet habitus musicus,habitus ędificatiuus,
habitus pulsatiuus,& grammaticus: & secũdum istos
est factiuus diuersorum actuum. Nam per habitum
grammaticum per se loquitur congruè, & per habi-
tum ædificatiuum per se ædificat, & sic de cæteris, &
per istum modum nullus actus quantumcunque par-
uus potest esse totaliter per accidens. Habitus autem

Habitus ędificatiuꝰ nullo mõ. nec per se. nec per accidens est causa canendi.

ædificatiuus nullo modo est principium canendi, nec
per se,nec per accidens: nam habitus ædificatiuus se-
cundum quòd ædificatiuus non est principium canẽ-
di, quod est esse causam per se: nec etiam id quod est
habitus ędificatiuus est causa canendi etiam si non in-
quantum ædificatiuus, quod est secundum accidens.
Impossibile est ergo verè dici, quòd habitus ædifica-
tiuus sit causa canendi per se,aut per accidens:sicut di-
cimus de homine, ꝙ licèt homo non sit principium
currendi per se,est tamen per accidens:nam homo se-
cundum quòd homo non currit, nec est actus suus
currere vt huiusmodi:homo tamen est currens,& sic
est per accidens causa currendi: quia est id quod agit
cursum, Cùm ergo dicitur, quòd musicus ædificat,
vel ædificator cantat,sunt per accidens,quia sunt a cau
sis per accidens: non est intelligendum,quòd habitus
musicus sit causa per accidens ædificandi, vel habitus
ædificatiuus sit causa per accidens canendi: sed ꝙ ho-
mo,qui est musicus est causa per accidens ædificandi.
Et patet, nam licèt homo musicus inquantum musi-
cus non ædificet,tamen homo musicus verè & reali-
ter ædificat:non est autem sic de habitu: cùm habitus
musicus non sit id quod ædificat, vel id quo aliquis
ædificat. De motibus istis,quando sunt per se, qñ per
accidens, & qñ per partem:aut quis est motus per ac-
cidẽs, & quis per se, & quis per se primo,& quomodo
istæ tres differentię motus assumantur ex parte mobi-
lis,& quomodo eædem tres assumantur ex parte mo-
uentis, & quomodo omnes tres ex parte termini, in
quem, licèt nos communiter loquentes assumamus
istas tres differentias solùm ex parte mobilis: tractat
plenissimè Arist.in 5.Phy,in toto primo cap. & ibi vi-
de exempla. Dico autem propter hoc, quia licèt ali-

Nõ est aliqđ homicidiũ qđ sit totaliter p accidens.

quod homicidium sit, quod videtur esse per se, & in-
tentum,& aliquod quod est casuale,vel per accidens:
non est intelligendum, ꝙ sit totaliter per accidens:
nam impossibile est aliquid esse totaliler per accidẽs:
sed semper est ab aliqua causa per se, vt demonstratũ
est: & ideo quandocunque aliquis occiditur, semper
oportet esse causam per se occisionis. Verbi gratia:
aliquis mittẽs lapides,vel sagittas ad aliquod signum,
non intendit aliquem occidere, deinde transit aliquis
per locum, quando mittuntur sagittæ, & non inten-
debat percuti a sagittis, quia nesciebat ibi pelli sagit-

F tas,aut lapides:percussus lapide, vel sagitta occumbit:
vocatur istud homicidium casuale,vel per accidens: &
tamen omnes causæ dependentes sunt hic per se. Et
patet,quia ille, qui iaciebat lapides, vel sagittas ad si-
gnum,intendebat eas iacere ad signum: & ad hoc, ꝙ
illuc peruenirent necesse erat venire eas per mediũ,
per quod veniebant,& iaciens intendebat eas per me-
dium illud iacere: qui autem veniebat, & occisus est,
intẽdebat venire per illud mediũ,per quod veniebãt:
siue iaciebant sagittæ: ad hoc,ꝙ erat transire p mediũ,
in quo iaciebantur sagittæ,sequebatur ipsum transeuntẽ
impeti,& percuti à sagittis: à tanta autem, vel tanta la-
pidis, aut sagittæ percussione, sequitur mors necessa-
riò. Ergo occisio eius,qui transijt per locum,in quo

Qũo oĩa q̃ sunt ĩ homicidio casuali reducantur ad cãs per se.

G iaciebantur sagittę,fuit per se,& non casualiter. Voca-
tur tamen casualiter,quia causa est,quæ est principalis
in homine, scilicet intellectui, & voluntati accidit ta-
lis coordinatio causarum. Nam nec ipse occidens co-
gnouit,aut voluit illas causas sic ordinatas esse,nec oc-
cisus ipse, tamen secundum se directissimè ordinatæ
erant,intellectui ergo & voluntati accidit talem occi-
sionem fieri,cum non sit volita,nec cognita:sicut ho-
mini musico accidit ædificare:licèt ædificare secundũ
se ab aliqua causa intendente per se sit. Et sic declarat
Boe.de consola.lib.5.prosa prima,ponens exemplum
de fodiente agrum,vt colat, & inueniẽte thesaurum,
ꝙ licèt ista inuentio dicatur esse per accidens: tamen
est ex causis per se,& directè ordinatiueque tendenti-
H bus: licèt nobis incognitus sit confluxus illæ causarũ.
Et sic diffinit in eadem prosa casum esse dicens: Licèt
igitur esse diffinire casum inopinatum ex confluenti-
bus causis in his, quæ ob aliquid geruntur, euentum:
& sic concludit etiam, quòd fortuna mouetur per le-
gem,& debitum ordinem: licèt aliquibus videatur te-
meraria,vt patet per eundem Boetium lib.5.Metro.1.
cùm dicitur,

Sic quæ permissis fluitare videtur habenis,
Sors patitur frenos, ipsaque lege meat.

Dicuntur ergo aliqui actus humani esse casuales,
vel per accidens,non ꝙ nullam causam habeant, quia
hoc impossibile est: sed quia illa causa, vel causarum

Impossibile est, ꝙ actus humani non habeant aliquã cãm.

I confluentium ordo nobis incognitus est. Generali-
ter ergo dixerim,quòd illa à casu fiunt,quę sine intel-
lectu nostro, & voluntate fiunt directè volente,& in-
telligente. Sed tamen non est penitus dicendum ꝙ
sit aliquis effectus, qui non sit per se ab aliquo intelle-
ctu:quia ille intellectus, qui vult aliquid quod est cau-
sa alterius inquãtum est causa illius,vel saltem cogno-
scit esse causam illius,vult ipsum quod sequitur inde;
vt si aliquis scit manifestè, ꝙ ex percussione sequitur
mors, & ipse vult percutere, ergo vult occidere. In-
tellectus noster cognoscit ea, quæ sunt causæ homici-
dij: & voluntas nostra vult illas: tamen nec intelligi-
K mus illas esse causas homicidij, nec volumus illas, vt
sunt causæ homicidij: nam secundum veritatem pro-
iectio lapidum,vel sagittarum ad talem, vel talem lo-
cum est causa homicidij,& nos intelligimus, quid est
proijcere lapides ad talem, vel talem locum, & volu-
mus illuc proijcere: non tamen scimus, ꝙ illa proie-
ctio est causa homicidij, nec volumus proijcere, vt ali-
quem occidamus: ergo si occidamus proijciẽtes: per
accidens occidere dicimur. Si autem sit aliquis sciens,
ꝙ proiectio lapidum ad talem locum est causa homi-
cidij,& velit illos proijci ad talem locum, iste homici-
dium vult. Oportet autem sic dare semper vnum in-
tellectum, qui intelligat tales actus esse causas directi-
uas homicidij: & tamen vult esse,vel fieri. Patet hoc,
nam Deus omnia intelligit, & scit quid sequatur, ex
quo plane scit,ꝙ cùm aliquis sagittas iacit,ex iactu illo

Quæ a nobis sunt a casu a Deo sunt p se.

se-

sequitur homicidium,& tamẽ ipse vult sagittas proij-
ci: & vult quòd ille,qui transit transeat: & sic directè
vult illud homicidium. Et sicut est de illo homicidio,
ita est de omnibus alijs rebus,ita ꝙ nulla fiat sine certo
ordine confluentium causarum: & illam confluentiã
ordinatam facit, & vult ille summus intellectus: & in
hoc consistit altissima illa Dei prouidentia, quia om-
nia,quæ nobis videntibus,& ignorantibus, atque non
intendentibus fiunt: ipso volente,intelligente,& ordi-
nante procedunt: & ideo si talis causa cuncta proui-
dens tolleretur, necesse esset cuncta temerario motu
labentia corruere. Ex his fundamentis dependet, id

Exẽplaris expõ qũo Deus tradat aliquẽ in manum alterius.

quod dicitur in litera, scilicet ꝙ Deus tradat aliquem
in manus alterius, scilicet quòd sicut si aliquis sciat hic
esse animal mortiferum, & alium nescientem indu-
cat ad illud animal: dicitur eum ponere, vel tradere in
manus mortis. Ita cùm Deus sciat sagittas illas, quæ
iaciuntur esse mortiferas, & scit quòd qui transierit
per locum,in quo sunt sagittæ impetetur ab eis,& mo
rietur: cùm ergo ipse dirigat gressus euntis,vt ttanseat
per locum,vbi iaciuntur sagittæ: ergo vult eum trade-
re in manus occidentis: & actualiter tradit. Ipse nam-
que istas causas confluentes,ex quibus causantur effe-
ctus,qui a nobis intenti non sunt, ordinat vt talem ef-
fectum producant. Sic ait Boetius de consola. lib.5.
prosa prima. Concurrere verò atque confluere cau-
sas facit ordo ille ineuitabili connexione procedens:
qui de prouidentiæ fonte descendens cuncta suis locis
temporibusque disponit. Deus autem in hoc dispo-

Deus oĩa naturalia dirigit, q̃ intellectũ non hñt.

nit omnia: nam de naturalibus, quæ intellectum non
habent: manifestum est,quòd intellectu diuino regã-
tur. Nam & Philosophi hoc testantur, cum dicit
Commentator in secundo Physicorum. Opus natu-
ræ est opus intelligentiæ. De actibus nostris etiam pa-
tet, quia prudentia nostra ad modica valde attingit:
quia cùm aliqua agimus, nescimus quid ex illis actio-
nibus nobis euenturum sit: & cùm aliquas vias incedi-
mus,nescimus quò illæ peruenturæ sint,& cùm puta-
mus bene incedere,sequitur nobis interitus: sic patet
Prouer. 14. cap. Est via,quæ videtur homini bona,&
extrema eius ducunt ad mortem. Deus tamen nos
mouet ad intrandum tales vias: nam motus pedum
nostrorum est a voluntate imperante: motus volunta-
tis est ab intellectu iudicante hanc viam debere sequi.

Intellectus nř interdũ ab obiecto mouet qñque a Deo impellẽte.

Intellectus autem non habet in nobis aliquod princi-
pium à quo moueatur,cùm ipsum sit primum princi-
pium,sed quia adhuc intellectus mouetur, quia deter-
minatur ad faciendum magis vnam rem, quam alte-
ram: vel ad eligendam vnam viam magis quam alte-
ram,oportet dari, à quo moueatur: quia omne quod
mouetur ab altero mouetur,vt patet in 6.& 7.Ethico-
rum. Mouetur autem intellectus ab obiecto inter-
dum, vt quia hoc repræsentat se sub ratione boni, vel
mali,delectabilis, vel tristabilis: & mouet sub ratione
finis ad se persequendum. Aliquando autem non
mouet ipsum obiectum intellectum nostrum, sed
Deus mouet non in ratione finis, sed efficienter tanq̃
aliquid impellens. Et sic innuit Arist. in libro primo
de bona fortuna: quòd cum cæteri motus fiant ab in-
tellectu tanquam a principante,intellectus ipse in cõ-
sulendo, vel iudicando mouetur à Deo. De hoc Sa-
lomon clarius in prouerbijs,scilicet. Cor regis in ma-
nu domini,& quocunque voluerit vertet illud. Patet
hoc,scilicet aliquis est in aliquo itinere,& reperit duas
vias,quæ æqualiter bonę videntur, nec magis videt in
vna quàm in altera propter quod ad tenendum illam
moueri debeat: & tamen necesse est determinari ad
vnam: & determinatur ad vnam sequendo illam: illa
determinatio intellectus ad tenendum vnam vel alte-
ram est a Deo inclinante, & mouẽte intellectum no-

A strum effectiuè. Et hoc fit etiam si nos non prece-
mur; quia Deus habet super nos influentiam proui-
dentiæ generalis, quam nobis non rogantibus agit.
Et siue boni simus, siue mali. Sed differt,quia si ro-
gamus, vel boni simus, dirigit Deus pedes nostros in
viam bonam: si autem nõ rogamus,interdum dirigit
in bonam, interdum in malam: in bonam quidem,
quia misericors: in malam autem, vt nos malè meri-
tos peius afficiat. Cùm ergo aliquis nesciens à Deo
mouetur ad quod bonum est & prosperum valde, vo-
catur bona fortuna(si bona fortuna aliquid esse pona-
tur.) Et hoc est propinquum existimationi Arist. in
libro de bona fortuna, scilicet quòd bene fortunati
agunt aliqua bona sine ratione. Et cùm quæritur ab

Arist. bonã fortunã existimat id qđ modicum a diuina prouidentia differt.

B eis,quare talia,vel talia agunt: dicunt se nescire: sed pa-
ti aliquid simile eorum,quæ a Deo sunt. Recessit ta-
men aliqualiter Aristo.a veritate propter malum fun-
damentum: nam cùm ipse dixisset,quòd bona fortu-
na erat simile eis, quæ a Deo fiunt: dixit tamen bene
fortunatos non moueri a Deo: & posuit rationem:
nam bona fortuna non solùm euenit bonis secundũ
virtutem, sed etiam hominibus prauis: Deus tamen
non mouet ad bonum nisi bonos: nam aliàs iniustus
esset. In hoc autem defecit multum magnus ille(ma-
gnus re vera,quia homo erat, & non Deus) nam non
sic, vt ipse existimat, Deus enim verus summum bo-
num est, & sui ipsius summè diffusiuus,diffunditque
se tam in malos quàm in bonos,demonstrans diuitias
C suæ bonitatis in omnes nos,vt patet Matt.5. cap. cùm
dicitur, quòd Deus misericors est, qui facit solem suũ
oriri super bonos & malos, & pluit super iustos &
peccatores. Non est ergo inconueniens Deum mo-
uere malos secundum bonam fortunam: præcipuè
cùm bona, quæ habentur secundum bonam fortunã,
sint terrena, quæ cuilibet indifferenter dari possunt:
quia parui ponderis secundum se sunt, comparata ve-
ris bonis. Deus ergo dirigit pedes nostros,& manus,
& oculos, cęterasque partes corporis secundum placi
tum suæ bonitatis, & interdum venit aliquis lapis
nobis obuius, qui caput nostrum percussurus esset, si
caput rectum teneremus nihil scientes, an lapis ia-
ctatus sit: nos tamen caput inclinamus,& sic mortem
D euadimus: hæc autem capitis inclinatio à Deo fuit
mouente voluntatem nostram, & intellectum ad ca-
pitis inclinationem: & per hunc modum infinita peri-
cula deuitant illi,quos Deus vult talia deuitare. Et de

De modis qbus Deꝰ p suã puidentiã aliquos occidit, & aliquos saluat.

hoc in exemplis sanctorum interdum legitur, quòd
aliqui existentes in aliqua domo confestim ruitura in-
ter multos alios ibidem dormientes per noctem Dei
monitu, non quidem in verbis, sed per manuum ap-
præhensionem semidormientes exierunt: quibus
egredientibus machina, limina, domus vniuersa con-
cidit: Deus autem, qui iustus iudex est, cuius iudicia
abyssus multa, nobisque pœnitus inscrutabilia, eos,
quos pro sceleribus vult eradicare de terra, vel quos
ad eruditionem in bonis castigare vult, vt meliores
E fiant,sic interdum mouet, vt tradat in manus hostiũ,
qui à proposito malè agunt: vel in manus aliquorum,
qui eis nullo modo nocere intendunt. Sed sciendum,
quòd quandocunque aliquis sic punitur, aut occidi-
tur casualiter: vel ab aliquo agenti pure naturali, & ni-
hil intendente: vt a pariete, vel domo cadente: vel ter-
remotu,vel similibus, siue a bestijs, siue ab hominibus

Impossibile ẽ aliquẽ puniri: et leuissima punitione vt a musca morderi: q̃ ille iustẽ puniat.

non intendentibus occidere, aut qualitercunque no-
cere. Ista nocumenta, aut occisiones iustè inferuntur
ita, quòd ille qui patitur meretur, nec vnquam possi-
bile est aliquem puniri saltem leuissimè, scilicet a mu-
sca morderi, vel a pulicibus,vel modicum impingere
in lapidem: nisi aliquid egerit, & talia pati mereatur,
vel quòd talia pati bonum ei sit. Et in hoc est altissi-

ma

ma Dei prouidentia, quæ nihil iniustum permittit: vnde licèt coram nobis ex his quæ fiunt aliqua iniusta videntur, cùm putemus probos viros mala perpeti: cas sa imaginatione seducimur: nam is qui talia passus est, ea commeritus est. Et non solùm de his, quæ a fortuna (vt nos dicimus) eueniunt, quia in his fortassis nos facilius iustum esse perpendemus: sed fit interdũ, vt illi qui boni nobis videntur, a iudicibus humanis malè a proposito iudicantibus, vel a dominis potentibus, vel ab hominibus pessimis, atque nocentibus cõdemnentur, depauperentur, & occidantur: in quibus tota bonorum concio clamat Deum ista non respicere, & actus nostros temerario cursu fluitare. Sed hæc falsa sunt: nam licèt verum sit, ꝙ mali iudices, superbi, potentes, & homines pessimi atque nocentes ex proposito bonos contristare, atque delere velint: & idipsum sæpè eis, quod desiderauerint eueniat: non quicquam qui patiuntur iniustè patiuntur: licèt qui ea agunt iniustè agunt. De his sæpissimè patent exempla in sacra scriptura: vt de Nabuchodonosor occidente atque captiuante Iudęos cęterasque terræ nationes: nam promerebantur hoc: vt patet Abacuc primo ca. cùm dicitur: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes fundasti eum: ipse tamen Nabuchodonosor peccabat in destruendo gentes illas: quia ex cupiditate, & desiderio magni honoris faciebat: & illas victorias potentiæ suæ attribuebat, nihil de Deo curans: vt patet in eodem primo cap. Abacuc, cùm dicitur: Propterea exultabit, atque lætabitur super hoc, immolabit sagenæ suæ, ac sacrificabit reti suo: quia in his incrassata est pars eius. Sicut ergo est in hoc, ita de his, quæ patiuntur illi, qui boni sunt, aut boni vidẽtur: nam nec per ullam calumniam, aut iugulationem, vel derisionem a quoquam perpetimur, nisi commeriti simus, aut talia pati nobis valde expediat. Et sic omnia per ordinatissimam, atque altissimam Dei regulam fiunt: vt nihil saltem in modico illam excedat. Vnde dato ꝙ aliquis sit vir bonus coram Deo, & hominibus non commeritus mala, nec ad vitæ suæ meliorationem, vel aliorum correctionem ei pati quicquam expedit: etiam si totus mundus conaretur valde ei inferre damna, aut totaliter eradicare de terra: impossibile est ei saltem minimum damnum, aut contristationem infligere: hoc namque excederet altissimam Dei prouidẽtiam: quoniam impossibile est nos transgredi: multa autem in hunc modum sunt, quæ nobis querelas quotidianas de prosperatione malorũ, & bonorum suppeditatione extirparent, si totaliter attendamus: de his Boetius de consola. libro 4. prosa 6. *Sed Deus tradidit illum in manus eius.* Volebat Deus istũ pro sceleribus suis, vel fortè ad emendationem, & purgationem malorum, quæ egerat occidere: & sicut poterat per seipsum occidere ægritudinem immittendo, vel magnos, sæuosque dolores, aut fulmina de cęlo iaciendo: vult per alium facere, cùm omnia entia sint ministri Dei: vt patet Sapien. 5. c. scilicet. Pugnabit pro eo orbis terrarum cõtra insensatos: ille autem est minister huius mortis eam actualiter causans non ex animo, sed per accidens: & cùm operatio non imputetur causæ per accidens sed agenti per se: & Deus sit causa per se, qui voluit hunc hominem esse mortis actorem sine eius iniqua voluntate, & illum mori ex suis meritis, mors nullo modo huic imputanda est. *Constituam tibi locum quò fugere debeat.* Quia Deus volebat hunc mortis actorem, sicut fuit à culpa expers, ita à pœna fore immunem: dedit ciuitates ad quas confugere possent huiusmodi occisores: & istæ sunt sex ciuitates, quas mãdabat Deus separari in tota terra Israel ad fugitiuorum custodiam, & refugium: vt patet Nume. 35. cap. & ibi ponuntur omnes conditiones fugi-

Oẽs q aliquã tolerãt iustè illa patiuntur: sed nõ oẽs qui illa agũt iustè inferunt.

F tiuorum, & qualiter causa sanguinis tractari deberet coram iudicibus. Fuerunt autem separatæ tres ciuitates istarum ante transitum Iordanis in terra, quæ fuerat regis Seon, & Og, vt patet Deut. 4. ca. aliæ tres fuerunt separatæ in terra vltra Iordanem, vt patet Iosue 20. cap. Et quia istę non sufficiebant, mandauit dominus, quòd quando dilatati essent termini terræ Israel, separarent adhuc alias tres ciuitates, vt patet Deut. 19. capitulo.

Quid sit per insidias, & per industriam occidere. Et quomodo intelligitur lex ista, si quis per industriam, quæ etiam canonizata est ab Ecclesia in cap. si quis per insidias. De homicidio. G

QVAESTIO. XVI.

Si quis per industriam.

DICITVR autem agere per insidias, & agere per industriam: nam ille per insidias agit, qui alterum non videntem interficit, vt qui loquens pacificè alterum secretè occidit, vt fuit Ioab princeps exercitus Dauid, qui occidit Abner Principem exercitus Saul & Isboseth filij eius per insidias, reducens eum pacificè in Hebron, vt loquerentur: & cùm starent in medio portæ secretè percussit Ioab ipsum Abner in inguine, & mortuus est: vt patet 2. Reg. 3. c. eodem modo H occidit ipse Ioab Amasam percutiens eum in latere, cùm oscularetur eum tenens per barbam: vt patet 2. Regum 20. cap. agit etiam ille per insidias, qui alterum a parte posteriori percutit non videntem: & isti sunt vilissimi, & magis vituperabiles atque punibiles inter cæteros occisores. Per industriam aliquis agit, qui intendebat alium occidere, & parauit se ad occidendum eum: & postea palam veniens inermem siue armatum incautum tamen occidit: vel qui volẽs occidere alterum, vt videatur habere occasionem aduersus eum, suscitat verba, vt alius moueatur ad iram, & dicat aliqua verba contumeliosa alteri, ex quibus ipse coloratam occasionem habeat eum occidendi: iste modus multum est culpabilis: & tamen magis I prior, qui per insidias. Est tertius alius modus occidendi voluntarius, qui nec per insidias, nec per industriam est: vt cùm accidit aliquos duos, qui ante inter se mala nunquam tenuerant, ex aliqua incidenti causa rixari, & vtrumque ira concitatum pugnare, & vnum altero occumbere. Et iste modus minus culpabilis est: licèt quilibet eorum morte vindicatur a lege, vt in l. nemo, C. de Sacrosan. Eccl. hic autem agitur de secundo istorum, qui est per industriam. *Occidit proximum suum.* Quilibet homo vocatur proximus, quem naturæ communitas nobis participem fecit. Ab ista lege excluduntur pueri, & amentes, qui per industriam occidere non possunt: cùm industria dicat præcogitationem, & deliberationem, quæ non repe- K ritur in illis: quia habent imperfectum, aut impeditũ actum rationis. Dicit Rabbi Salomon, ꝙ ista lex intelligitur, quando solùm occiditur Hebræus: tamen si occidatur aliquis Moabita, vel Amonita, Idumęus, aut alius Gentilis, non incurritur pœna huius legis. Sed manifestè patet falsum: quia magis reus iudicatur, qui aliquem liberum hominem occidit, quam qui occidit seruum: maximè si ille seruus sit suus: quia tunc pecunia sua perditur, vt patet infra cùm dicitur, ꝙ si occiderit aliquis seruum suum, aut ancillam, & immediatè fuerint mortui in manibus eius, ꝙ occidatur dominus pro eis: si autem superuixerint saltem duobus diebus, dominus non est reus mortis propter seruum suum: quia pecunia illius est: tamen de libero

De intellectu verò istius legis si quis per industriã pulchre infra q. 21. vbi melius loquitur.

Quilibet hõ nobis pximus est quẽ naturæ cõitas facit esse participẽ.

non

non est sic, quia si aliquis percusserit liberum etiam si moriatur vsque ad viginti dies, vel multos alios: dum tamen ægritudo fuerit continua, morietur occisor, vt patet infra, sed Iudæus moriebatur si occideret seruũ suum Gentilem immediatè coram se cadentem, etiã si esset pecunia sua: ergo a fortiori si occideret aliquẽ Gentilem, mori debebat: antecedens patet, scilicet ꝙ debeat Iudæus mori occidendo seruum suum Gentilem, quia illa regula, quæ infra ponitur de occisione serui secundum omnes tam Hebræos, quam Doctores nostros intelligitur solùm de seruo Gentili. Nam si occideret Hebræus seruum suum Hebræum, maiori pœna puniri deberet, quàm illa, quæ ibi ponitur, scilicet ꝙ si seruus, vel ancilla superuixerint saltem duobus diebus, non moriatur dominus. In seruo autem Hebræo non fiebat sic, nam quomodocunque dominus occideret seruum suum Hebræum, occidi debebat, quia in hoc eadem lex erat Hebræis seruis, & Hebræis liberis, cùm Hebræi serui nõ totaliter essent serui, sed mercenarij, vt patet Leuit. 25. cap. Dicendum ergo, ꝙ ista lex communis erat siue occideret Iudæus alium Iudæum, vel aliquem Gentilem. *Et per insidias.* Ponitur & pro aut, nam impossibile est, ꝙ aliquis occidat alium per insidias, & industriam simul cùm isti sint duo modi distincti occidendi voluntarij, vt supra declarauimus, nisi accipiatur large per industriam, i. à proposito, & tunc coincidunt, quia per industriam est communius, scilicet quòd aliquis voluit alterum occidere: & postea insidiatus est, vt occideret, iste dicetur occidisse per industriam, & per insidias. *Ab altari meo euellas.* Loquitur de altari sacrificiorum, aut altari thymiamatum: & non de altari quod est arca fœderis: vel propiciatorium super arcam: ad altare namque sacrificiorum, quod vocatur communiter altare holocaustorum, quilibet confugere poterat faciliter, cùm esset extra tabernaculum ad ostium eius intra atrium tamen tabernaculi: & in isto altari euadebat aliquis occidens alterum, si non egisset per industriam, & insidias dum maneret apud altare: ita ꝙ inde trahi non poterat. Sicut nunc fit in Ecclesijs, aut cæmeterijs, qui gaudent immunitate, ita ꝙ scelerati cõfugientes ad eas non possint inde trahi: nam liberi cõfugientes ad Ecclesias qualiacunque, aut quantacunque facinora fecerint: non sunt trahendi ab Ecclesia: nisi sint publici latrones, aut nocturni depopulatores agrorum, aut per insidias occidentes: si autem sit seruus non potest trahi ab Ecclesia, nisi prius præstito iuramento Ecclesijs, ꝙ non punietur, redire poterit ad seruitium. De his extra de immunitate Ecclesiarum in cap. inter alia. Est etiam alius casus, cùm aliquis sperans impunitatem Ecclesiæ in cæmeterijs: vel in Ecclesia aliquem occidit, aut percutit, vt patet eo. tit. in c. immunitatem: ista priuilegia habebat tabernaculum legis veteris: licèt non ita specifica nec tot etiam: quia ibi solùm altare gaudebat hoc priuilegio, cæteræ autẽ partes minimè. Et sicut gaudebat hoc priuilegio altare holocaustorum, ita gaudebat altare thymiamatum, quod erat intra tabernaculum primum ad partẽ meridianam, vt patet infra 26. cap. tabernaculum autẽ interius, scilicet Sancta Sanctorum, & ipsa arca cùm propitiatorio à fortiori gaudebant hoc priuilegio, cũ nullus locus sanctior esset: tamen nullus erat, qui illuc intrare auderet, nisi solus sacerdos magnus, & hoc semel in anno, vt patet ad Hebræ. 9. cap. & Leuit. 16. ca. si autem aliquis alius intraret moreretur. *Ab altari meo eum euelles.* Qui enim per insidias occidebat, indignus erat, vt ei immunitas sanctuarij suffragaretur, & sic Ioab, qui occiderat duos viros principes insidiosè, scilicet Abner, vt patet 2. Regum 3. cap. & Amasam, vt patet 2. Reg. 20. cap. ab altari cuius cornibus inhæse-

Docto. expositio.

Si aliqs aliũ occidisset fugiẽs ad altare euadebat nisi p industriã fecisset, hoc ẽt iter catholicos obseruatur.

A rat, cùm mandauisset Salamon eum attrahi, & ipse renueret, præcepto Salomonis ibidem occisus est, vt patet 3. Regum 2. cap. Rabbi Salomon dicit, ꝙ hoc etiã intelligebatur de sacerdote, qui alterum per insidias occidisset: & postea iret ad sacrificandum, staretque ad altare dẽret expectari donec cõpleret ministeriũ, quo facto educebatur de loco sacro, & occidebatur, sicut alij viri. Est namque in hoc magna differentia inter sacerdotes temporis nostri, & temporis illius: quia licèt sacerdotes, qui tunc erant ministrarent Deo, & orarent pro populo atque emundarent populum à quibusdam inquinamentis carnalibus, de quibus Apostolus ad Hebræ. 9. cap. tamen iurisdictio tota erat regalis, ita ꝙ rex habebat iurisdictionem occiden- B di quemcunque sacerdotem in delictis inuentum, sicut & quemlibet alium laicum. Etiam non distinguebantur pœnæ sacerdotum a pœnis laicorum: sed eadem pœna, quæ imponebatur laico pro furto, aut homicidio, cæterisque delictis: imponebatur etiam sacerdotibus, & Leuitis, nulla in hoc habita distinctione. Etiam quantum ad causas forales non erant distincti iudices, qui cognoscerent causas laicorum, & sacerdotum: sed in qualibet ciuitate erant iudices, qui sedebant in portis: & illi determinabant omnes causas tam ciuiles, quàm criminales cuiuscunque essent: & super illos erant alij iudices superiores, scilicet septuaginta seniores, qui vocantur Hebraicè concilium Cauchedrin, & isti residebant in Ierusalem, vel in alio C quolibet loco, in quo staret tabernaculum domini. Et inter hos erat præcipuus iudex summus sacerdos, de quibus aliqualiter patet Deut. 17. c. Ista lex, & omnes aliæ iudiciales, quæ fuerunt datę Hebræis, non ligant nos nunc in nouo testamento: imo velle custodire eas tanquàm adhuc obligantes, esset destruere totum statum nouæ legis, vt supra declarauimus, aliquæ tamen approbatę sunt à dominis temporalibus in suis legislationibus, aliquæ autem ab Ecclesia canonizantę, inter quas ista est canonizata, & est primum c. extra de homicidio. Sed non tenetur totaliter secundum intentionem Dei ferentis legem Iudæis, sed limitatur per ea, quæ habentur extra de immunitate Ecclesiarum in c. inter alia, & in c. immunitatem.

Expositio Rabb. Sal. & Iudæorũ ad istã legem.

Not. drã inter sacerdotes vet. test. & noue legis.

De ĩtellectu istius legis melius loquit infra q. 21

D Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxę, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum E suum, innocens erit qui percusserit, ita tamen vt operas eius, & impensas in medicos restituat. Qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Sin autem vno die, vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem pregnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit:

Num. 53

Leuit. 20. Prouer. 20 Mat. 7 de iniurijs c 1. Leui. 24 Deut. 10. Matth. 5.

sub-

ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin autem mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

Lex de percutientibus patrem, aut matrem.

QVAESTIO. XVII.

QVI *percuſſerit*. Supra agebatur de occiſione, hic agitur de percuſſione: nam quantum ad alias perſonas pro percuſſione non inducitur mors, ſed ſola percuſſio: ad patrem autem, & matrem pro ſola percuſſione, vel maledictione infligitur mors, vt patet infra, & hic: nam pater, & mater dicuntur eſſe duo principia totius boni, ſcilicet quia dederunt eſſe per generationem, & mores per eruditionem, augmentationem, & nutrimentum per educationem: ideo tenemur ei quaſi in infinitum, ita q̃ nullo modo retribuere poſſumus eis, bona tanta, quanta nobis tribuerunt, quantumcunque eis benefaciamus, & ſic eos in ſecundo gradu poſt Deum tenere, & honorare debemus: ſic enim ait Ariſt. in 8. Ethicorum dicens: Diijs & parentibus non poſſumus retribuere æqualia. Qui ergo tantorum bonorum oblitus contra patrem inſurgeret, aut matrem percutiens eos, etiam pro percuſſione ſola meretur mortem, & ſi quid aliud eſt maius morte. *Qui percuſſerit patrem.* Debet eſſe iſta percuſſio à propoſito, ita q̃ intendat patrem, aut matrem percutere: nam ſi percutiat non intendens, ſed a caſu, non meretur pœnam: quia cauſæ per accidens non imputatur bonum, vel malum in actu: nec debet puniri, niſi inquantum non dabat operam rei licitę: vel non adhibuit tantam diligentiam, quantam debuit. Etiam non debet filius occidi pro quacumque percuſſione patris, aut matris: nam ſi leuiſſimè percutiat non occidetur: ſi autem percuſſio cauſaret vulnus aut liuorem, mortis reus erat filius. Et loquitur hic litera de percuſſione patris, aut matris, & non de occiſione eorũ, ſ. ſi filius occidat patrem, aut matrem: nam nulli dubiũ eſt, quin maiorem pœnam meretur filius ſi patrem, aut matrẽ occiderit, quàm ſi ſimpliciter percuſſerit: non poſuit tamen de morte, quia nihil tale opinandũ erat, ſcilicet q̃ aliquis talia committeret. Nam & Solon legiſlator Athenienſis, qui valde completè, & rationabiliter leges tradidit, quas poſtea tranſtulere Romani, vt ait Paulus Oroſius ſecundo de Ormeſta mundi: exiſtimans hoc impoſſibile eſſe: arbitratus fuit nunquam eſſe: ideo de talibus legem non tulit, tanquam nunquam foret neceſſaria. Romani quoque, qui in legiſlatione multum inſudauerunt, & legiſlationi Solonis duas tabulas ad completionem addiderunt, talia fieri nunquam putantes, legem in talibus non dederunt: nam in omnibus retroactis ſæculis nunquam compertum eſt, q̃ aliquis patrem ſuum, aut matrem occiderit, & ſic in futurum eſſe crediderunt. Romæ tamen hoc factum eſt: nam anno ab vrbe condita ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, qui eſt annus centeſimus ante Chriſti Natiuitatem, Publicius Maleolus adiuuantibus ſeruis matrem ſuam occidit: tota Roma ex hoc ſcelere turbata cùm neſciretur, quæ ei pœna danda eſſet, adiudicatus eſt in eculeum poni, ſ. quòd

M & mater dicunt duo principia totius boni filium.

Filius nõ debat occidi, q̃ quacunq; percuſſione patris & matris, ſed p̃ graui.

Idẽ Iſidorus ethimo. lib. 5. ca. 1. & 8. diſt. in ca. Moyſes.

Tunc primo pœna parricidarum apud Romanos poſita eſt.

F inſueretur corio bouis, & poneretur cum eo gallus, & ſimia, & vipera, & canis. De his Paulus Oroſius lib. 5. De Ormeſta mundi, & Tullius in fine primi lib. Rhetoricæ nouæ, & ff. de parricidijs, in l. 1. Tantum ergo ſcęlus erat matrem, aut patrem occidere, q̃ lex non cogitauit vnquam fieri aliquid tale. Idem peccatum eſt in occidendo matrem, vel percutiendo, quod in occidendo, aut percutiendo patrem: ſed ponitur mater poſt patrem, quia pater honorabilior eſt, & ab ipſo debet fieri denominatio. De patre autem non reperimus, q̃ aliquis ſciens patrem eſſe eum occiderit in hiſtorijs communibus, & autenticis: in alijs tamen vulgaribus, & apocriſis multotiens reperitur, vt de Iuda dicitur, q̃ acceperit matrem ſuam in vxorem, & q̃ G patrem occiderit. Quòd autem aliquis neſciens patrẽ occiderit reperitur, vt Oedipus, qui occidit patrem ſuum Laium regem Thebarum putans eſſe hoſtem, cùm crederet eſſe patrem ſuum Polybium regem Athenienſem, & Meropem reginam matrem ſuam. De his Seneca in Tragædia 5. quæ dicitur, Oedipus: & Paulus Oroſius de Ormeſta mundi lib. primo. Quòd autem matrem aliquis volens occiderit reperitur, vt diximus ſupra de Publio Maleolo ciue Romano, & de Oreſte, qui occidit matrem ſuam Clytennęſtram regis Agamẽnonis vxorem, quod fuit confeſtim poſt Troianum bellum, & de his tangit Tullius libro primo Rhetoricæ nouæ. Occidit etiam matrem ſuam Alcmeon Athenienſis: nam cùm pater ſuus Amphitereus nolleret ire ad bellum cõtra Thebanos, ad quod H ibant alij Athenienſes, vxor ſua monuit, & perſuaſit illuc ire, quia non licebat virum fortem manere in ocio ciuitatis alijs pugnantibus in hoſtes pro ſalute reipublicæ, quibus ſuaſionibus Amphitereus iuit ad bellum Thebanorum, & cum ibi lętaliter vulneratus fuiſſet, dixit filio ſuo Alcmeoni, qui ei aſtabat, vt occideret matrem ſuam, quæ eum ad bellum induxerat. Alcmeon autem vt impleret iuſſa paterna matrem in redditu occidit, ſuper quo grandis quæſtio ventilata eſt, vtrum Alcmeon volẽs, aut nolẽs occidiſſet matrem ſuam: de quo Euripides fecit librum Poetico ſtilo deſcriptum, in quo defendit Alcmeonem dicẽs eum fuiſſe coactum ad occiſionem maternam ex iuſſu patris: quem redarguit Ariſt. in 3. Ethicorum, cum I dicit: Etenim deriſoria videntur Euripidis Alcmeona cogentis matrem occidere. De hoc etiam Philoſophus in 5. Ethicorum. Alius etiam fuit omnibus iſtis antiquis matris occiſor voluntarius, ſ. Ninia rex Babilonis Nini regis filius, & in regno ſucceſſor, quem Semiramis mater deſiderio regnandi ſuaſionibus traxit, vt eam in vxorem acciperet, quo colore regno nõ priuaretur, cui Ninia filius ſub obedientiæ maternæ colore obtemperans tandem infandiſſimum ſcęlus ſæpius cum infeſta infeſtanteque matre perpetratum abhorrens, eam proprio gladio trãſfuerberauit: de quo Paulus Oroſius primo lib. De Ormeſta mundi. *Morte moriatur.* Ideſt occidatur. Et iſta mors erat infligenda per iudices, ſ. quòd quandocunque aliquis faciebat K aliquod peccatum propter quod merebatur mortẽ, ſi dicatur in litera, morte moriatur, eſt ſenſus q̃ iudices deberent eum occidere, quia iſtud dicitur per modũ imperij. Si autem dicitur peribit anima illa, vel morietur homo ille, non legitur imperatiuè, ſed prænunciatiuè: ideo non eſt ſenſus q̃ mandetur occidi ab hominibus: ſed denunciatur, quòd Deus occidet talem virum, qui peccat in eum: hic autem imperando legitur, ideo iudices facere debent hoc, ſ. quòd occidant illum ſic peccantem.

cum Pub. Maleolus matrem ſuam occidit.

Non reperitur q̃ aliq̃s ſciens patrem occiderit.

Aliq; ſciẽter matrẽ occiderũt

Cap. 5.

Ninia rex Babiloniæ ſciẽs matrem occidit.

An.

An moreretur, qui hominem tantummodo furabatur.

QVAESTIO. XVIII.

QVI *furatus fuerit*. Licèt hic tractetur de regulatione irraſcibilis, interponuntur tamen aliqua de regulatione concupiſcibilis, ſcilicet quantum ad deſiderium pecuniarum. *Qui furatus fuerit hominem.* Ponitur pœna pro furto hominis, qualis non imponitur in alijs rebus: nam nunquam imponitur hic pœna mortis: ſed interdum reſtitutio quintupli, interdum quadrupli, interdum dupli, vt patet capitu. ſequenti. Pro furto autem hominis imponitur pœna mortis. B Et ad hoc q̃ pœna, quæ hic ponitur, ſcilicet mors, alicui infligatur, requirebantur duo ſecundum doctores noſtros. Primum q̃ ille, qui iſta pateretur furatus fuiſſet hominem. Secundum q̃ eum vendidiſſet: ſi autẽ ſolum primum feciſſet, ſcilicet q̃ eum furatus fuiſſet, non infligebatur ei pœna mortis: ſed ſoluebat duos homines ad ſeruiendum illi, quem furatus fuerat, vel dabat ei precium duorum hominum. Et hoc dicunt ad ſimilitudinem eius, quod habetur infra de furto ouium, & boum quadruplum, & quintuplum, in alijs autem rebus duplum, vt patet ſequenti capit. Rabbi Salomon dicit, q̃ non ſolùm vendens, & furans moriebatur: ſed etiam ſi ſolùm furaretur: & vult facere diſſimilitudinem inter hominem, & cætera, quæ furto auferuntur: nam homo ſolus ad imaginem Dei factus eſt, ideo maioris dignitatis eſt, & debet eſſe diſſimilis cæteris rebus: qui ergo furaretur eum, merebat mortem pro ſolo furto. Et hoc vult ipſe probare ex litera Hebraica, quæ dicit. *Fur hominis, & vendens eum inuentus in manu eius, morte moriatur.* Rabbi Salomon ad vtrumque tam ad furem quàm ad ipſum hominem furto ſublatum refert. Referendo ad furem eſt ſenſus, q̃ ſi fur hominem furatus fuerit, & vendiderit, & inuentus fuerit in manu eius, ideſt inuentum fuit, q̃ ipſe vendidit debet, mori. Referendo ad hominem furto ablatum eſt ſenſus, q̃ ſi aliquis furatus fuerit hominem, & inuentus fuerit in manu eius, ſcilicet quia inuentus fuit homo apud ipſum furem, antequam D venderet, etiam morte morietur. Sed dicendum q̃ ſenſus doctorum Latinorum eſt verus: nam ſi ponamus iſtum ſecundum ſenſum, quem ponit Rabbi Salomon, litera nõ ſtat conuenienter: nam cum dicitur, q̃ ſi fur aliquem hominem furatus fuerit, & ille fuerit inuentus apud eum nondum venditus, q̃ morietur: quid ſignabit id quod dicitur, & vendens? quia cùm non coniungatur præcedenti, neceſſe eſt facere per ſe diſtinctum ſenſum: ſed non poteſt, quia tunc eſſet ſenſus, q̃ etiam vendens hominem morte moriatur: hoc tamen falſum eſt, quia niſi furatus fuerit, etiam ſi vendit, nõ eſt culpabilis: nam ſi aliquis vendit hominem, & ille non furatus eſt illum: neceſſe eſt, quòd aut ille homo eſſet ſuus, ſcilicet ſeruus, aut faceret ſe vendi ab E eo ad participandum precium. Sicut patet in inſtituta de ſtatu perſonarum, vbi dicitur, quòd homo liber maior viginti annis, poteſt permittere ſe vendi ad participandum precium: debet ergo intelligi litera iſta copulatiuè, ſcilicet quòd qui furatur hominem, & vẽdit illum, debet mori. Quid autem fiat cùm ſolùm furatus eſt, & non vendidit, non habetur in textu, nec patet, licèt arguitiuè dicant quidam, quòd debet ſolue re duos homines: ſicut in illis, qui furantur alias res, & vendiderit. Hoc eſt verum de hominibus liberis, vel de quibuſcunque Hebræis: nam iſti, qui homines vendebant, quos furabantur, ducebant eos ad vendendũ in alias gentes: vt in terra ſua non cognoſcerentur. Sicut faciunt nunc aliqui mali Chriſtiani, exiſtentes in confinibus Agarenorum, qui furantur pueros in terra Chriſtianorum, & ducunt ad vendendum in Agarenorum terram. Et quia vetitum erat vendere Hebrẽũ vel Hebræam alteri populo, vt patet ſupra, ideo quicunque venderet Hebræum, qui eſſet ſeruus gentibus extraneis, reus mortis erat: vel ſi vendidiſſet aliquem hominem liberum. Si autem vendidiſſet aliquẽ ſeruum non Hebręum, non videtur, quòd mereretur pœnam mortis, ſed condemnari in pecuniam, quia ſeruus pecunia domini eſt, vt patet infra. Et hoc magis eſt verum in illo ſeruo Gentili, qui nouiter acceptus erat ab Hebræo, & nondum circuncifus, vel conuerſus ad ritum Iudaicum: nam tunc ſola erat perditio pecuniarum domini ſui, ideo dando pecuniam ſaltem in duplo videbatur ſibi ſatisfieri: ſi autem ſeruus eſſet cõuerſus ad Iudaiſmum, & circuncifus, atque obſeruans omnes cæremonias legis, maior pœna erat infligenda, nam hic fiebat iniuria legi Hebræorũ, quia iſte ſeruus iam conuerſus ad Hebraiſmum colebat Deum, & cõgeretur ambulare in obſeruantijs legis: nunc autem venditus gentibus idolatris conuertetur ad cultum ſimulacrorum: ideo forte mors infligeretur furanti talem ſeruum: vel ad minus maior pœna, quàm furanti ſeruum nondum conuerſum ad ritum Hebraicum: lex tamen iſta directè datur de furantibus homines liberos. *Conuictus noxæ.* Ideſt ſi conuincatur de crimine, hoc enim generale eſt: nam ſi aliquis debeat puniri de aliquo crimine, oportet quòd ſit conuictus de illo, vel per notorietatem, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, vel per confeſſionem ſuam, vel per teſtes, vel per quemcunq; alium modum probationis, dum tamen ſufficienter probatum: nam in criminalibus debent teſtes eſſe lucè clariores, vt patet extra de probationibus in cap. finali, & in l. ſciant cuncti, C. de probationibus. *Conuictus noxæ.* Accipitur largè noxa pro crimine quocunque: in legibus tamen humanis accipitur noxa pro occiſione ſerui, & inde dicuntur actiones noxales, & eſt vnum de tribus capitibus legis Aquiliæ, quæ ſunt ſcilicet, de homicidio, de noxa, de pauperie, vt patet extra. ff. ad legem Aquiliam. *Morte moriatur.* Ideſt occidatur per iudicum ſententiam. *Qui maledixerit patri ſuo.* Iſta regula datur ad relationem irraſcibilis, nam maledicere ex ira eſt ſicut percutere, clamare, detrahere, falſum teſtimonium dicere, & ſic de cæteris. *Patri ſuo aut matri morte moriatur.* In Hebræo dicitur, quòd ille, qui maledixerit patri, aut matri in Deo, ideſt expreſſo nomine domini magno Tetragrammaton, ſcilicet dicẽdo, Deus maledicat tibi: aut deleat te de ſuperficie terræ. Et hoc ponitur ad notandum magnam maledictionem: nam ſicut inuocato nomine Dei magno fiunt magnæ benedictiones: ita inuocato eo ad maledicendum, fiunt magnæ maledictiones.

Vendens ſeruũ non Hebræum non merebatur morte ſicut ſi Hebręum vẽdidiſſet.

De non maledicendis parentibus.

QVAESTIO. XIX.

SCIENDVM autem quòd nomen patris, & matris ſunt nomina magnæ dulcedinis, vt ait Ariſt. in ſecundo Politicorum c. 1. qui autem maledicit alcui rei, deteſtatur eam tanquàm malam, & amaram: malũ ergo, & amarum ſibi erit: nam ſic dixit Iſaias 5. c. væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malũ; dulce amarum, & amarum dulce: ponẽtes lucẽ tenebras, & tenebras lucem. Etiam pater, vt ſupra declarauimus debet a nobis reputari quaſi aliquid immediatum ſummo bono: nam poſt Deum, qui eſt ſummum bonum ſimpliciter, maius bonum noſtrum ſunt parentes,

tes, quia post Deum nihil tantum bonum nobis impẽ F
dit, sicut parentes; cùm dijs, & parentibus non possu-
mus retribuere æqualia, vt ait Arist. 8. Ethicorum: ma-
gnæ ergo reuerentiæ debent esse bonis nomina pa-
trum, & matrum: qui ergo maledicit talia nomina,
multum agit contra naturam. Intelligendum tamen
q̃ ista pœna mortis, quæ hic ponitur maledicenti pa-
trem, & matrem, non incurritur pro qualibet maledi
ctione: quia si aliquis calore iracundiæ concitatus se-
mel malediceret patri: non erat iustum, vt ex hoc occi
deretur: sed daretur ei alia pœna corporalis: vtpote q̃
flagellaretur: ille autem qui assuefactus est maledice-
re patri, & matri, & pro rebus paruis maledicit eis, me-
retur mortem, quia non corrigitur de malitia. Et sic
filij, qui non obediunt præceptis parentum mandan-
tur occidi, vt patet Deuter. 21. cap. de illo, qui monitis
parentum non obediens commessationibus vacat, &
luxuriæ. Et patet hoc ex superioribus: nam maius est
manus violentas in patrem, aut matrem inijcere, quã
maledicere: sed non occiditur filius pro qualibet inie-
ctione violenta manuum in patrem, aut matrem: er-
go nec pro qualibet maledictione. *Si rixati fuerint*,
Ista regula est ad dirigendum irascibilem: quia ex ira-
scibili propter communicationes hominum conti-
nuas euenunt inter eos rixæ. *Si rixati fuerint*. Est rixa
contentio realis, sicut iurgium disceptatio vocalis.
Viri. Inter viros fiunt istæ rixæ communiter: nam vna
fœmina non auderet contendere cùm viro aliquo,
quia viri robustiores, & animosiores sunt. Etiã quia H
viris valde verecundum est pugnare contra fœminas,
quarum sexus ineptus est ad pugnam: ideo nullus vir
nisi valde vilis aggrederetur certamen cùm aliqua fe-
mina: si tamen acciderit q̃ vir & fœmina verbis contẽ-
derẽt, & fœmina lapidem arripiens virum percuteret,
rea esset huius legis, vel è contrario si vir contendens
cum fœmina eam sic percuteret: idem fieret si duæ
fœminæ rixentur, & vna inuadat atque occidit aliãm:
nam istud nomen vir concipit hic genus femininum,
vt ponatur pro vtroque, sicut ista dictio, quicunque,
complectitur secundum iura humana masculinum
& fœmininum: ponitur autem de viris, quia in viris
communius accidit. *Et percusserit alter proximum suum*.
Non solum intelligitur hoc de Iudæis, sed etiam si I
vnus Hebræus pugnaret contra aliquem Gentilem,
quicunque ille esset: vt quando contingebat aliquos
Gentiles venire in terram Israel ad opera mercatorũ:
nam siue Gentilis Iudæum percuteret, siue Iudæus
Gentilem, tenebatur reus hac lege. Nisi dicamus, q̃
permittebatur Iudæis occidere quemlibet Gentilem,
quod falsum est: nam nullum occidere debebant, nisi
eos, qui habitabant in terra, quam ipsi in possessionẽ
accepturi erant, & hoc non semper, sed solùm quan-
do erat indictum bellum: si enim aliquando pax esset
inter vtrosque, non licebat alicui Iudæo occidere sin-
gulariter aliquem de Chananæis, de alijs autem gen-
tibus nullum licebat occidere. Hæc lex directè datur
de liberis quando vnus pugnat contra alterum, sed
adhuc intelligi potest de seruis aliquo modo, scilicet
si duo serui Hebræi inter se pugnarent, & vnus occi-
deret alterum: necesse erat, vt occidens quoque mo-
reretur: aliàs daretur, q̃ manerent crimina impunita,
maximè homicidium, quod est de maximis, & atro-
cibus criminibus. Nec obstat si dicas, q̃ tunc domi-
nus serui viuentis, qui alterum occidit, punietur iniu-
stè: nam ipse nihil commeruit. Quia licèt damnum
sit ei, & nihil commeritus sit, tamen melius est illum
damna pati, quàm ociforem impunitum relinqui.
Maximè, quia istud argumentum nullum est: nam
etiam dominus serui primò occisi patitur damnum,
scilicet quia perdit pecuniam datam pro seruo: & ta-

Cap. vlt.

Maledicẽs parentib⁹ agit contra naturã.

Nõ fit iniuria dño si seru⁹ suⁿ occidat, q̃ alterũ seruum occidit.

men nihil commeritus est: vterque ergo dominus pa-
ti debet damnum, ne crimina remaneant impunita.
Etiam non videtur fieri domino iniustitia: nam sicut
cùm quis habet bouem, qui cornupeta est: & nunquã
fuit cognitum, & cornupetens occidit aliquem ho-
minem, debet bos lapidari, vt patet infra: in quo domi
nus perdit bouem, & tamen dominus perdit bouem,
quod est sibi damnosum, nihil tamen mali commeri-
tus extitit: nam qui aliquam rem tenet, possidet eam
ad omnem fortunam, scilicet si destruatur, q̃ ei de-
struitur: si perdatur, q̃ ei perditur: cùm ergo seruus sit
res possessa siue possessio, vt patet 5. Ethicorum, vel
pecunia domini sui, vt hic dicitur, tenebit eum domi-
nus suo periculo, idest q̃ si pditur, sibi perditur: sic er-
go cùm seruus sit homo, & potens peccare, quacunq; G
die dominus emit eum, emit cum isto periculo, ita q̃
si peccauerit, quòd moriatur, si tale sit delictum quod
morte sit vindicandum: & non erit aliquod grauamẽ
domino, quia eum isto periculo accepit: sicut quando
emit eum, emit tanquam potentem mori, & si mo-
riatur euenit domino magnum damnum, tamen su-
stinet illud, nec in hoc grauari debet, quia talem illum
sciebat futurum. Sed fortè dices, q̃ in hoc casu iustius
esset, q̃ dominus serui viuentis det pecunias aut seruũ
domino serui occisi. Sed non est verum: nam tunc
sequebantur duo inconuenientia. Primum q̃ crimi-
na capitalia manerent impunita, quod repugnat disci-
plinæ politicæ, & bono statui ciuitatis. Secundum in-
conueniens erat, quia vnus dominus grauaretur ma-
gis quàm alius, s. q̃ dominus serui occisi nihil pderet:
& dominus serui viuentis perderet seruum suum: sed
nihil magis peccauit dominus serui viuentis, quàm
mortui cùm non fuerit conscius huius rei: cùm ergo
vnus perdit seruum nihil male meritus, etiã aliùs per-
det, & tunc crimina capitalia iuxta disciplinam politi-
cam punientur. Sic etiam si homo liber rixetur cum
seruo, qui non sit suus (nam de seruo suo dicendum
est secũdum regulam, quę infra ponitur immediatè).
In hoc ergo casu quicunque occiderit alterum tenebi
tur reus hac lege: nam si seruus occiderit liberum, ma-
nifestum est, quòd debet occidi, quia non est maioris
priuilegij seruus, quàm liber: sed liber occidens alterũ
liberum, occiditur per hãc legem: seruus ergo qui oc-
ciderit liberum occidetur per hanc legem: nam si hõ
occidatur seruus occidens, quę vindicta dabitur pro il-
lo crimine? non enim potest dari pecunia, quia cor-
pus liberum existimationem nõ recipit, vt patet, ff. ad
legem Rhodiam de iactu l. 2. §. si cum homo, & ff. si
quadrupes pauperiem fecisse dicatur l. ex hac, & ff. de
eiectis, & effusis, l. vltima, necesse est ergo q̃ moriat:
aliàs daretur, quòd quantacunq; facinora seruus age-
ret, nũquam capitaliter puniretur, quod absurdissimũ
est, & contra omnem legẽ atq; statum politicũ: maxi-
mè quia concessa impunitate serui proteruirent, & in
omne genus sceleris miscerentur. Si autem accidat K
contrarium, s. q̃ homo liber occidat seruum, etiam vĩ
q̃ debeat mori. Nec valet si dicas, q̃ restituat dño pecu
niam quantum valet seruus: nam in hoc satisfit dño
de damno sibi illato, tamen non satisfit legi: maximè
quia si dñs occidẽs seruum suum, qui maius ius habet
super eum, quàm aliquis extraneus, quia pecunia eius
est, vt patet infra, occiditur pro eo: quanto magis si oc-
cidat ille cuius non est seruus? nam si solùm haberetur
consideratio eius, quod perdebat dñs in seruo, qñ ipse
occideret eũ: gratis vellet esse perditũ preciũ serui: tñ
lex non permittit hoc, quia eum occidit, ergo necessa
rium est, q̃ in occidendo seruũ alicuius non solũ dño
serui damnũ fiat auferendo ei seruum: sed etiam legi,
aut statui politico: qua pp lex reqrit vindictã de dño: si
ergo aliquis cuius non est seruus occidat seruũ: licèt
dam-

Si seruus hoiem liberũ occidebat reⁿ erat mortis.

Hõ liber existimõnem nõ suscipit.

Si hõ liber seruũ occidebat mori debebat.

damnum quod dñs sustinet in perdendo seruum pe-
cuniis possit equiparari: iniuria tamẽ, quæ fit statui po
litico, & legi: non potest satisfieri, nisi per mortẽ occi-
soris. Et si dicas, q̃ dominus occidens seruum suum:
occiditur propter magnam crudelitatẽ, quã exercuit
ad seruũ suum: ita debebit, & rationabili⁹ occidi alius
quia tantam, vel maiorẽ crudelitatem exercuit in ser-
uum alienũ. *Percusserit alter proximũ suum*. Idest vnus ho
mo percusserit alterũ. Quilibet namq; vocatur proxi-
mus alterius: quia natura eos cõmunicatę speciei fecit
esse participes: & hoc siue liber contra liberũ: siue ser-
uus contra seruum: siue liber contra non suũ seruũ: si-
ue seruus contra non suũ dñm. Percussio accipit hic,
vt accipitur cõmuniter, scilicet pro sola vulneratione,
siue inde sequatur mors, siue non. *Lapide, vel pugno*. Per B
lapidem intelliguntur instrumenta, vel arma, quibus
percutimus eminus existentes: quia talia iaciuntur, vt
lanceę, missilia, sagittę, & quodlibet aliud genus armo
rũ, qd̃ a longe pulsum lędit: nam nihil magis est, q̃ ali-
quis percutiat aliũ, & occidat lapide, quã q̃ percutiat,
& occidat telo: nam eadem pęna imponitur pro om-
nib⁹: sed lex loquitur succinctè: relinquẽs alia iudicio
legentium, qui diceret esse idem ius, vbi eandem iu-
ris radicem inuenirent. *Vel pugno*. Dictio quæ ponitur
hic, in Hebręo est æquiuoca: & signat duo. s. pugnum,
vel glebam. Accipiendo autem pro gleba est sensus,
q̃ siue aliquis percutiat alterum lapide, qui durus est:
siue gleba, quæ tenerior est: si tamen occidat, aut vul-
nus faciat, sequitur eadem ratio, scilicet q̃ detur eadẽ C
pęna. Sed rationabilius ponitur hic, vel pugno, ad si-
gnãdum diuersa genera armorum, vel diuersum mo-
dum occidendi: nam ponendo lapidem, vel pugnum
possunt ista dupliciter distingui. Vno modo, q̃ per la-
pides intelligantur instrumenta, quibus procul existẽ-
tes percutimus. Et per pugnum instrumenta, quibus
cominus nõ dimittentes ea a manu: vt cũ percutim⁹
ense, aut baculo, aut qualibet alia re dura retenta in
in manu, vel ipsa manu simplici. Vel potest fieri alia di
stinctio, quia duo genera sunt inferendi mortẽ: quod-
dam est per arma, aliud est sine armis. Percussio autẽ,
quæ fit mediantibus armis: manifestum est, quòd est
mortis illatiua, vel antecedens ad mortem inferunt:
quia arma dura sunt, & diuidunt carnem, vel frangũt: D
arma autem qualiacunque sint semper sunt duriora
carne nostra, ita vt ledere possint. Percussio autem,
quæ fit sine armis, vt percutere aliũ palma, vel pugno;
non videtur esse mortis illatiua, ideo posset aliquis du
bitare vtrum si percussisset pugno, & mors inde secu-
ta fuisset, deberet infligi mors occisori: ideo textus
vtrunque posuit, scilicet lapidem, idest quodcunque
genus armorum: & pugnum, idest genus mortis sine
armis.

Quid erit si occiderit strangulando.

QVAESTIO. XX.

SI autem dicas quid erit si aliquis aliũ occidat stran
gulando eum, scilicet stringendo guttura eius, &
cogendo expirare. Respondetur, quòd istud genus
mortis ad percussionẽ pugni reducitur. Item siquis
alium veste aut sudario ad collum iniecto strangulet,
eadem pęna plectetur. Et vt generaliter dicam, om-
ne genus mortis qualecunque illud sit, morte plecten
dum est; sed lex posuit qd̃ communius est. *Et ille mor-
tuus non fuerit*. Quando aliquis rixando alium occidit,
non ponitur hic regula, quia intelligitur ex superiori-
bus vbi dixit: siquis per industriam occiderit proxi-
mum suum, aut per insidias, ab altari meo euellas eũ,
vt moriatur: ibi dictum fuit de morte inflicta p indu-

A striam: aut per insidias, qui sunt duo modi occisionis
voluntarię. Tertius modus erat per iracundiam ex
aliquibus verbis suscitatam, & sequatur homicidium:
ita tamen quòd nullus eorum qui adinuicem rixabã-
tur ante hoc intendisset alterum occidere: & tamen
quia iste modus voluntarius est, intelligitur sub alte-
ris: quia datur eis eadem pęna. Occisio autem, quæ
fit per rixam impossibile est. esse casualem, cùm qui-
libet rixans intendat percutere alterum siue multum,
siue modicum: casualis autem est, cùm faciens, nec
intẽdit nec vult: vt supra declaratum est. *Et ille mortuus
non fuerit, sed iacuerit in lecto*. Aliquando in rixa fit aliqua
percussio, quę ita modica est, quòd percussus nõ iacet
in lecto, & tamen impeditur ab agendo, & tunc idem
est: quia oportet habere rationem ad opera, & impen B
sas. Aliquando autem fit percussio, quæ nec impedit
ab agendo, nec facit in lecto iacere, & tunc percutiẽs
ad nihil tenetur percusso: vt si aliquis rixans contra al-
terum, & eum fortiter impellens euersum in terra fa-
ciat: licèt ibi dolorem sustineat, & aliqualem fractio-
nem: si tamen non sit fractio alicuius membri, vel nõ
reddatur talis, q̃ non possit operari, ad nihil tenebitur
percutiens, quãtum est ex capite huius legis: posset ta-
men aliàs de iniuria agere ad existimationem in pecu
nia. *Si iacuerit in lecto*. Ita quòd egrotauerit ex illo vul-
nere, & iaciat in lecto. *Si surrexerit, & ambulauerit foras*.
Ponitur hoc quia cum aliquis percutitur forte non est
percussio tanta, vt statim percussus intereat: est tamen
dispositus ad postea moriendũ, & tunc quouis mo C
do sciri posset, quòd ex illo vulnere percussus morie
batur, percussor occidẽdus erat. Et dato, quòd percus-
sus surgeret de lecto, & fortiter, & sine baculo ambu-
laret: si tamen sciri posset per certitudinem, quòd po
stea moriens ex illo vulnere periret, occisor capite ple
ctendus erat: quia tamen constare non potest nobis
per certitudinem, lex posuit eum modum quo ratio-
nabilius poteramus suspicari certitudinem, aut vere si
militudinem. *Si ambulauerit*. Si enim postquam aliquis
percussus est, nunquam a lecto surrexit, quantumcun
que in lecto duret, si postea moriatur, presumitur mo
ri ex illo vulnere, ideo occisor occidendus est (*Foras*.)
Dato quòd ambulet per domum surgens modicum
a lecto, & non exeat domum, & postea moriatur, per- D
cutiẽs occidetur: quia ad hoc, quòd liberaretur opor-
tebat percussum ambulare foras.

Quare cum ista lex de percussoribus canonizetur ab Ecclesia in cap. primo De iniuriis, & damno dato: non ponitur ibi ista particula: Si surrexerit, & ambulauerit foras super baculum.

QVAESTIO. XXI.

SCIENDVM quòd inter ceteras regulas iudicia
les veteris testamenti, quas in diuersis locis canon-
E zauit Ecclesia, & statuit esse leges: est ista, & ponitur
vt primum cap. extra De iniuriis, & damno dato: &
tamen non ponitur ibi ista particula, scilicet, *Si surrexe-
rit, & ambulauerit foras super baculum suum*. Quia ista
particula est ad distinguendũ quando percutiens de-
bet occidi, & quando non: nam si percussus nullo mo
do surrexerit a lecto, & ibi mortuus fuerit, moritur oc
cidens: vel si surrexerit, & non ambulauerit foras:
si autem ista omnia euenirent, scilicet quòd surgeret,
& ambularet foras, liberabatur a morte percutiens, dato
q̃ moreretur percussus, iura canonica pęnã capitalem
non infligunt: quia hoc causat irregularitatem, quam
omnes ministri Ecclesiæ fugere debent: ergo non de-
bet ponere id, quod pertinet ad pęnam capitalem.

Et si arguas, quòd non potest stare ista ratio, quia iste casus qui ponitur in litera non est ad pœnam capitis. s. si percussus iacuerit in lecto, & postea surrexerit, & ambulauerit super baculum suũ: imò in tali casu percutiens absoluitur. Respondetur, ꝙ non procedit ratio: nam licèt iste casus non sit ad mortem, cũ hic ponatur disunctio, & diuisio: qd̃ lex in vno casu negat, in alio concedit, vt patet extra De presumptionibus in c. nõne benedicimus: cũ ergo lex dicat hic, ꝙ si percussus iacuerit in lecto, & postea surrexerit, & ambulauerit super baculum suum: ꝙ percussor nõ est reus mortis: arguit à cõtrario sensu, quòd si nõ surrexerit de lecto, vel non potuerit ambulare foras, quòd percussor erit mortis reus, si moriatur percussus: sed hoc non decebat dicere canonicam facultatem: ergo nec casum ex quo iste sequitur a contrario sensu. Taxare autem expensas in pœnam alicuius debiti, vel dare certam mulctam, pertinet ad canonicam facultatem: cũ hoc non inducat aliquam inhonestatem, aut irregularitatem: ideo canonizauit Ecclesia istam legem, quantum ad partem illam, in qua agitur de taxatione expensarũ in medicos, & damna operum: relinquens illud quod ad sententiam sanguinis tangit. Sed arguet aliquis, quia Ecclesia canonizauit illam legem, quæ habetur supra in hoc cap. scilicet, siquis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo euellas eũ, vt moriatur, & est ista lex canonizata extra de homicidio, est enim capitulum primum: sed in ea ponitur pœna mortis. Ad hoc respõdetur dupliciter: vno modo, quòd pœna mortis, quę ibi ponitur non sic intelligitur ab Ecclesia canonizante. Nam licèt Deus condens istam legem fecerit eam de pœna capitali: Ecclesia tamen, quę talem pœnam non infert: intelligit istã mortem de quadam alia morte spirituali, quę est per excommunicationem. Et sic quidam doctores canonistæ exponentes istum textum dicunt, vt moriatur. s. per excommunicationem, & non per gladiũ: & excõmunicare non inducit irregularitatem, & sic non procedit argumentũ. Alio modo, & valde melius respondetur ad hoc: nã istum modũ superiorem nõ teneo, quia non est verus, cũ ille, qui alterũ per insidias occidit nõ excommunicetur: sed est sensus, ab altari meo euellas eum. i. licèt taliter occidens confugerit ad Ecclesiam, non gaudebit immunitate, sed trahetur inde: sicut dicitur in ca. inter alia, extra De immunitate Ecclesiarum: sic etiam alij extrahuntur de Ecclesia, vt publici latrones, & nocturni depopulatores agrorum: vt patet in eodem cap. Et tunc istud cap. licèt ponatur de homicidio tractans de pœnis homicidiarum: verius tã pertinet ad titulum de immunitate Ecclesię sup partem, scilicet qui gaudeant immunitate Ecclesiæ, & q̃ non. Et idem dicit in parte quod cap. inter alia: sed potest pertinere licèt indirectè ad titulũ de homicidio: quia in eo continetur pœna homicidæ: est. n. Ecclesia huius priuilegij: quia malefactores ad eas, vel earũ cemœteria confugientes non trahantur inde: ꝙ aũt illi, qui per insidias occiderunt trahantur de Ecclesia, est pœna eorũ propter grauitatem delicti. Huic cõcordat glo. Bernardi super istud ca. super partem per insidias dicens, iste qui per aggressionis insidias occidit, ab Ecclesia immunitatem nõ habet, & de tali loquitur: nec publicus latro, supra De immunitate Ecclesiarũ capi. inter alia, & §. quãdo liceat vnicuiq; sine iudice se vindicare. Lege Causa. j. & ij. & xvij. q. 4. sicut antiquitus. Item qui ea spe in Ecclesia vel cemœterijs delinquit, vt liberetur; non defenditur ibidem, supra de immunitate Ecclesiarum cap. vltimo. Et ita iste euelletur ab altari, si illuc confugerit, Et quando dicitur in litera, vt moriatur, non tenetur particula, vt, dicens causalitatẽ finalem. s. ꝙ trahatur ad hoc, vt moriatur: quia Ecclesia non mandat, vt trahatur inde ad hoc, ꝙ moriatur, quia tunc esset irregularitas in mandãte: sed vt, vt, dicit consecutionem. s. euelles eum ab altari meo, vt moriatur. i. & morietur: & tamen rursus non est intelligendum, hoc per modum imperij, ita ꝙ Ecclesia dicat, & morietur: sed permittit eum trahi inde in pœnã tanti criminis, & non mandat, ꝙ moriatur, vel relinquatur: sed postea curia secularis trahens eũ inde occidit illũ, & sic trahitur ab altari, & moritur. Et hoc innuit glo. Bernardi dicens: ꝙ hoc, quod dicitur, vt moriatur, nõ tenet ad literam. s. ꝙ non intelligit Ecclesia, ꝙ debeat occidi ex mandato eius malefactor eductus: permittit tã curię seculari occidere si voluerit. *Super baculum suum*. Idest quòd licèt nõ possit sufficienter ambulare per se, ambulet saltem super baculũ nullo alio tenẽte: nam cũ aliquis percussus tantũ conualuit, quòd super pedes innixꝰ suo baculo ambulare potest, presumitur quòd veniet ad perfectam conualescentiã: & dato qd̃ accidat eũ mori: ista mors dicetur magis venire ex negligentia percussi, qui se a noxiis non custodiuit, vel ex imperitia medicorum, qui nescierunt curare vulnꝰ: in Hebræo dicitur. *Si surrexerit, & ambulauerit foras super innixionem suam*. Et dicunt, quòd vocatur innixio pedes hominis. s. si surgẽs ambulauerit super pedes suos: qd̃ est signum perfectę sanitatis restitutæ: & tunc debet iudicari innocens, qui percussit. Cùm autem ambulat super baculum, non est reddita perfecta sanitas. Sed rationabilior positio est vocare innixionem baculum, quàm pedes: quia innixio videtur esse aliquid nobis extrinsecum, quo nos sustentamur, pedes autem pars nostra sunt. Etiam si scriptura voluisset hic nominare pedes, cur nominabat innixionem, quasi per quasdã circumlocutiones? nam licèt prophetica dicta in sacra scriptura occulta sunt: quia occultabat Deus veritatem futurorum, vt sibi placebat, ne cuilibet pateret: in lege tamen non debet esse aliquid obscurum: nec per circumlocutiones datum: cùm ponatur ad erudiendum seculares, qui circa metaphoras, & circumlocutiones non student, cùm vix ea, quæ plana dicuntur, intelligere valeant. Item quia similis modus loquendi reperitur Zacha. septimo, nam cùm loquatur ibi de minus de habitatione Ierusalem futura post captiuitatem Babylonicam, & quòd viri senes ambulabant super baculos: ponitur pro baculo in Hebrço eadem dictio, quæ ponitur hic, vbi nos habemus super baculũ, & dicitur ibi adhuc habitabunt senes, & anus in platea Ierusalem, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum, & plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus. Item iura semper sunt prõptiora ad absoluendum, quàm ad condemnandum. quandocunq; ergo aliqua ratio reperitur, ex qua aliqs debeat absolui, illa prępondęrat quacunq; alia, quę reperiatur ad condemnandum. Et nunc licèt maior certitudo sit, quòd ille, qui percussus est, & fuit in lecto, & postea ambulauit foras pedibus suis baculo non innixus, & moriatur, quòd non mortuus est ex percussione directè, sed ex negligentia, vel qualibet alia occasione. Quare si solùm surrexerit, & ambulauerit foras super baculum suum: satis tã est certitudo, quãta habetur ex natura presumptionum, quibus iura vtuntur: quòd si ambulauit foras super baculum suũ, quòd postea non moriatur ex vulnere, sed ex aliqua occasione: ergo pro hoc solo debẽt absoluere. Rabbi sal. dicit ꝙ qñ aliquis sic percutiebaẽ: & dubitabaẽ de salute eius, debebat teneri qui percusserat, quousq; vel moreret percussus, vel redderetur integrę sanitati, vt videretur qd̃ fieri deberet de eo. Cõcedit aũt Rabbi Sal. ꝙ dictio Hebraica hic posita stet hic pro baculo: & tamen non vult, quòd infirmo ambulante super pedes absoluatur percussor, si postea moriatur percussus.

Nota infra dicenda ꝙ intellectu, ca. j. de homicidio, de quo supra q. 16.

Ecclesia pœnam capitalẽ non infert.

Quo Ecclesia intelligit mortem esse inferendam de qua in lege ista agitur.

Qui ea spe in Ecclesia delinquit, vt defendatur: Ecclesia illũ non adiuuat, nec defendit.

Et

Et respondet ad literã: quòd ponitur hic baculus pro pedibus: nam sicut baculo innitimur, ita & pedibus innitimur: & facit in hoc metaphoram: dicit. n. multotiens hoc reperiri in sacra scriptura, sicut patet Ezechi. 4. c. cùm dicitur: Conteram baculum panis eius, idest virtutem germinatiuam, in qua fundatur esse multum panem, aut modicum, vel nullum. Sed hoc non consonat: quia licèt in Prophetis, in quibus erat intentio Dei mysteria sua aliqualiter velare, deceat ponere metaphoras: in lege tamen, qua populares erudiendi sunt, in qua est intentio legislatoris cuncta stilo lucido designare, non decet vti metaphoris. *Innocens erit qui percussit*. Scilicet a pœna capitali, quę infligi debebat pro homicidio: sed non a pœna expensarum in medicos, & perditione operum. Et hoc quicunque postea casus euenerit, siue moriatur percussus, siue non moriatur: quia si moritur non præsumitur mori ex vulnere, sed ex alia occasione. *Ita tamen, vt opera eius*. Ille qui percussit, directè fecit percussum perdere opera sua, idest labores suos, & fecit expendere in medicos, qui aliàs necessarij non erant, nisi vulnus euenisset. Opera autem sunt ea, quæ ipse percussus agebat ex officio suo, vt si erat cerdo, vel faber, agricola, vel qd̃libet alterum: supputatis autem diebus, quibus infirmus nihil operatus est, & precio conuenienti pro singulis diebus secundum genus officij sui, quę taxatio pertinet ad iudices, tenebitur percutiens soluere hoc. *Et impensas in medicos*. Idest dabit tantum, quantũ medici pro laboribus suis receperunt. Et non solùm expensas in medicos, idest datas pro labore medicorum: sed etiam expensas datas in medicinas: vtrunque namque infirmo necessarium est propter infirmitatem. Et non solum hoc, sed etiam sumptus factus in cibis, qui non erant medicinales: tamen erant sumptuosiores illis cibis quos sumpsisset, si sanus foret: generaliter namque dicendum est, vt omne quod ad necessitates percussi expenditur supra id quod expendendum esset si sanus esset, siue in medicos, siue in cibos, & ipsa precia operum reddere debet percutiens. Si tamen percussus post sanitatem redditam deformis manserit ex manente cicatrice, non debet petere aliquod precium pro deformitate, quia corpus liberum estimationem non recipit, vt habetur. ff. ad legẽ Rhodiam de iactu l. ij. §. Corn. & ff. de eiectis, & effusis. l. j. §. si cum homo. Et si obijciatur, quòd cũ homo perit, fit estimatio quinquaginta solidorum. Respondetur, quòd hoc nõ fit pro estimatione valoris hominis, sed pro pœna. Sed est considerandum circa istam restitutionem expensarum, & perditionis operum. Nã aut ille, qui percussit alterum, erat liber, ita quòd liber percuteret liberum hominem, & tunc dabat ei expensas, & opera: & in hoc nulla difficultas, vel grauamen erat, vt qui deliquerat puniretur. Si autẽ liber homo percussit hominẽ seruum, tenebitur dare domino illius secundum ista predicta, scilicet expensas, & opera. Sed dices: videt, quòd percutiens seruum, & occidens eum debeat soluere precium eius domino suo: ne dominus grauetur perdendo seruum suum. Respondetur, ꝙ non debet: nã non debet maiori priuilegio gaudere dominus serui pro seruo percusso, quàm homo liber pro seipso: sed si aliquis homo liber occidaẽ, ita ꝙ iacuerit in lecto, & postea surrexerit, & deinde moriatur, non occiditur occidens, ergo nec debet occidi si eo modo seruum occiderit, nec soluere preciũ ac si seruum occidisset: nam soluere præcium serui mortui habetur loco pœnę capitalis in occisione hominis liberi: & non debet fieri talis solutio, nisi cũ percutiẽs iudicatur reus homicidij, sed percutiendo taliter seruum, ita ꝙ cadat in lectum, & postea surgẽs ambulet super pedes aut baculũ: etiam si postea moriatur non incurritur homicidium ſm istam legẽ: nam ẽt in homine libero hoc fit: ergo non debet taliter occidẽs seruum soluere precium dño suo: sed solas expensas, & opera perdita tempore curationis. Et si dicas, ꝙ dominus grauatur in hoc, quia perdit seruum suũ: & nihil mali meritus est: ergo debet ei dari precium serui. Respondetur, ꝙ non valet consequentia: nã etiã si seruus ægritudine moriatur, dominus perdit eũ, & nihil mali merebatur: & tamen non fit ei iniuria, quia dñs seruũ mortalem emit, talem ergo semper debuit reputare. Sicut ergo cũ quis seruus ægritudine moritur, qd̃ dicimus Deum agere, dñs non conqueritur tanquã Deus illud iniuste faciat: ergo nec debet conqueri cũ seruus moritur per legẽ: nam sicut mors indita a voluntate Dei iusta est: ita suo modo iuxta conditionẽ status politici mors inflicta a lege pro sceleribus iusta est. Sicut ergo dñs non conqueritur cũ moritur seruus morte naturali, quia eũ mortalem emit: ita non debet conqueri cũ moritur per mãdatum legis pro cõmisso crimine, quia cogitare debuit dñs, ꝙ seruum potentem peccare emisset: & per hoc cogitare debebat, ꝙ ſm ꝯditionem legis eũ pro delictis perdere poterat. Si autẽ seruus percutiat liberum, tunc dominus serui debebit dare homini libero expensas, & opera perdita: vel si non vult, dabit seruum percutientem in manꝰ percussit, vt seruiat ei: vel vt vẽdatur alteri: nam interdum expense, & opera perdita liberi percussi valerent magis, quã seruus percutiens: & tunc dominus mallet forte dare seruũ, quã soluere illas expensas. Et si hoc faciat, non poterit vltra quicquam peti ab eo: quia forte percussus videns, quòd impense, & opera maioris valoris erãt, quã seruus, nollet seruum recipere, sed petere a dño impensas, & opera. Et dicitur, ꝙ non potest: liberabitur namq; dominus a quocunq; impetitore pro damno, vel iniuria facta a seruo, si seruum tribuat. Et patet ratio: nam si dominus fuisset conscius criminis, scilicet ꝙ mandasset seruo suo percutere eum, quem percussit, aut consuluit, teneretur dominus non solũ dare seruũ, sed etiam soluere totas impensas, & opera: quia non solũ seruus peccauit, sed etiã dñs: non ergo solũ seruus tradetur, si magnitudo impensarũ hoc exigat: sed etiã dominus tenebitur cõplere quod deest: cũ aũt dominus non fuit conscius huius criminis solo seruo agente: non est aliqua ratio, vt aliquid perdat vltra seruũ: satis. n. perdit perdendo seruũ, cũ nihil mali ipse egerit. Fundamentum rationis huius est, quia peccatorũ pœnę suos debent tenere actores, vt patet extra de his, quæ fiunt a maiori parte. ca. quę siuit. Patet etiã hoc in exemplo: nam vt habetur infra sequenti cap. si aliquis habuerit bouem cornupetã, qui nunquam cognitus est esse cornupetã, & occiderit virum, vel fœminam, occidetur bos: dominus aũt bouis nihil vltra patietur, aut soluet: si aũt sciuisset, & non tenuisset eũ, ita vt non noceret, occidebaẽ dominus. Et hoc in primo nihil de damno facto per bouem pertinebat ad dñm, cũ nesciat: in secũdo autem punitur, quia erat cõscius, & ipse videtur prestare cãm eius mali, qd̃ per bouem factum est: in primo ergo dando bouem saluatur, in secundo non. Conformiter ergo erit in domino, qui fuit conscius mali, quod seruus egit, vel quomodo nõ fuit cõscius: idem enim fundamentum est vtriusque.

Contra responsionẽ Rabbi Sal.

Iura promptiora sũt ad absoluẽdum, quã ad condẽnandum.

Opinio Rab. sal.

Quid fiebat apud Hebręos cum seruꝰ liberũ percutiebat.

Quid iuris esset cum seruus, vel Hebræus, vel Gentilis Hebræum liberum percutiebat.

QVAESTIO. XXII.

SED adhuc circa hoc distinguendũ est. Quia aut iste seruus, qui percutiebat liberũ erat seruus Gentilis. i. de gentilitate natus, etiam si iam circuncisus esset: aut erat de Hebræis ex genere. Si autem sit seruus natus

de

de Gentilibus, planior est questio; nam tales poterũt vendi simpliciter, & possideri iure perpetuo, & hereditariè transmitti ad posteros, vt patet Leui. 25. ca. dãdo ergo talem seruum pro damno illato; rectè soluebatur, quia totaliter dabatur ipse homo. Si autẽ esset seruus de gente Hebręorum, erat maior difficultas: nã seruus de genere Hebræorũ, non est totaliter seruus: quia non venditur in perpetuum, sed solũ seruire debebat sex annis, & in septimo anno fiebat liber: vt patet supra. Dato ergo, ꝙ aliquis de seruis Iudæis percuteret aliquẽ liberũ, si vellet eum dare dominus pro expensis, & perditione operarũ, & ista pcussio fuisset facta ante annum remissionis, quasi per vnum mẽsem, aut paulo plus: manifestum est, ꝙ seruitium illius serui in illo mense modicum valebat: si ergo expensę, & perdita opera multa essent, non videtur posse satisfieri ex seruitio illius serui. Tunc dicendũ, ꝙ ille seruus nouiter vendebatur, & seruiebat annis sex aliis, & ex illo precio soluebantur impensę in medicos, & opera perdita.

Obiectio. Et si arguas, ꝙ non potest ille seruus vendi iterũ, quia seruus non cogebatur seruire vltra annos sex, & in septimo liber erat: cùm ergo iste seruus attigisset ad septimum annum, non cogebatur vltra seruire.

Solutio. Respondetur, ꝙ id qđ nos voluntariè facere possimus: & tamen non obligamur, inrerdũ a lege imponitur nobis vt pena: sed seruus, qui sex annis seruiuisset, & liberaretur in septimo: poterat iterum se vendere aliis sex annis, & post illos aliis sex; ita lex poterit facere, scilicet vt aliquem vendat pro suis facinoribus, si non habet ad soluendum pęnas: sicut patet infra sequenti capit. cùm dicitur: Quòd si aliquis furatus fuerit, & non habuerat ad restituendum rem furto ablatam, & pęnam furti, vendetur pro seruo suo. Sic ergo hic si iste seruus deliquit, & non habet ad soluendum pęnas, & tempus quod manet est ita modicum, quod non sufficit ad soluendum pęnas, vẽdetur iterum, & tunc satis patet ad argumentum: quia nõ cogitur iste seruire vltra sex annos: lex tamen, in quam deliquit, cogit eum seruire vltra, sicut eum de libero seruum faceret. Nam nihil magis est, cùm qui seruus voluntarie, & pro pręcio erat: iterum seruum facere, quàm seruum facere eum, qui antea liber erat: sed ille, qui ante liber erat efficitur seruus, ergo poterit iterum vendi in penã ille qui ante seruus erat. Et si forte dicas, quòd tantę sunt impensę, perdita quoq; opera, ꝙ non sufficit seruitiũ totius illius temporis ad soluendum: vt etiam si incendit ignem, & egressus combussit aceruos frugum, aut stantes segetes; quia tunc potest fieri tantum damnũ, quòd seruus in sex annis seruitij non resarciat: nũquid poterit vendi pro maiori tempore, scilicet vt vẽdatur pro decem annis, vel pluribus vel nunquid poterit vendi bis aut pluries, scilicet ꝙ nunc vendatur, & completis sex annis in principio septimi anni liberetur, & rursus in primo anno sequenti vendatur alia vice, & alia atque alia, donec sufficiat precium pro soluendis damnis.

Respõsio. Respondetur, ꝙ non poterit aliquis vendi pro decem annis aut pluribus: nã quilibet seruus Hebræus in septimo anno remissionis liberabatur: non ergo poterat puniri, ita quòd venderetur pro pluribus annis. Item non poterat vendi pluries: nam cùm ista pęna esset seruitus, postquã semel soluebatur a seruitute, nõ poterat reduci in seruitutẽ, nisi pro noua causa.

Obiectio. Et si dicas ergo vendendo eum solũ semel nõ satisfacere poterit de damnis datis.

Solutio. Respondetur, quòd aduertendum est vtrum iste seruus Hebreus, qui se domino vendidit, aliquid possideat, & tunc nõ solũ vendetur Hebreus, sed etiam omnia bona sua ad soluendum damnum passis: si autem nec sic sufficiat ad solutionem damnorum, non poterit ei alia pena imponi, nec est inconueniens, quòd aliqua sint, quibus non

F detur totale remediũ: nam in crimine nunquam datur remediũ passis, vtpote in occisione alteri⁹, nã occiso nulla satisfactio dari potest pro malo, qđ sustinuit, cũ non sit: & licèt occidens eum occidatur, nihil attinet ad eũ: sed ad solam rectitudinem, & vtilitatem publicam: ad rectitudinem quidem, quia iustitia, quæ cõfirmat vrbes, exigit, vt occidẽs iniustè patiatur idẽ: est etiam vtilitas magna: nam si delinquentibus concederetur impunitas in omnibus malis, daretur audacia male agẽdi: sic dicitur extra, de vita, & honestate clericorũ. cap. vt mors. s. Facilitas venię incentiuũ tribuit delinquendi: & nõ solùm impunitas malorũ occasio est: sed etiã tarda punitio: sic patet Ecclesi. c. 8. scilicet, Quia cito contra malos non profertur sententia, filij

Facilitas venię incentiuum tribuit deliquendi.

G hoĩum perpetrant mala. Aliqui tamen Gentiles existimauerunt aĩas post mortẽ petere vindictam eorum, quę in vita cũ corporibus passę fuerant: vnde mortuis sacrificia faciebant in prima die Februarij, vt non vexarent viuentes, & vocata sunt festa ista Februa, idest purgationes, quia aĩas infernales sic credebant purgari, & desinere odia, quę aduersus viuentes cõceperant. De his Ouid. in secundo libro Fastorum latissimè. Et hoc fiebat per quasdam dęmonũ ludificationes, qui apparebant loco animarum carne solutarum: & dicebant se velle vindictam de viuentibus: sicut fuit de Achille, cuius mortis occasio fuit Polyxena filia Regis Priami, & Hecubę: quia nimium dilexit eam, ideo redeũtibus nauibus Grecorum in terram suam, imò re-

H dire disponẽtibus facta est tempestas valida, ita vt nulla eis daretur nauigandi facultas: & sic per mensem in portu manserunt, pro quo Calcantem sacerdotẽ magnum consulunt, qui Apolinis oraculo didicit ista esse: quia nondum Achillis animę satisfactum esset: cui per mortem Polixenæ satisfaciendum erat. Ealtibius autem quidam Grecus miles vidit cùm sol occideret ex infernis domibus terra soluta grandis viri imaginẽ prodiisse, quę raucis vocibus ingratos Grecos arguebat: quod sibi nihil dignum rependissent pro tantis strenuè gestis, & vltimata morte finitis: vnde, & admonuit expiari manes suos Polyxenę sanguine ad tumulum eius effuso; quod sic factum est. De his Seneca in Tragedia sexta, quę incipit Troas, in Carmine

Quomodo anima Achille apparuit Grecis, & petierit Polixenam filiam regis Priami super tumulũ iugulari.

I tertio, quod incipit: Quæ tanta Danais importuniora. De morte autem Polyxenæ in eadem tragedia Carmine decimo, quod incipit: Quicunque hymen funestus, & illectabilis. Sed hæc demonum delusiones sunt. Secundum veritatem autem animę mortuorũ non placantur mortibus viuentium, nec purgãtur, sed demonum astutia hoc inuenit, vt ipsi pro diis colerentur, vel qualitercunque a vero cultu deuiarentur: soli ergo politico statui satisfit in occisione occisorum, vel in similibus.

Quid agendum cum vnus seruus apud Hebræos alium percutiebat vel occidebat.

K

QVAESTIO. XXIII.

SI autem aliquis seruus percussisset alium seruum, s'm conditionem huius legis considerandum, ꝙ aut percutiens, & percussus erãt serui Gentiles: aut ambo Hebręi, aut vnus Gentilis, & alius Hebręus. Si autẽ ambo essent serui de Gentilitate nati, etiam si iam essent Hebræi, oportebat, quòd dominus serui percutientis solueret impensas medicorum, & opera perdita: & si nollet hoc facere daret seruum, pro seruo, & tunc sufficiebat: quia cùm isti serui de Gentilitate nati possent vendi simpliciter, quòd traderetur simpliciter vnus pro alio; siue magis, siue minus valeret vnus, quàm alius: nam in hoc, non

potest

potest dari ęqualitas: licèt enim vnus rex pręualeat decem mille rusticis, sicut dixit Ioab Regi Dauid: Tu enim decem millibus pręuales, vt patet secundo Regum cap. 18. si vnus rusticus occiderit regem, vel etiã decem reges, non poterit quicquam vltra fieri, nisi vt rusticus interficiatur: & sic non est digna compẽsatio non solùm quantum ad occisum, sed etiam nec quãtum ad statum politicum: quoniam incomparabiliter magis in damno pręponderat occisio regis, q̃ occisio vnius rustici. Si autem vterque sit seruus Hebrę⁹, si dominus velit dare expensas, & opera perdita, habebit seruum, quem tenet. Si autem nolit dare, cogetur dare seruum suum, & tunc, cùm iste debeat liberari in anno septimo remissionis: si seruitium manens vsq; ad illud tempus ęquetur expensis, & operib⁹ perditis, liberabitur in anno remissionis pro solo seruitio: si autem non sufficiat, videndum est vtrum iste seruus Hebręus aliquid haberet, (nam per seruitutem non perdebant isti ea, quæ possidebant, cùm non efficerentur serui simpliciter) & tunc deberet de illo vendi quousque ęquipararetur damno dato: si autem seruus ille Hebræus nihil possideret, aut si possessio sua cum seruitio non adæquarentur damno dato: deberet post annum remissionis vendi iterum, & de illo precio solueretur, siue adæquari posset siue non, quia non poterat vltra puniri, secundum quòd supra declaratum est. Erat tamẽ consuetudo Hebręorum, vt quando aliqs deberet vendi ad soluẽdam pęnam delicti, scilicet pro furto, aut pro similibus, non venderetur, sed secundũ taxationem pręcij, quod soluere debebat: verbi gratia: aliquis Iudeus cùm vendebatur, & erat seruiturus sex annis, scilicet vsque ad annum remissionis, & sic manebant sex anni ad seruiendum: ponamus, ꝙ tunc darentur centum sicli pro tali seruo Hebręo: dato ergo quòd aliquis Hebręus furaretur, & postea non posset soluere furtum cum pęna: furtum cuius totalis summa perueniret ad quinquaginta siclos: debebat iste Hebręus vendi pro illis, & quia si venderetur simpliciter vsque ad sex annos darentur pro eis centum sicli: quorum medietas sunt quinquaginta, ergo vendebatur talis pro medietate temporis, scilicet vt seruiret tribus annis. Et si arguas contra, quia Hebręus, qui vendebatur, vsque ad annum remissionis debebat seruire. Respondetur, ꝙ hoc est verum cùm aliquis Hebręus vendebat seipsum nulla cõditione interposita. s. dicendo: ego vẽdo meipsum tibi pro tanto, aut tanto precio, vel exprimendo vlterius, necesse erat intelligi venditionẽ terminari secundum terminum positum a lege. s. ad annum remissionis: si tamen interponeretur cõditio in emptione, scilicet ego vendo meipsum tibi vsq; ad duos annos pro tanto precio, solùm debebat duobus annis seruire: dato quòd annus remissionis distaret: & sic faciebant iudices cùm vendebant aliquẽ ad soluendam pęnam delicti sui secũdum existimationem precij: nam si modicũ soluturus esset, scilicet viginti siclos, vẽdebant eum pro pauco tempore, scilicet pro vno anno, & paucis diebus vltra: & sic secũdum varietatem debiti fiebat varietas venditionis: nunquam tamen poterat extendi vltra annũ remissionis: ideo dato, ꝙ pro aliquo vendito, & seruituro sex annis vsque ad annum remissionis darentur centum sicli, & damnum quod soluturus esset valeret ducentos, aut trecẽtos siclos, vel plures, non poterat vendi, nisi pro illo tẽpore vsque ad remissionis annum, in quo satisfaceret, quod posset: quidquid autem maneret non arctabatur soluere, si nõ haberet vnde: nec propter hoc vlterius venderetur. Si autem istorum duorum seruorũ, vnus esset Hebręus, & alius de Gentilitate natus, oportet dicere sicut ante: quia aut dominus volebat solui damna illata a seruo aut non: si vellet, retinebat ser-

A uum suum quicunq; ille esset siue Hebręus, siue Gentilis: si autem nollet, distinguendum est, quia aut ille seruus, qui damnũ intulerat, erat Gẽtilis, aut Hebręus, si autem sit Gentilis, (quia simpliciter dari, & vendi potest) satisfit lęso dando ei seruum: etiam si seruus non valeat tantum, sicut damna data: si autem qui intulerit damnum sit seruus Hebræus: debet fieri sicut supra dictum est, scilicet ꝙ tradatur domino illius serui, qui passus est, vel aliis, quibus damna intulit, si suffecerit seruitium temporis illius damno dato: & tunc liberabitur in anno remissionis pro solo seruitio: si aũt non suffecerit, accipiatur de bonis eius vsque ad completam satisfactionem: si autem hęc non fuit, aut non sufficiant, debent vendi pro pęnę solutione: si autem

B nec hoc suffecerit, non poterit dari vlterior punitio. *Qui percusserit seruum suum.* In superioribus regulis ordinabatur in nobis irascibilis secundum ꝙ se habet ad alterum: hic autem ordinatur, prout se habet ad rem nostram, scilicet ad seruũ, quia est sui res: vt infra patet. Regula superior dabatur de percussoribus, siue seruis, siue liberis: dum tamẽ percutiens non esset dominus percussi: hic solùm agitur qñ dominus percutit seruũ suum. *Qui percusserit seruum.* s. Gentilẽ, siue de Gẽtilitate natum: nam non potest intelligi ista lex de seruo Hebręo, quia seruus Hebręus non est totaliter seruus, sed ad tempus, ideo gaudebat eodem priuilegio cum libero, & qui eum occideret, siue dominus suus, siue quicunq; alius, occidẽdus erat s'm dispositionem

C legis superioris. *Seruum suum.* Secus si aliquis homo liber percuteret eũ, qui erat seruus, sed non seruus su⁹: vel si aliquis seruus percuteret alium seruum: nã tunc iudicandum est, sicut in superiori lege dictum est. *Virga, & mortui fuerint.* Ponitur specialiter virga, quia correctio, quę fit cum virga leuis solet esse: si aũt accidat aliquando, ꝙ sic correcti moriantur: pręsumitur ꝙ nõ fecerat dominus aĩo occidendi, cùm non sit virga cõueniens instrumentũ ad occidendum: si aũt dñs percussisset seruũ, vel ancillam immissa lancea, vel percutiendo gladio: vel immittendo fortẽ lapidem: pręsumitur fecisse ad occidendũ: & tunc siue seruus, aut ancilla moriantur post vnũ diem aut multos, qa tũc non stat conditio legis, dato ꝙ dominus non fecisset hoc

D aĩo occidẽdi: quia tñ ista instrumenta erant talia, quę de se erant confestim mortis causatiua, in culpa est dominus. *Et mortui fuerint.* Et si mortui non fuerint, siue percutiat eos virga, siue hasta nõ occidetur, nec stabit pęna legis. *In manibus suis.* Idest immediate vt ipse percusserit eos: quia tunc inter manus suas sunt cũ percutiens applicet instrumentũ percutiendi ad ipsum percussum: & sic ante eũ. *Criminis reus erit.* Idest erit obligatus ad pęnam criminis homicidij tanquam si occidisset hominem liberũ: nam licèt seruus sit, non tamen debet domino suo vitam: sed labores suos: si ergo tollat dominus vitam seruo pręter damnum, quod sibi agit, iniuriam facit statui politico, & toti naturæ humanæ: nam homines non debent vt pecora cędi. Exigit

Seruus nõ debet domino suo vitã suam: sed labores.

E ergo lex pęnas debitas a domino, qui talia committit in seruos suos: & hoc est quando moriuntur in manibus suis: quia hoc non potest fieri nisi ex forti percussione, quę non est a voluntate corrigendi, sed ab intentione occidendi. *Si autem vno die superuixerint, vel duobus.* Hoc ponitur ad distinguendũ causas suspicionis contra ipsum dominum percutientem: nam si immediatè mortui sunt seruus vel ancilla in manibus eius, arguitur intentio occidendi: sed magis a voluntate corrigendi excedente aliqualiter terminos correctionis. *Non subiacebit pęnę.* Scilicet quòd non occidetur pro eis: licèt moriantur. Causa posita est supra, & hic subiungitur, cùm dicitur. *Quia peccunia illus est.* Idest quando domin⁹ occidit seruũ nõ intẽdens occidere,

ſed corrigere: licèt exceſſerit in correctione, ſi ſeruus mortuus fuerit, non debet puniri tanquam ſi occidiſſet alterum hominẽ, quia eſt ſeru⁹ pecunia domini ſui: ideo perdendo ſeruum rem ſuam perdit. Sed dices: quomodo iſta ratio concluditur? nam quantum ad hoc non videt̃ diuerſitas, ita quòd iſta ratio, ſcilicet (pecunia illius eſt) non videtur magis poſſe applicari ad vnam partem quã ad alteram: quia quomodocunque dñs occidat ſeruum, pecunia illius eſt: ideo ſi iſta ratio excuſat a pęna homicidij, quia pecunia illius eſt: neceſſe eſt, ꝙ excuſet in vtroque caſu, vel in nullo excuſabit. Reſpondetur, quòd bene adaptatur. Et patet ſic: nam in ſeruo eſt conſiderare duo, ſcilicet ꝙ homo eſt, & ꝙ potens laborare eſt: ſeruus aũt eſt ſeruus non quãtum ad id, qđ homo eſt: ſed inquantum laborare põt. Et iſta duo diſtinguit Cato in fine libelli ſui dicẽs.

Obiectio.

Reſpõſio.

Cum mercatus fueris ſeruos in proprios vſus.
Non illos ſeruos ſed homines eſſe memento.

Seruus inquantum homo nõ eſt ſeruus, ſed inquãtũ poteſt laborare ſeruus eſt.

Quia ergo dominus habet poteſtatẽ ſuper ſeruum ſuum inquantum ſeruus eſt, ſolũ habet poteſtatẽ quãtum ad ſ'm. ſ. inquantũ laborare poteſt, & non quantũ ad primum. ſ. inquantum homo: & quia ſeruus eſt pecunia dñi ſui, ſequitur ꝙ ſit pecunia inquantum eſt potens laborare, & non inquantum eſt homo: nunc aũt cùm ſ'm Philoſophũ in ſecundo de aĩa, viuere viuentibus ſit eſſe: vita hominis eſt eſſe hominis, vel eſſe hominẽ: qui ergo tollit vitã hoĩs tollit eſſe hominẽ: dñs ergo nõ habet directè poteſtatẽ ſuper vitam ſerui: cũ non habeat poteſtatem ſuper eum inquantũ homo, ſed inquantum potens laborare: ſi ergo tollat dñs vitã ſeruo, directè iniuſtum agit, & criminis homicidij re⁹ eſt. Dico aũt domino tollere vitam ſeruo directè: quia aliqñ poteſt tollere directè aliquando indirectè. Tollitur aũt vita indirectè per labores aut aliàs. ſ. cũ aliquis irrationabiliter excedit in laborãdo: neceſſe ẽ eũ deficere, & mori: vel ſi aliquis non ſumat cibos, quos dẽt: vel tantos, quanti requiruntur: vel ſi ęgrotans nõ adhibeat ſibi medicinã: ad omnia. n. iſta cõſequitur mors. Si ergo dominus ex cupiditate lucrandi cogat ſeruum irrationabiliter laborare, & ſic moriatur, tollit ei vitã, ſed indirectè: quia dominus non intendebat per hoc tollere vitã, ſed lucrari: vel ſi dominus ex auaritia non det ſeruo cibos neceſſarios, aut veſtes: vel cũ infirmatus fuerit non adhibeat ei neceſſariam medicinam: neceſſe eſt enim tunc mori. Dicitur autem dominus tollere vitam directè cum intẽdit occidere ſolũ: & cùm vita ſit eſſe viuentis, & eſſe hominem, qui vult tollere directè vitam alicuius, vult directè nõ eſſe hominem: & directè facit non eſſe hominem. Cũ ergo dominus non habeat poteſtatem ſuper ſeruũ ſuũ ſ'm ꝙ homo; ſed ſ'm qđ potens laborare, & ad vtrunq; iſtorum conſequitur viuere, neceſſe eſt, ꝙ aliquo modo dominus habeat poteſtatem ſuper vitã ſerui, & aliquo modo non: cũ viuere ſi eſſe viuentis, eſſe hominem erit viuere hominis: homo ergo directè habet vitam, quia ſ'm quòd homo. Laborans aũt etiã viuit, quia non poteſt laborare, niſi viuat: nõ tamen conſequitur directè viuere ad laborare, nõ habet ergo dominus directè poteſtatẽ ſuper vitã ſerui, ſed aliquo modo per accidens: cùm ergo dominus tulerit vitam ſerui per accidens, non eſt reus criminis: quia aliquo modo tollit quod pertinebat ad eum: ſi aũt tollat dominus vitam ſerui directè: tollit id, quod nullo modo eſt iuris ſui: & tũc eſt reus criminis. Tollit autem directè dominus vitã ſeruo quando aliquid agit, vt ſolũm tollat ei vitam, vt percutere eum lancea, vel enſe: quia hoc ad nihil eſt, niſi vt ſeruus moriatur: & quia tollere vitam directè eſt tollere eſſe hominẽ directè: ſup quo dominus non habet poteſtatem: ſed ſolũ ſuper ſeruum inquantũ eſt potens laborare, & ſeruire corporaliter: ideo iniuſtũ

Vita tollitur ſeruo indirectè per labores, & ciborũ ſubtractionẽ, & aliorũ neceſſariorum.

Dñs aliquo modo habet poteſtatẽ ſuper vitam ſerui.

F agit ſic occidendo. Et non poteſt iſto modo applicari illa ratio, quæ ponitur in litera, ſcilicet quia pecunia illius eſt: nã ſeruus nõ eſt pecunia domini ſui in iſto primo modo, prout ſolũ eſt homo: ideo non excuſat̃ ſic: quia aũt dominus habet indirectè poteſtatem ſuper vitam ſerui, ſi indirectè eam tollat non eſt reus criminis: licèt per accidens peccet inquantũ non tenet debitum modũ. Verbi gratia: ſi dominus tantũ cogat laborare ſeruum, vt laborando deficiat: vel tantum eũ ciborum pati cogit inopiã: vel defectum curationis in infirmitatibus, vt moriatur: nam non agit iſta dominus, vt ſeruus moriatur: quia dominus nollet, ꝙ moreretur, cũ eo moriente perdat dominus rem ſuã, ſed vt magis lucretur, cogit eum exceſſiue laborare: vel vt G pauciora conſumat, non dat ei cibũ ſufficientem, aut veſtes, vel curationem neceſſariam, & ſic per accidens moritur, & hoc modo tollit vitam per accidens eo modo, quo habet poteſtatem ſaltem ſ'm ius gentium: ideo non eſt reus criminis: nã tunc tollit ei vitam dñs vt rei ſuę potenti laborare, quia vt magis laboret per accidens occidit eum: & tunc ſi occidit eum, occidit pecuniam ſuã, & vt pecuniam ſuam: ſic. n. cum dominus corrigit ſeruum ſuum virga, etiã ſi moriatur, non eſt reus, quia tunc nõ percutit eum directè inquãtum eſt quidam homo ad tollendum eſſe hominem; ſed ꝑcutit inquantum eſt ſeruus ſuus potens laborare, & ſeruire, vt magis, vel melius laboret: ſi ergo cõtingat ſeruum ſic percuſſum mori, non occidit eum dominus H inquantum eſt homo, ſed inquantum eſt pecunia ſua. i. aliqua res ſua, vel poſſeſſio, vt emendet: & tunc rectiſſimè adaptatur ratio iſta. ſ. *Quia pecunia illius eſt.* Id eſt licèt ſeruus ſic percuſſus moriatur, nõ debet mori dominus, quia pecunia illius eſt. i. quia dominus non puniebat, vt occideret volens directè vindictam tanquam ab hoſte: ſed puniebat tanquam poſſeſſionem ſuã, vel tanquam aliquid emptum de pecunia ſua, & hoc vt emendaret. Si autem contingit quòd domino modicum aduertente percuſſus fuit ſeruus irrationabiliter, & mortuus, non debet vlterius dñs poniri: quia ſatis punitur cùm ſeru⁹ ſit pecunia illius. i. domini ſui, & per illam percuſſionem perdat eum, quia nõ intendebat aliquo modo delectari in occidendo eum: ſed I magis triſtatur: non ergo debet addi dolor dãno ſuo. Sicut ſi aliquis non rectè aduertendo occidit aſinum ſuum, vt bene moueat̃, cùm non intendat occidere, non debet vltra puniri, quia pecuniam ſuam perdit. Dicitur autem ſeruus pecunia domini ſui dupliciter: vno modo prout pecunia accipitur proprie pro moneta; & tunc dicitur ſeruus pecunia domini ſui, ideſt emptus pecunia domini ſui: ideo domin⁹ perdendo eum, perdit monetã, quã pro eo dedit. Alio modo accipitur pecunia generaliter pro omni, quod poſſidet̃, & tunc cùm ſeru⁹ ſit poſſeſſio domini ſui, vocabit̃ pecunia domini ſui, patet in quinto Etic. vbi tractat Ari. de diuiſione iuſtorum, cùm dicit quoddã iuſtum eſſe ad poſſeſſionem. ſ. ad ſeruum, & iſtud eſt iniuſtum de- K ſpoticum, ſcilicet ad ſeruos, & ſic diffinitur ſeruus ab Ariſt. in primo Politicorum capit. 2. in fine. Seruus eſt organum actiuum aĩatum ſeparatum homo exiſtens ſimpliciter alteri⁹, qđ ãt eſt ſimpliciter alterius. i. totaliter, poſſeſſio eius eſt: dato ꝙ ſit aĩatum: nã poſſeſſio diuiditur in animatam, & inanimatã, & organũ diuidit per animatũ, & in aĩatum: de his primo Poli. & 8. Ethi.

Si domin⁹ percutiẽs ſeruum ſuum virga occidit eũ nõ percutit eum, vt hoĩem directè, & ſic non eſt criminis re⁹.

Seruus dupliciter dicitur pecunia domini.

Diffinitio ſerui.

Alia lex.

Si rixati fuerint.

QVAESTIO XXIIII.

HIC eodem modo dirigitur iraſcibilis, ſicut in ſuperioribus regulis, Et ſupra dirigebatur, cùm

De abortu.

quis

quis percutit vel occidit rem viuentem ſolum, hic agitur cùm deſtruitur res, quæ interdum eſt viuens interdum non, ſed eſt in diſpoſitione propinqua ad viuere, ſcilicet defectu ad hoc exiſtente in vtero. *Si rixati fuerint viri.* Et ſic id quod ſit mulieri de abortu aliquo modo fit per accidens: quia viri inter ſe pugnabant, & aliquis eorum volens percutere alterum percuſſit mulierẽ pręgnantem: nam tunc tenet conditio legis. Si aũt aliquis directe pugnaret contra mulierẽ pręgnantem, & cogeret aborſum facere, non erat puniendus hac lege; ſed magis videtur agendũ eſſe cõtra eum tanquã contra verum homicidã. Et ſi dicas contra, quia pro occiſione mulieris pręgnantis dẽt occidi: vt patet in litera: pro abortiuo aũt non, vt dicitur. Reſpondetur, ꝙ verum eſt, quãdo ſtat conditio legis, ſcilicet ꝙ viri pugnent inter ſe, & aliquis eorũ occidat aliquam mulierẽ: ſi tñ aliquis vir directè intẽdens percutere fęminam: nec pugnans cũ aliquo viro, ſed cũ ea ſola aborſum pati coegerit, non videtur per hanc legẽ puniendus: cũ nõ ſtet caſus legis, ſed culpa maior eſt: debet ergo correſpondenter pęna eſſe maior, quę tñ maior eſſe debeat non videtur ex textu: deberet tamẽ rationabiliter, vt homicida iudicari. Sed in hoc iura canonica diſtinguunt, nam ſi cõceptus erat animatus in vtero, ita ꝙ homo eſſet: qui cogit mulierẽ pati aborſũ eſt homicida, & incurrit irregularitatem: ſi aũt fętus nondum ſit viuificatus, non eſt homicidium, cùm nõ occidatur homo: vt patet extra de homicidio in cap. ſicut ex literarum: & in Decretis 32. quæſt. 2. cap. quia verò, & cap. Moyſes. Eadem diſtinctio. Ponitur digeſtis de pęnis in l. ſi aliquid §. abortionis. Et licèt iſti qui, cogunt mulieres abortiri, non teneantur lege iſta Moſayca, nec canonica: cùm fętus non eſt formatus: tenebitur tamen lege Cornelia de ſiccariis, lege ſi mulierem: &. ff. ad l. Aquiliam ſi ſeruus. §. ſi mulier. Debet ergo intelligi iſta lex ita, ꝙ iſti, qui percutiunt mulierem pręgnantẽ non percutiant eam totaliter a caſu. Verbi gratia: ſi aliquis in loco conſueto iaceret ſagittas, & mulier prægnans faceret trãſitũ, ſi occideretur ipſa, & ſuus fętus, non tenebatur occiſor: quia non eſt maius priuilegium mulieris, quàm viri: ſed ſi aliquis vir a caſu occidatur, non eſt occiſor reus homicidij, vt patet ſupra, cũ dicitur: Qui aũt non eſt inſidiatus: ſed Deus eum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locũ, ad quem fugere debeat: ergo eodem modo mulier prægnans cũ fętu occidatur non eſt reatus homicidij. Poteſt autem alio modo aliquis impellere mulierem prægnantẽ, vel percutere eam calce inuolũtariè: quia eſt poſt eum: ita quòd nullo modo videt eam, & tũc dato, quòd patiatur aborſum, nihil pati debet talia faciens, nec etiam totaliter voluntarium debet eſſe, ſcilicet vt aliquis vir intendat eam percutere, quia tunc maiori pęna tenetur: vt ſupra declarauimus: ſed debet eſſe mixtum ex voluntario, & non voluntario, ſcilicet ſi aliqui duo viri rixentur: & aliquis eorum videt mulierem prægnantẽ, & non intendens eam percutere, ſed eum, cũ quo rixatur, tranſit ſuper eam, vel impingit in eam: non curans de ea vtrum lędatur, vel non: tenetur conditione huius legis. *Et percußerit quis mulierẽ prægnantem.* Non totaliter a propoſito, nec totaliter inuoluntariè, ſed aliquo modo medio: vt diximus ſupra. *Mulierem prægnantem.* Ponitur ſpecialiter de muliere prægnante: nã de alia muliere non tenet iſta lex. Et eſt duplex ratio: prima, quia mulieres prægnantes & maximè, q̃ ſunt propinquę partui, ſunt graues valde, ita quòd cum difficultate magna mouentur: ſi autem ipſa exiſtente immota aliqui viri venientes rixando impingant ſuper eam, puniuntur: & ipſa non eſt in culpa, quia non potuit effugere periculum: cùm eſſet difficilis valde ad motum: ſi autẽ eſſet alia mulier non

Obiectio.
Reſpõſio.

Quid ius canonicũ de hoĩbus cogentib⁹ mulieres abortũ facere ſtatuat.

Duplex ratio quare iſta lex ꝓponitur de muliere ꝓgnante.

A prægnans, quia faciliter moueri poſſet, ſi non effugiſſet periculum, videbatur ipſa eſſe in culpa: & ipſi viri percutientes, vel in eam impingentes, non videbantur tantum culpabiles, ſicut cùm impegiſſent in prægnantem. Secunda ratio eſt propter fętum, & periculum de aborſu, vt ponatur lex de aborſu: nam in mulieribus non prægnantibus impoſſibile eſt eſſe aborſum: ideo non erat neceſſaria in eis talis lex, ſed in prægnantib⁹. *Et abortiuum quidem fecerit.* Expellendo fętum immaturum ab vtero, & mortuum: & hoc ſiue fuiſſet viuificatus fętus antea, ſiue non; quomodocunque ſit aborſus fętus naſcitur exanimatus: ſed interdum, quia habuit animam, & mortuus eſt ex compreſſione vteri materni, vel labore matris: interdum aũt, quia non- B dũ animatus fuerat: lex aũt non diſtinguit hic de puerperio vtrum viuificatum ſit an non, ſed ſemper imponit pęnam pecuniariam. Licèt aliqui Iudęi dicunt, ꝙ oportet conſiderare vtrum fętus fuerit viuificatus an non: iura canonica hoc idem dicunt, & leges ciuiles, vt diximus ſupra. *Subiacebit damno.* Damnum dicitur a diminutione rerum, quæ poſſidentur, vel quaſi poſſidentur. Et iſto modo damnum diſtinguitur ab iniuria: quia iniuria reſpicit perſonam: damnum autẽ reſpicit directe res: ideo omne damnum pecunia reſarciri poteſt: iniuria aũt directè pecuniis conpenſari nõ poteſt: conpenſatur autẽ interdum per accidens ex voluntate patientis, & ex hoc aliqualiter ſuadetur, quòd intelligatur hic, quando fętus eſt aborſus nondum vi- C uificato fętu: quia tunc non occiditur homo, & non poteſt eſſe homicidium: ſed reducitur aliquo modo ad damnum: cùm aũt viuificatus eſt fętus, eſt homo: ideo occidendo illum directe cõmittitur homicidiũ, & fit iniuria, ſicut ſi patri occideretur aliquis de filiis ſuis iam natis: licèt ſit minor dolor de nõ natis, cùm extra multa pericula ſint. *Quantum expetierit maritus mulieris.* Si enim lex iſta intelligatur de fętu viuificato, ſatis apparet, ꝙ ſit rationale virum imponere quantumcunque de præcio voluerit, cùm filius eius occiſus ſit, & homo liber appreciari non poteſt: vt patet in legibus allegatis: ſupra in iſto cap. Si autem intelligatur, quando conceptus non erat viuificatus, adhuc rationabiliter imponitur, quia duo ſunt facta ibi mala. Primũ D pręgnantis mulieris percuſſio. Secundò fętus nõdum maturi importuna effuſio: & tamen non eſt intelligendum, quòd ſimpliciter quantum maritus mulieris petierit: tantum dandum eſt: quia maritus forte peteret omnia, quæ habet percuſſor, & plura: ita quòd eſſet adhuc neceſſe eum vendi in ſeruum, vt ſatisfieret petitioni mariti: ſed in hoc debent arbitrari iudices. *Maritus mulieris.* Licèt magis patiatur hic mulier, quã vir ſuus, quia ſiue fętus viuificatus, ſiue non, ita ipſa ꝑdit filium in actu, vel in potentia propinqua, ſicut maritus ſuus: inſuper ipſa paſſa eſt percuſſionem, & dolorem aborſus, & non vir: tamen petit vir, & non ipſa, & hoc quia vir eſt caput mulieris in diſpoſitione regiminis œconomici, vt patet prima ad Corint. 11. cap. & E ob hoc iura conſtituerunt, vt pro quibuſcunque cauſis ſuis aut vxoris ſuę, aut communibus ſibi, & vxori ſuę vir in iudicio peteret: quia mulieres importunę ſunt, niſi forte mulieri eſſet lis contra virum, vt forte in cauſa matrimonij ſui, vel aliàs. *Et arbitri iudicarint.* Non ſunt iſti iudices ordinarij in populo Hebræorũ, vel delegati ordinariorum: ſed arbitri conſtituti ex voluntate partis vtriuſque, vt conuenirent inter vtroſque: nam ſi nullus medius poneretur, nõ poſſent conuenire partes, quia damnum paſſus vltra rationem peteret, & damnum inferens, quod rationabile eſſet, non conferret: cùm ergo aliquid tale contingeret, ponebant partes iudices arbitratorios: & tunc petebat damnum paſſus, & ſententiabant arbitri:

Quomodo damnũ ab iniuria diſtinguitur

& quantum arbitri iudicassent, tantum tenebatur inferens damnum soluere. *Si autem mors subsecuta fuerit.* Scilicet percussio fuit tanta, vt non solũ mulier prægnans pateretur abortum, sed etiã moriatur, stabit pœna, quæ sequitur. *Reddet animam pro anima.* Idest si animam, idest vitã mulieris destruxerit, vita sua extinguetur. Communiter enim in sacra scriptura ponitur anima pro vita: sic dicitur Iudi. 6. c. Moriatur anima mea cum Philistiim: manifestum est, quod non intelligitur ibi de anima nostra, quæ immortalis est: sed de vita hominis, quæ cessat per mortem. Aliquando autem accipitur anima pro toto homine: sicut dicitur Gen. 46. c. & supra primo c. ꝙ septuaginta aĩæ ingressæ sunt in Aegyptũ de domo Iacob, idest septuaginta hoĩes: sed hic non accipitur illo modo. Aliqui Iudæi volunt, ꝙ non intelligitur per hoc, ꝙ percutiens mulierẽ prægnantem, & faciens pati abortum debeat occidi: sed ꝙ debeat puniri pœna pecuniria ad petitionem mariti, & arbitrorum sententiam: quia ille vir percutiens non intendebat occidere mulierem nec fœtũ destruere. Respondetur, ꝙ si totaliter vir fuit inuoluntarius ita ꝙ fuit a casu, & vir dabat operam licite rei, & adhibuit diligentiam quam debuit: non tenetur homicidij reus, & non solum homicidij, imò nec tenetur ad soluendum aliquam pecuniam: quia totaliter est immunis a crimine. Dato ergo, ꝙ fuerit eo modo, quo lex ista intelligit, scilicet aliquo modo sciens: & tamẽ non intendens directè occidere: necesse est, ꝙ vir occidens mulierem prægnãtem occidatur per istam legẽ. Ideo dictum illorum Hebreorum nullo modo potest stare, quia est manifestissimè contra literam: nam ipsi non faciũt differentiam, vtrum quis faciat mulierem solũ abortiri, vel occidat eam, & faciat abortiri. In primo casu dicit litera, ꝙ debet soluere percussor mulieris tantum quantum petierit maritus mulieris, & iudicauerint arbitri: in secundo reddet animam pro anima. *Oculum pro oculo.* Hoc non refertur ad superiora, nam ille, qui occidit mulierẽ prægnantem solũ mori debet: sed nõ reddit oculum pro oculo, nec dẽtem pro dente, nec aliquid alterum: sed solam vitam, cùm non fuerit ibi aliqua specialis lęsio. Et dato ꝙ aliquis occidens mulierem prægnantem, & faciens mori fœtum, frangeret oculos mulieris, & dentes cęteraque membra, non oportebat vt omnia hęc confrigerẽtur eidem: sed vt solũm occideretur: solũ ergo intelligun tur ista, cùm sint lęsiones speciales, & sine morte: vnde incipit hic sententia, scilicet. *Oculum pro oculo: dentem pro dente.* Scilicet ꝙ supra egit de casibus, in quibus infligebatur mors passo, & debebat infligi agenti: hic autem agitur quãdo solũ fuerat irrogata membri mutilatio, scilicet oculi, vel dentis, aut aliorum membrorum: & est ista lex generalis ad oẽs, siue Hebręos, siue conuersos de gentilibus, siue ad ipsos gẽtiles habitantes inter Hebręos: si qñ contingeret sic cohabitare: & hoc siue serui sint, siue liberi: dum tñ qui frãgit alteri dentem, aut oculũ, non sit dominus illius, cui ista frangit: quia tunc agendum est ſm legẽ infra scriptã, si esset seruus de Gentilitate natus.

Aliã sumitur dupliciter: vno modo pro vita: alio modo pro toto homine.

De pœna membri pro membro, & anima pro anima.

QVAESTIO. XXV.

OCVLVM pro oculo. Quidã dicũt sic debere intelligi, vt iacet. s. ꝙ si aliquis frangeret oculum alterius, ꝙ frãgeretur oculus eius: & si pedẽ frangeret, pes frangeretur eidem. Rabbi Salomon, dicit ꝙ nõ debet sic intelligi: sed ꝙ debent ista taxari pecunia. Ioseph aũt dixit medio modo, s. quòd erat respicienda voluntas ipsius, qui damnũ passus fuerat: & si vellet, ꝙ frangeretur oculus alteri, frangebatur ei: si aũt magis vellet pecuniam, recipiebat pecuniam ſm taxationem iudicum. Tenendum aũt est, ꝙ non eodem modo debeãt intelligi oĩa ista. Primum enim, quod dr, scilicet. *Animam pro anima.* debet sic intelligi, vt litera sonat: nam si quis alterum voluntariè occiderit, non est recipienda pecunia pro eruenda vita eius, sed morietur: qa effudit sanguinem innocentem, vel nõ qualiter debebat effudit: nisi forte consanguinei principaliores pepercerint occisori, & tunc possunt ab eo recipere pecuniam: sed lex nõ mãdat sic saluari occisores: in aliis aũt non debet intelligi ſm corticẽ literę, scilicet quòd eruenti oculũ eruatur oculus, quia non est eadẽ causa, quę in occidente: nam tunc pęnę rectè dãtur cũ equiparantur culpis: quia pęnę sunt medicinę vitiorum, vt ait Philosop. in 2. Ethi. & Cato circa finem operis sui: Cũ ergo quis mortẽ infligit, ęquale est vt mors ei infligatur: nec potest hic errari: quia si aliquis debet occidi, qualitercunq; puniatur, non est periculum: eũ autẽ quispiam alterius oculum frangit, aut crus, recta pęnę commutatio videbatur, vt ei crus frãgeretur, aut oculus: si autẽ in frangendo oculum, vel crus nullo modo errari posset, vel euenire aliquod periculum, sicut in irrogando alicui mortẽ: si tamen crus debeat frangi, magnum periculũ est: quia ille, qui primo fregit crus, egit per accidens non intendens, ꝙ bene vel male frãgeret, & accidit ꝙ sic fregit, vt non moreretur ille, cui crura frangebãtur: si autem postea crura, siue vnum crus frãgi debeat fractori cruris alieni, accideret, quòd taliter frangeretur, quòd moriatur, & tunc irrogabitur ei maior pęna, quàm fuerit sua culpa: quia pro sola vulneratione ei mors infligitur. Sic patet de latronibus, qui cum Christo crucifixi erant, qui post fractionem cruruum expirauerunt, vt patet Matt. vigesimo septimo ca. sed de istis non est mirandũ: quia illi, q fregerunt eis crura, egerunt a proposito, vt morerentur: ideo taliter fregerũt; ꝙ mortui sunt: ad Christum autem cùm venerunt, & vellent crura frãgere, vt moreretur, quia eum iam expirasse inuenerunt, nõ confregerunt crura: vt patet Io. 19. capit. Patet autem hoc melius in his, quibus manus abscidũtur: quia forte securis non percutit in ea parte, vbi ossium capita cõiunguntur. sed intra ossa brachiorum, & contingit mori tales: idem de euulsione oculorum, quia pericula accidere possent, vt si radices prouenientes a parte interiori capitis totaliter eruerentur tantus sanguis effluere t, ꝙ contingeret exoculatum sic mori. Debebat ergo in his dari oculus pro oculo, idest si alicui abstrahe retur oculus, idest si aliquis erueret oculũ alterius deberet cõsiderari quantum damnum incurrebat eruẽdo illum: & illud debebat ei dari. *Dentem pro dente.* In fractione dentis multa damna sunt. Primum, quia nõ potest cibus ita mandi, sicut existente illo: & si multi deficiant nullo modo erit perfecta masticatio, qd est causa malę digestionis; vel quòd oporteat accipere cibos teneros, & fluidos, qui masticatione nõ egeant, & videantur magis appropinquare ad naturam potus quam solidi cibi: tollitur etiam oris pulchritudo: magna namque deformitas est amisso aliquo dẽte de anterioribus: est & vlterius aliud valde magnum dãnum scilicet locutionis exsufflatio, nam qui perdidit dentem, non potest bene loqui, quia aer eductus ab interioribus subtiliatus illiditur ad dentium obstacula, & sic perfectè formatur vox: cùm autem hiatus aululi dentis patet, medietas verbi exsufflatur: quod valde magnum damnum est: maximè quantum ad quasdam personas, quarum vita & officium est in locutione, sicut prædicatores, procuratores, sacerdotes, & omnes docentes. Secundum ista ergo debet existimari damnum dentis. Deformitatis autem ratio non habe-

Pęnę medicinę sũt vitiorum.

Quãta mala incurrit homo per oblationẽ alicuios dentis.

habebitur. *Manum pro manu.* Vt si aliquis alteri manum amputauit, quia iam ad operandum ineptus est, debet ei dare tantum, quãtum ille vtramque manum tenẽdo acquireret, vel saltem debet cum suis sumptibus alere. *Pedem pro pede.* Vt si pedem confregerit, vel amputauerit quispiam alteri, tantum dabit, quantum iste passus nunc minus potest, quàm antea poterat. *Adustionem pro adustione.* Vt si quis adussit alterum, tantum patiatur, vel soluat, quantum fuit damnum adustionis: vt quia fortè nerui cõtracti sunt, & aliqua pars corporis ad operandum inepta facta est, vt contingit fieri ex igne: & hoc quia aliqui duo fortè rixabantur, & vnus alterum proiecit in ignem, vbi in aliqua corporis parte exustus est. Vel fortè vnus arrepto torre flammato percussit alterum, atque combussit, debet namque compensatio in his haberi, sicut in cœteris. *Vulnus pro vulnere.* Vulnus est quando nulla pars corporis abscisa est, vel eruta, vel fracta: sed in carne diuisio facta est, & postea curata: sicut accidit in percussionib⁹ gladiorum, & ex tali vulnẽre sanguis erumpit. *Liuorem pro liuore.* Liuor dicitur quando aliquis baculo, vel lapide percussus est nõ fracta, vel amputata aliqua parte corporis, sed multus sanguis reductus fuit ad locũ per cussionis, & denigratus atq; tumefactus, nullus tamen effluxit, quia cutis sectio non facta est. In vtroque autem horum, siue vulnere, siue liuore aliqua satisfactio imponenda est, & dato ꝙ ipsi percussi habeant plena officia omnium membrorum, saltem pro dolore aliquid satisfaciendum est: sic autem faciendo non est talio, idest pœna, quæ vocatur talio siue cõtrapassum, vt nominat eam Phylosophus in 5. Ethyc. quia contra passum est, cùm per idem fit retributio in peccantib⁹, cùm autem corporis pœna in pecuniariam transmutatur, fit retributio ęquiuoca, & non est cõtra passum. Sed adhuc videtur aliqualiter rationabiliter dici posse, quòd istæ pœnæ sic infliguntur: nam & in legibus modernorum pœnæ abscisionis manuum, & pedum interdum iubentur. Vt aliqua crimina sunt, pro quib⁹ aures abscinduntur, & manus, & non imponitur pro illis pœna mortis: & aliquando tamen cõtingit, quòd abscidendo manum moriatur is, cui abscisa est, & tamen intentio imponentis pœnam non erat, vt sic puniretur: non ergo debet propter periculum dimitti, quando tales pœnæ infliguntur, quia licèt sequatur mors, imputetur ipsi peccanti: nam ex demeritis suis se talem constituit, vt in tali periculo poneretur. Sed magis dicendum est, quòd non fiant talia pœnarum genera: nam hic mandatur dari pes pro pede: in abscisione autem pedis manifesta mors; ideo nunquam reperietur in legibus modernorum, vel antiquarum politiarum, vt alicui pedes abscinderentur, nisi condemnarentur ad mortem, quia clare mors sequitur ex pedum amputatione: manuum autem amputatio aliquando iubetur, quia abscindendo eas, nũquam mors sequitur, nisi erratum fuerit in amputando. Lex tamẽ Mosaica, si satis per eam discurratur, solùm reperietur habere duo genera corporalium pœnarum, scilicet mortem, aut flagellationem. In morte autem erat diuersitas, vt patet, quia aliquando comburebatur reus mortis, vt patet Leuit. 21. ca. de filia sacerdotis magni, quæ in domo eius existens in puellari ętate fornicabatur. Aliquando reus lapidabatur, vt patet Leuit. 20. in omnibus illis peccantibus, & Deuteron. 21. & in locis multis. Aliquando reus mortis suspendebatur, & hoc erat communius, vt patet Deuter. 21. cap. Erat autem alia pęna corporalis, quæ non erat ad mortem, scilicet flagellatio: nam cùm aliquis peccasset, si morte dign⁹ non erat, prosternebatur coram iudicibus, & ibi flagellabatur secundum quantitatem delicti, dum tamẽ flagella non excederent 40. vt patet Deuter. 25. capitulo.

Liuor quid sit.

Lex de dẽte, p dẽte, & de oculo p oculo, & literaliter intelligi potest.

In tota lege Mosaica nõ erãt nisi duo genera pęnarũ corporalium.

Cœtere autem pœnæ pecuniariæ erant. Et sic cùm fractio oculi nõ esset digna morte, vel amputatio manus, vel aductio, aut vulnus, siue liuor, non debebant isti mortem pati, quia talia egerant: rursus nec videbantur solùm debere flagellari, quia 40. flagella non æquiualent erutioni vnius oculi, vel amputationi manus: reducenda sunt ergo ista ad pęnam pecuniariam, & si non haberet percussor, vnde solueret, aut flagellaretur, aut venderetur in seruum, & sic satisfaceret iniuriam passo. Quia autem non debebat fieri contra passum hic adhuc clarius: patet, ex litera huius capit. Nam si ista litera, scilicet oculum pro oculo, dentem pro dente, deberent sic intelligi, vt iacet, quicunque alterum percuteret, quomodocunque eum percuteret, semper percutiendus erat, patet: quia percutiens alterum; aut mortem inferret, & tunc secundum dispositionem, & distinctionem legum supra positarum occidendus erat: si autem nõ occideret, necesse erat, aut aliquod membrum amputari, & tunc reddebatur oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, vt ponitur hic: si autem non abscinderetur membrum aliquod, vel eruueretur: necesse erat, aut effundi sanguinem ex percussione, & tũc erat vulnus, aut non effundi, & tunc erat liuor. Quodcunque autem istorum sequeretur secundum istam legem, sic in cortice intelectam, necesse erat, vt vulnus inferretur pro vulnere, & liuor pro liuore, & sic omnis percutiens repercuti debebat. Sed hoc repugnat literæ supra positæ, scilicet si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suũ lapide, vel ligno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo, si surrexerit, & ambulauerit super baculum suum, innocens erit, qui percusserit: ita tamen, vt opera eius, & impensas in medicos restituat. Ecce qualiter si mortuus non fuerit percussus, percussor innocens est, idest nullo modo contra eũ potest agi criminaliter, nec infligi pœna corporalis: nam ille dicitur innocens, qui iudicatur nullo modo esse nocens: si ergo iste iudicatur innocens nullo modo debet cõdemnari ad aliquam pœnam corporalem. Sed fortè dices, quòd iste vocatur innocens quantum ad pęnam mortis, sed quantum ad alias nocens est, scilicet ꝙ debeat puniri corporaliter. Respondetur, quòd non potest stare. nam in litera subiungitur: innocens erit, qui percusserit: ita tamen vt opera eius, & impensas in medicos restituat: solùm ergo dicit debere restitui expẽsas, & opera: ergo nullo modo debet repercuti percutiẽs: nam si repercuti deberet nominauisset talem pęnam, cùm ipsa sit magna, & magis deberet nominari, quàm pecuniaria, quæ minor est. Item si percutiẽs alterum, qui non moritur deberet tantum repercuti iniustissima esset punitio, quòd repercuterẽ, & insuper, quòd solueret omnes expensas in medicos, & opera perdita, sed imponuntur ibi omnia, ergo non debet imponi alia pœna corporalis. Et patet clarius, nam si aliquis alterum percusserit, qui nõ moriatur immediatè, sed post aliquos dies, dum tamen non surrexerit à lecto, vel conualuerit, percussor mori debet, & tunc non imponuntur ei soluendæ aliquæ impensæ, aut opera perdita, licèt multæ factæ fuerint pro ipso percusso ante mortem: sic ergo si pœna æqualis poneretur cuilibet percutienti, scilicet oculum pro oculo, dentẽ pro dente, & cœtera, nullo modo imponeretur postea pœna pecuniaria, quæ tamen imponitur. Concluditur ergo manifestè, quòd Deus non mandabat fieri talionem, scilicet vt eruueretur oculus eruenti oculum, & sic de cœteris, sed quòd ista deberent redigi ad existimationem, & hoc est vltra dispositionem illius legis superioris. *Si rixati fuerint viri.* Nam ibi percussor mandabatur restituere impensas, & opera perdita in tempore curationis, sed pręter hoc venit ista lex, scilicet vt detur oculus

In lege Mosaica Deus non mandauit fieri cõtra passum, cùm mandauit oculum pro oculo.

oculus pro oculo, idest damnum oculi eruti, quòd sustinebit ipse, qui passus est, restituatur ei, vel qui perdidit manum restituatur ei damnum abscisæ manus, idest omnia damna, quę in futurum sustinebit cũ non potuerit operari, & sic de cœteris. Circa istam talionē tamen an fieret realiter, vel in pecunia extimaretur, vtraque positio defendi potest sine prȩiudicio, de quo infra dicam Leuit. 24. & Matth. 5. Quia ista lex supra posita oculum pro oculo, &c. si intelligatur ad literã sic, vt iacet, vocatur lex contrapassi, vel lex talionis.

Vtrum lex contrapassi seu talionis, scilicet oculum pro oculo, dentem pro dente, sit simpliciter iusta.

QVAESTIO. XXVI.

CONsiderandum est, vtrum talio siue cõtrapassum sit simpliciter iustum. Respondetur, quòd quidam dixerunt contrapassum esse simpliciter iustum, idest totaliter iustum, sicut fuerunt Pytagorici, qui in hoc totum iustum ponebant, & fundamētum est eorum, quia iustitia est quædam æqualitas, vt omnes homines confitentur, & sic dicit Phylos. in 5. Ethyc. sed tunc est propriè æqualitas, cùm alicui tãtum infligitur quantum dedit, ergo contrapassum est simpliciter iustum. Item patet hoc ex sententia Rhadamanti, ꝗ fuit iustissimus iudex apud Gentiles, vnde eum Poetica fictio apud inferos animas iudicare posuit, cũ alijs duobus consocijs, scilicet Minos rege Cretensim, & Eaco auo Achillis, vt ait Ebrardus, scilicet,

Tres apud inferos consortes sunt quasi reges.

Et de hoc Seneca in Tragȩdia prima, quæ intitulat Hercules furens in narratione Thęsei: de his, qui in inferno erant circa finem Tragædie: ponit autem Phylos. in 5. Ethyc. sententiam huius Rhadamanti dicens: Rhadamantus iustum dicit, si patiatur qui fecit, vindicta recta fiet. In contrarium est Aristo. in 5. Ethyc. vbi tractat de medio iustitiæ, & probatur sic: Si cõtrapassum esset iustum simpliciter, cõueniret totaliter iusto distributiuo, aut totaliter, iusto commutatiuo, sed nulli eorum conuenit: ergo non est simpliciter iustum. Consequentia patet, quia iustum diuiditur per iniustũ legale, quod comprehendit omnem virtutem, & hoc non vocamus iustitiam communi nomine, quia accipimus iustitiam, vt distinguitur contra alias virtutes, sed accipimus magis specialiter: alio mō accipitur iustitia pro iustitia particulari, quę est virtus distincta cõtra alias virtutes, & ista diuiditur per distributiuam, & cõmutatiuam: necesse est ergo quòd id, quod est iustum simpliciter, sit iustum secundum iustitiam commutatiuam, aut distributiuam. Antecedens quòd contrapassum non sit iustum simpliciter scilicet, vel secundũ distributiuum, vel commutatiuum: patet, quia non est contrapassum iustum simpliciter secundum iustitiam distributiuam. Nam iustum distributiuum est, cũ aliquibus duobus distribuuntur lucra, aut damna, pęnę, vel honores, & hoc nō quòd vnus det alteri, quia tunc commutatiua est, sed quòd aliquis tertius det vtrique: in contrapasso non est quicquam tale: nam vnus dat alteri, siue infert alteri contumeliam, vel honorem, & postea recipit ab altero simile, & dato ꝙ non recipiat ab illo, cui dedit, recipit à iudice, ꝗ vindicat illius iniuriã, vt iniuriam politię, cùm patiatur iniustum quędã pars politica: in primo tamen vnus recipit ab altero dãnum, vel cõtumeliam, & sic de similibus. In iustitia autem distributiua non comparatur vnus de duobus ad alterum, quia nihil recipit ab eo, aut patitur, sed ambo cõparantur ad tertium distribuentem eis aliquid: ergo contrapassum, quod est per comparationem vnius ad alterum, nullo modo ptinet ad iustitiam distributiuã.

Quid sit iustum distributiuũ

F Nec etiam dici potest, quòd in contrapasso sit iustum commutatiuum, est autem iustitię commutatiuę materia id, in quo vna persona communicat alteri dando ei aliquid, vel auferendo: ita quòd sit comparatio duorum inter se, & non mediante aliquo tertio, vt ꝙ aliqs det alteri honorem, vel auferat, est iustitia, vel iniustitia cõmutatiua: quòd aliquis det aliquid, quod debet, vel tollat ei qđ non debet, est iustitia, vel iniustitia commutatiua, & sic sunt multę species iustitiæ, vel iniustitiæ commutatiuę. Et hoc quidem siue circa commutationes voluntarias, siue inuoluntarias. Circa voluntarias, vt sunt emptio, & venditio, mutatio, fideiussio, vsus, depositio, & conductio, locatio, & præcarium. Est etiam circa commutationes inuolũtarias ex parte G vnius commutãtis: & istæ sunt duplices: quędam sunt occultę, vt Męchia, beneficium, paragogia, serui seductio, dolosa occisio, falsum testimonium. Aliæ sunt commutationes inuoluntarię manifestę, quę sunt violentæ, vt verberatio, vinculum, mors, rapina, orbatio, accusatio, iniuriatio: de his Arist. in 5. Ethy. latè distinguit. De hoc autem iusto commutatiuo, patet ꝙ non conueniat iustum, quod est per contrapassum: & sit prima ratio, quòd licèt contrapassum alicubi sit bonũ commutando, non tamen semper. Et arguitur sic: si contrapassum est iustum simpliciter, ergo vbicunque fuerit iustum cõtrapassum erit iustum simpliciter: sed alicubi est contrapassum, & nō est iustum simpliciter: ergo non est contrapassum iustum simpliciter. Con- H sequentia patet, antecedens pro prima parte patet, per significationem huius termini simpliciter, idest totaliter: si ergo simpliciter est iustum, idest totum iustũ, nullum contrapassum reperietur, qđ sit iniustũ: secunda pars antecedētis patet, quia multi casus sunt, in quibus cõtrapassum est iniustum: verbi gratia, si princeps percutiat rusticum, non est iustum, quòd repercutiat: quia magis puniretur, quàm deliquit, cùm maiorem iniuriam, siue pœnam patiatur ipse, si repercutiatur, quàm patiatur rusticus, si percussus fuerit. Etiam si rusticus percutiat regem, non solùm oportet repercuti, sed etiam iugulari, & multa mala pati, quia non æqualia patitur, cùm repercutitur eis, quæ egit quando percussit regem. Ex hoc autem aliqualiter videtur, quòd I Deus nolebat contrapassum in lege veteri fieri, licèt litera videatur sic sonare, quia ad istam literam omnes obligabantur. Et arguitur sic: Deus non mandauit aliquid qđ de se iniustum esset, nisi in fauorem omnium Iudæorum, (quod dico propter aliqua iniusta, quæ eis ad duritiam cordis eorum permissa sunt, vt patet Matth. 19. cap. in fauorem omnium, quia omnes erant imperfecti, sicut vsuræ ad Gentiles, & libellus repudij, vt patet Deuter. 24. cap.) lex autem contrapassi non erat in fauorem omnium, quia erat solùm in fauorem percussi aliquoties, & aliquando in fauorem percutientis: vt si percutiens erat maioris dignitatis, lex contrapassi erat in fauorem passi: si autem patiens erat maioris dignitatis, lex dabatur in fauorem percutiētis: ergo si lex K contrapassi erat iniusta, non debebat eis dari, quia tũc eodem modo possent omnes leges dari iniustè, cùm non sit aliqua lex, quæ interdum sic, vel sic posita non sit fauorabilis illi, interdum autem alteri. Quia autem lex contrapassi sit iniusta eo modo, quo posita est hic, & Leuit. 24. cap. si ad literam intelligatur: patet, quia Leuit. 24. cap. dicitur: Qui irrogauerit maculam alicui ciuium suorũ, sicut fecit sic fiet ei, &c. Et postea subiũgitur: ęquum iudicium sit inter vos, siue ciuis, siue peregrinus peccauerit, quia ego sum Dominus Deus vr̃. Ex quo innuit, quòd siue rusticus, siue dominus, princeps, vel rex, vel aliquis miser peregrin⁹ pateretur, aut ageret: æqualis retributio cõtrapassi fieri debebat: sed manifestè est hoc iniustũ, si fiat realiter contrapassum.

Quid sit iustum cõmutatiuũ

Deus in lege veteri non volebat totaliter contrapassum.

Nō est aliqua lex quãtuncũque iniusta, quę nō sit fauorabilis vni partium.

Nam

Nam si peregrinus percutiat dominum ciuitatis, non solùm debet repercuti: vel si dominus ciuitatis percutiat peregrinum, non oportet, quòd percutiatur, sed ꝙ aliam pœnam patiatur maiorem: ergo non intēdit lex ista diuina contrapassum. Istam rationem tangit Phylosophus in 5. Ethyc. cùm dicit: Multis enim in locis dissonat: puta si principatum habens percussit, non oportet repercuti, & si principem percussit, non percuti solùm, sed & puniri. Item magna differentia est in faciendo aliquid, vtrum aliquis illud voluntarius, vel inuoluntarius faciat, sciens, vel nesciens: sed contrapassum non respicit ista, sed solùm, ꝙ pro tanto reddatur tantum: ergo contrapassum non est iustum simpliciter. Antecedens patet, quia lex punit hominem male agentem, vel præmiat bene agentem: homo autem dicitur bene agere, vel male agere, secundũ quòd agit per principia humanorum actuum, quę licèt sint tria, scilicet intellectus, appetitus, & sensus, vt patet in principio 6. Ethyc. propria tamen principia sunt duo, scilicet intellectus, & appetitus: nam sensus licèt sit principium actuum humanorum, non est principium eorũ, inquantum sunt humani, sed inquantũ sunt actus animales: intellectus autem, & voluntas sunt principia eorum, inquantum sunt actus humani, quia in nullo alio animali ista principia, vel aliquod eorum reperitur, nisi in homine: cùm autem aliquis agit voluntari⁹ agit per duo principia humana, scilicet intellectum, & voluntatem: cùm autem agit non voluntarius, scilicet nesciens quid agat, vel nolens illud, licèt cognoscat, ita agit violenter. Primo ergo modo, quia agit vt homo, debet præmiari, vel puniri. Secundo modo, quia non agit per principia humana, non debet puniri, vel præmiari. Item patet in rectis distributionibus pęnarum: nam cùm quis peccauit non solùm punitur quousq; satisfaciat de damno, vel iniuria illata, sed vlterius punitur pro culpa commissa: verbi gratia. Si aliquis furetur duas oues, solùm facit hic damnum duarum ouiũ, quæ deficient in substantia eius, cui ablatæ sunt, si aũt restituãtur duæ oues, totum damnum resarcitum est: & tamen lex nō solùm mandat duas oues restitui, sed octo: nam pro qualibet oue quatuor restituuntur, & pro qualibet boue quinque, vt patet sequēti capitulo: Videtur ergo, quòd illud quod insuper restituitur, est pro mala voluntate nocendi, aut quod suum non erat tollendi: si ergo detur, quòd aliquis non habuerit malam voluntatem in faciendo aliquod damnum: quēadmodum sunt nescientes, non volentes, & scientes coacti, quia isti non debent puniri pro mala voluntate, quam non habuerunt, cùm nullam habuerint. Et patet hoc magis, quia quædam peccata sunt, in quibus nullum damnum, vel iniuria est proximo, & tamē puniuntur in istis legibus: ergo videtur, quòd talia sunt punita propter voluntaria esse, & mala: ergo voluntarium, & inuoluntarium multum faciunt ad quantitatem peccati, & punitionis. Sed in contrapasso non respicitur, vtrum fecerit voluntariè an inuoluntariè, magis voluntariè an minus: ergo non est iustum. Patet hoc, nam cõtrapassum secundum se solùm est, vt qui talia & tanta egerit, talia & tanta patiatur, iuxta sententiam Rhadamanti, vt ait Arist. Hanc rationem tangit Aristot. in 5. Ethyc. cùm dicit: Adhuc & inuoluntarium, & voluntarium multum differt. De contrapasso autem dicendum est, quòd licet non sit iustum simpliciter, est tamen iustum aliquando velut sic. Pro quo considerandum, quòd in iustitia commutatiua, aut commutatur res, quæ est extra personam, aut commutatur aliquid quod non est extra personas. Si autem sit id, quod commutatur extra personas dicēdum, quòd cõtrapassum est totaliter iustum, vt si aliqui duo commutent vinum, & panem, vel vinum pro denarijs, &

Volũtariũ & inuolũtariũ multũ faciunt ad quãtitatē peccati.

Principia actuũ humanorum tria sunt.

Aduertæ qñ contrapassum est totaliter iustum.

A sic de similibus, debet semper conseruari contrapassũ: ideo siue rex emat vnum equum, siue rusticus homo, debet dari tantum pro equo, quantum valet: si enim valet mille, rex debet dare mille, & rusticus si emerit dabit mille, quia hic non veniunt directè personæ ad commutationem, sed res, scilicet equus, & pecuniæ. Est autem fundamentum omnium horum, ꝙ iustitia secundum communem omnium conceptionem est quædam æqualitas, ideo siue sit distributiua, siue commutatiua, semper debet seruari æqualitas, sed in accipiendo æqualitatem falluntur multi: nam debet accipi æqualitas in eo quod est materia iustitiæ, siue in commutando, siue in distribuendo: nunc autem cùm equus commutatur pro pecunijs, scilicet quia vēditur B directè, veniunt ad istam commutationem duo hæc, scilicet equus & pecuniæ, vel quælibet alia res venalis & pecuniæ, vel vna res venalis & reliqua, per accidens autem veniunt duæ personæ, scilicet emptor, & venditor: iustitia ergo commutatiua, quæ est hic ęqualitas, debet respici secundum ea, quæ per se, vel directè veniunt ad commutationem, cuiusmodi sunt equus, & pecunia; ideo ista sic debent ęquari, vt nec pecuniæ superent valorem equi, vel equus non superet valorem pecuniarum. Alia duo adueniunt per accidens, scilicet persona emptoris & venditoris, & in istis, siue sit ęqualitas, siue nō, nihil refert: & sic licèt rusticus emat, non debet plus dare de precio, quàm rex, nec rex minuet de precio, quod dare deberet rusticus. Aliquãdo C autem fit commutatio in eo, quod non est extra personas, vel quod tangit secundum se personas, sicut cũ fit commutatio in pœnis: aliquis enim percussit alterum, ista percussio est iniuria, & debet cõmutari cum altera iniuria, vt ergo fiat iustitia debet esse æqualitas in iniurijs, aliàs iniustè commutabitur: sed quia iniuria & honor tangunt personam, quia sunt in ea, augetur quantitas eorum ex quantitate personę, & diminuitur ex paruitate dignitatis personę. Sunt autem & hic, sicut ante dicebamus, aliqua, quę per se attenduntur, scilicet iniuria, & iniuria, & aliqua quæ per accidens, scilicet pœna, siue percussio inflicta, & id quod alteri infertur. Iustitia ergo quæ est ęqualitas, debet ęquare iniurias: ita quòd si rex iniuriam fecerit rustico, ꝙ tanta D iniuria fiat regi, aliàs si quid magis de iniuria rusticus recipiat, quàm rex, nunquàm erit iustitia, vel è contrario si rusticus iniuriam faciat regi, tantam debet recipere quantam fecit regi. Quia autem fiat ęqualitas percussionum per accidēs est ad æqualitatem iustitię, vnde si æquatis iniurijs percussiones, vel damna fuerint inæqualia bene factum est, nec propter hoc tollitur iustitia: si autem ęquatis iniurijs ęquentur percussiones, etiam bene factum est: tamen non est magis bene factum, quòd ęquentur percussiones, quàm quòd non ęquentur, dum tñ sint ęquatæ iniuriæ. Percussiones autem, quę sunt hic per accidens sunt causatiuę maioris iniurię, vel minoris secundum maioritatem, aut minoritatem dignitatis personarum. Nam si rusticus suscipiat alapam iniuria ē: si autem rex suscipiat alapam, E valde maior iniuria est, quia qui percutit rusticum soli rustico iniuriam facit, qui autem regem percutit, non soli illi homini regi iniuriã facit, sed etiam toti regno, cùm rex sit persona publica, in quo totus honor, & dominium consistit: sicut ergo percutiendo omnes de regno maiorem iniuriam facit, quàm percutiendo vnũ solùm: ita percutiendo regem maiorem iniuriam facit, quàm percutiendo quemlibet de regno per se, vel multos simul. Sicut ergo non est iustum, ꝙ si totum regnum occidit vnum hominem, quòd totum regnũ pereat, vel destruatur gladio, ita non est iustum, quòd si rex occiderit vnum rusticũ, quòd occidatur pro eo, vel si percusserit rusticum, ꝙ percutiatur pro eo, sed ꝙ

In accipiēdo ęqualitatē iustitiæ multi falluntur.

Qui rusticũ percutit illi soli iniuriã facit, qui vero regē pcutit toti regno facit iniuriã

alia

alia pœna imponatur regi, quæ tanta sit respectu personę regis, sicut fuit iniuria rustici: tāta autem fit iniuria regi, ꝙ aliquis dicat ei verba dura, quanta rustico si flagelletur, & adhuc maior: per istum ergo modū tentandum est iudicare, vel determinare circa casus particulares secūdum arbitrium virorum prudentū, & fiet sic rectitudo iustitię cōmutatiuę: sicut ergo ē in rege, ita est in cęteris dñis temporalib', & iudicibus cęteris, qui officia publica, aut dignitates ciuiles administrant, vel gerunt: nam representāt cōitatem. Sic in ꝓsonis spiritualibus. s. Ecclesiasticis: nam oportet respicere Prælatos maiores, & minores vsq; ad illos, q ita subdūtur alicui, ꝙ nullum subiectum habent. Nam in his oībus eadē radix est. s. ꝙ gerunt vicem cōitatis, cùm sint ꝓsonę publicę, ideo offendēdo, vel iniuriando illos maior fit iniuria, q̄ offendēdo quamlibet aliam personā: & sicut est differentia in āqutitate, & honore cōitatū, quibus tales personę p̄sunt, vel quarum vicem gerūt, ita est differentia in magnitudine iniurię ꝓ eodē facto.

Dubium. Sed aliquis dubitabit quare circa actiones iniuriarum, aut honores dī esse magnitudo in iniurijs, vel honoribus, & circa res, q̄ cōmutantur non accipitur magnitudo à personis.

Solutio. Respondetur, ꝙ aliquid accipit maioritatem, vel minoritatem ab altero s̄m ꝙ aliquo modo agit naturam eius, vel identificatur ei: res aūt q̄ cōmutantur, vt equus, & pecunię, nullo modo sunt ꝓ hoīes, sed ꝓ seipsa habent esse: equus namq; per seipsum est, & pecuniæ per seipsas: sicut ergo ista in natura sua per se sunt, ita magnitudinem suam à se hnt. i. licèt precia rerum ab hominibus imponantur, nō sunt in ipsis hominibus, sed in rebus, quia res sunt, q̄ valent, & sic magnitudo, aut dignitas personę per accidens considerat̄ quātum ad talia. In actionibus autem iniuriarum, vel honoris est magnitudo iniurię, vel honoris ab ipsa ꝓsona recipiente, vel faciente. Et ratio est, quia vnde res habet naturam, inde habet magnitudinem suam, & cęteras proprietates, quia ad esse consequitur bene esse, aut sic, vel sic esse. Cùm ergo actiones iniuriarum, vel gratiarum, aut honores non sint nisi in ipsis personis, & ab ipsis personis, ita sine illis nullum esse habēt. Sicut ergo se habet esse ad esse, ita se habet magnum esse ad magnum esse, & sic esse ad sic esse: sed esse iniuriam non est nisi in persona: ergo esse magnam iniuriam est ad magnam personam, & esse paruam iniuriā ad paruam personam. Et cōsideratur magnitudo, aut paruitas iniurię nō respectu cuiuslibet personę: sed solius recipientis, vt cōiter, licèt aliquando attendatur ad illum qui agit: sed hoc est per accidens. Ratio est, quia iniuria recipit magnitudinem ab eo, in quo est, sed iniuria est in eo, cui fit, & nō in eo, qui facit, quia percussio non est in percutiente, sed in percusso: nam vt ait Phylos. in 2. de Anima, passio, & actus sunt vnus motꝰ, cùm ergo passio sit in patiente, & actio erit in patiēte, quia terminatur ad illum: totum. n. quod agit agens, patitur patiens. Et si dicas aliquando esse maiorē iniuriam in eodem actu ex persona agēte, vt si quis percutiat vnum virum, & sit hostis eius, magna iniuria est: si tamen percutiat eum amicus suus maior iniuria est: si autem filius suus maxima ē. Ecce enim variatur hic magnitudo iniurię, & nō variatur ille, cui fit necidem actus: ergo contingit à variatione facientis eam, ergo aliquam quantitatem sortietur iniuria à faciente. Respondetur, ꝙ falsum est: nam cùm iniuria nullo modo sit in agente, sed in patiente, non erit magnitudo eius ab agente, sed à patiente: cùm aūt dicis, ꝙ in exemplo præsignato variatur persona agens, & non patiens, & tamē variatur magnitudo iniurię: respondetur, quòd falsum est; nā sicut mutatur hic persona agens, ita patiens, & non refert, ꝙ mutetur persona agens, dum tm̄ mutetur patiens. Et si dicas, ꝙ idem homo est, q vtrobiq; patitur: respondetur, ꝙ materialiter est eadē persona: formaliter tamen plures personę sunt: nā si aliter viro facit iniuriam hostis, patiens persona est hostis: si autem eidem viro faciat iniuriam amicus, patiens persona est amicus, & si eidem faciat iniuriam seruus suꝰ, patiens persona est dñs: si autem eidem faciat iniuriā filius, patiens est pater: nunc ergo hostis, amicus, dñs, pater, quatuor sunt, & non vnum tm̄: si autem accidat quòd ista quatuor formaliter distincta, q̄ faciunt differentias in personis eidem insint, per accidens est: semper autem attendēdum est per se: nam causæ per accidens modicum conferunt: sunt ergo hic quatuor personæ, quibus fiunt iniuriæ accipiendo formaliter, vel per se, licèt per accidens sit vna persona, & sic semper manet, ꝙ iniuriæ assumunt quantitatem ex solo recipiente. Honores ē t̄ sunt actiones, quia honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, vt concluditur ex 1. Ethyc. Quia ergo est actio, quę est in persona, sumit magnitudinē, vel paruitatem à persona, & hoc est à persona exhibentis honorem, s. ꝙ quanta est persona exhibens honorem, tantus est honor exhibitus. Nam si rex faciat sedere apud se aliquē virum virtuosum, vel sapientem, & rursus aliquis dñs temporalis faciat sedere eundem virum virtuosum, vel sapientem apud se: magnus honor impendit ei vtrobiq;, sed maior honor impenditur ei, cùm rex facit eum apud se sedere, q̄ cùm alius dñs facit idem, & hoc solùm est ꝓpter personam impendētem honorem: nam persona cui impenditur honor, eadem est, & materia honoris eadem est. Nec potest hic dici, sicut supra dicebamus, quòd licèt sit eadē persona materialiter, tm̄ formaliter multę personę sunt: nam hic tā materialiter, q̄ formaliter eadem est, quia vterq; ei impendit honorem, vt virtuoso, vel vt sapiēti. Confirmat autem hoc Phylos. in 1. Ethy. dicens: Adhuc autem honor non est in honorato, sed in honorante, est ergo ista radix: quia quęlibet actio sortitur magnitudinē, aut bonitatem, vel malitiam ab eo, in quo est, sed honor in honorante est, vt dicit Phylos. ergo accipit magnitudinem, non ab eo, q̄ honorat, sed ab eo, qui honorat. Et ista est causa, quare homo vult honorari à magnis viris, q̄ à paruis: nullus enim multum lętatur, ꝙ aliquis rusticꝰ assurgat ei, sed ꝙ magni dñi nobis assurgant, gaudium magnum est. Sed dices: videtur ꝙ quantitas honoris sit s̄m personā honoratam, quia sicut quantitas iniurię est s̄m personam iniuriatam, & non iniuriantē: ergo quantitas honoris erit s̄m quantitatem personæ honoratæ, & non s̄m quantitatem personæ iniuriantis. Item honor accipit quantitatē ab eo, in quo est, sed honor est in honorato, ergo accipit quantitatem ab honorato, & non ab honorante: maior patet ex prædictis: minor. s. ꝙ honor sit in honorato, patet, quia actio, & passio sunt vnꝰ motus, & actio non est in agente, sed in patiente: cùm ergo honor actio sit, quia est exhibitio reuerētię in testimonium virtutis, erit in ipso patiēte honorato. Respondet, quòd honor non est in honorante, sed in honorato, vt ait Phylos. 1. Ethy. & conuertatur argumentum istud ad contrarium sic: Honor nō potest recipe quātitatem ab eo in quo non est, sed honor non est in honorato, ergo non recipit quātitatem ab honorato: Ad id quod dicitur. s. ꝙ actio, & passio sunt vnus motꝰ, & quòd actio est in patiēte, & non in agente: respondetur, ꝙ est verum de actione transeunte, quia tunc id quod agit agens, patitur patiens: secus autē de actione in manente, quia illa non est in patiente, sed in agente: sicut ista actio, quæ est intelligere, non est in re intellecta, sed in substantia intelligente: sic autem dicendum est de honore, ꝙ honor est actio inmanens, quantum ad illum motum absolutum, q̄ est inclinare caput, aut assurgere, vel exhibere aliud genus reuerentię, dicitur tamen

Vnde res habent naturā indē habēt magnitudinem, & ꝓprietates suas.

Eadem ꝓsona materialiter est multę personæ formaliter.

Magnitudo in honore accipitur ex ꝓsona honorante.

Actio duplex: s. inmanēs, & transiens.

tamen honoratum honorari propter istum motum, & non honorans propter quādam regulationem mediam, secundum quam iste, qui sic se inclinat, dirigit inclinationem istam ad illum, quem vult honorare: inmanebit ergo honor ipsi honoranti, & accipiet quantitatem ab eo. Ad aliud argumentū, scilicet sicut quātitas iniurię est secundum personam iniuriatam, & nō secundū iniuriantem, ita quantitas honoris erit secundum personam honoratam, & non s̄m honorantem, respondetur, quòd non est similitudo inter honorare, & iniuriam facere, quia iniuriatio est actus transiens, quia terminatur ad passum, & tunc actio, & passio sunt in patiente, & necessariò assumunt quantitatem à patiente: honoratio est actus immanens, quia illa exhibitio reuerentiæ non transit ad eum, cui fit reuerentia, sicut percussio transit ad eum, qui percutitur: nō ergo erit idem de vtroq;: sed quilibet sumet quātitatem ab eo, in quo est iniuriatio, scilicet à persona iniuriata, & honoratio à persona honorāte. Ad propositum ergo redeuntes, dicimus, ꝙ iniuriæ sunt maiores secundum dignitatem personarum, quibus fiunt. Erit ergo maior iniuria in rege, si percutiatur alapa, quàm in rustico. Si ergo rex percusit rusticum, nō est percutiendus, quia maior valde iniuria fieret in regi, quàm ipse fecisset rustico: & si rusticus percutiat regem, non debet solùm repercuti, quia non pateretur tantam iniuriam, quantam fecit: sed debet atrociter occidi, & siquid morte maius esset. Debet ergo distingui circa æqualitates actionum secundum iustitiam commutatiuam, vtrum personæ sint æquales, vel non. Si autem non sint æquales, non debet seruari contrapassum, quia tunc contrapassum, vt in talibus personis, est iniustum simpliciter. Si autem personæ commutantes in actionibus sint æquales in dignitate, est contrapassum iustum. Concluditur ergo ex superioribus, ꝙ licèt contrapassum non sit iustum simpliciter, est tamen iustum secundum iustitiam commutatiuam in duobus casibus. Primus cū fit cōmutatio in rebus, & hoc siue personæ sint æquales, siue inæquales. Secundus est quando est commutatio in actionibus, & sunt personę æquales. Manet autem vnus casus, in quo contrapassum non est iustum commutando, scilicet cùm fit commutatio in actionibus, & personæ sunt inæquales. Rationes autem horū cum exemplis suprapositis sunt. Ad argumenta facta in principio faciliter responderi potest, ad primum cū arguitur ex dicto Pytagoricorum tenentium contrapassum esse iustum simpliciter, quorum fundamentū est, quòd iustitia est quędam æqualitas: sed contrapassum est æqualitas, cùm talia redduntur, qualia recipiūtur, ergo est iustum simpliciter. Respondetur, ꝙ contrapassum licèt videatur esse æqualitas, non tamen est semper æqualitas: nam solùm est æqualitas contrapassum in duobus casibus. Primus cùm fit commutatio in rebus principaliter, & personæ aduenient per accidens. Secundus casus est, cùm fit commutatio in personis per actiones, & personæ sunt æquales. Est autem aliquando contrapassum iniustum, cùm fit commutatio in actionibus, & personæ sunt inæquales, vt si rex percutiat rusticum, non est iustum, quòd contrapatiatur, scilicet quòd repercutiatur, & si rusticus percutiat non est iustum, quòd solùm repercutiatur, sed quòd puniatur. Hæc autem magis supra declarata sunt. Ad secundum argumentum qd̄ fiebat de sententia Rhadamanti. s. ꝙ cū quis recipit, q̄ egit, perfecta iustitia est. Respondetur, quòd hoc solùm est verum in vno casu, scilicet cùm fit commutatio in actionibus, & personę sunt æquales: si autem personæ sint inęquales, non est perfecta iustitia, imò nec aliquo modo est iustitia, siquis recipiat, quæ egit, vt supra declaratum est. De contrapasso autem hæc breuiter dicta sufficiant.

Honor est actio ꝛmanēs, iō est in honorāte, & nō ī honorato.

Duo sunt casus in iustitia commutatiua ī quibus contrapassum est iustum

Ad primū init. quęst.

Ad secundum.

A Si percusserit quispiam oculum serui sui, aut ancillę, & luscos eos fecerit: dimittet eos liberos pro oculo, quem eruit. Dentem quoque si excusserit seruo, vel ancillæ suę: similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu percusserit virum, aut mulierē, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius. Dominus quoq; bouis innocēs erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiustertius, & cōtestati sunt dominum eius,
B nec reclusserit eum, occideritque virum, aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occidēt. Quod si precium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus. Filium quoque, & filiam si cornu percusserit, simili sentētię subiacebit. Si seruum, ancillamq; inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos vero lapidibus opprimet. Siquis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceci-
C deritq; bos, aut asinus in eam, reddet dñs cisternæ precium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bouē alterius vulnerauit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuidēt precium, cadauer autem mortui inter se dispertient. Sinautem sciebat, quòd bos cornupeta esset ab heri, & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

De iniurijs cap. 2.

De iniurijs cap. 3.

D *Si percusserit quispiam.* In superiori regula dirigebatur irascibilis, hic eodē modo dirigitur: sed supra dicebat, quando aliquis mutilat rem, quæ non est sua, hic autē dicitur quando mutilat rem, quę est sua: est autē ordo in istis legibus semper s̄m diminutionem pœnarum, vt primo ponantur leges magis penales: deinde consequenter minus vsq; ad finem. *Si percusserit quispiam oculum serui sui.* Supra ponebatur regula, qn̄ dñs occidebat seruos suos hic autem ponitur, cùm eos mutilabat.

Quadrupliciter potest dominus seruum, vel ancillam percutere.

QVAESTIO. XXVII.

E ET sciendum ꝙ dominus potest seruum, aut ancillam quadrupliciter percutere. Vno mō ita vt moriatur seruus, & tunc fit s̄m illam regulam supra positam, scilicet. *Qui percusserit seruum suum.* Secundo modo potest eum percutere mutilando eum, s. amputando pedem, aut manū, aut frangendo dentem, aut eruēdo oculum: & tunc fiet s̄m istam legem, s. ꝙ serui efficiantur liberi pro malo, quod passi sunt. Tertiò modo poterat eos percutere educendo sanguinem diuidendo carnem: ita tm̄ quòd nō sequatur membri abscisio, vel mutilatio, & talis percussio vocatur vulnus. Quartò modo potest percutere dñs seruum non eliciēdo sanguinem, sed reddendo carnem tumidam, & denigratam ex sanguine adunato, & talis percussio vocatur liuor.

Pro his duobus non imponitur aliqua pęna domino, quia ista lex intelligitur solùm de secundo modo percussionis, quę vocatur mutilatio, in ceteris autem non sustinet aliquid dominus. Et ratio est, quia qñ seruus, aut ancilla mutilant̄, manet eis in perpetuū aliquid vnde doleant, & magnus defectus perfectionis humanę: pro tanto ergo malo debet dñs pati aliquid. s. vt perdat seruos, quos mutilauit: percussiones autē, quæ vocant̄ vulnus & liuor, licèt dolorem inferant, tamen non inducunt aliquē defectum membrorū ad semper: ideo dominus in talibus nihil pati debet, quia serui pecunia illius sunt, vt supra dictum fuit. *Oculum serui sui.* Si autē aliquis homo liber frāgeret oculum alterius hominis liberi, aut similia, deberet iudicari per legem priorem, scilicet oculum pro oculo. Si autem aliquis liber pcuteret oculum alicuius serui, q non esset suus, est distinguendum, ꝙ aut ille erat seruus Hebræus, aut de gentilitate natus: si autem Hebræus, gaudebat eodem priuilegio, quo liber Hebræus; ideo iudicari debebat ſm illam legem superiorem. s. oculum pro oculo, &c. &. quia seruus habens vnum oculum, nō poterat ità perfectè seruire dño suo, sicut cùm habebat duos oculos: ideo aliquid dandum est dño illius serui in recompensationem seruitij, quod subtrahebatur ei: & seruo dari debebat quantum iudicaretur per iudices esse damnū oculi fracti, vel euulsi. Si autem aliquis liber frangat oculum alicui seruo, qui esset de gentilitate natus, debet soluere duplex damnum. Primum damnum qđ euenit dño ex defectu oculi serui sui, & dānum quod seruus patitur: seruus autem de gentilitate natus venditur simpliciter. s. ad totam vitam, & transmittitur ad posteros iure hæreditario, vt patet Leui. 25. ca. computari, aut existimari debet quantum dānum potest pati dñs in subtractione seruitij per totum illud tempus, & tantum dabitur dño. Vel melius considerabitur quātum valeret ille seruus habens duos oculos, & quantū valeret habens vnum oculum, & quantum in valore serui subtrahitur, tm̄ in pecunia dño serui dabitur: nā seruus pecunia domini est, ideo ſm quātitatem pecuniæ debet considerari seruus. Secundum damnum est quod seruo infligitur, nam & si dñs frāgeret oculum serui sui, deberet eum facere liberum ꝑ damno, & defectu membrorum, quem in eo facit: oportet ergo ꝙ quilibet extraneus inferēs tm̄ de damno illi seruo, tm̄ faciat, quantum dñs facere cogebatur. s. vt liberet eū à seruitute: debebit ergo taliter pcutiens seruum emere à domino, vt sit liber pro malo, quod ei intulit. Sunt. n. duo, quę facere debet iste percutiēs. Primum vt soluat dño damnum pecuniæ quod sustinet in seruo. s. quantum minus nunc valet, quàm ante valebat. Secundum vt ipsum seruum emat pro precio, quod valet sic carēs altero oculo, & dimittat eum liberum. Vel potest hoc simul facere. s. vt det tantam pecuniam dño illius serui quantum valebat ille seruus antequam frangeretur ei oculus, & liberetur seruus. Si aūt liber frangens oculū, non habeat vnde soluat tm̄ precium, vendi debet ſm conditionem Hebrçorum seruorum. s. vsq; ad annum remissionis: & quātum precium datum fuerit pro eo, dabitur domino serui illius ad liberandum seruum: si tamen ista non sufficiant, non poterit vltra vendi Hebræus percussor. Si autem liber percutiat seruum, qui est seruus suus, tenet conditio huius legis. s. ꝙ faciat eū liberum pro malo quod ei fecit. Si autem seruus pcutiat, & frangat oculum alicuius liberi, debet iudicari ꝑ legem illam superiorem. s. vt detur oculus pro oculo, idest tantum quantum debeat iudicari à iudicibus esse dandum pro damno illius oculi. Si autem hoc dominus serui soluere voluerit, tenebit seruum suum, & satisfaciet passo damnum amissionis oculi: si autem nolit dominus soluere damnum, considerandum est,

Quid faciēdum si aliquis hō liber eruisset oculum seruo non suo.

Quid agēdū cū seruus oculū hoīs liberi percutiat.

F ꝙ aut ille seruus est de gentilitate, aut Hebræus. Si sit natus de gentilitate, quia potest vendi simpliciter, & transferri simpliciter in ius alterius, debet eū dominus dare læso, & tunc plenè ei satisfactum est, quātum satisfieri potest, cùm tribuatur in manus eius percussor non ad occidendum, sed ad seruiendum, vel vendendum eum: dato ꝙ ſm rem non ęquiparetur valor serui damno, quod sustinet læsus in amissione oculi. Nec valet si arguas, quòd dñs serui iniustè punitur hic, cùm nullius mali causam præstiterit, & perdit seruum, q est magna pars substantiæ suæ: nam de hoc supra responsum est in isto cap. cùm ageretur de solutione impensarum in medicos, & de operibus perditis: si autem seruus ille sit Hebręꝰ, debet dñs soluere, si vult, damnum G oculi amissi secundum iudicum arbitramēta, vt supra diximꝰ: sin autem dabit seruum. Et si tempus illud qđ manet vsque ad annum remissionis pro seruitute non ęquiparetur damno oculi amissi, debet accipi ad ęquiparantiam de bonis serui illius, si qua habet: si aūt non habet, vel non suffecerint, debet vendi pro poena ſm cōditionem Hebræorum seruorum. s. vsq; ad annum remissionis, sicut vendi mandatur, cùm furatus est, & non habet vnde restituat, vt patet seq. ca. Si autem nec ista omnia suffecerint, non poterit vltra vendi pro illa pęna soluenda: nec est inconueniens, ꝙ aliqui patiātur qbus nō plenè satisfiat, vt declarauimus supra in isto c. Si verò seruus frangat oculum serui, aut vterq; est Hebræus, aut vterq; de gentilitate, aut vnus Hebręus, & al H ter de gētilitate. Si autem vterq; est Hebræus, domino nolente dare precium amissi oculi, compelletur dare seruum, & si non sufficit, dabitur id quod seruus possidet, si quid habet: si autem, vel non possidet, vel possessio non ęquiparatur damno amissi oculi, vēdetur post annum remissionis ille seruus, & sic satisfaciet, quòd si nec ista suffecerint, non poterit aliqua alia coertio imponi seruo Hebræo. Si autem vterq; sit seruus Hebræus in libertate natus etiā si cōuertatur ad ritum Iudaicum, si dominus non vult dare dño serui percussi damnum totum, qđ dñs sustinet, quia seruus sic mutilatus minus valet, & damnum serui. s. vt liberet eum à seruitute, sicut in casu, in quo liber percuti seruum, vt supra diximus, tenebitur dare seruum suum pro seruo I percusso, & seruus purcussus liberabitur quemadmodum si dñs suus eum percuteret, quia non habet plus iuris alienus in seruum, q̄ dñs suus, nec debet maiori gaudere priuilegio alienus percutiens seruum, q̄ si pcutiat dñs, & tunc seruus percussus, non subiacebit seruituti: nam quocunq; modo, & à quocunq; seruus de gentilitate natus percutiatur, & mutiletur, debet effici liber ex ratione supradicta. s. quia non plus potest extraneus in seruum, q̄ dñs suus: seruus autem gentilis, qui datur loco percussi, succedet ei in laboribus, quia simpliciter traditur nunquam liberandus. Et si contingat ꝙ seruus percussus magis valeret, q̄ percutiens non ꝓpter hoc obligabitur dñs serui percutientis ad dādum aliquid vltra seruum, vt æquetur pcium serui sui pcio K serui traditi: nam satis punitur perdendo seruum suū, cùm nunquàm commeruerit: dando ergo nocumēti actorem sufficienter liberatur. Si autem vnus sit seruꝰ Hebræus, & non sit alius Hebræus, aut percutiens est Hebræus, aut de gentilitate natus: si autem est de gentilitate natus, si dñs voluerit soluere damnum læsionis in seruo percusso, dabit seruum suum, & nihil vltra cogetur, & seruus in hoc remanet impunitus, & punitur dominus: nam seruus gentilis simpliciter seruus seruiturus in ęternum: nam iure hereditario transmittitur ad posteros, ideo siue domino suo, siue alteri seruiturus erat: cùm autem tollitur domino suo, & traditur alteri domino, per idem est quantum ad ipsum seruū, ac si venderetur alteri domino nullo pacto suo præcedente.

Pęna serui frangentis oculū alterius serui.

Seruus gētilis à quocunque, & quocūque pcutiat debet effici liber.

dente: dominus suus patitur, quod seruus pati deberet: nam si seruus non peccasset, dominus nō perderet eū, cùm autem peccauit perdidit eum: tota ergo pęna in domino est, & non potest aliter congruè fieri: nam si seruus puniret̄, ita quòd abstraheretur ei vnus oculus, & non traderetur alteri domino, cuius seruum mutilasset, licèt satisfieret aliqualiter legi imponenti punitionem, non tamen satisfiebat domino serui percussi, cui damnum ex hoc eueniebat, nec satisfiebat seruo ꝑcusso. Congruentius ergo sic fit, vt dominus serui percussi perdat eum. Si autem dicas, quòd sic non patitur seruus aliquam poenam, sed dominus, ergo debet dari aliqua poena seruo, & aliqua domino, vt sic satisfiat vtrisq;: domino quidem, vt tollatur seruus eius percussor ad satisfaciendum seruo percusso, & domino eius: seruo autem imponatur aliqua pęna, nè remaneat impunitus, scilicet vt eruatur ei oculus. Sed hoc non est rationabiliter dictum: nam nulla lex debet punire bis in idipsum, maximè lex diuina: nam dicitur Naum primo capitulo. Non surget duplex tribulatio. vel secundum aliam literam: Non iudicabit dominus bis in idipsum. cùm ergo ista lex sit diuina, non debet puniri bis, vel dupliciter pro vno peccato: si ergo alicui extrahenti oculum alterius extrahatur oculus suus est recta commutatio poenæ, si fieri debeat secundum legem, vt si quis occidit, quòd occidatur: nam si occidens occiditur nulla ei vlterior poena imponitur etiam antequam occidatur: sic ergo si seruo frangenti oculum alterius frangitur suus, satis punitio facta est. Non ergo deberet vlterius imponi quædam alia magna poena domino, scilicet quòd tollatur ab eo seruus: sed seruus tollitur ad satisfaciendum seruo percusso, & domino serui percussi: ergo non debet imponi poena, quòd seruo pcutienti oculus eruatur, cùm plenè satisfiat in alia. Sciendum tamen quòd quando datur seruus gentilis pro seruo Hebræo, quem exoculauit, non debet dari, sicut cùm datur pro seruo alio gentili, quem exoculauit: sed debet dari domino serui Hebræi seruus ille gentilis percussor, & liberabitur immediatè Hebræus seruus, & quia talis seruus Hebræus, non erat seruiturus ad semper, sed solùm vsq; ad annum remissionis, vel vsque ad iubileum: seruiet gentilis seruus vsque ad illud tempus domino, cui seruiebat seruus Iudæus, & postea veniet in ius Hebræi exoculati pro malo, quod ei intulit frangendo oculum, & seruiet illi, vel vendet eum, vt voluerit faciet, sicut de re sua. Ratio diuersitatis est, quia Hebræus non erat seruiturus domino suo ad semper, sed solùm vsq; ad annum remissionis; ideo vsq; ad illud seruiet gentilis percutiens eum, qui in ius eius cedit. Seruus autem gentilis datus pro seruo gentili seruit in æternum, quia alius prior seruus gentilis in æternum seruiturus erat. Seruo autem gentili cum frangitur oculus, nihil datur, nisi libertas, qa eam aliàs nunquā de iure habiturus erat. Seruo autem Hebræo datur aliquid præter libertatem, quia eam de iure habiturus erat, etiam si nō percuteretur cùm veniret annus remissionis, & in hac parte fungitur priuilegio liberi hominis, & debet ei tantum dari, quantum daretur libero hoī. Si autem seruus percutiēs sit Hebræus, & percussus gentilis: si dominus serui percutientis voluerit dare damnum serui percussi liberando eum, & dando domino quātum minus valet seruus percussus, quàm non percussus: dabit seruum suum Hebræum: & quia iste non potest seruire, nisi vsque ad tempus remissionis, si non valet illud modicum tempus preciū serui percussi, satisfiet de his, quæ possidet seruus Hebræus: si autem nihil possidet, vel possessio non æquiualet, vēdetur ipse ad soluendum ista vsque ad annum remissionis: si autē nec ista suffecerint, nihil vltra fieri potest, sicut in alijs casibus dictum est. *Oculum serui sui.*

Non eodē mō tradit̄ seruꝰ Gētilis ꝑ seruo Hebræo quē exoculauit, sicut cumtraditur ꝑ alio seruo Gētili.

Seruꝰ Gētili datꝰ ꝑ seruo Gētili, seruit ī æternum.

A Intelligitur quando iste seruus est gentilis, aut de gentilitate natus: nam serui Hebræi gaudebant eadem lege, qua Hebræi liberi, de qua dictum est superius: Oculum pro oculo, dentem pro dente: Nam si dominus frangeret oculum serui sui Hebræi, non satisfaciebat ei faciendo eum liberum: sed tenebat̄ eum facere liberum, & restituere siue resarcire damnum quod ꝑcussus sustinet. Et ratio est, quia maioris dignitatis sunt serui Hebræi, quàm essent serui gentiles, ideo facit lex inter eos magnam differentiam, vt patet Leuitici vigesimoquinto capitulo. Item dato, quòd non esset Hebræus seruus maioris dignitatis, quàm Gentilis, deberet hoc stare, scilicet quòd non solùm liberaret̄ Hebræus à seruitute, sed etiam quòd aliquid supra resar- B ciretur. Nam seruus Gentilis, aut de gentilitate natus est seruus simpliciter, scilicet in æternū, & seruus Hebræus est seruus secundum quid, scilicet quantum ad tempus: cùm autem datur libertas seruo Gentili, magnum bonum ei datur, quod aliàs nullo modo asseq posset: quòd autem seruo Hebræo detur libertas pro fractione oculi, est valde modicum bonum: nam ipse seruus habiturus erat illam post paucum tempus, scilicet in anno remissionis. Dato ergo quòd velimus ęquiparare Hebræum Gentili, deberet tantum bonum dari seruo Hebręo pro fracto oculo, quantum est libertas, quæ datur Gentili pro eodem: sed non est tantum bonum libertas data Hebræo, sicut data Gentili, ergo oportet quòd aliquid superaddatur Hebræo, quod ad C minus ęquiparetur libertati datæ Gentili seruo. Et sic videtur, quòd vltra libertatem, quę modicum bonum est, debet dari damnum perditi oculi. *Vel ancillæ.* Idem est in ancilla & seruo, quia ita est defectus, & deformitas amissio oculi in foemina, sicut in viro. *Et luscos eos fecerit.* Luscus communiter vocatur, qui oculos contorquet, & videt in trāsuersum magis, quàm directè: aliquando luscus dicitur ille, qui modicum videt: interdum luscus dicitur, qui nihil videt, & sic est sua deriuatio, luscus quasi luce carēs: & isto modo accipitur hic luscus: quia ille, cui oculus erutus est, non videt ex illa parte, qua oculus erutus est: vel dicitur modicum videns, quia non tantum videt nunc, sicut antea, cùm duos oculos haberet. Alij autem distinguūt quatuor, D scilicet luscum, & strabonem, orbum, & coecum. Luscus vocatur, qui cernit in trāsuersum. Strabo dicitur, qui cernit non directè, sed in altum. Orbus dicitur cui aliquis oculus erutus est. Cęcus est qui non habet virtutem visiuam: vnde versus.

Luscus in obliquum, sed strabo cernit in altum.
Orbe carent orbi, priuantur lumine cæci.

Dimittet liberos pro oculo, quem eruit. Si autem dominus solùm percussisset seruum, vel ancillam, vel intulisset liuorem, & non eruisset oculum, vel amputasset aliquod membrum, quia isti defectus non manebant postea, non liberarent̄ serui a potestate domini sui: sed quia eruendo oculum, aut amputando aliud membrū E deformauit humanam imaginem, & abstulit perfectionem naturæ, debet puniri amittendo seruos, quos orbatos fecit. *Dentem quoque si excusserit.* Idest si dominus percussit seruum suum alapa, vel pugno, aut lapide, siue qualibet alia re, & dentes eius sic excussit, aut saltem vnum dentem, sicut euenire solet, cùm quis fortiter in ore, aut maxillis percutitur, seruus efficietur liber. *Similiter dimittet eos liberos.* Licèt non tantum damnum fiat eruendo dentes, sicut eruendo oculos, vel alterum oculorum: tamen magnum damnum est, & deformitas, vt declarauimus supra, vbi dicebatur, oculum pro oculo, dentem pro dente.

Lex ista de oculi erutione intelligitur de seruo Gētili.

Luscꝰ quot modis sumi potest.

Luscꝰ Strabo, Orbꝰ, Coecus.

Quo

Quo serui liberabantur ob percussionem de boue cornupeta.

QVAESTIO. XXVIII.

HEBRAEI autem ponunt plura, propter quæ seruus liberari debebat, scilicet decem digiti manuum, & decem digiti pedum, oculi, aures, nasus, virga virilis: si ergo aliquis seruus à domino suo percutiebatur in aliquo horum, ita quòd amputaret, aut eueretur, quod propriè vocatur mutilatio, liberabatur seruus à potestate eius. *Si bos cornupetierit.* Supra dirigebatur irascibilis in habētibus rationem, nè homicidium committatur: hic autem dantur regulę de homicidijs factis à rebus irrationabilibus, quid pœnæ imponi debeat in eis. *Si bos cornupetierit virum, aut mulierem.* Idest si fuerit ad percutiēdum virum, aut mulierem cornu. *Et dicitur cornupetierit.* Quia secus est, si calce petierit, siue percusserit, quia cùm quis calce percutitur, ipse in culpa est, quia accedit ad pedes bouis: nam bos, aut aliud animal calcibus neminem persequi potest, & sic quilibet potest ab eo cauere: si autem bos cornupetat, nullus poterit euadere: nam etiam si fugiat, insequitur bos; ideo percussus non est in culpa, sicut cùm calce petitur: in alio ergo casu bos, aut dominus nihil pati debent, in alio autem: sicut sic determinantur in lege hac. *Et mortui fuerint.* Si non moriantur etiam si grauiter vulnerentur, bos non occidetur lapidibus, si autem moriantur sic. *Lapidibus obruetur.* Idest frangetur lapidibus, siue cooperietur, aut lapidabitur: nam omnia ista ad idem redeunt. Et hoc fit ad horrorem facti, ga bos nil peccauit, quia intellectum, aut voluntatem nō habet, nec vniuersalem opinionem, vt ait Aristoteles septimo Ethycorum, quia tamen fuit factum horribile, scilicet occidere hominem, qui est nobilissima creatura, debet lapidari, vt non sit in vsu hominum, qui hominem occidit. *Et non comedentur carnes eius.* Nam tanquàm aliquid maledictum, & detestabile reputatur ille bos, & prorsus ab humana vtilitate alienꝰ, imò nec contactu dignus. Et dicunt Hebræi, quòd id quod dicitur de carnibus, est intelligendū de corio, ita quòd nec liceret corium accipere ad aliquas humanas vtilitates, & carnes illæ non solùm à Iudæis comedi non debebant, sed etiam non licebat eas tradere gētilibꝰ. Item vtilitas magna domini erat talem bouem occidi: nam si relinqueretur viuus, teneretur dominꝰ de omni damno facto per bouem, si alios boues cornupeteret. Etiam teneretur reus mortis, si bos occideret virum, vel mulierē, cùm iam cognitus esset cornupeta ab heri & nudiustertius, & dominus non custodiebat eum. *Dominusque bouis innocens erit.* Idest non iudicabitur reus mortis, licèt bos suus aliquem occiderit, quia dominus talia de boue suo nunquàm cognouerat: non tamen erit innocens ab omni pœna, cū perdat bouem suum, quilapidibus obruitur, cùm nihil sit commeritus. *Quia si bos cornupeta fuerit.* Hoc declarat casum superiorem, nam supra dicebatur, quòd si bos occideret virum, aut mulierem, quòd solus bos moriebatur, dominus autem nihil mali patiebatur: non fuit tamen dictum vtrum esset hoc verum, quando dominus sciebat bouem esse cornupetam: quia tamen hic facit casum diuersum, & dicit, si bos fuerit cornupeta ab heri & nudiustertius: quasi dicat, quòd superiꝰ dictum intelligitur, quando nunquam bos fuerat cornupeta, nec ab heri, nec à nudiustertius. *Quia si bos cornupeta fuerit.* Idest assuetus ad petendum viros, siue boues eorum. Et in hoc multum seruauit litera nostra proprietates dictionum, quia hic dixit bouem esse cornupetam, idest solitum ad petendum cornibus. vel ab heri, & nudiustertius cōsueuerit cornupetere.

Quat bos occidens aliquē lapidetur cū mihi peccauerit.

F In primo casu non dicebatur si bos cornupeta fuerit, sed si bos cornupetierit: quasi dicat, quòd non erat assuetus ad cornupetendum: sed tunc primò cornupetijt, & sic de prima vice sciri non potuisset, cùm nullus cogatur diuinare: si autem iam aliquoties cornupetierit cognosci poterat, maximè si dominus suus fuisset super hoc requisitus, vt custodiret eum, & noluit. *Ab heri, & nudiustertius.* Idest ab vna die ante, vel duobus, siue pluribus: nudius est aduerbium temporis, & per se nihil significat, cùm autem adiunguntur ei dictiones numerales, siue ordinales, vt verius dicamus, scilicet primus, secundus, tertius, & sic de cœteris signat certitudinem temporis: vt cùm dicimus nudiustertius factum est, idest nunc sunt tres dies, quibus tale factum accidit, & sic nudiusquartus, & nudiusquintus. Est enim nudius aduerbium compositum ex nomine, & aduerbio corrupto vtroque, scilicet de nunc, & dies, & efficitur nudius. Cùm autem dicitur nudiustertius, idem est, quòd nunc est dies tertius, & est aduerbium determinans præteritum tempus: vt nudiustertius factum fuit tale, idest nunc sunt tres dies, ex q̄bus factum est: nec potest determinare futurum, quia ex natura sua signat præteritum, sicut istud aduerbiū, hodie, nunquām determinat futurum, vel istud aduerbium, cras, nunq̄ determinat præteritum, vel præsens. *Et contestati sunt dominum eius.* Idest requisierunt alij viri dominum bouis, vt custodiret eum: nā si hoc non factum fuit non potest dominus puniri, quia fortè si dominus non requisitus est super hoc, quòd custodiret bouem, non videret vtrum esset cornupeta, an non: licèt alij viderent, & domino ignorante non paratur ei præiudicium, aut pœna in se ex dāno, quod bos intulerit: & dato quòd dominus sciuerit bouem esse cornupetam, negabit se sciuisse, & per hoc euadet pœnam: si autem requisitus fuerit, non potest negare, quia per requisitionem notificabatur, & debebat adhibere diligentiam custodiendo bouem includendo: nam si aliquis obijciāt domino, quòd sciebat bouem esse cornupetam, debet probare: nam apud iuristas cō mune est, quòd qui allegat dolum probare debet illū. *Nec reclusit eum.* Nam si dominus reclusit eum, & aliquis introiuit locum, vbi clausus erat, si cornupetierit eum bos, non imponitur culpa domino. *Occideritque virum.* Nam si bos cornupeta sit, & denuncietur dño, & non recludat eum, si non percutiat quempiam non tenebitur dominus reus alicuius pœnæ. *Virum, aut mulierem.* Siue magnum, siue paruulum, vt infantulos: nam fortè diceret dominus bouis, quòd si bos percuteret virum, aut mulierem ętatis perfectę, qui fugeret, & eum bos cornu insequeretur, videretur dignus pœna: sed lex in contrarium sanxit, quia dominus bouis in culpa fuit, qui requisitus bouem non inclusit, vt patet infra. Et intelligitur hic vir, & mulier de liberis: nam si virum, aut fœminam seruos bos occideret, tenebatur dare dominus bouis triginta siclos, vt patet infra. *Bos lapidibus obruetur.* Idest comprimetur lapidibus: quasi dicat, tot lapides super eum iaciantur quousque totus frangatur, & cooperiatur, & hoc ex ratione suprapposita, scilicet propter horrorem facti, licèt non peccauerit bos. Et sic occidebatur pecus, qñ quisquàm cùm pecore coiret, vt patet Leuitici vigesimo capitulo, cùm dicitur: Nam deforme erat, quòd aliquod pecus, cū quo quisquam hominum coisset, remaneret viuum, nè diceretur: Ecce pecus, cum quo talis homo coiuit, vel pecus propter quod talis homo occisus est, vel quia aliquis faciliter inclinaretur ad coeundum cum illo pecore, quia cum illo alius coiuisset. Et debet fieri de tali boue, sicut ante dicebatur, scilicet vt carnes eius non comedātur, nec gentilibus ad comedendum vendantur, nec corium eius ad aliquos

Nota aduerbiis nudiustertij, & nudiusquartus.

Propter facti deformitatē pecora nihil peccantia aliqñ occidebantur.

quos vsus accipiatur humanos: nam eadem ratio subsistit hic, quæ subsistebat in superioribus. *Et dominum illius occidet.* Quia ipse præstitit mortis causam licèt indirectè: nam requisitus fuit, vt bouem recluderet, quia periculum erat eum solutum vagari cū alijs bobus in locis publicis, & non reclusit, reus mortis est, quia fuit in culpa. *Quòd si precium ei fuerit impositum.* Idest si bos cornupeta culpa domini sui aliquem occiderit, debet mori: sed si cognati hominis mortui maximè si sunt superiores, vt pater, & mater noluerint persequi dominum bouis ad mortem, sed petierint aliquod precium ab eo, debet dare. *Dabit pro anima sua.* Idest pro vita sua, nam non potest accipi hic anima pro ipso toto homine, sicut accipitur Gen. 46. & supra primo cap. Septuaginta animæ introierunt de domo Iacob, idest septuaginta homines, nam cùm anima dicat tunc totum, nullus homo habet animam sic dictam, quia est ipsemet totus, sed hic dicitur pro anima sua, quasi anima sit aliquid ipsiꝰ domini bouis. Nec accipitur conuenienter anima pro ipsa anima, quæ est spiritus, & forma corporis humani: nam illa non perditur, cùm maneat post mortem incorrupta: sed accipitur anima pro vita, vt patet Iudic. 16. capit. cum dixit Samson, Moriatur anima mea cum Philisthiim, idest pereat vita mea, & pereant Philisthim. Manifestum namque est, quòd non loquebatur ibi de anima, quæ est spiritus: nam illa immortalis est, sed de vita, quæ cito corrumpitur. *Quicquid fuerit postulatus.* Etiam si postuletur totum, quod possidet: imò si aliquid vltra petatur, debet se facere seruum, vt habere possit ad soluendum, & non moriatur: vel si non vult, moriatur. Et nón dicitur hic, quòd det quidquid arbitri iudicauerint, sicut dicebatur supra cùm agebatur de aborsu, sed quòd det quidquid fuerit postulatus. Ratio diuersitatis est, quia casus ille non erat talis, vt causans abortiuum eēt reus mortis, sed tenebatur ad pœnam pecuniariam: debebat ergo illa esse in certa quantitate: nam ille, qui damnum recepisset fortè peteret quidquid possidebat ille, qui damnum intulerat, & fortè aliquid amplius, ita vt excederet quantitatem damni: constituti sunt ergo arbitri, qui illud taxarent: hic autem erat casus, in quo dominus bouis erat reus mortis. Et quia pœna nulla pecuniaria æquiualet pœnæ capitali, sine aliqua taxatione iudicum debet dare quantumcunque petatur. Et est fundamentum, quia in pœna pecuniaria tantum de pecunijs potest dari, quòd excedatur quantitas delicti: cùm autem datur pecunia pro pęna capitali, quantumcunque detur nunquàm erit vltra debitum: cùm nulla pœna pecuniaria æquetur pęnæ in qua tollitur vita. Sic dicitur Iob 2. cap. Pellem pro pelle dabit homo, & vniuersa, quæ possidet pro anima sua. Et hic mitius agitur cum eo, qui mortis reus est, quàm cum talia meretur, quia per se egerit: nam cum quis per seipsum alterum occiderit, non poterat tolli ab eo precium secundum legem, ita vt pro precio donaretur ei vita. Poterat tamen ei parci ab aduersarijs, & ipsi accipiebant occultè interdum pecunias. Cùm autem alicuius bos cornupeta non inclusus ab eo, postquam cognitus est esse cornupeta, occideret aliquem, tenebatur dominus reus mortis: tamen hic ponit lex, quòd imponatur precium ipsi reo mortis, si voluerint aduersarij. Ratio diuersitatis est, quia ille, qui per seipsum occidit, de malitia processisse videtur, aut ex magna iracundia; qui autem non per seipsum occidit, sed bos eius occidit, non voluntarie occidit malitiam habens, aut iracundiam: sed solùm fuit negligens: mitius ergo agitur cum isto, quàm cum eo, qui per malitiam, aut iracundiam egit.

Mitius agitur cū eo, q̄ per aliū occidit q̄ per seipsum.

Expositio Rabbi Salomonis.

QVAESTIO. XXIX.

RABBI Salomon dicit, quòd cùm dicitur hic. *Quòd si precium fuerit ei impositum.* Quòd particula, si, tenetur pro, idest, quia precium imponetur sic occidenti, scilicet quòd aduersarij huius domini bouis cogerentur imponere precium ipsi, & licèt ipsi peterent, quòd moreretur, quòd non debet mori si vellet semetipsum redimere dando quidquid peteretur ab eo, vel de eo, quod possidebat, aut vendendo seipsum. Sed hoc manifestè falsum est, et repugnans literæ: nam in litera dicitur, dominum autem illius, idest bouis occident: si ergo semper cogerentur cognati hominis mortui imponere precium domino bouis, nunquam occiderentur: malè ergo poneretur in litera, dominum bouis occident. Falsum enim esset, quia concesso, quòd deberet imponi precium semper, nunquam deberet occidi. Item ista litera facit distinctionem. Primò dicens, quòd dominus bouis occidi debebat pro negligentia, cùm requisitus fuisset. Secundò ponitur, scilicet quòd si non petatur ad mortem, sed imponatur ei precium, debet reddere quidquid fuisset postulatus. Si autem intentio legis fuisset, vt semper deberet imponi precium pro anima sua, non dixisset, dominum autem illius occident: sed dixisset solùm, quòd cùm imponetur ei precium reddet quidquid fuerit postulatus pro anima sua. Item quæritur an istud factum prometetur pœnam capitalem, an non: si autem dicatur, quòd sic, habetur intentum: si autem dicatur, quòd non, sequitur quòd malè diceretur ibi: Reddet quidquid fuerit postulatus pro anima sua, idest ad eripiendum vitam suam: cùm autem sit factum, quòd meretur pœnam, sed solùm pecuniariam, qui soluit pecuniam, non soluit pro anima sua, idest pro vita, quia in tali facto nullo modo erat vita obligata ad periculum. Dicendum ergo necessariò, quòd istud factum secundum se est dignum pœna capitali: ideo lex primò posuit pœnam capitalem tanquam eam, quæ propriè conueniebat huic facto: quia tamen non erat tanta culpa domini bouis, sicut si per seipsum occidisset, quandoque posuit in electione cognatorum vtrum vellent eum ad mortem petere, vel remittere pœnam imposito precio vitæ: ideo subiungitur, quòd si impositum fuerit ei precium, idest lex non imponit necessitatem liberationis per precium, sed relinquit in arbitrio cognatorum hominis mortui: quia istud est relaxare de pœna debita pro tali crimine, quod non competit ad legem, quæ iusta esse debet, sed ad iniuriam passos, qui ex benignitate remittere possunt. *Filium quoque, & filiam cornu percusserit.* Soluit hic dubium, de quo supra dicebamus: nam dicebatur, quòd si percusserit bos virum, aut mulierem, dominus erit reus mortis: fortè aliquis dubitaret, quòd non deberet hoc intelligi de paruulis pueris atque puellis, quia magni possunt fugere bouem: ideo si magnos bos cornupetendo occidat, videtur esse ex magna malitia bouis, propter quod dominus talem bouem non recludens debet occidi: si tamen paruulos occidat, quia illi fugere non possunt, ex parua malitia potest eos cornupetendo occidere, ideo non videretur tunc dominus occidendus: hic autem subiungit, quòd de omnibus intelligatur siue magnis, siue paruis, cum dicit.

Filium quoque, & filiam. Ideſt non ſolùm ſi occiderit virum, & mulierem, qui iam magni ſunt: ſed etiam ſi occiderit filium, & filiam, ideſt paruulos filios viri, & mulieris. *Simili ſententiæ ſubiacebit*. Ideſt morietur dominus ſicut in caſu, quando occidebatur aliquis vir magnus, aut mulier, vel quòd ſoluat precium ſi impoſitum fuerit: & carnes bouis, qui hoc fecit, non comedantur poſtquàm bos lapidatus fuerit, nec aſſumatur corium eius. *Si ſeruum, ancillam, que inuaſerit*. Ponitur hic iſta dictio enclitica, que, pro, &, teneturque copulatiuè, aut copulatim, ſ. de copulato extremo, ſ. ſubiecto, vel prædicato, aut parte ſubiecti, vel prædicati: hic tamen debet reſolui in diſiunctiuam: nam ſi teneretur in vi copulatiuæ dictionis lex malè poſita eſſet, quia eſſet ſenſus, q̃ bos debebat occidi, vel dominus ſoluere triginta ſiclos, quando bos cornupeta occideret ſeruum, & ancillam ſimul, & ſi occideret ſeruum ſolùm, vel ancillam ſolam: non deberet ſubire dominus pœnam legis, nec bos. Sed falſum eſt: quia tunc manerent crimina impunita, cùm raro, aut nũquàm bos occideret ſeruum & ancillam ſimul. Etiam quia ſatis hoc videretur vanum dicere, quòd iſta lex eſſet, quando bos occideret ſeruum & ancillam ſimul: nam tunc non daret regulam quid fieret, cùm ſolùm occideret ſeruum, aut ſolùm ancillam, & ſic de eo quod rarò, aut nunquam accideret, daretur regula: & de eo, quòd ſæpè contingeret, nulla daretur, quod eſt contra communem modum legum: nam de hijs, quæ communiter eueniunt dantur leges: ad ea autem, quæ rarò accidunt iura non adaptantur, vt patet digeſtis de legibus, in l. nam ad ea. *Inuaſerit*. Inuadere eſt in alium ire, ſcilicet quòd bos iret contra ſeruum, vel ancillam, vt cornupeteret eos. Sed hic non accipitur inuaſio pro ſola inuaſione, ſed pro inuaſione cum occiſione ſubſecuta; nam ſi ſolùm inuaſerit, & non occiderit, non tenebitur dominus pœna huius legis, nec bos. *Triginta ſiclos argenti dabit domino*. Hoc intelligitur ſi bos percutiat ſeruum Gentilem, aut de Gentilitate natum: ſi autem ſit ſeruus Hebræus, debet puniri dominus bouis per legem liberorum, ſcilicet quòd occidatur, & bos ſimiliter lapidibus obruatur. Et patet ex omnibus ſuperioribus dictis, ſcilicet quòd ſeruus Hebræus ſortiebatur priuilegium liberi, quantum ad iſtas percuſſiones: vt ſi eruatur ei oculus, quòd non exeat ſolùm liber, vt ſeruus Gentilis, ſed etiam dominus det ei precium pro damno oculi, ſicut in alijs liberis. Eſt autem fundamentum horum, quia ſeruus Gentilis eſt ſimpliciter ſeruus, ideo in omnibus debet iudicari, vt ſeruus: ſeruus autem Hebræus non eſt ſimpliciter ſeruus, ſed ad tempus: ideo licèt quantum ad obligationem ſeruiendi domino ſuo tempore illo ſtatuto debeat iudicari ſeruus, tamen quantum ad alia non debet iudicari ſeruus: ſed quantum ad legem diſtribuentem pœnas, & lucra, & ſic debent gaudere eadem lege, qua gaudent liberi in percuſſionibus, & in iſtis. Item quia hic dicitur, quòd debent dari triginta ſicli domino ſerui: manifeſtum eſt, quòd ſi intelligeretur de ſeruo Hebræo, quòd non mandarentur dari iſti ſicli, domino ſerui, ſed filijs eius, aut cognatis: quia ſeruus Hebræus non eſt totaliter pecunia domini ſui, cùm non teneatur ei ſeruire pro ſemper: ſed pauco tempore, ideo deberet dari domino de illo precio tantum, quantum deficeret de pretio, pro quo ſeruiebat ei ſeruus mortuus. Verbi gratia: ſi dominus emiſſet ſeruum Hebræum pro viginti ſiclis, & deberet ſeruire quinque annis, qui reſtabant a tempore emptionis vſque ad annum remiſſionis, tunc cuilibet anno euenirent quatuor ſicli: ſi ergo iſte ſeruus occideretur a boue, vno anno ante annum remiſſionis, dominus bouis ſoluerет ſiclos triginta, quorum quatuor darentur domino ſerui occiſi, & viginti ſex darentur propinquis illius: dato quòd deberet ſeruus Hebræus iudicari per hanc legem, in ſeruo de Gentilitate empto aliter fieri debet, ſcilicet quòd tota pecunia deberet dari domino: nam ſeruus de Gentilitate emptus, eſt totaliter pecunia domini ſui: ergo tota pecunia data pro ſeruo mortuo, debet dari domino ſuo: ſeruus namque talis eſt ſimpliciter domini, ſcilicet poſſeſſio domini ſui, vt ait Ariſto. in 5. Ethicor. & in primo Politic. capit. 2. dicit in fine, quòd ſeruus eſt organum actiuum animatum ſeparatum homo exiſtens ſimpliciter alterius: ſeruus ergo totalis eſt totaliter domini ſui, & quidquid eſt in ſeruo eſt domini ſui: ergo pecunia tota, quam valet ſeruus eſt domini ſui: & ſic cùm ſeruus valeat triginta ſiclos, ſecundum communem exiſtimationem, totum illud precium debet dari domino ſuo. Concluditur ergo, quòd iſta lex non poteſt de ſeruo Hebræo intelligi, ſed de ſeruo Gentili: aut conuerſo ad Iudaiſmum, qui eſt ſimpliciter ſeruus: appellatione namque ſerui compræhenduntur illi, de quibus propriè dicitur, quòd ſunt ſerui, & non illi, qui ſunt ſerui ſecundum quid. *Triginta ſiclos*. Omnes ſeruos æquauit hic lex: ſunt namque quidam ſerui, qui in duplum valent quàm alteri. Etiam quia quidam ſunt ſenectuti propinqui, qui modicum laborare queunt: alij autem iuuenes robuſtiſſimi prompti ad omnia genera laborum. Etiam communiter non tantum valent ancillæ ſicut ſerui, quia ſerui fortiores ſunt, & valent ad multa officia, ſiue domeſtica, ſiue ruralia: ancillæ autem ad ſola officia domeſtica, vt communiter valent: lex tamen omnes hic æquauit in precio: etiam triginta ſicli, valde modicum precium eſt, vt vnus ſeruus inde ematur: nam non videntur triginti ſicli valere viginti florenos, ſecundum exiſtimationem temporis noſtri, nec quindecim. Quod ſic patet: terra Hebræorum abundabat in gregibus valde, vt patet ex omnibus hiſtorijs: nam & ipſi, vt in plurimum paſtorali officio laborabant: vt patet de Abraham, qui in eadem terra Chanaan vixit, & de Iſaac, & de Iacob; nam omnes iſti tres per ſucceſſionem paſtores magni fuerunt, & potiſſima pars facultatis ſuæ in gregibus erat. Etiam duodecim filij Iacob paſtores erant, vt patet Gene. 47. capitu. cum dicitur: quòd quæſiuit Pharao a filijs Iacob. Quid habetis operis? qui reſponderunt: Paſtores ouium ſumus nos ſerui tui, & patres noſtri. In terra ergo iſta magnæ abundantiæ non debuiſſent multum valere arietes: ſed vnus aries non magnus, ſed mediocris valebat communiter cùm res erat in æquali precio duos ſiclos, vt patet Leuit. quinto cap. cum dicitur: offerret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, iuxta pondus ſanctuarij: videtur ergo quòd modicum precium eſt vnus ſiclus: præcipuè cùm illi duo ſicli, qui dabantur pro ariete erant iuxta pondus ſanctuarij, vt patet in litera. Sicli autem vſuales, qui dabantur pro ſeruis, & in alijs commutationibus, erant minores, quàm ſicli ſanctuarij: quia vnus ſiclus ſanctuarij valebat duos ſiclos vſuales, vt dicunt omnes doctores. Item patet, quòd modicum precium erat, quia quandocunque aliquis primogenitus naſcebatur, redimebatur, vt patet ſupra 13. cap. & Deutero. 6. & pro iſta redemptione dabantur quinque ſicli, vt patet Numeri 3. cap. ſiue pauper eſſet redimens ſiue diues. Ergo videtur, quòd vnus ſiclus modicum precium erat: aliàs pauperes non poſſent redimere primogenitos ſuos. Patet ergo, quòd valde modicum precium erat dare triginta ſiclos pro ſeruo quolibet: nam quilibet ſeruus (niſi valde eſſet miſer) valeret plus quàm quadraginta ſiclos:

Lex datur de ijs, quæ ſæpè accidũt nõ de rarò contingentib.

Lex de ſolutione ſiclorũ ſtelligitur de ſeruo Gentili a boue occiſo.

Triginta ſicli nõ accedunt ad preciũ 15. florenorũ.

Seruus de Gentilitate emptus eſt totaliter pecunia dñi.

ſiclos: ſed dominus facit hoc, quia non vult totaliter puniri dominum bouis vſque ad ſummum, & ſic in alijs pœnis quædam relaxatio facienda eſt. Conſtituit ergo precium commune pro ſeruo, vel ancilla ſiue multum valeat, ſiue paucum, etiam ſi triplum, vel quadruplum valeat, & diuidit ſic pœnam inter dominum bouis, & dominum ſerui mortui: dominus namque ſerui mortui aliquid ſoluit de pœna, quia perdit medietatem precij ſerui ſui, vel plus aut minus: dominus etiam bouis aliquid perdit, quia cogitur dare triginta ſiclos. Aliqui dixerunt, quòd ideo mandauit Deus dari triginta ſiclos pro ſeruo mortuo, quia triginta generationes exierunt de Cham, vt patet Gen. 10. ca. à quo ſeruitus orta eſt: nam ipſe maledictus eſt in poſteritate ſua, vt ſeruiret fratribus ſuis, vt habetur Gen. 9. c. Sed hoc nihil eſt, quia legiſlatio foralis non reſpicit figuras, ſed populi ordinationem, figuræ autẽ ad cæremonialia pertinent: maximè quia illud nõ eſt aliquid tale, quod debuerit ſignari ſub metaphora. Dicendum ergo, q̃ ideo poſiti fuerunt triginta ſicli pro ſeruo occiſo, quia ſic legiſlatori conueniens precium viſum eſt, vt non multum grauaretur in ſoluendo dominus bouis. *Bos verò lapidibus opprimetur*. Ideſt lapidibus occidetur, & carnes eius non comedentur, ſicut ſupra dictum eſt: nam quemcunque hominem occidat quantum ad hoc non differt, cùm ſemper ſit factum horribile: quia quicunque homo ſit, ad imaginem Dei conditus eſt. Non accipietur etiam corium bouis ad vſus humanos.

An carnes bouis cornupetæ comedi poſſent, ſi antequam lapidaretur, dominus eum iugulaſſet.

QVAESTIO. XXX.

SED ſi quæras, quid ſi dominus bouis cornupetæ, qui occidit virum, vel mulierem liberum, vel ſeruum, iugulauit bouem antequam lapidibus opprimeretur nunquid carnes eius comedendæ ſunt? Reſpondetur, q̃ non: quia ille bos non prohibetur comedi eo q̃ lapidatur, ſed quia occidit hominem, quod eſt horribile: cùm ergo maneat iſta ratio in boue occidente hominem, ſiue iuguletur, ſiue lapidetur, nunquam carnes eius comedi debebunt. *Si quis aperuerit*. Supra ponebantur regulæ in caſibus, quibus debebatur pœna capitalis aliquo modo: hic ponuntur regulæ, in quibus debetur pœna pecunialis: & pertinent ad directionem irascibilis ſecundum partem, quæ eſt nocumenta inferre. *Si quis aperuerit ciſternam*. Iſta litera poteſt intelligi dupliciter propter illam coniunctionem, &: nã ſi ponatur pro, vel, eſt ſenſus, q̃ qui aperuerit ciſternã, vel qui fecerit ciſternam, & non operuerit, incidat in pœnam huius legis. Et hoc modo dicitur aliquis aperire ciſternam, ſi aliquam ciſternam reperit ab alio factam, & operculo ſuo tectam, & ipſe abſtulerit operculum, reliqueritque eam patentem: nam tunc non punietur, qui fecerit ciſternam, quia eam opertam reliquit: ſed qui opertam diſcooperuit, quia per hoc dedit occaſionem animalibus ad cadendũ, & moriendum. Facere ciſternam eſt, cùm quis de nouo ciſternam facit, & apertam reliquit: culpa autem in his omnibus eſt eius, qui ciſternam apertam reliquit; ſiue fecerit, ſiue non. Nam ſemper in malis pœna danda eſt ei, qui cauſam immediatam tribuit malo; qui autem ciſternam, fecit tribuit occaſionem mali, ſ. vt animalia ibi morerentur. Si tamen cooperiatur ciſterna, nullum animal incidere poterit: apertam verò ciſternam relinquere eſt occaſio immediatè ad cadendum, & pereundum animalia: ideo ei imputari debet pœna damni. Alio modo poteſt intelligi litera iſta, accipiendo illam dictionem, &, copulatiuè in ſua natura, ſ. de copulato prædicato, & tunc eſt vna ſola ſententia, ſ. q̃ ſi aliquis aperuerit ciſternam, & foderit eam, ſubijciatur pœnæ contentę in hac lege, & tunc non accipitur aperire ſicut ante accipiebatur, quia aperire, vt ſupra dicebatur, conuenit ciſternæ iam factæ: aperire autem iſto ſecundo modo eſt principium ciſternæ faciendæ, ſ. cum quis in terra, quæ plana fuerat incipit fodere ad faciendum ciſternam, debet aperire ciſternam, & id quod eſt poſt aperitionem continuando quouſque compleatur: dicitur foſſio. *Et non operuerit eam*. Secundum iſtam expoſitionem ſecundam refertur ad vnũ caſum ſolùm, ſ. quãdo quis fecit ciſternam, & reliquit eam apertam: ſi tamen aperuit ciſternam, & fodit, & operuit, & alius veniens tulit operculum, patentemq; reliquit, non ponitur hic, quid fieri debeat: ideo prima expoſitio eſt melior: nam quomodocunq; ſit ille, qui ciſternam relinquit apertam, meretur ſoluere pœnam damni dati, cuius ipſe eſt immediata occaſio. Dicit Rabbi Salomon, q̃ iſtud intelligitur de ciſterna, quę aperta relinquitur in locis, per quæ ſolent animalia iſta domeſtica incedere: nam ſi ſit locus ſeparatus, vt in montibus, vbi ſolùm feræ morantur, & aperiatur ciſterna ad capiendum feras, & relinquatur aperta, dato, q̃ à caſu veniat bos, vel aſinus, vel aliquod domeſticum animal, & incidat in foueam, non tenetur, qui ciſternam apertam reliquit, vt patet ff. ad legem Iuliam, in l. qui foueas. Iſte namque, qui in tali loco ciſternam apertam reliquit, non dedit occaſionem damni, niſi valde per accidens, ideo non imputatur: qui autem occaſionem damni dat immediatè, tenetur de damno dato, vt patet ff. ad legem Corneliam, nihil intereſt, & ff. ad legem Aquiliam, qui occidit, §. penultimo. & extra de iniurijs, & damno dato, c. ſi culpa tua. *Ceciderit q; bos, vel aſinus*. Loquitur de iſtis animalibus, quæ communiora, & vſui noſtro propinquiora ſunt: ſed non ſolùm de his intelligitur, quia etiam ſi ouis, aut capra, vel equus, aut mulus, ceciderit ſtabit pœna legis. *Dominus ciſternæ reddet precium*. Refertur hoc ad ſecundam expoſitionem, in qua idem aperuit ciſternam, & fodit, & reliquit patentem: quia tunc de damno dato contra ipſum agetur: ſi autem ipſe non reliquerit ciſternam apertam, ſed alius aperuerit, & conſtat quis aperuit, contra aperientem agetur de damno dato: ſi tamen non conſtat, quis aperuit ciſternam, agetur contra dominum, quia ipſe tenebatur eam cuſtodire taliter, vt non eſſet occaſio animalibus ad cadendum.

Semper in malis pœna danda eſt ei, q̃ cãm immediatã tribuit malo.

Expoſitio Rabbi Salomonis confutatur.

QVAESTIO. XXXI.

RABBI Salamon dicit, quòd ſi aliquis dominus mandauit alicui fodere ciſternam in loco communi, vbi poterat eſſe occaſio, q̃ non tenetur dominus mandans de damno dato, ſed ille qui mandato eius fodit. Sed hoc falſum eſt: nam non ſolùm qui egit, ſed etiam qui fieri mandauit tenentur ad pœnam damni dati: nam ille cuius negligentia, vel imperitia malum, aut damnum factum eſt, aut cuius animalia eo non cuſtodiente nocuerunt, tenetur de damno dato, vt patet extra de damno dato, & iniurijs, c. ſi tua negligentia. Item maius eſt mandare aliquid fieri, quàm conſentire cùm fit, quia maiorem cauſalitatem poterat, qui mandat: ſed qui conſentit malè agenti tenetur de crimine, vt patet ad Rom. primo cap. vbi dicitur, q̃ tam agentes, quã conſentientes facientibus, morte digni ſunt: & extra de reſtitutione ſpol. in cap. cum ad ſedem.

dem. ergo qui mandauit magis tenebitur. Dicendum ergo ꝙ si aliquis mandauit alteri fodere cisternam in loco prohibito: aut ille, cui mandatum est, erat seruus mandatoris, aut mercenarius: si autem seruus erat, dñs tenetur totaliter: nam seruus non poterat repugnare mandato domini quantum ad talia, licèt in alijs rebus debuisset repugnate: vt si mandaret ei occidere aliquem, aut furari, vel adulterium siue stuprum committere: in isto ergo casu tenebitur dominus totaliter. Item quia hic agi debet de damno dato, actio autem de damno dato est pecuniaria, vel resolubilis in pecunias. Cùm autem seruus nihil possideat, nõ potest agi-
Si dñs negaret se mandasse seruo aperire cisternã, & noluerit damna soluere cogẽt dare seruum.
contra seruum, quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, vt patet extra de restitutione spoliatorum in c. olim, si tamen dominus negaret se mandasse seruo suo tale quid agere, & nollet soluere damnũ datum ex fossione, & apertione cisternæ, cogeretur dimittere seruum vendi ad resarciendum damna data, quia non habet vnde soluat: sicut cùm quis furatus fuit, & non habet vnde soluat, venditur ad soluendum furtum, & pœnam furti, vt patet infra 22. ca. dominus etiam tenetur interdum pro malo, quod seruus egit etiam non mandante eo, nec facto illo malo nomine domini sui: vt si quis seruus eiecit aliquem de possessione alicuius rei, dominus tenetur saltem noxaliter, vt patet, ff. de vi, & vi armata, l. 1. §. sed, & si cùm quis, & §. sequenti. Si autem ille cui mandatum est fodere in loco communi, & nociuo, est mercenarius quilibet est tenetur etiam de damno dato cum ipso domino mandante: nam iste mercenarius liber erat, & non cogebatur obedire mandatis conducentis eum nisi quatenus iustè mandaret: quia ergo ad mandatum alterius in loco indebito, atque prohibito fodit, tenetur sicut dominus principalis cisterne, s. qui eam fieri mãdauit, nisi dominus cauerit de soluendo damna, & liberando fossorem a quacunq; impetitione super hoc: nam tunc se subijcit omnibus actionibus, quæ contra alterum intentari possent super hac re. *Reddet precium iumentorum*. Si ceciderint iumenta in foueam, & ibi mortua fuerint: aut confracta fuerit aliqua pars corporis, aut debilitata: dominus cisternæ soluet tantum quantum valerent ista iumenta antequam damnum, siue læsionem hanc paterentur. Et vocantur hic iumenta large, siue pro iumentis, quæ dicuntur propriè iumenta, & sunt adiutorium humanum in ferendis oneribus, vt asini, equi, muli, cameli, & boues: siue pro omnibus alijs animalibus, quæ domestica sunt, & vocantur pecora, vt oues, arietes, capræ, & similia, & isto modo accipitur iumentum supra 9. cap. cum dicitur: Quòd fuerunt cinifes in omni terra Aegypti, tam in hominibus, quàm in iumentis. & supra 10. c. cum dr: ꝙ grãdo percussit homines, & vniuersa iumenta, quæ in agro inuenta sunt. & supra 11. & 12. c. cum dicitur, ꝙ percussit Deus omnia primogenita in terra Aegypti, tam hominum quam iumentorum: ergo oportebat ibi percuti primogenita caprarum, & ouium: quæ tamen non vocantur iumenta propriè accipiendo: sic etiam supra 13. vbi mandantur immolari siue sanctificari primogenita iumentorum, quod magis de ouib⁹ bobus, & capris, quàm de alijs iumentis dictũ est, quia alia non sanctificantur præter asinum, qui oue redimitur, vt patet supra 13. c. *Quod autem mortuum est ipsius erit*. Non solùm si mortuum fuerit: sed etiam si debilitatũ fuerit, aut aliqua pars corporis fracta: nam tunc tenet recipere ipsa animalia domin⁹ cisternæ, & dare preciũ eorum, quod iudicaretur antequam talem læsionem incurrissent: aliàs diceremus, ꝙ dominus cisternæ solùm teneretur, quando animal cadens in cisternam moreretur: sed falsum est, quia tunc non solnerentur omnia damna. Ista lex iudicialis inter cæteras, quas Ecclesia canonizauit, reperitur canonizata extra de iniurijs, & damno dato, & est fm c. illius tituli. *Si bos alienus*. Supra ponebatur pena pecuniaria quantũ ad damna, quæ culpa hominis inferuntur. Hic ponitur regula ad damna inflicta à rebus suis domino non sciente, vel non principaliter agente, sed quasi per accidens. *Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit*. Dr alienus, quia si bos vnius viri alterum bouem eiusdem viri vulnerauerit non tenet lex, quia idem est, qui patitur damnum, & cuius res agit damnum, nec potest ibi poni aliqua lex: quia eiusdem ad seipsum nulla iustitia existere potest: nam iustitia est æqualitas, vt omnib⁹ est per se notum, & dicit idem Arist. in 5. Ethicorum: sed æqualitas semper est inter diuersa: eiusdem autem ad seipsum, nec est æqualitas, nec inæqualitas, sed identitas: ergo nec iustitia: sed lex ponitur ad cognitionem iustorum, s. quid fieri debeat, & quomodo distribui debeant pœnæ, & lucra, & honores, & damna, aut hęc adinuicem commutari: ergo in damnis, quæ aliquis sibi ipsi infert, vel res suæ sibi inuicem infligunt, nulla lex poni debet, quia non est ibi commutatio, vel distributio, & consequenter, nec iustitia, quæ diuiditur sufficienter in commutatiuam, & distributiuã, vt patet in 5. Ethicorum: cùm non sint personæ, inter quas fit commutatio, aut distributio: cũ autem bos vnius vulnerat bouem alterius, est ibi iniustitia, quia vnus magis accipit de lucro, & alius magis accipit de damno, iuxta modũ loquendi Arist. in 5. Ethicorum: nam ille cuius bos alterum percutit, dr magis habere de lucro: ille autem cuius bos vulneratus est, magis de damno habere dr: ideo ibi committitur iniustum, s. quia vnus iniustum agit, alius iniustum patitur, & inter hos oportet intercidere legem determinantem, quid fieri debeat. *Et ille mortuus fuerit*. Nam si solùm vulneratus est, reddet dñs quantum bos percussus minus valet. *Vendent bouem viuum*. Notandum ꝙ id quod superius diximus, s. ꝙ dñs bouis vulnerantis reddat domino bouis vulnerati tantum quantum bos vulneratus in precio diminut⁹ est, pertinet ad casum, cũ dñs sciebat bouem esse cornupetam, & non custodiebat eum, de quo immediatè dr: si tamen dñs nesciebat bouem cornupetam, sicut ista litera supponit: ponens duo membra opposita, quorum id, quod inferius est, cùm dominus cognoscebat, non soluet precium, quo bos in valore minuitur, sed dispartietur damnum inter dominum bouis percutientis, & percussoris æqualiter: sicut fit cùm bos percussus moritur, vt patet in litera. Et fiet sic, si bos ante percussionem valebat quinque siclos, & post percussionem valet tres siclos, peioratus fuit bos in valore duorũ siclorum: ideo dispartietur damnum, s. ꝙ dñs bouis percutientis soluat vnum siclum dño bouis vulnerati, & dñs bouis vulnerati perdat alium siclum. *Vendent bouem viuum, cadauer autem mortui inter se dispartient*. Hic vult lex æquare damnum inter vtrumque dominũ bouis, s. mortui, & occidentis. Et fundmentum est: quia dominus bouis, qui cornu vulnerauit alterum, & occidit, nesciebat: ideo non fuit in aliqua culpa saltem leuissima, & sic non debet aliquid pati de damno tanquam in pœnam posito: sed inter eum & dominum bouis mortui damnum diuidetur, verbi gratia. Si bos viuus valet decem siclos, & bos mortuus valet sex ad vendendum carnes ejus Gentilibus, quibus eas comedere licebat, & quibus Hebræi eas vendere poterant (nam Hebræi non poterant eas comedere, vt patet infra 22. cap. & melius Leuit. 17. c. quia à bestia mortuæ sunt.) Diuidi ergo debebat iste valor inter dominos bouum, & cùm bos viuens, & mortuus valeant simul 16. siclos prouenient cuilibet domino octo sicli. Respiciendum est valde in ista diuisione precij, & cadaueris ne fallatur aliquis de dominis bouũ: nam ista lex

Ecclesia canonizauit istã legẽ de cisterna aperta ĩ tit. de iniur. & dãno dato.

Biusdẽ ad seipsum ñ pōtest esse aliqua æqualitas, vel iniustitia.

Attẽdẽdũ est ne ĩ ista diuisione precij, & cadaueris aliquis dominorum fallatur.

lex introducta est ad æquandum damnum vtriusque domini: nam vterque damnum pati debet, sed ambo æqualiter: contingere tamen posset aliquando, ꝙ vnus istorum commodum reportaret, s. ꝙ magis acciperet pro boue suo, quàm valeret siue mortuus sit, siue viuens: & alius multum pareretur, quia totum damnũ sustineret, & insuper fraudem dando lucrum alteri in eo, in quo damnum sustinere deberet.

QVAESTIO. XXXII.

SCIENDVM autem ꝙ ista lex ponitur, quia cõnuniter bos mortuus non tantum valet, sicut ipsemet, dum esset viuus: si autem semper bouis mortui, & eiusdem viuentis precium æquale esset, non sustineret aliquod damnum dominus bouis mortui, & nõ oporteret poni istam legem: quia tamen non tantum valet, damnificaretur dominus bouis mortui multũ: & vt non sustineat tantum damnum, datur lex, vt diuidatur damnũ inter vtrumq; dominũ. Consideran-
Lex ista tenet qñ boues sunt æquales valoris.
dum est, ꝙ ista lex solùm tenet verum, quando boues sunt æquales valoris, dum viuun: t vt si vnus bos valeat decem siclos, & alius decem siclos, si vnus occidatur, & mortuus valeat sex siclos, deperdunt ĩ eo quatuor sicli, & damnum istud dispartietur inter dominos bouum; s. bos viuens venditur pro decem siclis, & bos mortuus venditur pro sex, erũt 16. sicli, quibus diuisis peruenient cuilibet domino bouis octo sicli: si autem vterque bos viueret, valerent simul 20. siclos: & quilibet dominorum haberet decem siclos: isto modo diuidendo, quilibet haberet de damno quantum alius, s. quia perderet duos siclos. Si autem boues essent inæquales in valore necesse esset vnum de dominis fraudari: si enim bos viuens magis valeret, quàm bos mortuus quando erat viuens, dominus bouis mortui lucrabitur: nam plus habebit pro boue mortuo, quàm haberet pro eo, si viueret verbi gratia. Valet vnus bos 12. siclos, & alius bos octo siclos: bos valens 12. occidit bouem valentem octo siclos: si ergo vendatur bos 12. siclorum pro 12. siclis, & bos mortuus, qui valebat octo siclos dum viueret, si vendatur pro sex erunt simul 18. qui si diuidantur euenient cuilibet nouem sicli: & sic dominus bouis mortui, qui debebat pati aliquod damnum, quia bos suus mortuus est: recipit lucrum: nam magis accipit pro boue mortuo, quàm ꝑ eodem viuente: nam si viueret solùm reciperet pro eo octo siclos: nunc autem postquam mortuus est, recipit nouem: ergo bos mortuus valet magis vnum siclum, quàm viuens: dominus autem bouis viuentis recipit magnum damnum, quia perdit tres siclos: nã bos suus valebat duodecim siclos: nunc autem recipit solùm nouem. Etiam dato, ꝙ bos mortuus tantum valeat, sicut idem viuens: tamen si viuens non valet tantum, sicut alius, qui manet viuens sem, per erit damnum domino bouis viuentis, & lucrum domino bouis mortui, verbi gratia. Valeat bos viuens duodecim siclos: & alius qui mortuus est, dum viuebat valebat octo siclos, & postquam fuit mortuus dãtur octo sicli pro carnibus eius, & corio. Si ergo diuidantur ista precia, lucrabitur dominus bouis mortui duos siclos, & dominus bouis viui perdet duos, & patet: vendatur bos viuens pro duodecim siclis, & bos mortuus pro octo siclis, quibus valebat, dum viueret, erunt viginti sicli. Cùm autem diuidantur per æqualia, peruenient cuilibet decem sicli: sed bos mortuus, dum viueret solùm valebat octo siclos: tunc autem dominus suus recipit pro eo decem siclos, ergo lucratur duos, & sic lucrum reportat, vnde damnum magis expectare deberet. Similiter si bos mortuus magis valebat, quàm viuens, qui manet, & tunc dominus bouis viuentis lucrum reportat, & hoc siue bos mortuus tanti valeat mortuus, quanti valebat viuens, siue non: verbi gratia. Si bos, qui mortuus est, dum viueret valebat decem siclos, & bos qui manet viuens solùm valet sex siclos, & bos mortu⁹ postquam est mortuus valet decem siclos: si coniungantur precia erunt sexdecim sicli, quibus diuisis prouenient cuilibet domino bouis octo sicli, & sic dominus bouis mortui lucratur duos siclos, magis tamen debebat pati damnũ, quia bos suus mortuus fuit per accidens. Etiam dato, ꝙ carnes bouis mortui minoris valeant, dominus bouis mortui non recipit aliquod damnum, aut non recipit quantum debet. Quòd autem non recipiat aliquod damnum patet, vt si bos viuens valeat decem, & mortuus valeat octo, dum esset viuens: postquam autem mortuus est valet sex siclis, si coniungantur precia erunt sexdecim sicli, quibus diuisis per medium euenient cuilibet octo, & sic cùm bos mortuus ante mortem valeret octo siclis, & nunc valet octo siclis, nihil perdit dominus eius: dominus autem bouis viuentis perdit duos siclos. Interdum autem dominus bouis mortui perdet, sed non tantum quantum perdere deberet, & tũc etiam iniustum est: nam sicut est iniustum facere habere magis de lucro, quàm oportet habere, ita est iniustũ facere minus habere de damno, quàm oportet: nam modicum damnum respectu maioris damni lucrum reputatur. De his Aristo. 5. Ethicorum. Exemplum, vt si bos viuens, qui manet valet decem siclis, & bos mortuus dum viueret valebat octo, postquam autem mortuus est solùm valet quatuor siclis: coniungantur ista precia erunt 14. sicli: quibus diuisis, cuilibet domino prouenient 7. sicli: sed bos mortuus dum viuebat valebat octo siclis: nunc autem solùm recipit 7. ergo perdit vnum siclum. Tamen adhuc iniustum fit, quia dominus bouis viuentis perdit tres siclos, quia bos suus valebat decem, nunc autem recipit solùm septem, ergo perdit tres siclos: sed dominus bouis mortui solùm perdit vnum: ergo non iuste diuiditur. Sed hoc sequitur si ista regula teneat vniuersaliter: ergo non debet tenere, nisi quando bos mortuus, & viuens erant æquales valoris: dũ vterque viueret: sic autem faciens in istis impossibile erit errare. Si autem vnus bos sit maioris valoris, quàm alius dum viuerent, quicunque ille sit bos, qui magis valuerit faciendum erit hoc modo, s. ꝙ bos viuens venditur, & cadauer mortui bouis, & de illa summa pecuniæ tollatur quantum vnus bos, dum viueret valebat magis quàm alius dum viueret, & illud detur domino bouis magis valentis, siue sit dominus bouis mortui: siue viuentis, & reliqua pecunia manens diuidatur inter vtrumque dominum, & tunc infallibiliter rectè factum erit, verbi gratia. Bos viuens valebat duodecim siclis: & bos mortuus valebat sex, dũ viueret venditur vterque, & fiunt sexdecim sicli: dato ꝙ vendantur carnes mortui quatuor siclis: dando ergo domino bouis viuentis id quod magis valebat suus bos, dum viueret quàm bos mortuus, dum viueret, s. sex sicli, manebunt decem sicli, scilicet extrahendo sexdecim: & isti decem sicli, distribuantur per vtrumque dominum, & tunc venient cuilibet quinque sicli.

Qualiter ẽ faciendũ cum boues dum viuerent erant inæqualis valoris.

Quatuor regulæ ad cognoscendum qualiter diuisio facta inter dominos bouum conuenienter sit facta.

QVAESTIO. XXXIII.

AD cognoscendum autem vtrum rectè diuisum est, respiciatur vtrum post diuisionem quilibet dominorum æqualiter perdiderit. Et si hoc reperiatur æqualiter diuisum est: si autem non perdat vterq; æqua-

æqualiter malè diuisum est: & patet in diuisione præcedenti, cū bos viuens valebat duodecim, & bos mortuus cum viueret valebat sex, & postea venditæ sunt carnes pro quatuor, facta diuisione secundum regulā supradictam dantur cuilibet quinque, & perdit quilibet vnum siclum: quod patet, quia bos mortuus dum viueret valebat sex, postea diuisione facta dantur ei quinti sicli, & sic perdit vnum, dominus autem bouis viuentis etiam perdit vnum solùm: nam bos suus valebat duodecim siclis, & facta diuisione dantur ei vndecim, ergo solùm perdit vnum. Patet hoc: nam dantur ei sex sicli: quibus bos viuens superat bouem viuentem, qui nunc mortuus est in precio: deinde diuidendo summam, quę manet, s. decem, dantur cuilibet quinque, & sic quinq;, & sex sunt vndecim, quos subtrahendo a duodecim remanet vnus, quem perdit dominus bouis viuentis, & sic rectè factum. Secunda regula ad cognoscendum vtrum ista diuisio sic est, ꝙ quandocunque aliquis de dominis bouum recipit p̄ boue mortuo, vel viuente magis quàm valebat viuēs malè diuisum est, verbi gratia. In exemplo suprapositio bos, qui manet viuens valet duodecim siclis, bos autem qui mortuus est dum erat viuens valebat sex, postquam mortuus est valuit quatuor, qui simul sunt 16. si ergo dominus bouis viuentis recipiat pro parte sua magis, quàm valet bos suus viuens saltem vnum siclum, scilicet 13. malè diuisum est. Et patet, quia tūc manebunt tres sicli pro domino bouis mortui: si ille bos antequam moreretur valebat sex siclos: ergo perdit dominus eius tres siclos, & alius lucratur vnū: sed damnū deberet semper æqualiter distribui: ergo male diuisum est: ponatur per cōtrarium, scilicet quia bos, qui mortuus est, dum viueret valebat sex siclos, & bos viuens 12. & venditis carnibus bouis mortui pro quatuor erunt sicli in summa 16. de quibus dentur octo domino bouis mortui, qui erunt plures quàm valeret ipse bos, dum esset viuens, manebunt alij octo sicli pro domino bouis viuentis: sed bos viuēs, valebat 12. siclis: ergo perdit quatuor, & dominus bouis mortui valentis sex, recipit octo: ergo malè diuisum, quia vnus lucratur, & alius perdit. Tertia regula ad cognoscendā rectam diuisionem est, ꝙ dominus bouis mortui nunquam debet habere minus de precio quàm valuit bos mortuus: nec tamen dicitur, ꝙ semper debet habere tantum, & non plus quàm valebat bos mortuus, & patet, vt in superiori exemplo, si bos viuens valeat 12. libris, vel siclis, & bos mortuus quando esset viuens valeret sex siclis, quando autem mortuus valeret carnes quatuor siclis: si bouis mortui dominus recipiat minus, quàm quatuor siclos, diuisio malè facta est, scilicet si recipiat solùm tres, & patet, quia 12. sicli, quis valet bos viuus, & quatuor, quos valuerunt carnes bouis mortui sunt sexdecim, de quibus si dentur tres sicli domino bouis mortui, manebunt sicli tredecim pro domino bouis viuentis, quod malæ distributionis signum est: nam solùm valebat ille bos 12. siclis, & nunc dantur 13. Et patet hoc esse malum: quia est contra duas regulas priores, contra primam scilicet, quia vnus magis perdit de valore bouis sui, quàm alius: nam domin⁹ bouis mortui perdit tres siclos, quia ante valebat sex, nunc autem recipit p̄ eo solùm tres: dn̄s autem bouis viuentis recipit quantū valebat bos suus, & insuper vnum siclum, s. 13. siclos. Etiam est contra secundam regulam, in qua dicitur, ꝙ ad rectam diuisionem requiritur, vt nullus domin⁹ bouis mortui siue viuentis recipiat magis pro boue suo, quàm valebat viuens, siue cùm eum dominus su⁹ tenebat viuum: sed hic si recipiat dominus bouis mortui minus quàm valuerunt carnes, s. solùm tres siclos, restabant ex diuisione 13. sicli pro domino bouis vi-

F uentis, qui sunt plures, quàm valebat bos suus. Quarta regula ad cognoscendum rectam diuisionem sciendum, ꝙ ista lex ponitur ad mitigandum damnum, sine moderandum, ne totum vni parti eueniat, & quia damnum dicitur a diminutione rerum, cùm aliquis minus habet, quàm ante habebat. Si ergo bos mortuus tantum valet, sicut ante cùm esset viuus, nulla diminutio est, ergo nec damnum, & non oportebit ponere diuisionem aliquam, quę introducta fuit ad moderandum damnum vnius partis: si autem bos mortuus minus valeat quàm quando erat viuens: oportet esse diuisionem ad temperandum damnum, & quia tantum est damnū quanta est diminutio bouis mortui ad seipsum viuentem in precio: & bos mortuus

G antequam moreretur valebat sex siclos: nunc autem cùm mortuus est, valet quatuor, ergo diminutio, vel damnum est: duo sicli, qui diuidentur per dominos bouis, & vn⁹ perdet de suo boue vnum siclum, & ali⁹ perdet alium: quandocunq; ergo sic accidit, assumenda est quantitas diminutionis precij bouis mortui, & diuidenda est per vtrumq; bouem, & sic tota est diuisio: vt si bos viuens valebat 12. & mortuus, cùm viueret valebat octo, cùm autem mortuus est valet quatuor, est diminutio in quatuor siclis: quibus diuisis eueniet cuilibet domino bouis perditio duorū siclorum: illi ergo domino bouis viuentis cui⁹ bos valebat 12. prouenient decem, & domino bouis mortui, qui valebat 8. antequam moreretur prouenient sex, & sic

H quilibet perdet solùm duos siclos, quod est perdere p̄ æqualia. Et patet hæc regula, quia concordat tribus suprapositis. *Vendent bouem viuum, & diuident precium.* Potest hoc fieri tripliciter: vno modo ꝙ vendatur bos viuus, & diuidatur mortuus inter eos, siue ad vendendum Gentilibus, siue ad aliquid alterum si illo indiguerint. Secundus modus, ꝙ vendatur vterq; bos tam mortuus quam viuus, & precium vtriusque diuidetur secundum modum supra datum. Tertius modus secundum istam quartam regulam supra positam, s. ꝙ dominus bouis viuentis teneat bouem suum pro se, & dominus bouis mortui, vendat bouem mortuum, & medietatē diminutionis precij soluat dominus bouis viuentis. *Cadauer verò mortui inter se dispertient.* Idest

Diuisio p̄cij bouis tripliciter fieri pōt.

I precium cadaueris bouis mortui, quod vendent Gentilibus ad comedendum, vel dispertient, quia si ipsi volunt accipere carnes bouis mortui, non ad comedendum, sed ad dandum canibus, vel ad aliquid alterum, accipiet vnus medietatem, & alius aliam medietatē, & corium similiter dispertient, vel valorem corij. *Si autem sciebat, ꝙ bos cornupeta fuisset.* Hic ponitur alius casus: nam ea, quæ supra dicta sunt de diuisione damni inter dominos bouum erat, quando dominus bouis vulneratoris nesciebat eum esse cornupetam: ideo nihil damni ei imponitur loco culpæ in pœnam. *Quòd bos cornupeta esset.* Idest quia consueuisset cornupetere boues, aut viros: debet dominus totum damnum soluere, quia ipse in culpa fuit talem bouem cornupetā

K non claudendo, vel seruando, ne noceat. *Ab heri, & nudius tertius.* Idest ab vno die ante, vel duob⁹ siue pluribus. Et hoc supra expositum est: tenet autem ista lex cùm alieni contestati sunt dominum bouis cornupetæ, bouem esse cornupetam: nam dato quòd allegetur, quòd dominus sciebat eum esse cornupetam negabit, & nō condemnabitur, nisi probetur sciuisse: nam qui allegat dolum, probare debet illum: si tamen dominus bouis cornupetæ fuerit requisitus, quòd clauderet siue custodiret bouem cornupetam, non poterit allegare se nesciuisse. *Et non custodiuit eum dominus suus.* Pro hoc tenetetur de damno dato, quòd non adhibuit diligentiam, quam debuit, & potuit, ne accideret: vt extra de iniurijs, &

& damno dato. c. si culpa tua. *Reddet bouem pro boue.*

A Si constet, ꝙ bos cornupeta aggressus fuit alium, & occidit: nam tunc tenebitur dominus bouis cornupetæ dare bouem pro boue: vnum bouem tanti valoris reddet, quanti erat ille bos, qui mortuus est. Et non est sensus, ꝙ bos cornupeta, qui occidit alterum debet dari pro eo, quia fortè minus valet, quàm bos, quem occidit: sed debet dari alius eiusdem valoris. Si autem bos, qui mortuus est, inuasit bouem cornupetam, dato ꝙ ab eo mortuus fuerit, non tenetur dominus bouis cornupetæ, vel si non constet quis bouum alterum prius inuasit, vt patet, ff. si quadrupes pauperiē fecisse dicatur l. 1. §. cum arietes, & ff. ad legem Aquiliam, in l. itaque. Et ff. ad legem Aquiliam in l. scientiam, §. cum stramenta. *Et cadauer integrum accipiet.*

B Quia vendebant ista cadauera Gentilibus, quibus licebat comedere animalia sic mortua: Iudæi autem non debebant ea comedere. Notandum quòd inter cæteras iudiciales leges veteris testamenti, quas canonizauit Ecclesia, ista est canonizata extra de iniurijs, & damno dato. Et est tertium c. illius tituli.

CAPITVLVM XXII.

SI quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse moriatur. Si non habuerit, quòd p̄ o furto reddat, ipse venumdabitur. Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus est viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni estimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas, & compræhenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris: reddet damnum, qui ignem succenderit.

De homi. cap. 3.

De iniurijs c. 4.

Si quis. Posita in superioribus directione irascibilis per præcepta iudicantia, hic agitur de directione concupiscibilis per præcepta similia. Et diuiditur in duo: quia primò regulatur concupiscibilis circa vtile: secundò circa delectabile, ibi. *Si seduxerit.* Nam bonū est, quod concupiscitur, & quia sunt plura genera bonorum, oportet esse plura genera concupiscibilium.

De tribus bonorum generibus.

QVAESTIO. PRIMA.

DISTINGVVNTVR namque tria genera bonorum, s. vtile, delectabile, & honestum. Bona autem honesta dicuntur propriè illa, quæ ita sunt bona, quæ nullo modo sunt mala, & ista sunt virtutes morales, vel Thologicæ, & actus earum: nam virtus ita est bonus habitus, ꝙ impossibile est esse malum, cū naturaliter sit quælibet virtutum in medio, quod est regula boni, & mali: & talia bona non sunt dirigibilia: quia in desiderio earum non peccamus, nec in vsu: ideo circa ista nulla præcepta ponuntur. Alia sunt bona, quæ vocantur honesta largè, eo ꝙ sunt coniuncta honestis, vt scientia, honor, fama, & similia, vt ait Philosophus in 7. Ethicorum: & circa ista non est aliqua turpitudo: possumus tamen excedere in eis desiderando magis scientiam quàm oportet, & quàm nō oportet, & sic de cæteris. Idem circa amorem parentum, nam licèt amare parentes sit de pulcherrimis secundum naturam, vt ait Aristo. ibidem: tamen aliqui tantum excedunt, vt propter amorem eorum repugnent Deo: quemadmodum dicit ibi de Niobe, quæ repugnauit Dijs, quia occiderunt filios eius. De hoc magis per Ouidium Metamor. libro 4. Sic etiam dicit ibidem Philosophus de quodam iuuene Satyro,

Amor parentū in se bonus est: n̄ potest esse malus

C qui cognominatus est ab amore patris Philopater, quod nimis patrem amando videbatur desipere. Circa desiderium ergo istum contingit peccare, & oportet dare regulam: sed ista concupiscentia non pertinet ad vim concupiscibilem: quia concupiscibilis est vis animæ prout est infixa carni: ideo ad sola corporalia extenditur. Hæc autem purè spiritualia sunt, ideo pertinent ad desiderium volitiuum, & non ad concupiscentiam vis concupiscibilis: nam hæc cum bestijs nobis communis est: in isto autem cap. solùm tractatur de his, quæ propriè pertinēt ad concupiscibilem vim: ideo nihil de concupiscentia illorum dicitur. Aliud est concupiscibile, quod est vtile, & istud extenditur ad omnes res possessas, in quantum possidentur, vt ar-

D gentum, aurum, domus, ager, iumentum, vestis, & sic de cæteris: hæc autem omnia contingit concupiscere, & licèt desideratę res sint hic corporales, tamen vis illa secundum quam desideramus ista, non est corporalis, sed spiritualis: nam desiderare rem possessam est desiderare dominium: hoc autem spirituale est: nam non communicant nobiscum in hoc bestiæ, cùm nulli dominentur, nec quicquam possideant, nec sciant quid sit possidere: pertinet ergo hoc ad spirituale desiderium: quia tamen sunt istæ res desideratæ res sensibiles, & cognoscuntur ab omnibus, desiderantur ab omnibus, & contingit multas iniustitias fieri propter hæc, s. cùm iniustè auferuntur, aut destruuntur: & de his ponuntur regulæ, cùm circa hoc populus rudis

E multum peccet. Tertium bonum, siue cōcupiscibile est delectabile, & accipitur hic delectabile specialiter: nā in omni bono, quod desideramus delectatio quædam est, & in vtili, & honesto, & alijs generibus: vt qui possidet delectatur in possidendo: qui dominatur in dominando, qui vincit in vincendo, qui scit in sciēdo. Et sic dicit Arist. in 2. Politicorum, esse quasdam delectationes Philosophiæ: & in omnibus actionibus nostris delectationem intendimus, & secundum hanc actiones nostras dirigimus, vt ait Arist. in 7. Ethic. s. de delectatione autem, & tristitia speculari eius, qui politicam Philosophatur: iste est enim finis Architectonicus ad quem respicientes bonum quodque: hoc quidem malum, hoc quidē bonum simpliciter dicimus,

In oī bono, quod desideramus delectatio quędam est.

quilibet ergo sequitur delectationem, & post illam F
tendit in operationibus suis. Sic ait Virgilius in libro Bucolicorum Egloga secunda, quæ incipit.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.
Cum dicitur.
Torua leena lupum sequitur: lupus ipse capellam,
Florentem cythisum sequitur lasciua capella,
Te Corydon Alexi: Trahit sua quenque voluptas.

Quamuis si multis rebus, & bonis sunt delectationes, vulgares tñ solas corporales delectationes vocant.

Cùm ergo delectationes in singulis, quæ diligun-
tur sint, specialiter tamen delectationes vocantur à
vulgaribus illæ, quæ corporales sunt: & istæ inter cæte
ras hæreditauerunt nomen delectationum, quia istæ
magis cognitæ sunt, & has omnes experiuntur: vt ait G
Arist. in 7. Ethicorum circa finem, scilicet: Sed assum-
pserunt nominis hæreditatem corporales delectatio-
nes propter & plures inclinare in ipsas, & omnes
participare ipsas: propter igitur has solas cognitas
esse, has solas existimant esse. Vocantur ergo
ista corporalia delectabilia specialiter, licèt om--
nia bona delectabilia sint; & sunt ista in gustu circa
cibum, & potum, & circa tactum in actibus ve-
nereis, & cæteris motibus. Et quia in his delectabi-
le, quod potissimè facit stare, & deuiare a iustitia, est
actus venereus, ponit regulationem circa actus vene-
reos: duo ergo hęc concupiscibilia hic regulantur, sci-
licet vtile, & delectabile corporale. Prima in duas: H
quia primò vetatur contractatio rei alienæ nobis non
commissæ. Secundò contractatio rei commissæ, ibi.
Si quis commendauerit. Circa primum sic dicitur. *Si quis furatus fuerit*. Hic agitur de furto prout est contractatio clãdestina rei alienæ inuito domino, & ignorante: & non dicitur aliquid de rapina seu latrocinio, quod vi, & palam fit: nam maiorem pęnam merentur latrocinia agẽtes, quàm fur: nam fur solùm aufert res nostras, latro autem & diripit eas, & nobis violentiam facit: vnde in primo solùm est damnum, in secundo autem est damnum, & iniuria: non imponitur tamen hic quantitas pęnæ raptoribus. *Bouem, aut ouem*. Nam si furetur aurum, vel argentum cæteramque pecuniã, vel supellectilem domesticam, non imponitur pęna, de qua agitur in ista lege, sed infra videbitur: ponit autem de istis per se, quia facilius istud furtum fit, quàm I furtum rerũ domesticarum, & sæpius in hoc incidi-
tur. *Et occiderit atque comederit*. Vel melius, vt habet alia litera. *Vendiderit, aut occiderit*. Dicitur hoc, quia pęna huius legis, s. dare quinq; boues pro vno, aut quatuor oues pro vna: non imponitur cuilibet furanti bouẽ, aut ouem: sed ei qui furatus est, & postea vendidit, aut occidit: si autem solùm furatus est, & nõ vendidit nec occidit, sed apud se pecus viuum detinet, dabit duplũ, s. id quod furatus fuit, & aliud æquale, vt patet immediatè in lege sequenti, cùm dicitur: si inuentum fuerit apud eum, quod furatus est viuẽs: siue bos, siue asinus, siue ouis, duplum restituet. *Quinque boues pro vno boue restituat*. Licèt loquatur de bobus, sub genere masculino, tamen etiam fœmellæ intelliguntur, quia accipitur pro nomine speciei, ideo etiam siue vnam vaccã K quis furatus fuerit, quinque restituet, sicut de masculis. *Et quatuor oues pro vna oue*. Idem dicendum de ouibus, ꝙ licèt dicatur de fœmellis, intelligendum tamen est etiam de masculis, vt si quis furetur vnum arietem, vel agnum, quatuor arietes, vel quatuor agnos restituere debebit. Et quod dicitur de ouibus intelligendum videtur capris, quia ad eundem modum pecorum pertinent.

Quare mandatur pro vno boue furto ablato 5. restitui, & pro vna oue quatuor. Et quare maiorem restitutionem fieri mandauit lex in bobus, & ouibus, quam in cæteris rebus.

QVAESTIO. II.

QVAERET aliquis quare fiat hic differentia inter boues, & oues quantum ad restitutionem in furto, ita vt in bobus restituantur quinque pro vno, in ouibus quatuor pro vna. Rabbi Salamon respondet, ꝙ hoc fit propter maiorem laborem furandi arietes, aut oues, quam boues: nam cùm aliquis furatur ouem portat ad collum, vel arietem, & laborat in portando: si autem furetur boues, non portat ad collum: sed dirigit impellendo, & minando versus illam partem, ad quam vult portare: & sic minor labor est in furando boues, quàm oues: pro labore ergo, quem sustinet fur in furando datur ei indulgentia, ne tantum restituat in arietibus, sicut in bobus. Ecce equaliter iste Iudæus alienatus mente ipsis bobus, de quibus loquitur, stultior efficitur: omnia namque ista sunt friuola, & quæ dicit, & quæ supponit, vt non esset necesse contra eum arguere, ipse namque sibi discludit. Dicit.n. ꝙ maior labor est furari oues, quàm boues, sed hoc falsum videtur: namque potest quis faciliter ducere vnũ gregem ouium, aut caprarum: armenta autem bouũ difficulter, maximè cùm tauri ibi sunt. Etiam quia dicit, ꝙ furans imponit ouem collo, bouem autẽ non imponit, sed hoc fit cùm vnam ouem, aut arietem furatur: quid autem si multas, vbi namque imponet eas? Etiam præsupponit quoddam valde contra rationem, s. ꝙ pro labore habito in furando remittatur aliquid de satisfactione: nam remissio datur pro bono opere, & meritorio: furati autem est malum ex fine, & ex genere, ideo qualitercunque aliquis furetur, siue cum labore, siue sine labore, non remittitur aliquid de satisfactione, quia nihil meretur in labore huius actus. Item si hoc staret, quantumcunque aliquod furtum esset cum maiori labore, tanto facilius remitteretur: vt si furaretur aurum, quod esset in arca reconditum, esset remissibilius, quàm si furaretur aliquam supellectilem repertam in ostio domus: sed falsum est, imò ex opposito: nam culpabilior, & punibilior est, qui scrutatur abscondita domus, quàm qui solùm ad ostia domus accedit: nam qui intrat penetralia domus, faciliter inclinabitur ad occidendum dominum si inuenerit, quàm qui sola ostia tangit. Item quia tunc daretur, ꝙ aliquod furtum fieret ita cùm magno labore, quod nullo modo pęnam mereretur: sed falsum est: nam qualitercunque furetur, punietur.

Rabbi Abraam Aben Ezra respondet, ꝙ ista differentia est propter damnum maius, quod dominus recipit: nam in oue solùm perdit ouem, aut arietem: in boue autem perdit bouem, & labores bouis: nam interim, quo fur detinet bouem, aut comedit, vel vendidit eum, dominus priuatur laboribus bouis. Sed nec hoc multum valet: nam licèt hoc aliquo modo videri posset in bobus masculis: in fœmellis autem, quæ non arant, nec onera portant: deberet esse idem iudicium, quod de ouibus: sed falsum est: quia idem est de bobus, & vaccis. Item quia tunc etiam deberent idem fieri, quando furtum reperitur apud furem, quia nondum furta vendidit, aut occidit: nam tunc solùm duplum soluere debet, vt patet infra: si tamen respiceretur ad damnum, vel perditionem laborum, magis deberet restituere interdum qui furatus est, & inuenitur cum furto, quàm qui non inuenitur: nam poterit aliquis furans bouem tenere eum per annum, & postea

stea inueniri cũ furto, & aliquis furans bouem, & ven A
dens potest cognosci, quòd furatus est post mensem:
tunc ergo manifestum est, quòd maius damnum, siue
laborum perditionem sustinuit dominus in vno an-
no, quàm in vno mense, & tamen post mensem resti-
tuit quinque boues, si comedit aut vendidit, si autem
apud se teneat etiam infra annum, solùm duos boues
soluat, non est ergo hoc propter damnum perdito-
rum laborum. Quidam autem respondent, quòd ideo
pro boue restituuntur quinque boues, quia sunt quin-
que vtilitates bouis: prima quòd immolatur Deo:
secunda quòd arat terram: tertia quòd pascit nos de
carnibus: quarta quòd dat lac: quinta quòd corium
eius ad humanas necessitates multas valet. Ouis au-
tem cùm furto subtrahitur, quatuor pro ea restitui de B
bent, quia valet ad quatuor quæ supradicta sunt ad
quę est bos: nam ad eadem valet ouis nisi ad arandum.
Sed hoc friuolum est, quia non solùm reperientur in
boue istę quinque proprietates, sed etiam plures quã
20. si respiciantur, ergo 20. boues restituentur pro vno
idem dicendum de oue, quæ ad multa valet. Item si
ista ratio staret non solùm daretur quadruplum aut
quintuplum pro oue, & boue, sed etiam pro multis
alijs rebus: nam aurum & argentum ad multos vsus
sunt, & aliæ res minerales, ergo deberet pro eis plus
quàm triplum aut quadruplum restitui, sed solùm
duplum restituitur, vt patet infra. Item quia sicut pro
boue plus restituitur quàm pro oue, quia ad plura
vtilis est, ita in omnibus alijs rebus deberet considera- C
ri quæ res ad plura valeat, & secundum hoc duplicare-
tur, aut triplicaretur precium, & sic de alijs secundum
excessum plurium virtutum: ergo non esset aliqua lex
pro omnibus, cùm non reperiatur æqualitas in rebus
secundum diuersa genera vtilitatis, sed tamen ponitur
ita lex vniuersaliter pro omnibus solùm restituatur du
plum, ergo non fit hoc propter plures, aut pauciores
vtilitates, quæ sunt in boue, vel in oue. Ad declaratio-
nem perfectam huius tria dubia erant enucleanda.
Primum est, quare maiorem restitutionem fieri man-
dauit lex in bobus, & ouibus, quàm in cęteris rebus
animatis vel inanimatis. Secundum erat quare pro
vno boue quinque boues restituuntur, & pro vna oue
quatuor oues. Tertium quare magis restituitur pro
boue, quàm pro oue. Ad primum respondetur, quòd
sicut ait Aristo. in secundo Ethicorum: pęnę sunt me-
dicinæ peccatorum, sicut ergo in corporalibus mor-
bis, maiori morbo fortiori medicina datur, vt patet
Alexandreidis libro sexto.

Doctoris respõsio.

Cap. 3.

Acrior sanat duriores potio morbos.

Ita in spiritualibus maioribus peccatis maiores pę-
næ debent dari, & communiter sic tenet, vt sicut se
excedunt culpæ delictorum, ita se excedant pęnæ eo-
rum: non tamen est putandum, quòd solùm pęnę den
tur maiores, vel minores pro quantitate culpę maio-
ris aut minoris: nam interdum culpa est æqualis, &
datur maior pęna, vt hic æquale quidem peccatum est
furari bouem aut furari sex, vel septem florenos, quos E
valet bos: tamen pro furto auri solùm datur restitutio
dupli, pro furto autem bouis datur restitutio quintu-
pli: nam interdum dantur pęnæ ad castigandum male agentes, scilicet vt puniatur culpa delinquentium, interdũ autem ad prohibendum desiderium vel pronitatem peccare volentium. Si autem respiciatur culpa punienda, æqualis pęna debet dari pro æqualibus delictis: si ergo bos valet sex florenos, & aliquis furetur alicui personæ bouem, vel eidem furetur sex florenos: æquale peccatum, ideo æqualiter puniri deberet, respiciendo solùm punitionem pro culpis: respicitur autem aliquando ad pronitatem, vel desiderium delinquentium: nam quædã peccata sunt, ad quæ magis homines inclinantur q̃ ad alia, & vt ne ferantur in illa, lex ponit maiores punitiones circa talia delicta, quàm circa alia, vel quia quædam sunt peccata quæ facilius aliquis cõmittere potest q̃ alia, quia ad illa nõ est tantus timor in committendo sicut ad alia, cum sit maior oportunitas, verbi gratia. In furando facilius potest aliquis furari pecora, quæ in agris manent, quàm aurum, vel argentum, quod est in arca reconditum: maxime si vult furari pecora per noctem: nam ad hoc modi sunt multi & valde faciles, qui non sunt ad furandum aurum, vel argentum reconditum in arca: quanto ergo maior pronitas est, tanto crimina magis puniunt̃, vt homines magis exterreantur ab eis: quia ergo boues, & oues facilius furto auferuntur quàm domesticæ res, datur pro eis quadruplum & quintuplum, pro alijs autem rebus solùm duplum. Et quia adhuc in furando ista animalia in agro, est quidam modus, quo omnia possunt faciliter furto subtrahi, scilicet exterrendo ea, & faciendo fugere in diuersas partes, vt pastores non possint colligere illa, & incidant in manus diripientium: ideo leges humanæ infligunt maiorem pęnam istis quàm cęteris furibus pecorum, & vocat eos abigeos ab abigendo, idest dispergendo vel fugere faciẽdo, vt dicitur Gen. 15. c. Descenderuntque volucres super cadauera, Abraham autem abigebat eas. De his digestis de crimine abigeatus. Etiam quia furari per noctẽ pecora facilius est quàm per diem, ideo leges humanæ atque canonicæ maiorem pęnam posuerunt furantibus de nocte pecora quàm per diem: nam fures nocturni pecorum, qui vocantur nocturni depopulatores agrorum non gaudent immunitate Ecclesiastica, dato quòd non sint publici latrones, sicut alij malefactores, vt patet extra de immunitate Ecclesiarum in capitulo, inter alia. ibi duas personas excludit ab immunitate ecclesiastica, scilicet publicos latrones & nocturnos depopulatores agrorum. de his habere C. quando liceat sine iudice se vindicare l. j. Ad secundum dubium, scilicet quare restituuntur quinque boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue. Respondetur quòd secundum, ꝙ dictum est sępe, & aliqualiter declarauimus supra 20. c. leges humanæ, & diuinæ dare ad relationem actuũ D humanorum interdum sunt tales, quòd sic ratio naturalis determinat faciendum, vt ipsę sanciunt, & tũc habent magnam cognationem cum iure naturali. Aliquando autem sunt pure a voluntate instituentiũ: imò quòd videtur repugnare quæri in eis rationem, sicut est in præfixionibus terminorum: nam non est maior ratio, quare ponatur talis terminus, quàm talis, vel in valoribus rerum de lege diuina. Patet: nam vt habetur præcedenti capitulo: quando bos cornupeta, quem dominus suus cognoscebat esse cornupetam, occidit aliquem seruum vel ancillam, mandatur ꝙ dominus bouis cornupetæ soluat 30. siclos: manifestum est ergo, quòd cùm ibi non taxetur valor serui, vel ancillæ, sed pro quolibet dentur 30. sicli, siue modicum valeat, siue multum, quòd non est maior ratio quare dentur 20. sicli quàm 31. vel 29. Et sic in redemptione hereditatum, quæ sanctificantur domino, & in redemptione hominum virorum atque fœminarum: nam masculus a 20. anno vsque ad 60. dat. 50. siclos: si esta quinto anno vsque ad vicesimum dat 30. siclos, & sic de omnibus, quæ ponuntur Leui. 27. nam nulla omnino ratio in his dari potest: imò repugnare videtur, quòd detur ratio. Nam qui taxat precium, debet in aliquo numero certo taxare: sed de aliqua re appreciata dicemus, quòd dato quod aliquis eam vno obolo minus appreciaretur, quòd iusta esset taxatio, vel si vno obolo magis. Non ergo poterit aliquis quantumcunque sapiens sit dare rationem,

Interdũ in imponẽda pœna lex nõ respicit equalitatẽ dãni, sed ĩclinationẽ & volũtatẽ peccare volentiũ.

Leges ĩposuerũt maiorẽ pœnã furãtib̃ pecora de nocte quã per diem.

Rñsio ad secundum dubium.

quare

quare illa res debeat appreciari magis in illo termino, F
quàm modicum vltra, ſcilicet vno obolo: aut modicum infra, ſcilicet alio obolo. Sic etiam in legibus humanis dantur enim ad appellandum decem dies: manifeſtum eſt, quòd rationabile eſt, vt aliqui dies dentur ad appellandum, ſed quòd dentur decem, & non ſolum nouem, aut vndecim, nulla ratio eſt, nec dari eſt poſſibile. Sic etiam de termino ad præſcribendum aſſignatum ſiue contra Eccleſia Romanam, ſiue contra perſonas priuatas, ſiue inter preſentes, ſiue inter abſentes. Sic ergo hic, quando, enim aliquis furatur, debet puniri dupliciter, quia pro dãno quod agit, & pro culpa: ſatisfit autem damno, cùm reſtituitur vna ouis, ſi ablata eſt vna ouis, vel ſi abſtuli vnum florenum, quòd reddam vnum florenum: culpę autem G
ſatisfit cùm ad ſupra redditur, aut cùm furans pro delicto corporali punitur: quia autem in lege veteri pro nullo furto quis punitur corporaliter, niſi ſit pluſq; furtum, ſicut ſi tollat de Anathemate, vt fecit Achan, qui tulit regulam auream, & pallium coccineum, & ducentos ſiclos de Anathemate Iericò, pro quibus lapidatus eſt cum tota domo ſua, vt patetIoſuę ſeptimo capitulo: oportebat ergo, quòd in quolibet furto imponeret in pœnam delicti aliquid ſoluendum vltra id, quod furto ablatum eſt. Et ſic ſtatuit lex in quolibet furto ſolui duplum, ſcilicet ipſum, quod furto ſubtractum eſt, & aliquid vltra æquale illi: & quia, vt ſupra diximus, promtius eſt atque facilius furari pecora
ſiue per noctem agros depopulando, ſiue per diem, H
aut noctem pecora abigendo, ergo grauior pœna in his imponi debet: ſed pro quolibet furto duplum imponitur, ergo rationale eſt, quòd pro furto pecorum vltra duplum ſoluatur. Vſque huc ſatis recta ratio determinat, ſed poſtea, quòd magis ſoluatur quadruplum quàm triplum, vel quintuplum magis quàm ſextuplum, ideo in his ſola voluntas eſt pro lege ad præfixionem certam. Licèt ad magnum exceſſum vel defectum recta ratio dari poteſt, ſcilicet quòd ſatis cognoſcat per rationem, quòd non debet imponi furanti bouem, quòd reſtituat quadraginta boues, nam hoc eſſet contra omnem rationem, vt pro vno delicto facili tota hominis ſubſtantia tolleretur. Etiam ad defectum ratio dictat non eſſet multum deſcendendum: nam ſi dicat lex, qui furatus fuerit viuum bouẽ, quòd ſolùm reſtituat viuum bouem, & nihil aliud, irrationabile eſt, nam tunc nulla pœna imponeretur pro delicto, quod eſt irrationabile. Item daretur cuilibet audacia, & promtitas ad furandum, quod valde malum eſt: ergo in hoc ſatis ſe determinat recta ratio, quid debeat fieri, vel quid vitari: ſed poſtquam accedit ad id quod aliqualiter eſt rationale, non poteſt ratio noſtra declarare, quare magis ſic hoc quam illud: vt ſi dicatur, quòd qui furatus fuerit bouem vnum reſtituat tres, ſatis videtur rationale, quòd etiam dicatur debere reſtitui quatuor boues vel quinq; pro vno ſatis rationale eſt, quare autem magis vnum quàm alterum, ratio dari non poteſt vlla, nec etiam natura rei K
appreciabilis dependens ex hominum opinione hoc patitur. Ad tertium dubium ſatis poſſet reſponderi ex dictis, quòd in pleriſque horum ſola voluntas eſt pro lege: ſed in hoc rationabilius eſt dare cauſam: nam hoc non eſt quærere de taxatione eorum, quæ reſtituuntur, quod determinari non poteſt ex motiuo rationis magis ad hoc, quàm ad illud: ſatis enim eſt, q̃ non ſit talis taxatio contra rationem. Hic autem quæritur quare magis reſtituatur pro boue, quàm pro oue, ſiue illa ſint duo pecora, quæ reſtituuntur ſiue tria, ſiue decem. Et dico quòd hoc potuiſſet eſſe propter duo. Primò quia forte facilius furto ſubtrahuntur boues quàm oues: nam oues magis gregatim pa-

Reſponſio ad dubiũ 3.

ſcuntur, & non poteſt ſic fur tollere eas, quin videat paſtor, ſicut eſt de bobus, qui diuagantur per paſcua, & faciliter ſeducuntur ab alijs bobus armenti. Vel forte factum eſt, quia maius damnum ſequebatur in furto bouum quàm in furto ouium. Vel quia frequentius furto ſubtrahebantur boues quàm oues, & Deus volebat magis Hebræos ab hoc furto arcere. Aliæ autem cauſæ particulares eſſe poterant reſpicientes ſpecialiter vtilitatem illius politiæ, cui dabatur hæc lex, quæ poterant mouere legiſlatorem, quas nos neſcimus, nec aliquo modo ſcire poſſumus, cùm nullo modo cognoſcamus ad plenum conditionem illius ſtatus. Ioſephus autem dicit idem eſſe, & obſeruatum fuiſſe apud Hebræos de furto aliorum animalium domeſticorum, quæ communiter paſcuntur in agris, vt de capris, & ſi quod aliud genus pecorum apud eos erat tempore illo. De aſino autem, vel equo, aut iumento, cęteriſque in hunc modum, non videtur eſſe faciendum ſicut de boue, aut oue: quia bos, & ouis in campo paſcuntur, & faciliter furto ſubtrahuntur, equus autem & aſinus, & cętera iumenta in domo tenentur ad quotidiana ſeruitia, ideo non poſſunt ita faciliter ſubtrahi ignorante domino: eiuſdem ergo iuris debent cenſeri cùm cęteris ſuppellectilibus, pro quibus duplum ſolùm reſtituitur, vt patet infra (niſi forte talia in agris gregaliter cuſtodiãtur, vt grex equarum, vel aſinorum aut porcorum:) nam tunc cùm exiſtat eadem ratio, quæ in boue, & oue videbitur eſſe idem ius. *Si effrigens fur.* Supra ponebatur regula de furto principali, ſcilicet bouum & ouium, pro quibus imponitur quadruplum, aut quintuplum: hic autem ponitur regula de furto aliarum rerum, pro quibus ponitur ſolum, ſcilicet. *Effrigens fur domum.* Cùm agit hic de furto, determinat quendam caſum, vt videatur quando occidere furem eſt homicidium, & quando non. Fur autem ſi non inueniat locum, quò intret ad furandum, interdum frangit portas domus, & interdum parietem aliquem perfodit: de vtroque autem ponitur hic, de primo cùm dicitur. *Si effrigens fur domum.* Ideſt ſi ſit aliquis fur, qui frangit domum. Dicitur frangi domus cùm portæ franguntur: nam parietes domus frangi non dicuntur, ſed dirui, aut ſuffodi: I
tectum autem etiam frangi non dicitur: ſed detegi, vel nudari, ſicut dicitur Mar.c.3. de illis qui volentes ponere paralyticum ante Chriſtum, vt ſanaretur, & non potentes præ multitudine circunſtante aſcenderunt ſuper domum, & nudauerunt tectum, & funibus ligatum ſubmiſerunt paraliticum ante pedes Ieſus: Secundum dicitur. *Siue ſuffodiens.* Ideſt aliquem parietem perforans, vt aditum faciat, & per hoc etiam intelligitur cùm detegit, aut nudat tectum: nam eadem pœna eſt illi, quia eadem ratio ſubſiſtit. *Et accepto vulnere fuerit mortuus.* Siue moriat immediate, ſiue poſt tres, vel quatuor dies: ſiue quomodocunque. Nam hic non tenet aliqua lex de ſupra poſitis, quia iſte pro ſcelere ſuo quod committit, reus mortis eſt: verbi gratia. Si aliquis fur iret ad furandum, & inueniens oſtia clauſa ſubmoueret ea ad aperiendum, vel inciperet aliqualiter frangere, & veniat dominus occulte a parte interiori, & inter oſtia aut ab aliqua alia parte domus eum incautum, ſiue non videntem hic perimat, & idem cùm eſt ſuffodiens, aut cùm eſt nudans tectum. Nec poteſt tunc obijci domino domus, quòd occidit per inſidias, & quòd eſt reus mortis per quandam legem poſitam præcedente capitulo, ſcilicet ſi quis per inſidias: nam iſte latro, qui ad furandum veniebat, & ſuffodiebat domum, vel effringebat fores, videbatur inſidiari ipſi domino domus, quia in tali hora non conſtabat vtrum ad occidendum aut ad furandum veniſſet, occidere autem inſidiantem per in-

Nota quare maior pro boue quam pro oue reſtitutio fiat.

ſidias

Inſidiantẽ per inſidias occidere equum, & iuſtum ẽ.

ſidias iuſtum eſt, nec dicitur per inſidias agere. Nam A
ſicut qui alium manifeſtè impetentem manifeſtè impetit, non eſt culpabilis: ita qui aliquem inſidioſe inuadentem inſidioſè impetit, & occidit non eſt culpabilis. *Percuſſor non erit reus ſanguinis.* Ideſt dominus domus, qui intra erat, vel quilibet alius de domo non culpabitur, nec iudicabitur reus homicidij, & hoc quia non poterat diſtingui vtrum ad occidendum aliquem de domo, vel ad furandum ſolùm, aut ad vtrũq; veniſſet. *Quod ſi orto iam ſole hoc fecerit.* Ex hoc declaratur præcedens dictum: nam dicebatur, quòd non erat reus ſanguinis, qui effractorem, vel ſuffodientem necabat, & non dicebat vtrum in die hoc verum ſit, an in nocte: per hoc autem, quòd hic dicitur: *Si orto iam ſole.* Declaratur, quòd iſtud ſuperius dictum B
tenet verum, cùm effractio, aut ſuffoſio fit per noctem. *Quia ſi orto iam ſole.*

Fures nocturni ſolum occidendi ſunt, diurni nequaquam.

QVAESTIO. III.

QVASI dicat quando ortus eſt ſol cognoſci poteſt vtrum ad furandum, vel ad occidendum venit: nam ſi cùm armis venit, dicitur veniſſe ad occidendum, quia furi arma per diem neceſſaria non ſunt, cùm non intendat ſe defendere, ſed occulte furari, per noctem autem arma ei proſunt, cùm non cognoſcatur, & defendere ſe poterit: ſi autem per diem ſine C
armis venerit, iudicabitur veniſſe ad furandum, & tunc nullo modo occidi debet, quia conſtat nolle occidere dominum domus, vt ſi ducat inſtrumenta ad perfodiendum, vel effringendum fores, & non ad pugnandum, aut ſe defendendum: omnia iſta namque fiunt propter dubium, & ſecuritatem. Nam ſi conſtaret, quòd fur non veniebat ad occidendum, ſiue veniret per noctem, ſiue per diem, occidi non debebat: ſi autem conſtaret, quòd ad occidendum veniret, licebat domino domus, vel cuilibet exiſtenti in domo, quæ ſuffodiebatur aut effringebatur, occidere eum: ſed quia iſta non poſſunt plenè conſtare, diſtinguitur ſic ad ſecuritatem ipſorum, qui in domo ſunt. Et ſic ait Augu. exponendo iſtam particulam ſuper Exodum, D
& habetur extra De homicidio. in capitulo, ſi perfodiens. Intelligitur ergo nõ pertinere ad homicidium, ſi fur nocturnus occiditur, ſi autem diurnus ad homicidium. Hoc eſt quod ait. *Oriatur ſol ſuper eum & cętera.* Quia poterat diſcernere, quòd ad furandum, & non ad occidendum veniſſet, ideo non debet occidi: hoc etiam fiebat in antiquis legibus ſæcularibus, quibus iſta eſt antiquior, impunè ſcilicet occidi nocturnum latronem quoquo modo, diurnum verò ſi ſe defenderit telo, iam erit plus quàm fur: leges namque humanæ hoc idem ſanciunt, vt habetur.ff. ad legem aquiliam in l.itaque.§.penultimo, & ff.ad legem Cor-

Expoſitio Hebræorum.

neliam, de Siccariis in l. furem. Doctores Hebræi aliter exponunt, ſcilicet quòd non ſolum de nocte fures E
occidendi ſint, ſed etiam per diem, ſi non conſtet vtrum ad furandum, vel occidendum venirent: nam ſicut per noctem homines veniunt inſidioſè ad occidendum alios: ita & per diem, ſicut patet de latronibus, qui interfecerunt Iboſeth intrantes ad eum meridie inſidioſè, vt patet Regum 4.c. Et quando obijcitur, quòd in litera dicitur, ſcilicet orto iam ſole hoc fecerit, dicunt, quòd intelligitur, ſi clarum erat ſicut ſol, quòd veniret ad furandum, & non ad occidendũ, vtpotè, quia erat aliquis cognatus domini domus, de quo nullo modo præſumeretur, quòd veniebat ad faciendum homicidium, ſed ad furandum aliquid pro ſupplenda negligentia ſua. Et iſtum ſenſum ſequitur

A
tranſlatio Chaldaica, dicens, quòd ſi oculus teſtium vidit eum, ſcilicet ſi aliqui præſentes erant, per quos prohiberi poſſet, ſi veniret ad occidendum reus erit homicidij, qui occiderit. Dicendum tamen quòd verus ſenſus literæ eſt ſecundum quòd iacet: nam longa tranſumptio eſt dicere, ſi oriatur ſol ſuper eum, ideſt ſi clarum ſit, quòd venit ad furandum, vel vocare eum furem nocturnum, ideſt de quo non eſt clarum vtrum veniat ad furandum, vel occidendum, ſed ſit obſcurum ſicut nox: nam ſacra ſcriptura non conſueuit vti talibus Metaphoris: imò nec aliquibus Metaphoris imponendo legem populo, licèt aliquandò vtatur in Prophetis, quia ibi alia ratio exiſtit, vt declarauimus præcedenti capitulo, maxime, quia leges humanæ ſic ſanxerunt de fure nocturno, & diurno. *Homicidium perpetrauit, & ipſe morietur.* Hoc eſt commune, quòd quicunque perpetrauit homicidium, mori debeat, ſed non vocatur homicidium quæcunque hominis occiſio, ſed ſola iniuſta. Quando autem ſit iuſtum homicidium determinat lex, & quia occidere eum, qui de nocte veniebat ad ſuffodiendum vel effringendum fores iuſtum eſt, non dicitur homicidiũ occidere talem hominem: & quia occidere eum cùm ſol ortus eſt, iniuſtum eſt, quia cognoſci poterat vtrũ ad furandum veniſſet: iudicat lex eſſe homicidium, & hominẽ patratorẽ iudicat teneri reum homicidij. Inter cęteras iudiciales leges veteris teſtĩ, quę ab Eccleſia canonizatæ ſunt, iſta eſt vna, & ponitur tertia in ordine extra de homicidio voluntario, vel caſuali. *Si non habuerit quid pro furto reddat.* Nunc reducit ſe ſcriptura ad legem ſupraponitam de furto bouum, vel ouium: nam poſita illa inſeruerat quãdam determinationem dubij de fure, quando occidendo eum ſit homicidiũ, & qn non. (Quod erat valde cõmune) nunc reddit ad limitandum & perficiẽdum legem ſuperiorem: nam mandabatur ſupra fieri magna reſtitutio, ſcilicet quinque bouum pro vno boue, & quatuor ouium pro vna oue: & quia multi tantum reſtituere non poſſent, dubitabatur quid agendum foret: dicitur quòd ſi non habet ad completè reſtituendum, vendi debet pro furto ſuo, vt de pecunijs datis pro ipſo ſoluatur damnum paſſis. Et hoc non ſolùm eſt cùm aliquis furatus fuit D
bouem, aut ouem iuxta legem ſuperiorem, ſed etiam cùm furatus fuit aurum, vel argentum, aut quamlibet aliam rem, quam reſtituere non valet. Etiam non ſolùm intelligitur in furto, ſed in quolibet alio damno dato, vt ſi incenderit agrum ignoranter, vel ſi aliquis lædat agrum, vel vineam, aut in alijs caſibus, qui infra ponuntur: ſemper namq; cùm ſoluere non valeat, qui puniendus eſt, pecunialiter vendi debet. *Ipſe venundabitur.* Sciendum quòd hic non fiebat venditio ſimpliciter, ſcilicet quòd iſte, qui non poſſet reſtituere venderetur totaliter, ſcilicet pro quantum valeret: ſed vendebatur pro quantitate eius, quod reſtituere tenebatur: vt ſi deberet reſtituere decem ſiclos, & non poſſet, debebat vendi pro decem ſiclis: non q̃ E
daretur ſimpliciter in ſeruum pro decem ſiclis, ſed quòd conſideraretur in quanto tempore mereretur iſte pro ſuo ſeruitio decem ſiclos reſtituere, & tanto tempore ſeruiat.

Iſta lex veteteſt. ab Eccleſia canonizata eſt.

Quando aliquis nõ habebat quid reſtitueret pro furto, vendi debebat

Qualiter venditio fieri debebat, cùm furans Hebræus non haberet vnde ſolueret.

QVAESTIO. IIII.

SED adhuc conſiderandum circa hoc, quòd differentia erat, vtrum iſte, qui furaretur erat Hebræus ex natiuitate, & deſcenſu a Iacob, aut erat conuerſus de gentilitate. Si erat Hebræus, non poterat vendi ſimpliciter,

pliciter, scilicet quòd venderetur, vt seruiret tota vita sua: nam solùm vsque ad septimum annum remissionis vendebatur, & tũc liberabatur: si ergo Hebræus furaretur aliquid, quod non posset restituere, primò vendi debebant omnia sua, quia non sufficerent manentibus adhuc quatuor vel quinq; siclis soluẽdis, debebat vendi Hebræus pro illis siclis, & sic isti sicli valent tanti quanti seruitium vnius anni, vendebatur Hebræus solùm pro vno anno, & si pro duobus sufficiebat precium illorum siclorum, vendebatẽ duobus annis, & sic augendo, vel diminuendo quantitatem precij, quod furans restituere debebat, augebatur vel minuebatur tempus seruitij: Si autem tantum esset precium restituendum pro quo necessarium esset seruitium vsque ad annum remissionis, vendebatur vsque ad annum remissionis. Si autem tãtum esset precium, pro quo non sufficeret seruitium vsque ad annum remissionis, non poterat vltra vendi ad maius tempus, dato quòd furatus fuisset decem mille siclos, & nullum posset restituere. Etiam enim si tota vita sua seruiendo non posset satisfacere, non poterit cogi ad vlteriora, nisi vt vendatur vsque ad annum remissionis: nam istud erat priuilegium Hebræorum, quòd non possent vendi simpliciter. Si autem esset conuersus de gentilitate furans, & nõ posset restituere vendebatur, sed differt ab Hebræo, quia isti conuersi de gentilitate poterant vendi simpliciter in totam vitam, & transmitti ad posteros iure hereditario, vt patet Leui. 25. Debebat ergo fieri in hoc, sicut in Hebręo quantum ad hoc, quòd si id, quod non posset restituere, valeret tanti quanti seruitium vnius anni, solùm venderetur pro vno anno, si valeret seruitium duorum annorum, pro duobus annis, & sic augendo, vel diminuendo precium restituendũ, & tempora seruitij. Si autem precium restituendum tantum esset, vt æquipararẽ valori illius hominis venditi simpliciter, debebat vendi simpliciter, scilicet per totam vitam suam, scilicet: quòd fortè si venderetur iste cõuersus ad iudaismum simpliciter, & valeret quinquaginta, vel sexaginta siclos, si damnum quod restituere non poterat, esset sexaginta siclorum, vendebatur simpliciter, idest pro tota vita sua, & dato quòd damnum restituendum esset mille siclorum, quibus non valet iste seruus venditus, nec alij decem serui, nihil poterit ei vltra fieri, quia nihil est quod fiat, nisi quòd aut occidatur, aut vendatur simpliciter. Sic enim multotiens accidit, vt aliquis non possit sustinere pęnam debitam verbi gratia si quis hominem occiderit debet occidi: si autem quis totam vnam ciuitatem incẽderit, & vniuersos occiderit deberet decies millesies mori: sed repugnat sibi talem pęnam pati: nam impossibile est eum plus quam semel mori. Quia autem ista determinatio, scilicet quòd non potens restituere debeat vendi, referatur ad legem superiorem de furto bouis, & ouis, patet quia immediate subiungitur, quando bos, vel ouis, aut asinus furto subtractus apud furem inuentus est. *Si inuentum fuerit apud eum.* Idest apud furem. *Quod furatus est viuens.* Idest si bos, aut asinus, vel ouis, quam furatus est reperiatur viuens, solùm restituet duplum: & licèt superior determinatio intelligatur de omnibus furtis, scilicet quòd quandocunque fur non potest restituere siue bouem, siue ouem, aut argentum, & aurum sublatum, debeat vendi, ista determinatio solùm intelligitur de furto animalium: nam dicitur, si repertum fuerit viuens: res autem aliæ præter animalia, non sunt viuentes, in alijs autem quandocunque constet de fure, siue rem apud se teneat siue vendiderit, aut destruxerit, solùm duplum restituet. *Siue bos, siue asinus, siue ouis.* Ex hoc manifestè patet, quod supra dicebamus, scilicet quòd non

Quid agendum cum furãs nõ hñs vnde rederet de gentilitate natus esset.

F solùm tenet illa lex superior de restitutione quadrupli, aut quintupli de boue, & oue, sed etiam de alijs animalibus, scilicet asinis, quia hic ponuntur asini, & dicitur quòd si inueniantur apud furantem adhuc viuentes solùm duplum restituet: ergo si non inuenirentur apud eum, quia vendiderat, siue quia occidit, ipse soluet quadruplum, vel quintuplum, secundum legem supra positam. Et quod dicitur de asinis, intelligendum est de equis, & mulis, atque camelis cęterisque similibus, & hoc solũ est, quando ista animalia in agro pascuntur gregaliter: secus autem si in domo sint, vt iumenta, quæ in domo conseruantur ad quotidiana seruitia: nam eiusdem iuris censentur. E contra suppellectiles domesticæ. Ratio diuersitatis supra G posita est, quia domestica animalia, quæ domi conseruantur non possunt ita cito furto subtrahi, sicut ea, quæ morantur in agris. (duplum restituet.) Supra mandabatur, quòd solueret quintuplum pro boue, & quadruplum pro oue: hic autem pro quolibet eorum solùm duplum restituitur, quia non pręsumitur ita male contra furem, si rem viuam apud se teneat, sicut si vendiderit, aut occiderit: nam si apud se teneat adhuc præsumptio est quòd forte reducere velit ad dominum suum, & pro hoc minus punitur. Si autem occiderit animal, vel vendiderit, manifestum est quòd non habebat animum reducendi ad dominum suum, ideo magis punitur. *Si leserit quispiam.* Supra regulabatur concupiscibilis circa furtum ad euitandum H illud, & puniendum si fieret, hic agitur de alio, quod est quasi furtum, licèt communiter non vocetur furtum, sed damnum datum, vt si quis depascatur agrum aut vineam alienam. *Si leserit quispiam.* Ista læsio intelligitur, ꝙ quis depascatur cum iumento suo aliena prædia, vel conculcet pedibus animalium transeuntium, aut quadrigarum: quia tunc solùm perditur quædam pars fructuum, & non ipsa possessio: si tamen aliquis incendat alicuius possessionem siue vineam siue segetes, non solùm mereretur restituere æquale, sed forte, quòd moreretur: nam magna diuersitas est inter istum casum, & eum qui ponitur in litera. Nam cùm quis depascitur agrum alterius cum iumẽto suo, aut lędit pedibus animalium, vel quadrigarum transeuntium, agit propter vtilitatem suam, scilicet vt I iumenta sua ibi pascantur, vel forte quia non erat ei alia via ita breuis, & conueniens sicut per agrum alterius, & non fit hoc animo nocendi domino agri, sed animo lucrandi, vel non laborandi. Cùm autem aliquis incendit segetes alterius, vel vineam, aut eradicat, non fit animo lucrandi, quia ipse, qui agit nihil inde lucratur, sed fit animo nocendi: ideo multum est culpabilis. *Agrum vel vineam in pascendo.* In pascendo segetes agri, vel conculcando eas pedibus transeundo, siue in vinea tollendo botros vuarum, vel agrestarum. Et sicut dicit de istis, ita de omnibus alijs generibus possessionum proferentium fructum, vt si quis olíueta alterius leserit, vel pomaria consita in agris, vel K hortos vallatos, & omnia similia, quæ possunt reduci ad vineam, vel segetem siue agrum. *Et dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena.* Iste est casus distinctus a superiori: nam superior est, cùm quis ponit iumentũ suum in agro alicuius, vt pascatur in eo: vel quia transit cum iumentis suis, vel quadrigis per agrum alienum, & aliquid conculcat. Hic autem est cùm dominus iumenti non ponit iumentum suum determinatè in aliqua vinea, vel agro, sed dimittit illud, & vadit in aliquam vineam, vel agrum: nam tunc non videtur adhuc tantum culpabilis, sicut cùm determinatè ponit in agro, vel vinea alterius. *Quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea pro damni æstimatione restituet.* Scilicet hunc agrum, quia tunc existimabitur quantum

Lex ista ꝙ datur de boue asino & oue itelligĩt de cane mulis et camelis, et ceteris similib' animalibus.

Aliter puniendus ẽ cũ qs agrum alteri' ledit depascẽdo aliter vero cum incẽdit.

tum

tum nocuit depascendo agrum alterius, & quantum fuerit, & aliquid amplius in pęnam tolletur ab eo. Tollitur autem de optimo, quod est in agro, vel vinea, vt sic ipse lęsor doleat, & iterum similia non committat. Non tamẽ debet tolli quidquid optimum est in agro eius, qui lęsit: nam forte nocumentum fuit paruum, & lędens multum optimum habet in agro suo, non debet tolli quidquid optimum est, quia valde tunc puniretur, forte ad centuplum, vel millecuplum: sed tantum quantum lęsit, & aliquid plus pro pęna. Et patet, quia dicitur: quidquid optimum in agro suo, vel vinea habuerit pro damni existimatione, idest quantum fuerit iudicatum damnum, tantum tollatur de optimo, quod est in agro lædentis: si autẽ iste B nocens non habuerit agrum, soluat estimationem in pecunia, vel in alia re: & si forte non haberet vnde solueret deberet uendi. *Si egreßus ignis.* Supra ponebatur regula circa nocumenta, quæ voluntarie inferuntur: hic ponitur de eis, quæ per accidens, siue ex negligentia debitæ prouidentiæ fiunt. Si egressus ignis. In hoc signatur, quòd istud damnum factum per ignẽ, non fuit factum ex voluntate ponentis ignem: nam non dicitur, si quis incenderit segetes stantes, aut aceruos frugum: sed si egressus ignis, idest si ignis accensus ab aliquo in loco, vbi non nocebat, postea ex seipso egrediatur in aliquid vlterius, & inferat damna, quę sequuntur. *Inuenerit spicas.* Quia ille ignis accessit ad spicas. *Et comprehendit aceruos frugum.* Scilicet quia fru- C ges erant iam collectæ, quia demessuerant eas messores, & congregauerant in aceruos, & sic facilius comburi poterant. *Vel stantes segetes.* Dicuntur segetes stare, quando nondum demessuerunt eas messores: sed ita manent in agris, vt natæ sunt. Et vocantur hic aliquando segetes, & aliquando fruges. Vocantur fruges a fruendo, quia illis fruimur, scilicet quia delectamur in eis comedendo eas, & vtendo ad sanitatem. Segetes dicuntur a serendo, quia seruntur, vt nascantur, cùm ergo demessæ sunt, iam fruges vocantur: quia solùm ad fruendum illis aptæ sunt. Cùm autem stant in agris segetes vocantur, quia sunt eo modo, quo satæ sunt, & natæ: quomodocunque ergo ignis comprehendat ista, siue iam demessas fruges, siue stantes D segetes: semper tenetur reddere æstimationem damni. *Reddet damnum qui ignem succẽderit.* Sic est enim, scilicet si aliquis voluerit agrum suum purgare ad ferendum, vt communiter faciunt agricolæ in Augusto trã sacto tempore messis ad ferendum comburunt reliquias palearum segetis, vt aptior sit ager, & in illa accensione præter intentionem incendentis egreditur ignis, & cõprehendit segetes alienas, vel aceruos frugũ, & nõ solùm hoc, sed & quidquid alterũ fuerit, vt si fuerit vinea aut Oliuetũ, aut pomaria, vel alia arbustorum genera, vel hortorũ: nam tunc tenetur ille, qui incendit ignem de toto damno dato, quæ valet: si tamen adhibuit diligentiam quantam debuit rationabiliter non tenetur. Cùm daret operam licitè rei, & de contingentibus nihil omisit, vt. ff. ad legem aquiliam E in l. qui reddit §. in hac. & extra de iniurijs, & damno dato. capitulo, si culpa tua. Si autem non adhibuit diligentiam quantum debuit tenetur, vt patet in locis vbi supra: oportebat autem, vt inquireret vtrum dies ille ventosus esset: nam cùm ventus in impetu est, faciliter rapitur flamma ad aliquem locum: dato quòd nihil sit intermedium, per quod labatur. Etiam quia ventus concitat ignem flando, sicut nos nostro flamine suscitamus. Datò ergo, quòd omnem aliam diligentiam adhibuerit: si tamen in die ventoso accendit ignem, tenetur de damno: quia timere debuit, quòd flamma vento concitata damnum aliquod inferret. Debuit etiam cauere, ne in loco ventoso hoc fiat: nam

Fruges, & segetes vnde dictę, & quomodo differant.

Adhibitis diligẽtijs, quæ videntur iudicio virorum prudentũ non teneẽ incendẽs ignem de damno.

A sunt quædam loca ita disposita ad ventum, quòd etiam si non sit dies ventosus viget ibi ventus, & in talibus locis accendere ignem periculum est. Debet etiam cauere, qui accendit ignem, ne in circuitu agri, qui comburitur, siue nemoris sit aliquid continuum cremabile. Primò namque debet omnia talia tollere, & tunc securè incendet ignem, aliàs magnum periculum est. Adhibitis autem istis diligentijs, & alijs, quæ videri possunt iudicio virorum prudentum & in hoc expertorum, non tenetur incendens ignem de damno, si quod a casu euenerit: vtputa si incenso igne aliquod animal pilosum aut setosum veniret, & incenderentur comę eius, & intrans segetes, vel arbusta incenderet ea, non tenebatur incendens ignem de damno dato, quia pęnitus erat præter eius intentionem, & adhibitis omnibus diligentijs non tenebatur. Sic autem fecit Samson Philisthæis, vt patet Iudi. 15. c. nam accepit vulpes trecentas, & alligauit caudas earum ad caudas, & succendit eas, quæ confestim perexerunt in segetes Philisthinorum, quibus succensis comportate iam fruges, & adhuc stantes in stipula concrematæ sunt intantum, vt vineas quoque, & olíueta flamma consumeret. Ista lex tenet, cùm quis incendit ignem aliquem ad vsum conuenientem, scilicet ad purgandum agrum suum, vel ad incendendum montes, vt daretur locus agriculturæ, & non intendebat lędere segetes aliorum, vel vineas, aut aliquid alterum. Si autem aliquis incenderet ad destruendum, capitaliter puniri deberet, sicut incendiarij domorum: nam secũdum iura canonica in pęnitentiali Romano decretum est, vt qui domum voluntariè incenderit, vel aream alicuius, & sic de alijs rebus, omnia incensa, & ablata restituere debet, & pro peccato tres annos pęnitere, vt patet extra de iniurijs, & damno dato. capitulo, si quis domum. Secundum leges ciuiles alia pęna imponitur, secundum quòd qui dolose egerit comburatur, sicut domos aut areas concremauit, vt patet digestis de incendio, & ruina in l. qui ædes. Si autem non egit in dolo, soluit omnia damna infra annum in quadruplum, & post annum, vt patet digestis eo. titu. in l. j. Ista lex inter cęteras ab Ecclesia canonizatas est vna de iudicialibus, quę sunt in veteri testamento, & habetur de iniurijs, & damno dato quarta in ordine. In lege autem superiori, cùm quis depascitur agrum alterius, etiam si voluntariè agat, non imponitur tanta pęna: nam solum soluit estimationem damni, vel absoluitur dominus si det animal pro damno, vt patet extra de iniurijs, & damno dato. capitulo, si culpa tua. Et hoc est, quia non est magnum dãnum sic depascendo, vel conculcando: nam solùm perditur quædam pars fructuum: substantia autem possessionis manet: cùm autem aliquid comburitur, tota ipsa res perit: maxime quia primum, scilicet depasci fit animo lucrandi solùm, & non iniuriandi: comburere verò fit animo destruendi. Ista etiam lex inter cęteras ab Ecclesia canonizatas habetur extra de iniurijs, & damno dato. Et est quarta in ordine.

Aduerte pęnam illorum qui volũtarie incendunt secundum leges canonicas.

Si quis commendauerit amico pecuniã, aut vas in custodiam, & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet. Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi sui, ad perpetrandam fraudem, tam in boue, quam in asino, & oue, ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest. Ad Deos vtri-

xj. q. j. c. sacerdotib'. 10. di. c. certum, & c. suscipitis.

vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. Si quis commendauerit proximo suo bouem, asinum, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi sui. Suscipietque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. Quòd si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Si comestum a bestia, deferatad quod eum occisum est, & non restituet. Qui a proximo suo quidquid horum mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fueri domino non presente reddere, compelletur. Quòd si in presentiarum dominus fuerit, non restituet, maxime si conductũ venerat pro mercede operis sui.

Lucę 6.

36.q.2.ca. tria.

Siquis commendauerit. Hic ponitur secundum, scilicet contractatio rei alienæ nobis non commissæ, & diuiditur in quatuor partes secundum quòd aliquid quadrupliciter committitur alteri: primo modo per modum depositionis, secundo per modum mercedis, aut pensionis, tertiò per modum mutationis, quartò per modum locationis. Secunda ibi. *Siquis commendauerit proximo suo.* Tertia ibi. *Qui a proximo suo.* Quarta ibi. *Quod si in presentiarum.* Circa primum. *Siquis commendauerit amico pecuniam.*

QVAESTIO. V.

HOC est per modum depositi, & patet: nam hęc proprie dicit istud verbum commendare, scilicet committere curę alicuius, vt custodiat res sibi traditas: etiam quia dicitur amico suo. Nam rari sunt nisi valde simplices, qui pecuniam commendarent deponendo apud aliquem, qui eorum amicus non est. *Pecuniam.* Scilicet monetam: nam hoc est, quod maxime in custodia alicuius deponitur, quia pecunia multum diligitur, & a multis inquiritur: quia pecuniæ omnia obediunt, vt patet Ecclesiastes 10.c.& cito perditur nisi diligentius recondatur. *Aut vas.* Si vas aureum, vel argenteum: nam vasa fictilia pauca deponuntur, cùm modici valoris sint: si tamen deponantur, eadem lex, quæ datur de vasis aureis, dabitur de luteis, atque fictilibus: & per ista intelliguntur cętera, quæ deponuntur, vt massa auri, vel argenti, quæ nullo signo, aut fabricatione sculpta, vel marcata sunt, eodem modo deponuntur vestes præciosæ, aut cętera in hunc modum, de quibus omnibus eadem lex seruanda est: scriptura tamen expressit ea, quæ maiora erant, & quæ communius apud aliquos deponuntur in custodiam, scilicet deponendo apud eum, vt maneat per aliquod tempus reconditum. Et per hoc excludunturalij modi committendi rem alicui, scilicet locando, aut pro custodia mercedem dando, aut mutando i eo modo, quo loquitur scriptura infra. *Et ab eo qui susceperat.* Idest ab illo qui susceperat ad custodiendum. *Furto ablata sunt.* Scilicet quòd postquam aliquis deposuit rem suam apud alterum, fur venit & furto abstulit res de domo depositarij. Et ille ablatiuus, ab eo, non tenetur ibi in natura causæ efficientis, sed in natura termini a quo, ex vi recessus: nam si teneretur ille ablatiuus in natura efficientis esset sensus, quòd ab illo, qui susceperat depositum, furto ablatũ est, idest quòd ipse depositarius, qui custodiebat res, furatus fuit res depositas, & dixit illas esse ab altero furto subtractas. Sed hoc non conuenit literæ: nam si litera supponeret res depositas ab ipso depositario esse acceptas furtim, & negatas, quia dicit alium fuisse furatum, non faceret distinctionem, quæ fit infra, cùm ponitur, quòd si inuenitur fur duplum reddet, & si non inuenitur, faciet depositarius iuramentum: nam cognito, quòd depositarius apud se rem depositam custodiuit, non oportet vlteriorem fieri inquisitionẽ; sed tenetur ille ablatiuus, ab eo, in natura termini a quo, ex vi receptionis vel recessus. Nam ab ipso, qui rem depositam tenet, id, quod depositum erat, furto ablatum est; scilicet per aliquem, qui ei furatus fuit res depositas. Et tamen sciendum, quòd non ponitur hic hoc tanquam iure sic sit, nec vt illud præsupponit scriptura, sed quia sic dicitur, scilicet quòd aliquis rapuit res depositas ab eo, qui suscepit eas depositas: nam si hoc præsupponeretur, quòd aliquis rapuisset res depositas de domo depositarij, non oporteret fieri ea, quæ infra ponuntur, imò nullo modo deberent fieri: scilicet quòd si non inueniatur fur, quòd depositarius, scilicet ille cuius custodię res commissæ sunt, ducatur ante iudices, & iuret, quòd non extendit manum suam ad res proximi sui: nam hoc fit in dubium, cùm suspitio aliqua est, quòd ipse depositarius res furatus est, & sic ponitur ista litera. *Et ab eo, qui susceperat furto ablata sunt.* Idest quòd ille, qui tenet res depositas dicit, quòd res ab eo, idest a domo sua furtiuè ablatę sunt, & ignorat, quis tulerit, & hoc siue verum sit siue non: & tunc ipso dicente res fuisse furto ablatas, fit ista inquisitio, quæ ponitur in litera. Potest autem satis verè dici, si velimus, quòd ista litera præsupponat res subtractas esse ab eo, qui depositas res seruat: nam cùm ipse negat se habere tales res, & dicit eas furto ablatas, iam furto ablatæ sunt, quia ab ipso, qui depositarius est, iam ablatæ sunt: nam si aliquis tulerit ab eo istas res depositas, furto ablatæ sunt: si autem ipse eas furtim occultauerit, & negat, non egit hoc inquantum depositarius, sed inquantum fur: ideo quocunque modo a depositario res ablatæ sunt: magis tamen videtur primus sensus: nam lex non curat de formalitatibus, vel reduplicationibus: si enim ipse, qui est depositarius, teneat pecuniam depositam: siue teneat eam, vt depositarius, scilicet confitendo se tenere illam: siue teneat vt fur, negando se tenere, dicunt iura eum tenere. *Si inueniatur fur duplum reddet.* Nam depositarius dixit esse sublata furto. Si autem inueniatur fur, & comprobatur depositarium dixisse verum, fur reddet duplum eius, quod furatus est ipsi domino, qui deposuit rem: depositario autem nihil reddet, quia non acquiritur sibi in hoc aliquod ius: & istud duplum est, quia res furto sublatæ non sunt boues, aut oues, aut cętera pecora. Nam tunc fieret secundum illam legem superiorem de eo, qui furatur, & occidit, aut vendit bouem, aut ouem: nam pro oue quatuor, & pro boue quinque restituet. Si autem nondum vendidisset, aut occidisset, soluebat solùm duplum, vt patet in lege præcedenti: Si effrigens fur domum. In omnibus autem alijs rebus tenetur regula generalis, quòd duplum restituatur qualitercunque se res habebat, & ideo sine aliqua distinctione dixit duplum esse soluendum.

Depositum penes aliquem stans tripliciter subtrahitur.

QVAESTIO. VI.

CONSIDERANDVM autem, quòd id quod penes aliquem depositum est, subtrahitur tripliciter. Aut ab aliquo extraneo, qui furatur illud de domo depositarij, aut ab ipso depositario, aut depositore, idest ab ipso, qui rem suam penes alterum deposuit. Si autem ab alio auferatur, & inueniatur fur solut duplum, sicut in litera dicitur. Si autem ipse depositarius acceperit, quia concupiuit rem illam, & retinuit penes se, dixitque furto fuisse sublatam: tunc vero inuento fure accipitur iuramentum a depositario vtrum extenderit manum suam ad rem depositã, & si iurauerit se non extendisse absoluetur, vt patet in litera. Si autem timore iuramenti post litem contestatam, & asserto, quòd alius furto subtraxit, confessus fuerit se accepisse res (licèt litera de hoc nihil dicat) videtur quòd duplum soluere debeat per regulationem omnium furantium, qui duplum restituunt. Iste autem fur est, quia negauit res depositas, non quidem negando fuisse penes eum depositas, sed asserendo furto fuisse subtractas. Si autem negauerit, & postea dominus, qui deposuit penes eum res suas per testes probet non fuisse ab eo subtractas, vtputa si perhibetur, q̃ adhuc in domo eius sint: deberet quidem multum puniri. Primò quia res depositas negauit apud se esse asserens furto ablatas. Secundariò quia iurauit se non extendisse manum suam ad eas, & iurans mentitus est: & sic erat duplex pęna, vna tãquam periuri, alia vt furantis: litera tamẽ solùm ponit eum debere soluere duplum, cùm infra dicitur, & si illi iudicauerint duplum reddet proximo suo. Et forte alia imponebatur ei pro periurio, de qua non agitur hic, quia solùm intenditur de pęna furantis. Interdum autem depositor, s. ille, qui deposuerit res penes alterum, furatur eam respiciens locum, vbi depositarius custodit eã, & postea clam tollit eam. sic namque interdum fit cùm dominus appetit lucrari. Et hoc fortè, quia videtur q̃ in tali furto nõ deponetur presumptio de illo, qui rem custodiendam tradidit. Sic enim fecit Caius Marius Romanus Cõsul, qui septies fuit Consul: nam cùm tempore quinti consulatus sui cõtra Gallos Cisalpinos pugnasset, venit ad ciuitatem Tolosanam obsidens eam, & a principe ciuitatis illius centũ milia pondera auri de tẽplo Apollinis extracta suscepit: cũq; mitteret ea in Massiliam, quia Romani in terra illa Francorũ amicos nullos habebant, ipse Marius dissimulato habitu cũ quibusdã de suis hostiliter inuasit eos q̃bus argentũ & aurũ cõmissa fuerant, & vniuersa sibi accipiens eorũ portitores (ne res cognita foret) gladio transfixit, nullũ vitæ relinquẽs super quo habita aliqua alia suspitione de eo magna Romæ, postea contra eũ quæstio ventilata est. Cùm autem tale accideret, s. si ipse depositarius probet per testes contra depositorẽ, q̃ ipse subripuit res, quas deposuerat, & apud se continet, litera nihil disposuit agendũ. Videtur tamen q̃ ipse teneatur soluere depositario duplum eius, quod abstulit. Nam fur verus est, cùm de domo depositarij res latenter abstulerit. Etiam quia ipsum depositarium vexabat, pertrahẽs ad iudicium, & inquietans, faciensque ab eo accipi iuramentũ, & forte faciens cãri de illo aliquam opinionẽ, aut suspitionem. *Si latet fur: dominus domus.* Idest si dominus domus non potest inuenire furem: nam cùm furem inuenit ipse liberatus est, & fur duplum soluit, vt supra patuit. *Applicabitur ad Deos.* Idest dominus domus qui est depositarius, de cuius domo res ablatę fuisse dicuntur, ducetur coram iudicibus, s. q̃ depositor citabit eum, & cõparebit, & petet depositor ab illo rem, quã pęnes eũ deposuit. ipso autem respondente eam furto ablatam nec inueniri latronem, iurare cogetur.

Caius Marius Romanus Consul furat' est depositũ Romanorum.

Quare iudices dij vocantur.

QVAESTIO. VII.

VOCANTVR isti iudices dij, quia loco Dei ponuntur ad dirimendũ litigia: nam iudicium istud ad Deum pertinet, & quia Deus non cõmunicat tali modo cum hominibus, tradit iudicium hominibus, vt quidam per alios iudicentur tanquã Deus iudicaret. sic enim dicitur Deut.1.c. Nec accipiatis cuiusquam p̃sonam, quia Dei iudiciũ est, idest estis positi iudices loco Dei. Recte ergo Deus dicitur, qui vices Dei gerit in aliquo. Et sic vocantur iudices dij, vt patet c. præce. cũ dicitur, q̃ si dixerit seruus, diligo dominum meum, & vxorem meam ac liberos meos, non egrediar liber: offeret eum dominus dijs, idest iudicibus: sic etiam patet Psal.81. Deus stetit in Synagoga Deorum, & in medio Deos diiudicat. Vbi manifeste loquitur de iudicibus. Multis enim communicatur istud nomen Deus siue Hel, aut Elohim secundum literam Hebraicam, propter aliqua officia aut dignitates aut virtutes: nomen tamen Dei magnum, & ineffabile quatuor literarum, quod nos Greco nomine vtentes Tetragrammaton dicimus, de nullo dicitur, nisi de Deo vero, aut de eo, qui tenetur, vt verus Deus. Apud Latinos autẽ non est talis differentia vocum signantium Deum ita propriè & distinctè sicut apud Hebræos, vt latè declarauimus supra 6. c. *Et iurabit, quòd non extenderit manum suam in rem proximi sui.* Hoc iuramentum est ad dirimendum lites: nam si alia conuenientia documenta causæ haberi non possunt, s. quia non possunt haberi legitimi testes, defertur iuramẽtũ ipsi depositario in defectum probationum, vt sic iuramento suo stetur, & diffiniatur causa, vt ait Apostolus ad Hebræ.6.c. Et habetur extra de iureiuran. in c. & si Christus. Homines per maiorem suum iurant, & omnes controuersiæ eorũ finis ad confirmationem est iuramentum. Si aũt antequam deferretur iuramentum depositario a iudicibus depositor offerret se probaturum per legitima documenta, q̃ res depositę adhuc erant apud ipsum depositarium, non daretur iuramentum: sed si succumberet in probatione puniretur, quia infamabat cũ sic impetens. Si autem deferatur ei iuramentum, & recuset, videtur confiteri in eo, quod quæritur, & necesse est restituere duplũ tanquã furatus fuisset, q̃ negauit se habere, dicens furto ablatũ. *Non extenderit manum suam in rem proximi sui.* Idest iurabit q̃ non accepit ipse rem illã, quæ penes eũ deposita est: nec tenet, nec cognoscit quis habet. Nam si ipse depositarius nõ accepit rẽ illã, sed eo conscio alius accepit, idem est, ac si ipse accepisset, ideo si iurauerit se non accepisse, & postea probet legitimè, q̃ de consensu eius, vel eo sciente, & nõ repugnãte res est sublata, condemnabit ad duplũ, ac si ipse furatus fuisset, & ad pęnam periurij si qua est. *Ad perpetrandã fraudem.* Dicitur fraus perpetrari q̃n ipse, cui res ad custodiendum data est, furatur rem. Nam longe aliter agit quàm ei cõmissum est: vel quàm se spopondit actuũ, vel quia fraudat depositorem, dicendo rẽ suam furto subtractam. *Tam in boue, quàm in asino.* Ex hoc patet quod supra dicebamus, s. q̃ licèt lex in principio dicat, siquis cõmendauerit amico pecuniã, aut vas in custodiam, intelligitur de omnibus alijs rebus, quæ deponi possunt in custodiam apud aliquem, vt de asino, de boue, & similibus. Sed in his, vt supra diximus, agendum est secundum dispositionem legis primæ hujus c. de furto bouis, & ouis. Nam siquis apud quenquam deposuerit bouem, & ille furto subtractus est, non solùm

Iùm si fur inueniatur reddet duplum, vt dicit ista lex: sed quinq; boues si vendiderit, aut occiderit. Si autem apud se viuũ retineat soluet duplum ſm illam legem superiorem: Si effringens. Idem autem de depositario si extendit manum suam ad res depositas. ſ. ad bouem, vel asinum, soluet ſm prædictum modum. *Et oue atque vestimento.* Per hoc explicat omnia genera eorũ, quę deponuntur vniuersaliter, si aut animata aut inanimata ponendo quasdam species animatorũ depositorũ, & quasdam inanimatorum, & postea concludit vniuersalius dicens. *Et quicquid damnum inferre potest.* Idest nõ solum in istis, sed in omnibus alijs, quæ deponuntur, in quibus damnum potest inferri. Sed iste sensus claudicat propter duo. Primò quia ad istam sententiã exprimendam deberet dici, & in quolibet, in quo damnum inferri potest, sed ponitur sub litera actiua, & quicquid damnum inferre potest, quod nullo modo potest tolerare illam sententiam. Secundò quia dato ꝙ posset talis sensus saltem extortè, & contra cõplexionem grammaticalem haberi ab ista litera: tamen falsus esset aut vanus, quia supponeret quædam deposita esse quę auferendo non sit damnum dñio suo. Damnum est rerũ diminutio, quantũcunq; ergo parui valoris res sit, subtractio eius diminutionẽ causat, & necessariò damnũ. Vel si forte non supponat hoc, sensus vanus est. Ad qd enim oportuit dici, & in quolibet in quo damnũ inferri potest, cùm in quolibet damnum inferatur. Dicendum ergo ꝙ debet hoc referri ad deposita animata cũ aliquis deposuit penes aliquem bouẽm, vel asinum: si ablatus est, debet iurare, ꝙ nõ accepit ipse eum. Si autẽ rem depositam, reddat depositarius, vt asinum debilitatum, aut claudũ. Et sic de boue habente aliquẽ morbum debet iurare depositarius, ꝙ non extendit manũ suam super eum ad perpetrandum fraudem, idest ad percutiendum eum, vt minus valeret, quæ est magna fraus domino bouis, vel (Quicquid damnum inferre potest) idest non solùm non extendit super eum manum percutiendo lapide, vel ligno, sed etiam, ꝙ non fecit ei aliquod aliud malũ, quod fit sine percussione, vel extensione manus in eum, vt dando ei malum cibum, vel faciendo eum multum laborare ad debilitandum, vel etiam non, vt debilitaret, sed vt sibi de illo proficeret, quia hæc, & similia damnum pecori inferunt. Et hæc est recta sententia, nec videtur posse dari alia in ista vltima particula, superior autem extenditur ad omnem expositionem tam de ablato, quàm de debilitato. Sciendum aũt ꝙ per iuramentum absolueba-
tur ipse depositarius totaliter, dum tamen nõ comisisset dolum in re. ſ. ꝙ per dolum suum alius subripuisset rem, non tenebatur tamen de negligentia aut culpa lata, leui, aut leuissima. Strictius autem secundum iura humana custodiuntur deposita, & tenetur depositarius; nam debet custodire depositarius res sibi commissas sub bona fide, & tamen si res de domo depositarij ablatę sunt, & res depositarij conseruatę sunt, presumitur contra depositarium, ꝙ non se gesserit bona fide erga res depositas, vt patet extra De commodato, capitulo bona fides. ſ. bona fides rebus abesse præsumitur si rebus tuis saluis existẽtibus depositas amisisti. Item inquiritur circa commodatariũ ſm leges humanas vtrum ipse se sponte depositarium obtulerit dicẽs dñio. rerum, ego seruabo res istas si vultis; nam tunc tenetur de culpa, vt patet extra de commodato. in c. bona fides, & ff. commodati l. j. §. sepe, Dicit autem hostiẽnsis, quòd ista est culpa leuis, & leuissima. Respicitur etiam circa res depositas, vtrum ipse depositarius aliquid susceperit pro custodia rerum depositarum; nam tunc etiam tenetur de culpa, vt patet in capitulo, præallegato, & digestis commodati l. j. §. siquis seruum. Item conseruatur in depositis rebus vtrũ fuit in-

Depositarius ꝙ iuramẽtum totaliter absolueba tur dũ tamẽ nil dolii in re cõmisisset q̃ furto ei ablata est.

F ter depositorem & depositarium pactum de reddendo certo tempore, tunc si nõ reddat in illo tempore, tenetur depositarius etiã de casu fortuito, vt patet in c. præallega. & Codice cõmodati lege prima. Considerandum est etiam, si interuenit mora, vt si propter moram res apud depositariũ peiorata est, etiam si postea in potestate depositoris pereat, vt patet in c. præalle. & digestis de legatis primo lege. cũ res §. vltimo. & eodẽ titu. lege, si in Asia. §. vltimo. Item considerari debet culpa, vtrum culpa depositarij res perierint depositæ: nam qui est in culpa, tenetur de damno dato, vt patet extra De iniurijs, & damno dato c. si culpa tua. & extra de deposito in c. bona fides. *Ad Deos.* Idest ad iudices. *Vtriusque causa perueniet.* Idest qñ depositor & depositarius inter se nõ conueniunt, quia depositarius dicit res furto ablatas, & depositorũ petit eas: litigi istorũ duorum ducetur ad Deos. i. ad iudices ita ꝙ quilibet pro se proponat, & tunc iudices deferent iuramentũ depositario, & cãm terminabũt, sicut viderint iustum esse. *Et si illi.* Idest iudices. *Iudicauerint, duplum restituet proximo suo.* Hoc non potest intelligi in principali causa: nam in ea non possunt iudices condemnare depositariũ si iurauerit: sed intelligitur super depositione testium: vt si forte depositarius delato sibi iuramento iuret, ꝙ furto res ablatę sunt eo non conscio: & postea depositor non contentus velit producere testes ad probandum, ꝙ depositari⁹ falsum iurauerit: vtpote ꝙ res depositas adhuc penes se teneat, recipiantur testes. Et si depositor hoc contra depositarium probauerit, condemnabitur mandato iudicum depositarius ad duplũ. Si autẽ depositari⁹ inducat postea testes reprobatorios testiũ priorum, qui legitime conuincant eos falsum dixisse: condemnabuntur testes illi ad duplum, quod tenebat̃ soluere depositarius, si testes illi verum dixissent: nam quandocunq; aliquis testis falsè testificatus fuerit, & probetur, siue testimonium fuerit in causa ciuili, aut pecuniaria, siue in causa criminali, vt patet Deut. c. 19. cum dicitur. Si steterit testis mendax cõtra hoĩem accusans eum preuaricationis: stabunt ambo, quorum causa est ante dñm, in conspectu sacerdotum, & iudicum, qui fuerint in diebus illis: cunq; diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testẽ dixisse cõtra fratrem suum mendacium, reddant ei sicut fratri suo facere cogitauit. Et auferes malum de medio tui: vt audiẽtes ceteri timorem habebant, & nequaquam talia audeant facere, non misereberis eius, sed animã pro anima, oculum pro oculo, dẽtem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Si autem depositarius contra depositorem impetentem probet, ꝙ ipse sustulerit res quas deposuerat furtim: videtur quòd teneatur reddere depositario duplum eius quòd deposuit, quia eum inquietabat cogendo iurare iniustè, & causando forte aliqualem suspitionem pro ea re contra depositarium, vt supra diximus. *Siquis commendauerit.* Hic ponitur secundus modus commendandi alicui aliquam rem, quando ei commendatur per mo-
K dum mercedis, & conuentionis, sicut pastoribus commendantur oues, aut cętera animalia in custodiam, & datur eis precium pro labore, & mansionarijs dantur ab hospitibus pecunię pro custodia rerum suarum, quas eis commendant in custodiam. *Proximo suo asinum.* Scilicet commendando ei dando mercedem, quia tunc debet fieri secundum istam legem. Si autem commendentur sine mercede, tenetur secundum legem superiorem de commendatione auri, & argenti, bouis & ouis: nam ista lex differt multum a superiori, quia in superiori ille, qui commendatam siue depositam rem custodiebat sine precio, non tenebatur de furto rerum depositarum, si adhibuit diligentia, quam potuit: qui autem pro mercede custo-

custodiendum suscepit, tenetur de furto quãtacunq; adhibuerit diligentiam, vt patet infra. Si autem violenter captum esset ab hostibus, vel deuoratum a bestijs, monstrata aliqua particula animalis deuorati soluebatur ille, qui pro mercede custodiebat. *Asinum, bouem, & ouem, & omne iumentum.* Ista sunt quæ communius in custodiam traduntur pastoribus, aut mansionarijs, quia difficilius seruantur, cùm oporteat ea moueri, & exire in agros ad pascua. Sed non solùm de his intelligendum est: imò etiam de omnibus alijs rebus mobilibus, aut immobilibus, vt siquis tradat aurum suum, vel argentum, aut vestes, & similia, & tradat ei salarium pro custodia, sicut datur mãsionarijs, tunc enim siquid de rebus illis furto perierit, soluere debet mansionarius. Dicitur tamen hic de bobus, ouibus, cęterisque iumentis, quia ista communius in custodiam dãtur: maxime quia populus Hebræus, cui leges istæ dabantur, multum erat circa pastoralia occupatus. *Et omne iumentum.* Idest aliquod de omnibus iumentis, scilicet quodcunque iumentum: nam nullus poterat alicui commendare omnia iumenta, cùm nullius sint omnia. *Et mortuum fuerit.* Scilicet quòd illud animal moriatur aliquo morbo: nam si percusserit illud ipse, cui commendatum est, non absoluetur, nisi damnum soluerit iuxta estimationem iumenti perditi. Vel si forte apposuerit ei cibum noxium, vel coegerit illud plus debito laborare. Nam cùm hic sit dolus, & lata culpa, tenetur depositarius, qui recipit pecunias pro
C custodia animalis, ad soluendum precium animalis mortui, & non solùm cùm recipit pecunias, sed etiam si non reciperet pecunias, vt patet supra in regula præcedenti, quia ibi depositarius gratis seruabat res depositas, & tamen cogitur iurare, quòd non extendit manum suam super tale pecus, aut iumentum ad perpetrandam fraudem. Nec quidquid damnũ inferre posset. Intelligitur ergo hic cum animal per se mortuum est, & nullam causam aut culpam in hoc habuit depositarius. *Aut debilitatum.* Scilicet quòd factum fuit claudum, aut cęcum, aut incurrit aliquam infirmitatem, propter quam ineptum est ad laborem. *Aut captum ab hostibus.* Quia forte animalia erant in agris, quemadmodum faciunt ea manere pastores ad pascua, & irruẽtes hostes prædati sunt vniuersa, aut partem eorum. Et sicut dicitur de iumentis: ita dicendum est de omnibus alijs rebus, quæ commendari possunt alicui in custodiam. Nam possunt esse aliqui casus, in quibus pereant sine culpa custodientium, quemadmodum hic pereunt iumenta, aut debilitantur, scilicet, Si aliquis commendauit alicui aurum, vel argentum, aut aliam rem in custodiam, & dat ei pecuniam pro custodia, & postea domus incendatur, vbi sunt res depositæ, sine culpa custodientis, nõ tenetur soluere eas. Nam casus fortuitus non imputatur depositario, nisi pactum, aut culpa, aut mora interciderit, vt patet extra de commodato, cap. bona fides, & in legibus sup. allegatis. Vel si ali-
quis dedit alicui nautæ in custodiam res suas per ma-
E re ferendas, & dat nauium, idest precium pro ferendo, & naufragium patiatur perditisq; vniuersis rebus ipse nauta saluetur, & alij, qui cum eo sunt: non tenebitur nauta ad solutionem rerum commendatarum, quia hoc non poterat prouidere, vel dato, quòd prius videretur non poterat sibi obstari. Sic etiam si aliquas alias res cõmodatas receperit, & damnificatę fuerint sine culpa sua, non tenebitur de damno rerum nisi interuenerit pactum, aut fuit in mora reddendi, vel alias fuerit aliqua eius culpa: nam tunc solutus est, vt patet extra De commodato. in capitulo, bona fides. *Nulluſque hoc viderit.* scilicet quando iumentum mortuum est, vel debilitatum, aut captum ab hostibus, qui possit testificari vtrum in morte illa aliquam culpam

Si quispiã nautę commendauit res suas ferẽdas per mare, & perierint naufragio non tenet nauta si euaserit ipse a naufragio.

A haberet depositarius: nam si quisquam appareret dicens mortem iumẽtorum sine culpa depositarij fuisse, aut debilitationem eorundem: vel qui viderit ea capi ab hostibus, testificetur ea capta ab hostibus, solutus erat depositarius, siue custos talium rerum, nec competebat aliqua actio depositori contra eum: nec poterat cogi ad iurandum super hoc. Quando autem non videtur testis, ipse depositarius compellitur iurare, & statur suo iuramento. Sic de rebus alijs, quæ deponuntur penes aliquem: si testis haberi possit, quòd sine culpa custodis perierint, vel a latronibus violenter ablatæ fuerint: nam secus est cùm res furto auferuntur, aut cùm præda. Nam si auferantur furto, tenetur, qui custodiebat: nam si omnem
B diligentiam adhibuisset, non potuissent res furto subtrahi. In præda autem secus est, quia ibi est vis illata: sic enim patet, quia dicitur hic, quòd si iumentum fuerit captum ab hostibus: quòd si nullus sit qui viderit, iurante ipso custode eius non tenebitur ad aliquid. idẽ si aliquis vidisset: postea tamen subijcit, quòd si furto perijt teneatur soluere damnum. *Iusiurandum erit in medio.* Idest ponetur iuramentum inter istos duos litigantes ad tollendũ eorum litem. Est modus transumptus ab illis, qui pugnant, scilicet quòd quando aliquid ponitur in medio tolluntur litigia: sic enim cùm aliqui contendunt in iudicio, ponitur iuramẽtum inter eos, per quod dirimantur litigia. Sic enim ait Apo. ad Hebr. 6. c. Homines per maiorem suum iurant, &
C omnis controuersiæ eorum ad confirmationem finis est iuramentum. Istud iuramentum debet dari depositario: nam depositor nihil horum cognoscit nec, iurare posset: oportebat enim si iuraret, quòd iuraret depositarium commisisse dolum in iumento commendato: aut quòd non fuisset captum ab hostibus: aut quòd culpa depositarij debilitatum est, quæ non possunt sciri ab ipso conuenienter aut sufficienter: depositarius autem bene poterit iurare de his, quæ per ipsum facta sunt: aut quæ circa eum euenerunt. *Quod non extenderit manum ad rem proximi sui.* Idest quòd non occiderit ipse iumentum, nec debilitatum reddiderit, nec pro se acceperit, aut vendiderit: quæ omnia vocantur hic extensio manuum, & omnis modus, per
D quem iumenta, vel pecora in custodiam deposita poterant perire aut infirmari: *Suscipietque dominus iuramentum.* Idest depositor, qui erat dominus rei depositę suscipiet iuramentum, quod præstat depositarius, & cogetur ad recipiendum. Dato enim quòd dominus rerum depositarum nollet stare iuramento depositarij, cogeretur: ideo dicit litera, quasi per modum mandati, & coertionis. *Suscipietque dominus iuramentum.* Idest cogetur recipere: si tamen non cõfidat depositor iuramento depositarij poterit contra ipsum testes producere probãtes ipsum falsum iurasse: aut fuisse in culpa qualiter iumentum, aut aliqua alia res deposita perdita est, & recipientur testes eius: & postea depositarius poterit objicere in personas testium, & induce-
E re testes reprobatorios dictorum primorum testium, & tunc fiet sicut supra dictum fuit, scilicet vt testes, qui comprobentur falsum dixisse puniantur eadem pena, qua puniendus erat ipse contra quem testificantur. *Et ille.* Idest depositarius, apud quem res pro custodia tenebantur recepto salario. *Reddere non cogetur.* Non refertur ad iuramentum. Nam depositarius iurare cogitur non apparente teste, qui dicat se vidisse talia, & dominus cogitur recipere iuramentum eius, vt dicitur in litera: sed refertur ad iumentum, vel aliam rem depositam, scilicet quòd non tenetur depositarius restituere rem ablatam, vel perditam, si iurauerit quòd sit mortuum, aut debilitatum, aut ab hostibus captum. *Quod si furto ablatum fuerit.*

ſcilicet non videte cuſtode, qui erat depoſitarius: ſecus in præda cùm latrones violenter auferunt, vt ſupra diximus. *Reſtituet damnum domino.* Ideſt reſtituet illud, in quo damnificatur dominus perdendo illud animal, ſcilicet totum valorem animalis, vel rei perdite: nam cùm damnum dicatur diminutio rerum, quantũ perit de valore rerum alicuius, tantum habet de damno, ergo totam exiſtimationẽ animalis perditi qã eſt damnum reſtituet. Et ratio diuerſitatis eſt inter depoſitarium, qui non recipit pecuniam pro cuſtodia, & illum qui recipit mercedem pro cuſtodia: nam qui recipit mercedem cauſa ſui recipit cuſtodiam, ideo tenetur: qui autem non recipit mercedem recipit cuſtodiam gratia depoſitoris, ideo de furto non tenetur iſte (dum tamen adhibuerit totam diligentiam) & ille tenetur. *Si comeſtum a beſtia.* Lex iſta antiquiſſima eſt inter paſtores gregum, ſcilicet quòd quando aliquod pecus comeſtum fuerit a beſtia, & paſtor protulerit partem animalis comeſti, liberabatur apud dominum gregis: ſi autem non poſſet proferre aliquam particulam tenebatur ad ſoluendum pecus: ſic innuitur Geneſ. 31. ca. Oues tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum a beſtia oſtendi tibi: ego damnum omne reddebam. Iuſtificabat enim in hoc Iacob ſeruitium ſuum, dicens ad Laban, quòd licèt potuiſſet ipſe oſtendere aliqua pecora comeſta a beſtijs quando contingebat ea comedi, & ſic fuiſſet liberatus, ſed non faciebat, potius autem ſoluebat ea tanquam ipſe perdidiſſet: in quo faciebat ipſe erga Laban magis quam obligaretur. Ratio prædictorum eſt, quia cum paſtor demonſtrat aliquam partem animalis comeſti, clariſſime conſtat, quòd comeſtum eſt a beſtia. (licèt in hoc aliquę fraudes fieri poſſint.) cum autem paſtor non demonſtrat partem animalis comeſti, præſumitur contra eũ, q̃ ipſe comederit, aut vendiderit, vel q̃ perditum fuerit eo non videntę, quod pertinet ad furtum, & tunc tenetur, vel quia forte negligentia paſtoris aliquod pecus a cęteris oberrauit: & tunc eodem modo tenetur quia negligentur cuſtodiuit. Si autem beſtia deuorans pecus nihil reliquiſſet aut deduxiſſet pecus ad aliquam partẽ, in qua nõ appareret: debebat paſtor dare teſtes, q̃ pecus illud a beſtia deuoratum ſit, & ſufficiebat: imò clarior probatio erit, quam ſi adduceret aliquam partem animalis mortui, aut comeſti. Si autem paſtor ſolus erat, ita quòd nullus poſſit facere fidem in hoc, nec ipſe potuit apprehendere aliquam particulam animalis comeſti: ſtabitur iuramento paſtoris, & ſic liberabitur, niſi forte paſtor fuiſſet in culpa ponens gregem in loco periculoſo ſine domini mandato. Dicit Rabbi Salomon, quòd quando pecus occidebatur a beſtia, conſiderandum eſt, vtrum beſtia eſſet magna: ſicut leo, vrſus, ſerpens, & ſimilia, quibus paſtor reſiſtere non poſſet, & tunc ſoluebatur, oſtendendo aliquam partem animalis, aut faciendo ſicut ſupra dictũ eſt: ſi autem ſit animal paruum, vt muſtella, vulpes, & lupus, niſi fortè multi ſint, non excuſatur paſtor: nam poteſt ſe exponere contra vnum lupum: aut contra vulpes, quæ non pugnant. *Deferat quod occiſum eſt.* Ideſt deferat aliquam partem pecoris occiſi: nam qualecũnque animal eſſet, non comediſſet vnum pecus cum carnibus, & oſſibus, quia ſaltem manerent oſſa ſuis iuncturis in aliquibus corporis partibus compacta, cum aliqua parte carnium, aut pellis, & hæc demonſtrari poſſent. Niſi forte animal vorans eſſet de magnis anguibus, quod Latini a voratu pecorum Boas vocant: hæc namque tanta ſunt animalia, vt boues integros vorare dicantur: ſed raro tales angues reperimus: leguntur tamen aliqui fuiſſe in hiſtorijs, vt ſcribitur in vita beati Hilarionis in vitis patrum, quendam enim talem facto ſigno crucis ipſe Hylarion per media viſcera fregit. Legitur etiam per Paulum Oroſium lib. 4. de ormeſta mundi, tractando de bello primo punico, quod fecit Regulus Attilius contra Cartaginenſes, in quo apud Bagrada fluuium Africę ſerpens nimiæ magnitudinis partem Romani deſtruxit exercitus, & poſtea vix toto Romano exercitu confluente interfectus eſt. vbi nos dicimus hic. *Deferat quod occiſum eſt.* habetur in Hebræo. *Adducet reſtitutionem.* Ideſt deferat aliquid per quod iudicet reſtituere, ſcilicet vel partem comeſti animalis, vel teſtes, quia p hæc ita ſoluetur, ſicut ſi reſtituiſſet. *Et non reſtituet.* Ideſt, & non cogetur reſtituere, quia non perijt culpa ſua, ſed violentia, cui reſiſti non poterat. *Qui a proximo ſuo.* Hic ponitur tertium, ſcilicet quando fit commẽdatio per modum accomodationis.

Si fera pecus deuoraſſet non relicta aliqua parte quid agendũ foret.

Animal bouem integrum ac hominem vorans.

An commodatarius teneatur de caſibus fortuitis.

QVAESTIO. VIII.

ET non ſolùm commodantur animalia ad vſum vt equus, vel aſinus, ſed etiã aliæ res inaminatę, vt veſtes, & vaſa, ceteraque ſupellectilia: nam commodatũ conſiſtit in rebus mobilibus, & ſe mouentibus, & in mobilibus, & in corporalibus, vt in ſeruitute: hic tamẽ agit de animali commodato, quia in hoc plures accidunt quæſtiones, cùm in animalibus plures quam in rebus inſenſibilibus accidant occaſiones, & damna, de quibus non ita clare iudicari poteſt ſicut de rebus inaniminatis, vt auro, & argento: veſtes autem quæ vſu conſumuntur velociter non poſſunt commodari, niſi ad pompam, vt quis ditior appareat, vt patet ff. commodati lege 3. §. vltimo. Et lege 4. Si ergo alicui accommodentur aliquæ res, tenetur etiam de leuiſſima culpa, quia accomodatio fit gratia illius, cui accommodatur, vt patet extra de commodato, capitulo vnico, ideo diligentiam completiſſimam tenetur adhibere, ſicut in rebus ſuis: imò, & magis à quã in rebus ſuis, vt patet digeſtis De actionibus, & obligationibus, lege prima §. is qui. Aliquando autem commodatio fit gratia accomodatoris, ſcilicet quòd magis conſequitur accomodator rem ſuam accommodando alicui, quam non accommodando, & tunc commodatarius, ideſt ille, cui res accomodantur, ſolum tenetur de dolo, & de lata culpa: ſcilicet ſi ipſe malitioſe egit, & a propoſito, quòd res ipſa periret: hoc eſt dolus, & tenetur de lata culpa: ſcilicet quòd ſi vidit rem accommodatam manifeſte perdi, & nullo modo curauit ei ſuccurrere, lata culpa eſt, tunc enim tenetur de damno, vt patet digeſtis commodati in l. vt certo §. interdum, & ff. de actionibus, & obligationibus l. j. §. is qui. Aliquando datur accommodatum gratia vtriuſque, ſcilicet accommodatoris, & accõmodantis, & tunc tenetur de duobus, de lata culpa, & de dolo. Cùm in ſuperiori caſu ſolùm teneretur de dolo. De hoc digeſtis commodati in l. in rebus. primo reſpõſo ad finem, & in l. ſi vt certo §. nunc videndum. Qualitercunque autem cõmodatio fiat, nunq̃ tenetur cõmodatarius de caſibus fortuitis, qui præuideri non poſſunt, niſi caſus fortuitus acciderit culpa ſua, vt patet extra de commodato, capitulo vnico: nam qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, vt patet extra. De iniurijs, & damno dato, in capitulo, ſi culpa tua. Culpa autem alicuius caſus fortuiti, vel aliàs eſt, ſi commodatarius remiſerit rem cõmodatam per perſonam non idoneam, vt patet digeſtis commodati, in l. qui non tam idoneam. Si autem mittat cõmodatarius rẽ cõmodatã per perſonam idoneã: quidquid accidat nõ tenetur, vt patet ff. commodati, in l. argentum.

Et

Et extra de pignoribus in capit. ſignificante. Tenetur etiam de caſu fortuito ſi pactum interciderit, vt commodatarius teneatur ad omnem caſum fortuitum, vt patet extra de commodato c. vnico. Et C. commodati in l. j. Non tamẽ tenetur ad omnes caſus fortuitos, ſed ad illos ſolũ, qui enumerantur a cõmodatore, vt patet digeſtis, ſiquis cautionibus in l. ſed & ſi §. queſitum, & hoc tenet, quia contractus ex cõuentione legem accipiunt, & ſeruari debet niſi in quantum prohibetur a iure, vt habetur digeſtis, commodati in l. prima §. ſi conueniat. Et digeſtis de regulis iuris in l. contractus. Tenetur etiam ad caſus fortuitos, quando eſt in mora in reddendo, vt ſiquis accommodauit equum vſque ad certum diem, & accommodatarius tenuit eum vltra illum diem: ſi autẽ poſt illum diem accidat caſus fortuitus, imputatur cõmodatario, quia fuit in mora, vt patet extra de commodato capitulo, vnico, & ſimile eſt in depoſito, vt patet extra depoſito c. bona fides. Et hoc eſt verum, etiam ſi res commodata apud commodantem fuiſſet peritura. Verbi gratia, ſi commodatarius non remiſit equum commodatum commodanti infra tempus conuentum inter eos, & in illo tẽpore vltra conuentionem accidit caſus fortuitus, ita vt equus perijt apud commodatarium, dato q̃ iſte caſus accidiſſet apud commodantem, & apud eum etiã neceſſariò periturus erat equus: tenebitur ſemper cõmodatarius: nam caſus ſubſequens, de quo ignorabat non iuſtificauit culpam, ſiue negligentiam commodatarij, vt digeſtis de legatis primo, lege, cum res §. vltimo, & in Autentica de depoſito, & denunciationibus inquilinorum primo reſponſo. Datur etiam de commodato quædam regula, quòd commodatum non poteſt repeti a commodatore antequam peragatur id, ad cuius vſum res extiterat commodata: nam commodatum ad certũ vſum tribuitur. Si ergo antefunctum illum vſum tolleretur, grauaretur ipſe cõmodatarius, quia forte deſinendo rem incompletam magnũ damnũ euenret cõmodatario, quod nõ euenirent ſi non inchoaſſet eã, confidens in beneficio cõmodãtis. Cùm ergo cõmodatum quoddam beneficiũ ſit, ſ. datum ad cõmodum vtentis, non debet ipſe cõmodatarius grauari a cõmodatore, qd̃ contingeret, ſi cõmodator res cõmodatas ante expletũ vſum earum petiſſet: beneficio namque non oportet nos decipi, ſed iuuari, de his extra. De commodato, capitulo vltimo. De his autem non curauit Deus circa populum Hebræum: nam populus Hebræus, ſicut & cęteri populi, erat adhuc rudis, & non indigebat multis legibus, qa non poſſet percipere. nec erat neceſſariũ nec vtile eos tanta legum multitudine onerari: cum adhuc incapaces eſſent: nam & cęteri populi pro parte maiori, aut nullas leges, aut paucas habebant. Legiſlatores namq; aut rari, aut nulli erant quia Foroneus, qui primus Grę cis leges dedit, vt ait Iſidor. Ethi. 18. & extra. De verborum ſignificationibus, in c. forus, & in decretis diſ. 8. in c. Moyſes: pauco tempore ante exitum Hebræorũ de Aegypto fuerat, vt declarat Aug. de ciui. Dei lib. 18. c. 12. Maxime, quia ordinati erant in populo iudices ſapientes, qui non ſequerentur auaritiam, & iſti ex ſuo iudicio iudicabant atq; ſententiabant in cauſis, cũ non inuenirent legem, & ſi aliquod dubiũ eueniebat ferebant ad Moyſen, vt patet ſupra 18. c. & Deut. 1. Etiã qa ſicut eſt in hominibus ſubtilibus, q datis aliquibus principijs vniuerſalibus, ſiue circa negociũ ſpeculatiuũ, ſiue practicum, lumine intellectus ſui ex illis vniuerſalibus cognitis deueniunt ad rectum iudicium particularium: ita in iſtis iudicibus, qui erant ſapientes viri, ex iſtis legibus datis, quæ aliquo modo erant vniuerſales, dabatur eis cognitio ad rectam determinationem caſuum particularium, qui non exprimebant̃ per has leges. *Quicquam horum.* Hic ſolùm demõſtrantur animalia apta ad aliquem vſum, vt aſinus, bos, equus, & ſimilia: licèt omnia, quæ poſſidentur accõmodari poſſint, cum ad aliquem vſum valeant, & accommodatum ſit ad commodum vtentis datũ: patet aũt hoc tam ex his, quæ præcedunt, quã ex his, quæ ſequuntur: ex precedẽtibus autem, quia ſupra dicebatur de boue, aſino, & oue, cùm debilitantur aut moriuntur, aut rapiuntur ab hoſtibus. Ergo hic de eiſdem dicit, cũ non ſit aliud, quod demonſtretur. Item patet hoc ex ſequẽtibus, qa dicitur debilitatum fuerit, aut mortuum domino non præſente, patet autẽ, q̃ nihil debilitari poteſt, aut mori, niſi animal. *Mutuum poſtulauerit.* Ideſt poſtulauerit accommodatum. Non curauit hic Heronymus ſeruare differentiam, quam ſeruant iuriſtæ ſecundum conditionem, & proprietatem iſtorum terminorũ. Diſtinguuntur namque mutuum, & commodatũ. Quia cõmodatum eſt, qd̃ datur ad cõmodum alicuius p certo vſu, poſt quem reduci debet ad eum, qui dedit, & in cõmodato non transfertur dñium ad cõmodatarium, ſed vſus certus: & non ſolùm non tranſit dñium: imò nec tranſit ad eum poſſeſſio: ille namque retinet poſſeſſionem, qui commodauit, vt patet digeſtis cõmodati: in lege rei cõmodatæ: datur namq; ad certũ vſum, non præfinito tempore, vt differat a præcario. Nam præcarium non datur ad certum vſum, ſed datur ad certum tempus, vt patet extra. de præcarijs in c. præcarium, & digeſtis de præcario in l. cum præcario. Mutuum autem tranſit in dñium eius, cui datur, ideo dicitur mutuum quaſi meum tuũ. i. id quod vnus poſſidet efficiatur alterius. Ex quo ſequitur, quòd res, quarum vſus eſt ipſarum corruptio, non poſſunt commodari, ſed mutuari, vt vinum, & panis, & carnes. Omnia enim genera comeſtibilium, atque potabilium, quia vſus vini eſt ipſum bibere, & vſus panis ipſa comeſtio, per quæ vinum, & panis corrumpuntur: ſic enim ſiquis det alteri pannum ad faciẽdum tunicam, vt recipiat ab eo pannum, non accommodat, ſed mutuat. Et ſic de cęteris: hic ergo debuiſſet dicere litera: Qui a proximo ſuo quicquam horum accommodatum accipit, quia iſta, quæ ie dantur, ſolùm ad vſum conceduntur. *Et debilitatum aut mortuum fuerit.* Scilicet, quòd ſi comodatus fuit equus ad aliquem vſum, quòd ille reddatur claudus, vel habens aliud damnum, vel ſi mortuum fuerit. *Domino non præſente.* Ideſt, quòd non erat præſens ille, qui commodauit: nã interdum commodatur aliquid, cuius vſus debet eſſe vidente ipſo commodatore. Et tunc non eſt præſumendum, quòd commodatarius male vtatur re accommodata propter timorem, & verecundiam commodatoris: ſi ergo ſic contingat commodari iumentum aliquod, & mori præſente eo, qui commodauit: non tenetur reddere damnum. Aliquando conceditur aliquid ad commodum alterius, cuius vſus debet eſſe domino non præſente. Et tunc ſi iumentum commodatum moriatur, vel debilitetur: tenetur commodatarius reſtituere: nam cum commodatum ſit gratia commodatarij, tenetur etiam de leuiſſima culpa: licèt non teneatur de caſu fortuito, niſi pactum, vel culpa, aut mora intercedat, vt patet extra: de commodato, capitulo vnico: ſicut ſupra diſtinctum fuit. Secus autem ſi gratia commodatoris fieret accõmodatiõ, quia tunc accommodatarius, ſcilicet cui res accommodabatur ſolùm tenebatur de dolo: ſi autem gratia vtriuſque fiebat commodatio tenetur cõmodatarius de dolo, & lata culpa, vt ſupra probauimus. Hic autem commodatum factum eſt gratia ſolius cõmodatarij, ideo tenetur etiam de leuiſſima culpa. *Reddere compelletur.* Scilicet cõmodatarius totũ damnũ iumẽti perditi aut debilitati. *Quod ſi in præſentiarũ fuit dñs.* Ideſt ſi dominus

Commodatarius tenetur ad reſtitutionem, ſi peremptus rei ipſe eſt in mora.

Differẽtia inter mutuum, & commodatum.

Precariũ non datur ad certum vſum ſed ad certum tempus.

F dominus fuit ibi. In præſentiarum aduerbium loci eſt compoſitum ex obliquo nominis, & ex præpoſitione, Et ſignificat, ibi, & eſt ſenſus, ꝙ ſi dominus cōmodans fuerit præſens vſui animalis cōmodati, non tenebit reſtituere cōmodatarius: nam ſi iumentum per ſe debilitatum eſt, aut mortuum vidēte dn̄o: videtur ꝙ cōmodatarius non vteretur male iumento nec, dimitteret adhibere diligentiam, quam potuiſſet, & debuiſſet ob verecundiam domini præſentis, & ſic nec incideret in culpam leuiſſimam, & cōſequenter non teneretur ad aliquid, quia ſolum tenetur commodatarius vſque ad culpam leuiſſimam: ſi autem cōmodatarius vtebatur irrationabiliter re cōmodata præſente dn̄o, debuiſſet dn̄s hoc vetare, ſi autem non vetuit ſibi imputet. *Non reſtituet.* G Ideſt nō cogetur cōmodatarius reddere damnum animalis mortui, aut debilitati, quia aut nulla culpa fuit in eo, nec etiā leuiſſima: aut dn̄s cōmodans fuit in culpa, videns coram ſe rem ſuam male tractari, & non prohibens. *Maxime ſi conductum venerat.* Hic ponitur quartum, ſ. commiſſio per modū conditionis, ſiue locationis: nam cum datur aliquod animal ad laborē, & datur pro eo merces certa, non tenetur ad tanta cōductor, ſicut ſi accomodatū fuiſſet, quia locatio fit ad vtilitatem locatoris. Et ipſe qui accipit animal ſic conductum, magis debet facere laborare animal, quā cōmodatarius: & ſi res in ſeruiendo perierit, non tenetur reſtituere damnum eius, quia ſolū tenebit de dolo, & lata culpa. Si autem per dolum conductoris res locata perijſſet tenebatur cōductor reſtituere damnum: idē H ſi per latam culpam eius contingeret. In ceteris autē, ſ. in culpa leuiſſima, aut in caſu fortuito non tenetur: ex quo patet, ꝙ qn̄ ſupra dicebat cōmodatarium debere reſtituere dānum animalis mortui, aut occiſi, aut debilitati, intelligitur, etiam ſi ſolum interuenerit leuis, aut leuiſſima culpa. Nam de lata culpa, & de dolo conductor, qui mercedem dat tenetur. Et tamen dicit hic, ꝙ ſi pro mercede operis ſui conductum venerat, non tenetur reddere damnum. Referendo, ſ. ad caſum leuis aut leuiſſimæ culpę. In his ſolis duobus eſt differentia inter cōmodatarium & conductorem, & non in omni cōmodatario, ſed in cōmodatario, cuius ſolius gratia traditur res ad vſum, ſi autem tradatur res commodata gratia ſolius commodantis, tenetur ſolùm de I dolo, vt ſupra declaratum fuit.

Si aliquis animal ad laborem acciperet data mercede ſi perierit non tenetur niſi de lata culpa aut dolo.

Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cùm iumento, morte moriatur. Qui immolat dijs, occidetur, præter domino ſoli. K Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Aegypti: viduæ, & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum, quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Si pignus a proximo tuo acceperis, veſtimentum ante ſolis occaſum reddes ei. Ipſum enim eſt ſolum, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiatur: ſi clamauerit ad me exaudiam eum, quia miſericos ſum. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas, & primitias tuas non tardabis reddere, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoque, & ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum mihi. Viri ſancti eritis mihi: carnem, quæ a beſtijs fuerit prægustata, non comedetis, ſed proijcietis canibus.

De adult. ca. 1. 23. q. 5. c. reos. & c. ſi non licèt de pę. di. j. c. periculoſæ. in gl. 54. diſt. c. multos in fi. ſupra ca. 21. Leu. 19. Zach. 7.

Actuū 23. xj. q. j. c. ſacerdotib'. De her. c. cum ex iniuncto.

De cōſ. di. 5. c. quadrageſima in fin. de deci. c. tua ij. ſupra c. 13. ſup. 34. Leui. 21. Eze. 44.

Si ſeduxerit. Hic ponitur ſecundum principale, ſcilicet pręcepta iudicialia regulantia concupiſcibilē circa rem delectabilem, quę vocatur delectabilis, vt ſupra dicebamus ſcilicet delectabilis corporaliter. Et hōc maxime eſt ad actum venereum. *Si ſeduxerit quis virginem.* Seducere virginem eſt ſub ſpe contractus matrimonialis cum ea coire, vel quomodolibet aliter eam corrumpere: dum tamen ipſa non petierit, quia tunc non eſt ſeducta. *Virginem.* Secus de coniugata, quia qui ſeducit vxorem proximi ſui, & dormit cum ea, non tenetur pęna huius legis, ſed vterque lapidabitur, vt patet Leu. 20. c. & Ioan. 8. c. vbi dixerunt Phariſæi de muliere comprehenſa in adulterio, & adducta ante Chriſtum, quòd Moyſes mandabat huiuſmodi mulierem lapidari, & Deut. 22. cap.

Virgines nondum deſponſatæ licèt deflorari ſe permittant, nulla eis pęna imponitur a lege niſi ſit ſummi ſacerdotis filia.

QVAESTIO. IX.

ETIAM nō videtur hoc intelligendū de qualibet virgine: nam inter virgines, nondum deſponſatæ licèt deflorari ſe permittāt, nulla pęna eis imponitur a lege: niſi ſit filia ſacerdotis ſummi, q̄ fornicari incipit exiſtens in domo paterna: nam hæc flāmis comburit̄ pro ſimplici fornicatione, vt patet Leui. 21. c. cū dicit: Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomē patris ſui, flāmis exuretur. Cùm ergo iſta virgo magis pateretur quàm aliæ virgines, cùm fornicabatur, ita ille, qui ſollicitabat eam ad ſtuprum videbatur magis puniendus, & rationabile eſſet, ꝙ qui cū ea coiret moreretur flāmis exuſtus, quia tangebat virginē ſacram: nam hoc generale eſt in quocunque caſu fornicationis qualiſcunque illa ſit, ſiue ſtuprum, ſiue inceſtus, adulterium, & ſic de cęteris, ꝙ ſi fęmina punitur, eadem pęna puniatur vir, dum tamen vterque ſciens egerit. Cùm ergo lex mandaret comburi filiam ſacerdotis fornicantem, & iſta lex eſſet nota cunctis: ille, qui cōtra legem eam ſollicitabat, eamq; poſtea deflorabat, pęna exuſtionis cum ipſa dignus erat. *Necdum deſponſatā.* Ita quòd ſoluta eſſet a lege alicuius viri: nam tunc licebat imponere iſtam pęnam; ſecus autem ſi puella eſſet deſponſata; nam non erat tunc locus huic pęnę, cùm eſſet puella alligata alicui viro per verba de præſenti, & erat inter eos matrimonium contractum, licèt non eſſet conſumatum per carnalem copulam; ſed tūc diſtinguendū eſt ſecundū

quòd

A quòd habetur Deut. 22. c. quia aut puella in ciuitate deflorata eſt, aut in agro ſola: Si autem in ciuitate defloretur, ſiue volens, ſiue nolens, quia non clamauit rea mortis eſt, & vterque morietur: nam ad ciuitatis portam educentur, & lapidibus obruentur ambo. Si autē extra ciuitatē in agro puella deflorata eſt, vbi nullus eam videbat, ſolus corruptor occiditur: quia lex iudicat puellam clamaſſe, licèt non clamauerit, & non fuiſſe auditam. *Dormierit cum ea.* Nam in hoc conſumatur ſeductio puellæ virginis, quia quidquid puellæ fiat ſi non carnaliter cognoſcatur non ſeducitur, ſed ponitur hic ſeductio pro ſuaſione corruptoris ad puellam per verba blanda, quibus inducit eam ad conſentiendum operi nefario, & poſtea ſequitur actus qui eſt dormire cum ea, & vocatur hoc dormire cum puella. B Non eſt quidem peccatū dormire cum puella. Nam non eſt maius peccatum dormire cùm puella, dum tamen nihil aliud ſequatur, quàm dormire ſolum: ſed coire eſt: vocatur tamen quaſi lepidiori vocabulo dormire. *Dotabit eam.*

Quomodo intelligitur iſta lex, quòd qui ſeduxerit virginem, tenetur eam dotare. Et an intelligatur de dote, vel de donatione propter nuptias.

QVAESTIO. X.

DOTARE eſt dotem dare, ſed dare dotem non conuenit viro: viri namque dant donationē propter nuptias, fęminæ autem dant dotem, vt patet extra de dote poſt diuortium reſtituenda per totum: nam fere in omnibus capitulis, mandantur dotes reſtitui mulieribus, cùm fit diuortium, ſic etiam patet digeſtis, ſoluto matrimonio quemadmodum dos petatur per totum: magis ergo deberet dicere litera, faciet ei donationem propter nuptias: ſed non curauit Hieronimus de iſta differētia vocabulorum iuris: aliquando tamen in iure iſta vocabula confuſe accipientur, ita quòd dos, & donatio propter nuptias, vel propter dotē idem ſint, vt patet extra de dote poſt diuortium reſtituenda in c. & ſi neceſſe ſit. vbi dicitur, ꝙ filius regis Legionis dedit filiæ regis caſtellæ caſtra quędam, quæ videbantur eſſe donatio propter nuptias, & veriſſime ſic erat, ſi matrimonium eſſe potuiſſet, quia tamen determinatum eſt non eſſe matrimonium impediente conſanguinitate, dicitur quòd etiam illa non potuit eſſe dos nec donatio propter dotem, & ſic pro eodem accipit. Poteſt autem aliter intelligi, quòd accipiatur dotare proprie, ideſt dare puellæ pecuniam; quam ipſa habebat loco dotis, ſcilicet quòd quando coniungitur matrimonium (licèt non ſit de eſſentia eius dos, nec donatio propter nuptias) tamen ad ſuſtentanda onera matrimonij, debet vtrumque dari, ſcilicet dos, & donatio propter nuptias, ita tamen quòd pater puellę det dotem cum filia ſua: vir autem eam accipiens dabit donationem propter nuptias. Cùm autem vir coierit cum ea ſeducendo eam, in pęnam peccati ſui cogitur dare vtrumque, ſcilicet donationem propter nuptias, quam daturus erat ex parte ſua, & dotem, quam daturus erat puella, illaque dos dabitur puellæ tanquā ipſa puella eam daret, & efficitur eius tanquam ſi ipſa dediſſet: ideo ſi contingat ſolui matrimonium inter eos, redibit dos ad puellam, ſicut rediret, ſi ipſa dediſſet. Et ſecundum hoc non agitur hic de donatione propter nuptias, quam daturus erat vir: nam iſtam ſine aliqua culpa præcedente dare debebat, ideo licèt non exprimatur, ſemper intelligitur. Hic autem cùm tractetur de crimine viri deflorantis puellam illicitè, debet ſolùm agi de eo, quod ſibi imponitur in pęnam commiſſi, & nō de eo, quod aliàs daturus eſſet. Etiam ſi non peccauiſſet. Hoc autem eſt dos, quā vir aliàs dare non tenebatur: & ſimile huius fit ꝙ vir det pecuniā vxori, quā ipſa retineat ſibi ꝓ dote, vt patet digeſtis de donationibus inter virum & vxorē in l. ſiquis: & c. de dote cauta, & non numerata lege 2. Et dato ꝙ poſtea vir non contrahat cum illa puella, tenebitur dare illam pecuniam. Et ſi data eſt, retinebit eam ſibi puella etiā non ſecuto matrimonio. Iſtam expoſitionē ſequitur Bernardus gloſator decretaliū ſuper c. primū De adulterijs, & ſtupro. Et iſto modo proprijſſime locutus fuit Hieronymus dicens: dotabit eam. Et hæc eſt vera literę expoſitio. Sed dices contra: videtur quòd nullo modo poſſit hoc intelligi de dote, ſed de donatione propter nuptias: nam, vt ſupponitur, & verum eſt, quòd corruptor puellæ debet dare duo, ſcilicet dotem dabit puellæ, quam retineat ſibi puella, & donationem propter nuptias, quæ eſt ex parte viri ad ſuſtentanda onera matrimonij, quam ipſe aliàs daturus erat: ſed dos, quæ datur puellæ a corruptore, determinata eſt, vt patet Deute. 22. capitulo, ſcilicet quòd ſiquis dormiret cum puella nondum deſponſata, & hæc res ad iudicium duceretur, ſolueret qui coiuit cum puella quinquaginta ſiclos argenti, & ſic illa erat dos determinata: hic autem ponitur aliquid indeterminatum, cùm dicitur, quòd ſi pater virginis dare nollet, redderet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Ergo non poteſt hoc intelligi de dote, ſed de donatione propter nuptias. Reſpondetur quòd neceſſe eſt intelligi hoc de dote, C ſcilicet. *Dotabit eam.* Nam vt dicendum eſt hic, cùm agatur de delicto corruptoris, ſubiungitur pęna eius: ſed nulla eſt ei pęna in dando donationem propter nuptias, quia omnes viri aſſumentes vxores illas dant, ergo debet intelligi de dote. Item patet quia ſi hic intelligeretur dotabit, ideſt dabit donationem propter nuptias, ſuperfluum eſſet: ſuffeciſſet enim dicere accipiat eam in vxorē, quia hoc dicto intelligitur quòd dare deberet donationem propter nuptias. Item quia ſi hoc intelligeretur de donatione propter nuptias facere tenebatur. Item patet quia dotare eam eſt facere eſſe dotatam, ſed in donatione propter nuptias mulier non eſt dotata: nam non tranſit proprietas illarum rerum ad fęminam, ſed fructus tam dotis, D quàm donationis propter nuptias ſunt communes ad ſuſtentanda onera matrimonij. Eſt ergo mulier dotata per ſuam dotem, & non per donationem propter nuptias, ſed hic dicitur: Dotabit eam, ideſt faciet eſſe dotatam, ergo intelligitur de dote, & non de donatione propter nuptias. Item hic ponuntur duo, ſcilicet quòd ſi vir corruperit virginem, quòd dotet eam. Si pater voluerit eam dare vxorem: accipiat in vxorem: ſi autem noluerit dare in vxorem, quòd pecuniam det iuxta modum dotis, quam recipere conſueuerunt virgines: ita quòd pecunia, quæ datur, cùm non recipitur puella in vxorem, ſuccedit in locum huius, quod datur, cùm dicitur: dotabit eam: nam vtraque in pęnam ponitur. Sed id quod datur volente pa- E tre dare puellam in vxorem corruptori, eſt vera dos, vt patet, cùm dicitur: reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Ad argumentū reſpondetur cùm dicis, ꝙ dos, quæ debet dari puellæ a corruptore, determinata eſt, ſcilicet quinquaginta ſicli, vt patet Deut. 22. c. ſed hic ponitur pecunia incerta, ergo non agitur de dote. Dicitur quòd dos puellarum non ponitur determinata a lege, ſed quęlibet puella debet recipere dotem ſm̄ ſtatū ſuum, & ſecundum ꝙ pater dare poteſt: nam tantum debet dare corruptor de dote, quantum puella honeſte habere deberet. Et quia puellæ diuerſimode recipiunt dotes, prout patres earum magis, vel minus diuites ſunt. Ergo oportet quòd corruptores eodē modo dent do-

Secūda expoſitio.

Quid ſit proprie dotare.

Reſpōſio ad argumentum.

 tes:

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

tes: nam si ponerentur quinquaginta sicli pro dote cuilibet puellæ corruptæ, valde modicum esset, quia aliqua puella deberet recipere in dotem mille siclos, & alia est, quæ non debet recipere triginta siclos, qa forte pater suus ita pauper est, quòd non posset ei dare pater triginta siclos in dotem, valde ergo sic grauarentur puellæ. Dicendum ergo, quod dos puellarum corruptarum non est determinata ad aliquem numerum siclorum, aut alterius pecuniæ: & id quod allegatur in Deute. non intelligitur de dote danda puellæ, sed de pena alia applicanda patri, scilicet quòd præter omnia, quæ dat corruptor debet dare quinquaginta siclos patri puellæ: nam ille casus multum est distinctus ab isto. Pro quo sciendum, quòd puella virgo nondum desponsata, potest dupliciter deflorari: vno modo per deceptionem, scilicet quòd corruptor promittat accepturum se eam in vxorem, vel promisit ei dare aliquid, vel dedit, siue quomodolibet aliter sollicitauit: ita tamen, quòd per preces fiat. Alio modo potest deflorari virgo non desponsata violenter, cùm in agro eam aliquis vir inuenerit, atque fœdauerit. Primo modo quia puella aliquo modo nolens est etiam si aliquo modo decipiatur, corruptor non tenetur ad tantam penam, sicut si violenter totaliter corrupisset, cùm ergo puella seducitur debet corruptor eam accipere in vxorem si pater eius dare eam voluerit, & ipse dabit primò donationem propter nuptias, quæ non est pena, quia aliàs eam daturus esset, deinde in penam delicti dabit puellæ dotem. Et sic hæc sola pena imponitur, & in isto casu intelligitur ista lex, Et sic dicitur in principio. *Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam.* Quasi dicat si eam violenter acceperit, nō solùm tenebitur ad hoc, sed ad aliam penam, quæ determinatur Deut. 22. c. Si autem puella in agro violenter defloretur, etiam si voluntariè defloretur in agro, dum tamen non constet eam volentem defloratam fuisse, quia lex præsumit eam clamasse, & violentatam fuisse, dat maiores penas corruptori, scilicet quòd ducat eam in vxorem, & faciat donationem propter nuptias, & insuper det dotem puellę, secundum quòd fiebat in casu præcedenti. Et ista dos non erat determinata, sed secundum quòd virgines accipere consueuerant; præter hoc additur alia pena, quia iste, qui violentauit puellam, quæ erat sub patria potestate, fecit iniuriam patri, pro iniuria etiam reddet penam, qui applicabitur patri, quia fuit facta puellæ dum non esset emancipata, & sic fiebat patri, & pro hac pena soluit corruptor quinquaginta siclos patri puellæ, qui nullo modo pertinent ad dotem, & sic argumentum præsupponebat falsum. Hæc autem omnia probantur ex litera Deut. in c. 22. Primo quòd sit ille casus distinctus ab isto, scilicet quòd non sit ibi puella seducta, sed violentata, quia dicitur ibi in litera: si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendēs concubuerit cum ea, apprehendere autem violentiā dicit. Etiam quia dicitur inuenerit, quasi dicat, quòd antea non sollicitauerat eam precando pro coitu, vel promittendo alia donaria, aut dando, sed inuenit eam a casu, coiuitque cum ea. Item patet quòd isti quinquaginta sicli, qui dabantur, non erant pro dote puellæ, sed pro pena iniuriæ factæ patri puellæ, quia dicitur; dabit, qui coierit cum ea patri puellæ quinquaginta siclos argenti: non enim dicitur, quòd daret puellæ illos siclos, sed patri puellæ, si tamen essent pro dote puellæ dari debebant, & sic dicitur hic dotabit eam, scilicet puellam, quasi dicat, quòd puellæ datur quidquid datur, & non patri. Item patet, quòd iste casus sit distinctus ab illo, qui ponitur Deut. 22. capitulo: nam in illo dicitur, quod ille, qui puellam humiliauit sic, habebit eam,

Adqd teneatur deflorans virginem.

F nec poterit dimittere omni tempore, in quo tollitur ei in penam id, quod concedebatur a iure, scilicet quòd posset eam repudiare, sed hic non prohibetur, quando possit repudiare, quia eam voluntarie accepit. Et ratio huius diuersitatis est, quia ille, qui accipit aliquam puellam in vxorem volens, non repudiabit eam nisi aliqua causa in ea apparuerit siue sufficiens, siue non sufficiens, propter quam eam expellat, ideo huic permittitur dare libellum: qui autem compellitur puellam in vxorem accipere, quia fœdauit eam, semper eam odio haberet, & nulla causa existente nec apparente statim eam repudiaret si permitteretur, & sic permisso quòd eam repudiaret, quando vellet, melius esset eam non dare ei in vxorem, quàm dare, cùm

G immediate sit eam expulsurus: cogitur ergo eam tenere, & priuabitur beneficio legis propter peccatum, quod commisit in puellam. *Et habebit eam in vxorem.* Si pater virginis dare vellet eam ei, si autem non, fieri debebat, vt infra sequitur. Si autem pater suus vellet eam dare ei, & ipsa nollet, non tenebatur accipere eum in virum, quia in contrahendo liber consensus debet esse contrahentium, vt patet extra: De sponsalibus, & matrimonio c. cùm locum.

Qui puellam deflorauit, & eā in matrimonium duxit punitur, ꝙ nō potest eam repudiare.

Quid in casu, quo vir non vult puellam accipere post stuprum, aut pater nolit eam dare.

QVAESTIO. XI.

H SED dices, quid si vir non vult eam accipere in vxorem postquam stuprauit, aut pater noluerit eam dare? Respondetur quòd secundum leges ciuiles si aliquis puellam virginem sic defloret (si non agat illud violenter, sed seducendo puellam) si vilis persona est verberatur: si autem nobilis est relegatur, vt habetur in instituta: De publicis iudicijs §. secundo. Si autem violenter hoc fiat, corruptor capite plectetur, vt patet ibidem. Sin autem. Secundum iura canonica, si non vult eam, quam stuprauit in vxorem accipere, totaliter castigatur, scilicet flagellatur, vel aliàs secundum arbitrium iudicis, & excommunicatur, scilicet quòd priuatur communicatione sacramentorum vs-

I que dum visum fuerit iudici, & in monasterium detruditur ad agendam pœnitentiam, de quo exire non potest, quousque is, qui penam imposuit, iudicet esse satisfactum. De his extra: De adulterijs, & stupro: in capitulo, peruenit. in textu, & glo. Secundum verò legem istam Mosaycam non videtur, quomodo sit puniendus: nam solùm exprimitur quomodo fiat quando pater puellæ eam non vult dare ei. Sed dices forte, quòd vir cogetur in vxorem eam recipere, sicut dicitur Deut. 22. c. & ꝙ non poterit eā dimittere in perpetuum. Sed ad hoc satis responderi potest ꝙ in alio casu loquitur ille tex, vt iam dictum est: nam ibi vir coegit puellam corrumpēs nolentem: hic autem seduxit eam, ideo non videtur tanta pena imponenda. Sed adhuc dicetur, ꝙ hic dicitur, dotabit eam, & habebit in

K vxorem, sicut ergo dotare eam de necessitate erat, ita accipere eam erat necessarium: & signum huius est, quia scriptura loquitur hic per futurum indicatiui, quod semper inducit dispositionē necessariam, ſ. *Dotabit eam*, Idest cogetur dotare. *Et habebit in vxorem.* Idest cogetur habere in vxorem, & hoc verum videtur. Et si arguas, quòd non debet puniri tantum in isto casu, sicut in casu, qui ponitur Deut. 22. capitulo, quia in illo cognouit violenter. Respondetur quòd verum est, & tamen adhuc stante hoc magis punitur ibi, quàm hic, quia ibi cogitur dare quinquaginta siclos argenti patri puellæ pro iniuria: hic autem nihil datur præter dotem, quam dat puellæ: patri autem

Pena deflorantis puellā secundū ius canonicū.

tem puellæ nihil. *Et habebit in vxorem.* Scilicet quòd A qui fraudauerit recipiat in vxorem: quia forte dixit ei, quòd reciperet eam in vxorem, vel dedit ei aliquid, vel induxit verbis, ideo siue sit vir generosus, & potens, & puella parui status, siue ipse sit parui status, cogetur recipere puellam in vxorem: nam licèt ille, qui est vir nobilis de magno genere, diminuat statum suum, sumendo in vxorem aliquam plebeiam fœminam: quia tamen peccauit in deflorando eam, in penam peccati cogetur accipere illam in vxorem, & hoc si talis vir sit, qui secundum ius possit accipere illam in vxorem: nam nunc, si clericus in sacris defloraret virginem, non poterat eam accipere in vxorem: sic etiā tunc quidam erat, qui poterant recipere, & quidam non: nam summus sacerdos eam nō posset accipere, B maxime si de gente humili fuisset. *Si pater virginis dare noluerit.* Quia forte pater puellæ indignatus est viro corruptori, & renuit dare ei, vel forte puella est de nobili genere, & corruptor est vilis persona. *Reddet pecuniam.* Scilicet corruptor in penam delicti sui. Vocatur hic pecunia quidquid possidetur siue agri, siue domus, siue iumenta, aut quidquid aliud, quod pecunijs commutabile est, reducendo ad extimationem pecuniarum. *Iuxta modum dotis.* Modus quantitatem significat hic, idest quòd illa pecunia erit secundum quantitatem dotis, quam reciperent aliæ virgines: & sic ista pecunia est verè dos, non quòd detur ad matrimonium, sicut semper datur dos: sed quòd ita datur, ac si cum ea ipse vir cōtraheret, qui dat illam pecuniam: C secundum tamen acceptionem communem licèt illa pecunia sit æqualis doti, quam accipere debebat, non tamen vocatur dos, quia dos, nec donatio propter nuptias non est, non existente matrimonio, vt patet extra: De dote post diuortium restituenda in capitulo, & si necesse. *Quam virgines accipere consueuerunt.* Non est intelligendum, quòd omnes virgines accipiant eandē quantitatem dotis, quia quilibet secundum quantitatem status sui dabit: nam dos datur ad sustentanda onera matrimonij: cùm ergo aliquis maiorem, vel minorem statum habet: ita sunt maiora onera matrimonij, vel minora, sed est sensus quòd secundum ꝙ aliæ virgines accipere consueuerunt dotem, quæ sunt eiusdem status cuius est ista virgo: ita accipiet ista. Hoc D dicitur ne nimis grauetur corruptor: nam si solùm dixisset lex, quòd corruptor dotaret illam virginem, pater eius peteret valde multam pecuniam, dicens, se velle dare filiæ suæ magnam dotem, si non corrupta fuisset, & hoc esset fraus, quia pater puellæ peteret maiorem pecuniam, quam ipse daturus esset filiæ suæ pro dote: ideo lex sanxit, quòd in hoc non consideraretur affectus patris puellę, quia etiam dato quòd pater puellæ secundum veritatem constituisset apud se dare filiæ suæ magnam pecuniam in dotem, non est standum eius voluntati, quia forte ipse nolebat dotare filiam suam vltra id, quod rationabile est, sed considerabitur quantum communiter cōsueuit dari puellis eiusdem E status, & tantum dabitur illi. *Quam virgines accipere consueuerunt.* Scilicet a patribus suis: nā patres dotant puellas nubentes: sicut ergo pater puellæ dotaturus erat eam, si non fuisset corrupta, ita nunc accipiet pro damno, quod perpessa est dotem, cùm qua alteri nubere possit etiam patre nihil dante. Consideratur autem ista dos secundum facultates eius, qui corrupit, & secundum dignitatem puellæ, vt habetur Codice de episcopali audientia l. penultima. Et Codice de rei vxoriæ actione. In Autentica. si quam vis, & digestis de iure dotium, lege siue generalis, & in decretis 30. quæstio 5. cap. nullum.

Quid considerandū in taxatione dotis.

Vtrum lex ista de corruptione puellarum tenuerit vniuersaliter, vt iacet in ve. testa. & teneat etiam hodie vniuersaliter in nouo, vel teneat solum in talibus personis. Et quid agendum cum corruptor puellarum non potest dotem dare.

QVAESTIO. XII.

SED quæritur si ille, qui corrupit pauper esset, quid deberet fieri de solutione dotis. Et ad hoc considerantur duo. Primum vtrum ista lex semper teneret, vt iacet. Secundum est de principali quæsito, scilicet dato quòd in talibus, vel talibus personis teneret, quid faciendum de eo, qui non potest dotare puellam contrahendo cum ea, vel dare ei pecuniam pro dote. Ad primum sciendum, quòd ista est lex iudicialis veteris testamēti. Omnia autem tam ceremonialia, quam iudicialia veteris testamenti abolita sunt cessante eorum potestate obligandi, manentibus solis moralibus præceptis, vt declaratum fuit latè in principio precedentis capituli: quia tamen Ecclesia, vel domini temporales poterant istas leges iudiciales veteris testamenti facere in suis terris obseruari: non quidem tanquā obligantes ex illa impositione prima Dei, qua impositæ sunt populo Hebrēorum, sed ex noua constitutione principum, tāquam ante nunquam fuissent. Ecclesia ergo per istum modum quasdam valere, & habere vim legum instituit, inter quas istam canonizauit: & habetur extra: De adulterijs, & stupro: & est prima ordine. Et sic secundum hoc ista lex obligauit in duobus temporibus, scilicet tempore veteris testamenti, & tempore noui testamenti postquam Ecclesia eam valere decreuit. Considerandum ergo in vtroque tempore si valuit vniuersaliter secundum quòd iacet, scilicet quantum ad omnes personas. Et primo dicitur de modo eius in veteri testamento. Et primo dicitur, quòd si aliquis corrumperet virginem, non poterat eam habere in vxorem, nisi esset de eadem tribu, de qua erat virgo corrupta ab eo. Et patet quia erat regula in Israel, quòd illi, qui erant de diuersis tribubus non copulētur in matrimonium, vt patet Nu. 36. c. cum dicitur: Omnes viri ducēt vxores de tribu, & cognatione sua, & cūctæ fœminæ viros de eadem tribu accipient, vt hereditas permaneat in familijs, ne sibi inuicē tribus misceātur, sed ita maneant, vt a domino separatę sunt. Sed dices ꝙ non videtur hoc verum: nam si aliquid tale fuisset, nō dixisset lex vniuersaliter, sed magis explicasset, de qua tribu intelligeretur. Respondetur quòd sicut dicitur digestis de legibus in l. nam ad ea, scilicet quòd ad ea, quæ raro accidunt iura non adaptantur, ita hic erat: nam rarissime contingere poterat, ꝙ virgo vnius tribus cognosceretur carnaliter a viro alterius tribus, & hoc quidem in terra promissionis, ad quam dirigebantur omnes istæ leges, scilicet quòd ibi principaliter seruandæ erant: in deserto autem faciliter fieri poterat. De terra promissionis patet: nam terra illa diuisa fuit forte in duodecim tribubus, ita quòd quædam magnas pars terræ dabatur vni tribui, & sic de alijs secundum diuisiones, quæ ponuntur in Iosue a 15. capit. vsq; ad vigesimum & in tota terra vnius tribus nullus vir de aliqua alia tribu habitabat (licèt Leuitæ essent dispersi per omnes tribus, tamen dabantur eis ciuitates, in qualibet tribu, in quibus ipsi soli Leuitæ habitabant, vt patet Nu. 35. & Iosuæ 20. & primo Paralipo. sexto capitulo.) Et sic rara communicatio erat viris vnius tribus cum alia tribu, & hęc transiens, cùm non posset vnus de vna tribu transire ad habitandum ad terram alterius tribus, nisi propter periculum famis aut aliàs. Raro ergo sic contingeret puellam vnius tribus deflorari a viro alterius tribus, ideo non

Leges aliquę ve. testa. tenent etiam in nouo, qa ab Ecclesia canonizatæ sunt.

curauit

F curauit scriptura hic distinguere, vtrum esset eiusdem tribus, vel alterius: q̄a tamen aliq̄n contingere poterāt, si fieret, debebat vir corrūpens, si violenter defloraret, dare patri puellæ 50. siclos in precium, siue pęnam iniuriæ, vt patet Deut. 22. c. Et dare puellæ pecuniā iuxta quantitatem dotis quam accipere consueuerūt virgines eiusdem status, atque dignitatis: si autem corrupisset eam seducendo eam promissis, vel datis, aut blandis verbis: solùm tenebatur dare quantitatem dotis, quàm aliàs virgo illa acceptura esset, vt sic dotata coniungatur alicui viro tribus suæ, & cognationis suæ. Si autem non haberet ille, vnde solueret, postea in secundo quæsito dicetur, quid agendum esset.

Deflorata puella Hebrea a gētili viro non poterat ab eo in vxorem duci.

Sciendum etiam ꝙ ista virgo deflorata, si defloraretur ab homine gentili, qui inter Iudæos forte peregrinaretur sicut faciunt mercatores per diuersa loca quæstum insequentes, non poterat dari illi in vxorem: nam prohibitum erat, quòd filiæ Hebræorum non traderentur viris Gentilibus, nec filij Hebræorum acciperent vxores manentes in Gentilitate, vtrobique autem propter periculum idolatriæ, ne filij, vel filiæ Hebræorum inducerentur, aut pertraherentur ad idolatriam, vt dicit infra 34. & Deut. 7. c. scilicet: Non inibis cū eis fędus, nec misereberis eorum, nec sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo, quia seducet filium tuū, ne sequatur me, sed magis, vt seruiat dijs alienis. Quid autem fieri debebat illi? respondetur, ꝙ non habetur aliqua pęna immediate in lege, sed videtur ꝙ sit dāda maior quàm ea, quę dabatur Iudęis deflorantibus Iudæas, & forte esset suspensio, vel decapitatio, aut lapidatio: sicut nunc leges humanæ non puniunt fornicationem simplicē: & tamen si vnus Hebræus aut Agarenus coeat cum publicè prostituta, comburitur, quia est extra conditionē legis nostrę, & dehonoratur sic tota vniuersitas Christianorum, sic & ibi dehonorabatur tota vniuersitas Hebręorum.

Si Hebrę° vel agarenus meretricem cognosceret vterq; cōburitur.

Puella autem si sciret eum esse Gentilem etiam videbatur punienda eadem pęna, cum ipso, nisi forte violenter cognita foret, quia actio inuoluntaria non imputatur agenti, nec est laudabilis, aut vituperabilis, vt ait Aristo. infra 3. & 5. Ethi. si autem donis, aut verbis, aut aliàs ab ipso cognito Gentili permisisset se deflorari, non excusabatur a pęna, quæ danda erat gentili, si esset corporea: & tunc si puniretur corporaliter nullam aliam pęnam pecuniariam soluere debebat, quia pęna corporalis satisfaciebat sufficienter: nec consueuit imponi pęna pecuniaria cum capitali, nisi in valde paucis casibus; vt in casu heresis, quantum ad eos, qui persistunt in hæresi, vt in capitulo, ad abolendam. iuncto capitulo, vergentis. extra de hæreticis. qui etiā committunt crimen læsæ maiestatis puniuntur pęna capitali, & ablatione omnium bonorū, vt patet C. ad l. Iuliam maiestatis in l. quisquis & extra: De hæreticis in c. vergentes. Si fortè Gentilis deflorans virginem Hebræam non plecteretur capite, non solùm teneretur ei dare dotem, si eam seduxisset, vel dare puellæ dotem pro defloratione, & patri quinquaginta siclos pro iniuria, vt patet Deut. 22. capitulo, sed etiam tenebatur dare multam aliam pecuniam: & ratio est, quia magis debebat puniri Gētilis, qui magis peccabat, hoc faciendo, quàm Iudæus: si autem non haberet vnde solueret infra dicetur in secundo quæsito.

Si aliquis de gentilitate ad Iudaicum ritū conuersus puellā deflorasset non poterat eam in vxorē ducere.

Sciendum etiam quòd si aliquis vir conuersus de gentilitate ad ritum Iudaicum defloraret puellam, quæ esset de genere Hebræorum, non poterat eam habere in vxorem, quia vt supra probatum est, & patet Nu. 36. capitulo, quælibet mulier accipere debebat virum de cognatione, & tribu sua, & viri vxores de tribubus suis, ne diuiderentur sortes hæreditatum, & ne tribus miscerentur; quia ergo quilibet conuersus de gentilitate erat extra omnem tribum filiorum Israel, nullus eorum poterat accipere in vxorem aliquam de virginibus filiarum Israel. Si ergo defloraret, distinguendum est vt supra, quia aut violenter fecit, & tunc dabit patri puellæ quinquaginta siclos pro iniuria, vt patet Deut. 22. c. si autem non violenter, sed seducendo puellam fecit, tenebitur dare ei dotem, quam habendo posset contrahere cum alio viro. Et patet hoc: nam lex dicit hic, ꝙ corruptor dotando virginem defloratam, acciperet eam in vxorem, si pater vellet dare, si autem nollet, non accipiebat, sed dabat pecuniā loco dotis: sicut ergo patre puellæ nolente, non contrahebat matrimonialia fędera corruptor cum deflorata: ita, volente lege, tales vel tales corruptores non contrahunt cum G puella deflorata, quia inhabilitat eos lex ad talem contractum. Sciendum etiam ꝙ si seruus Hebræus de eadem tribu, & familia, de qua erat puella, defloraret eā, non poterat contrahere cùm ea: nam siue eam deflorasset inuoluntarie, scilicet coacta puella, & teneretur dare patri quinquaginta siclos, & puellę dotē siue seduxisset eam deflorans, & teneretur dare solam dotē, nihil posset agere. Nam serui Hebræorum, qui vendebant se in seruitutem, vel qui vendebantur a iudicibus propter aliquam pęnam, quam soluere non poterant, pauperrimi erant, ideo nanque se vendebāt, quia non habebāt vnde viuerent, vt patet Le. 25. c. cùm dicitur: Si paupertate cōstrictus vendiderit se tibi frater tuus. Illi etiam, qui vendebantur a iudicibus, ideo vendebā- H tur, quia non habebant vnde soluerent, vt patet supra in litera. Ad hoc tamen ꝙ puella acciperet in vxorē a defloratore, erat necesse, ꝙ ipsa dotaretur ab eo, & insuper daret ipse donationem propter nuptias, sicut alij viri dant, quod nullo modo poterat facere Hebræus seruus, etiam si esset de eadem tribu, ergo non poterat ei dari in vxorem. Sciēdum etiam, ꝙ si aliquis de Israelitis aliquam virginem deflorasset de tribu sua, & ipse esset liber, si tantum ipsa attineret ei in gradu consanguinitatis prohibito, non poterat eam habere in vxorem, & nullus poterat contrahere cùm sorore sua ex patre, vel matre, licèt eam deflorasset: nec cum filia licèt eam deflorasset, nec cum nepte, nec cum sorore patris, aut sorore matris: licèt eas virgines deflorasset, I & sic de omnibus alijs gradibus prohibitis, qui ponuntur Leui. 18. capitulo: nam non solum isti gradus sunt prohibiti, vt quis non posset in eis contrahere matrimonium, sed siquis deflorasset aliquam attinentem ei in aliquo prædictorum graduum in omnibus illis, qui nominantur Leuit. 18. capitulo, lapidabatur, vt patet Leui. 20. cap. tam vir quàm fœmina. Sciendum etiam, quòd si illa puella, quæ deflorata esset, foret filia sacerdotis, non poterat corruptor habere eam in vxorem: nam aut voluntarie ipsa deflorabatur, aut coactè. Si autem voluntariè cremabatur flammis, vt patet Leui. 21. capitulo, cùm dicitur: Si filia sacerdotis fornicari inceperit, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Si autem corrupta fuisset violēter, K ipse corruptor videbatur cremandus, quia talia perpetrabat violenter in virgine, quod si ipsa voluntarie pateretur flammis exurenda foret, imò grauius ipse peccabat eam violentans, quàm ipsa peccaret, si voluntarie pateretur, & sic nullo modo poterat celebrari matrimonium ibi, quia aut ambo cremarentur, aut ipse, vel fortè ipsa, si ipse aliam putans esse eam violenter cognosceret. Sed hoc falsum est: nam licèt ignorasset esse filiam sacerdotis, quia tamen dabat operam illicitæ rei, scilicet inferendo vim alicui virgini, tenetur etiam de eo, quod ignorabat, quod comparatur casui fortuito: sicut siquis volebat percutere vnum, & percussit alterum, vel volebat percutere aliquem, qui erat sibi inimicus, & vidit aliquem, quem

putauit

Sacerdotes corrūpētes puellas de tribu sua nō sp poterāt eas in vxorē ducere.

putauit ipsum esse, tenetur criminis reus. Sciendum etiam, ꝙ si summus sacerdos aliquam puellam virginem de tribu sua defloraret, non propter hoc debebat accipere eam in vxorem, quia ipsa posset esse conditionis humilis, sacerdos autem magnus semper accipere debebat vxorem de magno genere, & ob hoc contrahebant summi sacerdotes cùm filiabus regum. Et erant istæ duæ tribus, s. regalis, & sacerdotalis mixtæ. De hoc Leuit. 21. c. dicitur: Virginem ducet vxorem, viduam, repudiatam, ac sordidam, ac meretricē non accipiet, sed puellam de populo suo: nec commisceat stirpem generis sui, vel gentis suæ, idest ꝙ summus sacerdos nō poterat accipere aliquo modo puellā, siue a se corruptam, siue ab altero, nisi esset de magno genere.

Quid agēdū cū corruptores puellarū ñ possent dotē dare.

Ad secundam quæstionem nunc quod erat principale quæsitum respondendum est, s. qđ fieri debeat cū corruptores non possint reddere precium dotium, vel iniuriarum in casu, quo tenentur soluere patri 50. siclos. Et hoc erit respondendo ad primum quæsitū secundum obseruationem veteris testamenti, vt postea ponatur vtrumque secundum obseruationem in nouo testamento, & dicendum, ꝙ secundum ꝙ patuit ex præcedentibus, quidam eorum, qui non poterant accipere eas, quas deflorauerant in vxores, occidebantur propter talem deflorationem, & in his non erat aliqua alia poena imponenda. Aliqui autem de istis, qui non poterant eas accipere, poterant dare pecuniam loco dotis, & isti tenebantur dare pecuniā puellæ, vt ipsa sic dotata coniungeretur legitimè alteri viro. Alij autem de his, qui non poterant accipere tales defloratas in vxores, non poterant dare pecuniam pro dote, & non solùm isti, imò etiam aliqui de illis, qui poterant secundum ius contrahere, & eas deflorauerant, non poterant dare dotes. Et circa istos distinguit, quia aut sunt serui, aut liberi. Si autem deflorans non potens dare dotem, vel pecuniam pro dote esset liber, vendi debebat. Sed tunc considerandum, quòd sicut illi, qui furantur, & non possunt restituere, venduntur pro furto secundum quantitatem furti, vt patet supra in litera, & ibi declaratum est: ita hic computandum est precium, quod loco dotis dari debet, & pro tanto debet ipse corruptor vendi. Sed circa hoc distinguendum, quia aut iste liber erat Hebræus, aut conuersus de Gentilitate. Si Hebręus foret, cōsiderari debebat vtrum precium, quod debebat dari loco dotis valebat tantum, quantum seruitium trium, vel quatuor, siue paucorum, aut plurium annorum, & pro tantis vendi debebat. Si autem tanti valeret precium, quod dabatur pro dote, quanti seruitium eius vsque ad annum remissionis: efficiebatur seruus vsque ad annum remissionis, quod non poterat esse plusquam seruitium sex annorum, vt patet supra præcedenti cap. si autem precium illud fortè valeat tanti quanti seruitium decem, aut duodecim annorum, vel pluriū, non poterit vendi pro eis Hebræus: sed solùm vsque ad annum remissionis: istud namq; erat priuilegium Hebræorum ex genere, vt solùm possent vendi vsque ad illud tempus. Si autem ille homo liber esset conuersus de Gentilitate, vēderetur pro tot annis, quantum esset precium dandum pro dote: siue pro decem, aut duodecim annis: nam in his non erat annus remissionis septimus, nec annus quinquagesimus Iubilæi: sed transmittebātur iure hæreditario ad posteros, & erant serui in æternum, quia poterant vendi simpliciter, sicut venduntur nunc serui, ideo si tantum esset precium dandum pro dote, vt valeret tanti quanti precium illius hominis venditi simpliciter, debebat vendi simpliciter: quia poterat vendi, vt esset seruus in æternum. Si autem ille, qui non A posset dare precium dotis, esset seruus, aut erat seruus Hebræus, aut seruus de Gentilitate ad Iudaismum conuersus.

Quid iuris i seruo Iudæo deflorante puellā, & dotem soluē non potentem.

Si autem esset Iudæus seruus, aut dominus suus vellet dare illud precium loco dotis, aut non: si vellet dare, retinebat sibi seruum: si autem nollet dare, cogebatur dare seruum immediatè, & in hoc damnificabatur dominus, quia perdebat seruum suū, cùm nihil mali ei meruisset: sed nec propter hoc fiebat ei iniustum, vt cap. pręcedenti latè declaratum est. Et tunc considerandum est, an tempus reliquum, quo seruus domino suo seruiturus erat, sufficiat ad extimationem pecuniæ pro dote, aut non: si sufficiebat completo illo tempore seruitij liberandus erat: si autem non sufficeret iterum pro poena criminis vendi poteB rat secundum modum suprapositum, s. ꝙ non venderetur pro maiori tempore, quàm exigeret pecunia danda pro dote. Si autem totum tempus vsque ad annum remissionis necessarium esset pro soluenda pecunia, vsque ad illud tempus vendi poterat: si autem adhuc non sufficeret, non poterat vlterius vendi.

Lex ista de stupratoribus nō tenet vniuersaliter in oībus personis ī nouo testō.

Si autem iste corruptor esset seruus de conuersis ad Iudaismum, dominus suus dare debebat pecuniam iuxta quantitatem dotis: si autem nolet dare, debebat seruum patri puellæ corruptæ, siue modicum, siue multum valeret pro tota vita, vt venderetur, & inde daretur puellæ corruptę dos. Nūc autem considerandum est de obseruantia huius præcepti secundum statum legis nouæ. Et sciendum, quòd in lege veteri non C poterāt ista seruari in omnibus, ita & in statu noui testamenti. Et primò non tenet ista lex circa eos, qui sunt attinentes in aliquo gradu vetito consanguinitatis, aut affinitatis: nam licèt vir defloret aliquam virginem, quæ sit stirpis suæ, non poterit eam accipere in vxorem, vt patet extra de consanguinitate, & affinitate per totum, & maximè in cap. non debet eodem tit. Nam dato, quòd tales, non facta defloratione, contraxissent matrimonium, non tenebat matrimonium, & essent puniendi, scilicet quòd secundum leges quodlibet perderet, quod dederat, siue in dotem, aut donationem propter nuptias, vt patet, C. de incestis nuptijs: in lege, qui contra, & in Autentica incestus. Et digestis de donationibus inter virum, & vxorem, in l. cum D status, §. vltimo. Et in instituta de nuptijs, §. si aduersus. Si autem non intentione contrahendi nuptias consanguineus consanguineam in gradu prohibito defloraret, vterque capite plectebatur, nisi fortè vir puellam violenter deflorasset secundum canonica iura excommunicandus erat pro tali facto, & grauiter puniendus:

Deflorans virginem Deo dicatā capite plectebat̄ s̄m leges ciuiles.

Secundò ista lex non tenet, si aliqua puella virgo, quæ Deo dicata est, defloratur: sicut est de monialibus: nam illæ, quæ votum castitatis publicè, & solenniter emiserunt, non poterunt rursus aliquibus viris coniungi: nec ipse corruptor debet ei dare dotem, vel quidquid aliud, quia talibus non indiget: sed vterque grauiter puniendus est: nam secundum leges ciuiles capite plectebatur, qui solùm virgines E Deo dicatas in coniugium peteret, quanto magis si defloraret? sicut patet de virginibus vestalibus, quæ Gentilitatis tempore sacræ erant, & si fornicarentur viuentes sepeliebantur. Et de corruptoribus earum supplicium sumebatur, vt sæpè factum est, sicut refert Paulus Orosius in plerisque libris de Ormesta mundi.

Mors Iliæ Romuli, & Remi matris.

Et sic Ilia mater Romuli, & Remi Ciuitatis Romæ conditorum facta est virgo vestalis, & quia postea genuit terræ defossa est: dum viueret, nunc etiā virgines sacratas Deo, nec coniugio petere, nec deflorare licèt. Tertio non tenet ista lex, quomodo vir corruptor virginis, non potest eam in vxorem accipere, quia est ordinatus, vel votum emittens solenne. Omnes namq; ministri Ecclesiæ in sacris ordinibus constituti à coniugio

iugio

iugio prorsus exortes sunt, vt patet extra. Qui clerici, vel vouentes matrimonium cõtrahere possint.ꝑ totũ. Cùm ergo aliquis, qui sacro ordine initiatus est, vel votum castitatis solenne emisit, puellam quamlibet deflorauerit, non debet, nec potest cum ea contrahere, nec ei dotis loco pecuniam aliquam dare, sed à suo Prælato grauiter puniendus est. Si autem de alijs, qui extra conditionem legis sunt, puellam quamlibet deflorauerit, non potest eam in vxorem accipere, vt si Christianus Virginem Hebræã oppresserit, vel Agarenam, vel si Iudæus, aut Agarenus deflorauerit Virginem Christianam: nam tunc cultus disparitas, idest diuersitas religionis in colendo Deo tollit, quòd non possint coniugi fœdera matrimonij: sed magis vterque horum secundum leges humanas cremandus est, qa facit iniuriã religioni: nam siue Christianus, siue Christiana sit, quæ ad virum, vel fœminam gentis Hebreæ, aut Agarenicæ commixtus carnaliter, iniuriam facit Christianæ religioni, & eam valde dehonestat. Et iste est quartus casus de his, quibus nõ potest stare illa lex. In alijs autem, in quibus conseruari potest conditio legis, corruptor recipiet puellam in vxorem, & dotabit eam, si pater puellæ eam dare voluerit corruptori: si autem patre puellæ dante filiam corruptori secũdum conditionem legis huius, noluerit eam corruptor, corporaliter castigatur per flagella, & in monasterio detruditur ad agendam pœnitentiam, à quo non exibit, donec ille, qui eum intrusit exire mandauerit, & excommunicabitur à perceptione sacramentorum: de his extra: De adulterijs, & stupro, capitulo, peruenit: & supra magis hoc diximus. *Maleficos non patieris viuere.* Vocantur malefici, qui artibus vetitis vtuntur. Istud mandatum pertinet ad directionem partis rationalis secundum se, quia concupiscibilis, vel irascibilis non tendunt in actus maleficarum artium, tanquàm in bonum suum, cùm isti actus sint aliquid pertinens ad intellectum per modum cuiusdam artis: regulatio autem actuum similium pertinet ad regulationem vis rationalis, quia tamen interdum attenditur regulatio actus secundum id, pro quo fit, & maleficia plerunque fiunt pro arte amatoria, siue pro habendo quod secundum concupiscibilem desideratur ad delectationem veneream; ideo in regulatione partis concupiscibilis ponuntur.

Siquis extra Christianæ religionis cõditionem Christianam virginem deflorasset ei in matrimoniũ copulari non potest.

Qui malefici dicantur.

QVAESTIO. XIII.

SED considerandum, quòd malefici sunt omnes, qui malis artibus vtuntur, siue aruspices, siue incantatores, siue aperitores, siue Necromantia, aut Geomantia, Pyromantia, & sic de cœteris, qui per demonum conuocationes, aut aliquas superstitiosas obseruationes aliquid agunt, aut agere se promittunt. Quod ad duo damnosum erat. Primò, quia sic mentes vtentium, & audientium à vero Dei cultu, & perfecta fide distrahuntur, quod malum maximum est. Secundò, quia per hæc maleficia damna multa proximis inferuntur, & præcipuè in causa amatoria: nam notũ est, nec quisquàm hoc negare poterit, ꝙ maleficia, siue dæmonum conuocationes, aut effigies quędam, & similia (de quibus nõ est per singula dicendũ) animos inflamment, & crucient. Et hoc modo vtebantur Gentiles in maleficijs prouocantes aliquos ad amorem: imò potius ad insaniam quibusdam carminibus, & apparatibus superstitionum. Sic Virgilius, qui magnus maleficus fuit, artis Poetarum præcipuus,

F cùm describeret libros Bucolicorum in Egloga octaua, quæ incipit.

Pastorum Musam, Damonis, & Alphesibœi.

Introduxit modum Magicum peruertendi corda quasi sermone Pastorum loquens in persona Alphesibœi, & dicens.

Affer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta.
Virbenasque adole pingues, & mascula thura,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus, nil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina, vel Cœlo possunt deducere lunam:
G *Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi.*
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducitè ab vrbe domum mea carmina, ducitè Daphnim.
Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo: terque hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet:
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.
Necte Amarylli modo, veneris, dic, vincula necto.
Limo vt hic durescit, & hæc vt cœra liquescit.
Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
H *Talis amor Daphnim qualis cum fessa iuuencum,*
Per nemora atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquę riuum viridi procumbit in vlna.
Perdita, nec seræ meminit discedere nocti.
Talis amor teneat, nec sit mihi cura medendi:
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere siluis:
Merin, sæpe animas imis exire sepulchris:
Atque satas alio vidi deducere messes.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti.
Transque caput iace, nè respexeris, his ego Daphnim
I *Aggrediar: nil ille Deos, nil carmina curat.*
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducitè Daphnim.

Vir. carmina amatorum nocumenta describẽtis.

Concludit autem postea Virgilius, quomodo his dictis coactus fuit venire Daphnis, dicens.

Aspice corripuit tremulis altaria flammis,
Sponte sua, dum ferre moror cinis ipse, bonum sit.
Nescio quid certe est, hila in limine latrat.
Credimus Han qui amant ipsi sibi somnia fingunt.
Parcite ab vrbe venit, iam parcite carmina Daphnis.

Hæc enim & alia multa ponit in eadem Egloga octaua Virgilius, quæ licèt superstitiosa sint, artibus tamen demonum, sicut fama est ita faciunt. Sed ne forK tè in hac re fictione Poetica nos falli existimes, accipe conuenientia testimonia, de quibus dubitare non valeas, quòd dæmones maleficarum artium incentores, & executores malis hominibus ad hoc, & ad similia seruiant. Patet enim de Circe famosissima maga, quæ socios Vlyssi mutauit in beluas: de quibus Boetius de Consol. lib. 4. metro. 3. quod incipit.

Vela Varitij ducis.

De Circe magna famosissima

Et Ouidius Meta. lib. 14. de his multisque alijs latè disputat Augustin. de Ciuit. Dei lib. 18. capit. 17. & 18. Sed vt ad mutationem Cordium ad Amandum, vel potius ad insaniendum, & interdum localiter mouendum ad ipsum maleficum sequendum, quod maleficijs,

cijs, vel dæmonum ministerijs exhibetur realiter seruientium, atq; ipsum, quod amatur deportantium, redeam dicere. Promptum est de Beata Iustina Virgine, atque martyre Christi, quam Ciprianus tunc iuuenis maleficus, atque hæreticus: postea autem fidelis, atq; zelo Christianitatis ardentissimus, & pro Christo vltima supplicia passus, supra modum adamauit: quam cùm precibus, aut quibuslibet humanis fallacijs superare desperasset: ad maleficia solita conuersus dæmones conuocauit eis, imperans, vt Iustinã virginem ad se ducerent: qui protinus iussis parere volentes Iustinæ virgini astiterunt, si quo pacto eam ad Ciprianum deportare valerent: quæ in fide Christi fundata obscenũ Cipriani amorem paruipendens atq; pœnitus abhorrens, inuocato Christi nomine, dæmones effugauit. De his in vita beatæ Iustinæ, & in vita sancti Cipriani. Aliud quoque scribit Hieronymus in libris de vitis patrum, in vita beati Hilarionis, fuisse quendam iuuenem, qui in amorem cuiusdam virginis in Gazensi territorio deperiret, cumque tactu, & iocis, atque amatorijs nutibus, vocibus, sibilisque, quæ perituræ virginitatis solent esse principia, nihil in huiuscemodi profecisset, perrexit Memphim ciuitatem studiorum vberrimam: vt, confesso vulnere suo, magicis artibus armatus veniret ad virginem. Igitur post annum edoctus a Scolapij vatibus, non remediantibus animas, sed perdentibus, præsumpto animo stuprum gestiens, & subter limine domus puellæ quædam tormenta verborum, & portentosas figuras sculptas in æris lamina defodit: illico insanire virgo cæpit, & amictu capitis abiecto carpere crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis: magnitudo quippe amoris eã in furorem verterat. Perducta ergo a parentibus ad monasterium Hylarioni traditur, vlulante statim puella, & cõfitente dæmone inquit, Vim sustinui, inuitus adductus sum, quàm bene Memphim omnes homines deludebam: o cruces, o tormenta, quę patior: exire me cogis, ligatus subter limen teneor, non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc beatus Hylarion, grandis, ait, fortitudo tua, qui luto, & laminis strictus teneris? Dic miser, quare ausus es ingredi puellam Dei? Vt seruarem eam, inquit, virginem. Tu seruares perditor castitatis? cur non potius in eum, qui te mittebat ingressus es? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dæmonem? voluit sanctus vir antequam purgaret virginem à dæmone, & iuuenẽ ab amore signata maleficia sub limine domus iubere perquiri, ne absolutus incantationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse videretur sermonibus eius accommodasse fidem, asserens semper fallaces esse dæmones, & ad simulandum callidos. Constat ergo supradicta claris testimonijs, quæ adhuc magis constant eis, quæ experimentis prauorum multoties comprobantur, vt satis nobis auditu notum est. Sed cùm sic fœminam a carnalibus amatoribus dæmonibus ministrantibus, duci seu potius trahi contingat, dupliciter fieri potest, quia aut ipsa pedibus mouetur, & tunc furit quasi arreptitia, quia verè dæmon, permittente Deo, & demerito puellæ, in eam intrat commouens omnia interiora, atq; potius furere quàm amare faciens, & illuc à dæmone dirigitur, vbi amator ille fuerit: sed nec in hoc quidem intellectus, aut voluntas mutantur: nam, & puella, quæ sic ducitur, trahi non eligit: sed in affectiua, quæ est pars inferior consequens motum factum in carne secundum motum factum in sanguine, vel in alijs partibus, siue membris, fit quædam accensio ad amandum: sicut contingit in nobis interdum voluntate fixa, & eligente non fornicari insurgere desiderium fornicationis; nec tamen illud, ad quod inclinamur

Nota de beato Cipriano mago Iustinã virginẽ adamante.

Aliud exemp.

Feminæ resistẽtibus carnalib' amatorib' a dęmonibus trahi pñt dupliciter.

A volumus: illa autem pars, quæ naturaliter mouetur a dæmone subintrante corpus, moueri potest, cùm ab ipsa naturali causa dæmone nihil agente sæpissimè moueatur, & sic ibi dæmon non operatur per virtutem suam immediatè, sed mouet virtutem concupiscibilem mouendo causam naturalem, ex qua sequitur passio in concupiscibili. De quo latius dictum fuit, supra 7. capitulo. Et licèt istæ puellæ, sic tractæ peccauerint ante in aliquo, propter quod Deus eas pati hoc dimittit: tamen in hoc non peccant, quia nullo modo sunt voluntariæ. Alio modo contingit, vt ipsa puella tracta non moueatur pedibus suis, sed a dæmonibus portetur, & tunc per aera rapitur, atque sæpè sub nocturnis horis de lectis suis per aliquas fene-
B stras à dæmonibus educuntur, & in has non subintrat dæmon, vt faciat furere, nec aliquo modo conturbet: sed cum tranquillitate animi manent, & cæterarum corporis virium, quam antea habuerunt. Sed nec istę peccant, quia licèt sciant quid patiantur, tamen inuitę tolerant, nisi ipsę delectentur, quia sic tolerant. Lex ergo sciens hæc prohibuit, quia multa apud antiquos huiuscemodi fiebant, vt sæpè viri, aut fœminæ per maleficia innaturaliter amando deperirent, & licèt hic principaliter intendatur euitatio maleficorum ad artem amatoriam, tamen etiam omnia alia maleficia prohibentur, vt dæmones conuocare, aut conari futura prædicere, vel somnia interpretari, & similia: ideo hæc expresè prohibentur Deuter. 18. capitulo, cum
C dicitur, quando ingressus fueris terram, quam dominus Deus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut quæ ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria: nec sit maleficus, nec incantator, nec pythones consulat, aut diuinos, & quærat a mortuis veritatem, omnia enim abominatur dominus, & propter istiusmodi scelera delenit eos in conspectu tuo. *Maleficos non patieris viuere.* Idest omnes talibus artibus vtentes occidantur, & sic Saul posuerat edictum, vt quicunque esset ariolus, aut maleficus, & aliquid alterum huiusmodi, occideretur, & ipse vniuersos, quos inuenit occidit, vt patet 1. Reg. 28. capitulo, cum dixit: Pythonis-
D sa ad Saul: ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo erasserit magos, & ariolos de terra. In Hebræo dicitur. *Maleficam non patieris viuere.* Quia licèt omnes tam viros, quàm mulieres ab hac superstitione lex deterrere velit, tñ loquitur de mulieribus, quia pręcipuè hæc maleficia in eis reperiuntur, & sic consuetum fuerat ab antiquo, maximè quantum ad causas amatorias: ideo Saul cùm vellet consilium accipere à mortuis, Deo nihil ei respondente, quæsiuit à suis vbi inuenire posset aliquam mulierem pythonissam, & non quæsiuit, vbi reperiret aliquem virum maleficum, aut habentem spiritum pythonicum: vt patet 1. Regum 28. capitulo, cum dicitur: dixit Saul seruis suis: Quærite mihi mulierem pythonem habentem, vt va-
E dam ad illam, & sciscitabor per illam: qui dixerunt ad eum, est mulier habens pythonem in Endor. *Qui coierit cum iumento.*

Ista lex oĩa maleficia detestatur specialiter tñ amatoria.

Ars maleficiorum apud fęminas magis reperitur.

De peccato bestiali.

QVAESTIO. XIIII.

SVPRA reprimebatur concupiscentia carnalis, quæ est secundum naturam: hic reprimitur concupiscentia carnalis, quæ est contra naturam, & ista est in coitu pecorali: nam natura ingeniauit coitum ad generationem, cùm autem generatio fieri debet

bet intra terminos suæ speciei: si homo coeat cum pecore, coit extra terminos speciei, cuius intentio erat conseruatio sui; si autem fortè ex pecore & homine fætus gigni posset, ille non esset homo, nisi valde rarò, & accidentaliter, quia natura intendit semper duos similes coniungere propter simile tertium derelinquere, vt ait Arist. 1. Polit. cap. 1. non tamen est intelligendum, quòd sit hoc pœnitus contra naturam: nam quicunque talia agit, ex aliqua inclinatione agit, aliàs non ageret, istæ autem inclinationes naturales sunt, & non causatæ a nobis. Sed quòd aliquis inclinetur ad coitum pecorum, aut iumentorum contingit dupliciter; vno modo, quòd inclinetur non directè ad illud concupiscendo coitum pecoris, sed quòd agat illud vrgente passione, vt si quis fortiter a passione stimulatur, & in illa afflictione non sit sibi oportunitas libidinem explendi in fœmina: ne tamdiu vexetur, vel quia illud delectabile, quod est explere libidinem, tantum sibi apparet delectabile pro tunc, qualitercunque expleatur: cùm in fœmina non possit, agit in pecore: ista autem non est directè inclinatio ad coitum pecoralem, sed inclinatio ad coitum simpliciter, & quia non potest expleri, vt erat principalis intentio, expletur quomodocunque. Alio modo potest esse inclinatio ad coeundum cum pecore, quia apprehendit hoc tanquam quoddam bonum: sicut aliqui sunt, qui coitus fœminæos fugientes masculorum coitus insequuntur, quia hos iudicant sibi delectabiliores, & hoc quidem licèt ordinationi naturæ repugnet: tamen natura corrupta ad hoc inclinatur, sicut est in hominibus bestialibus. Sunt namque aliqui bestiales circa tactum quantum ad actum venereum, sicut aliqui sunt bestiales in gustu circa cibos, de quibus Aristo. ponit exempla in 7. Ethicor. dicens quosdam esse bestiales, qui prægnantes mulieres rescindunt, & fœtus in vtero existentes deuorant. Alij autem delectantur circa comestionem carnium humanarum, & carnium pecorum crudarum. Et isti bestiales tripliciter efficiuntur. Quidam namque bestiales sunt ex natura corrupta: quia a natiuitate sua variatur sua complexio a complexionibus aliorum hominum, & propter hoc inclinantur ad illa, ad quæ non inclinantur alij homines: & istud est propter malam dispositionem terræ, sub qua nascuntur: ex qua contrahunt perfectionem, vel imperfectionem in natura: & sic cum partes extremę orbis, scilicet versus extremitatem meridianam ad terram Aethiopiæ, & Libyæ, & magnas solitudines, & ad extremitatem Aquilonarem vltra Angliam, & alias terras declinantes ad polum, sunt homines, qui multum a nostra complexione declinant: nam in interiori Aethiopia non homines, sed monstra hominum esse videntur in figuris varijs, & defectu, aut enormitate membrorum, & secundum varios modos, de quibus Isidorus Ethymo. libro 11. & August. de Ciui. Dei libro 21. & Solinus in Polistor. cap. de Aethiopia. Ad Aquilonem autem satis magna declinatio hominum est à nobis: licèt non in figuris saltem in complexionibus, & affectionibus. Et de his dicit Arist. quòd multi bestiales sunt in barbaris, qui sunt circa Pontum, idest circa mare Oceanum in latere Septentrionali. Alij autem sunt bestiales propter ægritudines, vt pote quia inciderunt epilepsiam, aut maniam: nam istæ duæ sunt, quæ maximè mutant, & efficiunt homines bestiales: & hoc fit quia mutatur in eis iudicium phantasiæ ex indispositione capitis: mutatur etiam in eis affectiua vis, quæ fundatur in carne; secundum q̃ anima habet connexionem, & consequitur proprietates corporis: quia autem ista sunt duo principia agendi in quolibet animali perfecto, scilicet phantasia, & appetitiua: vna quidem vt iudicans, alia autem vt inclinans, mutatis istis necesse est in animali non esse easdem inclinationes: de istis dicit Philosophus, vbi supra: hi autem propter ægritudines bestiales fiunt, & maniam in quibusdam, quemadmodum matrem sacrificans, & comedens epar conserui sui. Alij autem sunt bestiales propter prauas consuetudines, quia non habuerint naturam corruptam a principio propter complexionem, nec inciderint in maniam, aut epilepsiam, vel cæteros morbos, ex praua consuetudine inclinati sunt ad id, quod bestiale est: nam consuetudo est altera natura, vt patet in 7. Ethicor. Sicut ergo aliquis a natura sua corrupta inclinatur in quid, ita inclinatur per consuetudinem: licèt secundum naturam à principio non inclinaretur, verbi gratia: si quis horreat comedere carnes humanas, & tamen ex aliqua causa incipiat eas comedere, & continuet, incipient esse sibi delectabiles, & sic est de quolibet altero.

Quamuis masculorũ coitus ordinationi naturæ repugnet, tamen natura corrupta est.

De varijs bestialitatibus ĩ gustu, & tactu.

Aliqui ex praua consuetudine bestiales euadunt.

Triplex causa esse potest quare homines inclinentur ad prauos coitus.

QVAESTIO. XV.

EODEM ergo modo circa eos, qui inclinantur ad coitus masculorum, vel ad coitus pecorales. Et hoc potest accidere tripliciter, vt in bestialibus circa gustum. Quidam namque ex deordinatione naturæ suæ a principio, vt quia tempus, & locus, & cœli influentia sic indisponunt, inclinatur sic. Et erit bestialis circa actum venereum naturaliter. Et secundum, quòd sunt quædam partes orbis, in quibus homines propter indispositionem terræ, & prauam influentiam cœli indisponuntur, vt sint bestiales secundum cibos: ita quædam partes terræ specialiter sunt, in quibus homines nati ad actus venereos cum masculis inclinantur: horum autem experientia communis testis est: quia tamen contingit talem influentiam cœli, qualis est in illis locis aliquando (licèt rarò) esse in alijs, contingit aliquos homines specialiter inclinari secundum naturam ad similes turpitudines, etiam in terra, quæ talem dispositionem non habet. Secundò fiunt aliqui inclinati ad coitum masculorum, aut pecorum propter ægritudinem: nam sicut ægritudine magna existente mutatur complexio nostra, vt longè aliud ad cibum desideremus quàm ante desiderabamus: ita mutabitur quantum ad inclinationem actuum venereorum, cùm vtraque sit naturalis inclinatio. Et sicut contingit vnam immutari, ita poterit contingere immutari alteram. Tertiò modo fit ista inclinatio ad masculos vel pecora ex assuetudine a puero, vt si aliquis quando puer est antequam vacet coitibus fœminarum, vacet coitibus masculorum, siue agendo, siue patiendo, siue reciproce: & dicit Philosophus, q̃ licèt aliæ bestialitates maximè fiãt per naturam, aut ægritudines, ista quæ est ad masculos maximè fit per assuetudinem a puero: cũ dicit: Hi autem ex consuetudine, vt pilorum euulsiones, & vnguium corrosiones adhuc, & quæ carbonum, & terræ. Cùm his autem, qui venereorum cum masculis, his enim natura, his autem ex assuetudine accidunt, vt puta assuefactis à pueris. Et aliqualiter videtur ista ratio fuisse circa Sodomam, & Gomorrham, & alias duas Ciuitates, scilicet Seboim, & Adama. Nam licèt fortè primum principium fuisset in eis aliqualis inclinatio naturalis, augmentum tamen totius mali fuit educatio a pueris in hac turpitudine: erant autem illi homines indisciplinati nulla lege coherciti: nec Deum timentes, & in alterutrum non

Quædam ægritudines hoies bestiales efficiunt.

Ad infandos coitus qdã ex praua assuetudine a puericia inclinantur.

non verecundantes: sed vt bestiæ totaliter bonum delectabile insequentes, filios suos in hac turpitudine erudierunt, & hoc patet Gene. 19. capitulo: nam cùm angeli in forma virorum intrauissent domum Loth, & viri Ciuitatis inrauissent ad abutendum eis, dicit litera, quòd conuenit totus populus Ciuitatis a puero vsque ad senem, & sic pueri illi pessimi, licèt ad agendum adhuc apti non essent, conabantur tamen a pueritia talibus coitibus delectari: Quod autem de masculorum dicitur coitibus, etiam de pecoribus intelligendum est: nam vtrumque contra intentionem speciei est: sed accidit ex causis supra assignatis. *Morte moriatur*. Non solùm, qui coisset cum pecore occidebatur, sed etiam ipsum pecus, vt patet Leuit. 20. capitulo, & hoc non fiebat, ita quòd pecus in hoc peccauisset: sed propter horrorem criminis, vt declarauimus præcedenti capitulo. *Qui immolat*. Hic ponitur tertium, & principale huius capituli, ordinatio, scilicet partis rationalis, & diuiditur in tres partes, quia primò ponitur ordinatio rationalis, vis impressionis simplicibus, secundò in iudicibus infra capitulo sequenti, tertiò ponitur ordinatio in sacerdotibus circa medium sequentis capitulo ibi. *Sex annis*. Prima in duas, quia primò ordinatur rationalis; circa Deum: secundò ordinatur circa proximum. Ibi, *Aduenam non contristabis*. Circa primum. *Qui immolat Dijs*. Immolatio est quidam actus proprius, & debitus Deo. Nam licèt multi alij actus sint, per quos in exteriori exhibitione obsequij Deum honoremus, tamen iste est potissimus: quia alij sunt aliquo modo communes Deo cum hominibus, vt adorare, & similia, immolatio autem nulli vnquam facta est, nisi ei, qui verus Deus erat, aut verus Deus esse putabatur: cum ergo iste actus propriè Deo conueniat, qui alteri quasi Deo tribuit, iniustè distribuit, & est peccatum magnum: sed nullus est Deus præter vnum, ergo vni soli immolatio cultus debita est: dicit autem scriptura. *Qui immolat Dijs*. Non quòd aliqui Dij sint præter Deum verum: sed quia sic vanitas colentium arbitratur, & scriptura sequitur modum loquendi vulgarem, vt melius intelligatur ab eis, quibus dicitur. *Occidatur*. Scilicet quòd iudices, qui compererint aliquem idolis immolare, eum occidant: & non solùm si immolet eis, sed etiam si faciat alia pertinentia ad cultum idolorum, vt si flectat genua coram eis, aut faciat idolum, vel paret altaria, & sic de cæteris pertinentibus ad cultum eius: quicunq; enim ista faciat occidendus est, siue sit vnus homo, siue vna ciuitas, siue vna Tribus, siue multæ Tribus. De vna persona patet Deutero. 17. capitulo, scilicet quòd si audiretur esse in populo aliquem virum, aut mulierem, qui coleret Deos alienos, facta inquisitione, & veritate comperta, educeretur extra castra, siue extra ciuitatem, & lapidaretur a cuncto populo, manusque testium primò iacerẽt lapides in eum: & non solùm erat occidendus ille, qui coleret Deos alienos, sed etiam qui suaderet alicui colere eos: sic dicitur, quòd si aliquis suaderet alicui, vt irent ad colendum Deos alienos, siue esset filius, siue frater, siue vxor, aut amica quam homo diligit vt animam suam, non parceret oculus eius ei: sed statim interficeret eum, & totus populus lapidaret, vt patet Deuter. 13. capitulo. Si autem aliqua ciuitas peccaret in hoc delicto, vel plures de ciuitate, eodem modo faciendum erat. Nam cum audiretur in aliqua ciuitate esse idolatriam publicam, aliæ ciuitates, quæ non idolatrarent, debebant inquirere veritatem. Et tunc si comperirent omnes, aut plures idolatrare, siue multos eorum reliqua ciuitate non puniente eos, facere debebant bellum contra illam. Et occidere omnes, qui intus erant tam viros, quam fœminas a maiori vsque ad minorem, & ipsa iumenta atque pecora occidere in ore gladij deinde totam ciuitatem diruere. Et cuncta, quæ in ciuitate erant cum ipsa ciuitate flammis exurere, vt esset tumulus sempiternus: nec talis ciuitas postea habitari debebat: nec quidquam rapi poterat de illo anathemate: sicut non licebat aliquid accipere de anathemate Iericho, & Achan, qui furatus est, a toto populo lapidatus est, vt patet Iosue 6. capitulo, de hoc Deutero. 13. capitulo. Si autem vna tribus, aut duæ, vel tribus plures idolatrarent: omnes aliæ tribus contra eas pugnare debebant, & sic fecerunt, vt patet Iosue 22. capitulo: nam cum Tribus Ruben, & Gad, & dimidia Tribus Manasse recesserunt a cæteris Tribubus expugnata terra Chananæorum, & diuisa atque possessa: fecerunt apud tumulos Iordanis altare nimiæ magnitudinis, & quia erat mandatum Leuit. 17. c. & Deut. 12. q̃ non offerrentur victimæ in omni loco, sed solùm in loco, quem Deus eligeret, & altaria sunt ad immolandum hostias, putarunt nouem tribus, & dimidia, duas tribus, & dimidiam velle colere Deos alienos, ideo conuenerunt vniuersi in Silo coram domino, & disposuerunt se, vt irent ad pugnandum contra illas duas Tribus & dimidiam: sed prius miserunt legatos ad illas Tribus vt scirent quare fecerant altare, & responsum est, quòd non fecerant ad immolandum: sed in signum pro posteritate, vt ipsæ duæ tribus, & dimidia, ita viderentur pertinere ad Israel, & ad Deum verum sicutu nouem & dimidia, & sic cessatum est ne bellum inchoaretur. *Præter Domino soli*. Idest nullus debet immolare alicui nisi Domino. Iste est Deus verus, qui vocatur Dominus, quia omnibus præest, & omnia gubernat, atque dirigit: huic autem ex debito immolandum est, quia verus Deus est: & offerentes sacrificia multum merebantur, quia in hoc profitebantur in opere suo, illum esse Deum magis adhuc quàm si eum ore Deum vocarent. Nunc autem sacrificia, & immolationes istæ non fiunt: nam ordinatio eorum, quæ sacrificari debebant, & modi sacrificandi fuerunt statuti in lege veteri tanquam quædam cæremoniæ colendi: omnia autem cæremonialia, atque iudicialia veteris legis abolita sunt, & precipuè cæremonialia, quæ magis repugnant statui noui testamenti quàm iudicialia, & inter cæremonialia ipsa, quæ ad sacrificia pertinent, magis adhuc repugnant, quia ista sacrificia veteris legis erant vmbræ sacrificiorum noui testamenti: fuit autem in nouo testamento vnicum sacrificium, scilicet Christi immolati, quod vbique quotidie a fidelibus commemorantibus Christi passionem fit: & hoc æquiualet, imò in infinitum superat omnia sacrificia vmbratilia veteris legis. Sicut ergo illi vacabant circa diuersa genera sacrificiorum, ita nos circa hoc vnum vacamus. Et valde meremur cum digne vacamus: & tenetur hic aliquis modus veteris testamenti quantum ad sacrificia: nam sicut tunc non omnes sacrificabant, licèt omnes pecora immolanda tribuerent, ita nunc non omnes sacrificium Christi faciunt, sed soli presbyteri, omnes tamen fideles pro se orari precantur, & sacerdotes ipsos sustentant, vt inducant eos ad orandum pro se ipsis, & quilibet pro se ipso orari rogat, & omnes pro tota communitate. *Aduenam non contristabis*. Hic ordinatur rationalis viri ad proximum, & primo ad eos, qui non sunt de terra nostra; quibus facilius nocere possumus tanquam non habentibus adiutorem, vel quia eis facilius inclinamur ad faciendum malum, quia nullum cum eis consanguinitatis, aut originis habemus commercium. *Aduenam non contristabis*. Dupliciter potest aliquis alteri malum

Non solũ idolis immolantes sed et cotã eis genua flectẽtes, aut altaria parãtes occidẽdi erant.

Punitio ciuitatis idolatræ.

Punitio q̃ tribui idolatræ inferebatur.

Sacrificiũ noui testi in infinitũ supat oia sacrificia vmbratilia vete. testa.

lum

Dupliciter aliqs pōt alteri malū facere.

lum facere, aut per fraudem, siue occultè, aut manifestè, si enim fiat fraudulenta, vel occulta læsio, vocatur hic contristatiua, & in Hebræo dicitur non decipies aduenam: deceptio autem fraudulentum atq; ocultum nocumentum est, quod in contractibus fit, aut in subtractionibus occultis rerum. Et ex his contristatur ille, qui patitur; ideo dicitur non contristabis. *Neque affliges eum*. Istud est manifestum nocumentum, cùm illi, qui in aliqua terra morantur conantur postea supprimere eos, qui aliunde ad habitandum in terra eorum veniunt, & hoc siue aliquis singulariter, & contra legem aduenas affligat, siue tota communitas illos affligat condendo leges, in quibus multum grauerentur aduenæ. *Aduenæ enim fuistis in terra Aegypti*. Iudæi fuerunt aduenæ in terra Aegypti, quia non erat illa terra natiuitatis eorum, sed præ famis angustia descenderunt illuc ad peregrinandum, idest ad morandum pauco tempore: sic dicitur Gene.47. capitulo, cùm responderunt fratres Ioseph Pharaoni quærenti ab eis de vita, & officio suo dicentes: Ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum ingrauescente fame in regione Chanaan: sicut ergo ipsi fuerunt aduenæ in terra Aegypti, & volebant Aegyptios sibi misereri, & non contristare nec affligere eos, ita debebant ipsi non affligere, nec contristare omnes alios aduenas, quia est lex naturalis, in qua omne bonum, & Prophetæ, & lex dependent, scilicet: Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, eadem facite illis: vt patet Matthæ.7.capitulo, & Matth.22.capitulo dicitur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum, & hoc etiam hortatur eos Deus Deutero.10.capitulo, cum dicitur: Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, & dominus dominantium: Deus magnus potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera: facit iudicium pupillo, viduæ, & amat peregrinum, atque dat ei victum, & vestitū. Et conciuditur: vos ergo amate peregrinos, quia ipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti. *Viduæ, & pupillo*. Posuit supra ordinationem rationalis nostræ contra personas miserabiles extraneas: hic autem ponitur ordinatio ad personas miserabiles non extraneas, scilicet ad pupillos, & viduas, quas omnia iura vocant miserabiles, quia dignum est, vt eorum misereamur, cum non habeant adiutorem: viduę namque adiutorio maritorum carent, pupilli autem carent adiutorio patrum: ideo tota scriptura sacra hortatur ad miserandum illis: sic patet Ecclesiast. capitulo 4. cùm dicitur: In iudicando esto pupillis quasi pater, & viduis, sicut vir. *Non nocebitis*. Contristando, aut affligendo, quia pauperes sunt, & non habent consolatorem. *Si læseritis eos vociferabuntur ad me*. Quandocunque aliquis malum sustinet, clamat ad eum, qui adiuuare potest. Viduæ autem, & pupilli, qui patres non habent, nullum habent auxiliatorem, ad quem clamēt: quia fœminæ ad viros suos, & pupilli ad patres clamare debebant: cùm ergo non habeant hos auxiliatores, clamant ad Deum, qui est omnium adiutor fortis: cum eius adiutorio solius relicti sint: sit patet Psal. 9. Tibi derelictus est pauper, & orphano tu eris adiutor. *Et ego audiam clamorem eorum*. Quia iustè clamant cùm læduntur, & Deus iudex iustus est, & dicitur audire clamorem eorum, idest exaudire: nam quantum ad audire non est aliquid speciale, cùm ipse omnes audiat, sed quosdam non exaudit, quia non facit, quod rogant: pupillorum autem, & viduarum orationes Deus exaudit, quia sicut precantur, ita facit ipse, vt patet in litera immediatè. *Et indignabitur furor meus*. Idest ego multum irascar contra vos. Loquitur ad modum nostrum: nam si inter nos aliqui boni sunt,

Oīs iura viduas, & pupillos miserabiles vocāt.

F zelant mala facta per peccatores, & desiderant punire eos, vt corrigantur, vel vt talia mala non agant, vel ne mala præterita maneant impunita, & in his videntur irasci malis, & irascuntur, non quidem ira, quæ est per odium, sed ira, quæ est per zelum: nam vt ait Boetius de consolatio. lib. 4. Prosa 4. Bonos quis nisi stultissimus oderit, malos autem odisse ratione caret. Deus autem malis indignari dicitur, quia exacerbat in eos pœnas suas, sicut ipsi exacerbauerunt in eum iniquitates suas. *Percutiamque vos gladio*. Hic ponitur triplex pœna: vna directè, scilicet quòd ipsi, qui nocerent pupillo, & viduæ gladio caderent, quia Deus mitteret in eos iram suam, & deuoraret eos, scilicet quòd hostes venirent super eos, qui consumerent illos vsq; ad internitionem: duæ aliæ pœnæ sunt consequentes, scilicet quòd vxores eorum essent viduæ, & filij eorum pupilli. Nam per mortem viri vtrumque incurritur, scilicet quòd vxor relinquitur sine viro, & est vidua, & filij relinquuntur sine patre, & sunt orphani, siue pupilli. *Et erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli*. Et hoc vt per quæ quis peccat, per hæc torqueatur: vt patet Sapient. vndecimo capitulo. Sicut ergo isti affixerunt viduas & pupillos, ita ipsis gladio cadentibus relinquerentur vxores eorum viduæ, & filij eorum pupilli. Et isto modo reddidit pœnam Samuel Propheta Agag Regi Amalechitarum, cùm concidit eum in frusta, vt patet primo Regum quintodecimo capitu. cum dicitur: Et ait Samuel sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. *Si pecuniam mutuam*. Hic ordinatur rationalis nostra ad alias personas miserabiles, quæ non sunt extraneæ, nec pœnitus carent adiutore, sed aliqualiter deficiunt necessariis, vt sunt pauperes, quia his etiam miserendum est. *Si pecuniam mutuam dederis*. Idest si alicui comprestiteris pecunias in necessitate, licèt hic non mandetur, quòd pauperibus pecunia mutua detur expressè, intelligitur tamen tacitè, quòd eis misericordiæ viscera non claudenda sunt: nam qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur: sed Deuter. decimoquinto capi. ponitur expressè, quòd debeant mutuare. Nam si erat pauper potens reddere mutuatum debebat ei mutuari, si autem non posset reddere debebat ei gratis dari. De istis secundis dicitur ibi: Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos, idest taliter vos habeatis ad pauperes, quòd nullus sit inter vos, qui cogatur ostiatim petere: de aliis autem, qui poterant reddere quod mutuabatur dicitur: si quis de fratribus tuis, qui morantur intra portas tuas, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum: sed aperies pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris: caue ne subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat annus septimus remissionis, & auertas oculos tuos a fratre tuo paupere, nolens ei, quod mutuum postulat, commodare, & clamet contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum, sed dabis ei. *Populo meo pauperi*. Idest alicui pauperi de populo meo: nam toti populo nihil mutuatur, cum hic loquatur Deus ad totum ipsum populum, & ad singulos, & totus populus non poterat sibi ipsi mutuare. *Qui habitat tecum*. Dicit toti populo, quia in ipso habitant pauperes, sicut dicitur Deutero. 15. capitulo: non deerunt pauperes in terra tua: licèt dicatur hic, quòd mutuandum erat populo Dei, scilicet populo Hebræorum non excludebatur, quando mutuaretur pecunia aduenis, & peregrinis conuersis de Gentilitate, vel alicui Gentili si moraretur inter eos, cùm eum viderent in necessitate: imo præcipitur,

tur, sed principaliter debet hoc esse ad Hebræos, ideo de eis specialiter admonuit. Quod autem aduenis, & peregrinis mutuandum sit, patet Deuter. 15. capitulo, cum dicitur: Cui debetur aliquid ab amico suo, vel proximo, aut fratre suo repetere non poterit, quia annus remissionis est domini: a peregrino & aduena exiges. Ex quo patet, quòd si Hebræi in anno remissionis poterant petere debita ab aduenis, & peregrinis, quòd ipsi eis primo aliquid mutuauerant ex quo erant obligati: cùm autem dicitur hic, quòd est mutuandum pauperi, non excluditur, quòd non, sit mutuandum diuiti cùm patiatur necessitatem: potest namque euenire, vt ille, qui diues est habens multas pecunias, panem non habeat, & tunc sibi mutuari potest, dato quòd non vendatur: & meritum magnum est sic mutuare: nam cùm diues panibus indiget, ita est, vt pauperrimus: vel si fortè aliquis diues sit in possessionibus, & contingat eum egere pecunijs, & si fortè venditur aliquid de rebus suis, tunc perdet multum, quia non est tempus vendendi tale rem, mutuare ei pecuniam, ne vendat, & perdat magnam rem pro defectu paucarum pecuniarum, bonum valde est atque meritorium: dicitur tamen de pauperibus, quia primò pauperibus quàm diuitibus succurrendum est. *Non vrges eum quasi exactor*. Vocantur exactores ab exigendo: est autem exigere, prout hic assumitur cum magna duricie, & austeritate petere, sicut est in illis, qui vt opprimunt debitores suos, quando sciunt ipsos impotentes ad soluendum petunt debita, & tunc debitores, vt non destruantur a creditoribus vendendo bona eorum, dant aliquid supra, vt expectentur. Aliquando accipiuntur exactores pro his, qui imponunt tributa, & ea cum duricie, & pauperum oppressione exigunt. Sic loquitur Isaias 9. capitulo: de rege Assyriorum dicens: Sceptrum regni eius, & virgam exactoris eius superasti, sicut in die Madiam. Istam duram exactionem vetat Deus, ita quòd quando creditores petierint mutuata a pauperibus debitoribus, non terreant eos vultu suo: quia ista magna afflictio est debitoribus maximè pauperibus, sed vultu benigno petendum est: & si tunc impotentes fuerint ad soluendum, expectandi sunt quousque possint reddere, & si non potuerint remittantur eis. *Qui habitat tecum*. Ista vox est ad totum populum Israel, & tunc vbicunque aliquis Israelita moraretur intra terram, Chanaan semper moraretur cum Israel. Alio modo potest intelligi, quòd ista vox dicta populo referatur ad quemlibet singulariter: & tunc est sensus, q̃ quilibet potens mutuare alicui pauperi, qui moraretur secum, sin eadem ciuitate, non vrgeret eum quasi exactor: & propter hoc non tollitur quin illis, qui erant in alijs ciuitatibus, non esset mutuandum: præcipuè tamen eis, qui in eadem ciuitate erant, quia magis tenemur vicinis quàm non vicinis, & conciuibus magis quàm non conciuibus. *Nec vsuris opprimes*. Idest licèt aliquis necessitate coactus sit, & sustineat quamcunque impositionem feceris, vt ad tempus succurras eius inopiæ: tamen non debes ei imponere vsuras. In Hebræo dicitur. *Nec morsum pones super eum*. Vocatur vsura morsus, quia sicut est in morsu venenato serpentum, qui licèt modicum videantur nocere, cùm in paruo loco mordeant, tamen venenum eius per totum corpus postea diffunditur, & homo moritur. Vel quòd per factum morsus foramen totum sanguinem, & corporis succum sugunt: ita vsura: nam licèt modica videatur impositio, vt pro centum soluantur centum, & decem: tamen crescente tempore crescit in immensum noxiū lucrum, & tota pauperum substantia exhauritur.

Licèt lex mandauerit pauperibus mutuandū, si nō diuites excludit.

Quomō vsura morsus dicat.

A Vel vocatur morsus, quia per morsum abstrahitur aliquid de substantia rei, quæ mordetur, ita per vsuram subtrahitur pars substantiæ eius, qui accipit ad vsuras: nā q̃ aliquis accipiat centum, & postea reddat totidem, & non amplius, non est tollere aliquid de substantia recipientis: sed quòd pro centum acceptis reddat centum, & decem, est mordere substantiam accipientis: quia aliquid diminuitur de substantia eius.

Ex dictis Rabbi Salomonis concluditur, quòd vsura non erat licita Iudæis contra Gentiles.

QVAESTIO. XVI.

B EX expositione Rabbi Salomon, super istum tex. potest patere, quòd vsura non sit licita Iudæis, etiam cum Gentilibus: nam totus iste textus sub vna connexione clauditur: sed superiorem partem exponebat. Rabbi Salomon, tam de Iudæo, quàm de Gentili: ergo cùm dicitur hic, non vrges eum quasi exactor, & non opprimes eum vsuris: refertur etiam ad Gentiles. Etiam quia super Psalmo 13. vbi dicitur: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: dicit quædam Glo. Hebraica, etiam nec Gentili dedit ad vsuram. Si autem obiciatur, quòd licita erat eis vsura ad Gentiles, vt patet Deutero. 23. capitulo, cùm dicitur: Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, aut fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno: Ergo non solùm poterant dare ad vsuram Gentilibus, sed etiam Iudæis conuersis de Gentilitate. Ad hoc dicendum est, quòd ad duriciem cordis eorum concessum est: quia fortè si non consentiretur dare ad vsuram Gentilibus, darent ad vsuram Hebræis: sicut permissum fuit eis dare libellum repudij ad duriciem cordis eorum: vt patet Matth. 19. capitulo, scilicet ne occiderent vxores. Sed circa hoc dicendum est, quòd nullus negare potest, quòd Deus nō concesserit Iudæis dare ad vsuram Gentilibus, quia clarè habetur in Deuteronomio, nec hoc negat aliquis Catholicus doctor: sed vtrum licitè possint accipere Iudæi vsuras a Gentilibus dubitant. Et quidam videntur dicere, quòd non erat eis licitum. Sed hoc valde erat durum, & animarum illaqueatiuum, & satis cōtra rationem, de quo latius dicetur Deuter. 23. capitulo, vbi probabitur, quòd licebat Hebræis dare Gentilibus ad vsuram. Dicendum ergo, quòd ex isto text. & ex illo, qui habetur Deuter. 23. capitulo, vsura permittatur Iudæis contra Gentiles: nam licèt supra dixerimus, quòd in ista litera intelligatur, quòd non solùm benefaciendum sit, & mutuandum Iudæis pauperibus, sed etiam diuitibus, & non solùm Hebræis, sed etiam Gentilibus: tamen litera non loquitur nisi de Hebræis pauperibus, alia autem habentur ex alijs locis. Cùm ergo dicatur, non opprimes eum vsuris, ad ipsum pauperem Hebræum referetur: & sic videtur concessum, quòd Gentilibus dentur vsuræ. Clarius tamen ponitur Deuteron. 23. capitulo, vbi dicitur: q̃ poterant fœnerari ad vsuram pecuniam, aut fruges alieno. Et ex hoc Iudæi hodie Christianis mutuant pecunias ad vsuras, & non inter se, quia Christianos Gentiles dicunt: cùm non teneant eorum modum, & cæremonias, & putant se nihil peccare in hoc: sed valde falluntur, quia verum est, quòd in tempore, quo stabat vetus testamentum virtute harum duarum legum, quæ indulgebant eis hoc, poterant licitè dare ad vsuras omnibus extraneis: nunc autem quia Christus aduenit, cessauit status veteris testamenti, &

Vsura permittit Iudæis cōtra Gentiles.

& omnes illę leges abolitę ſunt: ergo non eſt eis nunc F priuilegium, vt poſſint dare ad vſuras alicui genti: ſed quòd mutuent ſimplum per ſimplo. Sicut enim ſi aliquis habet aliquod priuilegium temporale, finito illo temporale expirat priuilegium, & reddit ille, qui erat priuilegiatus ad ius commune: ita cùm vſuras accipere malum eſſet, non poterant Hebræi aliquo modo eas facere licitas: Deus autem ad duriciam cordis eorum dedit eis in ſtatu legis veteris priuilegium, vt darent Gentilibus ad vſuram. Nunc autem quia illa lex expirauit, etiam priuilegium, quod erat de recipiendis vſuris à Gentilibus, quod erat pars illius totius veteris legis pariter abolitum eſt. Oportet ergo, vt ipſi Iudæi quondam priuilegiati, nunc redeant ad ius commune, ſcilicet vt G non denta vſuras: nam de iure communi eſt, non dare vſuras, quia ſecundum ſe illicitæ ſunt. Et patet, nam ideo prohibuit eas Chriſtus Lucæ 6. capitulo, ſcilicet mutuum dantes, & nihil inde ſperantes. Et ſi Iudæus non credat Chriſto, accipiat teſtimonium legis ſuæ in Pſalmo 13. vbi dicitur, quòd ille habitabit in tabernaculo Dei, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Si autem vſuræ ſecundum ſe licitæ eſſent, nullo modo ibi prohiberentur, cùm inter alia mala ponantur ibidem. Accipiet etiam aliud firmius teſtimonium, quia Deuteron. vigeſimo tertio capitulo, vetatur pecuniam, aut quidquid alterum dari ad vſuram Hebræo: ſi autem vſuræ ſecundum ſe licitæ eſſent, nullo modo prohi- H berentur erga Iudæos. Sed priuilegium, quo poterant recipere vſuras a Gentilibus, iam cum tota ipſa lege extinctum eſt, ergo & nunc non licebit eis dare ad vſuram alicui genti, ſicut tunc non licebat dare ad vſuram Iudæis.

De iure cõi eſt nõ dare ad vſuras.

Licebat Iudæis vſuras facere cum Gentilibus, & cum conuerſis ad Iudaiſmum.

QVAESTIO. XVII.

CONSIDERANDVM autem, quòd non ſolùm licebat dare vſuras Gentilibus, qui manebant in Gentilitate, ſed etiam Gentilibus conuerſis ad Iudaiſmum, vt patet, quia dicitur Deuteron. vigeſimo tertio capitulo. Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, aut fruges: nec quamlibet aliam rem, ſed alieno: poterant ergo Iudæi cuilibet, qui non erat frater ſuus, dare ad vſuram. Vocantur autem fratres Hebræorum illi, qui erant ab eodem ſtipite, ſcilicet deſcendentes a Iacob, & quia omnes erant filij illius, licèt mediati, vocabantur inter ſe fratres: qui autem ad Iudaiſmum conuerſi erant de Gentilitate, non erant fratres eorum, quia non concordabant cum eis deſcendendo ab eodem ſtipite: vocabantur ergo iſti alieni. Et patet hoc Leuit. vigeſimo quinto capitulo: nam fratres vocantur inter ſe ipſi Hebræi ſoli: quia dicitur: Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, & ipſa lex, quæ ibi ſubditur, ſolùm tenet de Hebræis: de Gentilibus autem conuerſis ad Iudaiſmum nullo modo tenet, vt patet in eodem capitulo. Item quia poſtea dicitur in eodem capitulo: Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorum: hoc autem de ſolo Iudæo intelligitur: nam vt ponitur in litera ſequenti, ibidem vocantur ſerui, qui de Gentilitate ſunt, ſiue conuerſi, ſiue nati a conuerſis. Etiam patet hoc, quia non gaudebant eiſdem legibus, quantum ad pietatem habendam de eis, conuerſi de Gentilibus, & nati de conuerſis, cùm remiſſio debitorum in anno ſeptimo remiſſionis fieret ſolis Iudæis ex radice: conuerſis autem vel filijs, & cæteris poſteris conuerſorum non fiebat remiſſio. Nam ſi aliquis Iudæus debebat aliquid alteri, & vſque ad annum remiſſionis non ſoluebat, in ſeptimo anno debitum remittebatur: tamen ſi Hebræus mutuaret aliquid conuerſo de Gentilitate, non remittebatur debitum in anno ſeptimo remiſſionis, vt patet Deuteron. decimo quinto capitulo, cùm dicitur: Septimo anno facies remiſſionem, quæ hoc anno celebrabitur: cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, aut fratre ſuo repetere non poterit, quia annus remiſſionis domini: a peregrino, & aduena exiges: ciuem, & propinquum repetendi non habebis poteſtatem. Et ſic concedebatur ibi Iudæis ex genere priuilegium, quod non concedebatur conuerſis ad Iudaiſmum. Item dabatur aliquod priuilegium Iudæis, quod non dabatur conuerſis, quia quando vendebatur Iudæus, ſolùm tenebatur vſque ad annum remiſſionis ſeptimum, vltra autem nullo modo teneri poterat: ſi autem venderetur ſeruus, qui eſſet conuerſus de Gentilitate, non ſoluebatur in ſeptimo anno remiſſionis: de hoc Deuteron. decimo quinto capitulo, dicitur: Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa: ſex annis ſeruiet tibi, & in ſeptimo anno dimittes eum liberum. Et ſic ſolùm tenet iſta lex liberationis in ſeptimo anno quantum ad ſeruum Hebræum, aut ancillam Hebræam. Ergo ſi venderetur ſeruus conuerſus de Gentilitate, aut filius conuerſorum, non gaudebat hac lege libertatis in ſeptimo anno: & hic etiam patet, quod ſupra dicebatur, ſcilicet quòd ſolus Hebræus, aut Hebræa vocentur fratres. Et ſic vſura ſolùm vetabitur dari Hebræo, vel Hebrææ: quia fratres ſunt. Alijs autem nullo modo vetabatur, vt cum eis vſura non acciperetur. Item eſt aliud, in quo Hebræi habebant legem pietatis, & non conuerſi ad Iudaiſmum, quia dato quòd aliquis ſeruus Hebræus nollet ſolui in anno ſeptimo remiſſionis I dicens ſe diligere dominum ſuum, & filios ſuos, & vxorem ſuam: tamen in anno Iubilæi egrediebatur liber cum filijs ſuis, & vxore, vt patet Leuit. vigeſimo quinto capitulo, cùm dicitur: quòd ſi per hæc redimi non potuerit egreditur, liber in anno Iubileio cum liberis ſuis. Si tamen aliquis de conuerſis ad Iudaiſmum vendereturin ſeruum, erat ſeruus in perpetuum, cùm dicitur in eodem capitulo: Seruus & ancilla ſunt vobis de nationibus, quæ in circuitu veſtro ſunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, & qui ex his nati fuerunt in terra veſtra, hos habebitis famulos, & hæreditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum: fratres autem veſtros filios Iſrael, non opprimatis per potentiam. Ex hoc etiam clarius patet quod intendebatur, ſcilicet quòd vſura ſolùm ſit prohibita Hebræis ad alios Hebræos, & non Hebræis conuerſis de Gentilitate, vel ad poſteros eorum vſque in æternum: nam ſolis fratribus ſuis vetabantur dare ad vſuram: ſed fratres non erant conuerſi de Gentilitate, vel filij conuerſorum: ergo eis licebat dare ad vſuram: Antecedens patet, ſcilicet quòd non ſint iſti fratres, quia in Leuitico capitulo vigeſimo quinto, vbi ſupra, dictum fuit, quòd de conuerſis a Gentilitate, vel de poſteris conuerſorum debebant accipi ſerui: ſed fratres ſuos non debe-

Conuerſi ad Iudaiſmũ, & Iudæi ex radice non gaudebãt iſdẽ priuilegijs i remiſſione debitorũ.

Conuerſi ad Iudaiſmum non gaudebãt priuilegio anni Iubilæi.

Conuerſi ad Iudaiſmũ, & Iudæi ex radice non gaudebãt eodẽ priuilegio q̃ ad liberationem de ſeruitute.

debebant accipere in ſeruos in æternum, & poſtea A exponitur, qui ſint iſti fratres, & dicitur fratres autem tuos filios Iſrael, non opprimes per potentiam. *Si pignus à proximo tuo acceperis*. Aliquando mutuantes pignora recipiunt, vel vt tutiores ſint, vel vt debitores propter pignoris indigentiam citius ad ſoluendum mouent: vocatur proximus Hebræus ſolus, qui eſt de filijs Iſrael: ideo iſta lex non tenet in Gentilibus, cui aliqua mutuarentur à Iudæis, nec in conuerſis ad Iudaiſmum, nec in poſteris conuerſorum. Nam dato quòd iſti ponerent veſtimentum pro pignore apud creditorem, non tenebatur eis reddere creditor in ſolis occaſu, ſicut ſi eſſet Iudæus, quia lex loquitur de proximo, ipſi autem non ſunt proximi. Et patet hoc Deuteronomij decimoquinto capitulo, B cùm dicitur: Septimo anno facies remiſſionem, quę hoc modo cœlebrabitur: cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, aut fratre ſuo, repetere non poterit, quia annus remiſſionis eſt domini: à peregrino autem, & aduena exiges, non ergo ſunt peregrinus, & aduena proximi. *Acceperis veſtimentum*. Hoc intelligitur de homine multum paupere, qui ſolùm habet vnum veſtimentum, quo per diem induitur, & per noctem cubat, vt patet, cùm dicitur: Ipſum enim ſolùm eſt, quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat. Vel fortè melius intelligetur de panno in quo dormit per noctem, ſi ſolùm habeat vnum pannum, nam aliàs non ſtaret litera, quæ dicit reddendum eſſe pannum ante C ſolis occaſum: nam ſi vnum eſſet, quo vteretur in die, & nocte, non ſolùm oportebat eum retinere per noctem, & dari ei ad ſolis occaſum: ſed etiam per diem maximè indigebat, nè nudus eſſet: nunquam ergo tali pauperi auferendum erat tale veſtimentum. Dicendum ergo, quòd iſtud quod hic vocatur veſtimentum non eſt aliquid, quod ad menſuram corporis fiat induaturque homo illud: ſed eſt quoddam tegumentum nocturnum ad iacendum: nam dicitur: ipſum ſolùm eſt, in quo dormit. *Ante ſolis occaſum reddet ei*. Quia in illo dormiturus eſt, & non habet aliud: ſi autem non detur ei, oportebit dormire in terra, quod erat impium tenentibus veſtimentum eius. Dicunt Hebræi, quòd ſi iſtud ve- D ſtimentum eſt ad dormiendum, debet ei dare ante ſolis occaſum, vt poſſit per noctem dormire in eo, & in aurora tollet illud, & iterum ante ſolis occaſum dabit, ſic faciendo quouſque debitor ſoluerit. Si autem ſit veſtimentum, quo per diem vtatur, debet ei tollere ante ſolis occaſum, vel ſaltem in ipſo ſolis occaſu, aut paulum poſt, & iterum in aurora reddere, & ſic quotidie quouſque debitor abſolutus foret à debito. Sed hoc non videtur rationale: nam in veſtimento, quod pertinet ad dormiendum, non ſequitur aliquod inconueniens, quòd ſic reddatur, ſed in veſtimento, quod pertinet ad induendum per diem inconuenientia ſequuntur, ſi per diem reddi de- E beret, & tolli per noctem: nam ſi veſtimentum, quod pertinet ad dormiendum detur creditori, ibit ad eum debitor ante ſolis occaſum, vel in ipſo ſolis occaſu, & petet veſtimentum ſuum, dabiturque ei, vt dormiat: deinde in aurora ipſe redibit ad creditorem reducens veſtimentum, & ſic faciet quotidie quouſq; ſoluerit, nihilque laborabit creditor: ſi autem veſtimentum, quod pertinet ad induendum per diem, daretur creditori, neceſſe erat manere nudum debitorem, & quia nudus per vicos ambulare non debebat, cùm eſſet inhoneſtum, & corpori valde nociuum, neceſſe erat, quòd creditor iret qualibet nocte ad domum debitoris petens veſtimentum, & rurſus in aurora cogeretur redire illuc ad dandum ei veſtimentum, vt indueretur per diem, & ſic faceret quotidie, in quo magis laboraret creditor, quàm ſi vniuerſum debitum remitteret. Item ſequebatur aliud inconueniens, & inhoneſtas, ſcilicet quòd debitor coram creditore quotidie nudaretur, cùm dare deberet ei veſtem ſuam, & oportebat eum immediatè cubitum petere, quæ ſatis abſurda ſunt. Dicendum ergo, quòd ſolùm intelligitur, vt dicit litera de veſtimento ad dormiendum, quod conuenienter tollitur, & redditur, vt ſupra declaratum eſt. Sed dices quid ergo fiet, ſi tolleretur diurnum veſtimentum? Reſpondetur, quòd diurnum veſtimentum nunquã tollebatur, ſi vnicum eſſet: ſi autem duo, aut plura dabatur vnum eorum, & non reducebatur vſque ad B ſolitum debitum: veſtimentum, autem nocturnum etiam ſi vnum ſolùm eſſet, tollebatur eo modo, quo declaratum eſt, nec ſequebatur aliquod inconueniẽs. *Ipſum enim ſolùm eſt, quo operitur*. Ideſt non habet aliud coopertorium in nocte: ex quo ſequitur, quòd ſi quis duo, aut tria coopertoria habeat in lecto, poteſt tolli vnum, vel duo illorum: ita quòd non reddantur vſque ad perſolutionem debiti, ni ſi fortè ſit tanta frigiditas nocturna, vt non poſſit bene manere ademptis omnibus opertorijs præter vnum. Si autem vnum ſolùm coopertorium habeat, eſt caſus iſtius legis, nam tunc debet dari ei in ſero, & auferri in aurora. Et ſic ſolùm habet iſta lex locum in valde pauperibus. *Indumentum carnis eius*. Non intelligas, C quòd iſtud ſit indumentum carnis ad induendum per diem, ſed ad tegendum corpus per noctem, quod patet, quia mandatur dari in ſolis occaſu, quod non fieret ſi eſſet indumentum diurnum, & debet ordinari ſic iſta litera. *Ipſum enim ſolum eſt indumentum carnis eius, quo operitur, nec habet aliud in quo dormiat*. Ideſt licèt iſtud ſit indumentum carnis eius ad noctem. Si tamen eſſet indumentum ei, quo poſſet vti per noctem, non redderetur ei illud: ſed quia iſtud ſolùm eſt, in quo dormit, debet ei reddi. *Si clamauerit ad me exaudiam eum*. Ponitur hic comminatio ad tranſgreſſores legis huius. Nam fortè aliquis mutuans aliquid pauperi habenti vnicum pannum, in quo dormiret per noctem, tolleret illum, D & nollet reddere in ſolis occaſu, ſicut Deus mandauerat, tunc vero grauatus pauper clamaret ad dominum, nullum alium habens auxiliatorem: Deus autem, quia miſericors eſt videns, pauperem iuſtè conquerentem exaudiret eum: iſta autem exauditio eſt, vt Deus ageret id quod pauper imprecaretur ei, qui veſtimentum dare nolebat tempore, quo mandabat lex, & non ponitur hic quid eſſet illud, quod Deus inferret ei, qui contra legem detinebat alterius veſtimentum: ſed videtur quòd eſſet aliquid per contrapaſſum, ſcilicet vt ſicut ipſe pauperem grauabat, ita ipſe pauper efficeretur, & alius grauaret eum, ſicut ſupra dicebatur de conqueſtione viduarum, ſcilicet; Viduæ & pupillo non nocebitis: ſi læſeritis eos vociferabuntur ad me: & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. *Dijs non detrahes*. Hic ordinatur rationabilis noſtra ad maiores, ſcilicet ad iudices, & potentes, qui nobis præſunt. Ponuntur hic duo verba, ſcilicet detrahere, & maledicere: detrahere eſt aliquod malum de aliquo ſecretè dicere: maledicere eſt publicè aliquem contumelijs afficere, vel mala ei imprecari, vel multis de aliquo malum dicere. Et vnum datur iudicibus, & aliud principi: ſed vtrumque quantum ad quemlibet intelligendum eſt, ſcilicet quòd non ſolùm non debemus detrahere dijs: ſed etiam nec debemus eis maledicere. Et non ſolùm

Expoſitio Hebræorũ refellitur.

Determinatio doctoris.

Quid faciendũ eſſet ſi veſtimẽtum diurnũ tolleretur.

Ordinatio textus.

Differẽtia inter detrahere, & maledicere.

Malũ propter se dici non debet cũ malũ sit: sed ppter aliquã vtilitatẽ, q̃ inde sequitur.

est vetitum, non maledicere principi, sed etiam non dicere malum de illo in abscondito, quod est detrahere. *Dijs non detrahes*. Dei vocantur hic iudices, vt declaratum fuit in isto capitulo, & in præcedenti, quia loco Dei iudicant: & his non est dicendum malum, nec in abscondito, quod est detrahere, nec in manifesto, quod est maledicere: nam malum dicere malum est, nec malum dici debet propter se, cùm malum sit, sed propter aliquam vtilitatem, cùm exinde sequi potest. Hoc autem est cùm ille, qui malum egit dicitur, vt corrigatur secundum monitionem Euangelicam, vel si ille non suscipit, quòd dicatur Prælato potenti corrigere: dicere autem alijs, qui corrigere non possunt, & ex hoc malam opinionem concipiunt de eo, de quo antea bonam tenuerant, malum est. Et hoc prohibetur Leuit. 19. capit. cùm dicitur: Non sis susurro, vel criminator in populis, & si detrahere secundum se malum est, quantomagis contra Iudices, qui sunt patres nostri, quibus subditi esse debemus, vt ait Petrus in Canonica prima capitulo secundo, scilicet: Subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue regi, tanquam præexcellenti, siue ducibus, tanquam à Deo missis, ad laudem bonorum, & pœnam malorum. etiam amplius ad Rom. 13. capit. dicit: Quòd omnis potestas à Deo est, omne autem quod à Deo est ordinatum: obediendum est ergo principibus, & iudicibus, non solùm propter timorem, sed etiam propter conscientiam, vt ait Apostolus: nam sicut magnum peccatum esset, quòd aliquis filius de patre suo detraheret: ita esset si de iudicibus, aut principe detraheret, quia loco patris sunt: imò si quis nomen principis maledixerit, magnam pœnam incurrit, vt si maledicerent Papam, sicut patet extra: De clericis maledicis, capitulo primo. *Nec principi populi tui maledices*. Idest non dices malum de rege, qui est dominus regni totius, vel de alijs dominis particularibus: nam nullus de domino suo quidquam mali dicere debet, siue magnus, siue paruus sit: & licèt hic vetetur maledicere, quod est publicè in verba contumeliosa prorumpere: sed etiam detrahere in secreto: sic patet Ecclesiastes decimo capitulo, cùm dicitur: In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris eum, quia auis Cœli portabit vocem tuam, & qui habet pennas annunciabit sententiam. *Decimas tuas atque primitias*.

Quæ bona sunt in solutione decimarum, & primitiarum.

QVAESTIO. XVIII.

HIC ponuntur mixta aliqua præcepta ordinantia hominem in Deum, quantum ad cultum, & sunt quædam obsequia exteriora manifestantia interiorem affectum ad Deum. Et primum est de solutione primitiarum, & decimarum, & proficiebat ista solutio ad duo. Primò, quia soluendo decimas, & primitias de omnibus rebus protestamur Deum esse, qui ista nutriuerit dando pluuiam temporaneã, & serotinam ad inebriandum terram, & fœcundandum, & dando vim germinatiuam seminibus. Hæc namque omnia ab ipso sunt, quod protestari magna Dei laus est, & cultus. Secundò ista proficiebant, quia cùm populus non posset continuè assistere diuinis laudibus, Leuitæ assistebant, & sacerdotes in omnibus ministerijs tabernaculi tam laudando Deum, quàm faciendo sacrificia, & cœteras dispositiones ad hæc: ideo quia isti Deo continuè seruientes non poterant insistere laboribus manualibus ad vitæ sustentationem, dari debebat de operibus popularium redditus. Et ista duo inter cœtera principaliter dabantur, scilicet decimæ, & primitię, vt decimę distribuerentur Leuitis, & primitię cum omnibus alijs redditibus darentur sacerdotibus. De his Numer: decimooctauo capitulo. In Hebræo dicitur hic. *Plenitudinem tuam, & lachrymam*. Per plenitudinem intelligitur abundantia rerum aridarum, vt frugum, & fructuum atque iumentorum. Et hoc tam ad decimas, quàm ad primitias, quia de rebus decimę dari debebant, & primitiæ: per lachrymam intelligitur decimatio, vel solutio decimarum rerum fluentium, vt sunt vinum, & cœteri liquores, scilicet oleum, mel, butyrum, & sic de cœteris, & solutio primitiarum. Litera autem translationis Chaldaicæ habet, sicut habet hic litera nostra, scilicet decimas, & primitias. *Non tardabis offerre*. Ille enim qui serò dat, videtur inuitus dare, & donum suum coram domino minus acceptum, quia Deus prius respicit intentionem, quàm munera, vt patet Gene. 4. capit. de oblatione Abel, & Cain, vbi dicitur: Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non attendit. Item, quia decimę sunt quædam debita, & tanquam debitum exigi possunt, vt patet extra: De decimis, in capitulo Parrochiani: sicut ergo si aliquis alicui debitor sit, & sit constitutum tempus ad soluendum, & intra illud non soluerit, grauat creditorem, vel eum, cui debetur, licèt non sit creditor: sic illi, qui serò decimas, & primitias soluerent, Sacerdotes atque Leuitas, quibus ista ex iure debita erant grauarent: debebant ergo Israelitæ cito decimas atque primitias offerre Deo. Quomodo autem decimæ tres in veteri testamento soluendæ erant, & qualiter primitię, habetur Deuter. 12. & 15. capitulo, vbi latius dicam. *Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi*. Apud antiquos ex quo homines specialiter colere Deum inceperunt, quædam religionis forma inoleuit, vt primogenitus cuiuslibet viri esset Sacerdos Dei. De prima ætate, de qua modicum in sacra scriptura habetur, non constat fuisse iste modus: imò potius videtur fuisse oppositum: nam officium sacerdotum erat immolare Deo victimas: sed constat, quòd primi duo fratres Abel, & Cain non tenuerunt istam religionis formam: nam cùm Cain primogenitus foret, ei sacerdotale officium atque dignitas soli competebat: sed non sic fuit, quia vterque domino obtulit victimas suas: & sicut fuit de istis duobus fratribus, ita videtur fuisse fortè in eadem ætate de cœteris. In secunda autem ætate iste ordo distinctus fuit: nam Sem filius Noè, qui licèt secundum carnem primogenitus non esset, primogenituræ tamen iura sortitus propter Christum inde descensurum sacerdotium accepit: nam vocatur sacerdos Dei altissimi, vt patet Gen. 14. capitu. deinde alij, qui primogeniti fuerunt in populo Sancto Sacerdotalia iura assumebant, & specialiter applicabãtur ad cultum Dei in omnibus sacrificijs, & cœremonijs: durauit autem hoc vsque ad tempus, quo Deus separauit sibi totam Tribum Leui ad ministrandum sibi loco omnium primogenitorum totius populi, vt patet Numer. 3. & 4. & 8. capitulo. Et primogenitos Israelitarum, qui superauerunt à numero Leuitarum, idest qui excesserunt numerum Leuitarum, redempti sunt quilibet quinque siclis, vt patet Numer. tertio capitulo. Cùm autem ista lex data est, nondum fuerat facta distinctio Tribus Leuiticæ ad cultum Dei à cetera multitudine. Nam ista lex data fuit in primo anno exitus de Aegypto in principio mensis tertij, diuisio autem Leuitarum

Decimæ tanquam exigi possunt.

In prima ætate indifferenter homines sacrificia offerebant.

In secũda ætate primogeniti in sacerdotes ordinati sunt.

rum à reliqua multitudine fuit facta secundo anno exitus de Aegypto mense primo. Antecedens patet, quia ista lex de dandis primogenitis ante fuit data populo, quàm darentur tabulæ legis, nam infra 32. & 34. cap. fit mentio quomodo Moyses duxerit tabulas, & hoc fuit satis post dationem legis in primo anno: nam secundum quosdam à primo die, quo Moyses ascendit ad Dominum, vt portaret tabulas, vsquequo venit, transierunt dies centum, & viginti: secundum alios transierunt octuaginta, & aliqui plures, qui fortè essent minus, quàm nonaginta, de quo dicetur infra 33. capit. Sed ista lex fuit data immediatè postquàm Deus in monte Sinai dedit decem præcepta: nam, vt patet supra vigesimo capitulo, postquàm illa decem præcepta dicta sunt sonante tuba, recessit totus populus, qui erat in castra, & Moyses mansit cum Domino: nam Dominus vocauit eum, & ipse ascendit ad caliginem vbi erat Deus. Et tunc sequitur ibidem, quòd Deus intellexit ei sub silentio dicere ista præcepta cœremonialia, & iudicialia, quibus dictis descendit Moyses de monte, & coram toto populo præposuit omnia præcepta hæc, vt patet infra 24. cap. cùm ergo lex data fuerit die tertia mensis tertij, vt declarauimus supra 19. cap. fortè fuit ista publicata cum cœteris mandatis in die quarta, vel fortè in eodem die tertio mensis tertij: fuit autem diuisio Leuitarum ad cultum Dei facta in mense primo anni secundi exitus de Aegypto, vt patet Numeri tertio capitulo, continuando ad ea, quæ dicuntur Numer. capit. primo. Ergo per decem menses, vel quasi fuit data ista lex de primogenitorum oblatione, vel separatione ad cultum Dei. Et non dicitur hic, vt quidam putauerunt de redemptione primogenitorum: nam tunc primogenita Israelis redimi debuerunt, cùm tollebatur eis illa obligatio qua tenebantur ad Deum, scilicet vt essent specialiter ministri eius: sed ista obligatio nunquam ablata est donec Leuitæ dati sunt loco totius populi, vt dicitur Numer. tertio capitulo: ergo antequàm Tribus Leuitica separaretur in partem domini, non debebant redimi primogeniti Israelitarum, sed applicari Deo. Nam tunc sequerentur duo inconuenientia: primum quòd Deus nullum ministrũ haberet, nam si omnes primogeniti redimerentur, non esset alius, qui posset Deo debitè ministrare. Secundum inconueniens, quòd non esset cui ista redemptio daretur: nam pro quolibet primogenito, cùm redimebatur, dabantur quinque sicli: si autem nullus minister Dei maneret redemptis omnibus primogenitis, vt supra concludebatur, non esset qui reciperet istud precium: ergo non poterant redimi, nec debebant primogeniti Israelitarum ante diuisionem Leuiticæ tribus à cœteris, & applicatione ad cultum Diuinum: sed ista separatio fuit facta post dationem istius legis, quasi per decem menses: ergo ista lex non potest intelligi de redemptione primogenitorum, sed de applicatione ad Deum: quia tamen postea facta fuit separatio Leuiticæ tribus ad ministrandum Deo, & omnes primogeniti totius Israelis ab hoc onere, & honore absoluti atque priuati sunt, & mãdatum fuit, quòd deinceps redimerentur. Obligatio quam causabat ista lex in primogenitis Hebræorum ad hoc, q̃ separarentur ad cultum Dei, incepit esse in eis ad hoc, quòd redimerentur, & sic in toto processu veteris testamenti tenuit aliam obligationem, quàm eam, quã tenuit ex prima institutione. *Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi*. Ad totum Israel est istud mandatum, vt faciant primogenitos suos ministros domini, quia tamen Deus despexit omnes primogenitos Israelis, & elegit primogenitos leuiticæ tribus cum tota tribu, isti successerunt in cultu Dei alio modo, scilicet quia Deus inhabilitauerat ad ministrandum sibi per se, fecit, vt pro eis daretur precium, de quo sustentarentur alij primogeniti, qui successerunt loco eorũ, scilicet omnes Leuitæ tam primogeniti, quàm non primogeniti: nam omnes reputabantur vt primogeniti. Ista autem pecunia, quæ dabatur de redemptione primogenitorum cedebat in ius sacerdotum, vt patet Numer. decimooctauo capitulo. *De bobus quoque, & ouibus similiter facies*. Nam sicut primogeniti hominum applicabantur Deo, vt sacerdotes: ita primogeniti pecorum applicabantur, vt sacrificia: causa namque erat, quia Deus in Aegypto occiderat omnia primogenita Aegyptiorum ab homine vsque ad pecus, vt patet supra vndecimo, & duodecimo, & liberauit omnia primogenita Hebræorũ, ita vt nullus de Hebræis, aut de rebus suis perierit: ideo erant omnia ista primogenita obligata, & debebant Deo vitam suam, quia nisi ipse liberasset, angelus percutiens omnia destruxisset: sed Deus non finebat angelum percutientem intrare in domos Hebræorum, nec tangere aliquid ad eos pertinens, vt patet supra decimosecundo capitulo: rationabile ergo fuit, vt ista Deo dicarentur: & ista causa exprimitur supra decimotertio capitulo, vbi ponitur istud præceptum latius. *De bobus, & ouibus*. Non solùm de istis erant primogenita offerenda, sed etiam de alijs, vt de capris: nam capræ animalia immolatitia sunt: sola nãque hæc immolatitia ponuntur, vt patet Leuit. 1. cap. scilicet, bos, ouis, & capra: primogenita autem horum, non quælibet offerenda erant, sed sola masculina, vt patet supra decimotertio capitulo, vbi masculinum aperiens vuluam sanctificari iubetur: de animalibus autem immundis, & non immolatitijs vnum redimebatur, & non immolabatur, scilicet asinus, & si non susciperet redemptionem occidebatur, vt patet supra decimotertio capitulo: qualiter autem ista redemptio primogenitorum facienda est, vel de quibus animalibus supra decimotertio capitulo, latè declaratum est. *Septem diebus sit cum matre sua*. Idest si ista primogenita bouum, & ouium, atque caprarum dari debuerint ad immolandum mihi: septem diebus erunt, cum matre sua suggendo vbera. *Die octauo reddes illum mihi*. Et postquàm offerebatur in die octauo, aut post diem octauum offerebatur domino in holocaustum. Et non erat hoc de iure sacerdotum, ita quòd ipsi acciperent primogenita bouum, & ouium, caprarumque pro seipsis: sed debebant facere immolari, & sub ista conditione dedit eis Deus iura primogenituræ, vt patet Numer. decimooctauo capitulo, cùm dicitur: Primogenitum autem ouis, bouis, & capræ, non facies redimi. & subiungitur ibi quomodo immolari debebant eorum carnibus incensis, & sanguine fuso circa altare. Et quando dicitur, quòd octaua die portabitur primogenitum bouis, aut capræ, vel ouis ad dominum, non est intelligendum de necessitate, quòd illa die obligarentur adducere: sed est sensus, quòd necessarium erat primogenita pecorum manere per dies septem apud matrẽ, & in die octauo poterat portari sacrificandum ad dominum: sed nõ erat necesse, q̃ die octauo portaretur. Rabbi Salomon aliter intelligit istam literam cum dicitur. *De bobus quoque, & ouibus similiter facies*. Idest sicut primogenitum hominis post mensem, & amplius redimendum erat: ita primogenita animalium post mensem erant offerenda: nam primogenitum bouis post mensem dicit debere immolari, primogenitum verò ouis post quinquaginta dies. Cùm autem dicitur, quòd. *Septem diebus sit cum matre*. Refert ipse ad sacerdotes: nam sacerdotes offerebant alia sacrificia multa præter primogenitum animalium, &

Ista lex nõ fuit de redemptiõe primogenitorũ, vt qdã existimarunt.

Animalia immolatitia, bos, ouis, & capra.

Opinio Rabbi Salomõ reijcitur.

de illis mandabatur, quòd nullum animal ante diem octauam immolaretur, sed posset immolari in octaua. Sed ista expositio non conuenit, quia hic oportet assignare vnitatem sententiæ, cùm non varietur locutio, nec persona, ad quam dirigitur. Item, quòd quando hic dicitur, *De bobus autem, & ouibus similiter facies*, necesse est referri ad immediatè dictum, vt supra dicebatur, *Primogenitum tuum dabis mihi*. Ergo oportet sic intelligi, scilicet quòd sicut primogenitum tuum debes mihi dare, similiter facies de bobus, & ouibus, idest etiam dabis mihi primogenitum ouis, & bouis. Si autem poneretur hic aliquod tempus, in quo dari deberet primogenitum hominis, & subiungeretur de bobus quoque & ouibus similiter facies, poterat aliquo modo intelligi, quòd in tali tempore, vel æquali darentur primogenita pecorum, & primogenita hominum. Sed hic solùm ponitur, quòd deberent dari primogenita hominum Deo: ergo necesse erit id quod subiungitur ad id solùm referri, scilicet, de bobus quoque & ouibus similiter facies, idest sicut dedisti primogenita hominum, ita dabis primogenita pecorum: quod autem sequitur. *Septem diebus erit cum matre sua*. Refertur ad tempus obligationis horum, scilicet quòd ante illud tempus non possint offerri, nec immolari, & postea sic. Quare autem ante octauum diem non poterat, vel non debebat primogenitum pecorum offerri Deo, ratio est ipsa teneritudo carnis: nam Dei perfecta sunt opera, vt patet Deuteronomij trigesimosecundo capitulo; ideo vult sibi perfecta offerri, & ob hoc vetuit offerri fœminina, nisi in certis casibus, & peccato: ea autem, quæ ei immolabantur, voluit esse masculina: sic ergo cùm ante octauum diem natiuitatis pecora sint imperfecta propter magnam teneritudinem, ita quòd magis sunt lac, quàm caro, & est substantia multum limosa, in die autem octauo consolidatur caro, & tunc animal perfectum dicitur, & licet illud immolare. Et hæc eadem causa literalis erat, quare infans ante octauum diem non circuncidebatur, quia ita erat tener, quòd periculum mortis magnum erat: cùm autem esset octo dierum, solidabatur caro, & non erat periculum in circuncidendo. *Viri sancti eritis mihi*. Hic hortatur Deus omnes Hebræos ad munditiam, & hoc tam secundum corpus, quàm secundum animam. *Viri sancti eritis mihi*. Idest facite, vt sitis viri mundi, atque immaculati coram me: sanctus namque multa signata habet: quorum vnum est signare munditiam, & huic consonat nomen sanctitatis in Græco: nam Græce agios sanctus dicitur, agios autem deriuatur ab, à, quod est sine, & ge, quod est terra, quia sine terra nullas fœces habens terrenæ sordidudinis: & sic volebat Deus esse istos Hebræos ab omni pollutione se motos tam in anima, quàm corpore: decebat enim hoc valde, vt ille populus, de quo Christus descensurus erat, magna puritate polleret, nè immunditijs animæ & carnis se commacularet, vt faciebat stulta Gentilitas. *Carnem quæ à bestijs prægustata fuerit non comedetis*. Posuerat generaliter sectandam esse omnem munditiam, hic determinat particulariter solùm ponens vnam, sed multæ aliæ ponuntur Leuit. 11. & 14. & 15. & Num. 19. capit. & ista munditia est, quòd non comedant carnem captam à bestia, quàm bestia comedere inceperit. Videtur namque esse aliquid declinans aliquo modo à munditia, quòd homines comedant id, quod canes, vel alia animalia comedere inceperunt; ideo non licèt Iudæis comedere carnes in venatione canum acceptas, vel in venatione auiũ, vt asturconum, aut accipitrum, quia omnia ista animalia prægustant aliquid eius animalis, quod occidunt. De venatione, aũt vel aucupio nihil comedere licebit eis, nisi quod ipsi per se cœperint percutiendo sagitta, aut telo, vel aliàs, aut capiendo in decipulis. Et non solùm non comedunt carnem prægustatam à bestia, idest cuius partem aliqua bestia prægustauerit, sed etiam illud animal, quod ab alio occisum sit, etiam si non prægustatum sit, non comedent, vt si bos cornupeta occiderit bouem, vel occiderit ouẽ, nihil comeditur de illo: bos tamen non prægustat carnem alterius bouis, sed solo cornu transfodit; ideo in Hebræo dicitur carnem, quæ à bestia fuerit dissipata. Dissipatum dicitur occisum, aut laniatum, vel defloratum. Cùm autem vnum animal occidit aliud, etiam si non prægustet dissipat illud, idest aliquo modo laniat, atque deturpat. *Sed proijcietis canibus*. Poterant tamen accipere pellem ad vsus suos, & aruinã, quæ operit vitalia ad faciendum lucernam, vel liniendum quidpiam, comedere autem qualitercunque nihil de illo poterant. Quia autem possent aliquam vtilitatem de talibus animalibus occisis à bestijs, & prægustatis, vel non prægustatis habere, patet in capitulo præcedenti, vbi si bos cornupeta inscio domino, quòd bos cornupeta esset, occideret bouem alterius, bouem viuum cornupetentem vendebant, & diuidebant inter se precium, bouem autem mortuũ inter se dispartiebant. Si tamen nullam vtilitatem de ipso habituri erant, non oporteret eum dispartiri inter se. Cùm autem carnes taliter à bestia captę essent, atque prægustatæ, dato quòd non occideretur à bestia, non poterant comedi: verbi gratia. Si canes ceruum, aut bouem vulnerauissent, vel lupi, vt assolet, quòd viuentium animalium partes rapiant, & postea illa animalia ab hominibus occidantur: adhuc non licebat illas carnes comedere, quia à bestia prægustatæ essent: nisi fortè animal cuius partem carnium comedissent canes, aut lupi, & postea sanaretur, alięque carnes in præcedentium loco succederent, comedi poterat, quia iam nihil manebat ibi à bestijs dissipatum, deturpatum, aut prægustatum. Cùm autem dicitur hic, quòd debebat dari canibus, intelligunt Iudæi, quòd vendere poterant Gentilibus, qui vocantur canes, sic enim nominauit eos Christus Matthæi decimoquinto capitulo. Non licet sumere panem filiorum, & dare canibus. & loquebatur ibi de muliere Chananæa. Sed hæc sub metaphora dicuntur: scriptura autem in condendo leges, non vtitur metaphoris, vt præcedenti capitulo diximus, & in isto. Ideo nullo modo dicendum est, quòd Deus dans legem istam, intelligeret, quòd per canes intelligerentur Gentiles, sed ipsa animalia, quæ, ita vocantur. Quia autem possent vendere istas carnes Gentilibus satis notum est, quia Gentiles non faciebant differentiam inter carnes occisas à bestijs, vel à nobis: ideo comederent eas, sicut & nos, qui comedimus carnes in venatione assumptas à canibus, vel ab auibus venatricibus: sed non ideo poterant istas carnes vendere Gentilibus, quia dicitur hic, sed proijcietis canibus, quia dato, quòd solùm diceretur, carnem, quæ prægustata fuerit à bestia, non comedetis, poterant eas vendere Gentilibus: si tamen aliquis bos cornupeta esset, qui occidisset aliquem hominem, non poterat vendi Gentilibus, sed lapidibus opprimebatur, & permittebatur, quòd canes illum comederent, aut bestiæ agri, aut putredine contabesceret.

Quare ante octauũ diem non poterat aliquod pecõ immolari.

Quid sanctũ sonet.

Litera Hebræa.

Expositio Hebręorũ

Iudæi carnes à bestijs prægustatas poterãt Gẽtilib⁹ vẽdere.

CAPI-

CAPITVLVM XXIII.

NON suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimoniũ. Nõ sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoque non misereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo: Non declinabis in iudicium pauperis. Mendacium fugies. Insontem, & iustum non occides, quia auersor impium. Nec accipies munera, quæ etiam excęcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis ĩ terra Aegypti.

2.q.7.cap. accusatio. Deut.22.

23.q.4.cap. nè amisso.5.q.4.c. à diuinis.

Da. 13. Deut. 16.

Ecclesiastic. 20. 11. quæst.3.c. pauper.

Non suscipies. In superiori parte ponebantur precepta iudicialia atque cœremonialia directiua rationis nostræ tam in Deum, quàm in homines: hic subiunguntur alia eiusdem conditionis, & diuiditur in duas partes. Primò ponuntur præcepta dirigentia rationẽ, secundò admonet Deus ad legis obseruationem ibid. *Ecce ego mittam*. Prima in duas, quia primò ponuntur præcepta directiua in actibus iudicialibus: secundò præcepta directiua in cœremonijs legalibus: secunda ibid. *Sex annis*. Circa primum ponitur ordinatio iudicum, & ordinantur quantum ad multa: primò quantum ad modum audiendi, secundò circa modum testes recipiendi, tertiò circa formam sententiandi: secunda ibi. *Nè iungas manum*. Tertia. *Non sequeris turbam*.

Diuisio c.

De Officio Iudicis.

QVAESTIO. PRIMA.

CIRCA primum ordinantur iudices in modo audiendi partes, ita vt non audiant vnam sine altera, nec suscipiant testes altera nesciente, nec sententient in causa: nam cùm vna pars sola auditur, multa mendacia contingit dici, & causa valde inutiliter tractatur, & sic dicitur. *Non suscipies vocem mendacij*. Idest non audies vnam partem volentem litigare, alia non præsente, quia illa tunc vocem mendacij habebit, scilicet quòd loquitur mendacia multa. Vel posset referri ad testes falsos, scilicet quòd non suscipias vocem mendacij, idest non suscipias vocem testium, quos scis mentiri, sed fac, vt repellantur à testificando fortè partem secretè instruendo, vt talem, vel talem ponat exceptionem, vt sic à testificando repellantur. Vel si potest ipse diligentius inuestigare, vt accipiat eos in aliqua contradictione aut varietate, propter quam testimonia nihil valeant, & sic liberetur innocens. Si autem ista falsitas testimonij sit in causa pecuniaria, non tantum curandum est, nec debet facere iudex instruẽdo partem, vt aliquid contra testes obijciatur propter quòd infamẽtur, quia melius est vnius pecunias perdi, quàm famam multorum: imò melius est multorum pecunias perdi, quàm famam vnius. Si autem sit causa criminalis, in qua debeat capitalis ferri sententia, falso testimonio recepto poterit alia facere iudex, de quibus infra dicetur. Posset autem adhuc ista litera melius conuenientius reduci ad modum audiendi iudicis, vt non audiat vnam partem sine altera secundum aliam literam, quæ habet. *Non suscipies vocem vanitatis*. Vanum sicut magis declarauimus supra vigesimo capitulo, dicitur id, quod non habet finem, idest quod non ad aliquem finem, vel id quod sit ad aliquem finem, & tñ non consequitur eum. De primo, vt si quis non attendens moueat manum, aut pedem, aut scribat in terra, vel faciat aliquid alterum, est vanum, quia agens non intendit idem habere aliquem finem. Secundò modo vocatur aliquid vanum, vt si aliquis ambulat solùm vt sanetur, & non sanatur, ambulatio vana est. Sic enim in prẽsenti auditio vnius partis sine altera vana est: nam audire partes est ad dirimendum litigia per sententiam diffinitiuam, sed audiendo vnam partem nunquàm poterunt dirimi litigia, quia ex illo auditu non potest ferri sententia diffinitiua, nec aliqua alia, cùm nondum sit iudicium inchoatum; ideo cùm venerit alia pars, oportet incipere iudicium. Vanum ergo fuit audire vnam partem solam. Non ergo debet suscipi vox vanitatis, idest non debet suscipi, vel audiri vna pars volens absente alia proponere actionem suam, quia talis vox vana, & inutilis est, cùm non consequatur finem intentum in iudicio. *Nec iungas manum*. Hic secundò ordinatur iudex in modo recipiendi testes, & datur regula quales debeant esse testes, scilicet quòd nullus testis debeat promittere alicui habenti causam malam iurare falsum pro eo, vt recipiat pecuniam, vel propter aliquem alium fauorem. *Nec iungas manum tuam*. Idest non iures, vel promittas. Iste modus transumptus est à modo, qui habetur in pactis humanis, quia quando vnus se confœderat alteri, vel faciendo iuramentum, vel non faciendo, iungit cum eo manum, idest dat ei manum promittendo, quòd firmiter tenebitur pactum illud. In Hebræo dr. *Non leuabis manum*. Et est sensus, idest non iurabis: nam modus loquendi linguæ Hebraicæ fuit, vt pro iuramento diceret eleuatio manus. Et sic patet de Deo, qui sæpe dicitur in sacra scriptura, quòd iurauerit Abraham, & Isaac, & Iacob semini eorum dare terram fluentem lacte, & melle manantem. Et alibi dicitur, quòd leuauit manum suam, vt daret terrã illam ipsis. Sic patet supra 6. cap. nam dicitur: Pepigique cum eis fędus, vt darem illis terram Chanaan terram peregrinationis suæ, in qua fuerunt aduenæ, & postea cùm repetatur idem in eodem capitulo dicitur: Et scietis, quòd ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de Ergastulo Aegyptiorum, & induxerim in terram super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: daboque illam vobis possidendam. Ecce qualiter accipitur pro eodem leuare manum, & iurare, ga in eodem capitulo dicitur, quòd Deus iurauerit dare illis terram illam, & quòd leuauerit manum suam, vt daret eis terram illam. *Vt pro impio dicas falsum testimonium*. Idest non promittas impio, q̃ pro eo eris falsus testis. In Hebręo dr. *Ad essendum falsus testis*. Et tunc potest esse ista litera Amphybologiã patiens propter illud gerundium essendũ, cui potest dari duplex suppositũ. Vno mõ, q̃ actus huius pnominis, tu, ibi intellectus, sit suppositum gerũdij. Alio modo, q̃ actus pronominis, ipse, ipsa, ipsum, sit suppositum.

Vanum quid sit.

Litera Hebræa.

1. Expositio.

Si accipiatur primo modo, debet sic intelligi, non ponES manum cum impio ad essendum testem, idest q̃ tu non promittes impio, quòd cris falsus testis pro eo, Si autem ponitur alio modo suppositum, debet sic exprimi: Non iunges manum cum impio ad essendum ipsum falsum testem, & tunc est sensus, non iurabis, vel non promittes aliquid impio, vt ipse sit pro te falsus testis: & hoc dicitur de impio, quia si fortè aliquis vellet habere testes, qui pro fauore eius falsè testificarentur, non poterat habere de bonis; nam licèt iret ad bonos, & promitteret dona, vel actualiter tribueret, ipsi talia negligerent, & detestarentur. Si tamen malis talia daret, aut promitteret impijs, ipsi faciliter iurarent; ideo vetatur ne ad impios eatur promittendo eis munera, vt falsò iurent. Et similes Amphybologiæ fiunt in infinitiuis, vt si dicatur, aio te Pyrrhum Romanos vincere posse. Nam vbique est idem principium ad causandum Amphybologiam, scilicet varietas suppositi infiniti, vel gerundij, & in quocunque sensu istorum vetitum est; nam siue nos iungamus manum cum impijs ad testificandum pro eis impiè, siue demus impijs pecunias, aut promittamus, vt in causa nostra falsi testes sint, malum est, & Deo detestabile. Et hoc maximè est prohibitum iudicibus, nè dent, aut promittant pecunias falsis testibus, vel non inducant eos ad falsè testificandũ, sicut fecerunt iudices Samarię, q̃ ad mandatum Iezabel reginæ posuerunt falsos testes, vt starent cõtra Naboth testificantes eum reum mortis, vt sic regina haberet vineam eius, & sic factum est: mortuusque est Naboth per iniquos testes, vt patet 3. Reg. cap. 21. *Non sequeris turbam.* Hic ponitur tertium, in quo informatur iudex, vt in sententiando, qui est vltimus actus iudicialis, bene se habeat, & ponuntur plura documenta. Primum est contra id, quod est maximè perturbatiuum recti iudicij: solent namque aliqui propter fauores sententiã à rectitudine iustitiæ distorquere; & in hoc nihil est, quod magis turbet, quàm quando multi sunt ad vnam partem, & vnus solus in oppositum: quantomagis si totus populus est in oppositum? Ponitur ergo non esse deuiandum à veritate iudicij, quando totus populus est contrarius. Secundò ponitur non esse recedendum à veritate, quando multi sunt contrarij. Primò dicit hic, *Non sequeris turbam.* Idest totum populum, aut communitatem, vel societatem, vel maiorem partem horum. *Ad faciendum malum.* Idest si malum esse faciendum iudicat. Si enim omnes iudicent aliquem, qui nõ est reus mortis, occidi, vel quia fortè nesciunt legem, aut veritatem causæ, vel si ista sciunt, quia desiderant illum occidi, iudicant esse occidendum, cùm vulgus faciliter moueatur, & sit valde instabilis. Sed argues, quia ait Cato.

Documenta iudicũ.

Iudicium populi nunquam contempseris vnus.

Idest si vnus homo est, nunquam debet spernere omnium sententiam concordantem. Et fundamentum huius est, quia intellectus noster fertur in verum, vt est speculatiuus, & fertur in bonum inquantum est practicus, non quidem quòd deferatur aliquo modo in bonum, sed quòd consiliarius voluntatis est inquantum est practicus ipsius voluntatis, quæ tendit in bonũ tanquam obiectum suum, ideo intellectus naturaliter fertur in speculabilibus in verum, & vbi verum cognouerit manifestè, non curat de alicuius opinione, aut fauore: quia tamen aliquando de veritate dubium est, & ex defectu intellectus nostri arbitramur illud verum esse, quod falsum: credendum est, quòd citius possit vnus intellectus errare, quàm multi, & tunc assentiendum est pluribus circa eandem opinionem speculatiuam. Sicut autem est in speculatiuis, ita est in practicis: nam si intellectus noster clarè aliquid bonum esse videat, ita quòd nullum dubium intercidat, propter nullius opinionem mouebitur, quia illud est suum bonum: quia tamen maximè circa agibilia sunt multæ dubietates, in his facilius contingit vnum intellectum errare, quàm multos; ideo multis assentiendum est.

Quomodo intellectus voluntatis consiliarius est.

Quando aliquis debet toti populo consentire, vel eidem repugnare.

QVAESTIO. II.

ET sic circa hoc distinguendum est ad videndum quando populo assentire debemus, aut quando non, quia si id quod populus sententiat, est manifestè verum, de quo nullus dubitat, siue in speculatiuis, siue in practicis, & maximè circa practica, & tunc assentiendum est non solùm, quia communitas dicit, sed etiam si nullus diceret: nam verum est connatum intellectui, ideo vbicunque inueniat illud, & cognoscat esse verum, feretur in illud. Si autem id, quod populus sententiat, est manifestè iniquum, aut falsum, non est standum populo, si nobis cognitum sit clarè, quòd totus populus errat, & in isto casu intelligitur ista lex, scilicet. Non sequeris turbam ad faciendum malum, idest si clare sit malum aliquid, nõ sequeris illud etiam si tota turba sententiet. Si autem id, quod populus sententiat est dubium, ita quòd non magis videtur de bono, quàm de malo, discendendum nõ est à iudicio totius populi. Et licèt aliquis habet opinionem contrariam, quæ sibi magis videtur, non tamen ei clare patet, quid sit bonum, aut malum: debet sequi populi sententiam, & in hoc fauetur populo magis quam vni singulari personæ. Nam si esset vna singularis persona, non esset necesse saltem ad honestatem fauere ei, & ideo est, quia maioris auctoritatis est totus populus simul, quàm aliqua persona de populo, & in hoc casu intelligitur dictum Catonis.

Iudicium populi nunquam contempseris vnus.

Magna namque præsumptio est, quòd in rebus dubijs magis aliquis suo sensui confidat, quàm totius populi sententię; ideo quòd circa res dubias aliquis vnus totius populi contemnat sententiam malum est, secus autem in casibus supra positis. *Nec in iudicio plurimorum.* Hic ponitur secundum, scilicet quòd non debeat aliquis deuiare propter multos; nam sicut opinio totius populi fortis est, ita opinio plurium contra vnum: tamen si multi falsum, & iniquum dicant, opinioni eorum non est standum. Nam si toti populo aliquid quod constat esse falsum, vel iniquum dicenti, non debet iudex consentire: ita & à fortiori non debet cõsentire, qui iudex est, & quilibet alius quando multi malum asserunt faciendum. In Hebręo habetur istud quasi sub vna sententia, scilicet non declinabis post multos ad malum, nec respondebis post rabbi, idest magistros ad peccandum, vel ad obliquandum. Prima est quantum ad populares, scilicet quòd si aliquis sit iudex, non debet male iudicare, etiam si tota multitudo male iudicari velit. Secunda est ad iudices, quando vnus eorum verum scit, & bonum, & vt complaceat sententiæ aliorum subticet illud, & distorquet à verò, sicut accidit in iudicibus, qui multi sunt, & omnes concordant in vnam sententiam, & sunt viri magnæ auctoritatis; si sit aliquis, qui non sit tantæ auctoritatis, & cognoscat veritatem inter eos, non debet consentire falsitati, vel malo, quod alij facere volunt, licèt sit magnæ auctoritatis, sed potius dissentire, & in hoc magna virtus constantiæ est, cùm quis boni non destruendi zelo multis repugnat.

Sunt

Magnæ cõstantię est repugnare multis hominib' magnę auctoritatis malo consentientibus.

Sunt autem aliqui iactantes, & glorię cupidi, qui vt sapientes ab omnibus videantur ab omnibus discordare laborant, vt soli ipsi verum dicere videantur. Et hæc nequam cogitatio atque pertinacia est. Repugnare tñ omnibus, & magnis viris non desiderio discordandi ab eis, sed defendendi veritatem laudabile est. Et propter hoc in politijs bene ordinatis, aut in vniuersitatibus, quando debent videri aliqua facta pertinentia ad genus deliberatiuum, vel iudiciale, & sunt multi, quorum consilio, & sententia res fieri debet, incipiunt primò illi, qui minoris auctoritatis sunt, vt si maiores primò dicerent, minores fortè propter eorum auctoritatem ab ipsorum dictis non deuiarent, quod vtiq; multum cõtrarium est veritati inquirendæ, & ordinationi rectę politiæ. Et hoc modo omnium sententia habetur, & non permutatur sententia vnius ex sententia alterius: maiores non permutantur audiendo minores, mutarentur tñ minores à sua intentione audita maiorum sententia. Dato tamen quòd contingat vnum solum iudicem tenere veram sententiam p̃ suam conscięntiam, & videat cœteros multos quidem in malam conformiter cõuenire sententiam, repugnare debet. *Vt à vero deuies.* Quasi dicat, consentire in iudicio. Sentire multorũ iudicium nõ est malum, si solùm hoc fit: sed concordare multis, vt deuietur à vero malũ est, & tenetur hic, vt, cõsecutiue, q̃a nullus deuiat à bono propter deuiare, nec consentit male agentibus ex hac intentione motus, vt male agat: quia malum secundũ se non est intentum, cùm non sit volibile, sed tenetur consecutiuè. Et tunc est sensus, quòd aliquis in iudicio assentit concupiscentiæ, & sententiæ multorum, vt à vero deuiet, idest, & cõsentiendo isti sententiæ deuiat à veritate, & scit se deuiare, & hoc etiam peccatum ẽ. Nam licèt malum secundum se non eligatur, eligitur tamen id, q̃d scitur esse malum, & deuiatio à veritate. *Pauperis quoque non misereberis in negocio.* Hic quarto iudices ordinãtur in actibus iudicialibus circa discretionẽ personarum: nam oportet attendere conditiones personarum, q̃a nõ eodem mõ in omnibus agendum est. Et dicit quòd non est miserendum pauperis in negocio, idest licèt aliquis pauper cùm fuerit in iudicio, nõ est miserendum eius, q̃a pauper, & quòd propter paupertatẽ suam distorqueatur iudex à rectitudine legis, & iustitiæ, vtpotè, siquis pauper debuerit alicui centũ, & conueniatur coram iudice atq; probetur debitum, non debet iudex dicere determinando, quòd nihil soluat, quia pauper: sed condemnabitur ad soluendum, siue pauper, siue diues fuerit. Si autem habeat, vel non habeat ad soluẽdum, in potestate eius, cui aliquid debetur, est remittere debitum, vel nõ remittere. Etiam si aliquis pauper atque miserabilis furaretur, aut fornicaretur, aut quodlibet alterum crimen committeret, propter quod capite plectendus est, non debet ideo iudex eum absoluere à delicto, quia pauper est.

Sẽtire multorũ iudiciũ nõ est malum.

Quare lex ista de non miserendo pauperi in iudicio ponitur.

QVAESTIO. III.

PONITVR autem ista lex, quia fortè aliqui iudices considerantes conditionem miserabilem pauperum eos absoluerẽt in iudicio ab impetitione actorum, vel accusatorũ, maximè circa causas pecuniarias: & hoc quia Deus multum commendauit esse miserendum pauperum, & viduarum, atque pupillorum, vt patet supra, & in multis alijs locis. Considerandum autem quòd iudicia plerunque distorquẽtur propter passiones iudicum, vt quia mouentur ad iram, vel odium, vel amorem, aut inuidiam. Cùm autem ad aliquam istarum iudex commotus fuerit, necesse est male iudicare, quia vt ait Cato.

Impedit ira animum nè possit cernere verum.

Sicut ergo ira tollit rectum iudicium circa practica, ita & quælibet alio passio: nam assimilantur malilicijs: malicia aũt peruertit rectum iudicium, & mentiri facit circa principia practica, vt patet in fi. 6. Ethy. in & medio 7. & sic amor, misericordia, odium, inuidia, & cœteræ passiones tollent generaliter rectum iudicium: sic enim ait Boetius de Consol. lib. 1. metro vlt. quod incipit: Nubibus atris, cùm dicit.

Tu quoque si vis lumine claro
Cernere verum, tramite recto,
Carpere callem gaudia pelle,
Pelle timorem, spemque fugato.
Nec dolor adsit: nubila mens est.
Vinctaque frenis, hæc vbi regnant.

Tullius autem in primo Rhetoricæ nouę, & cœteri Rhetorici, quorum intentio & finis est suadere volentes in iudicialibus causis obtinere, dixerunt mentes iudicum esse mouendas ad amorem, vel odium, & misericordiam, vel iram, cœteraſquæ passiones, & hoc per quatuor modos, scilicet à persona iudicum, à persona aduersariorum, à persona ipsius, qui loquitur, & à meritis ipsius rei, super qua coram iudice agitur: q̃a tamen iste modus, licet vtilis esset ipsis, qui eo vtebantur, destruebat tamen iustitiam publicam, & statum legum, Aristoteles, qui magis intendebat veritatem, quàm iniquam affectionem, volẽs rectas esse politias, dixit in primo Rheto. cap. 1. in iudicijs non esse vtendum sermonibus passionalibus, scilicet prouocãtibus ad amorem, vel iram, vel cœteras passiones: quia hoc erat ligare animos iudicum, nè rectè iudicare possent: quod repugnat toti intentioni politicæ, cùm in ciuitate magis sit necessarium distributiuum iustitiæ, idest iudex, quàm panis, vt patet per Aristot. in 3. Polit. Ideo dixit in libro primo Rhetoricorum, quòd in iudicijs causa ipsa simplicibus sermonibus proponenda erat, nec aliqua persuasio faciẽda erat, nisi ex meritis ipsius causæ, scilicet ostendendo se iustè petere, vel iustè defendere, & sic persuaderetur iudex ad ferendum sententiam pro parte eius, qui melius intentionem suam fundasset, ista autem recta persuasio est, quam nunc solam iura volunt. Sicut autem passiones in iudicibus causantur per sermones ipsos, qui vocantur passionales: ita causantur ex rebus, & adhuc fortius. Nam si iudex in occulto munera recipiat, fortius suadebitur ad iudicãdum pro parte illa, quàm si illa vteretur sermonibus passionalibus; ideo istud genus suasionis tanquã potentissimum, omniaq; conturbans, (quia pecuniæ omnia obediunt, vt patet Eccle. 10. cap.) à lege maximè vetatur, vt patet infra in litera, & Deuter. 17. capit. scilicet: Nè accipias munera, quę excęcant prudentes, & mutant verba iustorum. Aliquando autem ipsa persona ex cõditione sua, & habitudine corporis, vtpotè, quia scitur eẽ pauper, & videtur plorans atque miser, commouet iudices ad passiones, sine vsu sermonum passionalium. Maximè si iudex sit tener animo, vt quidam sunt multum inclinati ad compassionem. Cùm autem taliter fuerit iudex affectus ad aliquam personam propter miseriam, vel paupertatem, laborabit vertere causam ad vtilitatem illius, & non poterit rectè iudicare, & aliquando mandabit contra legem, vt misereatur pauperi: hanc ergo persuasionem, quæ videtur Rhetorica, & est sine verbis, tollit hic scriptura, nè contingat deuiare à rectitudine legis: ideo dicit.

Sicut passiones i iudicib' causant p̃ sermones, ita etiã ex reb' ipsis.

Pauperis non miserearis. Non solùm debet hoc intelligi de paupere: sed etiam de vidua, & de pupillo, & aduenis atque peregrinis. Nam omnes hę sunt miserabiles personæ, & eadem ratio subsistit in vtrisque: nam sicut pauperis miseremur, quia miser est, cùm misericordia sit cordis compassio de misero habita: ita & miserebimur viduæ propter miseriam, & pupillo, & aduenæ: vtrique enim sunt miseri, licèt non eodem genere miseriæ: nam pauper est miser, quia necessarijs ad vitam indiget: vidua est misera, quia viri solatio est destituta: pupillus est miser, quia nullum habet auxiliatorem: aduena est miser, quia à natali patria elongatus inter gentes incognitas nullo consanguinitatis, aut alterius vinculo fœderis sibi vnitas sine adiutorio, & solatio cõuersatur. Sicut ergo vnius iudex miseretur, ita & alterius misereri potest, nam omnium causa par est. Intelligit ergo scriptura per pauperes omnes istos, quia in miseria communicant cum habẽtibus paupertatem.

Non miserearis in negocio. Bene coniunxit: non enim tulit misericordiam à pauperibus, ad quam naturalis inclinatio ipsaque ratio nuda, & iura tam diuina, quàm humana frequentissimè cohortantur: nam & supra dixerat aduenas non esse affligendos, nec contristandos, sed potius miserendum eorum: & Deuter. 10. cap. dicitur: Et vos ergo amate peregrinos, quia aduenæ fuistis in terra Aegypti. De viduis quoq; miserendum esse dixit, & nullo modo nocendum eis, nec pupillis: sed dicit, quòd ista misericordia non est habenda in iudicio. Vocat autem negocium hic litigium, siue ipsam causam foralem, quæ pluribus nominibus nominatur, vt ait Isido. Etymo. 18. cap. 15. & lib. 5. Vocatur primò causa à casu pro quo venit, est enim materia, & origo quæstionis nondum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium est, dum finitur iustitia est. Negocium etiã vocatur, sed negocium multa signat: nam modo negocium actum rei alicuius significat, cui contrarium est ocium: modo actionem causæ, quod est iurgium litis, & dictum est negocium quasi negãs ocium, idest sine ocio: nam qui iudicio contendunt ociosi non sunt. Dicitur autem negocium in causis, negociatio autem in commercijs, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. De hoc extra de verborum significationibus in capitulo, forus. Quare autem in negocio, idest in tractatione causarum iudicialium, non sit miserendum pauperis, nec pupilli, nec viduæ, ratio est, quia in iudicando non debet esse acceptio personarum aliqua, vt patet supra 18. & Deuter. 1. cap. Nec accipiatis cuiusquam personam, quia iudicium Dei est. Si autem aliquis miseretur pauperis, quia pauper est, aliquid ageret pro illo, quia pauper est, præter merita causæ suæ, & sic iniustitia foret: nam acciperetur persona: sicut enim agere aliquid propter diuitem, quia solùm dives est, vel agere propter consanguineum, quia consanguineus est, in iudicando est accipere personas, ita agere aliquid propter pauperem, quia pauper est, acceptio personarum est, quæ semper est peccatum, cũ sit contra iustitiam distributiuam. Valet consequentia: nam si nihil agimus propter pauperem in iudicio, quàm si esset dives, sicut non miseremur diuiti, ita nec miseremur pauperi in iudicio. Si autem agamus aliquid propter pauperem, quia pauper est, illud præter merita causæ fit: quidquid autem in iudicio præter causarum merita fit, personarum acceptio est. Et patet, quia hic fit iniuria communitati, & fit iniuria personę priuatæ. Nam secundum quòd posuimus latius supra 18. cap. duæ sunt regulæ, secundum quas est acceptio personarum: prima est cùm operans, siue distribuens habet potentiam alligatam per aliquam legem determinantem ad sic, vel sic debere distribuere: nam tunc si aliter distribuat, quàm ipsa lex mandat, est acceptio personarum: & sic sunt omnes iudices, qui nõ debent iudicare secundum voluntatem suam, sed secundum leges politiæ audiendo, & sequendo allegata & probata. Si ergo iudex solùm iudicet per allegata & probata secundum leges inter diuitem & pauperẽ, non miseretur magis diuitis, quàm pauperis: si autem misereatur magis pauperis, necesse est, vt aliquid ei det de iure, quod ei non pertinet, eo quòd videt eum pauperem, & tunc aget cõtra legem determinantem certum modum distributionis iustitiæ, idest certum modum sententiandi, scilicet per allegata, & probata: necesse est ergo agere contra istam primam regulam eũ, qui in negocio pauperis miseretur. Et ex hoc sequitur Deum non esse acceptorem personarum ab æterno aliquos ad vitam æternam ordinando, & alios non ordinando; quia Deus nõ cogitur aliqua lege ad certum modum eligendi aliquos ad se; ideo quandocunque elegetis, bene elegit, sicut nos in dando eleemosinam multis pauperibus eodem modo indigentibus, non coarctamur aliqua regula determinante ad dandum magis huic pauperi, quàm illi; ideo cuicunque dederimus rectè agimus. Secunda regula, quæ est ad acceptionem personarum, scilicet q̃ siquis in distribuẽdo magis, aut minus vnum de lucro, aut honore, vel pœna siue damno grauat, quàm alium, quòd iniusta diuisio est, & acceptio personarum: sic aũt est in iudicio. Nã causa est inter duos, si ergo iudex det cuilibet id, quod suum est, rectè distribuit, & nullum grauat, nec est acceptor personarum: si autem det vni de lucro magis, quàm mereatur sua causa, grauat alterum, quia quantum vni tribuit tantum alteri subtrahit: verbi gratia, contendunt duo, & vnus petit ab altero centum, & secundum veritatem solùm debentur octoginta, & hęc sola probant debita fore, & iudex fauens vni parti condemnet alteram in nonaginta, acceptor personarũ est, quia præter merita vtriusque causæ agit. Nam actori distribuit plusquam ei debebatur: nam secundum veritatem octoginta debentur, & probantur, & ipse condemnat reum ad persoluenda nonaginta, & venit hic regula, quia hic vni distribuit magis, quàm debet superogando decem, & quantum isti plus tribuit tantum alteri subtrahit, quia de substãtia alterius solùm erant octoginta secundum veritatem adimenda, & adimuntur nonaginta, ergo grauat in decem. Sic etiam erit in paupere, & diuite contendentibus: si enim iudex det aliquid de lucro, vel honore pauperi, vel diminuat de pœna, aut damno supra merita causæ pauperis, quia solùm est pauper: necesse est, vt tantum de meritis causæ diuitis tollat, & sic grauat eum: ergo est iniusta distributio, & acceptio personarum in talibus. Cõcluditur ergo lex ista, scilicet pauperis non misereberis in negocio, idest non miserearis pauperis in iudicio tractando negocium suum: ita quòd propter paupertatem eius agas aliquid contra legem, quia iniusta distributio est, & acceptio personarum.

Nõ est miserendum pauperibꝰ & alijs personis miserabilibus in iudicio.

Duæ sunt regulæ, quibus acceptio personarum cognoscitur.

Nõ ẽ acceptor personarũ Deꝰ, q̃uis quosdam eligat ad vitam æternã, & alios non.

Arguitur quòd pauperis sit miserendum in iudicio.

QVAESTIO. IIII.

SED arguetur, quòd in iudicio sit respiciendum ad pauperem: nam de paupere, & vidua, & aduena atq; pupillo idem iudicium est, quia omnes sunt personæ miserabiles, vt supra declaratum est. Sed ad viduam, & pupillum est respiciendum in iudicio, vt patet Eccle. 4. cùm dicitur: In iudicando esto pupillis, vt pater, & orphano, & viduæ, vt vir: sed pater pupillorũ afficiebatur ad eos qñ erant patres, & maritus ad eam, quæ

quæ nunc est vidua, ita quòd miserabantur eis: & dabant magis quàm quibuslibet alteris: ergo iudex debet misereri, ita quòd afficiatur ad illos, ergo idẽ erit de paupere, & aduena: quod est contra literam. Respondetur, quòd iudex non debet misereri in iudicio pauperis, nec viduæ, aut pupilli, vel aduenæ, vt patet in litera, & declaratum est, sed dico quòd misereri est duplex. Vnum misereri est, quòd aliquis misero faciat bonum quod non habet. Aliud misereri est defendere miserum, nè quis tollat ei bonum, quod habet. Exemplum vtriusque satis patet. Primum autem misereri non competit iudici in iudicando, secundum autem sic. Quia primũ misereri, vt est dare misero quod non habet, non potest facere iudex pauperi in iudicio sine acceptione personarum. Patet: nam cùm pauper & diues ad iudicium veniunt, vterque habet aliquid, scilicet ius ad id, quod petit, vel defendit, & hoc siue habeat illud ius secundum rem, siue secundum vocẽ, scilicet quia contendit se ius habere: nam nullus ad iudicium venit, qui se non contendat habere petendo, vel defendendo: si ergo iudex vellet alicui dare magis de iure, quàm habet, tolleret alteri tãtundem de iure, quod habet, & sic grauaret eum: & isto modo non poterit dare alicui iudex in iudicio, quin faciat acceptionem personarum: ideo isto modo pauperi miserendũ non est, scilicet dando ei quod non habet in causa sua ex meritis causæ. Secundum misereri erat defendere miserum, nè quis tollat ei bonum, quod non habet, scilicet defendendo à volentibus opprimere, & p̃dari, & isto modo iudex bene potest misereri pauperis in iudicio, quia vt cõmuniter illi, qui diuites sunt terrent pauperes, & faciunt ne ius suum proponere audeant, & sic causæ pauperum manent sine congrua iudicatione, & iniustum eis fit. In hoc autem debet iudex misereri pauperis, viduę, pupilli, & aduenę suscipiendo eos in suo patrocinio, ne quis eis noceat, & sine vllo timore audeant proponere causas suas. Et hoc Dominus commendabat Deute. primo capi. dicens: Ita magnum audietis, vt paruum, nec cuiusquam accipietis personam: quia iudicium Dei est. Et isto modo misereri non est acceptio personarum: quia iudex agit qd̃ dẽt de iure: imò contrariũ agendo est acceptor personarum, quia non dat locum pauperibus, vt proponant suas actiones, sicut diuitibus: cùm nõ defendant eos a diuitibus opprimentibus eos. Et de isto secundo misereri intelligitur dictum Ecclesiastici allegatum: de primo misereri intelligitur dictũ huius literæ, scilicet. Pauperis non misereberis. Potest autem iudex misereri istorum prędictorum alio modo, qui pertinet ad istum secundum modum, scilicet quia iudices, vt communiter nolunt audire causas pauperum, & istarum miserabilium personarum: quia nihil lucrantur in eis, quemadmodum in causis diuitum: sicut dicitur Esa. primo ca. Pupillo non iudicãt, & causa viduę non intrat ad eos. Quòd ergo aliquis iudex velit audire causas istarum miserabilium personarum ex misericordia est, sed istam misericordiam facere debet cum eis, vt dicitur Deut. primo capitu. Ita magnum audietis vt paruum. Vel alio modo iudices, qui sequuntur dona, & amant retributiones, vt patet Isa. primo capi. in causis pauperum malę iudicant, cũ nihil habeant, quod pro munere dare possint, quòd autem iudex velit rectè eorum causas iudicare, misericordia est. Et hanc misericordiam mandat scriptura haberi cum pauperibus, vt patet infra cùm dicitur: Non declinabis in iudicio pauperis, idest nõ tolles ius pauperis ab eo, quia nihil tibi dare potest. Et isto modo illę duæ auctoritates, quę sibi videbantur oppositæ concordantur. Cùm enim dicitur Eccle. cap. 4. In iudicando esto pupillo, vt pater, & viduę, vt vir suus: intelligitur quòd debet eis misereri secundo modo de istis. Nam & istã, & illã misericordiam habet pater, & vir: pater namque filio suo, & vir vxori suæ vtroq; genere misericordię miserentur. Nam sibi bona faciũt quanta possunt, & eos ab omnibus malis defendunt. Cùm autem dicitur, quòd iudex debet esse in iudicando tanquam pater pupillis, & tanquam vir viduę, non intelligitur hoc eis aliquid tribuendo, sed defendendo ab infestatoribus, & oppressoribus: sicut vir vxorem defendebat, & pater filium. Cùm autem dicitur hic. Pauperis non miserearis in negocio: intelligitur quantum ad primum modum, scilicet q̃ nõ misereatur eis attribuendo aliquid de iure, quia pauperes sunt: quia non licet, vt declaratum est. Vel potest dici, q̃ hic est error propter fallaciam æquiuocationis: nam ista dictio, in, causat hic tertium modum fallaciæ æquiuocationis propter diuersam habitudinem. Nam cũ dicimus, non misereberis in negocio, idest in iudicio, scilicet dum est in iudicio, est vnus sensus, scilicet q̃ nulla misericordia habenda est de ipso paupere, dum est in iudicio siue bonum, siue malum patiatur. Et iste sensus falsus est: nam si iudex videat coram se opprimi pauperem, ita quòd non potest ius suum proponere opprimente diuite, & comminãte, misereri debet tuendo eum, & faciendo quòd posset secure proponere ius suum, & tractare causam suam recipiẽdo in sua defensione, & si non recipiat, peccat iudex: quia hoc agere tenetur. Alio modo potest esse intellectus huius literę, quòd particula, in, non dicat locum, vel tempus sed circunstantiam actus, scilicet pauperis nõ misereberis in iudicio siue negocio, idest non misereberis dando ei aliquid de ipso quod iudicas: vel iudicando pro eo, quia pauper est: & tunc est verum, & iste est intentus literę. Nam quantum ad hoc, quod est iudicare pro eo, vel contra eum, quia pauper est, nulla misericordia habenda est. & sic patet sensus literę per distinctionem secundum æquiuocationem propter diuersam habitudinem importatam per illam dictionem, in. *Si occurreris.* Hic facit legislator quandam interpositionem de misericordia habenda, & fit quædam interruptio: nam post hoc immediate debuisset sequi illa regula. *Non declinabis in iudicio pauperis.* Quia loquuntur de eadem materia: nam sicut in ista dicitur quòd non est miserendum pauperi, iniustè iudicando pro eo sine meritis causę, quia pauper est solum, ita non est declinandum a iure eius reddendo sibi, quia pauper est nihil dare potens: primum importatur per istam legem nunc declaratam: secũdum importatur per illam. *Non declinabis in iudicio pauperis.* Non debuisset ergo fieri aliqua interruptio. Fuerunt tamen duæ regulæ interpositę de misericordia habenda ad inimicum, & fuit hoc valde rationale: nam cùm hic dictum esset, quòd de paupere misericordia nulla habenda esset, de quo tamen naturaliter homines miserentur, quanto magis videretur non miserendum fore inimicis? ideo determinat, quòd eis miserendum sit: non obstante, quòd non sit pauperis in iudicio miserendũ. Et ponit duas regulas misericordię ad inimicum extendendę, & prima est. *Si occurreris.* Erant Iudęi crudeles, & non inclinabantur ad aliqua opera pietatis, ideo Deus ponit quid agere debeant ad inimicos in operibus pietatis. Et istud opus pietatis, quod hic mandatur, proficiebat ad duo, scilicet quantum ad animal ipsum quod errabat: & quantum ad dominum animalis. Quantum ad animal quidem, quia si bos aut asinus permitteretur errare, forte deuoraret a bestiis: quod quædã impietas est, domestica animalia sic inutiliter bestiis permittere. Secundò proficiebat domino animalis, quia dominus non perderet. Si autem errare permitteretur, dominus perderet: quoniam vel a bestiis

Misereri duplex est

Quomodo iudex potest pauperis misereri in iudicio.

Respõ. ad dictum Eccle. cap.

Iudices misereri possunt pauperibus in iudicio cũ causas eorum libenter audiũt.

a bestiis caperetur, aut ab aliquo qui non redderet domino suo. Etiam quia istud beneficium erat occasio reducendi eos ad amorem, qui ante se odio habuerant: nam ille qui beneficium recipit ab eo, quem antea vt hostis renebat, non inclinatur amplius ad eum lędendum, & velut hostem impetendum: & ipse seipsum redarguit, quia suam iram in hostem fuisse iniustam dicit. De hoc Prouer. 25. cap. & ad Rom. 12. cap. dicitur: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere, & carbones ignis cōgeres super caput eius. *Boui inimici.* Non permittit Deus ex hoc, quòd aliqui homines fuerint inimici, sed quia homines cum sint imperfecti suscitant in alterutrum rixas, & fiunt inimici dat modum quomodo fiant amici: sic dicitur in Psal. quarto. Irascimini, & nolite peccare: non quòd Deus mādet irasci, sed est sensus. Ego scio, quòd vos irascimini, sed si irati fueritis, idest si habueritis motum iræ nolite peccare, idest nolite operari secundum iram percutiendo proximum aut maledicendo, vel detrahendo. *Vel asino.* Ponuntur hic bos, & asinus: quia ista communiora, & magis vsitata animalia sunt, sed sicut de istis dicitur, ita de quibuslibet aliis intelligendum est: cùm in omnibus eadem subsistat ratio. *Reduc ad eum.* Ne pereat: & sic eum ad amorem tuum prouocabis: nam inuitam mētem malis beneficia ipsa frangunt, & solitum rigorem adimunt. *Si videris asinum odientis te.*

QVAESTIO. IIII.

HIC ponitur aliud prēceptum directiuū in operibus pietatis ad proximum, qui inimicus est, & istud magis adhuc fit domino animalis, quàm aliud: nam cùm quis adiuuat aliquem ad subleuandum animal, quod oneri succubuit: subleuat dominum a tristitia, & angustia, quā habet non potens animal subleuare, cùm autem animal errat dominus non est prēsens nec tunc angustiatur: & forte ęquanimius aliquis toleraret perditionem alicuius animalis errantis, cùm ipse nō videret, quàm ipso prēsente animal oneri succumbat, & eū subleuare non possit. *Asinum odientis te.* Si enim hoc inimicis facere iubemur: quanto magis amicis facere debebimus? vel eis, qui non sunt amici nec inimici? Nam de amicis exprimi non oportuit. quia de natura amicorum est beneficos ad inuicem atque beniuolos esse, vt patet per Arist. nono Ethico. & hoc Christus innuit Matth. 5. cap. dicens: Diligite inimicos vestros benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calūniantibus vos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quā mercedem habebitis? nonne, & publicani hoc faciūt? & si salutaueritis, fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne, & ethnici hoc faciunt. *Odientis te.* Odiens, & inimicus non conuertuntur: nam inimicus est regulatiuū equiparantiæ, & oportet, quòd inimicus inimici sit inimicus, sicut æqualis alicuius sibi æqualis, est ęqualis. Si ergo vnus homo alterum oderit, siue publice, siue in corde suo solum, & alius non habeat hunc odio vicissim: non poterit vocari iste inimicus propriè, sed vocabitur solū odiens. Odiens aūt generale est siue ad inimicū, siue nō inimicū: quia oīs inimicus odiens est, sed non omnis odiens inimicus, dico autem pro tanto, quoniam si aliquis obuiauit asino odientis se facilius poterit reducere ad eum, quam si obuiauit asino inimici sui. Nam si aliquis obuiauit asino odientis se, non est necesse, quòd sit ipse odiens alterum: nā poterit iste diligere alterum altero odiēte ipsum, qui autem aliquem diligit faciliter ei benefacit, cū ipsa charitas ad hoc inclinet. Si tamen obuiet asino inimici sui, difficile est reducere ad illum, quia si inimicū habet, necesse est, quòd ipse illius inimicus sit: cū ista sint correlatiua equiparantiæ. Si autem iste est inimicus illius cuius asinum inuenit, ergo habet eum odio: si autem odit eum difficile inclinabitur ad benefaciendum ei, sed oportebit primò expellere ipsam inimicitiam, & tunc poterit benefacere: quocunque tamen modo accidat, scilicet siue sit odiens, siue inimicus, qui asinum perdit, siue qui stat cum asino succumbenti oneri, ille qui obuiat asino erranti, aut inuenit iacentē sub onere, subuenire debet proximo: nam hoc Deus vult, vt quacunque occasione homines ad amorem minimū reducantur. *Iacere sub onere.* Non solum hoc faciendum est cum sub onere est iumentum: quia tunc est in magno periculo, scilicet vtrum moriatur, vel reddatur claudū aut debile, sed etiā si sit iam extra onus, debet adiuuare ad imponendum onus, quia dicitur infra, sed subleuabis cum eo: nam subleuatio ad impositionem oneris pertinet, & non solum in hoc, sed etiā si videret aliquis asinum odientis se aut inimici sui in periculo suffocationis, vel mortis aliàs quàm sub onere, debebat præbere auxilium: ponuntur tamen isti casus, quia communiores sunt. *Non pertransibis.* Scilicet relinquendo odientem te cum asino iacente sub onere. *Sed subleuabis cum eo.* Idest tu cum eo, scilicet cū odiente te subleuabitis asinum iacentem sub onere, quando non est necesse exonerari: quia potest sic eleuari cum onere. Si autem necesse sit deponi onus, & iterum eleuato iumēto imponi, adiuuabis eum, & cētera. *Non declinabis in iudicio pauperis.* Hic redit legislator ad id, quod inceperat. Supra namque ponebat regulas informatorias iudicis in iudicando, & postea incidentaliter posuit quędam dicta de operibus pietatis exhibendis inimicis. Nunc autem redit ad dicendum, quomodo pauperum sit in iudicio miserēdum: nam dicebamus esse duos modos miserendi, scilicet dare misero, quod non habet: aut defendere miserum, ne quis auferat id quod habet. Primus modus, scilicet dare misero in iudicio aliquid, quod non habet, idest iudicare pro parte eius aliquid quod non exigunt merita causę eius, non est licitus, quia est accipere personā, vt declaratum est supra, & semper est peccatum: ideo de hoc negabatur, quòd esset miserēdum, cùm dictū fuit. pauperis quoque non misereberis in negocio. Et quia forte putaret aliquis nullo modo miserendum esse pauperum in negocio siue iudicio: subiungit hic quòd miserendum sit eius in secundo modo, scilicet defendendo, ne quis tollat ius eius. Et hoc facit iudex cum libenter audit pauperem in iudicio, quē alij iudices audire nolunt, vt patet Isai. primo capit. & ius suum ei non tollit etiam si nō habet munera quędet, sicut faciunt alij iudices, qui condemnant pauperes in iudicio, quia non habent quid dent eis sicut diuites, ideo dicitur hic. *Non declinabis in iudicio pauperis.* Idest non iudicabis male in causa contra pauperem, quia nō habet quid tibi det: nam sicut acceptio personarū est iudicare pro paupere solum quia pauper est, consideratis nullatenus meritis causæ eius, ita acceptio personarum est iudicare contra pauperem solum, quia pauper est, nihil vltra considerando. *Mendacium fugies.* Fugere mēdacium omnibus mandatum est, maximè de mēdacio pernicioso, quod alicui nocet: sed hic ad iudicem refertur principaliter, quia in iudicio est mendacium valde periculosum. Et potest accipi hic mendacium ex parte iudicis, vel ex parte testium: nam quocunque modo valde vitandum est. Nam extra iudicium si aliquis mendaciū dicat, quod sit perniciosum, non sequitur propter hoc immediate damnum alteri: quia non iudicatur propter hoc contra eum, sed ex mendacio, quod in iudicio dicitur fertur sententia: nā si testes falso modo deposuerint, & nō probētur falsè depo-

De natura amicorum est beneficos, & beniuolos esse.

Oportet vt inimicū inimici sit inimicus, non sic autē de odiēte.

deposuisse, condemnabitur ille, contra quem deposuerint. Sic dicit Augustinus, quòd falsidicus testis tribus personis est obnoxius: primò Deo, cuius prēsētiam contemnit: secundò iudici, quem mentiendo fallit: tertiò innocenti, quem falso testimonio lędit. De hoc extra: De crimine falsi. in cap. falsidicus. Iudex autem debet fugere mendacium in testibus, scilicet fugiendo testes, ne mentiantur, & hoc est imponendo fortes pēnas testibus, qui comperti fuerunt falsum dicere. Pēna autem determinata erat falsi testis secundum legem veterem: nam condemnabatur ad id quod ille, cōtra quem testimonium protulerat intuitu dicti sui condemnabatur: siue sit condemnatio in causa criminali, siue in ciuili: nam si per dictum falsi testis aliquis debebat suspendi, si verum foret illud dictum, cùm compertum fuerit testem falsum dixisse suspendetur: si autem propter falsum testimonium condemnabatur aliquis ad solnēdum centum in causa ciuili: probato, quòd falso modo dixerit, condemnabitur in centum applicandis ei, contra quem deposuerat. De hoc Deut. 19. cap. Et hoc conuenit quantum ad legem infra positam, scilicet: Insontem, & iustum non occides: quia ibi agitur cum quis condemnatur per falsos testes de crimine, quod non com misit: ideo ne in hoc malum veniatur cauere debet iudex valde falsos testes imponendo pēnas atroces eis, qui falsè deponunt, & inquirendo subtiliter de testibus, vtrum verum dixerint, cùm suspitio est mentitos fuisse illos. Cauendum est etiam mendacium in iudice, ne iudex falsum dicat. Sed quantū ad hoc sciendum, quòd mendacium est assertio eius, quod nos fel sum suspicamur, & pertinet ad cognitionem speculatiuam, vt declarauimus supra 18. cap. Alio modo accipitur mendacium, cùm quis dicit contra id quod bonum est, licèt non sit ibi propriè falsum: nam falsum est oratio indicatiua, cuius significatum non concordat rebus ad extra, a quibus verum, vel falsum accipitur. Cùm ergo fuerit aliqua oratio imperatiua, aut optatiua, vel subiunctiua: non est vera, nec falsa. Ex quo sequitur, quòd iudex in iudicando nunquam potest falsum dicere, quia omnis sentētia fertur per modum imperandi, & non per modum asserendi, vel negandi, cùm dicitur: Mando quòd talis soluat centum tali, aut: Mando quòd Petrus capite plectatur. Iudex tamen poterat in tempore veteris testamenti accipi, vt iudex, & vt testis, & ideo inquantum testis poterat falsum deponere contra aliquem, ex quo sententiam ferret, & condemnaret innocentem. De hoc patet Dani. 13. capit. de Susanna accusata a duobus iudicibus, qui iudicabāt totum Israel: nam ipsi dixerunt coram toto Israel, quomodo Susanna in pomario concubuerat cum quodam inuene, & subiunxerunt: hui rei nos testes sumus: & sequitur, quòd credidit eis vniuersa multitudo Israel: si tamen non possent esse iudices & testes simul in tempore illo, non permisisset totus populus, quòd ipsi accusarent Susannam, & testificarentur contra eam: & postea sententiarent in causa. Postquam autem testimonium, nullo exigente, reddiderunt, & totus populus credidit eis, tulerunt sententiam contra eam, quòd lapidaretur ponentes manus super caput eius. Nunc autem non licèt eundem esse iudicem, & testem, vt patet extra de verbo. signi. in cap. forus. in §. in omni negocio quatuor personæ sunt necessariæ, scilicet iudex, actor, & reus, & tres testes, & sic nunquam coincidit iudex cum teste: quia tamen tempore veteris testamēti videbatur hoc licere, & licuit, vt exemplo suprapositio patet, admonuit Deus, vt ipsi iudices si aliquando in causis deponerent, mendacium fugerent. Est autem, & alius modus testificandi in iudicio, cùm aliquis non testificatur super causa ipsorum litigantium, sed testificatur ista, vel illa intercessisse inter litigantes in iudicio, vel talia & talia iudicem dixisse: & in istis solebat credi iudicibus cùm dubitaretur de processu facto, quia non scribebantur acta in iudicio: vnde si postea in processu iudicij dubitaretur de aliquo, quod vna pars allegauerat, vel quod responderat, & iudex diceret ista, vel ista fuisse dicta a partibus, vel obiecta, aut responsa, credebatur ei: & in hoc multum poterat nocere: nam si ipse diceret, talem vel talem allegationem fuisse factā, poterat tale dicere, ex quo tota causa vnius partis roboraretur: & causa alterius litigantis infirmaretur. Et sic per accidens tantùm poterat iudex sic testificās nocere alicui litiganti, & alterum adiuuare, tanquam si deponeret in causa principali. Cauere ergo debebat iudex mendaciū circa talia, quasi si deponeret in causa principali: & quia hoc licebat tempore veteris testamenti, cùm nondum essent tot apparatus iudiciorū, valde poterat nocere, & debebat cauere nocumētum: nunc autem non licet: nam aliqui iudices volētes indirectè partibus prodesse: cùm non possent directè testificari in causa principali, dicebāt aliqua fuisse acta obiecta, vel responsa, vel suppressa, quę nō fuerant: ex quibus reddebāt causam vnius de litigantib⁹ meliorem. De hoc extra: De probationibus in capi. quoniam contra falsam, vbi mandatur ne iudici sit potestas aliquando falsum dicere in actibus prēcedentibus, scilicet dicendo aliquid intercessisse, quòd ponatur vnus tabellio, qui cōscribat oīa acta iudicij, vel ponātur duo viri probi, de quorū fide non dubitetur, & istis credatur super factis iudicii: istis modis poterat dicere iudex mendacium proprie dictum: sed a iure nostro ablatum est. Sed, vt ante diximus, aliquando accipitur mendacium impropriè, idest dicere contra bonum, & iustum. Et isto modo iudex mentiri potest eundo contra mentem, scilicet quia scit aliquid esse bonum, vel iustum, & tamen illud non sententiat, & istud mendacium est in proferendo sententiam, & hoc cauendum est sicut alia mendacia suprapositā: nā hoc magis nocet, quàm cętera. Patet enim, quia propter vnumquodque tale, & illud magis: sed mendacia testium vel ipsius iudicis, inquantum testificant vel in causa principali, vel circa acta iudicij, non sunt dānosa, nisi inquantum referuntur ad sentētiam, scilicet quòd ex his datur sententia, mendacium ergo, quod fuerit in ipsa sententia nocentius erit cæteris: valde ergo cauere debet iudex tale mendacium. *Insontem, & iustum non occides.*

Falsidicus testis tribus personis obnoxius est.

In lege vel aliquando licitū erat eundē esse iudicem, & testem i eadem causa.

Alius testificādi modus.

Mendaciū quot modis accipiatur.

Quomodo iudex mētiri potest.

Iustos non esse condemnandos.

QVAESTIO. V.

HIC ponitur alia lex directiua iudicis circa ferendam sententiam, scilicet quòd non condemnet eos, qui non merentur condemnationem, & hoc est cùm quis est innocens, vel iustus. Potest hoc dupliciter intelligi: vno modo, quòd iudex non occidat eū, qui manifeste est iustus, & insons, idest innocens. Et tunc accipientur ista duo pro eodem, scilicet innocēs siue insons, & iustus: sed diuersis rationibus. Nam iustus aliquis vocatur, quia iusta agit, & sic ponitur in agendo iustus: insons dicitur qui malum nō agit. Duo namque faciunt hominem perfectè bonum, scilicet malum non agere, & bonum facere, vt patet in Psal. 33. Quis est homo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum: diuerte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Hęc eadem habentur

Duo sunt quæ faciūt hominem perfectè bonum.

bentur prima Petri cap. 2. Ad hoc ergo, quòd aliquis non mereatur pœnam, quæ datur malis, debet habere duo, scilicet quòd sit iustus, idest quòd bene agat: & quòd a malo se abstineat: & hoc est esse insontem: nam dicitur insons quasi non sons, est autem sons idē quod nocens. Si ergo aliquis sit iustus, & innocens, idest quia malum non egit, nec aliquid probatur contra eum, non debet iudex eum occidere. Dicitur aūt hoc, quia quidam iudices sola affectione moti, cùm potestatem habeant, eos qui mali nihil egerūt, & cō stat eis esse innocentes nec aliqui testes cōtra eos deponunt, & occidunt eos solo animo vindicandi, vel quia contrarius est operibus eorum, sicut iudices Iudęorum Christum ad mortem condemnauerunt, hominem quidem verè innocentem, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in lingua eius, vt patet prima Pet. cap. secundo, solùm autem, quia repugnabat eis: & quia timebant, quòd Romani venirent, tollerentque locum eorum, & gentem, vt patet Ioan. 11. cap. Etiam est sensus, quòd iudices non debent occidere aliquos, quos sciunt iustos, & innocentes: etiam falsos testes allegando qui probent saltem in facie hominum, vt fuit factum de Naboth viro iusto, qui per falsos testes, quos iudices apposuerunt condemnatus est, vt patet tertio Reg. 21. cap. *Quia auersor impium*. Idest ego Deus multum sum cōtrarius, vel auersator impiorū, quasi dicat: si tu interfeceris aliquem iustū, & innocentem iniuste, eris impius, imò multm impius, sed ego sum aduersarius omnium impiorum, ergo non occidas aliquem iniuste, scilicet iustum, & innocentem, ne ego aduersor tibi, & est ista lex, cùm cōminatione: nam cùm Deus dabat aliquam legem, quam volebat multum obseruari, apponebat commi-
nationem pœnę, vt timore eius non transgrederentur legem. Sic enim dixit supra: Viduę non nocebitis, & pupillo: si lęseritis eos vociferabuntur ad me: & ego audiam clamorē eorum, & indignabitur furor meus: percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. sic autem hic comminatio pœnę est, cùm dicitur. *Quoniam auersor impium*. Idest ego contrarior malis: ideo delebo vos sicut vos deleuistis sanguinem innocentem, & iste est verus sensus literę. Alio modo etiam potest exponi hoc de illis, qui sunt innocentes, & iusti: & accusantur de ali quo crimine falsè, & illud per testes iniquos falsè probatur. si iudex certissimè sciat, quòd illud crimen nō est cōmissum per talem, qui de illo accusatur, & contra quem testificatur: non debet eum condemnare, vt quidam volunt.

Cum Deus volebat aliquam legē obseruari multū: apponebat ea commi nationem.

An iudex debeat iudicare secundum allegata, & probata, vel secundum propriam sententiam. Et quid iudex facere debet, si ad talem angustiam deducatur, vt non possit testes, quos scit esse falsos, de falsitate conuincere, aut aliquo modo ad superiorem remittere. Et si non habet superiorem an debeat potius exuere se dignitate, quàm innocentem condemnare.

QVAESTIO. VI.

POTEST autem iste casus accidere, scilicet quòd iudex sciat aliquem non commisisse crimen, quod ei apponitur: nam licèt negatiua directè per rerum naturam non potest probari, vt patet extra. De probationibus in capitul. quoniam contra falsam: & sic directè sciri non possit: quia sicut res se habeat ad sciri: ita se habet ad probari, cùm eædem sint causę sciendi, & probandi. potest tamen indirectè probari, verbi gratia: si aliquis accusetur, quòd fuit furatus aliquid, quod est in potestate ipsius, qui accusat alterum: si enim ego accuso aliquem, quòd furatus fuit iumentum meum: & probetur mihi, quòd tunc cùm ego accuso iumentum erat in domo mea, & ante sem per fuerat, satis probatur indirectè, quòd ille, quem accuso non fuit furatus iumentum meum. Sic siquis accuser alium occidisse aliquem hominem, & probatur, quòd ille homo viuit, satis patet, quòd iste nō occiderit hominem illum. Vel si aliquis accusetur de morte alicuius hominis, qui vere mortuus est, & testificatur contra illum, quòd ipse occiderit, & ipse qui iudex est, vt persona priuata adfuit morti illius: & vidit quòd alius interfecerit virum, & nō iste, & sic scietur negatiua indirectè. Nunc ergo si contra aliquem, quem iudex, vt priuata persona cognoscit esse innoxium, testimonium procedat, in quo demonstretur, quòd ipse virum occiderit: debet iudex cautus inquirere aliquam occasionem, si potest, per quam testes repellantur a testificando. & debet hoc secrete parti, contra quam deponitur, denunciare, vt ipsa sciat obiicere in personas testium, vel iudicia. Vel debet iudex diligenter inquirere, si possit facere eos variare, quod discretus iudex facillime poterit inuenire, & sic excludet eos a testificando, vt patet de senioribus Susannam accusantibus, qui per Danielem de falsitate conuicti sunt. Si autem nec hoc potuerit, remittat causam ad superiorem iudicem, vt ipse in hac parte sē tentiet, & ipse poterit suggerere superiori, quòd ille innocens est, & falsè contra eum feruntur testimonia: vel poterit induere formam testis, cùm quantum ad illum casum iam non sit iudex: quia deuoluit illum ad superiorem iudicem. Si autem superiorem non habet, cùm ipse non possit iudicare aliter, quàm probatur, & allegatur, secundum allegata, & probata sententiam debet ferre, aliàs contra legem agit. Nam sicut quis iudicans in foro Ecclesiastico, debet sequi canones in iudicando, & quandocunque ab eis deuia nerit suo sensui innixus, errat, vt patet extra: De const. in cap. canonum statuta, & cap. ne innitaris prudentię tuę. ita in foro seculari, & pure seculari, siquis in quantum est iudex, non seruauerit leges, errat, & peccat mortaliter: nam semper legibus iudicandum est, vt patet, C. de legib°. in l. leges, & C. de iuris, & facti ignorantia, in l. constitutiones. Et patet quod dicebatur: quia qui iniuste iudicat, peccat mortaliter, sed ille dicitur iniuste iudicare, qui contra legem, vel canonem in suo foro iudicat: ergo peccat mortaliter. Patet antecedens, quia leges, & canones sunt quædam iusta politica cadentia in partem iuris naturalis, vel in partem iuris purè positiui, vt patet in quinto Ethic. vbi agit de iusto politico. Sed omnes leges, & canones patrū clamant debere iudicem iudicare secundum, quòd ei cō stiterit ex allegatis, & probatis, ergo iudicando aliter male agit. Item si iudex absolueret eum, qui per falsos testes conuincitur de crimine, in hoc infamaret testes asserens eos saltem in facto suo eos esse falsa locutos, quod non debet, cùm probare non possit, vel magnum scandalum faceret, & se iniustissimum demōstraret: quod pro nulla re agere debet. Item iste iudex in occidendo illum, non occidit innocentem, sed nocentem: nam iudex, qui est persona publica, & inquantum iudex est, debet regulari per leges: cùm ipse sic obseruari faciens leges illud dicitur scire, quod modo legitimo scire potest. modus autem constandi aliquid iudici legitime est: aut per confessionem rei: aut per facti notorietatē, quod nulla potest tergiuersatione celari, aut per testes. Si ergo iste iudex sciat eum, qui accusatur non commisisse crimen quod cō tra eum probatur: non scit per aliquem istorum modorum legitimorum conuenientium iudici, ergo nō constat sibi: quod autem non cōstat iudicare sententialiter

Quid iudex contra testes facere debet vt eos repellat a testificando quā do scit false deponere.

Quid iudex facere debet cum falsos testes excludere non poterit.

Iudex sem per obseruare debet leges i suo foro: & iudicare secundū allegata, & p̄bata alias peccatmortaliter: & hoc videtur tenere supra Bonauen. & supra Tho. 22. qu. 64. artic. 6. ad vlt.

Tertia ratio.

Obiectio. 1. Respōs.

tialiter non debet. Constat autem è contrario legitime, quòd iste qui accusatur commiserit crimē, quod dicitur: ergo debet contra eum sententiare, cū constet ei, vt iudici illum criminis reum esse. Et si obiicias, quòd testes non sunt legitimi: quia falsè probant. Respōdetur, quòd legitimi sunt quousque probetur eos non verè deponere: nam de nullo prēsumi debet, q̄ sit immemor salutis æternæ: sed hoc non constat de istis iudicibus: nam si iudici constare possit, quòd isti falsè deponebant, vtpote quia alij testes contra eos reprobatorij inducti sunt, qui lucidius cōtrarium probauerunt, vel forte quia iudex induxit eos ad cōtradictionem: ita quòd quilibet eorum sibi contradiceret, & tunc satis patebat eos falsa locutos, cùm necesse sit alteram partē contradictionis fore falsam: vel quia probauit eos repugnare adinuicem, vel quòd ceperunt vacillare, aut quia in dictis suis sunt singulares: nā tunc iuridicè constat eorum testimonium non esse legitimum: tunc aliàs debebat iudex absoluere accusatum hoc constito, vt fuit de Susanna, contra quam depone bant falsi testes: & Daniel probauit eos fore falsos: quia diligenter inquirens adinuenit in eis contrarietatem, & absoluit tunc Susannam condemnatis falsis testibus, vt patet Daniel. 13. cap. si tamen iudex nihil horum comperit. etiam si ipse particulariter sciat illos falsa dicere, non constat ei inquantum est iudex potens ferre sententiam, quòd falsa dicant: sed potius videntur vera dicere sicut omnibus aliis testibus creditur, quibus non obiicitur, & probatur falsitatis aut inhabilitatis nota: ergo iudex sicut legitimè constat ei illum esse reum criminis, ita debet contra eum sententiam ferre. Item patet, quòd hoc sit licitum: nam si aliquis innocens accusetur, & cōtra eum deponatur ita quòd probetur esse nocens, & iudex nesciat illum esse innocētem sine aliquo peccato occidit: ita cùm iudici per testes constet aliquem esse nocentem, quem ipse singulariter cognoscat esse innocentem, nescit eum esse innocentem inquantum iudex est: ergo eum iuste, & sine conscientia aliqua occidit. Debet autem intra se dolere: quia forte peccatis suis exigentibus ad talem statum deductus est, vt necesse sit eum, qui innocens est, condēnare. Item si adhuc obstes, quòd semp iste iudex peccat, quia occidit innocentem: & semper occisio innocentis est iniusta. Respondetur, quòd non occidit ipse iudex, sed qui testificatur. Sicut siquis teneat gladium in manu, & nolit eum mouere: & aliqs veniens moueat manum tenentis, & ipsum gladium: faciatque percutere alterum, vel occidere, nullo modo est hic reus ille, qui tenebat gladium, sed qui compulit manum eius moueri, & gladium. Sic autē est de dominis tēporalibus, & iudicibus, qui tenent gladium, vt patet ad Rom. 13. cap. & extra: De homicidio in c. postulasti, idest potestatem occidendi, & iste gladius debet moueri per leges dirigentes: & cogitur illum vertere iudex quilibet quocunque eum lex vertendū decreuerit. Lex autē decernit, quòd per testes aliquis conuincatur, & condemnetur, aut absoluatur: ergo cogetur iudex ad testimoniū datum mouere gladiū. tunc ergo si gladius ille motus, idest potestas occidendi nocumentum fecerit, non est reus iudex, qui tenebat gladium, sed testis, qui compulit eum mouere gladium: nam ad dictum testis cogebatur ipse mouere potestatem suam, cū lex sic diffiniat. Item quantū ad actiones inuoluntarias totaliter nemo meretur laudem, aut vituperium: damnum aut lucrum: siue ad bonum, siue ad malum sint, vt ait Aristo. in principio tertij Ethic. Inuoluntarium autem dicitur dupliciter, aut per ignorantiam, siue vt melius dicamus propter ignorantiam: aut per violentiam, vt patet in eodem tertio Ethic. quocunque ergo istorum modorū agat, non est imputanda actio, sed iudex occidens sic aliquem, qui est innocens, quia per falsos testes conuincitur, est violētatus: quia vt supra diximus cogitur mouere gladium, quem tenet secundum allegationes, & probationes: ergo non imputatur ei quod agit, sed ei, qui est principium primum, & voluntariū illius actus, scilicet testi mouenti gladium iudicis, & ille dicetur eum occidere, & non iudex. Sciendum tamen, quòd iudex, qui aliquem innocentem iuste occidit vtrunque modum inuoluntarii habere debet, scilicet q̄d dēt esse ignorans, & violentatus, licèt ista duo aliqualiter videantur sibi repugnare. Nam qui proprie ignorans est, nō est violentatus: quia violētatus proprie dicitur, qui contra id, q̄d totaliter vult agit: qui aūt ignorat nō vult determinare id, q̄d ignorat, licèt velit illud sub ratione vniuersali. Verbi gratia: sīqs desideret aurum, & ponatur coram se, & nesciat esse aurum, licèt aurum velit, & illud sit aurum: non tamen vult determinatè illud aurum, quia committitur hic fallacia accidentis: non potest aūt dici hic, q̄ iste talis simpliciter nō vult illud aurū, cū vellet quodlibet aurum. Nec potest dici q̄ simpliciter vult illud: quia nō cognoscit esse aurū sub ratione cuius desiderat: non ergo totaliter vult, nec totaliter nō vult. Sic aūt est, q̄ nullo est totaliter ignorans, & totaliter violētatus simul, & respectu eiusdem actionis vel passionis, sed bene est aliquo modo violētatus, & aliquo modo ignorans. Nunc ergo quandocunque iudex debet occidere innocētem iustè, debet esse ignorans aliqualiter, & totaliter violētatus: aut totaliter ignorans, & aliqualiter violentatus. Pro quo sciendum, quòd aliquādo iudex condemnat innocentem, quem ipse nescit esse innocentem, nec per testes, quia contrarium probant: nec vt singularis persona: quia nihil horum vidit, aut alio modo cognouit: aut condemnat innocentem, quem vt iudex scit esse nocentem: & tamen vt singularis persona scit esse innocentem: in vtroque casu iudex est ignorans, & violentatus: sed in primo casu est simpliciter ignorans, & aliqualiter violentatus: in secundo est aliqualiter ignorēs, & simpliciter violētatus. Et patet, quia in primo casu nullo modo iudex scit eum, quem condēnat esse innocentem: nam nec vt iudex, nec vt persona priuata, qui aūt nullo modo scit totaliter est ignorans. In isto casu est aliqualiter violentatus: nam ipse iudex putat, quòd iste, qui occiditur iuste occiditur, & ideo vult quod occidatur: & determinat se ad occidēdum eum, ergo aliquo modo vult. & sic non est totaliter inuoluntarius, aut violētatus, aliquo tamē modo iste est violētatus, quia agit contra id q̄d vult: nā iste iudex in vniuersali intendit iustum faceret, & in quacunque operatione intēdit hoc seruare, & hic facit id quod est iniustum, licèt non iniuste faciat: ergo inuoluntarius est aliquo modo, scilicet in vniuersali, licèt non in particulari: in secundo casu iudex erat aliqualiter ignorans, & totaliter inuoluntarius: vocatur ignorans, qui aliquo modo cognoscit, & aliquo modo nō cognoscit: iudex autem condemnans innocentes per falsos testes, quos scit vt particularis persona falsum deponere, scit aliquo modo id, quod fit, esse iniustum: quia scit vt iste homo, cum viderit, aut alio modo cognouerit, vt supra declarauimus: & aliquo modo nescit, quia vt iudex nescit hunc esse innocentem, cùm non cōstaret ei p testes aut alias legitimas probationes esse innocentē. Est aūt iste totaliter inuoluntarius, dicitur namque totaliter inuoluntarius, quia nullo modo vult. Nam velle aliquid stat dupliciter, & eodem modo nolle: nā aliquis potest velle in vniuersali, & nolle in particulari: & sic nollē in vniuersali, & velle in particulari. Illud autem in vniuersali volumus, sub cuius ratione volumus, vt si aliquis desideret aurum, & intendat

4. ratio princ.

Obiect. 2.

Solutio.

Inuoluntarium dupliciter dicitur.

Iudex occidēs aliquē falsis testibus conuictū debet habere vtrunque modum inuoluntarij, scilicet q̄ debet esse ignorans, & violentatus.

Velle, & nolle aliquid stat dupliciter scilicet in vniuersali, & in particulari.

tendat accipere aurum vndecunque potuerit. Alio F modo est velle in particulari, idest quòd ego velim istud particulare, quod est lanima æris, quia puto esse auream: in vniuersali autem eam nolo, cùm solùm aurum desiderem: in particulari tamen eam volui: quia ad hanc fero intentionem meam, cũ simile sit auro, & putem eam esse aurum. Sic autem est de nolle. Tunc autem vtroque modo est aliquis nolens, cũ nec vult in vniuersali, nec in particulari: & tunc est totaliter inuoluntarius. Sic autem est in iudice, qui scit eum, quem condemnat esse innocentem, vt singularis persona: nã in vniuersali violẽtatus est, quia semper vult facere id, quod iustum est, nunc autem facit id, quod iniustum est, ergo non vult hoc sub ratione vniuersali iusti: nam sub ratione vniuersali iusti non G reperitur aliquod iniustum fuisse. Est etiam in particulari inuoluntarius, quia scit istum actum esse iniustum materialiter, ideo nollet illum: & tamen cogitur facere secundum leges, quia probatur testibus hunc esse nocentem. Considerandum tamen, quòd quando dicimus hunc esse simpliciter violẽtatũ, non est intelligendum per omnem modum, scilicet quòd nullo modo posset cõtrarium agere: nam dato quòd probetur testibus falsis crimen contra aliquem, iudex sciens innocentem esse, poterat eum absoluere, vel non condemnare: sed hoc non faceret de iure: & cũ dicamur illud posse, quod de iure possumus: & existẽte iure cogitur iudex condemnare istum, dicetur tota liter violentatus. Accipiendo tamen strictius non vo- H caretur simpliciter inuoluntarius, quia posset aliquid facere alterum siue malum, siue bonum, sicut dicit Arist. tertio Ethic. quòd ille qui merces in mare proijcit, cùm vidit sibi fore pereundum, nisi merces eiiciat, non est simpliciter inuolũtarius: quia in potestate sua est mouere partes organicas applicando ipsis mercib', & expellendo eas. Sciendum etiam, quia dicimus hic iudicem esse totaliter inuoluntarium, aut aliqualiter inuoluntarium: & simpliciter scientem, & aliqualiter scientem. Dicitur simpliciter sciens, qui omni modo quo res sciri potest eam scit, vt siquis sciat fornicationem esse malam, quia iudicat omne fornicari esse malum: & postea in particulari iudicat hoc fornicari, & quodlibet alterum esse malum. I Et huiusmodi sunt continentes, & temperati: nã continentes habent opinionem vniuersalem, quòd fornicari sit malum, sciunt etiam in particulari: quia quando aduenit passio inclinans ad actus venereos, scilicet ad exercendum fornicationem, quæ sit nunc, & cum tali vel tali persona, & sic de cęteris, iudicat eã esse malam. Alij autem sunt scientes in parte, vel secundum quid: & isti sunt qui cognoscunt in vniuersali solùm, & non in particulari: vel qui cognoscunt in particulari, & non in vniuersali. De primo, vt si aliquis sciat fornicationem in vniuersali esse malam, & sic iudicet: & tamen aliquam fornicationem, quæ est in particulari, vtpote nunc, vel tunc, aut cum tali persona, vel tali iudicat esse bonam, & sic nescit in particulari. Et huiusmodi sunt omnes incontinentes, quia ante passionem iudicant omnem fornicationem esse malam: sed eam particularem fornicationem, quam exercet, vel exercitaturus erit, iudicat esse bonam, quia concupiscentia ligat rectum iudicium in particulari, vt patet in septimo Ethic. vbi agit Arist. de syllogismo incontinentis. Aliquando contingit scire in particulari, & ignorare in vniuersali: vt quòd aliquis cognoscat istam fornicationem particularem, quæ mala est: & tamen non iudicet omnẽ fornicationem, vel aliquam esse malam: & isto modo agit qui comedit carnes in quadragesima, sciẽs quòd est quadragesima; & tamen putat non esse peccatum comedere tunc eas: & ista est semper ignorantia propter quid, licèt aliquando est probabilis, & tunc non peccat qui sic agit. Aliquando autem est ignorantia eius, qd̃ confert secundum modum loquendi Arist. in tertio Ethic. & nos vocamus ignorantiam eius, qd̃ scire obligamur: & tunc non excusatur agens a peccato. Ignorans etiam dicitur omnibus istis modis: quia si vnum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum multipliciter, vt ait Arist. in secundo Topicorum. Primò modo dicitur aliquis ignorans simpliciter, vel totaliter: & iste est qui ignorat in vniuersali, & in particulari, vt si alicui apponatur aurũ, & ipse ignoret, quòd aurum est concupiscendum, & illud est nescire in vniuersali. Ignoret etiam illud, quod sibi apponitur esse aurum, et iste est error in particulari, vel ignorantia in particulari: & sic est qui nesciret fornicationem esse malam: & postea nesciret hanc fornicationem esse malam: & sic sunt bestiales, & ipsi intẽperati. Nam intemperati iudicant oportere prosequi improhibitè omne delectabile, vt patet in septimo Ethic. & sic dicunt oportere, & bonum esse persequi omnem fornicationem: vt illi insipientes, de quibus dicitur Sapien. 2. ca. Coronemus nos rosis antequam marcescant: & vino pręcioso, & vnguentis nos replemus: & non sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra: iudicant etiam eam in particulari esse bonam: ergo vtroque modo, scilicet tam in vniuersali, quàm in particulari ignorant, licèt ista ignorantia non excuset. Alio modo est aliquis ignorans solùm in particulari, & cognoscit in vniuersali: vt si alicui apponatur aurum bonum, & ipse sciat, quòd bonum aurum est optimum inter metalla: & postea apponatur sibi aliqua pars auri, quam non cognoscat esse aurum: non cognoscet illud esse optimum inter metalla: sed iudicabit aliquod metallũ melius illo esse. vel siquis sciat, quòd omne homicidium, scilicet iuiusta occisio hominis, est peccatum mortale: sed ignorat an ista occisio, quæ est a casu, vel quæ est ex ira, vel taliter, aut taliter sit peccatum mortale. Aliquis autem est ignorans alio modo, scilicet in vniuersali, & cognoscit in particulari: vt si aliquis nesciat aurum esse concupiscẽdum, & si sciret concupisceret: & postea detur ei aliquod aurum, & cognoscat esse aurum, & non concupiscat, est ignorans vniuersale, scilicet omne aurum esse concupiscibile: tamen cognoscit hoc aurũ, quod concupiscibile est: licèt non sub ratione concupiscibilis. Sicut dicimus de sciente, & ignorante: ita dicere oportet de voluntario, & inuoluntario. Voluntarium autem dici tur multipliciter: quia quoddam est voluntarium totaliter, idest quantum ad omnẽ modum, scilicet tam in vniuersali, quàm in particulari, vt si velit aliquis in omnibus actibus suis facere iustũ: & in isto actu quem nunc agit vult agere iustum. Aliquando autem aliquis agit volũtarie solùm in vniuersali, & non in particulari: vt si aliquis proposuit nocere semper hosti, vult in vniuersali nocere hosti, & po- K stea aduenìat aliquis hostis, quem ipse ignorat esse hostem, & nocet a casu ei: & si sciret esse hostem noceret ei ab intentione. Istud nocumentum est voluntarium in vniuersali, sed non in particulari: quia non intẽdebat isti hosti noceret, cùm nesciret hostem esse hunc, cui nocuit: Vel si aliquis intendebat nunquam nocere amico, in particulari autem nocuit ei, qui erat amicus non putans esse amicum: non est istud nocumentum voluntarium: nam semper aliquid est volũtarium secundum quòd scitum. Si autem in vniuersali cognoscatur, in vniuersali solùm diligitur: si autem solùm in particulari cognoscatur, solùm in particulari diligitur. Aliquando est aliquis voluntarius circa particulare, & non circa vniuersale. vt si aliquis velle

Ignorans dicit multipliciter, scilicet in vniuersali & in particulari.

Volũtariũ dicit multipliciter, scilicet in vniuersali & in particulari.

velit istam fornicationem particularem, & non vult A vniuersalem: nam in vniuersali cognoscit fornicationem esse malam sicut incontinens, ideo non potest eam velle in vniuersali: istam autem in particulari non cognoscit esse malam: quia concupiscentia ligat eum circa particulare, & mentiri facit, vt patet in septimo Ethic. ideo circa istam poterit esse volens, cùm possit sibi proponi sub ratione boni. Circa inuoluntarium idem erit eodem modo dicendũ, quòd quoddam est totaliter inuoluntarium, scilicet quod totaliter cognoscimus vt malum: secundum enim, quòd aliquid cognoscimus tanquam bonum, vel malum: ita diligimus illud, vel habemus odio. Si ergo cognoscatur aliquid esse malum in vniuersali, & in particulari: inuoluntarij erimus ad illud tam in singulari, quã B in vniuersali: vt si aliquis sciat, quòd omnis fornicatio sit mala, & postea sciat, quòd istud fornicari, quod est nunc, est malum: necesse est, quòd in vniuersali sit inuoluntarius ad fornicationem dicens, quòd nũquam vult fornicari: & in particulari est inuolũtarius, etiam quia dicit, quòd non vult nunc fornicari. Aliquando autem est inuoluntariũ in particulari solùm: vt siquis desideret aurum, & detur ei aliquid, quod est verum aurum, & tamen non apparet ei aurum, nollet illud: & sic circa illud est inuoluntarius in particulari, dicens se nolle hoc: & tamen in vniuersali ipse est voluntarius, quia ipse vult aurum, & istud aurum est. Aliquando est inuoluntarium in vniuersali, & non in particulari: vt si alicui præsentetur cuprum, quod videtur C aurum: & ipse desiderans aurum, accipit illud: & est voluntarius circa hoc: non tamen est voluntarius circa vniuersale: nam vellet assumere aliquid, quod est simile huic, scilicet in ratione illa, quæ reperit in hoc, scilicet in ratione cuprij: & sic de cęteris. Patet ergo ex supra dictis, quòd occidere eum, qui innocens est, qui tamen probatur per testes nocens esse, constito iudici, tanquam personę priuatæ, quòd est innocens, nõ est peccatum: quia ipse iudex inuoluntariè agit secundum modum supra determinatum. In hoc tamen si forte aliquis iudex mandaret aliquid, quod cõtineret intollerabilem iniustitiam, ministri non debent exequi, si constat eis esse intolerabile malum: si aũt non constet eis esse manifestum malum atque intolerabile, non debent refutare quin exequanẽ: quia sunt meri executores. Et patet hoc, nam si ministri tenerentur obedire circa omnia iudicibus siue iustum, siue iniustum mandarent, sequeretur quòd carnifices, qui sanctos viros miracula facientes iussu principum occidebant, nullo modo peccassent. Sed falsum est, quia Ecclesia illos culpat valde. De iudice sic occidente innocentem habetur in Decretis 23. q. 5. cap. de occidendis. Arguit autem Nicolaus contra hoc dicens, quòd ista, quæ dicta sunt, non videntur rationabiliter dicta: nam vt ait Aug. in lib. de libero arbit. Quomodo apud diuinam prouidentiam a peccato liberi sunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet humana cęde polluti sunt? Per res contemnendas intelliguntur omnia, quę manente anima salua homo perdere potest, & inter has vita intelligitur: nam vitam aliquis perdere potest non perdendo animam: citius namque aliquis vitam perdere debet, quàm vt cęde iniusta maculetur, sed potestas iudicandi aliquid minus est quã vita, quia est quædam dignitas temporalis, ideo perdi deberet antequam aliquis iniuste occidatur. Et patet hoc, quia pellem pro pelle dabit homo, & vniuersa, quæ possidet pro anima sua. Concludit autem, quòd si iudex ad talem angustiam deducatur, vt non possit testes falsos de falsitate conuincere: aut aliquo modo ad superiorem remittere, si non habet forte superiorem: debet potius exuere se dignitate, quàm vt innocentem condemnet, aliter autem dicit se non videre, quomodo iudex ille euadat peccatum. Ad argumentum Nicolaus istud respondetur, quòd nullus debet se polluere cęde iniusta hominis pro saluatione omnium rerum, quas habet, & contemnendę sunt. Cęde autem iusta quilibet potest vti, etiam sine acquisitione alicuius rei: vt iudices, cùm iuste aliquem iudicant, & ministri cùm sententias iudicum exequuntur: sed quia mors est iusta, ergo non oportet, quòd iudex aliquid perdat, vt eam non inferat. Item verum est, quòd non debet aliquis polluere se homicidio, vt aliquam rem de istis contemnendis saluet, iudex autem qui condemnat eum, qui secundum veritatem innocens est: & scit eũ vt singularis persona esse innocentem: non occidit eũ pro saluanda aliqua re temporali, sed pro seruanda lege, & sic dictum Augustini nõ militat contra hoc. Patet nam ideo iudex occidit istum, quia lex mandat iudicari semper sic vel sic, secundum quòd testibus, aut alijs legitimis documentis fuerit comprobatũ: & quia nõ inuenit aliquem modum, per quem excuset mortem illius, infert eam, vt non repugnet legi. Et si dicas Obiectio nõ quęrit iste omnes modos, quos posset inuenire ad tolliur. excusationem mortis illius innocentis: nã adhuc posset deponere dignitatem iudicialem, & sic faciendo non cogeretur condemnare innoxium. Respondetur quòd si per priuationem dignitatis iudiciariæ non sequeretur aliquod malum, & tolleretur, quòd non occideret innocentem, exuere se deberet, quia melius est omnia malapati, quàm malo cõsentire, vt patet in Decre. dist. 32. quęst. 5. cap. ita ne. Si tamen sequatur ex dimissione dignitatis aliquod malum, non debet dimittere eam. Et sic dicendum est, quòd si coram aliquo iudice, qui non habeat superiorem, ista causa vertatur: & factis omnibus diligentiis supra positis, non potuerit euitare mortem innocentis, non debet seipsum exuere dignitate: nam ex hoc sequitur, quod intendebat iudex vitare: nam cùm iudex sciebat aliquẽ esse innocentem, vt persona singularis: & faciebat omnes istas diligentias supra positas, ideo faciebat, vt non infamaret testes: nam si ipse vellet dicere testes fuisse mentitos, & non reciperet eorum testimonium, non sequebatur mors innocentis: sed ideo faciebat omnia D ista, vt non infamaret eos: si tamen deponeret dignitatem dum ventilaretur istud negocium post depositionem testium ante latam sententiam, infamaret testes: quia cùm istę dignitates iudicatiuæ in eis, qui superiores nullos habent, vt in Regibus aliquibus, & Imperatore, & Papa vel alijs dominis valde magnæ sint: quòd aliquis sic subito dimitteret eas non sententiato in causa: manifesta ratione pateret ideo fuisse factum, vt non sententiaret in causa, & in hoc valde infamarentur ipsi testes tanquam si manifeste constaret eos mentitos fuisse. Sequerentur etiam alia scandala, nõ debet ergo talem dignitatem dimittere, sed occidere eum, qui probatur nocens esse: licèt secundum veritatem innocens sit. Sequendo tamen istam expositionem, scilicet quòd taliter cognitus innocens nõ debebat occidi, refertur ista litera ad duos, scilicet quòd E vnus sit innocens, & alius iustus, & est sensus. *Innocentẽ non occides*. Idest eum qui probatur per falsos testes esse nocens, sed sit innocens, & tu scis hoc vt priuata persona, non occides eum, sed facies. vt dictum est vsque ad depositionem dignitatis. *Et iustum non occides*. Vocatur iustus ille, qui per testes falsos in iudicio iust' probatur. Et tamẽ secundum veritatem est iniustus: & hoc scit iudex: vtpote si aliquis occidit hominem, & accusatur in iudicio, & ipse probat per testes falsos, quòd non occiderit eum: nam licèt ista negatiua sit, & nõ possit per rerum naturam directè probari, quia negatis factum per rerum naturam nulla est directa proba-

Inuoluntarium multipliciter dicitur, scilicet ĩ vniuersali, & in particulari.

Si iudex mandaret aliqd manifeste iniustum ministri peccarent illud exeq̃ndo.

Opinio Nicolai.

probatio, vt patet extra de probationibus in cap. quoniam contra falsam, vt supra declaratum est. Et poterit probari sic. Si accuser ego, quòd occiderim Gaium, & ego probauerim, quòd occiderit Sortes: iam probatum est, quòd ego non occiderim eum, nisi forte plures simul in morte eius fuerint. Vel aliter: mortuus fuit Plato, quia occisus prima die mensis, & accusor ego eum occidisse, tamen probem, quòd tota illa die ego fuerim in aliquo loco distanti a loco, in quo mortuus fuit Plato: ita quòd nullo modo potuissem illa die venire ad locum, in quo interfectio fuit, sufficienter probata est ista negatiua, scilicet quòd ego nõ occidi Platonem, & sic ille, qui nocens est, poterit se probare esse innocentem, vel iustum per falsos testes probando similiter negatiuas. Si autem aliquem talem sic se purgantem cognoscat iudex vt singularis persona esse reũ, vt quia forte ipse iudex vidit eũ agẽtem, nõ debet eum propter hoc occidere: nam sicut qui malefactorem occidit sine publica administratione, vt homicida iudicabitur: & tanto magis quanto potestatem ei a Deo non concessam vsurpare non timuit, vt ait Aug. primo de Ciuitate Dei. cap. 17. Sed manifestum est, quòd iudex, qui solùm cognoscit aliquid vt persona priuata, inquãtum huiusmodi solùm est persona priuata: ergo æqualiter peccabit occidendo eum, quem scit singulariter malefactorem: qui tamen falsè in iudicio se purgat, sicut aliqua persona nullum officium, aut dignitatem iudicandi haberet.

Obiectio contra expositionẽ.

Et data ista positione, si aliquis arguat, quòd iudex debet occidere eum, qui malefactor est: & constat ei vt personę priuatæ, & probet sic: sicut non licuit iudici eum, qui erat innocens secundum veritatem, & constabat ipsi vt personę priuatæ, quòd erat innocens occidere, dato quòd testibus falsis probaretur esse nocẽtem: ita non licebit dimittere eum, quem scit esse malum, licèt se testib⁹ falsis comprobauerit esse bonum: nam sicut in alia causa iudex nihil agere debebat propter falsos testes, ita nec in ista. Respondetur, ꝙ non est simile: nam iura promptiora sunt ad parcendum, q̃ ad puniendum: nam odia restringi decet, fauores autẽ conuenit ampliari, vt patet extra: De regulis iuris, in sexto, in regula, odia restringi. Nã ad hoc, quòd aliquis absoluatur sufficit vna causa absolutionis, etiam si sint aliquæ causę ad condemnandum. Ad hoc autem ꝙ condemnetur aliquis, debent esse omnes causæ cõcurrentes ad condemnationem. Item quia non est simile: nam cùm iudex scit aliquem esse innocentem, qui probatur nocens per falsos testes, non absoluit eum, dicens: ego absoluo te ab impetitione, vel instantia super tali facto, quia te inuenio innocentem, sed dimittit eum insententiatum: & non solùm relinquit eum sine sententia, sed exuit se dignitate iudiciaria: quasi dicat, quòd aliàs non posset illam dignitatem tenere, nisi contra illum sententiam inferret: quòd autẽ eum, qui per testes probatur innocens, licèt sit nocẽs, condẽnaret, magis esse quã quod faciebat in alio casu: qa condẽnare, & absoluere pro partibus causis oppositis sunt æqualia: sed in alio casu non poterat absoluere, nec etiam in isto poterit condemnare. Etiam sicut in alio casu non poterat relinquere illum, qui probabatur nocens, licèt esset innocens, sentẽtiatum, nisi deponeret dignitatẽ: ita hic non poterit relinquere insentẽtiatum eum, qui vere iniustus est, si probatur iustus per testes, sed cogetur eum sententiare absoluendo ab impetitione, denunciando eum fore innoxium circa hoc quod obiicebatur. Et isto modo litera, quæ sequitur, *Quia ego auersor impium*, non est comminatio vt intelligebatur secundum primam expositionem, quę vera est: sed refertur ad vnam partem istarum, scilicet ad illam. *Iniustum non occides*. Quia forte putaret ali-

F quis iudex, quòd sicut innocens condemnandus non erat etiam si falsi testes appareant, ita iniustus absoluendus non erat: nam sicut ibi innocentia puniri non debebat: ita hic iniustitiam impunitam effugere non decebat. Dicit ergo Deus, quòd non curet de hoc iudex, si testibus malitia comprobari non potest: nam licèt ille iniustus impunitus effugiat manus iudicis, tamen impunitus non effugiet manus Dei, & hoc quia Deus aduersatur impium, idest persequitur impios in ferendo eis pęnas.

3. Exposi. Rabb. Sal.

Alio modo exponit Rabbi Salomõ istam literam dicens, quòd illi vocantur innocentes, qui exibant condemnati de domo iudicij. Vocatur autem domus iudicij congregatio septuaginta iudicũ Hebræorum, qui semper erant in loco, vbi esset taber- G naculum, & locus sanctus: & isti erant principalissimi iudices in Israel, vltra quos non erat appellandum: pręter hos autem erãt in qualibet ciuitate aliqui iudices, qui sedebant in portis ciuitatis, de quibus sępe dicitur in Deut. & Ruth. 4. capit. & quod dicitur de domo iudicij, idem dicitur de aliis iudicibus ciuitatum, præter hos poterat appellari a iudicibus cuiuslibet ciuitatis ad domum iudicij, idest ad consistorium septuaginta iudicum, vt patet Deut. 17. cap. cùm dicitur: Si difficile, & ambiguum iudicium apud te perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram: & si iudicium inter portas tuas videris variari, venies ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore. De hoc extra, qui fi- H lij sunt legitimi. in cap. per venerabilem. In hoc ergo dicit Rabbi Salomon, quòd si aliquis accusaretur in domo iudicij, qui esset vere innocens, & probaretur falsis testibus contra eum, quòd erat nocens, & condemnaretur: & postea si appareret aliquis, qui vellet eius innocentiam probare, debebat admitti ad probãdum. Et tunc est sensus: *Insontem non occides*. Idest si condemnaueris ad mortem aliquem, qui est innocens secundum veritatem: non occides eum si voluerit aliquis probare esse innocentem: donec probetur vtrum sit, vel non. *Et iustum non occides*: Vocatur iustus isto modo ille, qui ibat ad domum iudicij accusatus: & secundum veritatem commiserat crimen de quo accusabatur: sed per falsos testes purgabatur, & I absoluebatur. Si finito iudicio aliquis appareret volens eum probare nocentem ita, ꝙ deberet mori non audiebatur. Et tunc est sensus. *Iustum non occides*. Idest si per sententiam approbaueris aliquem tanquam iustum, quia testes sic deposuerunt. *Non occides eum*. Idest non recipies aliquem accusantem vlterius, qui velit eum probare nocentem, vt occidas eum: nam de criminibus, de quibus quis extitit infamatus, & postea absolutus, non potest accusatio replicari, vt patet extra: De accusationibus in cap. de his criminibus: licèt hoc strictius seruatur secundum leges humanas, quæ in hoc subtiliter distinguũt, vt distinguit Henricus decretorum doctor super istud cap. in suo quinto super decretales: & tunc sequitur causa supradictorũ, K scilicet. *Quia auersor impium*. Refertur ad id, quod immediate dictum est, scilicet. *Iustum non occides*. Quasi dicat, licèt ille sit iniustus: quia tamen probatur esse iustus non occides eum: nam dato quòd impius sit, non effugit manus meas, licèt effugiat manus tuas.

1. Expositio melior

Istarum autem trium expositionũ prima verior est, & cõsonantior literæ: & hanc teneas. *Nec accipias munera*.

An iudices possint accipere aliquid præter salarium.

QVAESTIO. VII.

HIC ponitur aliud documentum iudicis qualiter se debeat habere in iudicando, scilicet quòd non

accipiat

accipiat munera ab aliquo illorum, inter quos ius dicere debet: & consequitur hoc ad superiora documẽta: nam supra dicebatur, quòd non oportebat in iudicio sequi fauores, scilicet quòd aliquis misereretur pauperis, quia pauper erat: & daret ei aliquod ius, qđ non competebat ei ex meritis causæ suæ: & non debebat sequi fauorem declinando in iudicio pauperis, si ideo non faceret ei iustitiam, quia pauper erat: & quia iudices plerunque recipiunt fauores partium pro pecunijs aliisque muneribus, quę suscipiunt, non debent munera recipi. Item quia supra dicebat non esse occidendum iustum, & innocentem: & quia aliqui propter dona, quæ recipiũt a parte, interdum iudicant ad condemnandum innocentem, vt dicitur in Psal. 13. Et munera super innocentem non accepit, idest non accepit munera ab aliquo, vt proferret aliquam sententiam cõtra innocentem. *Nec accipias munera*. Istud idem ponitur Deute. decimo sexto capi. vocantur autem munera ea, quæ a partibus dãtur gratuito ad placandum iudicem, vel captandum eius fauorem.

Iudices, q imponunt litigãtibus nouas exactiões mortal'r peccãt

Et hoc non debet iudex suscipere propter periculum immutationis animi sui ad fauorem: iudices autem qui litigantibus nouas pęnas, & exactiones imponunt, vt eas imbursent, mortaliter peccant. nec etiam in causa, quã iustè iudicant, debent aliquid exigere a parte, pro qua fertur sententia, si salarium a communitate statutum sit: ideo omnibus iudicibus siue Ecclæsiasticis, siue secularibus certa salaria ab Ecclæsiis, vel communitatibus sunt imposita, vt inde possint sustentari. Pręter hoc autem statuuntur in ipso iudicio aliquę impositiones factę partibus, vt pro tali actu iudiciali debeat tantum solui, & pro tali tantum, & vltra hoc nihil habere possunt. Hęc autem quia statuta sunt, possunt, conscientia salua, recipere: si tamen ipsi iudices ex ꝓposito dilatant causas, vt plura inde habeant, quia fatigant partes expensis, cùm possent causę faciliter tractari, peccant mortaliter. Eos autem qui petunt aliquid a partibus vltra id quod statutum est, redarguit summus Pontifex dicens, quòd aliqui iudices præter salarium suum, quod habebant pro iudicatura cũ partibus conueniebant super certa parte litis, scilicet vt daretur eis decima pars, vel duodecima eius, quod valebat id, super quo litigabatur, & hoc præter expensas ipsorũ, & super salarium, in quo mandat nihil amplius debere exigi, cùm salaria sint eis cõstituta, de quibus honeste viuere possunt. De hoc extra de vita, & honestate Clericorum cap. cùm ab omni: nam & secundum leges ciuiles istę conuentiones factę a iudicibus cum partibus super certa parte litis prohibitę sunt, vt patet in auctentica de iudiciis §. ne autem. col. sexta, possunt autem recipere expẽsas, quas faciunt dum causas iudicant, vt patet extra: De vita, & honestate Clericorum, in capit. cùm ab omni: sed hoc loquitur in delegato, cùm dicatur in principio sui: Sane ad audientiam Apostolatus vestri peruenit, quòd cùm ex delegatione vestra causas suscipitis pertractandas. Nõ tamen licet omnibus iudicibus nec semper expensas a partibus exigere.

An iudices delegati, aut ordinarij expensas, aut munera a litigantibus recipere possint, & quæ consideranda sunt in donatione munerum.

QVAESTIO. VIII.

VT sciatur tamen quando expensę iudicibus dandę sunt, distinguendum, quia aut est iudex ordinarius, aut delegatus. Si autem sit ordinarius, aut iudicat causas manens in loco, vbi habet domicilium, & tunc nihil suscipere debet, quia salarium certum

A ei constitutum est, vt patet in Decre. 23. quæst. prima cap. militare. Et si obiicias, quòd adhuc hoc existente, scilicet salario sufficienti, debet recipere expensas, quod patet extra: De vita, & honestate clerico. capit. cùm ab omni. Nam dicitur ibi, quòd præter expensas cõueniunt cum litigantibus super decima, aut alia parte litis, non attendentes, quòd ad hoc vobis, & aliis clericis sunt redditus Ecclesię deputati, vt ex ipsis honeste viuere debeatis: ergo præter redditus ex quibus sufficienter, & honeste viuere possunt, habere possunt expensas. Respondetur, quòd illud loquitur de delegatis iudicibus, quibus aliquæ causæ specialiter committuntur, & non habent aliquos redditus pro officio iudicandi. Et si dicamus, quòd redditus habent, ex B quibus viuere possunt honeste, isti non dantur eis pro officio iudicandi, sed pro alia causa, scilicet quia sũt clerici beneficiati: ideo cùm specialiter recipiunt aliquem laborem in iudicando, rationabile est, quòd ministrentur eis expensę, quia forte propter discussionem causæ aliquid impediũtur circa alia, quæ habere possent. Secus autem de ordinario: quia præter hoc, quòd beneficiatus est, habet certum salarium pro iudicatura: vel fortè ipsi dignitati suæ est annexa iudicatura: & tunc non debet habere expensas existens in suo domicilio. Si autem eat extra domicilium suum ad iudicandum aliquas causas: non poterit etiã habere expensas, quas facit in victualibus, & ęquitaturis: pro citationibus tamen faciendis, & scripturis per C tabelliones expensas recipiet. De hoc in Decret. 23. q. prima, militare.

Qñ iudices delegati expẽsas põt recipe a litigãtib⁹

Quantum ad primum, scilicet expensas de citationibus, & scripturis habetur, 3. q. 3. ca. offerantur. 14. q. 5. non sane. Ab istis tamen abstinebit si pauperes sint litigantes, vt patet extra: De rescriptis, in cap. statutum in. §. insuper lib. sexto. Si autem iudex est delegatus, aut est delegatus a principe, aut ab ordinario: si autem sit delegatus a principe, tunc si extra domicilium suum ad petitionem partium proficiscatur, a partibus expensas recipiet, vt patet De rescriptis in capit. statutum in. §. insuper libro sexto. Si autem ad petitionem vnius partis proficiscatur extra territorium, ab illa expensas recipiet, vt patet in Decre. 4. quęst. tertia. §. item in criminali versic. venturis. D Et hoc est verum, nisi ipse iudex committat aliquam fraudem, propter quam sit necessitas ire extra domicilium, vel si ipse faciat aliquid, propter quod videatur extra eundũ: & sic intelligitur quod notatur extra: De repræsentis super capitulo nonnulli, Glossa tertia, & de exceptionibus super capitulo Olim. Glo. prima, & tunc à petitione harum expensarum totaliter abstinebit, vt patet ex supra notatis. Si autem sit delegatus ab ordinario, aut est delegatus ad vnam solam causam, aut ad vniuersitatem causarum: si autem ad vniuersitatem causarum, cùm idem sit tunc consistorium ordinarij, & delegati, vt patet de consuetudine, capitulo non putamus. libro sexto, tenebitur id, quod dictum est supra in ordinario. Si autem E sit delegatus ad specialem, vel speciales causas, & tunc aut ordinarius dat eum sine fraude, & malicia, vt parcat laboribus partium, & expensis, & tunc est idem quod in delegato dato à principe: & ratio est, quia ne officium suum alicui sit damnosum, vt habetur de electione libro sexto capitulo, cùm non deceat. Si autem ordinarius det eum cum fraude, & malicia, ipsemet ordinarius habebit ei prouidere. Hæc autem colliguntur ex dictis Bernardi super capitulo, cùm ab omni: iam allegato, & ex dictis Hostiensis in eodem, & ex dictis Speculatoris titulo de salarijs §. à principio vsque ad finem, & ex dictis Ioannis An. in Glossam super sextum in capitulo statutum de rescriptis Parag. insuper.

Supradicta autem ſunt circa ea, quę iudices interdum de iure habere debent ex officio ſuo: & non intelliguntur iſta in aduocatis: nã iudices non poſſunt vendere iuſtum iudicium, vt patet extra de vita, & honeſtate Clerico. capit. cùm ab omni. cùm dicitur: Cùm nec iuſtum iudicium iudici vendere liceat, & venales ſententiæ ipſis etiam legibus ſecularibus reprobẽtur. De hoc in Decr. ſecunda, queſt. ſexta. §. venales, & Co dice quando prouocare non eſt neceſſe. leg. venales. Ratio autem, quia iudicibus datur ſtatutum ſalarium, aduocatis autem nihil ſtatutum eſt, ideo poſſunt recipere pecunias vendendo iuſtum conſilium, dum tamen non multum exigãt, quid tamen exigere debet, aut recipiendum ſit, conſiderari debet ſecundum difficultatem cauſæ, quia quædam requirunt magnum ſtudium, quædam autem quaſi nullum. Item ſecundum durationem, quia quædam cauſę multo tempore durant, quædam autem modico. Item ſecundum conditionem perſonæ, ſicut diues, vel pauper: nam a pauperibus modicum exigẽdum eſt. & ſi multũ pauperes, nihil exigi debet. Et propter hoc iura conceſſerunt, vt ipſi Clerici, qui in cauſis forenſibus coram iudice aduocare non poterant, pro ipſis miſerabilibus perſonis aduocare poſſint, vt patet extra: De poſtulando. in cap. Clerici, & in cap. cùm ſacerdotis. Si autem aduocatus habeat in ciuitate conſtitutum ſalariũ pro cauſis communitatis aduocandis: nihil poterit pete re pro negociis communitatis. Alia ratio eſt quare liceat aduocatis vendere iuſtum patrocinium, & iudici non licet vendere iuſtum iudicium, quia in datis aduocato non multum refert: nam ſiue aduocatus bene, vel male aduocet, non ex hoc immediate ſequitur ſententia in cauſa, nec eſt periculum in aduocatione ſua quantum ad principalem diffinitionẽ cauſę: niſi fortè ex malitia malè ageret pro clientulo ſuo, & faciat eum perdere cauſam. In iudice autem magnum periculum eſt, quia in eius diffinitione pendet totus ſtatus cauſæ: ideo ſi vendere liceret iuſtum iudicium, daretur occaſio, vt conueniret cum partibus. Et ſic de venditione iuſti iudicij veniretur ad venditionem nequiſſimi iudicij. In iſta litera non prohibebat Deus ea, quæ ex ſtatuto, aut conſuetudine communi habere deberent iudices in cauſis: ſed prohibet munera: eſt autem munus quod iudici gratuito donatur ad placandum eum, vel captandum fauorem eius: & quia iſta inclinant animum iudicis ad paſſionem amoris male inflãmantis, qui diſturbat rectum iudicium, & hoc maxime repugnat fini, ad quem ſtatuti ſunt iudices, ſcilicet vt iuſta decernant, de quo ſupra declarauimus in iſto cap. Conſiderandum tamen, q̃ munera ſunt duplicia. Quędam ſunt, quæ ſunt lucra, vt pecuniæ, vel aurum, aut argentũ, aut aliquid poſſeſſiuum: alia quę non ſunt lucra, ſed ad cibum, vt vinum, aut aliquid comeſtibile. Munera aut primo modo accepta totaliter prohibentur, ita quòd nec dari ea licet in iudicio vel poſt ſententiam, vt patet in Decre. primo, quæſt. prima, cap. iudices, & de iſtis muneribus dicitur Iſai. 31. cap. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, & ſic declarat ſummus Pontifex eſſe intelligendum, extra. De ſimonia in capit. & ſi quæſtiones. Si autem ſint munera ſecundo modo dicta, ſcilicet quæ ad cibum vel potum ſunt, non eſt tantum periculum, quia iſta non tantum mouent. Sed & in his conſiderandum eſt vtrum fiant ante ſententiam, vel poſt ſententiam: ſi autem poſt ſententiam, & totalem diffinitionem cauſę tradantur, non eſt aliquod periculum, nec malum iudicatur. Nam munera ideo prohibentur, quia ſanam iudicis intentionem ad malum vertere poſſunt: cùm autem iudex diffinit in cauſa ſiue apelletur, ſiue non appelletur, ſecit quod facturus erat: ideo non habet aliquid, in quo poſtea male, vel bene poſſit inclinari. Si autem dentur ante ſententiam non eſt tanta ſuſpitio, ſicut ſi darentur munera, quæ ſunt pecuniæ: nam de illis nullo modo poteſt bene preſumi, ſed neceſſe eſt ſemper male iudicare. Encenia autem, quæ dantur nõ ſunt lucra, vt patet. ff. de officio proconſulis in l. ſolent. §. vltimo: ideo dicitur, quòd modica encenia recipere poſſunt, vt patet digeſtis: De officio preſidis in l. plebe ſcita. dicitur etiam de reſpectis in ſexto extra in ca. ſtatutum. §. inſuper. Quòd non poterunt recipere iudices a partibus preter eſculentum, & poculentum: quod paucis poſſit conſumi diebus. Et ſi aliquid alterum recipiant aut exigant, tenentur reſtituere eis a quibus receperunt ſub certa pena, aliàs non abſoluerentur, cùm iſta ſint quaſi furto accepta, vt patet in eo, cap. Sed adhuc circa iſta dona diſtinguenda ſunt ea, quæ diſtinguuntur extra: De ſimonia, cap. & ſi quæſtiones, ſcilicet, In dandis, vel accipiendis muneribus tria ſunt maxime attendenda: perſonæ, ſcilicet accipientis, & dantis, qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus. Qualitas perſonarum eſt vtrum pauper diuiti dederit, vel diues pauperi: nam ex hoc poteſt iudicari donum eſſe licitum vel non: nam ſi diues dat pauperi: licèt præſumere non debeamus, quòd diues praua hoc faciat intentione: tamen aliqualis eſt ſuſpitio ex parte ſuſcipientis: quia pauper pro modicis rebus mutari poteſt ad aliquid: ideo iura ſuſpectos habent teſtes, qui pauperes ſunt, vel qui mutauerũt fortunam, ſcilicet qui de diuitijs in magnam pauperta tem prolapſi ſunt, vt patet extra: De teſtibus in cap. ſi qui teſti. Si autem pauper donet aliquid diuiti, licèt ex parte accipientis non ſit ſuſpitio, quòd moueatur mens eius propter illud paruum donum: tamen ex parte pauperis aliqualiter eſt illicitum: non quidem, quòd præſumere debeamus ad mutandum iudicis animum fuiſſe factum (licèt magis contra pauperẽ quã contra diuitẽ in hoc præſumamus) ſed quia pauperes grauantur in dandis muneribus, ideo iudices recipere non debent: nam & neceſſarias, & debitas iudici expenſas partibus remittere debet, ſi pauperes ſunt, vt patet De reſpectis in ſexto capit. ſtatutum. §. inſuper. Conſideratur autem ſecundò quantitas muneris vtrũ magnum, vel paruum ſit: nam ſi magnum ſit præſumetur contra dantem, quòd det intentione mouendi animum iudicis, & præſumetur contra iudicem, q̃ debeat huiuſmodi donum eius animum immutare, ideo in ſupra allegatis locis dicebatur, quòd non reciperentur magna dona, & in cap. ſupra allegato, & ſi quæſtiones. De ſimo. dicitur, quòd illa dona prohibita ſunt, quæ accipientis animum alicere, vel inuertere ſolent: quia ſi aliquis electori ſuo, vt conſecratori, aut iudici, vel aliàs habenti poteſtatem aliquid agendi offerat electuarium, vel de vino, vel alia huiuſmodi, quæ voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant, quia modici precij ſunt: Eccleſia Romana non conſueuerit in his interpretari accipientem delinquere, vel donantem. Conſideretur etiam tempus donationis: nam ſi aliquis donauit alicui id, quo in aliquo tempore indigebat, non preſumitur, quòd illud fecerit, vt moueret animum iudicis ad faciendum aliquid pro ſe, ſed vt conſuleret, aut ſuccurreret eius neceſſitati: & iſto modo iudicat ſummus pontifex non fuiſſe ſimoniam, cùm quidam cardinalis iret ad dãdum pallium Archiepiſcopo Strigonien. & indigeret equitaturis, frater Archiepiſcopi. ſ. rex Vngarię tradidit equũ Cardinali preſato: nam hic perſona dans, & accipiens erant magnę, inter quas dare vnũ equũ, aut recipere nihil erat. Etiã & potiſſimũ: quia datus fuerat ille equ⁹, vt prouideretur neceſſitati

Aduocati poſſunt recipere pecunias vẽdendo iuſtum cõſilium, non autem iudices de iuſto iudicio.

Munerum duplex genus.

Munera, q̃ iudices accipere poſſunt.

Tria conſideranda ſunt in donatione munerum

Eccleſia interpretatur, quòd parua munera dantum non admouent iudicis animum.

Cardi-

Cardinalis. In iſta autem litera licèt omnia munera, quæ oculos exceçare poſſunt vetentur: præcipuè tamen illa, quæ ſunt in pecuniis, quæ nullã ſpeciẽ boni habere poſſint. *Quę exceçant oculos.* Rectè dixit. *Quę excæcant oculos.* Ideſt q̃ aliqua munera ſunt, quę exceçant, & illa nullatenus ſunt ſumenda. Alia ſunt, quæ ſecundũ conditiones ſupra poſitas non exceçant oculos, & iſta accipi poſſunt. Alio modo poteſt intelligi, quòd iſtud relatiuum, quę, non ponatur ad facien dam aliquam differẽtiam in muneribus, ſed ponatur quaſi cauſaliter: non accipias munera, quæ excæcant oculos, ideſt quia exceçant oculos. vnde licèt iura permittant aliquam donorum acceptionem in iudicantibus: conſulens tamen eis eſt, ſi volunt effugere conſcientiæ ſcrupulum, vt nihil omnino recipiant: nam naturaliter inclinatur anima noſtra ad eum, qui bene facit nobis ſaltem in verbo, & aliqualiter homo magis faueret vni parti quam alteri. In iudice tamen nõ debet ſic eſſe, quia eſt tanquam ſtatera iuſto libramine poſita, ita quòd nihil omnino ad vnam partem magis, quàm ad alteram inclinetur. *Quæ excæcant prudentes.* Deut. 16. cap. dicitur, quę exceçant oculos ſapiẽtum, & idem eſt: nam ſapientes, vel prudentes vocãtur hic iuriſperiti, qui ſciunt conuenienter cauſas iudicare ſi velint, & hos exceçant munera, quia licèt ſciant bene iudicare: facient munera, quòd male iudicent. & iſto modo non accipitur propriè prudens. Nam prudens non ſolùm dicitur ſciens, ſed qui taliter eſt diſpoſitus, quòd poſſit ea operari, quæ ſcit. Et ſic dicitur in ſeptimo Ethi. adhuc autem nõ in eo, quòd eſt ſcire eſt eſſe prudentem: ſed in eo, quòd practicus: ideo nemo eſt prudens, niſi habeat virtutem moralẽ: & nemo habet virtutem moralem, niſi ſit prudens, vt concludit Ariſt. in fine ſexto Ethic. Et iſto modo etiã accipimus communiter in ſacra ſcriptura pro eo, qui prudens eſt, & tunc non ſolùm accipiendo, vt ſupra dicebatur prudens pro eo, qui ſolùm ſcit: quia hunc mutari a ſuo ſcire propter munera mirabile nullum eſt: ſed quòd iſte, qui habet habitum prudentię propriè dictę: & eſt operatiuus, ideſt ſic diſpoſitus, vt ſecundum illud iudicium operetur ſi ei munera dentur peruertetur: quia ſicut paſſiones ſępe deijciunt eos, qui boni ſunt, ita munera ſuccedunt loco paſſionis, qa ipſa incitant amorem male inclinantem. *Et ſubuertunt uerba iuſtorum.* Ideſt ſententias eorum intra ſeipſos: nã ſecundum iuſtitiam iuſta agimus, & iuſtorum operatiui ſumus, vt patet in principio quinti Ethi. & iſti iuſti apud ſe ſententiant nunquam eſſe iniuſtè iudicandum: cùm tamen præſentantur eis pecunię aut alia magna munera, mutatur mens eorum: & iudicant eſſe ſententiandum pro illo, qui pecunias dat. Vel vocantur hic verba ipſę locutiones iuſtorũ: & hęc ſunt, quę ſubuertuntur: nam deberet iuſtus rectè ſententiare, & profert verba iniquæ ſententiæ. Principalis autem ſubuerſio quantum ad ipſum ſtatum litigantium eſt in verbis iudicis. Nam licèt cor iudicis mutaretur ad munera, ſi tamen verba poſſent non mutari, corde ſubuerſo, nulla quidem damnificatio eſſet litigantibus ex mutatione cordis iudicis: quia tamẽ, corde mutato, neceſſe eſt mutari operationes virium executiuarum, quæ reguntur ab ipſa voluntate, quam vocamus cor, mutabitur locutio, quæ eſt operatio virtutis interpretatiuę organicę. Et ponitur mutatio verborum, vel ſubuerſio, & non ſubuerſio cordis: quia mutatiò verborum eſt, quæ nocet per ſeipſis litigantibus, mutatio autem cordis per accidens. Vel dicuntur ſubuerti, vel mutari verba iuſtorum, quia verba ante bene dicta, poſtea mutantur in malum: vt ſiquis iudicet in aliqua cauſa iuſte, & poſtea aliquis affectat munera, mutabit verba retractando ſententiam, vel inquirendo aliquem modum, per quem ipſe, qui dat munera, debeat magis probare de iure ſuo, & ita ſit color ad retractandum ſententiam tanquam iniquã, vel indebite latam nondum allegato iure partis, vel concluſo in cauſa. *Peregrino moleſtus non eris.* Iſtud eſt aliud documentum pro iudice, ita vt bene ſe habeat ad omnes perſonas: nam peregrini ſunt deſtituti humano fauore, cùm ſint extra terram ſuam, & cognationem, in qua aliqui adiuuarent eos de cognatione ſua. huic ergo decet iudicem eſſe beneuolum: nam licèt ad omnes iudex iuſtè ſe habere debeat, quia iudex non eſt, ſi in eo iuſtitia non eſt, vt patet extra, De verborum ſignificatione in capit. forus, & nemini moleſtus eſſe debet: minus tamen debet eſſe moleſtus peregrino quàm indigenis terrę: nam ſi iudex ſit moleſtus alicui indigenę, ideſt qui oriundus eſt de terra illa, in qua eſt iudex, alij cognati adiuuabunt eum, ita q̃ iudex premere non poſſit: ſi autem ſit peregrinus nullum habet adiutorem, & affligetur nimis, ſi iudex moleſtus eſt ei: & non ſolum eſt iſtud mandatum ad iudices, ſed etiam ad cunctum Iſrael: ſcilicet quòd nullus de Iſrael ſit moleſtus peregrino. *Scitis enim aduenarum animas.* Ideſt non debetis affligere peregrinos, quia vos ſcitis quales ſunt cauſę peregrinorum, ſcilicet quia ſunt ſemper in triſtitia cùm ſint extra terram ſuam, & ſunt extra cognationem ſuam, & in timore nullum habentes auxiliatorem: quaſi dicat: propter hoc, quòd vos ſcitis, in qua miſeria ſunt aduenę, vel peregrini, non debetis eos contriſtare. Peregrinus & aduena idem ſunt: nam aduena dicitur ab adueniendo, quia venit de vna terra ad morandum in aliam, vnde aduena quaſi ad aliud veniens: ſcilicet ad aliud territorium. peregrini dicuntur quaſi peregre proficiſcentes: quia non habent manſionem fixã in aliquo loco: qui tamen ad aliquem locum nouiter venit, ſiue veniat ad morandum, ſiue tranſeundum peregrinus vocatur. *Quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti.* Iſtud eſt redditiuum ſuperioris: & poteſt referri ad quodlibet illorum: ſcilicet ad primum. *Peregrino moleſtus non eris.* Et tunc eſt redditiuum cauſę, ſcilicet quia ipſi fuerunt peregrini in terra Aegypti. Et ſicut ipſi voluiſſent ſibi nullum moleſtum eſſe: ita non debent alijs peregrinis moleſti eſſe. vel poteſt referri ad id quod dictum eſt. *Scis enim aduenarum animas.* Ideſt ſcitis vos quomodo aduenarum animæ ſunt in anguſtia, & ſolicitudine continua, & hoc vos ſcitis, quia voſipſi fuiſtis in terra Aegypti aduenæ: & ſicut tunc animæ veſtræ erant in afflictione, & dolore: ita animæ omnium aduenarum ſunt.

Alia lex.

Pèregrin⁹ & aduena idẽ ſunt.

Cordemutato neceſſe eſt verba mutari quia cor linguę dominatur.

Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem ſeptimo dimittes eam, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri. Ita facies in vinea, & in oliuero tuo. Sex diebus operaberis: ſeptima die ceſſabis, & requieſcat bos, & aſinus tuus: & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Omnia, quę dixi vobis, cuſtodite. Et per nomen externorum Deorum non iurabitis, neque audietur ex ore veſtro. Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta cælebrabitis. Solen-

nita-

nitatem quoque azymorum custodies. Septem diebus comedetis azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando
Supra 12. egressus es de Aegypto: non apparebis in
Infra 34. conspectu meo vacuus. Et solennitatem
Deut. 16. mensis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro. Solennitatē quoque
Eccl. 34. in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno
De cōsidi. primo ca. ois Christianus infra 34. apparebit omne masculinum tuum coram Domino deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem victimę meæ: nec remanebit adeps solennitatis meæ vsq; mane. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hędum in lacte matris suæ.

De legibus circa Sacerdotes.

QVAESTIO. IX.

SEX *annis*. Hic ponitur secundum principale, scilicet informatio in actibus sacerdotalibus: quia obseruationes solennitatum, & cęterarum cęremoniarum ad sacerdotes pertinebant, quia ipsi erant ministri Dei: & non solùm obseruatio, quam ipsi faciebāt, sed etiam obseruatio, quæ per alios fieri debebat: nā etiam si quisquam non obseruabat cęremonias legis, ad sacerdotes pertinebat iudicare, & condemnare tales, sicut iudex Ecclesiasticus punit eos, qui delinquūt circa ea, quæ sunt spiritualia, vt circa matrimonium, & similia, & ab ipsis iudicibus sacerdotibus iudicātur: nam maior inter omnes iudices erat sacerdos, vt patet Deuter. decimo septimo cap. Et primo agitur de sanctificatione septimi anni, qui erat annus libertatis. Iste namque erat annus remissionis, quia in eo remittebatur seruus Hebræus, qui vendebatur alicui Hebręo, vt patet precedenti cap. in principio, & Deute. decimo quinto cap. cùm dicitur: Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebręus, aut Hebræa, sex annis seruiet tibi, & in septimo anno dimittes eum liberum. in isto septimo anno etiam fiet remissio debitorum. Nam si aliquis Iudæus debeat aliquid alteri, & vsque ad tempus illud solutum nō esset, non soluebatur amplius, nec poterat aliquam actionem intentare creditor contra debitorem: si autem dedisset aliquid Hebręus Gentili, aut alicui conuerso de Gentilitate, poterat exigere etiam in isto anno remissionis, & vltra, vt patet Deut. decimo quinto cap. cùm dicitur: Septimo anno facies remissionem, quę hoc ordine celebrabitur: cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini: a peregrino, & aduena exiges: in ciuem autem, & propinquum potestatem non habebis. Item in septimo anno legebatur liber Deuterono. coram toto populo Israel, vt patet Deuter. 31. cap. cùm dicitur: Post septem annos anno remissionis in festo tabernaculorum conuenientibus cunctis filiis Israel, vt appareant in conspectu domini in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis huius coram omni Israel audientibus cunctis, & in vnum omni populo: congregatis tàm viris, quàm mulieribus, paruulis, & aduenis, qui sunt intra portas tuas. Item in isto

Annus septimus libertatis & remissionis erat apud Hebręos.

septimo anno non serebatur quicquam, nec colebatur terra, & ea quæ nascebantur sponte non colligebantur sicut in aliis annis, sed sic seuiter carpebantur aliqua de eis in escam hominum, & iumentorum, vt patet Leui. 25. cap. cùm dicitur: Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis sabbathizabitis sabbathum domini: sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineā tuam, colligesque fructus eius: & septimus annus sabbathum erit terræ requietionis Domini, agrum non seres, vineam non putabis, quę sponte gignit humus non metes, & vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis est, sed erunt vobis in cibum tibi, & seruo tuo, & ancillæ, & mercenario tuo, & aduenę, qui peregrinatur apud te: iumentis tuis, & pecoribus omnia, quæ nascuntur prębebunt cibum. *Sex annis seminabis terram tuam*. Idest in quolibet sex annorum continuorum poteris serere terram tuam, vel facere in ea quidquid volueris. *Terram tuam*. Terra omne genus possessionis, in quo fructus sunt, signare potest, sed hic non accipitur nisi pro agro, in quo seritur. & patet per hoc quod subijcitur, & congregabis fruges eius: non tamen debet intelligi de terra sola, sed etiam de vinea: sic enim patet Leui. vigesimo quinto cap. scilicet: Sex annis seres agrum tuum, & putabis vineam tuam, colligesque fructus eius: septimus annus sabbathum erit terrę requietionis domini: agrum non Seres, vineam non putabis. & non solùm intelligitur de istis, sed etiam de hortis, ita quòd coli non deberent horti, nec aliquod aliud genus possessionis terræ: nam eadem ratio subsistit in omnibus, quia tollebatur ne ararent nec putarent, vt daretur requies tertę. Si tamen liceret colere in hortis, & in aliis generibus possessionum facientium fructus, non requiesceret terra: ergo non debent istę culturæ fieri. Antecedens patet Leu. 25. cap. cùm dicitur: Annus septimus sabbathum erit terrę requietionis domini. *Et congregabis fruges eius*. Hoc dicitur referendo ad possessiones agrorum, quę seruntur, sed non solùm congregabuntur in sex annis fruges agrorum, sed etiam omnes alij fructus quicunque essent. Et patet hoc, quòd annus remissionis communis sit ad omnia genera possessionis, quia infra dicitur: sic facies in vinea, & oliueto tuo. *Septimo anno dimittes eam, & requiescere facies*. In isto anno terra dimittebatur, quia homines non exercebant eam laboribus, sicut consueuerant, nec putabāt, nec serebant, sed relinquebatur, vt ipsa sponte gigneret. *Septimo anno*. Scilicet in quo fit remissio ita, qd omnia, quæ supra diximus fierent in isto anno septimo, & requiescerę facies, idest facies cessare a labore: terra autem non propriè requiescere dicitur, quia illud requiescit, quod aliquando fatigatur. terra autem nunquam fatigatur, quia potentia fatigabilis est finita, & corporea actiua, & organica, terra autem non est huiusmodi, ideo non fatigatur, nec requiescit: de quo magis diximus supra vigesimo capit. sed dicitur requiescere per metaphoram: quia sicut nos quiescimus cùm istos labores corporęos non exercemus, ita terra quiescit, cùm eam laboribus nostris non vertimus atque scindimus. in hoc anno cessabatur ab hoc labore, quia non arabatur, nec fodiebatur, nec quidquam alterum sustinebat. Etiam dicitur terra requiescere illo anno secundum alterū modum, & propriè: nam cùm nos terram fodimus atq; laboramus disponitur ad susceptionem influētiæ corporum cęlestium: & cùm sit virtus sua, ex qua germina nutriuntur, quæ est terræ crassitudo, quæ cum mixta humori cedit in nutrimentum plantarum, per continuā culturam terræ, & germinationem minoratur illa virtus, & sic minus fructifera semper est.

In septimo anno non serebatur nec terra colebatur.

Terra proprie non quiescit quia non est potentia fatigabilis.

Quod

Quod satis patet in vineis: nam in principio multum fertiles sunt, cùm autem veterascunt, modicum fructum faciunt. Quod ex duabus causis fit, prima quia cōtinuè exhausta virtus nutrimentalis fructuum ab ipsa terra minor fit. Secunda quia ipsę arbores, quę certam habent perhiodum secundum suam speciem, sicut & quęlibet aliæ res, quarum certus terminus magnitudinis, & augmenti positus est, vt patet in secundo De anima cap. de potentia nutritiua, veterascunt, & indisponunt ad attrahendum, & digerendum virtutem attractam a terra. Idem est de homine: nam licèt tantus cibus, & ęquè sanus, & confortatiuus detur seni sicut iuueni, non tantum confortabitur senex sicut iuuenis, quia deficiunt interiores vires a fortitudine sua, scilicet digestiua, & attractiua, & conuersiua in naturam membrorum. Patet etiam magis in arbore: nam si aliqua arbor sit vetus in aliquo loco non potens dare nisi raros, & inutiles fructus, extirpet funditus, & in eadem terra plantetur noua arbor: & illa multum fortificabitur. Si tamen hoc solùm prouenisset ex defectu virtutis terræ, eodē modo fieret pauca confortatio, & paucus fructus in noua, sicut in veteri. Item patet alio modo, scilicet quòd tota terra, quæ est in circuitu arboris veteris tollatur: & alia feratur aliunde, quæ fortior sit atque feracior, quia forte exculta non fuit, & ponatur circa radices illius arboris, non propter hoc erit feracior: in arboribus ergo duplex causa deficiendi est, scilicet terrę indispositio quantum ad minorationem virtutis, & arboris inueta ratio, & defectus virium nutritiuarum, & generatiuarum: nam eodem modo sunt istę virtutes in arboribus, sicut in nobis, & in cęteris animantibus: licèt nō in eodem gradu perfectionis. in agris autem qui seruntur magis patet hoc, quia raritas, vel paruitas in fructibus solùm est ex ipsa terra, cùm segetes quolibet anno nouiter nascuntur, & non manent eędem in vno anno, quæ fuerunt in altero: & tamen videmus, quòd terræ post multos annos minus feraces sunt, quàm in principio: tunc autem terra feracior est cùm nouiter scinditur, atque seritur, deinde paulatim virtus eius minuitur: nisi per multos annos quiesceret, & cęli influentia adiuta ad statum pristinum reducatur. Et ista est causa, quare agricolæ multos agros interpollatim excolunt, & serunt, scilicet quòd vno anno serant, & colligāt, alio anno nihil in eo faciant. & iterum ad culturam reducant. & isti agri cęteris feraciores sunt, vt experientia videtur: & ratio satis patet. Vocantur autem tales agri noualia, vt patet extra De verborum significationibus in cap. innouate noua. Et eadem ratione terra semp diminuitur in virtute germinatiua, cùm a tempore suę creationis semper germinauerit. Vberior namque erat ante centum annos, quā nunc: & vberior ante mille, & sic anticipando retroacta tępora: tempus autem vberrimum fuit tępus, quo creata est, scilicet tempus anni illius, & consequenter diminuebatur licet modicum vsq; ad diluuium: in quo valde magna totius terręimmutatio facta est intrante oceano in terras, & salsedine sua corrumpente, & desiccante vim germinatiuam terræ, & post ipsum tempus continuè fit minoratio.

Tunc terra feracior est cū nouiter seritur atque scinditur.

Quare hominum vita, & natura nunc minorata sint.

QVAESTIO. X.

ET ex virtute terræ prouenit radix, quare corpora humana in quantitate minorata sint, & quare in

viribus, & sanitate, & diuturnitate vitę, cęterisque naturalibus perfectionibus: deficiente enim virtute nutritiuorum, necesse est diminui ipsa nutrita. Alia etiā causa potior est, scilicet aspectus cęli super terram habitatam secūdum motum octauæ spheræ, qui tardior est omnium motuum cęlestium, de quo latius dixim' Gen. quinto cap. & ibi vide, quia pulchra sunt. Terra ergo in septimo anno requiescebat, quia cùm non coleretur non germinabat: & sic non emittebat virtutem suam nutritiuam plantatiuorum, & sic fiebat pro sequentibus annis feracior: nam licèt in anno septimo, in quo non colebatur spōte aliqua gigneret, quia non disponebatur per culturam ad recipiendum virtutem cęli, modicam virtutem emittere poterat. & hoc est verum quantum ad vineas, & hortos cęteraq; arbusta, quæ etiam sine cultura fructus faciunt, sed valde paucos, & sic aliquo modo iuuantur terrę, quia non tanta virtus exhauritur: in agris autem, qui seruntur magis proficiebat ista dimissio, quia cùm non essent ibi arbores nec aliquid nutribile, nisi aliquas herbas ipsa terra ex se gigneret: vel ex messione præcedente aliqua grana manerent in agro, quæ terrę consepulta postea in spicas deformarentur, licèt ergo istud præceptum videretur aliqualiter Iudæis graue, tamen vtile erat, quia terra eorum reddebatur feracior, & cibi non deficiebant eis in anno, quo non serebant. Et forte aliquis naturaliter inspiciens dicet istam esse causam huius cęremoniæ, scilicet quòd in septimo anno terra non sereretur, nec dominus suus meteret ea, quę sponte nascebantur, vt terra feracior redderetur; quę vtilitas publica erat. Sed hoc nihil est; quia Deus non erat legislator dans remedia ad succurrendum naturę deficienti, & impotenti, cùm ipse miracula faceret circa hęc: nam Deus pro quolibet anno sexto ante annū remissionis faciebat mirabile dando fructus trium annorum, scilicet pro sexto, & septimo, & octauo, qui erat primus post annum remissionis. & principium in sequenti septenario, vt patet Leuit. 25. cap. quomodo ergo Deus faceret miraculum ad sustentationem naturæ cùm satis conseruaretur terra Hebræorum in sufficienti feracitate non faciendo annum septimum dimissionis: etiam non dato illo miraculo. Dicendum autem, quòd ratio huius dimissionis erat propter pauperes, & peregrinos, aduenas, & pupillos, vt omnes lętarentur illo anno septimo de his, quę sponte nascebātur, vt patet hic infra: Et requiescere facies eam, vt comedant pauperes populi mei: & sic dicitur Leuit. vigesimo quinto cap. cùm dicitur: Vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiā, annus enim remissionis est, sed erūt vobis in cibū, tibi & seruo tuo & ancillę, & mercenario tuo, & aduenę qui peregrinatur apud te. Et quia valde durum videbatur Hebræis dimittere fructus suos alienis, si ipsi excolerent agros, & vineas, atque terræ semina darent, & nunquā tale præceptum complerent: mandauit, quòd illò anno non putaretur vinea, & non sereretur terra, nec fierent alię culturę: & tunc non deberent Hebræi dolere dimittendo illo anno possessiones vacantes, cùm nullo modo in eis expensas facerent aut laborum operas perderent. Non enim secundum verita tem potest assignari alia pro causa potissima huius obseruationis nisi ista. Et fiebat hoc in anno septimo remissionis: nam sicut in illo anno serui euadebant in libertatem, & debitores absoluebātur a creditoribus: ita fructus agrorum sponte nati permitterentur oībus pauperibus, & ipsis bestiis agri, vt in isto anno omnia gratuita fierent.

Opinio q̄dam causā assignās requietionis terræ ī septimo anno.

Doctoris determi.

Quid Hebræi comedebant in anno septimo cum non sererent, nec quidquam colligerent.

QVAESTIO. XI.

SED quærit aliquis Hebræus: si Deus mandat nobis, quòd in septimo anno non seramus, nec colligamus, nec vineas putemus, aut colligamus fructum earum, quid comedemus in septimo anno? Respondetur, quòd in sexto anno tantam copiam frugũ Deus dabat indeficienter, vt sufficeret pro tribus annis, scilicet pro sexto, & septimo, qui erat annus dimissionis, & pro sequenti anno, qui erat octauus ordine continuato. De hoc Leuiti. vigesimo quinto cap. sic dicitur: Quòd si dixeritis, quid comedemus anno septimo, si non seruerimus, & collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus trium annorum, seretisque octauo anno, & comedetis fruges veteres vsq; ad nonũ annum, donec noua nascantur edetis vetera. De obseruatione huius ceremoniæ quidam magnus doctor cui repugnare non audeo, nec rationabile est, dixit quòd in anno septimo serebant domini terrarum terras ipsas, & putabant vineas cæterosque labores agricultuos exercebant: sed fruges, aut vuas, vel alios fructus non colligebant, sed relinquebant, & pauperes viduæ, aduenæ, pupilli, cæterique miserabiles carentes his colligebant, & ipsi domini cum eis. Et motiuum huius opinionis est, quia dicitur in litera: Dimittes eam atque requiescere facies, vt comedant pauperes populi mei. Quid ergo comederent si non sereretur? Ad hoc respondet Nicolaus dicens, quòd non videtur verum. Nam Ioseph tenet oppositum, & Hebræi dicẽtes, quòd domini non serebant in illo anno. Et concordat magis literę, cùm dicitur. *Dimittes eam atque requiescere facies.* Sed hæc ad quid inducuntur suasiones? cùm sit textus clarissimus Leuit. vigesimo quinto capit. cùm dicitur: Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius: septimo autẽ anno sabbathum est terræ requietionis domini: agrum non seres vineam non putabis. Idem patet infra eodem c. cùm dicitur: Quòd si dixeritis, quid comedemus anno septimo, si non seruerimus, nec collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam, & annus sextus faciet fructus trium annorum. Ad motiuum illius Doctoris patet responsio ex eodem capit. vigesimo quinto Leui. Nam cùm ipse dicit, quod si non sererent domini in anno illo, quid comederent pauperes populi, pro quibus fiebat iste annus remissionis. Respondetur, quòd comederent ea, quæ terra per se ipsam gigneret, cùm dicitur: Quæ sponte gignit humus non metetis: & vuas primitiarum vestrarum non colligetis tanquam vindemiam: annus enim requietionis terræ est: sed erunt vobis in cibum tibi, & seruo tuo, & ancillæ, & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinatur apud te. Etiam ad hoc estratio satis suadens: nam Iudei erãt duri valde non habentes viscera pietatis ad proximos, & ea quæ eis nihil proficiebant, & pro quibus nihil laborabant dare nolebãt: quanto magis si mandaretur eis tantum laborare, quòd excolerent agros, & vineas, oliueta, & cęteras possessiones, & postea dimitterent ea non colligẽdo fructus dando alienis. nullo modo Hebræi talia facerent: & dominus non mandaret eis qd nullo modo ipsi completuri erant. *Et requiescere facies.* Idest in illo septimo anno terra: non excoletur, & nõ tantum germinabit, & fortificabitur, atque in annis sequentibus vberiores segetes faciet.

Attẽde doctoris mo destiã circa dictum diui Aug.

Responsi. ad motiuũ August.

Præceptum de relinquenda terra inculta modico tempore ab Hebræis obseruatum est.

QVAESTIO. XII.

CONSIDERANDVM autem, quòd istud præceptum modico tempore fuit seruatum a Iudeis: nam post exitum de Aegypto ab introitu eorum in terram Chanaan vsque in annum, quo transducta fuit captiuitas in Babylonem in vice secunda sub Nabuzardan principe exercitus Nabuchodonosor, fluxerunt anni octingenti sexaginta septem. Quod sic patet: nam ab exitu de Aegypto vsque annum, quo incepit Salomon templum, fuerunt anni quadringenti, & octoginta, vt patet tertio Reg. sexto capitu. a quibus demantur quadraginta anni, qui fluxerunt inter exitum de Aegypto, & introitum in terra Chanaan, vt patet supra decimo sexto, & Deuter. octauo, & vigesimo nono, & Nu. decimo quarto. ca. manebunt quadringenti, & quadraginta anni, quibus addantur anni quadringenti vigintiseptem, quibus durauit templum Salomonis ab ipso tempore Salomonis, in quo constructum est vsque ad annum vndecimum Sedechiæ, in quo destructum est: vt patet computando per tempora regum Iuda intermediorum, fient anni 867. ab introitu Hebræorum in terra Chanaan vsque ad captiuitatem Babylonicam, quando ducti sunt cùm Nabuzardan: in toto autem isto tempore trecentis, & octoginta annis seruauerunt annum remissionis, & dimissionis terrę: & in quadringentis, & nonaginta non seruauerunt, in quibus annis defecerunt septuaginta anni dimissionis terræ, quæ erant septuaginta sabbatha terræ, vt patet diuidendo quadringentos, & nonaginta annos per septenaria, reperientur septuaginta septenaria: & in quolibet septenario est vnus annis dimissionis, siue sabbathi terræ: ergo septuaginta sabbatha sunt in 490. annis. Qui igitur in 490. annis non seruat sabbatha terræ, deficit seruare septuaginta sabbatha. Ob hoc ergo Iudæi steterunt in captiuitate Babylonica annis septuaginta, quia septuaginta sabbatha terræ non fecerant in annis 490. Et hoc patet, quia Deus prædicebat Iudæis, quòd tot annis manerent in captiuitatibus suis, quot sabbatha ipsi abstulissent terræ: & ipsis captiuatis, nulloque excolente terram, faciebat terra sabbatha continua pro omnibus annis sabbathorum intermissis. De hoc habetur Leuit. vigesimo sexto cap. cùm dicitur: Tunc placebunt terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suæ: eo, quòd non requieuit in sabbathis vestris, quando habitabatis in ea. Quia autem hoc contingeret in captiuitate Babylonica, patet secundo Paralip. vltimo capitu. in fine, cùm dicitur: Sed qui euaserat gladium, ductus est in Babylonem, & seruiuit regi, & filijs eius quousque imperaret Rex Persarum, vt compleretur sermo domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra sabbatha sua; idest non potuerunt de captiuitate Babylonica redire donec terra recuperaret numerum sabbathorum, quia dicitur. Et vt celebraret: sed septuaginta annis tunc manserunt in captiuitate, & totidem annis terra celebrauit tunc sabbatha: ergo septuaginta sabbatha defecerant. Et sequitur ibidem in litera. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbathũ vsque dum complerentur septuaginta anni. Sed dices quod non tot annis steterunt Iudæi in captiuitate Babylonica quot annis omiserunt sabbatha, quia non videbatur tantum peccatum omissionis sabbathorum, vt tanto tempore pro illo captiui teneri debuissent.

Quare Iudęi in captiuitate Babylonica 70. annis permãserunt.

Respon-

Respondetur, quòd tot annis steterunt in captiuitate, quot sabbatha reliquerunt, vt videtur litera arguere cùm dicitur: Et celebrauit terra sabbatha sua: cũctis enim diebus desolationis egit sabbathum donec cõplerentur septuaginta anni: & maxime Leui. 26. cap. cùm dicitur: Tunc placebunt terre sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suę: quando fueritis in terra hostili sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suę: eo q̃ non requieuit in sabbathis vestris quando habitabatis in ea. & cùm dicis, quòd non erat tantum peccatum non sabbathizare, quòd propter illud tantam paterentur pęnam. dico quòd licèt ista captiuitas non fuerit inducta principaliter propter non sabbathizare, sed propter alia peccata maiora, quę declarant Isaias, & Ieremias, & alij Prophetę: tamen Deus, qui summe sapiens est, sic illam pęnam equauit, vt corresponderet etiam cuidã speciali peccato, propter qd̃ hic aliquid patiebantur erat peccatum, quòd septuaginta sabbatha reliquerãt: ergo septuaginta annis pro aliis peccatis, & pro hoc puniti sunt. Exemplum huius patet Num. 14. capi. nam populus Israeliticus, qui in terram promissionis intraturus erat in secundo anno exitus sui de Aegypto, postquam venerunt in Cadesbarne, vt patet ex his, quæ habentur Deut. 1. capit. vagati sunt quadraginta annis per desertum, quia non crediderunt mirabilibus eius, & murmurauerunt contra eum, quia induxerat eos in terram illam: & tamen postea in sententia condemnationis eorum dicitur: Vestra cadauera iacebunt in solitudine, filij vestri erũt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationẽ vestram, donec consumantur cadauera patrũ in deserto iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur: & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras. Ecce qualiter ponitur ibi pęna quadraginta annorũ iuxta quadraginta dies, quibus lustrauerant terram: tamen lustrare terram non fuit peccatum, pro quo fuit imposita ista pęna: nam si solùm lustrauissent terrã, & non murmurauissent, non fuisset eis aliqua pęna imposita: nam lustratio ipsa non fuit peccatum secundum se: Deus tamen qui sapiẽtissimus est, ita pęnam illius peccati commensurauit, vt pęna murmurationis corresponderet numero dierũ quibus lustrauerunt terram: quia lustratio ipsa fuit occasio murmurandi, vt patet Num. 13. & 14. capit. quare detraxerunt exploratores terrę ad quam intrauerant: & idem dicitur Deut. primo cap. *Vt comendant pauperes populi tui.* Leui. 25. ca. dicitur quòd fructus istius anni, qui sponte gignebantur, non debebant colligia domino possessionis sicut alijs annis, sed ipse comedebat aliquid de eis, & viduę, & pupilli, mercenarij, & aduenę, & serui, atq; ancillę, omnesque pauperes, & ipsa iumenta, ita vt omnibus cõmunicarentur fructus illius anni: & non dicit particula, vt, causam finalem omniũ supradictorum, sed ipsius principalis obseruationis. Nam ista cæremonialis obseruatio, vt dictum est, ideo fiebat, vt pauperes terræ illo anno inofensè, atque nullo prohibente comederent de fructibus terræ. Sed non est iste finis ad id, quod illo anno requiesceret terra a laboribus: nam dato quòd tunc coleretur, poterat existere idem, scilicet vt ipsi cultores domini excolerent agros, & cęteras possessiones, & postea relinquerent capiendos fructus omnibus pauperibus, sed non mandauit Deus sic, quia durum videretur Hebræis, quòd ipsi laborarent, & alij labores eorum comederent. *Et quidquid reliqui fuerit.* Idest si aliquid manserit in agris in illo septimo anno, quod non comederent pauperes terræ, & ipsi domino agrorum: relinquebatur bestijs terræ, vt sic bonitas dei, & benignitas Hebræorum possidentium communicaretur etiam bestiis. *Ita facies in vinea, & Olueto tuo.* Hic declarat quantum extendatur ista lex: nam supra solùm dixerat de agris, quæ feruntur, quòd sex annis sererentur, & in septimo dimitterentur. Nunc dicit, quòd non solùm in agris, sed etiam in vineis, & oliuetis, item in hortis, & cęteris generib⁹ arbustorum, quæ ab hominibus possidentur, atque colunt. *Sex diebus operaberis.* Cùm supra dixerit de obseruatione septimi anni, hic de obseruatione septimę diei. Iudęi enim per septenaria operantur, scilicet septimam diem custodiunt: septimum annũ remissionis faciunt: septies septimam annorum pro iubileo sumunt, vt patet Leui. 25. cap. non iniuste ergo Iudæi septimi vocantur. & sic Ouidius qui velut egregius inter poetas rerum proprietates inuestigans, vt prædicaret de eis propria connotata Hebræos Septimos viros vocauit, vt patet primo libro De arte amandi, cùm dicit de habitatione Iudæorum.

Iudæi totam vitam per obseruationem septenariorum agunt.

Terra Palæstinæ Septimo culta viro.

Idest terra Palęstinæ habitata fuit a Iudæis, qui sunt viri Septimi, idest tollentes septenaria dierum, & septenaria annorum, & septenaria hebdomadorum annorum.

Deus sæpe commemorat præceptum de obseruatione sabbathi, quia pertinet ad Dei cultum.

QVAESTIO. XIII.

ISTVD præceptum sæpe repetitur, quia multum pertinebat ad cultum Dei talis vacatio, de quo supra 20. cap. Memento, vt diem sabbathi sanctifices, & ibi apponitur causa, scilicet quia sex diebus Deus creauit cęlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, & in septimo die requieuit. Idem Deut. quinto ca. de hoc infra 31. capit. vbi cùm magna efficacia mandatur custodia sabbathi, & imponitur pęna mortis non custodienti illud: quia signum est in sempiternum in generationibus Hebræorum, & infra 35. c. ponitur quid obseruari debeat in sabbatho, scilicet quòd nõ debeat succendi ignis per cuncta tabernacula Hebręorũ. De maiori custodia eius habetur Leui. 23. cap. vbi dicitur: Nullũ opus debere fieri in sabbatho, quod est speciale ad cęteras solennitates comparatum: nam in alijs non prohibentur omnia opera, sed opera seruilia tantùm, vt patet in eodem capit. in sabbatho autem omnia: & hoc præterquam in festo propitiationis, in quo etiam nihil facere licebat, vt patet eodem 23. capit. Si autem vis videre latius de obseruatione sabbathi, aliorumque festorum, recurras ad 12. cap. supra, vbi latè diximus. Nicolaus dicit, quòd causa quare hoc præceptum de sabbathi custodia fuit hic positum, est, quia dictum fuerat supra de anno dimissionis terræ, qui est annus septimus, in quo feriabant Hebræi totaliter, cũ non colerent agros vel putarent vineas, nec similes labores exercerent: crederet ergo aliquis, quòd ex eo, quòd totus annus erat tempus quietis, quòd non ficret aliquid speciale in die sabbathi ab alijs diebus: & tunc sicut in alijs parabant cibos, ita pararent in sabbatho, quod derogabat perfectę obseruationi sabbathorum: nam nec cibus nec alia opera fieri debebant in eo, vt patet Leui. 22. cap. scilicet: Omne opus non facietis in eo: dicit ergo hic, quòd sabbathũ semper obseruari debeat. Hoc totaliter videtur dictum, sed adhuc non videtur fuisse ista causa, quia nullus Iudęus haberet talem occasionem dubitandi: nam in septimo anno ita vacabant laboribus sicut in aliis annis, quia licèt non vacarent, vt agriculturæ, cùm esset interdicta pro illo anno, vt patet Leuitici

vigesimo quinto capitul. tamen vacabant ædificationi domorum, & vrbium, & negociationibus, & arti fabrili, cęterisque ministeriis officiorum diuersorum, quę intra ciuitatem exercentur. Non ergo dubitare poterat quisquã de obseruarione sabbathi propter annum remissionis. *Sex diebus operaberis.* Computando a die Dominica, quæ vocatur prima sabbathi, in qua iam laborare incipiebãt: nam ista fuit prima dies simpliciter, cùm in hac, vel potius cũ hac creatus fuerit mundus: & isti sex dies continuantur vsque ad sabbathum. *Operaberis.* Intelligitur de operibus seruilibus, & quibuscunque: nam quęcunque opera poteris agere in sex diebus, septima die cessabis ab operationibus istis, & intendes operationibus melioribus, scilicet contemplationi Dei, & laudibus eius. *Vt requiescat Bos, & Asinus.* Dictio, vt, non dicit hic causam finalem, sed consecutionem, quia nõ fiebat ideo obseruatio sabbathi, vt quiesceret bos, & asinus: nam non est cura Deo de bobus, vt patet primo ad Corint. nono cap. saltem principalis: ergo præceptum istud, quod erat de maximis pręceptis legis, & violator eius morte plectendus, non debebat introduci ad quietem asinorum, & bouum: sed tenetur consecutiue, scilicet septima die cessabis, & tunc non laborabit asinus, & bos, nec cętera, quæ tua sunt, te quiescente. Et hoc patet supra 20. capit. nam causa obseruationis sabbathi ponitur memoria diuini beneficij, & laus eius, scilicet quia sex diebus fecit Deus cęlùm, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt: & septimo die requieuit, & ad confessionem huius creationis quiescere debebant septimo die. Item quia dicitur in eodem capit. Memento, vt diem sabbathi sanctifices. Sanctificare namque est ad cultum Dei applicare, vt patet supra duodecimo cap. scilicet sanctifica mihi omne masculinum, quod primo erumpit de vulua omnis carnis, idest applica ad cultum meum: cũ ergo intẽderetur in quiete sabbathi applicatio ad cultum Dei, non intendebatur principaliter, vel tanquã finis quies asinorum, & bouum. Patet etiam hoc, quia dicitur supra decimo sexto cap. requies sabbathi sanctificata erit domino, idest applicanda erit quies sabbathi ad colendum Deum. Iste ergo erit finis. *Et refrigeretur filius ancillæ tuæ.* Nam in die sabbathi non laborabat aliqua res pertinẽs ad Iudęum, siue esset animal brutum siue esset homo eius. causa fuit assignata supra 20. capit. scilicet quia laborantibus rebus domini, non potest quiescere dominus, saltem animo, quod impedit tranquillitatem vacationis in Deum, quod requirit sabbathum. De seruis autem maior ratio est, quia serui Hebræorum etiam si essent de genere Gentilium circuncidebantur mox, vt emerentur, & obligabantur ad totam legem seruandam, vt patet supra duodecimo capit. cum dicitur: Omnis autem seruus emptitius circuncidetur, & sic comedent. exprimitur autem hic quies, vel refrigeratio filij ancillæ, nõ quòd solùm filij ancillarum quiescerent, sed etiam omnes ancillæ, & serui qualitercunque se haberent. exprimitur autem vnum, quia cùm vtrobiq; eadem ratio sit, sufficit vnum exprimere, vt cętera intelligantur. Dicitur refrigeratio quies, quia in labore fit motus: est autem motus caloris causa per compressionem, & confricationem partium motarum, & per motum, & exhalationem spirituum discurrentium, & calefacientiũ membra: cũ autem fit quies, recluduntur spiritus moti, & partes cessant a confricatione, & corpus cessat a calore, qui erat dum laborabamus: & proprie vocatur refrigeratio, & proprie conuenit animalibus laborantibus, & postea quiescentibus. Animabus nostris, siue Angelis in vita beata non competit propriè refrigeratio, sed secundum metaphoram; quia non erit

In die sabbathi non debebat aliquid pertinens ad Iudęũ laborare.

Quid sit proprie refrigeratio.

F amplius labor nec dolor nec victus: nec exuret eos æstus, quia agnus reget illos, & deducet ad fontes aquarum: nam absterget tunc Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, quoniam priora transierunt, vt patet Apocali. septimo cap. *Et aduena.* Aduenæ dicuntur, qui de alia terra in Hebræorum terrã ad habitandum veniebant. isti autem quiescebant in sabbatho: nam loquitur hic de aduenis, qui non solũ veniebãt ad habitandum, sed ad credendum, & colendũ Deum Hebręorum, & hi obligabantur ad omnes obseruantias legis post circuncisionem, ideo in sabbatho quiescębant. *Omnia, quæ dixi custodite.* Hic facit epilogum superiorum recommendans ea attentioni, scilicet vt cum magna diligentia custodiantur omnia G supradicta: nam prima pręcepta huius cap. sunt de iure naturali: quia determinantur ab ipsa ratione etiam si lex non determinaret: alia autem posita hic, & in superioribus capitu. sunt iudicialia, & quędam eorum cęremonialia, & omnia a Deo mandata. Dato ergo quòd nihil causæ subesset in eis, nisi quia Deus mandauit, ea cum maxima diligentia custodire debebant. Et istud signũ, omnis, colligit hic siue distribuit pro omnibus, quæ continentur ab illo loco, scilicet. *Dixitque præterea dominus ad Moysen: Hęc dices filijs Israel.* Quod est paulo ante finem 20. cap. & omnia quæ continentur in cap. 21. & 22. & in isto 23. Rabbi Salomon, dicit ꝙ istud dicitur de vasis Hebræorum, scilicet de instrumentis ad agendum aliquid: vt de securi, gladio, dola- H bra ceterisque in hunc modum, de quibus supra non fuerat dictum: nam sicut custodiebant sabbathum Iudęi, & non laborabant serui eorũ, nec animalia bruta, vt bos, & asinus: ita instrumenta sua ad agendum quietem habere debebant, ita vt non accomodarentur, vel conducerentur Gentilibus ad aliquid agendũ. *Et per nomen externorum deorum non iurabitis.* Vocantur dij externi omnia idola Gentium, vel quidquid colitur aut cum imagine, aut sine imagine, & hoc siue in cęlo, vt sol, & astra, siue in terra, siue infra terram. Et non vocantur proprie externi dij, quia qui non sunt dij non sunt externi dij, sed præter vnum Deum nullus alius est: ergo nec sunt aliqui alij dij externi, vel non externi: sicut qui non est homo, non I est homo altus. Patet enim a parte in modo a toto in modo. & hoc verum est, quòd non vocantur proprie dij externi: sed vocantur sic, quia illi qui eos colunt, Deos esse arbitrantur, & nisi sic arbitrarentur, non colerent. Vocantur autem externi, quia licèt ab aliis gentibus teneantur illi vt dij, a Iudæis tamen, qui veritatem cognoscebant, non debebant teneri vt dij. Vel potest dici, quòd idola vocentur proprie dij externi, quia illa connotatio externi distrahit a Deo simpliciter: & licèt non proprie idola vocentur dij, proprie tamen vocantur dij externi: sicut oculus pictus non proprie vocatur oculus, & tamen proprie vocatur oculus pictus: nam sicut oculus proprie est oculus, ita oculus pictus proprie est oculus pictus. Sic K etiam homo mortuus non proprie vocatur homo, tamen proprie vocatur homo mortuus. *Non iurabitis.* Non erat iurandum per nomen idolorum, quia qui iurat in nomine alicuius, profitetur se dicere veritatem ad reuerentiam illius, & confirmat veritatem per illius stabilitatem, tanquam nefas sit mentiri inuocato tali nomine. Magnus ergo honor iste est: qui ergo iuraret per nomina idolorum, coleret ea, vel attribueret eis aliquid numinis, & infallibilitatis tã tam reuerent iam exhibẽdo. Hoc autem maxime intendebat Deus cauere in Hebręis, scilicet vt nullaten⁹ ad idolatriam declinarent. Non ergo erat iurandum per nomina idolorũ, ideo licèt peccatum esset in vanum assumere nomẽ domini, siue iurando, siue non,

vt

Rabbi Salomon.

Quare idola dij externi vocantur.

Quare nõ iurandum per nomina idolorum.

Ds magis volebat vt Hebręi iurarẽt ĩ nomine suo ĩ vanum pon', q̃ ĩ nomine Idolorum.

vt patet supra 20. capit. magis tamen volebat Deus, quòd in vanum iurarent in nomine eius, quàm vt in nomine Idolorum iurarent. Ob hoc dixit Deuter. 6. & 10. cap. scilicet dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis, idest si iurare volueris, melius est, vt iures in nomine domini, quã per nomina Idolorum, cùm iuramentum sit quædam honoratio eius, per quem veritas confirmatur, sicut patet ad Hebrę. 6. capit. Homines per maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ eorum ad confirmationem finis est iuramentum: est enim actus latriæ, licèt non sit secundum se frequentabilis, vt declarauimus supra 20. ca. non ergo debet iurari per Idola, quia sic eis latria impendĩt, quæ soli Deo conuenit, & confitetur iurans implicitè illos esse Deos. *Nec audientur ex ore vestro.* Idest non solùm est malum iurare per Idolum, sed etiam illud quouis modo nominare, qa aliqd detestabile est valde, & sic dicebat Dauid Ps. 15. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Vel aliter, quòd Iudæi non facerent aliquid Gentilibus ꝓpter quòd cogerent eos nominare Deos suos, aut iurare in eis: vt siquis Gentilis pactum haberet cum Hebræo, non debebat eum cogere Hebręus, vt iuraret in nomine Dei sui: & est sensus: Non audietur in ore vestro, idest nunquam dices alicui gentili: iura mihi per Deum tuum Beelzebub, aut Priapum, vel Chamos, aut Astharthem. Augustinus autem in Epistola ad Publicolam scribit, quòd licitum est homini Christiano habenti pacta cum Gentili recipere ab eo iuramentum in Deo suo, si Gẽtilis se obtulerit facturum, non tamen licet, quòd Christianus cogat eum, aut inducat ad iurandum, quia esset dare occasionem peccãdi mortaliter, quod facere non debemus: & sic Iudæi existimantes nos esse idolatras, non inducerent aliquo modo ad iurandum in nomine Christi, quod abominationem putant, nec in sacris Euangelijs, quæ dicunt esse conficta mendacia, si sint Hebræi habentes firmũ animum ad errorem suum, quem putant veritatem.

Quomodo Iudæus debeat iurare si Christianus cogat eum iurare, scilicet an per Thora, vel per Euangelia, & an peccet Christianus cogendo infideles iurare per Deos suos.

QVAESTIO. XIIII.

Thora dictio Hebr. significãs legẽ, idest Pentateuchum.

SED circa hoc quæritur, cùm sit aliquod pactum Iudæo cum Christiano, ita quòd christicola petat negante Iudæo, & debeat deferri iuramentum secundum legem communem, quomodo iurabit Hebrę⁹? nam si verus Hebræus est, potius eliget mori, quàm iurare in nomine Christi, & dato quòd iuret aliquis Hebræus, contemnendum putat: nam potius diceret veritatem inuocato nomine cuiusdam asini, quàm nomine Christi: dato quòd cogatur iurare in nomine Dei, non exprimendo Christum, nec trinitatem, nec quicquam aliud, sed simpliciter Deum dicendo, non putat Hebræus iuramentum esse aliquid validum secundum formam, in qua exigimus nos: sed secundum, quòd eorum sacerdotes, & rabbini accipiunt ab eis iuramenta, & potissimum iuramentum est, quòd iuret Hebræus per Thora, accipiendo eam in manibus, quia lex sacra est. Nunquid ergo iudex debet mandare Iudæo iurare per Thora, vel aliquis alius causam habens cum ipso potest eum inducere ad iurandum. Respondetur, quòd fortè aliquis dicet, quòd liceat exigere iuramentum ab Hebræo in sua Thora, secundum suas cœremonias, non est hic eadẽ causa, quæ in Idolis, quia Idolum aliquid abominabile est, & non licet attribuere honorem aliquẽ ei. Thora non est aliquid abominabile, sed valde sanctum, scili- A cet lex domini immaculata: nam nihil aliud continetur in Thora Hebræorum, nisi quinque libri Moysi, quos ipsi humas, idest quinarios vocant, nos autem Græco nomine Pentateuchum appellamus. Manifestum est ergo, quòd Thora aliquid sacrum est, & sicut nominare illam non est peccatũ, ita nec quòd ipsi Iudæi iurent per illam erit aliquid malum. Sed contra hoc arguetur, ꝙ nullo modo liceat iurare per Thora: nam iuramentum per creaturas illicitum est, vt patet Matth. 5. c. cùm dicitur: Non iurabitis per cœlum, qa thronus Dei est, nec per terram, quia scabellum pedũ eius est, nec per Ierosolimam, quia ciuitas regi magni est, nec per caput tuum, quia non potes facere vnum capillum album, vel nigrum. De hoc extra. De iure B iuran. in ca. & si Christus, & fundamentum huius est, quia siquis iurat per creaturam, transfert honorẽ Dei ad honorem creaturę, vel impendit creaturę diuinum honorem. Ad hoc autem poterit responderi, quòd licitum sit iurare per Thora: nam & nos per creaturas iuramus, & in forma iuramenti quod à nobis exigitur creatura exprimitur; & patet, quia iuramus ad Sacra Dei Euangelia, quæ corporaliter tãgimus, & in Cruce Christi, quam eodem modo tangimus: sed hoc nullo modo illicitum est: nam qui iurat in Cœlo, iurat in Throno Dei, & in eo, qui est in eo, vt patet Matth. 23. capit. & fiunt iuramenta in Euangelijs, quia Euangelia explicant veritatem Christi, ideo iurando in Euangelijs iuramus in Christo. Etiam Crux signat Christum C Passum, iurando ergo in Cruce iuramus in Christo Passo. In omnibus alijs rebus exprimitur veritas naturæ Diuinæ, quia veritas rei factæ est secundum conformitatem exemplati ad exemplar, siue Ideali ad Ideã. Nam sicut à magnitudine creaturæ cognoscitur magnitudo creatoris, ita à veritate creaturæ cognoscitur veritas creatoris. In qualiber ergo re signatur veritas creatoris: quia tamen quædam creaturæ sunt, quæ expressius notant aliquas veritates de Deo, vt Euangelium, & Crux Christi: in his magis iurare licet, quàm in alijs, nec tamen hæc iuramenta fiunt in Euangelijs solis, vel in sola Cruce, sed fiunt iuramenta in Deo per Euangelia, & iuramentum in Deo per Crucem. Sic autem videtur esse iurando in Thora, quia illa lex si- D gnificat veritatem Dei tribuentis legem, & creantis orbem, & non iuratur in Thora, tanquam in Idolo: nam qui iurat in Idolo, peccat, quia errat attribuendo ei deitatem, dicit namque illum esse Deum: sed qui iurat in Euangelijs, vel Hebræus, qui iurat in Thora, non attribuit Thora aliquid numinis putans esse Deũ, sed solũ dicit esse verba Dei Sacra. Sed adhuc argues, quòd non licet iurare in Thora, quia non est idem de Euangelijs, & Thora: Euangelia namque sunt verba Dei, quæ permanent in æternum, & nunquam abolenda sunt, lex autem vetus abolita est: ideo licebit iurare per Euangelia, tanquam per veritatem manifestè manentem, & non licebit per Thora iurare cùm non maneat. Ad hoc respondetur, quòd lex vetus abolita E est, quæ cõtinetur in libris Moysi, nec propter hoc intelligendum est omnes libros esse abolitos: nam quidam libri sunt, qui puram veritatem enarrant nihil ꝑcipientes, sicut libri Historici. Alij sunt, qui de futuro vera vaticinantur, & isti non sunt lex: ideo impossibile est eos aboleri, aut cessare, quia nihil mandant, sed vera enunciant, alij autem sunt, qui moralibus documẽtis insistunt, & quia illa dependent à ratione practica iudicante ista esse bona, vel mala prout surgũt ex principijs ipsius rationis, & non possunt hæc aboleri: nam id quod abolètur, per potestatem alicuius abolètur, nihil autem per potestatem alicuius aboleri potest, nisi quod per potestatem introductum est, vt res per easdem causas dissoluantur, per quas nascuntur, vt patet

extra

Aliquorũ respon. ad quæst.

Humas ẽ Pentateuchũ Moysi

Argumẽt. cõtra resp.

Respõ. ad argumen.

Argu. ad huc cõtra respon.

Respõsio.

Quid ď libris Moysi abolitũ ẽ.

extra de regulis iuris, in regula, omnis res. nihil autem per poteſtates introducitur, niſi lex condita poteſtate legiſlatoris alicuius. Illa ergo ſola poteſtate ipſius, vel alterius legiſlatoris deſtruetur: quę autem à ſola ratione dependent, à nullius poteſtate deſtrui poſſunt, aut aboleri, & huiuſmodi ſunt libri ſapientales veteris teſtamenti: nihil autem eſt, quod per poteſtatem introductum fuerit, niſi præcepta, quæ poſita ſunt à Deo in his libris quinque Moyſi, ſiue cœremonialia, ſiue moralia, aut iudicialia, & de his omnibus ſola iudicialia, & cœremonialia abolita ſunt. Cùm ergo aliquis iurat ſuper Thora, ideſt ſuper quinque libros Moyſi, non iurat ſuper aliquid totaliter abolitum: nam nihil eorum, quæ ſunt in primo libro, ſcilicet in Geneſi abolitum eſt, cùm totus ſit Hiſtoricus: de libro Exodi modicum abolitum eſt, ſcilicet iſta præcepta horum trium capitulorum quantum ad aliquid: nam quædam eorum, quæ ſunt in principio huius capituli, moralia ſunt, ſcilicet de inſtructione iudicum, & non ſunt abolita: cœtera autem huius libri, aut hiſtoriam tangunt manſionis, & exitus de Aegypto, aut factionem tabernaculi. Leuiticus autem pro maiori parte abolitus eſt, cùm ſit multum cęremonialis: Liber autem Numerorum pro maiori parte hiſtoricus pauca cœremonialia, aut iudicialia continet: Deuteronomiũ partem hiſtorias recitat, partimq; mandata permiſcet. Maior ergo pars librorum Moyſi manet. Qui ergo iurat in ea lege, vel ſuper tales libros, non iurat ſuper abolitum: nam totũ à maiori parte denominatur. Si autem aliquis iuraret ſuper Thora afferens, vel mente tenens, nihil horum eſſe abolitum, erraret, cùm multa ſint abolita, & iſte peccaret. Reſpondetur ergo, quòd in hoc ſtat eſſe licitum cogere, vel inducere aliquem ad iurandum, vel non, ſcilicet ſi inducimus eum ad peccandum, vel nõ: ſi autem nos inducendo Gẽtilem ad iurandum in nomine Dei ſui, inducimus, vel damus ei occaſionem ad peccandum, non eſt faciendum: ſi autem non inducimus eum ad peccandum, non eſt malum facere eum iurare. Sic etiam ſi inducere Hebræum ad iurandum in Thora eſt inducere eum ad peccandum, non licet nobis inducere, & ſi non inducimus ad peccandũ licet iuducere ad iurandum. Videndum ergo eſt vtrum Iudæus iurando in Thora illo Chriſtiano petente, ſicut inter Hebręos ad petitionem alterius Hebręi, ſi peccet mortaliter: ſi autem dicamus, quòd ſemper iurando peccat mortaliter, dicetur etiam quòd quandocunq; Chriſtianus ab eo exigat iuramentum in Thora peccabit, quia inducit aliquem ad iurandum, & peccandum mortaliter: ſi autem ipſe iurando in Thora inter Hebræos non peccat, nec iudex Chriſtianus, vel aliquis alius peccabit compellendo eum ad iurandum. De Gentili autem ſatis patet: nam quandocunq; ipſe iurat in nomine Dei ſui, peccat mortaliter, quia tunc honorem Diuinũ ad Idola transfert. Cùm ergo eum Chriſtianus ad iurandum induxerit, peccabit, quia eum ad peccandum inducit. De Hebræo autem iurãte in ſua Thora, dicendum quòd ſi Iudæus iuret in Thora, tenendo quòd multa, quæ ſunt ibi abolita ſunt, nihil peccat: & eodem modo poſſumus nos iurare, ſicut iurare mus ſuper quandam Bibliam, & tunc Chriſtianus inducens eum ad iurandum illo modo, non peccaret. Si autem Iudæus iuret per illam ſcripturam, & aſſerat eã totam adhuc obligare, non eſt licitum ſic iurare, & mortaliter peccat ſic iurando, quia eſt actus oppoſitus actui fidei: Iudæus tamen ſemper tenet hoc. Nam ſi ipſi, vel aliqui eorum tenerent præcepta illa cœremonialia, vel iudicialia poſt tempus Chriſti non obligare, ſicut nos prædicamus, iam Chriſti fidem tenerent, quam ipſi toto corde exoſam habent: videtur ergo, q̃ quilibet Iudæus in iurãdo in Biblia peccat mortaliter.

Qhcũque Gẽtilis iurat pDeos ſuos peccat mortaliter.

F Mitius tamen dicendum eſt, quòd licèt Iudæi ſecundum habitum ſemper teneant illam legem totaliter obligare, tamen non peccant quandocunque iurant ſuper eam: nam tunc eodem modo peccarent mortaliter quandocunq; legerent in ea, cùm idem tenerent, ſed falſum eſt: nam tunc ſequerentur multa abſurda, per habitum namque neque meremur, nec demeremur, ſed per actus, q̃ ſunt ab ipſo habitu, vel ante habitum. Et ſi dicas, quòd iurare ſuper Thora actus eſt, & ille, qui iurat habet malum habitum, ſcilicet quòd habitualiter tenet omnia illa præcepta tradita in lege Moſaica obligare, qui malus habitus eſt, ſcilicet de falſa concluſione. Reſpondetur, quòd non propter hoc peccat: nam iſte actus, qui eſt iurare, non eſt ab illo habitu, qui eſt tenere legem Moſaicam ſecundum ſe totam, etiam hodie: ideo non ſequitur, quòd ſit peccatum, etiam ſi fiat exiſtente illo malo habitu: ſed ſi eſſet ab illo, eſſet peccatum iurare ſemper in Thora, & patet: nam ſic diceremus, quòd poſtquàm aliquis habet aliquem habitum malum, omnes actus, quos faceret ille ſic habituat' eſſent mali, q̃a ſunt illo habitu malo, ergo ſi aliquis haberet habitum intemperantiæ quando loqueretur peccaret mortaliter, quia iſte actus, qui eſt loqui eſt cum malo habitu. Sed falſum eſt, nec oportet contra hoc argui: ſicut enim Hebræus, licèt teneat hoc habitualiter nõ peccat in omnibus, quę agit, quæ non ſunt ab habitu illo, vt in comedendo, & bibendo, & in coeundo: ita non peccabit in iurando, q̃a

Nihil per habitũ meremur, aut demeremur ſed p actũ.

G

H iurare in Thora ſecũdum ſe actus indifferens eſt, & nõ eſt ab illo habitu, qui eſt credere omnia præcepta poſita in Thora obligare: ſed non ſolùm hoc eſt verum, imò etiam quòd ſi Hebræus iurauerit in Thora, & tũc actualiter cogitet, & aſſentiat, quòd omnia ſcripta in Thora obligant etiam nunc non propter hoc iuramẽtum eſt cum mortali peccato, ſed ſi actualiter credit, quòd omnia dicta in Thora obligant, & propter hoc ſolùm mouetur ad iurandum, quòd omnia ibi poſita credit tenere vſque in æternum. Et ſi crederet, quòd aliqua tenerent, & aliqua non, non moueret ad iurandum peccabit mortaliter quandocunque iurauerit. Paret hoc, nam ſi aliquis habeat habitum intemperantiæ ſecundum actus venereos, licèt enim comedat dũ habet illum habitum, & ſit habitus malus, non peccat mortaliter, nec ſaltem venialiter: ſi autem actualiter eligat fornicari, & comedat, non ſequitur, quòd licèt eligere fornicari quod eſt actus malus ſit in iſto, & comedere ſit cum illo, quòd comedere ſit peccatũ mortale, q̃a ſunt actus diſparati à duobus habitibus, & non ſubordinati: ſic iurare in Thora, & credere, quòd omnia dicta Thora obligent vſque nunc. Si tamen qui habet habitum intemperantiæ ad fornicationem eligit fornicari, & propter magis fornicari eligit comedere, peccat mortaliter. Ratio diuerſitatis eſt, quia licèt iſti duo actus ſint diſparati, tamen vnus ſubordinatur alteri, ſcilicet ille, qui eſt indifferẽs ad eum, qui eſt malus, & cum actus ſortiatur bonum, aut malum ex fine

I

K ſuo, & nunc ſubordinetur actus indifferẽs actui malo: actus, qui indifferens antea erat, efficietur iam malus. In comparatione autem priori, quando ambo actus erant ſimul, & non ſubordinabatur vnus ad alterũ, ille, qui antea indifferens erat: nunc etiam manebat indifferens: ſic ergo iurare in Thora propter hoc quòd eſt credere omnia, quæ in Thora ſunt, obligare ſubordinare actum, qui de ſe indifferens erat iſti actui, qui ſecundum ſe malus eſt: ergo efficitur malus ex fine ſuo, & ſic talis iuratio ſemper erit illicita, & quotiens Iudæus ſic iurauerit, totiens peccabit mortaliter: nullo alio modo iuramẽtum factum in Thora eſt illicitum Iudæis, quantum eſt ex ſe. Nunc autem quantum ad iudicem dicendum, q̃ quia iſte actus, qui eſt iurare in

Thora

Thora poteſt fieri ſine peccato, & ſi aliquando peccatum cauſatur, ſolùm eſt ex peruerſione motiui, quia vult ipſe iurans habere tale motiuum, quale nõ oportebat habere: & ſi ad hoc reſpiciatur, nullus actus eſt, qui non poſſit eſſe malus, cùm omnem actum poſſumus ad prauum, vel ex prauo motiuo agere: iudex autem non cõſiderat de his, quæ ſunt in voluntate ipſius agentis, ſed de ipſo actu: ergo iudex poterit ſine aliquo peccato exigere, ſiue deferre iuramentum alicui Hebræo mandando, quòd in ſuo Thora iuret, & ſi iudex poteſt deferre iuramentũ Iudæo, à fortiori pars agens contra Iudæum poſſet cogere eum ad iurandum: magis namq; agere poteſt ſine peccato, q̃ agit ſup re ſua, q̃ qui agit ſuper diſtributione iuſtitiæ, qualis eſt iudex.

Iudex licitè pôt petere iuramẽtũ à Iudęo ſuper ſuo Thora

An Iudæus licitè exigat iuramentum à Chriſtiano in nomine Chriſti.

QVAESTIO. XV.

SED adhuc aliquis queret, vtrũ Iudęus peccet in cogendo aliquẽ Chriſtianũ iurare in nomine Chriſti. Dicet aliquis, q̃ non videtur eſſe peccatum, nam Chriſtus verus Deus eſt, & nõ eſt de dijs externis: quorum nomina exprimere, aut facere exprimi Iudæis illicitũ erat, vt patet hic: ergo non erit in hoc peccatũ. Reſpõdetur, q̃ Iudęi faciendo Chriſtianos iurare Chriſtianis in nomine Ieſu, vt communiter peccant mortaliter, nam hic erat prohibitũ, vt non iurarent Hebræi in nomine Idolorum, nec nominarent ea ex ore ſuo: ſed Iudæi omnes credunt Chriſtum eſſe peſſimum virum, & purum hominem, & ſic eſſet de dijs Gentium, imò ſecũdum eorum reputationem, q̃ omnes dij Gentiũ, & omnia dęmonia Chriſtus peior erat. Maius malum ergo ipſi iudicant iurare in nomine Chriſti, q̃ iurare in nomine oĩum Deorum Gentium: q̃ autem agit cõtra conſcientiã ędificat ad Gehennã: cùm n. ipſi ſciant, q̃ iurare in Idolo eſt peccatum mortale; & Chriſtũ peſſimum Idolorum putent, neceſſe eſt, vt multũ peccent iurando in nomine Chriſti. Si aũt eſſet aliquis Iudęus, qui putaret Chriſtum fuiſſe Sãctum Prophetã, & nullum malum egiſſe, (dato q̃ neſciret eum eſſe Deum,) ita q̃ iuramentum factum in nomine Chriſti referret ad Deum, non peccaret mortaliter: alij autẽ peccant. Et ſi dicas, q̃ Chriſtus verus Deus eſt, ergo non iurant in nomine Idoli. Reſpondetur, q̃ nihil refert quãtum ad bonum, vel malũ faciendum eſſe tale, vel tale in re, dum tamen aliter concipiatur: licèt ergo Chriſtus ſecundum veritatẽ Deus ſit, quia tamen ipſi concipiunt eum, vt peſſimum Idolorum, tantum peccant iurãtes in nomine eius, ſicut ſi ſecundum veritatem Chriſtus eſſet Idolum: nam qui agit contra conſcientiam ędificat ad Gehennam, vt patet extra: De præſcript. cap. quoniam omne, & extra de reſtit. ſpoliat. capit. literas, & hoc quia omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, vt patet ad Rom. 14. cap. ſicut ſi Gentiles nominarent multa nomina Idolorum, & inter illa nominarẽt vnũ nomen domini, quod Iũdęi putarent eſſe nomẽ Idoli ſicut &cę. ſi iuraret per illud, tantum peccaret, ſicut ſi iuraret per quodlibet aliorum nominum, ſic ergo cõcluditur, q̃ ſiue Iudæus iuret per nomen Chriſti, ſiue cogat aliquẽ Chriſtianũ hoc facere peccat mortaliter.

Si quis Iudęorũ putaret Chriſtum fuiſſe virũ bonũ ẽt non putans eũ fuiſſe Deũ nõ peccaret inducẽdo Chriſtianũ iurare in nomine eius.

Vtrum Chriſtianus iurans ſuper Thora Iudæorum peccet mortaliter.

QVAESTIO. XVI.

SED adhuc queret aliquis vtrum Chriſtianus iurãs in Thora Iudęorum peccet mortaliter. Et fortè dicet aliquis, quod ſic: nam ſicut Hebræi peccant iurantes in nomine Chriſti, vel iurando ſup Euangelia eius, vt determinatum fuit ſupra: ita peccabit Chriſtianus iurando per Thora. Nam ſicut nos habemus Euangelia pro firmiſſima veritate, ita ipſi hanc Thora. Item peccatum mortale ẽ in Chriſtianis Iudaizare, vt ſi aliquis ſe circuncidat, vel obſeruet ſabbatum: ſed iurare ſuper Thora Hebręorum eſt maximè Iudaizare, ergo eſt peccatum mortale. Item dare fauorem errori Iudęorum eſt peccatum mortale, tum quia militat contra ſtatum fidei noſtræ, tum quia eſt contra charitatẽ, vt quis det alteri fauorem ad errandum, vel in errore manendum: ſed quòd aliquis Chriſtianus iuret ſuper Thora Hebræorum, dat magnum fauorem Iudæis ad manendum in ſuo errore, ergo peccat mortaliter. Reſpondetur, quòd iurare in Thora contingit tripliciter, quia aut aliquis Chriſtianus iurat in Thora ad petitionem alicuius Iudæi, aut ad petitionem alicuius Chriſtiani, aut ad voluntatem ſuam nullo petente. Pro quo tamen præſumendum, quòd Thora apud Hebręos, vt cõmunitẽr videm', eſt quidam liber de magnis membranis inuolutus pannis ligatuſque in virgis æneis, aut argenteis, vel aliàs, & ſupertectus pãno ſerico alterius generis. Iſte tamen liber nihil vltra continet, q̃ continet liber, qui apud eos vocatur humas, ideſt quinq', & vocamus nos Pentateuchum, ſcilicet iſti quinq; libris Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numerorum liber, & Deutero. Et hic tenetur apud eos in Synagogis ſuis multũ recõditus, & rabbini ipſorum in ipſo legunt cũ in Synagogis aſcendunt in Cathedram. Si ergo aliquis Chriſtianus faciat differẽtiã in iurando ſup Thora, vel ſuper quodlibet humas, ideſt ſuper quemlibet librum continentem quinque libros Moyſi, quia fortè Thora, propter inuolutiones pannorum, & virgarum ænearũ videtur ſimulachrum, nullo modo poteſt licitè iurare in Thora, quia ſuperſtitionem ſeruare: ſcilicet q̃ non iuraret totaliter propter ſcripturam quæ erat ĩ Thora, ſed quia ille liber erat ſic inuolutus, aut rectus: obſeruare autem tales ſuperſtitiones mortale peccatum ẽ, quia licèt ſecundum rem idem ſit, tamen ille facit differentiam in aliqua ſuperſtitioſa atq; inutili obſeruatione. Si autem aliquis ſit, qui non faciat aliquam differentiam iurando ſuper librum, qui Thora dicitur, vel ſuper librum, qui communiter habetur, & ẽ idem continens, vocaturq; humas, diſtinguendum eſt, quia aut eſt talis, qui non facit differentiam iurando ſuper illum librum, qui vocatur Thora, aut ſuper noſtrum librum, qui dicitur Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numerus, atq; Deutero, ſcriptus litera, & lingua Latina: nam nobis licet iurare ſuper iſtos libros, quia ſunt libri ſacre ſcripturę continentes veritatem ſolidiſſimã manifeſtatam à Spiritu S. vt patet 2. Pet. cap. 1. quia non. n. aliquando voluntate humana allata eſt Prophęta, ſed Spiritu S. dictante loqui ſunt Sãcti Dei nomines. Sicut ergo ſuper Euãgelia iurare nobis licet, ita ſup iſtos libros, quia vtriq; ſint à Spiritu S. (licèt magis appropriata ſint Euãgelia ad iurandum ſuper ipſa, quàm alij libri Sacri Cãonis,) ſi ergo aliquis ſic putet, ſicuti eſt, ſcilicet quòd non ſit differẽtia iurare ſuper Geneſim, vel Exodum, aut Leuiticum ſcriptos in lingua Latina, & literis Latinis, vel ſuper Geneſim, Exodum, atq; Leuiticum ſcriptos Hebræo Idiomate atque eorum characteribus, poterit iurare ſuper Thora. Nam ſecundum veritatem idem eſt iurare ſuper aliquem librum ſcriptum lingua Latina, ſicut ſuper eundem ſcriptum lingua Hebræa, ſiue Chaldaica. Et patet hoc in orationibus: nam ſiue aliquis oret lingua Hebræa, ſiue Latina nihil magis, aut minus Deus exaudit: aliàs illi, qui de Hebraiſmo ad Chriſtianam religionem cõuerſi ſunt, & qui Latinum neſciunt, recitant Pſalmo in

Hebræo,

Quid ſit Thora, & qualiter facta ſit.

Sicut licitum eſt iurare ſuper Euãgelia, ita licitũ ẽ iurare ſup Geneſim.

Differẽtia nulla ẽ, q̃ aliqs oret lingua Latina Chaldaica, vel Hebræa.

Hebræo, idem dicẽtes in ſnia, quod Eccleſia recitat in Latino, non ſolùm non mererentur, ſed etiam peccarent mortaliter: quorum vtrumque falſum eſt: ſed æqualiter mereretur recitans in Hebræo, & recitans in Latino, dum tamen æqualia ſint cętera, ſcilicet deuotio, & vita, & continuatio orationis, & ſic de cęteris: nam ſicut Deus nõ eſt acceptor perſonarum, vt patet Deu. 10. cap. ſed in omni gente, qui facit iuſtitiam acceptus eſt illi, vt patet Act. 10. cap. ita non eſt Deus acceptor linguarum, ita ꝓ magis placeat ei, vel acceptet ſe laudari in vna lingua, quàm in altera, cũ omnes ipſe fecerit. Si autem aliquis ſit, qui exiſtimet multum differe iurare ſuper Geneſim in Biblia noſtra, aut ſup Geneſim in Thora, dicens non eſſe illud ita licitum, ſicut iſtud, non poteſt licitè iurare ſuper Thora: nam licèt quantum ad rem nihil magis differat hoc, quàm illud, quia tamen conſcientia ſua iudicat iſta multo differre, non poterit iuſtè, ſiue licitè iurare. Sic ait Apo. ad Roma. 14. vbi latè declarat de illa controuerſia, quæ erat in Eccleſia in principio ante primum concilium factũ per Apoſtolos: nam multi de Gentilibus conuerſi fuerunt, & illi manducabant carnes ſuillas: de Iudæis autẽ conuerſi non manducabant carnes putantes illicitas, cùm autem nondum determinata eſſet iſta quæſtio, q̃ poſtea determinata fuit in primo concilio Apoſtolorum, vt patet Act. 15. cap. Paulus dicebat, ꝓ comedere carnes ſuillas malum non erat, nihil enim magis referebat comedere eas, quàm non comedere: qui autem iudicabat bonum eſſe comedere de illis, licitè comedebat: ſi autem aliquis iudicabat peccatum eſſe comedere carnẽ ſuillam, & comedebat eam, peccabat mortaliter, non tamẽ peccaret ſi aliter iudicaret: ſic enim dicit ibi, ꝓ illi eſt aliquid commune, & immundum, q̃ exiſtimat aliquid eſſe commune, & immundũ: ſic eſt de conſecratis cibis, & immolatis in ſacrificijs dæmonum, vel Idolorum, vt patet 1. ad Corin. 8. c. nam cùm Idolum nihil ſit, illi cibi conſecrati Idolis, nihil contrahunt ex illa conſecratione, propter quod illiciti ſint: nã antequam immolarẽtur Idolis, quilibet iudicaret licitum eſſe manducare de eis, ſed in conſecratione nihil magis eis aduenit boni, aut mali, quàm ſi non immolarentur: ergo non ſunt poſt immolatione magis illiciti, quàm ante. Et ſic dicit Apoſtolus, ꝓ Idolothytum nihil eſt, ſicut Idolum nihil eſt: & qui iſto modo exiſtimat, nihil magis eſt ei comedere conſecratum Idolo, quàm nulli Idolo conſecratum, niſi fortè ex tali comeſtione in alijs, qui taliter non exiſtimant cauſetur ſcãdalum: nam tunc ſiquis ſciat, ꝓ cauſat ſcãdalum comedendo talia immolata, & publicè comedit, peccat mortaliter, vt patet Rom. 14. c. cùm dicitur: Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas: qui autem ſine charitate ambulat, peccat mortaliter in eo, in quo ambulat ſine charitate. Idem & clarius patet prima ad Corin. 8. ca. cùm dicitur: Si enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam in Idolo recumbentem, nonne conſcientia eius, cùm ſit infirma, ædificabitur ad manducandũ Idolothyta? Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt: ſic autẽ peccantes in fratres, & percutientes conſcientiã eorũ infirmã, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrẽ meũ, non manducabo carnem in ęternũ. Idem facit clare 1. Cor. 10. ca. Si autem aliquis ſit, qui infirmus eſt non perfectè cognoſcẽs, & comedit Idolothyta putans aliquam virtutem, aut maliciam cõtrahere in immolatione, peccat propter ſolam conſcientiam, licèt in re nihil horum ſit: ſic ergo, qui putat aliquid differre in iurando ſuper Pẽtateuchum ſcriptum lingua, & literis Latinis, & inter Thora, quæ literis, & idiomate Hebręo conſcripta eſt, propter cõſcientiam, quam habet peccat mortaliter ſi iurat ſuper Thora. Si autem non faciat differentiam inter iſta ſecundum quòd veritas ſe habet, diſtinguendum eſt, vt ſupra dicebamus, ſcilicet, quia aut iurat ſuper Thora petente aliquo Iudæo, aut petente aliquo Chriſtiano, aut ꝓ ſponte offert ſe alteri iuraturum. Dicendum autem quòd ſecundum ſeipſum iurare in Thora, non eſt malum Chriſtianis, quia id eſt quod libri Latini Bibliæ noſtrę, in quibus peccatum non eſt iurare: poteſt tamen eſſe multipliciter malum, vt patet ex his diſtinctionibus, q̃ ſubijcientur. Primò ſiquis iuret in Thora petente Hebręo, ꝓ Hebręus aliter nollet ei credere, peccaret mortaliter. Primò, quia neglectis Euangelijs noſtris in quibus maxima veritas eſt, velit iurare per aliquid alterũ, in quo videatur, vel ſaltẽ ex hoc demoſtratur eſſe maior veritas, atque certitudo. Nam tunc peccatur, quia cùm Iudæus nolit concedere in Euangelijs eſſe maximam veritatem, & vult quòd Chriſtianus iuret ei in Thora, tanquàm in ſolidiori veritate, quod eſt deprimere dignitatem fidei Chriſtianæ: abſit ergo, vt tale quid fiat. Potius ergo aliquis Chriſtianus debet ſuſtinere millia genera mortis, quàm ſi non credatur Euãgelijs, in Thora iurare. Etiam quia in hoc faueẽt errori Hebręorum, cùm ipſe Chriſtianus deſcendens à conteſtatione veritatis per altiſſimam veritatẽ condeſcendit paruæ intentioni alicuius Hebræi, vel Saraceni. Si autem aliquis velit iurare in Thora, petẽte aliquo homine Chriſtiano, ſciendum eſt propter quid vult iurari ſibi in Thora, nunquid quia non adhibet fidem Euangelijs? & ſi hoc ſit, peſſimum eſſet iurare ſuper Thora petente eo: potius namque q̃ petente Iudęo, cũ maius malum ſit Chriſtianum Euangelijs nõ credere quàm Hebręum: ſi aũt non propter hoc dicatur fieri, ſed ex quacunq; alia occaſione, etiam præſtãdum tale iuramentum non eſt, cùm ſemper p̃ſumptio de malo eſt, quòd qui magis ſuper Thora, quã ſuper Euangelia petit iurari, infidelis ſit, & manifeſtè ſuperſtitioſus eſt: ideo nullus Chriſtianus petente alio quouis modo iuramentum ſuper Thora fieri, facere debebit. Si autem à voluntate ſua faciat, nemine cogente, aut poſcente: conſiderandum quòd aut fit ex quadam neceſſitate, ſi aliquis debet iurare alteri, & non habet librum Euangeliorum, & iurat ſuper Thora, non eſt illicitum, niſi fortè ex hoc ſequeretur ſcandalum, ſcilicet quòd ille, cui ſatisfaciendo fiebat hoc iuramentum, ſcandalizaretur incipiens dubitare de fide huius, vel incipiens dubitare de fide noſtra, cùm neſciat eſſe licitum iurari ſuper Thora, vel ſi aliquis alius Iudæus ſcandalizatur: nã tunc à licitis abſtinendum eſt, vt patet ad Ro. 14. & 1. Corin. 8. ca. & 10. vt ſupra declaratum fuit de manducatione carnis ſuillæ, & Idolothytorum. Si autem aliquis non aliqua neceſſitate inductus, ſed quomodocunq; aliàs, vt homines iurare conſueuerunt, promittat ſe ſub iuramento aliquid facturum ponendo manum ſuper Thora, ac ſi poneret ſuper Euangelia, vel aliquem alium librum Sacri Canonis, dicẽs: ego iuro Deo ſuper iſtam Sanctam Legem, & verba eius, quòd nunquàm tale faciam, vel dicam: & non eſt illicitum, niſi fortè (vt in alio caſu dictum eſt) ſequatur ſcandalum, quia ſolùm ſcandalum cùm vitari poteſt, & non vitatur, cauſat peccatum, vt patet Matth. 18. cap. Vę illi per quem ſcandalum venit: qui enim ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis: qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. Si tamen aliquis incitatus ira, vel fortè incautus ſic iurando ſcandalum fecerit, non ex hoc ſequitur peccatum mortale: cauendum tamen eſt, nè quis coram Iudæis ſuper Thora iuret, quia ſemper ſcandalum eſt, ſcilicet quia datur eis occaſio in ſuo errore manendi.

De⁹ nõ eſt acceptor linguarũ.

Nota d̃clarationẽ cu Iuſdã dicti Apoſt. ad Rom. 14.

Licèt comedi poſſit de immolatis Idolis, ſi tñ ex hoc ſcãdalum oriatur non debet fieri.

Potius debet Chriſtian⁹ millia mortis genera ſuſtinere, q̃ ſi non credatur ſup Euangelia iuranti iurare ſuper Thora.

Si aliq̃s ira incitat⁹ ſu per Thora iur auerit, & ſcãdalũ ſequatur non peccat mortaliter.

An

An Saraceni peccent iurando in nomine Chriſti, aut ſuper Euangelia.

QVAESTIO. XVII.

SED adhuc quæres, vtrũ Saraceni peccent iurando in nomine Chriſti, aut in Sacris Euangelijs. Reſpõdetur, quòd non, nam cùm aliquis actus ſecundum ſe eſt bonus, non fit alicui malus, niſi quia putat eſſe malum, aut quia propter malum finem agit, vel errat in alijs circunſtantijs: ſicut orare Deum, & laudare eum in publico ſecundum ſe bonum eſt: ſi tamen aliquis putaret ſibi eſſe peccatum orare in publico, & oraret peccaret, vel ſi in publico ideo oraret, vt ab omnibus vir iuſtus prædicaretur: quia deſiderium talis honoris eſt illicitum: ergo act⁹ ſubordinati ad illum finẽ ſunt illiciti. Conformiter hic dicendum eſt: nam iurare in nomine Chriſti, qui verus Deus eſt ſecũdum ſeipſum bonum eſt: nam quidam actus latriæ eſt ſi debitè impendatur. Etiam iurare in Euangelijs licitum, & bonum eſt, quia per Chriſti veritatem, & actus iuratur: hoc ergo cùm de ſe bonum ſit, non poteſt malũ efficiẽ, niſi illi, qui malum illud exiſtimat, ſicut dicit Apo. ad Ro. 14. c. Confido in domino, ꝓ nihil eſt cõmune, & immundum, niſi ei, qui exiſtimat eſſe commune, & immundum. Aut ſi fiat propter indebitum finem, nam tunc quilibet actus erit malus à quocunque fiat, ſiue à Iudæo, ſiue à Chriſtiano, aut Agareno. Nunc Saraceni nõ exiſtimant Chriſtum fuiſſe malum virũ, ſicut Iudæi cõfingunt, & credunt: ſed dicunt eũ fuiſſe magnum Prophętam, & virum valde iuſtum: ꝓ ergo ipſi iurent in nomine eius ſubordinando ad Deũ, non eſt eis contra conſcientiam, ideo non peccant. Eodem modo circa Euangelia, quia ipſi Euangelijs aſſentiunt dicentes Chriſtum vera dixiſſe, imò ex ipſo Euãgelio Io. c. 14. nituntur ipſi principaliter fundare Mahometum fuiſſe à Deo miſſum, & legem eis datam eſſe certiſſimam, cùm dicatur ibid. Paraclitus ſpiritus veritatis, quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret quęcunque dixero vobis: dicunt enim ꝓ illa, quę dicturus erat Paraclitus ſpiritus, fuerit illa, quæ Mahometus ſcripſit in Alchorano, quia ſunt quædam documenta, imò potius nocumenta addita, vltra veritatem Euangelicam. Si tamen ipſi non aſſentirent Euangelijs, non poſſent aſſumere ex eis argumentum firmum ad concludendum id, quod ipſi habent pro firmiſſimo, ſcilicet Mahometũ fuiſſe à Deo miſſum. Nam ſemper in omni ratiocinatione, ſiue practica, ſiue ſpeculatiua, in qua proceditur à principijs ad concluſionem notiora ſunt principia concluſione, & magis credita, vt patet per Ari. in primo Poſte. & in 6. Ethyc. cùm ergo inducant ex Euangelijs noſtris concluſiones fidei ſuæ tanquam ex principijs (licèt malè applicent) neceſſe eſt, vt Euangelia dicant continere veritatem ſolidiſſimam: ſicut ergo ipſi poſſunt iurare in ſuo Alchorano, vt ipſi putant: ita putant ſe rationabiliter iurare poſſe in Euãgelijs. Et ſi arguas, quòd nõ poſſent, quia ita Saraceni ſunt extranei à lege noſtra, ſicut Hebræi, imò magis, quia cum Hebręis concordamus in veritate totius veteris teſtamenti, cũ Saracenis autem in valde paucis: ſed vt concluſimus ſupra, Iudæi iurando in nomine Chriſti, vel in Euãgelijs peccabãt mortaliter, ergo Saraceni poti⁹ peccabũt mortaliter. Reſpondetur ꝓ, vt ſupra dicebatur, iurare in nomine Chriſti, vel in Euangelijs ſecundum ſe bonũ eſt: nulli ergo malum eſt, niſi ei, q̃ illud malum exiſtimat: Hebræi autem reputãt hoc eſſe peſſimum, cùm nihil dicant magis contrarium Deo, q̃ Chriſtus noſter, quia p̃ cum fuit abolitus ſtat⁹ ille vmbratilis populi Hebręorum, & Euangelia reputant magna mendacia. Cũ ergo iurauerint in Chriſto, vel in Euangelijs (licèt actus de ſe bonus eſt) quia tñ ipſi malum eſſe putant, ad Gehennam ędificant, cùm omne qd̃ non eſt ex fide, peccatum ſit, vt patet ad Ro. 14. c. Saraceni autem non habent huiuſmodi cõſciẽtiam: nam Chriſtũ bonum virum, & à Deo miſſum credunt, & Euangelijs pro maiori parte aſſentiunt: non ergo peccabunt, ꝓ agunt id quod bonum eſt, & arbitrantur ſe bene agere. Et qñ dicis, ꝓ tantum diſcordant à nobis Saraceni, & magis q̃ Hebręi; ſi ergo peccant Hebręi peccabunt Saraceni. Reſpondetur, ꝓ licèt in pluribus conueniamus cum Hebręis, ꝓ in toto Canone vet. teſta. tñ quantum ad Chriſtum fuiſſe bonum, & vera fuiſſe locutum, cõcordant nobis aliqualiter Saraceni: Hebręi autẽ totaliter diſſonant: ideo Saraceni agunt hoc ſine crimine, quia non agunt contra conſcientiã, & Iudęi non agunt ſine crimine. Ad argu. aut ſupra facta reſpondetur ad primum, cùm dicis ſicut peccant Iudęi iurantes ſup Euãgelia noſtra, vel in noĩe Chriſti, ita peccabũt Chriſtiãi ſuper Thora, quia ita ſe habẽt Chriſtiani ad veritatem Euangelicam, ſicut Hebręi ad Thora: ſed peccant Hebræi iurãdo ſuper Euangelia, vt ſupra declaratum, fuit ergo ẽt Chriſtiani in Thora iurando. Reſpond. ꝓ non eſt ſimile, ꝓ Iudæi ita ſe habẽt ad Thora, ꝓ putant eẽ veritatem certiſſimam, & ita ſe habent ad Euangelia, ꝓ putant ea continere magna mẽdacia, & eſſe aliquid execrabile, vtpotè condita, vel continentia geſta illius viri, quẽ ipſi nefandiſſimum arbitrantur: non poſſunt ergo per ea iurare licitè, quia infirma, & iam proterua mens eorum in eis offenditur, atque polluitur: non ſe habẽt ſic Chriſtiani: nam Euangelia ſua veritatẽ altiſſimam dicunt continere, quippè quæ à Spiritu ſancto condẽte inſpirata ſunt, & eo regẽte ſic vt ſunt ſcripta: licitè ergo per ea iurant: credunt ẽt Chriſtiani Thora veritates ſolidiſſimas cõtinere, vtpotè eodem Spiritu ſancto per os Moyſi prodente, atque dictante, & nihil omnino in tota illa lege, ſiue Thora, vt ipſi dicunt falſitatis continere. Sine conſcientia ergo in vtroque iuramus, cùm vtrumque tanquam veriſſimum iudicamus, nec in aliquo eorum aliquatenus offendimus. Ad f̃m argu. qñ dicis peccatũ mortale eſt in Chriſtianis Iudaizare, vt ſiquis ſe circuncidat, aut obſeruet ſabbatum: ſed iurare ſuper Thora Iudęorum eſt maximè Iudaizare, ergo peccatum mortale erit in Chriſtianis. Ad hoc concedetur maior, ſed negatur minor.

Saraceni dicũt Chriſtũ fuiſſe virum magnũ in ſanctitate, & Prophętã.

Saraceni aſſentiunt Euãgelijs dicẽtes illacẽ vera.

Reſpõ. ad argu. ĩ pri. q. 16. facta Ad primũ

Ad 2. arg.

An iurare in Thora ſit Iudaizare, & quid proprie eſt Iudaizare.

QVAESTIO. XVIII.

PRO hoc conſiderandum eſt quid vocatur Iudaizare, & ſic videbitur vtrum iurare in Thora ſit Iudaizare. Et dicendum ꝓ non vocatur Iudaizare facere omnia, q̃ faciunt Hebręi, aut credere omnia, q̃ credũt Hebręi: ſed vocatur Iudaizare facere oĩa, q̃ faciunt ſoli Hebręi, aut q̃ conueniunt ſolis Hebręis, & credere ea, quæ credunt Hebræi ſoli, patet hoc, ꝓ credere omnia, quæ credunt Hebræi non ſit Iudaizare: nam Hebræi credunt creationem, quia habetur Gen. 1. capit. & nos credimus eam: nam habetur Actu. 17. ca. & in pleriſq; locis noui teſtamenti: & ipſi credunt exitum de Aegypto, & tribulationes magnas Aegypti, vt patet in iſto libro Exodi, & nos credimus, quia etiam nouum teſtamentum credi ſuadet, vt patet Actu. 7. cap. credunt etiam Iudæi Prophætis, & nobis credere Prophætis Beatus Petrus Canonica ſecunda cap. 1. ſuadet dicens: Et habemus firmiorem Prophæticum ſermonem: cui benefacitis credentes tanquam lucernæ lucenti in caligi-

Iudaizare quid.

caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriat in cordibus vestris. Quia autem facere omnia, quæ faciunt Iudæi non sit peccatum, patet, quia ipsi student aliquando operibus pietatis, abstinent vt sibi videtur à vitijs, & cœtera iustitiæ opera, licèt informia faciunt, quæ etiã nos facere oportet. Vocatur ergo Iudaizare credere quod soli Iudæi credunt, vel facere quod soli faciunt. De credulitate patet, vt siquis credat præcepta cœremonialia tenere vsque nunc. Nam determinatum fuit in primo Concilio Apostolorum, quod habetur Actu. 15. cap. quòd non obligaremur ad aliquas cœremonias legis Mosaicæ, quia hoc fuit onus, quod ipsi Iudæi, nec patres eorum portare potuerant: hoc tamen obseruarent, vt cauerẽt ab immolatis cibis dæmonibus, & à fornicatione, & suffocato, atque sanguine. Sed hæc non sunt determinata simpliciter, sed pro tempore, donec scãdalum tolleretur: cùm autem per aliqua tempora Ecclesia magis inualuit, & istud scandalum ablatum est, nulla de cœremonijs obseruata ẽ, quia nec abstinebatur à sanguine, nec à suffocato: credere ergo, quòd vsque hodie cęremoniales illæ obseruantiæ durent, Iudaizare est. Facere ẽt quę soli Hebręi faciunt, Iudaizare est, vt si aliquis se circuncidat, vt patet ad Gala. 2. capit. vbi Paulus arguit Petrum, dicens: Sed cùm vidissem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cœphę coram omnibus: si tu cùm Iudæus sis gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo cogis Gentes Iudaizare: hoc autem dicebat ꝓpter cibos, quia Petrus comedebat cum Gentilibus, dum staret in Antiochia, de cibis eorum, cùm autem venerunt aliqui Iudæi à Ierosolymis conuersi ad Christum subtraxit se à Gentilibus non comedens de cibis eorum, & inducebat in hanc simulationem alios: & hãc obseruationem, scilicet circa cibos in lege vetitos vocat Apostolus Iudaizare. Quia autem circuncidere carnem preputij sit Iudaizare, & à Christo totaliter recedere declarat Apostolus ad Gala. 5. cap. dicens: Ego Paulus dico vobis, quòd si circuncidimini Christus vobis nihil proderit. Et subiungit: Testificor autẽ omni homini circuncidenti se, quòd vniuersę legis faciendę debitor sit: euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini à gratia excidistis. Ex supradictis autem patet, quòd iurare super Thora non sit Iudaizare: nam Thora Pentateuchus noster est: non solùm ergo Iudęi Pẽtateuchum tenent, sed & nos tenemus: non soli ipsi assentiunt veritati illius legis, sed & nos assentimus. Nihil ergo est in quo Iudaizemus, si super Sacram Legem veterem iuremus. Nunquid Euangelia nostra si in Hebręo scribantur minoris auctoritatis sunt, aut nõ licet super ea iurare? hoc quidem absurdissimũ esset: nam tunc Euangelium quod scripsit Beatus Matthę⁹ cùm in Hebræo scripserit, vt patet ꝓ Ieronymum in ꝓlogo super Matthæum, minoris auctoritatis esset: sed nihil absurdius: nam cœteri Euangeliorum libri ex illo Hebræo auctoritatem fidemque sumpserunt: sicut ergo non est Iudaizare iurare super Euangelia scripta in Hebræo magisquàm super Euangelia scripta in Latino: ita non est magis Iudaizare iurare super Genesim, & Exodum, Leuiticum, Numerum, Deuteronomium scriptos in Hebræo, quàm super eosdem scriptos in Latino. Sed siquis iuret super istos quinque libros scriptos in Latino, non Iudaizat vllatenus, ergo nec Iudaizabit iurando super eosdem quinque in Hebræo scriptos, sed Thora Hebræorum, nihil præter illos quinque libros continet, ergo iurare super Thora non est Iudaizare. Ad aliud argumentum, dare fauorem errori Iudæorum est peccatum mortale, quia militat contra statum fidei Catholicæ, & contra charitatem proximi: sed iurare super Thora est dare fauorem Iudæis, vt maneant in suo errore, ergo malum est.

Iurare super Thora non est Iudaizare.

Ad 3. arg.

Respondetur secundum distinctionem supra datam, si iurare super Thora sit sine scandalo aliorum, vel occasione ad errandum, licitum est, & sic multotiens accidere potest, vt siquis sic iurans neminem scãdalizet. Cauendum tamen ne fiat coram Hebræis, quia tunc ipsi fortificarentur ad manendum in errore suo, quia tamen non quandocunque iuratur in Thora, fouetur error Hebræorum, & consequenter nec militatur in hoc contra statum fidei Catholicæ, nec contra charitatem proximi: ergo non erit illicitum.

Vtrum Christiani possint iurare licitè super Crus Mahometi, & super Alchoranum.

QVAESTIO. XIX.

SED adhuc quæres, vtrum Christiani possint licitè iurare super Crus Mahometi, & patet ex hac litera, scilicet, per nomen extraneorum Deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro. Istud præceptum non est cœremoniale, sed morale: nam credere vnum verum Deum, & non habere alienos, & colere illum solum, ad præcepta primæ tabulæ pertinet, quæ sunt naturalia, siue moralia, & hæc manent, & omnes obligant: sed iurare per nomen alicuius dij externi est eum profiteri Deum inquantum veritatem confirmamus in nomine eius, & dare ei cultum latriæ in hac reuerẽtia soli Deo debita: ergo istud præceptum de non iurando per nomina externorum Deorum est morale, & necessariò tenebuntur Christiani ad istud pręceptũ, sicut tenentur ad omnia alia moralia, sed iurare ꝑ crus Mahometi, quod Saraceni custodiunt, est iurare per Deum extraneum, & per aliquid abominabile, ergo non licet iurare per illud. Et sicut Christianus non debet iurare per illud, nec Iudæus, quia istud mandatum eis primò datũ, & magis eos obligauit, quia ipsi obligantur dupliciter ad hoc: primò, quia est præceptum morale, & insitum principijs rationis practicæ: secundò, quia eis à Deo inter cœtera præcepta datum est: ideo magis cęteris paribus ipsi peccant, quàm alij, quibus simplex est obligatio, scilicet quia est insitum principijs rationis practicæ: non licet ergo Christiano; aut Iudæo iurare per crus Mahometicum.

Vtrum liceat Christiano iurare super Alchoranum Mahometi.

QVAESTIO. XX.

SED adhuc quæres, vtrum liceat Christiano iurare super Alchoranum. Est autem Alchoranus liber continens ritus Saracenicos, quem Mahometus eis ꝑ lege tradidit, & iste liber apud Saracenos Sacer est, q̃m admodum apud nos Euangelia. Dices autem fortè, quòd non licet iurare super Alchoranum alicui Christiano, quia Alchoranus mendacia multa, & fęditates, & infanda dicta continet. Non licebit ergo nobis veritatem nostram iurando per illa mendacia confirmare, cùm semper id, per quod alterum confirmatur, est dignius verius atque firmius his, quæ confirmantur ꝑ illud: quia propter vnum quodque tale, & illud magis: si ergo aliquid confirmetur per mendacia, maius mẽdacium erit: sicut in illationibus nunquàm causatur certitudo conclusionis, nisi ex principijs certioribus, nisi secundum accidens, quod est Sophystico modo, & non est scientia, vt ait Arist. in primo Posteriorum: Sed adhuc respondebis, quòd liceat. Nam cùm iuratur in Alchorano non confirmatur veritas per ipsum Alchoranum, sed per Deum, cui iuratur super Alchoranum: sic namque fit cùm iuratur super Euangelia; nam

Arg. cõtr.

nam non confirmatur per ipsa Euãgelia, ita quòd per ea præcisè iuretur, nam tunc esset iuramẽtum factum super creaturam, & per solam creaturam: iuramenta aũt per solam creaturam facta illicita sunt, quia transfertur honorificentia creatoris ad creaturam, vt patet extra de iureiurando, capitulo, & si Christus. Sic ergo cùm iuretur super Alchoranum referendo ad Deum, scilicet quòd iuratur Deo super Alchoranum, non videbitur illicitum. Respondetur, quòd iurare aliquem Christianum, aut Iudæum super Alchoranum, maximè, si cum solennitate iuret, vtpotè, quia exigitur ab eis iuramentum super illud, & iurent valde, magnum peccatum mortale est. Primò, quia iste actus de se malus est: nam quandocunque iuratur, confirmatur veritas per eum, per quem iuratur, & quia Deus est veritas immobilis, per eum debet iurari. Et potest tripliciter iurari: quia aut per solum Deum, aut per solam creaturam non referendo ad creatorem, & illicitum est, quia transfertur honorificentia Dei ad res creatas, etiam quia quælibet creatura secũdum se deficere potest, solus autem creator ex se est indefectibilis: cùm ergo aliqua veritas confirmari debet, vt de ea non dubitetur debet cõfirmari per veritatem immutabilem, si tamen aliquis iuret per creaturam, si id quod iuratũ est, licitum est dari, aut obseruari, debet illud agere, vt patet extra de iureiurando, in capitulo, & si Christus: iuramentum autem factum per creatorem per se sufficiens est, & licitum quantum est de se, nisi per accidens fiat illicitum. Et non est putandum, quòd maior firmitudo veritatis sit, cùm iuratur per Deum, & creaturam, quàm quando iuratur per solum Deum: nam non dicit maiorem perfectionem, vel veritatem Deũ cum toto mundo, quàm Deus solus: aliàs sequeretur inconueniẽs, scilicet quòd Deus posset esse perfectior habẽdo insuper totam perfectionem vniuersi. Etiam licèt quælibet diuinarum personarum sit infinita in bonitate, tamen duæ personę non sunt perfectiores in bonitate, quàm vna persona, nec omnes tres personæ simul sunt perfectiores, quàm vna earũ: non est ergo necesse iurare per creaturam cum Deo quando per ipsum Deum iuratur, satis enim est, quòd iuretur per Deum. Tertiò modo iuratur per Deum & creaturam simul, & hoc referendo creaturam ad Deum, & quando sic iuratur expressa creatura, quia veritas principaliter confirmatur per Deum, debet talis creatura exprimi, in qua multum veritas diuina declaretur, & qa in Deo nihil falsitatis est, debet exprimi creatura talis, in qua nihil mendacij lateat, vt conformiter intelligamus Deum per talem creaturam. Et non solùm hoc, sed etiam quòd illa creatura talis sit, quæ de se immediatè ducat in cognitionem Dei: nam licèt in lapide nihil mendacij sit, & sit creatura, non consueuimus iurare per lapidem, nec est licitum iurare per talia; nã non ducũt immediatè in cognitionem Dei, sed valde remotè. Euangelium autem continet vtrumq; : nam veritatem continet, & nullum mendacium. Secundò quia immediatè reducit nos in cognitionem Dei, quia nihil aliud in Euangelio continetur, quàm actus, & passiones, cunctique labores Christi, qui Deus, & homo est: sic etiam licet iurare per legem Moysi, scilicet super Pentateuchum, quia ibi continentur verba Dei dantis legem, & loquentis ad Moysen, & recitantur miracula, & promissiones eius, quæ immediatè in cognitionem eius deducunt. Alchoranus autem Mahometicus in vtroque deficit. Primò deficit, quia falsitates continet: nam in eo multa turpissima, mendaciaque continentur, quæ aures piæ audire abhorrẽt, & rationi totaliter dissonant: vnde communiter dictũ est, quòd Phylosophi inter Saracenos non recipiunt Alchoranum. Deficit etiam secundò, quia non indu-

Christian⁹ & Iudæus iurans sup Alchoranum: si solenne iurat peccat mortaliter

Non sunt pfectiores oẽs tres ꝑ sonæ diuinę simul quàm vna illarum.

Quare licitè possumus super Euangelia iurare.

In Alchorano mendacia sunt turpissima

cit in cognitionem Dei immediatè: nam licèt in eo contineatur, quòd aliqua dixerit Deus Mahometo, quia tamen falsa sunt ea, quæ dicuntur, necesse est falsum esse Deum sibi talia dixisse, qa Deus mentiri non potest. Cùm ergo primum deficiat, necesse erit deficere secundum. Non ergo congruit, quòd in tali falsitate qualis est cõtextio Alchorani exprimat illa summa veritas Dei, & in Alchorano iuretur contestando veritatem rei, quæ iuratur per veritatem illius creaturæ exprimentis immediatè diuinam veritatem, cùm nihil tale exprimat secundum se: ergo malum est iurare in Alchorano. Quicunque ergo illud egerit, malum aget. Secundò est malum iurare in Alchorano, quia quando aliquis Christianus iurat per veritatẽ Alchorani, & sanctitatem, contestatur Alchoranum verum, & sacrum esse, & per hoc repugnat fidei Catholicæ: nam opposita multa fidei nostræ sunt in Alchorano, qui autem veritati fidei cognitæ repugnat, Hęreticus est. Confitetur etiam Alchoranum esse sacrum, cùm nefandus sit, quia continet talia, quæ nullo modo in locutionem nostram venire deberent: malum ergo agit, qui per talia iurat. Tertiò, quia cùm aliquis iurat super Alchoranum, facit scandalum alijs Christianis, quia laxat eorum animos à Dei amore, & robore fidei: præcipuè cùm ille, qui sic iurat, aliquis vir sapiens est, aut potens, cuius actus trahantur in exemplum: qui autem scandalizat proximum suum maximè tali scandalo, quod tangit fidem, maximè peccat, vt patet Matth. 22. & 1. ad Corin. 8. cap. & peccat Christianus sic iurans, quia Saracenis magnum præstat robur in faciendo tale iuramẽtũ, ne à Mahometica secta se retrahant, quod valde malum est, cùm intentio Ecclesiæ sit illos inquantum potuerit, aut exemplo, aut prædicatione ad viam conuertere veritatis. Licèt ergo aliquis princeps, vel quicunque alius Saracenus cogeret aliquem Christianum iurare per Alchoranum, vel super Alchoranum, non debet cõsentire: potius enim debet omnia mala pati, & mortem subire durissimã, quàm ad talia cogi: nam vt ait Phylos. in 3. Ethy. Ad quædam autem fortassis non est cogi: sed magis mori patientem durissima.

An liceat Saraceno iurare per crus Mahometi.

QVAESTIO. XXI.

SED adhuc quæres, vtrum liceat Saraceno iurare per crus Mahometi. Et dices fortè, quòd non: arguetur tamen in contrarium sic, quia sicut se habent Christiani ad Christum, ita se habent Saraceni ad Mahometum, idest quòd tantam mentionem faciunt Saraceni de Mahometo, sicut nos facimus de Christo, sed licet nobis iurare per Christum, ergo licebit iurare per Mahometum Saracenis. Contra hoc arguetur, quia dicitur hic in litera: Per nomen externorũ Deorum non iurabitis: sed crus Mahometi est aliqd à Deo alienum valde, ergo non licebit iurare per illud. Respondebitur, quòd iuratio prohibetur hic solùm, quæ fit in nomine Deorum externorum, idest quandocunque aliquis iurat in nomine alicuius, siue qui sit, vel existimetur esse, & ille, qui iurat putat esse Deum, & sic iurat, quia opinatur esse Deum, & tribuat reuerẽtiam tanquam Deo vero: Saraceni autem qui iurant in nomine cruris Mahometici, non iurant tanquam in nomine Dei, quia non arbitrantur esse Deum, cùm & ipsum Mahometum non dicãt esse Deum, sed Prophętam domini, ergo licitè iurabunt in crure Mahometico. Sed dicendum est, quòd quandocunque aliquis de Saracenis iurat per crus Mahometicũ, peccat mortaliter; nam istud præceptum de non iurando per

Arguitur, quòd non.

Deos

Deos externos est morale: moralia autem non solùm obligant Iudæos, quibus data sunt, sed etiam omnes alias gentes, qa insunt ex principijs rationis practicæ, cùm ergo ipsi iurando per crus Mahometi iurent per Deum externum, ergo peccãt mortaliter. Et si dicas, quòd crus Mahometi, non est Deus, nec iuratur per illud tanquam per Deum: ergo non prohibetur hac lege. Respondetur, quòd oportebat, quòd iuraretur per aliquid quod bonum esset: nam cùm hic prohibeatur iuratio per nomẽ externorum Deorum, quod est negare aliquid, & vetare: non solùm negatur, & vetatur, sed etiam aliquid præcipitur affirmatiuè, sicut in illo præcepto negatiuo: Non habebis Deos alienos coram me, quod ponitur supra vigesimo capitulo, nõ solùm intelligitur ista negatio, sed etiam subintelligitur quædam affirmatio, scilicet quòd me solùm Deũ habebis: ita hic prohibendo iurationem fieri per Idolorum nomina mandat, quòd si iurare voluerimus, iuremus per nomen suum: sic dicitur Deuter. 6. cap. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, atque in nomine eius iurabis. Idem patet per eadem verba Deuter. 10. cap. & quia non semper per solùm nomen Dei iuramus, oportet, vt cùm per nomen alicuius alterius rei iuremus, quòd illa res sit talis, vt possit exprimere propriè diuinam veritatem, quia ergo res nefandæ atque profanæ non sunt aptæ ad exprimẽdum Dei veritatem, atque sanctitatem, non debet iurari per res profanas, & nefandas, quia tales sunt, quòd ad Deum referri non possunt: sicut aliqui actus sunt, qui ad quosdam fines referri non possunt: sicut nullus potest propter Deum inuidere alteri, aut propter Deũ ebrium fieri, aut superbire, qa malicia istorum actuũ repugnat dignitati illius finis, ita quòd ad eum referibiles non sunt: ita hic istę res profanæ, & nefandæ tales de se sunt, quòd ad exprimendum veritatem diuinam (quod requiritur in creatura, per quam iuratur) ineptæ sunt. Inter res nepharias corporeas, nihil nefarium magis esse potest, quàm quæcunque pars illius indignissimi atque turpissimi Mahometi, vel aliqua pars corporis illius filij perditionis, qui reuelabitur in futuris generationibus, & dicitur Antichristus. Nullo modo ergo licet cuiquam hominum per crus Mahometicum aliquam veritatem contestari, quod si fecerit, peccat mortaliter, nisi quispiam ludendo, aut irridendo potius Mahometum talia dixerit: sed nec hoc quidem bonum est, quia talia nomina infanda sunt, & eorum contactu humana labia maculantur. Ad argumenta respõdetur: ad primum quando dicis, quòd ista litera solùm vetat iurare per nomen externorum Deorum, crus autem Mahometi non est Deus externus, dicendum quòd non solùm vetatur iuratio facta per nomen alicuius Dei externi, sed etiam per nomẽ cuiuslibet rei, cui honor ille iurandi bene impendi nõ potest: nam radix huius mandati est, quòd honor debitus Deo non tollatur, & ne honor sibi debitus alteri impendatur. Cùm ergo taliter iuretur, quòd honor Deo aufertur, vel alteri tribuitur, iuratio illa illicita ẽ, & prohibetur hac lege: quia tamen potissimum tollitur honor diuinus, quando alius Deus efficitur, quod est esse excellẽtissimum, scilicet esse Deum, & aliquis statuitur esse Deus apud aliquos saltem implicitè per iurationem: ideo potissimè vetuit, nè quis iuraret per nomen alicuius Dei externi, quia in hoc, quod iurabat per eum testabatur esse Deum, non solùm tamen isto modo tollitur honor Deo, vel impenditur alteri rei: sed etiam cùm quis iurat per aliquam creaturam non referendo eam actualiter, vel habitualiter ad creatorem, sed totaliter ibi sistendo: ita quòd aliquis confirmet veritatem rei, quam iuret per auctoritatem, & certam veritatem alterius rei solùm, & tales iuratio-

Considera an Mahometum vocet Antichristum.

Radix pcepti de non iurando p Deos alienos est vt Deus debito honore nõ priuet.

F nes illicitæ sunt, & Deus in eis offenditur: nam qui aliquod dictum iurat, vult innuere illud omne valde certum, ita quòd nullo modo sit oppositum: in quo dicit quandam immobilitatem pro tunc in eo, quod iuratur, scilicet quòd sic, & nullo modo aliter se habet. Id ergo per quod talem veritatem contestamur, debet esse aliquid tale, cuius certitudo sit immutabilis, ita vt innuamus, quòd sicut illud simpliciter immobile est nullo modo potens aliter se habere, quòd ita hoc quod nunc iuratur sic se habet, & nullo modo aliter: talis autem immutabilitas simpliciter in Deo est, ideo per eum talia iuranda sunt. Vel illa res per quam iuramus debet esse talis, quæ tantum in reuerentia teneatur, quòd illa nominata, ante moreremur, quàm G mentiri, & iste valde magnus honor est, qui soli Deo dari debeat: qui autem alijs rebus absolutè, scilicet non referendo eas in Deum tribuit, valde peccat. Et adhuc ista est potissima ratio, quare magis iuramus per Deum, quàm per alia, quia tale ens est: quo nominato nullus (nisi miserabilis valde) mentiretur. Et signum huius est, quia homines iurant interdum per ea, quæ maioris reuerentię inter eos sunt, vt per salutem regis, quæ honorabilior atque desiderabilior est inter res cunctas mortalium: & per hanc iurauit Ioseph, vt patet Gen. quadragesimosecundo capitulo, dicens: Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Iurant etiam homines per ea, quæ sunt charissima sibi, vt per vitam suam, quæ est charior; sic H patet sæpe in libris Regum, & fuit modus iurandi antiquus, scilicet viuit dominus, & viuit anima mea &c. Alij autem per filiorum salutem iurant, qui sibi charissimi sunt. Hæc autem omnia illicita sunt, si ad Deum non referantur: nam tanta reuerentia, & amor soli rei conuenit, qua fruendum est, quia maior reuerentia dari non potest: qui autem talem reuerentiam alijs rebus tribuit ipsis fruitur, quod illicitum est, cùm sola deitas, siue tres res, scilicet tres personę, vt ait Augustinus, & habetur in prima sententia distinctione prima, fruibiles sunt &c. Iste est secundus modus, quo tollitur honor Deo debitus, vt cùm quis iurat per salutem suam, aut filij sui, sistendo ibi, etiam si vitam suam, aut filij sui Deum non dicat esse. Et iste modus I iurandi per aliquam rem, quàm per Deum non est ita malus, sicut primus, quia in illo tollitur, & honor, & amor debitus Deo, & ponitur alius esse Deus, in quo, vel Deus verus, nihil esse dicitur: ita vt alius, qui non est Deus fiat, aut quispiam alter Deo vero æqualis constituitur. In isto secundo casu amor, & reuerentia debita Deo impenditur creaturæ, non tamen ponitur esse creatura Deus, vel aliquis alius Deus prę ter eum, qui dicitur, & tenetur. Est autem gradus peccati inter ista, sicut est gradus iniuriæ inter hæc, scilicet si quis dicat regi: domine ego diligo filium meum magis quàm vos, & tamen vos estis rex huius regni, & non ipse, nec aliquis alius. Vel si diceret: domine rex ego diligo magis filium meum quàm vos, K & tamen ipse est rex huius regni æqualiter sicut vos, aut ipse est rex, & non vos. Manifesta est inter ista duo dicta excellentia iniuriæ. Poterit ergo aliquis iurare p crus Mahometi in isto secundo modo, scilicet dicẽdo veritatem solùm ad reuerentiam illius, non referendo in Deum, etiam si credat esse creaturam. Nam tunc si iurans peccat mortaliter, reuerentiam, quæ soli enti infinito debetur, tribuendo cuidam mortuo cruri, & iste modus etiam prohibitus est per hanc legem &c. licèt non primariè, cùm tangat radicem prohibitionis, scilicet quòd tollitur honor Deo. Si autem dicas, quòd iuretur in crure Mahometico referendo reuerentiam illam ad Deum, sicut quando iuramus sup Euagelia referimus ad Deum, & sic qñ super crurem.

Res illa, p q̃ iuramus in tanta debet reuerẽtia haberi vt potius moreremur q̃ ea nominata mẽtiremur.

Nõ pôt iurari p crus Mahometi cũ referẽdo illud ad Deum.

Tunc respondetur, quòd oportet considerare, quòd ille honor, qui datur quando iuratur per Deum, & creaturam, datur Deo per se, & datur aliquid creaturę referendo in Deum, vt cùm iuramus Deo super Euangelia aut super crucem. Iste honor, qui est audito tali nomine nunquam mentiri, datur Deo per se, quia per se bonus est, & dignus accipere gloriam, & honorem, vt patet Apoc. 4. capitulo: datur autem aliqua pars honoris Euangelio, vel cruci. Et hoc non secundum se in quantum talia entia sunt, cùm sint aliquid mortuum, sed secundum, quòd referuntur ad ipsum Deum: cui secundum se datur honor: & quia honor debet dari virtuti, aut magnitudini, vel sanctitati, oportet, quòd illa res, cui datur honor etiam referendo ad Deum, sit aliquid quod contineat virtutem vel magnitudinem sanctitatis. Et signum huius est, quia non consueuimus iurare per quaslibet res etiam referendo eas in Deum: nam nemo per lapides aut asinos etiam referendo in Deum iurat, quia hæc sanctitatem, aut virtutem nullam contineant. Nec valet si obijcias de admiratione, quæ ponitur Canti. 1. c. quàm facit sponsus, scilicet: adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Nam hoc ad quendam alium sensum spiritualem refertur. Per Euangelium autem licitè iuratur, quia Euangelium est quædam creatura, idest quædam scriptura magnæ virtutis secundum comparationem, quam habet ad Deum: cuius actus in eo continentur, & crux est aliquod ens dignissimũ secundum relationem, quam habet immediatam ad Christum in ea passum. Quia ergo in his duabus rebus magna dignitas reperitur, per eas licitum est iurare dando eis honorem, quem referamus in Deum, sicut & ipsas res referimus: alię tamen res sunt, quæ dignitatem nullam habent, ideo non sunt susceptiuę dignitatis etiam referendo in Deum. Nunc ergo sic de crure Mahometico considerandum est, vtrum virtutem magnam, aut sanctitatem in se contineat, propter quã susceptiuum sit alicuius honoris referẽdo ad Deum: & satis patet, quòd non, quia non solùm crus Mahometi nullam dignitatem habet, sed etiam inter omnia corporea turpissimum est: nec dignum, vt in altissima latrinarum tumuletur. cùm ergo si aliquis iuraret aliquam veritatem in nomine vnius asini, & daret magnam reuerentiam referendo reuerentiam quam dabat asino ad ipsum Deum, peccaret, quia talem creaturam honorabat, quæ nec secundum se, nec referendo ad Deum susceptiua sit honoris, multo magis peccabit iurando per crus Mahometicum, aut per Antichristum, aut in nomine alicuius dęmonis, quòd non solùm istæ res dignitatem non habent, vt eis aliquatenus honor impendatur, sed etiam ita sunt turpissimæ, quòd eas nominare non conuenit: maius enim peccatum est iurare in nomine alicuius diaboli, aut Mahometi, aut Antichristi, quàm in nomine vnius asini: quia licèt secundum naturam illa perfectiora sunt, secundum tamen iniustitiæ rectitudinem asinus melior valde est. Iste est tertius modus quo tollitur honor diuinus, vel impenditur alteri, cui non debet: nam aliquod bonum est honor, & Deus non omnes naturas capaces fecit, maxime si quos propter eorum maliciam abominatur: tollere ergo honorem, qui est donum Dei, & velle dare illis rebus, quas Deus capaces non fecit, & maxime illis, quibus dare nocuit, peruersitas magna est, in qua consistit formaliter ratio peccati: nullo ergo modo licet iurare per Mahometi crus ipsi Saraceno. Ad aliud argum. cùm dicebatur: sicut se habent Christiani ad Christum, ita se habent Saraceni ad Mahometum: sed Christianis licet iurare per corpus Christi: ergo licebit Saracenis iurare per

Mai⁹ peccatum est iurare in nomine Antichristi aut dęmonis q̃ alicuius asini.

A crus Mahometicum. Posset responderi dupliciter. Primo modo negando antecedens, scilicet quòd non se habent ita Saraceni ad Mahometum sicut Christiani ad Christum: nam Saraceni Mahometum dicunt purum hominem fuisse, sed virum iustum atque Prophetam: nos autem Christum dicimus Deum, & hominem: quia ergo Christus verus Deus est, & suppositum diuinum, omnia quæ dicuntur de Deo nondum assumpta humanitate, dicuntur de Christo, qui est Deus humanatus, & tanta reuerẽtia ei debetur, sicut si nõ accepisset naturã, humanã imò maiorẽ amorem debemus, quia nimium amorem ad nos habuit in accipiendo naturam humanam, quam ideo accepit, vt in ea operaretur salutem generis humani: sicut B enim ait Apostolus ad Rom. 7. propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, misit vnigenitum filium suum &c. Etiam quia in accipiẽdo naturam nostram valde eam exaltauit in gradu, vltra quem impossibile est ascendere, & propter hoc gloriatur Apostolus ad Hebr. 2. capitulo, naturam nostram esse excellentiorem Angelis dicens. Nusquam Angelos appræhendit, semen autem Abrahæ appræhendit. Sicut ergo antea poteramus iurare per Deum in tempore veteris testamenti, cùm nondum natura humana esset assumpta a verbo, ita poterimus nunc iurare per Christum, qui est verbum humanatum: & non solùm possumus iurare per Christum, vt denominat ipsum suppositum, sed etiam per corpus Christi: nam par- C tes illius naturę assumptę propter vnionem hypostasis ad verbum tantam dignitatem contraxerunt, vt dicantur etiam diuina, ideo sicut per Christum iuramus, ita per ea, quæ in Christo sunt. Saraceni autem quia Mahometum hominem existimant sicut ipse est: per eum iurare licite non possunt, a fortior nec per eius crus, cùm minoris dignitatis sit crus mahometi, quã totus Mahometus. Aliter potest solui per interemptionem negando istam consequentiam, dato quòd esset antecedens verum, non enim valet sicut se habẽt Christiani ad Christum, ita se habent Saraceni ad Mahometum, sed Christiani licitè iurant per Christum, ergo Saraceni: nam tunc valerent infinita argumenta eodem modo, quæ omnia sunt inconuenientia, vt D istud, sicut se habent amatores Christi ad Christum, ita se habent amatores carnis ad carnem, sed amatores Christi licitè agunt, ergo amatores carnis, & vtrique æternaliter gloriabuntur: quid absurdius quàm ista conclusio? Antecedens tamen verum est, quia sicut amatores Christi cum super omnia amant, & dicunt nihil esse melius Deo: ita amatores carnis eam feruentissime amant, & dicunt eam summum esse bonum: erat ergo mala consequentia: & sic procedit ista, sicut se habet temperatus ad omnes delectationes, quæ sunt in medio: ita se habet intemperatus ad omnes delectationes: sed temperatus inferendo se ad delectationes, quæ sunt in medio, est virtuosus, vt patet in secundo & tertio, & septimo Ethico- E rum ergo intemperatus inferendo se ad omnes erit virtuosus, quod absurdissimum est. Antecedens tamen verum est, quia temperatus dicit debere persequi omnem delectationem, quæ est in medio, vt in tertio Ethycorum: intemperatus autem dicit conformiter oportere prosequi improhibite omnem delectationẽ, vt patet in septimo Ethycorum: ergo modus illationis non conuenit. Et ratio huius est: nam licèt sic se habeant Saraceni ad Mahometum dando ei magnam reuerentiam, sicut Christiani ad Christum, cùm Saraceni male iudicant, quia illi dant magnum honorem, cui nullus dandus est: Christiani aũt illum honorant, qui summè honorandus est: ideo rõnabiliter sequunt opposita s. q Christiani bñ agũt, &

Sicut in veteri testamẽto per Deum iurare poteramus ita nunc per Christum q est Deus & homo.

Saraceni male, & sic de alijs. Amatores Christi illi summè adhærent, cui summè adhærendum est, & amatores huius carnis, aut seculi illi adhærent a quo recedendum iustè est: ergo de eisdem inferunrur opposita, scilicet quòd isti bene agunt, illi vero nequiter: isti æternaliter gloriabuntur: illi æternaliter cruciabuntur.

Vtrum Saraceni peccent mortaliter iurando per Alchoranum.

QVAESTIO. XXII.

SED adhuc quæres, vtrum Saraceni peccent mortaliter iurando per Alchoranum. Et arguitur, quòd sic: licet enim Christianis iurare per Euangelia, quibus maximam fidem adhibent. ergo licet Saracenis iurare per Alchoranum, quia huic maxime credunt. Sed respondebis, quòd hoc non valet: nam istud argu. in superiori dubitatione solutum est: nam licèt eodem modo se habeant isti ad Alchoranum, & illi ad Euangelia: tamen Saraceni sunt in statu erroris adhærentes Alchorano, & Christiani sunt in statu veritatis credentes Euangelio, ergo non se habebunt eodem modo, & sic poterit nihil peccare Christianus in iurando super Euangelia: Saracenus autem necessariò peccabit iurando super Alchoranum. Adhuc autem instabitur, quòd hæc solutio nihil valeat: nam dato, ꝙ concedamus æquari Saracenum Christiano tenendo Alchoranum, & Euangelium, quia vnus est in via erroris, & alius in via veritatis: tamen arguetur ex alia radice: nã sicut Saracenus est in via erroris, ita Hebræus est in via erroris, sed Hebræi non peccant in iurando super Thora, vt supra declaratum fuit, ergo Saraceni non peccabunt iurando super Alchoranum. Respondetur quòd non valet ista consequẽtia de forma, sicut nec multæ similes: nam si arguatur sic non valet: omnis homo fornicarius secundum habitum, qui non conteritur de illo actu, est in via perditionis, & omnis fur secundum habitum & actus precedentes, qui non contritus fuit de actibus præteritis, est in via perditionis, sed fornicator secundum habitum potest sine peccato occidere hominem in sui defensionem, ergo fur secundum habitũ, & actus præcedentes potest licitè occidere hominem sine sui defensione: consequens autem falsum est, modus autem inferendi idem est, ergo non erat bona superior consequentia. Patet autem similitudo illationis: nam sicut qui est fornicarius secundum habitum, & non pœnituit est in via perditionis; ita qui est fur secundum præcedentes actus, & habitum, & tamen non est in istis idem principium deficiens quod inducat perditionem: ita in Iudæo, & Saraceno licèt vterque sit in via perditionis, non tamen secundum idem. Item sicut defendete se, & occidere hominem, & non defendendo se occidere hominem differunt: ita in Iudæo, & Saraceno iurare super Thora, & iurare super Alchoranum differunt. Alio modo patet inter istos ratio diuersitatis: nam cùm Saracenus iurat super Alchoranum iurat super aliquid quod malum est, & multas continet falsitates repugnans legi Dei: cùm autem Iudeus iurat super Thora, iurat super id quod est altissima atque solidissima veritas: vtpote a Deo data lex, & historia facta de Deo reuelata per Spiritum Sanctum: ergo iurando super eam non peccabit, quia res sacra valde est. Nam & ipse Saracenus si iuraret super eam non peccaret (nisi conscientia sibi dictaret oppositum) quia tunc omne quod nõ est ex fide peccatum est, vt patet ad Rom. 14. sicut ergo Saracenus (etiam si sit in statu perditionis) si det eleemosynam, in hoc non peccat, quia eleemosyna bona est ex genere: ita licèt Iudeus sit in statu perditionis, tamen non peccabit iurando

Non est simile Iudæum iurare super Thora, & Saracenũ super Alchoranũ.

F super Thora, quia hoc non est malum de se. Dicendum autem, quòd iurans Saracenus super Alchoranum peccat mortaliter: nam cùm ipsi iurant super Alchoranum, iurant sicut nos iuramus Deo super Euangelia, scilicet quòd ponentes manum super Alchoranum dicunt veritatem propter reuerentiam Dei principaliter, & propter reuerentiam illius libri, quem sacrum putant, referendo illam reuerentiam ad Deum. Sed vt supra dicebatur, quandocunque aliqua creatura honoratur, vel aliquam ei reuerentiam impendimus (etiam propter Deum) debet esse talis, quòd habeat gradum virtutis, aut sanctitatis: nunc autem Alchoranus non est aliquid tale: nam sicut in rebus compositis naturalibus nobilitas est a substantialibus G specificisque formis, & in habitibus perfectio est ex obiectis, & in actibus a potentijs obiectis, & circunstantijs: ita in libris, qui sunt contextiones multarum sententiarum, nobilitas est ex veritate eorum, quæ dicuntur, & ex perfectione materiæ, vel obiecti de qua tractant. In his duobus deficit Alchoranus. Nam primo falsitatem multam continet, vt cuilibet inspicienti liquet, & non solùm falsitatem sed etiam absurditatem: itaque sic mendacia intolerabilia sunt, vt piorum aures audire recusent. Et quia inter mendacia differentia est, nam quædam sunt perniciosa valde, quædam autem non, quæ autem perniciosa sunt peiora sunt, & libri continentes ea peiores. Mendacia autem duplicia sunt, quædam circa speculationem puram nullo modo relatam ad agibile, & ista nullius H nocumenti sunt: alia autem sunt mendacia practica, & ista nociua sunt, quia distrahunt operantes a rectitudine operationis. Sed adhuc in his est differentia, nam quædam sunt mendacia circa constitutionem finis actionum: alia sunt mendacia circa actiones in finem dirigibiles, mendacia autem, quæ sunt circa actiones, quæ in finem, licèt periculosa sint, tamen non tantum sicut mendacia in constitutione finis: nam in moralibus finis est tanquam principium in speculatiuis, vt patet in septimo Ethyco. sicut ergo in speculatiuis si aliquis retineat veritatem principiorum, licèt erret in aliqua conclusione, ex veritate principiorum poterit se reducere in veritate I conclusionum: nam poterit cognoscere non debitam illationem conclusionis a principio. Si autem speculatiuus deficiat in principio, ita quòd assumat falsa principia, impossibile est hunc aliquo tempore per seipsum rectè intelligere: nam ex falsis principijs falsæ conclusiones sequentur, nihil aut habet, per quo probet. Falsitatem principiorum, cùm sint simpliciter priora: ergo semper errabit. Sic etiã in practicis est de ipso fine, propter quem omnia fiunt: nam si aliquis teneat rectitudinem finis: etiam si erret circa aliquod agibile, quod est ad finem, ex rectitudine finis dirigetur in eo illa prauitas, quę erat circa actiones: verbi gratia. Siquis præstituat sibi pro fine vitam æternam, siue placere Deo, & hunc velit toto sequi conatu, dato quòd aliqñ K erret circa actiones, scilicet fornicãdo ex passione, vel percutiendo ex ira: poterit se reducere ad rectitudinẽ operationis: nam ipse cognoscit, quòd ista operatio, quæ est fornicari, aut percutere, repugnat fini, quem ipse sibi præstituit. Si autem erret in constituendo ipsum finem, erit insanabilis, & imposibile erit eum bene agere, vtputa. Si constituat sibi pro fine delectationem carnalem, sicut insipientes quidam constituerunt dicentes: Coronemus nos rosis &c. vt patet Sap. 2. cap. prosequetur omnem delectationem siue malam, siue bonam, & licèt male, vtpote quia mechatur, crapulatur, inebriatur, corrigi ab hoc malo non poterit, cùm cernat istam actionem directe tendere in finem præstitutum. Sic etiam est in mendacijs

Mahome-

Vnde sumatur perfectio ĩ rebus naturalibus.

In practicis qui errat circa finem non potest reduci ad bene operari Exemplũ.

Mahometi in Alchorano suo: nam licèt multa mendacia speculatiua dixerit: sed de hoc non tantum refert nisi ea credi mandauisset, cùm teneantur quasi ꝑ religione. Error autem potissimus, & mendaciũ periculosissimũ est ipsa præstitutio mali finis: nam posuit felicitatem hominis post mortem esse in delectationibus tactus circa venerea, & in gustu: nam asseruit in Paradiso flumina plenissima lactis, & mellis ipsosque continuo ex eisdem satiandos: quam fęlicitatem etiã in hac lamentabili, & caduca vita nemo sibi (nisi vilissimus homo) pręstituit. Detestabilius ergo liber ille est, qui talia, & tam periculosa mendacia asserit: gentemque miseram ad insectanda illa falsa bona quodam bestiali desiderio promouit. Secundò liber ille Alchoranus ignobilis est, quia de his rebus ignobilibus tractat: nam siue vera essent, siue falsa, imperfecta bona sunt: quæ namque consideratio perfecta esse potest considerando de lacte, & melle, aut de puella virgine? Dic obsecro. Perfectior namque est astrologica, aut aliqua alia naturalis consideratio. Non est ergo Alchoranus aliquam continens virtutem magnam, aut sanctitatem: ita vt possit aut debeat aliquam reuerentiam habere, etiam referendo eum ad Deum: sicut asinus, aut lapis non potest honorari debitè, etiam referendo ad Deum: nam virtutis pondere carent. In hoc autem liber Euangelicus, & liber Thora Hebræorum excellentes sunt. Primò namque quia altissimam atque solidissimam veritatem quilibet eorum continet: vtpotè verba Dei, quæ firmissima sunt: nam cęlum, & terra transibunt, verba autem mea non transient, idest verba Dei, vt patet Luc. 21. & in hoc non est differentia inter veritatem Thora, & Euangelij: nam æque vera sunt: cùm ab eodem Spiritu Sancto facta, & data sint: est tamen permanẽtior veritas Euangelica, quia illa statuta est vsque in æternum: veritas autem Thora quantum ad ea, quæ historica sunt veritatem æternam habet: nam cùm iam facta fuerint, necesse est facta fuisse in sensu composito, cùm impossibile sit præterita non pertransisse, vt patet in 6. Ethi. Quantum tñ ad ea, quæ præceptoria sunt in cęremonialibus atque iudicialibus, non habuit permanentiam æternam: nam pro certo tempore illa statuta sunt: veritas autem noui testamenti in Euangelijs æterna est, siue quantum ad partem historicã, siue quantum ad partem preceptoriam. De parte historica in qua continentur gesta Saluatoris clarum est, ꝙ sit æterna: nam non solùm illa sed omnis veritas cuiuscunq; rei, quæ abijt in præteritum ex natura rei est ęterna, quia impossibile est non pertransisse, ideo vsque in æternum verum erit dicere de illa quòd fuit: de parte Euangelica præceptoria, patet quia ista pręcepta durabunt in æternum, quia isti legi altera non succedet. Secũdò isti duo libri, s. Euangeliũ, & Thora sunt perfecti sm id, de quo agunt: nam in vtroq; de Deo agitur ferẽte legem, & miracula operante: sed in hoc excedit liber Euangelicus librum Thora valde: nã licèt in Thora de Deo agẽte miracula, & ferente legẽ agat: multę tñ aliorum hominum, & tpum interferunt historiæ: in libro aũt Euangelico quantũ ad partẽ historicã de solo Christo agente, aut patiẽte dr. Item excellit liber Euangelicus ipsum Thora quantũ ad partẽ præceptoriã: nã præcepta data in lege veteri in Thora erant directiones populi rudis: præcepta aũt data in lege Euangelica erant data viris perfectis in comparatione ad priores: differunt ergo hæc ab illo sicut puerilia rudimenta, & altissimę considerationes: cuius euidens signum est, quia in Thora multa permissa sunt Hebræis, vt vsura ad extraneos, & libellus repudij, quæ non permisit liber Euangelicus: vtrumque quippe clarè in Euangelio prohibetur, vsura Luc. 6. & libellus

Mahometus posuit felicitatẽ hominis post mortem in actibus venereis, & in gustu.

Veritas Euangelij permanẽtior est ꝙ veritas Thorath.

Liber Euãgelicus excedit Thora in parte historica, & etiam præceptoria.

A repudij Mat. 19. Itẽ excedit liber Euangelicus in modo preceptorũ: nam quę in Thora dicebantur, quodam vmbratili velamine tecta erant, quæ aũt in Euangelio prædicantur, clara luce reuelata sunt. Istam differentiã facit Apostolus 2. ad Corin. 3. c. in quibus morari non cõuenit, quia pręsenti speculationi non necessariò adhærent. Concluditur ergo ex duabus his perfectionibus libri Euangelici, & Thora, & ex duabus imperfectionibus oppositis Mahometi Alcorani reuerentiã magnam deberi libro Euangelico referendo in Deũ, & Thora, ideo licitum esse in vtroq; iurare. Alchorano autem nullam deberi reuerentiam, & illicitum esse cuilibet hominum iurare super illum. Sciendum tamen quòd id, quod de Alchorano dictum est, tenen- B dum est necessario de Thalmud, nec iurari in eo, siqs enim consideret, in Talmud multa falsa reperiet, & prorsus obuiantia rationi de modo creationis rerum, & Dei creaturis: multa etiam absurda circa expositiones diuersorum locorum Bibliæ: multa quoque contra Christũ nequiter conficta inuidentia oblatrantiũ Iudæorum, propter quæ nobis adhuc detestabilior est quam Alchoranus: nulli ergo vnquam hominum licet super Thalmud iurare contestando veritatem super mendatia impijssima. Idem dicendum de aliquibus libris artis necromanticæ, aut super aliquos caracteres: nam in his iurare de se malum est, quia superstitiosum est, & præter hæc qui talia iurant non carent scrupulo societatis occultę cum dęmonibus, qui- C bus ad confirmanda pacta tales placent caracteres.

Sicut non licet iurare super Alchoranum, ita nec super Talmud.

An magis peccet iurando super crus Mahometi Christianus, vel Iudæus, vel Saracenus.

QVAESTIO. XXIII.

SED adhuc vltimò quæres, cùm declaratum sit, ꝙ tam Christianus quàm Hebræus, & Saracenus peccent iurando per crus Mahometi, aut Alchoranum, quis horum magis peccet in faciendo: Forte dices, quòd magis peccet Christianus, & consequenter Hebræus, minus autem Agarenus: nam Agarenus pro religione habet crus Mahometi, & Alcoranum: Chri- D stiani autem maxime detestari illa debent, cùm sint multum repugnantia fidei nostrę: magis ergo nos peccabimus faciendo quàm ipsi Saraceni. Hebræi etiam magis quàm Saraceni eadem ratione. Dicendum quòd, vt communiter magis peccant Saraceni iurando per crus Mahometi aut per Alchoranum quàm Christiani vel Iudæi, ceteris tamen paribus magis peccant Christiani, & Iudæi. Patet hoc: nam Saraceni a natiuitate instructi sunt in reuerentia Alchorani, & cruris Mahometici: sicut nos erudimur in reuerentia Euangelij, & corporis Christi. Cùm autẽ consuetudo (maxime illa, quæ est a primis rudimentis) sit altera natura, vt patet per Phylosophum in septimo Ethic. Saraceni quasi naturaliter feruntur in reuerentiam E Mahometici Alchorani: ea autem, quæ natura inclinante agimus, intense agimus, & in eis magis delinquimus, vt ait Arist. in 2. Ethi. quando ergo Saraceni super Alchoranum iurant, cum valde magna reuerentia iurant, & magna existimatione sanctitatis, & quia secundum veritatem, nec sanctum quid est nec dignum reuerentia, quanto magis veneramur tanto magis peccamus: Christiani autem qui Alchoranum aliquid inutile esse existimant, & Iudæi, non cum reuerentia, nec opinione sanctitatis, sed despiciendo iurant, licèt aliquando viderentur multum venerari, ideo non tantum peccant. Secundum patet, quia si detur aliquando, quòd Christianus aliquis peruersæ voluntatis, cùm tanta reuerentia iuraret super

Si Christianus peruersæ intentionis cum tanta reuerẽtia iuraret super Alchoranũ, sicut Saracenus, magis peccaret quam Saracenus.

Alcoranum cùm quanta iurat Saracenus, magis pecca-
rer, quàm Saracenus: nam religioni Christianæ q̃ su-
scepit Christicola, magis repugnat iurare super Alcho
ranum quam saracenum qui nullum alium statum su-
scepit (licèt ad suscipiendum statum Christianum te-
neatur) & patet hoc, quia melius est viam dñi non co-
gnoscere, quàm post agnitam retroire, vt patet 2. Pe. c.
2. & extra De apostaticis, & reiterantibus baptismum
c. quidam sicut accepimus. Christianus autem in hoc
quòd iurat super Alchoranum recedit a via domini,
Saracenus autem iurando nõ retrocedit a via domini,
quia nunquam in eam intrauit, sed in iurando sic, viam
domini non agnoscit: peius ergo agit Christianus sic
iurando quàm Saracenus: dum affectio, & reuerentia
pares sint. Iudæus etiã magis peccat quàm Saracenus,
quia agit contra conscientiam, cùm ipse ante hoc ali-
quo tempore iudicauerit non esse iurandum super Al-
choranum. Quod autem de iuramento circa Alcho-
ranum dictum est, tenendum est circa Thalmud He-
bræorum: nam vt communiter magis peccant He-
bræi si iurent super Thalmud quàm Christiani vel Sa-
raceni, cęteris tamen paribus magis peccant Christia-
ni: nam Iudæi assentiunt omnibus dictis Thalmud tã-
quam veritatibus, quia a maioribus eorum dicta sunt:
Christiani autem abhorent, & spernunt: Saraceni au-
tem de eo non curant, cùm maiori ergo reuerentia
iuraret Iudæus si iuraret super Thalmud quàm Chri-
stianus vel Saracenus, & ex hoc magis peccaret hono
rando rem, quæ nullo honore digna est. Si tamen de-
tur q Chriastianus in æquali reuerentia teneret Thal-
mud in quanta tenent Hebræi, & iuraret in eo, magis
peccaret quam Hebræus, cũ sciat repugnare fidei no-
stræ. *Tribus uicibus per singulos annos.* Positis quibusdam
obseruantijs festorum adduntur aliæ, & ponuntur hic
tria festa principalia totius anni, non quidem q essent
maioris obseruationis, quam alia festa: nam maioris
strictiorisque obseruationis erat sabbathum quàm cę-
teræ festiuitates, vt patet Leui. 23. c. etiam festum pro-
pitiationis quod erat in decimo die Septembris maio-
ris obseruationis erat, quàm cętera: nam in eo nihil
facere licebat, nec etiam comedere, de quo Leui. 23.
c. In his autem festiuitatibus tribus licebat incendere
ignem, & parare cibos, cùm sola opera seruilia vetaren
tur: de quo in c. præalleg. & supra 12. c. cùm dicitur de
Pascha azymorum (quod est primum festũ inter ista)
dicitur: Nihil operis facietis in eis exceptis his dunta-
xat, q̃ ad vescendũ pertinent. Sed hoc nõ licebat facere
in Sabbatho q̃a nõ debebant accendere ignem, vt pa-
tet Exo. infra 35. c. cum dicitur: Non incendetis ignem
per diem Sabbathi in cunctis tabernaculis vestris. Vo-
cantur tñ ista tria festa principalia, quia in eis solis erat
mandatum omnibus de Israel, vt ascenderent ad locũ
sanctuarij. *Tribus uicibus per singulos annos mihi festa cele-
brabitis.* Licèt dicat ter in anno debere fieri festa: non
tamẽ excludit, quin pluries fiant festa: nam multa alia
sunt, vt patet Leui. 23. cum dicitur, hæ sunt feriæ dñi,
quas obseruare debetis, &c. loquitur tamen hic de tri-
bus festis, quæ vocantur per excellentiam festa, quia
specialia fiebant in illis diebus, magis quam in alijs. Et
hoc in tribus. Primò quia in illis tribus festiuitatibus
omnes masculi ascendebant ad locum sanctuarij, vt
patet infra & in c. 34. & Deut. 16. Secundò erant ista fe-
sta specialia propter oblationes: nam in festo azymo-
rum offerebatur manipulus messis hordeaceæ, & ado
lebatur coram dño, vt patet Leui. 23. c. quia tunc erant
primitię messis hordeaceæ. In festo autem secundo,
scilicet in Pentecoste fiebat oblatio primitiarum mes-
sis triticeæ, & offerebatur fasciculus adolebaturque
coram domino, vt patet Leui. 23. c. & Deut. 16. c. In fe-
sto tertio, scilicet in festo tabernaculorum fiebant duo

Maioris strictiorisque obseruationis erat sabbatum in veteri testamento q̃ aliç solennitates.

Tria festa s. azymorũ Pentecostes, & tabernaculorum erant specialiora inter cętera festa.

F scilicet tabernacula de ramis, & quædam exultationes
cum folijs arboris pulcherrimæ, vt patet Leui. 23. c.
fiebant etiam cętus atque collectæ, idest collectio pe-
cuniarum a populo pro sumptu sacrificiorum, vt pa-
tet Nu. 29. c. Tertium, in quo differebant istę solenni-
tates a cęteris, erat multitudo sacrificiorum. De sacri-
ficijs autem, quæ fiebãt in festo azymorum, & in festo
Pentecostes habetur Nu. 28. c. de sacrificijs festiuitatis
tabernaculorum habetur Nu. 29. ca. Erant autem ista
tria festa, scilicet Pascha azymorum, & Pentecostes, &
festum Tabernaculorum, siue Scenophegiæ. Festum
azymorum incipiebat die 15. mensis primi, & durabat
vsque ad diem vicesimã eiusdem mensis inclusiue, vt
patet sup. 12. & infra 23. c. Festũ Pentecostes fiebat die
G quinquaginta post festa azymorum, vt patet Leui. 23.
& Deut. 16. ca. Festum tabernaculorum fiebat die 15.
mensis septimi, & durabat vsque ad 21. diem eiusdem
mensis, & in octauo die eiusdem festiuitatis, qui erat
dies 22. eiusdem mensis fiebant cętus atque collectę
vt patet Leui. 23. & Nu. 29. c. *Solennitatem.* Dixerat su-
pra quòd tria festa in anno facienda erant, & non ex-
plicuerat, hic explicat quæ sint illa festa, & ponit pri-
mum festum, scilicet solennitatem azymorum. Voca-
tur solennitas quantum ad ipsam obseruationem a la-
boribus & cunctis seruilibus operibus, & licèt come-
stio azymorum esset per septem dies: tamen solenni-
tas, quæ est obseruatio solis duobus, vt patet supra 12.
c. & infra Leui. 23. c. cùm dicitur: Mense primo quar-
H tadecima die mensis ad vesperum Phase domini est,
& 15. mensis huius solennitas azymorum domini est,
dies primus erit vobis celeberrimus sanctus, & omne
opus seruile non facietis in eo: sed offeretis sacrificium
in igne domino septem diebus: dies autem septimus
erit celebrior, & sanctior, nullumque opus seruile fa-
cietis in eo. *Septem diebus comedes azyma.* Deut. 16. capi.
dicitur: Comedes panem afflictionis, quia in pauore
egressus es de Aegypto. *Sicut præcepi tibi.* Supra 12. c. ibi
primo datum fuit præceptum de azymis, & ibi latius
diximus de causa azymorum. *Tempore messis nouorum.*
Hic ponitur preceptum de celebrantibus festum istud
azymorum: nam in solennitate azymorum omnes
masculini sexus ascendebant in locum sanctua-
I rij. Mandatur ergo hic, quòd non ascendãt vacui, sed
ferant aliquid ad offerendum domino. *Tempore messis
nouorum.* Idest tempore, in quo est demessio nouo-
rum fructuum, quia tunc nouæ fruges incipiunt
demeti: istud est tempus Martij, in quo in terra tem-
perata, qualis erat terra Chanaan, erant fruges primę,
quia annonæ incipiunt maturescere, & incipiunt de-
meti. Sic dicitur supra 13 capitu. hodie egredimini in
mense nouarum frugum, & ob hoc in illa solennita-
te offerebantur manipuli spicarum tanquam primi-
tiæ frugum. Sic patet infra 23. capitulo cum dicitur.
Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis,
& messueritis segetem, feretis manipulos spicarum
primitias messis vestrę ad sacerdotem, qui eleuabit fa-
K sciculum coram domino, vt acceptabilis sit vobis.
Quando egressus es de Aegypto. Ad totum populum lo-
quitur, qui egressus fuerat de Aegypto 15. die mensis
primi. Quod patet supra 12. capitulo, & iste mensis
erat, in quo incipiebant maturę esse segetes, sic dici-
tur supra 13. cap. hodie egredieris mense nouarum fru-
gum. *Non apparebis in conspectu meo uacuus.* Veniebant
enim in isto Pascha in loco sanctuarij: ideo nullus de-
bebat vacuus apparere, sed offerebant muñera domi-
no secundũ differentiam suam. *In conspectu meo.* Deus
vbiq; erat, ideo vbique essent homines semper in con
spectu suo erãt, sed dr̃ Deus stare alicubi specialiter, vt
declarauimus sup. 3. & 20. c. late. Erat aũt Deus in loco
sanctuarij specialiter: nã in sancta sanctorum loquebat
Deus

Deus de medio Cherubim, vt patet infra 25. & 30. & A
Nu. 7. cum dicitur: Cunque ingrederetur Moyses ta-
bernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat
vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat su-
per arcam testimonij inter duos Cherubim: vnde, &
loquebatur ei, & quia etiam Deus erat in tabernacu-
lo ad ostium tabernaculi super altare holocaustorum,
& inde dabat responsa interdum, vt patet infra 29. ca.
cum dicitur: Ad ostiũ tabernaculi testimonij coram
domino, vbi constituam, vt loquar ad te, ibique præ-
cipiam filijs Israel. *Et solennitatem mensis primitiuorum
operis.* Istud est secundum de tribus festis, quæ supra
obseruari mandabat, & vocatur Pentecostes, idest
quinquagesimus, quia quinquaginta diebus post Pa-
scha azymorum celebrabatur, vt patet Leui. 23. cùm B
dicitur: Numerabitis ergo ab altera die sabbathi in
qua obtulistis manipulum primitiarum septem heb-
domadas plenas vsque ad alteram diem expletionis
hebdomadæ septimæ, idest quinquaginta dies, & sic
offeretis domino sacrificium nouum ex omnibus ha-
bitaculis vestris. Ista festiuitas erat minoris obseruatio-
nis quàm aliæ duæ: nam vna die solùm durabat, vt pa-
tet Deut. 16. c. cùm dicitur: Septem hebdomadas nu-
merabis tibi ab ea die, qua falcem in segetem miseris,
& celebrabis diem festum hebdomadarum, fiebat au-
tem in hac festiuitate sacrificium, vel potius oblatio
de panibus nouis. Nam sicut in alio Pascha fiebat ob-
latio de spicis primarum frugum, ita nunc de panibus
nouis, sic dicitur Leui. 23. c. & sic offeretis sacrificium C
nouum domino ex omnibus habitaculis vestris: pa-
nes primitiarum duos de duabus decimis simile fer-
mentatę, quos coquetis in primitias domini, de sacri-
ficijs autem pecorum, quæ in hac festiuitate fiebant
habetur Leui. 23. & Num. 28. capitulo, de oblationi-
bus autem spontaneis habetur Deut. 16. capitulo,
Et solennitatem mensi primitiuorum. Aliud vocatur men-
sis primitiuorum: aliud mensis nouorum: nam fe-
stum azymorum est in mense nouorum, & Penteco-
stes in mense primitiuorum, & vocatur mensis nouo-
rum, quia nouæ fruges tunc sunt, & inter eas primi-
tiæ incipiunt maturæ esse, & meti. Mensis primitiuo-
rum est tertius mensis anni, in quo messis triticea me-
tebatur, & incipiebant tunc primi panes triticei come- D
di: nam ante istud tempus licèt meterentur annonæ
non comedebantur panes noui: cùm de annona non
fierent panes, sed de tritico, triticum autem in isto
mense metebatur. Recte ergo vocatur iste mensis pri-
mitiuorum, quia primi panes noui in eo comedeban-
tur, & debet ista litera cum subsequenti continuari,
scilicet. *Solennitatem mensis primitiuorum operis tui quęcun-
que serueris in agro.* Idest custodies solennitatem mensis
primitiuorum operis tui, idest solennitatem mensis,
in quò soluis primitias operis tui, idest de omnibus
operibus tuis, scilicet de cunctis frugibus quascunque
in agro seris quasi dicat, quòd licèt in primo mense cũ
celebrabatur festum azymorum offerretur fasciculus
de annona, quæ erat prima fruges, & tamen quia non E
dum erant perfecte maturę non dabant primitias om-
nium annonarum, ideo postea in 3. mense, de quo
hic dicitur quòd sit mensis primitiuorum, idest pri-
mitiarum dabantur primitiæ omnium frugum, quæ
serebantur. Vel dato quòd post festum azymorum in
eodem mense, vel in principio secundi darent primi-
tias de annona: de tritico autem, & sigala, & legumi-
nibus, & cęteris seminibus non dabantur primitiæ vs-
que ad tertium mensem, & sic dicebatur iste esse mẽ-
sis omnium primitiuorum, quæ serebantur in agro,
idest in quo soluebantur primitiæ omnium, quæ in
agro serebantur præterquam de annona.

Festiuitas Pẽtecoste erat minoris obseruationis quam aliç duę apud Hebræos.

Festum Pentecostes fiebat in memoriam beneficij legis datæ.

QVAESTIO. XXIIII.

ISTVD festum Pentecostes fiebat in memoria be-
neficij legis datæ: nam quinquaginta diebus ab exi-
tu de Aegypto data fuit lex, vt multi tenent, & in hoc
celebratur festum, & in eo offerebantur panes noui,
sicut in festo azymorum nouæ fruges. Illæ autem fru-
ges, cùm offerri debebant torrebantur, & postea ex-
cutiebantur grana, & postea contundebantur, & redi-
gebantur quasi farina non bene mulcta, & super hoc
spargebatur oleum, & fiebat holocaustũ domino de
eo cum thure, vt patet Leui. 2. c. *Solennitatem quoque in
exitu anni.* Hic ponitur secundum istorum festorum,
scilicet festum tabernaculorum, & istud celebrabatur
die 15. mensis septimi vsque ad 21. diem eiusdem, &
& dies celebres erant duo, scilicet primus, & octauus,
qui non pertinebant ad tabernaculorum festum, sed
erant cętus, atque collectæ: fiebant aũt tabernacula in
locis patentibus extra domos, vel in solarijs, aut dete-
ctis domibus: ad signandum quòd in deserto Deus fe-
cerit eos habitare in domibus arborum: ista enim ra-
tio tribuitur Leu. 23. c. & in die 15. mensis septimi, qui
erat dies primus festiuitatis Tabernaculorum, accipie-
bant Hebræi fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque
palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & sali-
ces de torrente, & lętabantur in eis: in omnibus his
diebus fiebant sacrificia determinata in pecoribus, de
quibus Nu. 29. c. *Solennitatem quoque in exitu anni.* Dicitur
festiuitas Tabernaculorum in exitu anni, est autem fe-
stiuitas ista in Septembri in 15. die eius computando
secundum lunationem propinquiorem æquinoctio,
vt est consuetudo apud Hebræos computare menses
per lunationes, & tunc dicitur finiri annus. Sed dices,
non videtur hoc esse verum: nam vbi vnus annus in-
cipit alius præcedens desinit: cùm tempus sit aliquid
continuum, & anni sint partes temporis, ergo cum in
continuo vltima sunt vnum: ita cum duos annos tan-
quam duas partes cõtinui temporis dicamus, oportet
vt vltimum vnius, & alterius principium idem sint:
sed principium anni secundum Hebræos est in Mar-
tio, vt patet supra 12. c. scilicet. Iste erit vobis principiũ
mensium primus in mensibus anni: ergo finis anni est
in principio Martij. non est ergo dicendum quòd exi-
tus anni sit in Septembri cùm sit festum tabernaculo-
rũ. Respondetur quòd principium anni computatur
secundum Hebræos id quod erat principium simplici
ter, idest id a quo incepit tempus, incepit autem tem-
pus in tali dispositione, qualis est dispositio Septem-
bris, vt patuit Gen. 1. & 7. Ibi enim late de hoc dictum
est. Postea autem cum Deus stantes Iudæos in Aegy-
pto eduxerit, ad memoriam illius magni facti man-
dauit vt ille mensis nouarum frugum, in quo eos
eduxit vocaretur primus mensis in mensibus anni, vt
patet supra 12. c. Ex quo videtur quòd antea non fo-
ret primus mensis: nam si antea esset primus mensis
ad quid oportebat, vt iterum statueretur? sed textus
loquitur per modum statuti dicens: Mensis iste vobis
principium mensium primus erit in mensibus anni.
Alius ergo mensis erat antea principium anni, quis au-
tem sit iste, necesse est dicere hunc fuisse Septem-
brem: cùm in eo mundus ortum habuerit, & sic vo-
catur hic mensis septimus, qui est September, in quo
fiebat tabernaculorum solennitas, finis, & princi-
pium anni: Martius autem statutus fuit primus, &
solùm vocatur primum quantum ad festiuitatum
assignationem: sed in communi vsu September di-
citur esse primus, & sic computant in cõtractibus suis

In quo loco tabernacula fieri solebat.

& in alijs temporum descriptionibus, & sic computa- F
nit hic scriptura, & in alio loco infra 34. ca. sic vocatur
September principium, & finis anni: cum loquatur
enim de festiuitate tabernaculorum ait: Et festiuita-
tem quando redeunte anni tempore cuncta condunt:
annus redit qñ finito vno reditur ad principiũ alterius,
& tũc est festum tabernaculorum. Tempus autem in
quo omnia conduntur est tempus Septembris, quan-
do tam fruges quam vinum collecta sunt, & loquitur
de terra Chanaan, quæ erat temperata, vtpote, quæ
partim est in 3. partim in 4. climate. recte ergo dr̃ hic
q̃ festiuitas tabernaculorum est in exitu anni. Sed ad-
huc obijcies, q̃ non sit festum istud in exitu anni: nam
September est primus mensis, anni ergo principium
anni est in prima die Septembris, & finis anni præce- G
dentis: festum autem tabernaculorum est in 15. men-
sis Septembris vsque ad 22. ergo non est in principio
anni nec in exitu. Respondetur quòd aliter est dicen-
dum de primo mense anni, & de principio anni: nam
non est idem primus dies Septembris, & primus dies
anni, nisi rarissime: in quolibet tamen anno princi-
pium anni est in Septembri nostro. annus namq; pro-
prie incipit a principio Libræ cùm sol intrat in Librã:
nã in principio Libræ sol creatus dicitur, & quia sem-
per illud principium Libræ est vel intra Septẽbrem,
vel circa eum: dicitur festum tabernaculorum esse in
exitu anni, idest quòd modicum distat ab illo exitu,
vel principio anni, & hoc siue voluerint computare
Iudæi principium anni a primo gradu Libræ cùm sol H
intrat eam (quod est in medio nostri Septembris) Si-
ue incipiant a prima die lunationis propinquæ equino
ctio: nam vtrique eorum satis coniunctum est festum
tabernaculorum, quod autem modicum distat, inesse
videtur. Ergo dicetur festum Tabernaculorum esse
in exitu anni, siue in principio. *Quando congregaueris
omnes fruges tuas de agro.* Idest quando congregatas ha-
bueris omnes fruges tuas de agro, ita quòd iam sint
in domo, & hoc satis patet: nam in primo mense die
15. est annona aliqualiter matura, & offertur fasciculus
in holocaustum, vt patet Leui. 23. & postea in prin-
cipio mensis tertij fit Pentecostes, & offeruntur pa-
nes facti de farina triticea noua: cùm ergo tunc habea-
tur farina noua, manifestum quòd vltra per quatuor
menses, & amplius, scilicet in septimo mense, quòd
non colligerentur segetes, sed iam diu collectæ sunt.
Debet ergo istud verbum congregaueris habere sen-
sum præteriti, & non futuri: nam dato quòd aliquæ
segetes, vel legumina tarda sint: non tamen ita tar-
da possunt esse, quòd quatuor mensibus post colle-
ctionem tritici colligantur, quod sequeretur si aliqua
colligerentur in septimo mense. Dicendum autem,
quòd in tempore, quo istud festum tabernaculorum
celebratur, non solùm fruges collectæ sunt, sed etiam
congregatum vinum in domos: sic enim dicitur infra
34. c. cùm agitur de solennitate azymorum: Et soleni-
tatem quando redeunte anni tempore cuncta con-
duntur, idest omnia, q̃ nascuntur in agris condita sunt,
ergo, fruges vinum, & cętera condita sunt. *Ter in anno.*
Hic ponitur de quadam celebritate magna, quę fiebat
in his tribus solennitatibus, scilicet quòd totus popu-
lus Israeliticus cõueniebat in locum sanctuarij vbicun
que essent, & offerebant, vt supra dicitur, quia nõ erat
licitum eis vacuis manibus venire coram domino, vt
patet supra & infra 34. c. & Deut. 16: *Ter in anno.* Non
exprimitur hic, quando hoc esset: nec quidem opor-
tet exprimi: quia satis patet ex præcedenti, q̃ intelligã-
tur de istis tribus solennitatibus, quia litera coniuncta
est, & quia non possent assignari alia festa tria in anno,
in quibus conuenire possent ad locum sanctuarij. Et
patet, quia vt habetur Leu. 23. & Nu. 28. & 29. c. solùm
istæ solennitates a Deo institutæ sunt, scilicet sabba-
thum, Pascha azymorum, festum clangoris, dies pro-
pitiationis, & festum tabernaculorum, aliæ autem po-
stea additæ sunt ab Hebræis ex deuotione propter ali-
qua facta notabilia, sicut festum Mardochęi, & festum
purificationis factę a Machabęis, de quibus diximus
Leui. 23. c. sed ista non erant tunc cùm Deus dabat istã
legem: ideo de eis non refert. Accipiantur alia festa, &
manifestum erit, quòd nõ poterit intelligi de eis: nam
hoc nõ poterit intelligi de sabbathis: nam sabbatha nõ
sunt festa, in quibus talia fiant, qualia in istis fieri debe-
bant. Necesse est ergo intelligi de alijs quinque, scilicet
de illis, cùm tria celebrentur in eodem mense, scilicet
festum Clangoris primo die Septembris, & festum
Propitiationis in decimo die, & festum Tabernacu-
lorum in 15. non poterant in his tribus venire tribus vi-
cibus in locum sanctuarij, cùm ista festa coniũcta sint,
sed vna vice venirent pro omnibus tribus: nec etiam
potest intelligi de duobus illorum cum aliquo altero,
scilicet cum Pentecoste, & die azymorum: nam
semper manet idem inconueniens, quia inter diem
clangoris, & Tabernaculorum, quæ solùm distant
13. diebus intermedijs, etiam ablato die propitiatio-
nis, quæ est magnæ obseruationis, & est in 10. die eius-
dem mensis, vt patet Leui. 23. c. solùm manent 12.
dies, non possent ire, & redire: & dato quòd illi, qui
essent propinqui possent, adhuc hoc esset frustra am-
bulare: nam eundo, & redeundo transirent isti dies.
Necesse est ergo dicere, quòd ista tria festa sint tria su-
pra nominata, & hæc rationabiliter distant: nam in-
ter Pascha azymorum, & Pentecostem sunt quinqua
ginta dies, inter Pentecostem & tabernaculorum fe-
stum sunt menses quatuor, & aliquid plus, inter fe-
stum tabernaculorum erant sex menses completi, vt
patet computanti secundum dies, quos eis assignaui-
mus, in quibus celebrantur, vt patet supra.

Sol in principio libræ creatus fuit, & ibi incipit annus,

Præceptũ de ascendendo coram domino non intelligitur de festis sabbathorum.

An ista tria festa possint accipi pro festo azimorum: Pentecostes, & clangoris.

I QVAESTIO. XXV.

SED dices, quòd bene possunt aliter assignari ista fe-
sta, scilicet quòd sit vnum festum azymorum, &
alterum festum Pentecostes, & alterum festum clan-
goris, & non erit necesse ponere festum tabernacu-
lorum esse vnum de istis tribus. Et patet, quia inter fe-
stum Pentecostes & festum clangoris sunt quatuor
menses aut ferè, vt patet, quia Pentecostes est in prin-
cipio tertij mensis, & festum clangoris est prima die
septimi mensis, quod est tempus sufficiens ad eun-
dum, & redeundum, & morandum, idem si pona-
tur festum propitiationis esse tertium, quod est deci-
mo die mensis Septembris. Respondetur quòd non
K potest stare: nam necesse est poni diem tabernaculo-
rum esse de istis tribus festiuitatibus. Et patet: nam
nunquam debebat totus Israel congregari in locum
sanctuarij, nisi in istis tribus festiuitatibus, sed in die
Tabernaculorum conueniebat totus Israel in locum
sanctuarij, ergo erat vnum de istis festiuitatibus. Ante-
cedens patet, quia Deut. 31. ca. dicitur, quòd post se-
ptem annos cùm in festo Tabernaculorum conueni-
ret totus Israel coram domino in loco, quem elegisset
legebatur corã toto populo Deuteronomium legis.
Item in octauo die computando a primo die Taber-
naculorum fiebant cętus atque collectæ, idest con-
gregabatur totus populus, & ab eis colligebantur pe-
cuniæ pro expensis sacrificiorum, vt patet Leui. 23. &
Num.

Nu. 29. c. sed non fit cętus, nisi cum totus populus con A
gregatus est in loco sanctuarij, ergo tunc veniebant in
locum sanctuarij, & sic erat tertium festum. Item pa-
tet hoc, quia in isto die debebant stare in loco sanctua-
rij: nam Deut. 16. c. cùm dicatur de celebratione festi-
uitatis tabernaculorum, subditur: Septem diebus festa
celebrabis domino Deo tuo in loco, quem elegerit
tu, & ancilla, &c. Quod autem festum Pentecostes
etiam sit de istis, licèt probatum sit supra, patet tamen
magis, quia dicitur Deut. 16. c. quòd in die Pentecostes
quæ erat dies quinquagesima postquam falcem in se-
getem mittebant, debebat vnusquisque immolare ob
lationem spontaneam in loco, quem Deus elegisset,
vt esset nomen eius in eo: sed non debebant ire ad illũ
locum, nisi in vno de istis festis, ergo inter ista tria fe- B
sta computatur. De Pascha azymorum, quòd sit
vnum de istis etiam patet Deut. 16. quòd non poterat
immolari Phase in qualibet vrbe patet, quia omnes
tunc Iudæi ascendebant in Ierusalem, quod non fie-
bat nisi in solennitatibus tribus: & patet hoc, quia se-
mel in Pascha ascenderunt cognati Iesu ad ciuitatem
Ierusalem, & vocaueru nt Iesum, vt veniret ad solen-
nitatem, vt patet Io. 8. c. Item quia in die vna festiui-
tatis azymorum, scilicet in septima fuit cętus atque
collectæ, & hæc non fiebant, nisi cùm totus Israel erat
congregatus, ergo tunc congregabatur. Antecedens
patet Leui. 23. c. Clarius autem adhuc patet, quòd iste
sint tres solennitates, quia Deut. 16. c. dicitur: Tribus
vicibus p annum apparebit omne masculinum tuum C
coram domino Deo tuo in loco, quem elegerit: in
solennitate azymorum, & in solennitate hebdoma-
darum, & in solennitate tabernaculorum. *Apparebit
omne masculinum tuum.* Idest quòd omnes viri, & pueri
iam habentes vsum rationis ascenderent illuc, vt ex
eis, quæ viderent in festiuitatibus illis fieri in loco san-
ctuarij, quæ non fiebant in alijs locis totius terræ Cha-
naan, promouerentur ad cultum Dei. Et patet hoc,
nam cũ esset dominus noster Iesus annorum 12. puer
adhuc tener, qui tamen sapientia plenus, quippe cùm
eam ab instanti conceptionis habuisset, quia tamen
secundum aliorum puerorum modum, qui eo tem-
pore capaces sunt iudicij aliqualiter, ascendit cum pa-
rentibus suis in Ierusalem ad diem festum, & tunc D
mansit ipse nescientibus parentibus in medio docto-
rum disputans, vt patet Luc. 3. c. Ab hac obligatione
legis excluduntur mulieres, cùm dicitur: Omne ma-
sculinum tuum. Et ratio huius est duplex: prima quòd
mulieres cùm teneriores, & imbecilliores sint, non
ita sustinent labores itineris sicut viri, si tamen erat via
breuis, vtpote quia locus sanctuarij modicum distabat
a loco habitationis earum, veniebant, sic patet de Bea-
ta Virgine, quæ venit ad festum cum viro suo Ioseph,
quando perdidit Christum in Ierusalem, vt patet Luc.
3. c. erat enim locus eorum prope Ierusalem. Secunda
ratio erat propter gubernationem rei familiaris, & do-
mesticæ: si enim pueri parui in domo essent, necesse
erat, vt aliquis maneret ad dandum eis cibos: nam E
pueri isti paruuli non obligabantur ibi apparere, cùm
ad nihil eis proficeret: cùm non essent capaces ratio-
nis, nec instruerentur aliquo modo ex his, quæ dice-
bantur, aut fiebant. Item cùm in locis, & domibus
omnium Israelitarum manerent aliqua animalia do-
mestica, quæ indigebant prouisione necessariorum,
alioquin cuncta simul morerentur. Cùm ergo de ma-
sculis nullus manere debebat in locis, necesse erat
mulieres manere ad dispositionem necessariam rerũ
domesticarum.

Mulieres non obligabantur ad ascendendũ ad sanctuarium ter in anno.

An ad legem istam, de ascendendo ter in anno ad locum sanctuarij, teneretur serui.

QVAESTIO. XXVI.

SED quæretur vtrum ad ista festa ascenderent ser-
uii Hebræorum, & ancillæ, cùm dicatur, omne
masculinum, sub qua generalitate etiam serui conti-
neri videntur. Respondebit aliquis, quòd serui non
ascenderent, quia multum defraudarentur domini a
seruitio eorum, maxime cùm distabat locus sanctua-
rij: nam tunc si ter in anno irent Iudęi in locum, quem
Deus elegisset magnam anni partem sine seruitio per-
transirent. Item quia dicitur, omne masculinum
tuum, idest omnis masculus natus de te, & ista locu-
tio fit ad totum Israel, ergo videtur quòd soli mascu-
li Israelitæ obligabantur. Ad hoc respondetur quòd
ista lex non solùm intelligebatur de liberis, sed etiam
de seruis: quicunque enim masculi rationis capaces
essent, hac lege comprehendebantur. De seruis ta-
men distinguendum, quia aut erant serui Hebræi,
idest aliqui de genere Hebræorum, qui vendebantur
in seruos, vt patet supra 21. & Leui. 25. & Deut. 16. c.
aut erant de gentilibus: si essent de genere Hebræo-
rum manifestum est quòd debent ascendere: nam ad
tot tenebantur isti, sicut alij Hebræi: cùm essent na-
tura Hebræi: nec etant serui simpliciter, sed ad quan-
dam temporis particulam, si autem esset seruus de ge-
nere gentilium, etiam tenebatur: nam quicunq; emis-
set seruum gentilem, tenebatur eum immediate cir-
cuncidere, vt esset particeps immolationis Phase, si-
cut dicitur supra 12. c. Omnis seruus empticius circun
cidetur, & sic comedet ex eo, idest de Phase. Nunc ar-
guitur sic: ille, qui circuncisus erat, tenebatur ad om-
nes obseruantias legis: nam sicut Baptismus est apud
nos ianua sacramentorum, & totius fidei, vt patet ex-
tra de clerico non baptizato ministrante cap. veniens.
ita circuncisio erat apud Iudæos, ita vt esset signum
populi Dei, scilicet quòd quicunque deberet esse de
populo Dei debebat habere illam, & quicũque illam
haberet esset de populo dei, vt patet ad Ro. 4. c. scilicet:
Per baptismum omnes baptizati obligantur ad obser
nationem totius legis euangelicæ: ergo qui circunci-
debantur obligati erant ad omnes cęremonias legis:
sed ascendere ter in anno erat quædam cęremonia le-
galis, vt patet hic, & infra 34. & Deute. 16. c. ergo om-
nes serui, quia circuncisi erant tenebantur ascendere.
Item confirmatur hoc, quia ait Apostolus ad Gala: 5.
c. Testificor rursus omni homini circũcidẽti se, quòd
vniuersę legis faciendę debitor sit. sed ista tria festa
comprehenduntur sub lege: ergo omnes serui empti
de gentilibus, quia circuncidebantur cogebantur
ascendere ter in anno cum cęteris ad locum sanctua-
rij. Item omnes serui empticij debebant circuncidi,
& comedere Phase: sed non poterat comedi Phase,
nisi in loco sanctuarij: ergo serui gentiles iam con-
uersi tenebantur ascendere ad sanctuarium. Maior pa-
tet supra decimo secundo capitulo, scilicet: Omnis ser-
uus empticius circuncidetur, sic comedet ex eo: mi-
nor patet Deut. 16. cum dicitur: Non poteris immo-
lare Phase in qualibet vrbium tuarum, quam domi-
nus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco, quem ele-
gerit dominus Deus tuus, ibi immolabis. Item pa-
tet hoc clare ex litera in eodem capitulo, vbi clare in-
nuitur, quòd in festo Pentecostes, & in festo taber-
naculorum ascendere deberent serui, de Pentecos-
te autem sic dicitur: Celebrabis festum hebdoma-
darum, domino Deo tuo oblationem spontanea
manus tuæ, quam offeres iuxta benedictio-

Primũ argumentũ.

Secũdum argumentum.

Responsio ad quæsti. affirmatiua.

Ratio prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

nem domini dei tui, & epulaberis coram domino, tu, & filius tuus, & filia tua, & ancilla, & leuites, qui est intra portas tuas: cùm ergo dicatur quòd ancilla ascendere debebat in hoc festo, & comedere coram domino, quanto magis serui? nam feminæ non obligabantur ascendere, cũ dicatur supra: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum. de solennitate autem tabernaculorum sic dicitur ibidem: Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies cùm collegeris de area, & torculari fruges tuas, & epulaberis in festiuitate tua tu, & filius tuus, & filia, seruus, & ancilla, leuites quoque, & aduena: Ad rationem autem, quæ fiebat contra, scilicet quòd si ter in anno ascenderent serui in locum sanctuarij, maxime quando distabat, magnam partẽ anni sine seruitio pertransirent, quod magnum damnum dominis erat. Respõdetur dupliciter: primò quòd sicut lucra animæ lucris corporis præponenda sunt: nam anima est plus quàm corpus, vt patet Mat.7.c. ita damna animæ plus quam damna corporis euitanda sunt: ergo a fortiori plus vitanda sunt damna animarum q̃ damna rerum, idest perditionẽ temporalis substantiæ: sed non ascendere in locum sanctuarij tempore debito erat damnũ animæ, & ascendere illuc erat damnum quantumcunque temporalis substantiæ, ergo potius debebant aliquid perdere, & ascendere, quàm nihil perdendo non ascendere: nam si ista esset sufficiens ratio motiua, sequerentur infinita incõuenientia, ita vt penitus nullũ bonum maneret, aut aliquod præceptum Dei staret. Et patet: nam aliquis potens vellet tollere mihi omnia bona mea, nisi committerem adulterium, aut mentirer, aut Deo maladicerem, vel furarer, & sic de omni genere peccatorũ, & si staret illa ratio, ego arguerem sic, graue damnum est mihi nisi maledicam Deo, quia omnia bona mea perdo: ergo volo maledicere Deo ne incurram istud graue damnum. Manifestum est, quòd hoc maximum inconueniens est, quia tunc qñcunque aliquod damnum nobis eueniret ne incurreremus illud damnum, possemus facere omnia inhonesta, nullum Dei præceptũ obseruantes, sed non est sic, nam non solùm damna omnia pati debemus, sed etiã resistere vsque ad sanguinem: nam, & ipse Aristot. pro sola custodia honesta (non intendens adhuc placere Deo, quia nihil tale intellexit) dixit esse moriendum, vt patet in 3. Ethic. scilicet: Ad quædam autem fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima. Secundo modo respondetur, & mitius, nam licèt postquam Deus posuisset legem, qualiscunque illa esset: nos transgrediendo illam peccabamus, oportebit autem magis omnia perdere, & terribilia sustinẽdo deficere, quàm mortaliter peccare: ante tamen quàm poneretur, non erat iustum quòd poneret lex, quæ esset valde grauans: ideo dicendum q̃ licèt mandaretur hic q̃ ter in anno appareret omne masculinũ coram domino, tamen dispensabatur interdum cum his, qui procul morabantur, vt in prima vice solùm venirent, scilicet in festiuitate azymorum, & tunc dispensabatur cum seruis eorum etiam ne venirent, & sic paruum damnum erat semel in anno ascendere ad locum sanctuarij. Ad aliud arg. s. cùm arguitur, q̃ in litera dicitur: Omne masculinum tuum, idest omnis masculus natus de genere tuo, ergo masculi nati de genere Gentiliũ nõ tenebantur: huiusmodi erant serui circuncisi nati de Gentilibus, qui venditi erant Hebræis. Respondetur, quòd illud pronomen possessiuum, tuus, non dicit hic originem, sed possessionem: nam vtrumque dicere posset, quia satis conuenienter exponitur dicendo: Masculinum tuum, idest de tuo semine, & tunc dicit originem: aut, masculinum tuum, idest qui est in domo tua, vel possessione tua.

Lucra animæ lucris corporis præponenda sunt.

F Non potest tamen patere pro quo teneatur nisi ex adiunctis, vel ex his, quæ alibi determinantur: sic autem est hic: nam Deut. 16. c. declaratur, quòd omne masculinum tuum, non solum intelligatur pro his, quæ a te ducunt originem, sed pro his, qui in familia tua, & rebus tuis sunt: cùm dicebatur, filius tuus, seruus, & aduena, &c. *Coram domino Deo tuo.* Idest in loco vbi erat sanctuarium: nam ibi dicebatur esse Deus specialiter, vt supra declaratum est: nec tamen intelligendum quòd istud Phase comedendum esset coram domino, idest coram altari holocaustorum sicut comedebantur sacrificia pacifica, quia cùm in omnibus filijs Israel esset celebratio agni, & tot comedebant vnũ agnum, quot sufficiebant, vt patet supra 12.c. & totus G Israel congregatus esset in festo illo in loco sanctuarij, non possent capi omnes intra atrium tabernaculi siue templi, vt ibi omnes comederent, sed solùm ista celebratio fiebat quantum ad immolationem, quia immolabatur agnus in templo, scilicet in altari sacrificiorum: ita vt sanguis eius funderetur ad bases altaris, & sic erat sacrificium domini, sicut dicitur Num. 9. c. quòd Phase erat sacrificium domini. Postea accipiebat quilibet agnum suum immolatum, idest iugulatum solum, deferebat in domum suam, vel ad locum, vbi hospitabatur, & faciebat omnes ceremonias. Sic dicitur supra 12. cap. & sic comedebatur in illo loco, scilicet quilibet per domos aut mansiones suas, & hoc erat comedere coram domino, quia comedebant, & H celebrabant coram domino, scilicet in ciuitate, in qua specialiter erat Deus, quia ibi inuocabat nomen eius.

An Agnus paschalis deberet immolari coram ostio tabernaculi.

QVAESTIO. XXVII.

ET si dicas quòd non debebat iste agnus qui erat Phase immolari in tabernaculi ostio, sed in quilibet domo: nam in Aegypto quilibet immolauit in domo sua, & sic fuit datum mandatum, quòd ibi immolaretur, & poneretur sanguis in vase ad limen portæ, & aspergeretur vterque postis, & superliminare domus. I Respondetur quòd illud non fuit mandatum ad futuras generationes, sed quædam ceremonia pro tunc obseruata, vt declarauimus supra 12. c. & non solùm quantum ad hoc: sed etiam multa alia fuerunt tunc ceremonialiter facta, quæ non fuerunt custodita in futuris generationibus. Ratio autem huius differentiæ potest esse duplex. Prima quia in Aegypto non habebant tabernaculum, nec altare, aut quicquam alterum, vbi immolarent, ergo quilibet in domo sua immolare debebat. Item quia tunc debebat poni sanguis agni immolati in vtroque poste, & superliminare, ergo ibi apud portam immolari debebant, vt mox calidus sanguis aspergeretur foribus, quod non contingeret si ad aliquem alium locum conuenisset ad occidendum. Istę autem rationes non K extiterunt in sequentibus generationibus. Prima nãque non extitit, quia futuræ generationes habuerunt tabernaculum, quod in deserto constructũ est: habuerunt etiam templum, quod postea fecit Salomon, & illud quod postea reædificatum est a Zorobabel, ergo in hoc debebant immolare. Et patet hoc: nam Leui. decimoseptimo capitulo dicitur, quòd omnis homo, qui aliquod sacrificium fecerit, & non obtulerit ad ostium tabernaculi, vt fundatur sanguis eius super altare, mori debebat, sed immolatio Phase sacrificium erat, vt patet Num. nono capitulo, cùm dicitur, Siquis mundus est, & in itinere non fuit, & tñ nõ fecit Phase, exterminabitur anima illa de populo suo, quia

Non eodẽ modo Agnus immolabat in terra promissionis sicut in Aegypto.

sacrificium

sacrificium domino non obtulit in tempore suo. Sic A etiam vocatur infra 34.c. cum dicitur: Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ, nec remanebit quidquam de victima solennitatis meæ vsq; mane, & sic dicitur infra immediatè: Necesse erat ergo immolare agnum in ostio tabernaculi super altare sacrificiorum, sicut cætera sacrificia. Item quia si non fieret sic, non satisfieret intentioni legis: prohibitum fuit enim Deut.12.c. ne quis offerret holocausta sua, aut pacifica in omni loco, quem videret, sed solùm in loco, quem Deus elegisset, vt esset nomen eius ibi, & sic fuit præceptum de aliis sacrificijs ibidem. Ita Deut. 16.cap. fuit præceptum de celebratione Paschali, scilicet: Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, sed in loco, quem elegerit dominus: sicut ergo B alia in altari offerebantur, ita deberent offerri agni paschales. Item quia cùm Deus mandauit, ne quilibet in vrbe sua immolaret Phase, sed venirent omnes ad locum sanctuarii: fuit causa, ne quilibet immolaret vbi vellet, scilicet secundum cæremonias quas vellet: quia possent immolare secundum cæremonias Gentilium, & Dijs eorum, quod valde intendebat vitare. Si tamen congregatis omnibus in ciuitate, in qua erat sanctuarium non cogerentur dare agnos suos ad immolandum in altari holocaustorum, sed quilibet immolaret in domo sua, aut in loco, in quo vellet, sequeretur idem inconueniens, quod ante, scilicet quòd immolaretur secundum cæremonias, quas vellet, & possent dęmonibus immolare, ac si in vrbe sua quisq; im C molaret. Dicendum ergo, vt ante quòd omnes illi agni ducebantur ad atrium tabernaculi, & ibi immolabant eos sacerdotes secundũ ritum aliarum immolationum: & quantum ad hoc erat sacrificium factum domino, & non dabatur aliqua occasio idolatrandi popularibus, quia nihil immolabant: sed sacerdotes hoc faciebant. *Coram domino Deo tuo.* idest in loco sanctuarij.

An existentibus diuisis arca, & tabernaculo in quolibet eorum esset sanctuarium. Et quid propriè erat sanctuarium, scilicet an locus arcæ, vel tabernaculi.

QVAESTIO. XXVIII.

CIRCA hoc quæritur, nam cùm esset tabernaculum, & arca testamenti in vno loco ille vocabatur locus sanctuarij, & quem elegerat dominus, & ad illum totus Israel in his solennitatibus confluebat: quando tamen tabernaculum, & arca seiuncta erant, vt fuit a tempore, quo educta de Silo portataque in bellum capta fuit a Philisthæis, de quo 1.Reg.4.ca. vsque ad tempus, quo Salomon vtrumque coniunxit in templo suo, quod fuit spatium annorum nonaginta, & amplius, vt declarauimus supra 20.cap. quis diceretur esse locus sanctuarij, nunquid locus vbi erat arca, vel locus, vbi erat tabernaculum? nam vbicunque diceretur esse, ibi debebant conuenire. Fortè respondebit aliquis, quòd vtraque vrbs vocabatur sanctuariũ tam ea, in qua esset arca, quàm ea, in qua esset taberna culum, & ad vtranque ciuitatem venire debebant ad faciendum solennitates has. Sed hoc non potest stare, quia Deus intendebat facere vnitatem cultus sui, & ideo licèt Iudæi in ciuitatibus suis singulis haberẽt magistros, qui docebant legem, tamen non fuit permissum habere sacrificia, aut oblationes in aliquibus locis, nisi in vno duntaxat, quia Hebræi adhuc rudes erant, & si viderent in multis locis sacrificia fieri, putarent multos Deos esse, quod erat discedere a cognitione veri Dei: & ob hoc licèt duæ tribus, & dimidia habitarent trans Iordanem diuisæ a reliquis tribubus: non fuit permissum eis, q̃ per se haberent altare ad faciendum sacrificia: nam cùm nouem tribus, & dimidia audiuissent, q̃ duæ tribus, & dimidia fecissent altare apud tumulos Iordanis, putantes q̃ ad immolandũ victimas faciebant, parauerunt se ad bellum contra eas, donec per nuncios cognitum est, q̃ non ad immolandum, sed in signum posuerant, vt patet Iosue 22. c. si tamẽ daretur, q̃ vbi esset arca, esset sanctuarium, & vbi esset tabernaculum, esset sanctuarium darentur duo loca immolationis, & sequerentur inconuenientia supra dicta, scilicet putarent esse duos Deos, ergo vnum sanctuarium solùm erat. Item in anno septimo remissionis in festo tabernaculorum debebat conuenire totus Israel ad locum sanctuarij, & omnibus simul stantibus legebatur coram eis Deuteronomium, vt patet Deut.31. cap. sed si essent duo sanctuaria impossibile erat conuenire totum Israel ad locum sanctuarij, vt coram omnibus simul legeretur Deuteronomium: necesse ergo erat esse vnicum sanctuarium. Dato ergo, q̃ necesse sit esse vnum, quæritur vbi esset istud. Necesse est dicere, q̃ esset in loco, vbi erat arca, vel in loco, vbi erat tabernaculum: nam non poterat conuenienter assignari in aliquo aliorum locorum: cùm quodlibet istorum esset sacrum, scilicet arca, vel tabernaculum: loca autem alia non erant sacra, nec habebant aliquid, propter quod sacra dicerentur, aut nomen domini ibi nominaretur specialiter. Sed de his duobus est dubium, an sanctuarium diceretur locus, in quo esset arca, vel locus, in quo esset tabernaculum. Et sciendum q̃ vtrumque rationabiliter poterat facere sanctuarium: nam ille vocabatur locus sanctuarij, in quo Deus stabat, aut potius conuertendo, scilicet in illo loco, qui vocabatur sanctuarium Deus stabat specialiter. Iste modus specialitatis erat, quia ibi loquebatur, & dando responsa, sed hoc in vtroque loco reperiebatur: nam super arcam Deus loquebatur de medio duorum Cherubim, vt patet supra 25. ca. & 30. & Num. 7. ideo quando Moyses volebat consulere oraculum, intrabat in Sancta Sanctorum, & audiebat Deum loquentem de propitiatorio. Tabernaculum etiam per se quantum ad hoc poterat vocari sanctua D rium, & facere locum illum, in quo esset esse locum sanctum: nam in ipso tabernaculo loquebatur Deus ad ostium tabernaculi super altare sacrificiorum, vt patet infra 29. capit. In hoc tamen dubitare posset de arca: nam quando Moyses audiebat responsum a Deo de inter Cherubim, erat quando stabat arca in Sancta Sanctorum: sic enim dicitur Num.7. ca. cumque vellet Moyses consulere oraculum, ingrediebatur tabernaculum fœderis, audiebat vocem loquentis ad se de medio Cherubim, vnde & loquebatur ei. Cùm ergo maneret extra tabernaculum fœderis, dubium erat, vtrum loqueretur de arca. Ad hoc autem posset dici, q̃ etiam sine tabernaculo Deus loqueretur de medio Cherubim super arcam: nam cùm fieret arca per E se: etiam non ponendo eam in tabernaculo necdum facto tabernaculo dixit se dominus locuturum super eam, vt patet infra 25. ca. cum dicitur: Inde præcipiam & loquar ad te super propitiatorium, scilicet de medio Cherubim, & mandabo cuncta, quæ dicam filijs Israel: sed hoc est cùm fieret arca, quæ fuit primum quod factum est: ergo etiam sine tabernaculo loqueretur dominus super eam. Responderi posset, q̃ hoc non concludit: nam licèt ante factionem tabernaculi cùm fieret arca diceret se Deus locuturum super arcam: dicebat tamen hoc pro tempore in quo arca staret in tabernaculo intra Sancta Sanctorum. Sed in hoc non multum refert: satis enim dici posset, q̃ etiã arca existente extra tabernaculum Deus loqueretur

Iudæi rudes si viderent sacrificia fieri in multis locis existimarent illa fieri in honorẽ multorũ Deorum.

Vtrũ Deus loqueret de arca: ipsa existente extra tabernaculum.

de

In alia re minoris reuerentiæ q̃ esset arca Deus multotiẽs loquebat.

de medio Cherubim: nam in alia re minoris reuerentiæ,& æstimationis loquebatur,vt cùm sacerdotes vestirentur Ephod, & inquirere vellent aliquid a Deo, respondebat eis Deus: dato q̃ non starent in tabernaculo:nec starent coram arca,vt patet 1. Reg.23. capit. cùm Dauid staret in Ceila suspectus, q̃ Saul descenderet ad capiendum eum, dixit ad sacerdotem Abiathar: Applica Ephod, & ait Dauid: Domine Deus, audiuit famam seruus tuus, q̃ disponat Saul venire ad Ceilam, vt euertat vrbem propter me: si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus: Descendet. Dixitque Dauid: Si tradent viri Ceilę me,& viros,qui mecum sunt in manus Saul? & dixit dominus: Tradent. Hoc tamen dato,q̃ arca, vbicunq; esset, haberet Dominum respondentem de medio Cherubim: non sequitur q̃ vbi arca esset diceremus locum sanctuarij. Dicendum enim q̃ sanctuarium dicebatur,vbi esset tabernaculũ, dato q̃ non esset arca, & ad illum locum conuenire debebant omnes Israelitæ, ad celebrandum tria festa supra nominata: & vbi esset arca non esset sanctuariũ: & hoc modo fuit in omnibus temporibus, quibus arca testamenti, & tabernaculum disiuncta fuerant: nã ad locum tabernaculi, tunc ibatur ad celebrandum festa. Et probatur sic: si enim vbi esset arca esset sanctuarium, ergo in tempore, quo manebat arca apud Philisthijm, non habuissent locum sanctuarij, ergo non potuissent celebrare festiuitates tres, quas quolibet anno obligabantur celebrare. Sed fortè diceret aliquis,q̃ non potuerunt tunc impediri festiuitates aliquæ, quia modico tẽpore mansit in terra Philisthijm in quo festum nullum euenirет. Sed hoc falsum est: nam dum arca mansit in terra Philisthijm, necesse fuit duo festa accidisse, scilicet festum azimorum, & festum Pentecostes: & si locus arcæ fuit sanctuarium, erat sanctuarium in tempore illo in terra Philisthinorũ in ciuitatibus,in quibus erat arca, quod est absurdum. Antecedens patet, quia arca domini stetit 7.mensibus in terra Philisthijm, vt patet 1. Reg. 6.cap. & venit arca de terra Philisthijm primò in agrũ Bethsamitarum,cùm ipsi meterent triticum in valle. tempus autem messionis tritici in terra Chanaan incipit in principio 3.mensis, ideo vocatur ille mensis primitiuorum, idest in quo dantur primitiæ omnium, quæ seruntur in agro,vt supra dictum est:& dato q̃ esset tempus hoc in mense tertio, vel quarto, aut quinto,& sic vsq; ad finẽ sexti,in quo omnia tam de agro, quàm torculari collecta sunt,vt patet Deut.16.cap.& tunc computentur 7. menses retro, & necesse erit includere in eis duo festa, scilicet festum azimorũ,quod est 15.die mensis primi, & festum Pentecostes, quod est die 6. mensis, tertij s. quinquaginta diebus post diem azimorum. In his ergo, vel nullus locus sanctuarij esset,vel daretur in terra Philisthijm,quorum vtrũque est inconueniens. Item dato q̃ in hoc tempore, quo arca mansit in terra Philisthijm, nullum festum de his magnis accidisset: tamen inconueniens erat, quia quotidie debebat fieri sacrificium, scilicet agni vespertini, & matutini, quod obseruabatur iure perpetuo, & tunc non esset sanctuarium, in quo fieret. Antecedens patet Numer. 28. cap. Item in quolibet Sabbato debebant fieri alia specialia sacrificia, vt patet eodem capitu. quæ etiam fieri non possent. Item quia in principio cuiuslibet mensis in Kalendis, siue Neomenia fiebat specialis oblatio, vt patet Num. 29. cap.sed tunc non esset sanctuarium,vbi fierent. Cùm ergo hoc non conueniat, quia non est dicendum, q̃ ista sacrificia, quæ mandata sunt iure perpetuo, cessarent tunc manentibus ipsis in terra Chanaan, dicen-

Qũ seiuncta erant arca,& tabernaculũ in loco taber. erat sanctuarium.

F dum est,q̃ non erat sanctuarium locus, vbi erat arca, sed vbi foret tabernaculum. Item patet hoc,quia post captiuitatem Babilonicam manifestum est fuisse in Ierusalem sanctuarium, & sacrificia facta fuisse,cùm rex Seleucus, qui erat rex Celesyriæ dabat expensas pro sacrificijs huius tabernaculi, siue sanctuarij, vt patet 2.Mach.3.capit. & ad hunc locum confluebat vniuersus Israel ad istas tres festiuitates magnas:& tamen non erat ibi arca,quoniam arca ducta fuit per Ieremiã Prophetam ante captiuitatem Babilonicam in secretum locum sepulturę Moysi,& ibi secretè cum eo recondita est,& manet vsque in hodiernum diem: nec vnquam in secundo tabernaculo, vel potius templo instaurato per Zorobabel fuit, aut visa est, vt patet 2.
G Mach.2.cap. Ergo non erat necessaria arca ad hoc, q̃ esset sanctuarium. Item patet hoc ostensiuè: si enim vbi esset arca,esset locus sanctuarij,ergo postquam reducta fuit arca de terra Philisthijm transactis 7.mensibus,vt patet 1.Reg.6.cap. fuisset sanctuarium in loco, vbi ipsa erat,& ibi conueniret totus Israel in his solennitatibus ad sacrificia sua: sed ipsa posita fuit in Cariathiarim in domo Aminadab,vt patet 1.Reg.7. cap. in Cariathiarim esset sanctuarium,& fierent sacrificia,& congregationes populi. Sed hoc falsum est: nam sacrificia non poterant esse nisi per sacerdotes, ergo si sacrificia fierent in Cariathiarim, cùm ibi stabat arca, necesse erat ibi esse sacerdotes, sed non erant, quia eo tempore sacerdotes erant in Nobe ciuitate: nam ibi
H erat Achimelech summus sacerdos, & tota eius cognatio:nam de eodem loco adducti fuerant octuaginta quatuor viri vestiti Ephod, & occisi sunt coram Saule,vt patet 1.Reg.21. cap. erat autem ibidem tabernaculum: nam ibi erant panes propositionis,& mensa, quæ nusquam erant nisi intra tabernaculum ad latus meridianum eius,vt patet infra 26.cap.hoc autem habetur 1.Reg.21.quia in eadem ciuitate existens Dauid petiuit panes ab Achimelech sacerdote: qui respondit, non esse ibi nisi panes propositionis, qui sublati fuerant de mensa a facie domini,vt ponerentur alij recentes. Necesse est ergo dicere,q̃ ibi erat sanctuariũ, & fiebant sacrificia atque congregationes populi. Hoc autem erat stante arca domini in Cariathiarim, siue Gabaa,quod idem signat. Quod patet,quia cùm
I ducta fuit arca de terra Philisthijm ante tempus Samuelis Prophetæ,scilicet antequã ipse iudicaret Israel posita fuit in Cariathiarim, vt colligitur 1.Reg. ex fin. 6.& prin.7.cap.& mansit ibi toto tempore Samuelis, & toto tempore regni Saulis,& toto tempore quo regnauit filius eius Hisboseth, & Dauid in Hebron, donec constitutus est rex super vniuersum Israel, & iuit in domum Aminadab in Cariathiarim, vel Gabaa,& adduxit inde arcam,vt patet 2.Reg.6. capit. destructa autem ciuitate Nobe per Saulem translatum fuit tabernaculum ad Gabaon,vt declarauimus supra 20.ca. & ibidem fiebant eadem, quæ in ciuitate Nobe. In his autem omnibus in ciuitate Cariathiarim, vbi erat arca domini, non erant sacerdotes, qui coram ea immolarent, quia vt supra dictum est, non licebat esse
K duo sanctuaria, vt non inducerentur Iudæi ad credendum duos Deos. Et hoc patet 1.Reg.7.cap.nam cùm arca posita fuit in Cariathiarim,siue Gabaa,non positi sunt sacerdotes, vt ibi facerent quotidie solennitates, sicut in ciuitate Nobe,vbi erat tabernaculum,sed consecratus fuit Eleazarus filius Aminadab, ad custodiendum eam. Ex quo videtur, q̃ non ponebatur, vt ibi festiuitates fierent,sed vt arca recondita ibi ad tempus maneret. Item hoc patet,nam cùm Dauid eduxisset eam de domo Aminadab,vt duceret in domum suã, & non duxisset, quia accidit infortunium de morte Ozæ tenentis arcam,vt patet 2.Reg.6.duxit eam in domum

mum Obededom, vbi mansit per tres menses,nec dicitur, q̃ aliqua alia solennitas facta fuerit: ex quo videtur,q̃ nulla facta sit,sed simpliciter arca reposita est in domo illa. Concluditur ergo ex superioribus,q̃ in omnibus temporibus, quibus arca, & tabernaculum disiuncta fuerunt,fuit sanctuarium in loco,vbi erat tabernaculum:non tamen intelligendum est hoc,q̃ accideret propter aliquid quod fuit in tabernaculo, qd̃ non erat in arca: nam maioris reuerentiæ erat arca, quàm totum tabernaculum, sed fuit accidentaliter: quia sacerdotibus conuenientior status erat in tabernaculo:cum haberẽt ibi altare holocaustorum, quod maximè necessarium erat ad omnia sacrificia,& altare thymiamatũ ad incendendum quotidie incensum, vt patet infra 30.cap.& mensa ad panes propositionis, vt patet Leuit.24.cap. & candelabrum ad ponendum lucernas,vt patet infra 26.& 27.& Lucæ 24. erant etiã cætera vtensilia. Dato autem q̃ arca domini mansisset,& tabernaculum sublatum fuisset: erat sanctuariũ in loco, vbi esset arca, & illuc confluerent sacerdotes ad faciendum continua ministeria in sacrificijs,& cæteris: si autem vniuersa hæc ablata fuissent,adhuc maneret locus sanctuarij,vbi manerent sacerdotes ministrantes, & cùm populus illuc conueniret, dicebatur conuenire coram domino,& stare coram domino:& fundamentum huiuset,quia sanctuarium dicitur,vbi sancta fiebant,idest vbi fiebant sanctæ ministrationes: istæ autem non poterant fieri,nisi in vno loco propter
C periculum supra positum, & si in multis locis liceret exercere ministrationes sacrificiorum, & similia, essent multa sanctuaria, quia ergo vnum sanctuarium erat ex congregatione sacerdotum, vbi illi sacerdotes starent,ibi esset sanctuarium: nam tunc complebatur intentio legis,scilicet q̃ ibi non erat occasio idolatrandi in sacrificijs, & in alijs ritibus, præsentibus sacerdotibus doctoribus legis,& ministris horum,& sic patet solutio ad dubitationem. *Non immolabis super fermento sanguinem victimæ.* Posuerat supra, q̃ tria festa principalia erant. Et primum erat Phase, siue festum azimorum. Nunc ponit hic quandam obseruationem circa istud festum, scilicet de modo immolandi agnũ Paschalem. Nam in 14.die mensis primi ad vesperũ ante solis occasum immolari debebat agnus per cun-
D ctas domos atque familias,vt patet supra 12.ca. & Leuit.23.& Num.9.& Deut.16. De cæremonijs autem huius immolationis potissimum habetur supra 12. & Num.9.cap. ponitur autem hic alia cæremonialia,scilicet de oblatione fermentati panis. *Non immolabis super fermento.* Idem habetur infra 24.per eadem verba,& est sensus,q̃ agnus paschalis,qui erat sacrificium aut victima domini, non erat immolandus super fermento, idest dum superesset aliquod fermentum in domo, ideo cùm deberet immolari agnus in die 14. mensis primi ad vesperam,scilicet paulo ante solis occasum, vt patet Deut. 16. c. ibatur ad immolandum in atrio tabernaculi, vt non maneret ibi fermentum, aut fermentatum quid, & si quid inueniebatur exclu-
E debatur a domo. Ratio autem horum est, quia istud festum est totum festum azimorum,& ipse agnus cũ azimis coniedendus erat,vt patet supra 12. & Num.9. cap. & postea in septem diebus sequentibus, scilicet vsque ad diem 21. mensis eiusdem ad vesperam comedere debebant panem afflictionis, scilicet azima, & nihil fermẽtatum in domibus suis illis septem diebus apparere debebat,vt patet Deut.16.cap.nam cùm potissimum,quod in hoc festo fiebat,pertineret ad azima, scilicet ipse agnus, necesse erat ad congruentiam eorum, quæ fiebant eximmolato,seu dum immolaretur, fermentata ablata esse. *Sanguinem victimæ suæ.* Sanguis super fermento immolatur, cùm existente

Quamuis seiũctis arca,& tabernaculo sãctuariũ esset in loco tabernaculi: si maioris dignitatis erat arca q̃ totũ tabernaculum.

De modo immolãdi agnum paschalem.

A fermento in domo agnus paschalis occiditur. Immolare propriè dicitur iugulare, vt consueuit assumi in tota sacra scriptura, sanguis autem non immolatur, cùm non occidatur, aut iuguletur:nam animal est qd̃ immolatur,vel iugulatur:sed dicitur sanguis immolari,idest per immolationem effundi, quia dum animal immolatur sanguis effunditur. *Victimæ tuæ.* Dicitur agnus paschalis victima, idest sacrificium, quia Deo immolatur,& sacrificatur,licèt carnes eius ab ipsis Hebræis comederẽtur: nam ipsi non immolassent istum agnum,nec tales cæremonias obseruarent, s. cum lactucis agrestibus,cum azimis, & tenentes baculos, & accinctis lumbis, & sic de cæteris circunstantijs cæremonialibus, nisi quia Deus mandauerat: religio ergo
B quædam erat. Et sic dicitur supra 12.c.Hæc est religio Phase. Etiam vocatur victima,quia domino immolabatur in altari holocaustorum, & fundebatur sanguis eius ad basim altaris, sicut in alijs sacrificijs, licèt non cremarentur carnes,& sic vocatur sacrificium Num.9 c. cum dicitur: Quia sacrificium non obtulit domino in tempore suo. *Non remanebit adeps solemnitatis meæ vsq; mane.* Istud potest intelligi de illo agno immolato, quia adeps eius non debebat comedi ab immolantibus:cùm esset datum præceptum generale,q̃ anima, quæ comederet adipem,aut sanguinem,periret de populo suo:omnis namque adeps domini est iure perpetuo, idest pertinet ad sacrificium Dei, quia debebat Deo immolari,vt patet Leuit.3.& 7.cap.& ibi magis declarabitur. Debebat ergo iste adeps agni immolati incendi ea nocte,qua agnus immolabatur coram domino. Si quis autem conseruaret ad sequentem diẽ, imputaretur ei ad malum, & sacrificium suum nihil ei proderat:sic dicitur Leuit. 7. c. q̃ si quis comederet de carnibus victimæ pacificæ in die tertia, postquàm fuisset immolata,oblatio eius irrita erat,& insuper imputabatur ei ad peccatum. Potest etiam hoc intelligi de alijs adipibus aliorum sacrificiorum, q̃ eadem die quæ immolabantur adipes adolerentur coram dño; sed ista litera magis adaptatur,q̃ intelligatur solùm de ista immolatione agni,cùm dicatur,adeps solennitatis meæ,alij autem adipes non erant semper adipes solennitatum.Idem patet per id,quod dicitur infra 34.c.vbi
D ponuntur hæc eadem, & mutato vno verbo dicitur: Non residebit mane de victima solennitatis Phase. Per quod intelligitur, q̃ ista litera ad agnum referẽda est paschalem, tamen ista generalius significat, quia potest referri ad adipem, vel ad carnes, & verum est. De neutro debebat aliquid manere: sic enim patet supra 12. c. Non remanebit quidquam de carnibus eius vsque mane,q̃ si quid remanserit ignis consumet. Sic etiam dicitur Deut.16.c. Non remanebit de carnibus quod immolatum est vespere in die primo vsque mane. *Primitias frugum.* Positis documentis circa obseruantias festorum, hic agitur de solutionibus quorundam debitorum. debent namq; homines Deo de fructibus decimas,& primitias,hic autem agitur de so-
E lutione primitiarum,& intelligendum est de decimis etiam, quia vtrumque debitum erat, & in solutione harum magna vtilitas soluentibus erat:qui autem defraudabant eas,minuebantur in bonis: sic patet Mal.3. c.cùm dicitur: Si affigit homo Deum,quia & vos cõfixistis me: & dixistis. In quo confiximus te? in decimis,& primitijs,in penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota: inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli,& effudero benedictionem meam vsq; ad abundantiam,& increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ,nec erit sterilis vinea in agro,dicit dominus exercituum,& beatos vos dicẽt omnes

Magna vtilitas erat soluẽtib⁹ primitias.

ømnes gentes, & eritis terra deſiderabilis, dicit dominus exercituum.

An in anno ſeptimo quietis terræ cum ſolui poßent primitiæ, etiam ſoluerentur decimæ, vel eſſet poßibilis earum ſolutio.

QVAESTIO. XXIX.

SVPRA autem iſtud præceptum de primitijs dandis poſitum fuerat, cùm dixit: Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre: hic autem iterum ponitur. Et poteſt dici, ꝙ cauſa huius eſt, ſicut de alijs præceptis communiter: nam multa præcepta repetuntur, vt patet de Sabbatho, quod poſitum fuerat ſupra 20. cap. & repetitum fuit hic, & ponitur iterum infra 34. & 31. & 35. & Leuit. 23. & Deut. 5. & in multis locis: quia quando Deus vult aliquid multum imprimere, dicit multoties. Alia ratio eſt ſicut quidam dicunt, quia iſtæ primitiæ, de quibus hic dicitur: non ſunt primitiæ, de quibus fuit dictum ſupra, quia illæ ſunt ad omnes annos: hic autem dicitur de primitijs, quæ reddi debebant in ſeptimo anno remiſſionis: nam anno illo non ſerebatur, nec putabantur vineę, ſicut alijs annis, vt patet ſupra, & clarius Leuit. 25. cap. Putaret ergo aliquis non eſſe debitas in illo anno primitias: mandat tamen dominus, ꝙ illo anno dentur, ſcilicet ꝙ de fructibus, qui ſponte naſcunt̃, & comedi debent ab omnibus communiter: primò antequam quiſquam carpat, dentur primitiæ ſacerdotibus. Et hoc eſt perſuaſum quantum ad hoc, quia ſupra cùm dixit de primitijs, dixit etiam de decimis, ſcilicet: Decimas, & primitias non tardabis offerre, vt patet præcedenti capitulo, hic autem ſolùm poſuit primitias. Ex quo videtur, ꝙ iſtæ primitiæ, de quibus hic agitur, ſolę ponebantur, & offerebantur. Et hoc verum eſt, quia in anno remiſſionis, licèt poſſent dari primitiæ, ſcilicet aliquid primum de fructibus agrorum, & vinearum in principio cum comedi inciperent: non tamen poterunt dari decimæ, quia decimæ dabantur, cùm aliquis colligebat fruges ſuas, & poſtea ſecundum quantitatem earum decimabat eas: in ſeptimo anno, non poterat hoc fieri, quia non colligebat dominus poſſeſſionis fructus ei⁹: ſed omnes de Iſrael pauperes, diuites, ſerui, ancillæ, mercennarij, peregrini colligebant de eis, & comedebant, & non ſolùm ipſi ſed etiam beſtiæ agri, vt patet Leuit. 25. cap. domini autem poſſeſſionum non colligebant totaliter fructus quaſi domini, ſed accipiebant interdum aliquid de eis ad cibum, vt ſi quis haberet hortum non colligeret fructus, & venderet, ſed mitteret quotidie pro fructibus neceſſarijs, vt mittendo ad vineas pro vuis ad cibos, & nõ colligẽdo omnes vuas: & alij, qui non erant domini, mittebant etiam ad eundem hortum, vel vineam, & colligebant pro ſeipſis ſecundum neceſſitatem. Etiam ipſæ beſtiæ agri veniebant, & comedebant. De talibus autem non dantur decimæ, ſed de his, quæ aliquis colligit portatque in domum ſuam, aut vendit in agro: quæ tamen ſic comeduntur nondum collecta, non decimantur, maximè quia tunc non erat neceſſaria decima, cùm ipſi ſacerdotes, & Leuitæ poterant ſicut & cæteri comedere de frugibus illius anni: quia communes erant. Item quod fortius eſt, quia impoſſibile erat dari decimam illo anno retenta intentione legis de modo diſpoſitionis fructuum illius anni: nam decima dicit quandam taxationem, & præciſionem, ſcilicet ꝙ ille, qui debet res ſuas decimare neceſſe eſt, vt pri⁹ cognoſcat quanti ſunt omnes fructus: nam impoſſibile eſt ſcire quanta eſt decima alicuius rei, niſi ſciatur quanta

Margin: Q̃r ponit̃ hic iterũ iſtud p̃ceptum.

Margin: Quamuis aliqs ĩ anno 7. vellet ſoluere decimas ĩpoſſibile tñ erat.

F eſt tota ipſa res: cùm decima dicatur vna pars rei, quæ decies ſumpta exhaurit ipſum totum. Cùm ergo ego cognoſco decimam, neceſſe eſt cognoſcere, ꝙ ipſum totum nihil aliud habet niſi alias nouẽ partes ęquales, & ſic quantitas rei totius ſcita erit. Scire autem quantitatem fructuum, quos aliquis acciperet in anno remiſſionis eo modo, quo accipere poterat ſecundum legem, erat impoſſibile, niſi vſq; ad illud tempus, quo iam nullo modo decima ſolui poſſet. Et patet hoc: quia tunc cognoſcitur quantitas alicuius rei, quando tota ſimul eſt: cùm autem non eſt tota ſimul, non poteſt cognoſci, ideo in ſucceſſiuis dum fiunt, non cognoſcitur quantitas, quia partes totius ſunt in ſucceſſione: ſicut in tempore nemo cognoſcit quantum eſt G tempus, quia partes eius ſunt in fluere, ſed quia dam⁹, ꝙ aliquod tempus totum cognoſcitur, neceſſe eſt dare aliquam totalitatem temporis: ita ꝙ aliquando partes eius ſimul ſint: aliàs impoſſibile eſſet aliquod tempus quantumcunque paruum totum cognoſci. Partes autem temporis ſunt in triplici differentia, ſcilicet vt præſens, vt præteritum, vt futurum: ideo ſi cognoſci debent eſſe ſimul: oportet ꝙ aliquo modo iſtorum ſint ſimul, eſſe autem ſimul partes temporis ſecundũ rationem principalitatis includit contradictionẽ, quia tunc nulla eſſet ſucceſſio, nec ordo durationis in partibus, ita ꝙ vna dies non eſſet ante alteram, nec altera ante alteram: de rationẽ tamẽ temporis eſt ſucceſſio, ideo neceſſe eſt tempus in præſenti nihil habere niſi H inſtans. Et patet, quia cùm tempus ſit quid continuũ, eſt diuiſibile in infinitum, & inquantum eſt ſucceſſiuum, oportet, vt vna pars ſuccedat alteri, & nullæ duæ partes ſint ſimul: nam ſi darentur aliquæ duę partes ſimul, non eſſet tempus totaliter in ſucceſſione, quia aliquæ partes eius coexiſtunt ſibi, ideſt vna eſt quando altera eſt, ſicut in entibus permanentibus reperitur: ſed tempus eſt totaliter ſucceſſiuum, & menſura omniũ ſucceſſiuorum, ergo nulla pars eius alteri coexiſtit, ſed quælibet pars eius poſt alteram eſt: ſi ergo detur, ꝙ in præſenti eſſet aliquod diuiſibile tempus præſens, neceſſe eſſet illud eſſe diuiſibile in duas partes, quia omne continuum eſt diuiſibile in infinitum, & tunc erũt duæ partes temporis ſimul ſibi coexiſtentes: quod pa- I tet quia tu dicis totũ illud diuiſibile ſimul eſſe in præſenti. Cùm autem ſit diuiſibile, diuido illud actualiter in duas partes: ſi ergo totum illud ſimul eſt, ergo illæ duæ partes, in quas diuiditur ſimul ſunt, & non ſuccedunt ſibi, & ſic iam non erit tempus ſucceſſiuum, quod eſt contra naturam, & intellectum, atque experimentum. Et ſi vis accipere minorem particulam illarum duarum, & dicis illam ſimul exiſtere, & eſſe pręſentem quantumcunque parua ſit, quia eſt pars continui, neceſſe eſt eſſe continuam: quia continuum non componitur ex non continuis, ſicut corpus non componitur ex non corporibus, & ſuperficies non componitur ex non ſuperficiebus, & linea ex non lineis, nec quantum ex non quantis, ſicut probat Ariſt. in 6. Phi- K ſic. neceſſe eſt ergo illam particulam quantumcunq; paruam eſſe diuiſibilem, quam diuido actualiter in duas partes. Et ſi dicas, ꝙ illa particula valde parua temporis ſimul exiſtit. ergo illæ duæ in quas diuiditur, quæ ſunt idem, quod ipſum totum materialiter ſimul exiſtunt, & ſibi coexiſtunt, & ſic dabimus duas partes temporis coexiſtere, quod neceſſariò facit tempus eſſe aliquid permanens, quod eſt contra naturam. Neceſſe eſt ergo ad hoc venire, ꝙ in præſenti non ſit aliqua particula temporis quantacumque parua, ſed ſolùm inſtans, quod eſt indiuiſibile. Quid autem ſint inſtantia, & diſtinctio eorum latè diximus ſupra 3. cap.

Margin: Quãtitas rei nõ põt tota cognoſci niſi cũ tota ſimul eſt q̃ qua infra proſequit̃ quæſt. 31.

Margin: Si tp̃s haberet ĩ p̃ſenti aliqd diuiſibile duę partes tp̃is eſſent ſimul.

In

In præſenti non eſt tempus, nec pars temporis.

QVAESTIO. XXX.

IMO ſit verè loquamur, in præſenti nullum tempus eſt, nec vlla pars temporis, quia omnis pars temporis, aut tranſit, aut ventura eſt: ſi ſunt partes temporis in decurſu fluxus, ſolùm autem quod eſt præſens eſt aliquid quod aſſignatur in tempore, & nõ eſt tempus, ſed continuat tempus: ſicut mutatum eſſe non eſt pars motus, ſed aliquid aſſignatum in motu terminãs motum, & continuans: ideo inſtans temporis correſpondet mutato eſſe motus: nam in præſenti non eſt aliqua pars motus, licèt motus fiat ſine interruptione à corporibus cœleſtibus, & patet, quia motus menſuratur tempore, menſura autem, & menſuratum neceſſariò adæquantur. ſi ergo præſens temporis eſt aliquid indiuiſibile, ergo quod eſt nunc de motu, neceſſariò eſt aliquid indiuiſibile: nihil autem eſt indiuiſibile in tempore, niſi mutatum eſſe: ergo in præſenti nihil eſt niſi mutatum eſſe. Nulla ergo pars motus eſt in præſenti, quia quęlibet eſt diuiſibilis, niſi detur ꝙ menſuratum ſit valde maius, quàm menſura, quod includit contradictionem. Si ergo dicendum eſt, ꝙ motus eſt in tempore, & pars motus eſt in parte temporis; & mutatum eſſe motus eſt in præſenti temporis, ſiue in inſtanti temporis. Ex quo infertur quoddam corollarium, in quo errant communiter loquentes, ſ. quòd impoſſibile eſt dare præſens tempus, ſed ſolùm datur præſens temporis: nam tempus præſens idem eſt, quod aliquod tempus quantumcunque paruum nunc exiſtens ſimul, ſed impoſſibile eſt aliquas partes temporis ſimul eſſe: ergo impoſſibile eſt eſſe præſens tempus, ſicut ſupra declaratum eſt. Præſens temporis datur, quia nihil aliud eſt præſens temporis, quàm aliquid ſignatum in tempore, quod ſignatum eſt præſens, & iſtud eſt inſtans: nam nullum eſt tempus, in quo non ſit neceſſe aſſignari præſens. nam omne tempus qualecunque aſſignetur, & quantumcunque paruum, neceſſe eſt, vt ſit diuiſibile, & habeat vnã partem ante alteram: prius autem, & poſterius per inſtans præſens neceſſariò diuiduntur, impoſſibile eſt enim, & includens contradictionem intelligi prius, & poſterius, niſi per reſpectum ad aliquid, ſecundum qđ aliquid ſit prius, & alterum poſterius: ſicut impoſſibile eſſet dare maius & minus, niſi dicantur maius, & minus per medium, & æquale, & ſic neceſſe eſt intra quamlibet partem motus aſſignare mutatum eſſe. nam quælibet pars motus eſt diuiſibilis, ergo oportet ꝙ ad minus in duas partes diuidatur, ergo tunc vna eſt prior, altera poſterior: prius autem & poſterius neceſſe eſt dici reſpectu alicuius intermedij, & hoc eſt mutatum eſſe. Nam non poteſt eſſe, ꝙ dicantur prius, & poſterius reſpectu alicuius diuiſibilis. Quoniam etiam in illo diuiſibili fiet diuiſio, & tunc erit ibi etiam prius, & poſterius reſpectu alicuius diuiſibilis, & ſic vſque in infinitum: & ſic neceſſe eſt, ꝙ medium reſpectu cuius dicitur prius, & poſterius in tempore, ſit mutatum eſſe, quod eſt indiuiſibile. Et ſic in continua linea neceſſe eſt dari punctum intermedium, & in qualibet lineæ parte neceſſe eſt dare punctum continuantem: nam quælibet pars lineæ, quæ non eſt diuiſa, eſt diuiſibilis in infinitum, & non fit diuiſio ſine puncto: ergo neceſſe eſt eſſe punctum, quia tamen diuiſio non eſt in actu, non ponitur punctus terminans, ſed punctus continuans, & ob hoc cogimur ponere infinita puncta continuantia in qualibet linea, & duo ſola terminantia, & infinita mutata eſſe in motu, & vnum ſolũ

Margin: Nõ datur tp̃s p̃ſens ſed p̃ſens tp̃is.

Margin: Prius, & poſteri⁹ p inſtãs p̃ns neceſſariò diuidũtur

A actualiter, ſ. claudens, & infinita inſtantia in tempore, licèt nullum actualiter fuerit nunquam, quia tempus nunquam ceſſauit. Et ſi arguas, ꝙ neceſſe eſt data fuiſſe iam inſtantia temporis actualiter: nam tempus eſt menſura motus, & ſic eſt paſſio ſua: deſtructo autem ſubiecto, vel finito, neceſſe eſt finiri, vel deſtrui paſſionem: ſed motus particulares finiuntur, ergo multa tẽpora finiuntur, ergo multa inſtantia actualiter fuerunt claudentia realiter tempus. Reſpondetur, ꝙ tempus menſurat motum, & menſurat omnem motum, tanquàm paſſio ſuum ſubiectum: ſed iſta paſſio, vel menſura per ſe fundatur in primo mobili, quod eſt principium, & regula omnium iſtorum mobilium, & motarum rerum: non ergo deficit tempus, niſi deficiente B ſuo ſubiecto adæquato: nec terminatur niſi terminato illo motu: nam alij motus non immediatè, & per ſe menſurantur a tempore, ſed vt ſunt quædam pars illius motus primi: nam quodlibet quod mouetur, mouetur dum mouetur primum mobile: ergo menſuratur iſtud mobile inferius, quod non eſt primum in tempore illo, quo menſuratur alia pars æqualis motus primi mobilis: deſinente autem iſto motu, qui fuit æqualis alicui tempori menſuranti partem æqualem in motu primi mobilis, adhuc non deficit tempus, quod menſurauit motum iſtum deficientem, quia nõ per ſe fundatur in iſto motu, qui deficit, ſed in alio motu æquali primi mobilis, & quia motus primi mobilis nunquam defecit, nunquam ceſſauit aliquod tẽ- C pus: ſi autem fundaretur immediatè tempus, & adæquatè in qualibet re mota harum deficiente iſta re, neceſſe erat defeciſſe tempus, & tunc cum multi motus finiti fuerint, multa tempora finita fuiſſent, & darentur tot inſtantia præceſſiſſe re alia, quot mutata eſſe fuerunt.

Margin: Motus particulares nõ mẽſurant̃ p ſe a tp̃e, ſed vt q̃dã partes primi motus.

An in tempore detur præſens, præteritum, & futurum.

QVAESTIO. XXXI.

EX dictis etiam ſuperius aliud corollarium ſequitur, ſcilicet quod eſt contra communiter loquentes, qui diſtinguunt in tempore præſens, præteritum, D & futurum, & eſt ꝙ in tempore ſolæ duæ partes ſunt, ſ. preteritum, & futurum: nam preſens licèt ſit aliquid in tempore, tamen eſt pars temporis, cùm omnis pars temporis ſit tempus: præſens autem tempus non eſt. Redeuntes ergo ad id vnde materiæ vtilitas parum nos tranſgredi compulit, dicendum ꝙ impoſſibile eſt dare partes temporis ſimul in præſenti, cùm in præſenti nulla pars temporis ſit, niſi inſtans, quod non eſt pars temporis. Neceſſe eſt ergo, ꝙ ſint partes temporis ſimul in præterito, vel in futuro. Et hoc quidem pro vtraque parte verum eſt: nam omnes partes temporis futuri ſimul ſunt nunc in futuro, i. ꝙ nunc in præſenti eſt verum, ꝙ ſunt ſimul futuræ, non ꝙ quando erunt omnes partes, quæ futuræ ſunt, ſimul erunt: quia hoc E eſt dare cõtinuum tempus poni, & permanens: quod ſupra improbauimus. nam tempus non eſt continuũ permanens, ſed eſt ſenſus, ꝙ omnes partes futuræ, i. de quibus verum eſt, ꝙ aliquando erunt in fluxu, ſunt nunc futuræ ſimul, i. quòd de qualibet earum æqualiter eſt verum dicere nunc ꝙ erit futura. Nam ſicut nunc eſt verum dicere de parte, quæ erit poſt horam, quæ eſt futura: ita de parte temporis, quæ erit in fluxu poſt mille annos, nunc eſt verum dicere, ꝙ eſt futura: & ſic de qualibet alia parte temporis aſſignabili, ergo omnes partes temporis futuri ſunt ſimul, ideſt omnes ſunt futuræ, & nunc nulla eſt poſt aliam, nec ante illã, licèt quando fuerint vna erit ante aliam, & alia poſt aliam: ſi autem tolleretur ſucceſſio in partibus temporis,

poris; daretur simultas, sed partibus futuri temporis non est nunc aliqua successio, sed erit quando fluent. ergo omnes partes temporis futuri nunc sunt simul, quia sunt futuræ, & tamen non est vna ante alteram, nec fluunt.

Qualiter per simultatem partium præteritarum, & simultatem partium futurarum temporis possumus intelligere, ꝙ Deus intelligit simul præsentia, præterita, & futura: & ei simul sint.

QVAESTIO. XXXII.

Quomõ Deus oia intelligat simul.

ET per istum modum possumus applicari aliquomodo ad intelligendum aliquid, quomodu Deus omnia videt nunc siue presentia, siue futura, & omnia ei simul sunt: nam vt nunc diximus omnia, quæ futura sunt, nunc est verum dicere de omnibus, quia futura sunt, & in quolibet instanti est verum dicere, ꝙ omnia futura sunt futura, nec magis vnum quàm alterum. Sicut ergo hoc est verum, ꝙ omnia futura nunc simul sunt futura, ita esset verum ꝙ omnia, quæ possunt esse præsentia, scilicet quæ nunc sunt futura, essent in aliquo nunc presentia, nisi successio impediret, quę inest eis cùm sunt, scilicet ꝙ sicut in isto instanti simul est verũ dicere, ꝙ omnia futura sunt futura: ita in aliquo instanti esset verum, ꝙ omnia, quæ nunc sunt simul futura, essent simul præsentia, vt sicut nunc dicimus, ꝙ illud quod post quadraginta annos futurum est, est nunc futurum, & illud quod post mille annos erit, nunc est futurum, & sic de omnibus alijs futuris: ita in vno indiuisibili esset verum, quòd illud quod erit post quadraginta annos futurum, est nũc præsens, & quod erat post mille annos futurum, est in eodem instanti nunc pñs, & sic de alijs, vt sicut oia in eodem instanti erant futura, idest ꝙ in vno eodem indiuisibili erat verum dicere de eis, ꝙ erant futura: ita in eodem nunc omnia essent præsentia. Hæc ergo sic essent, nisi successio, quæ est conditio rerum mobilium, impediret. Et quia cognitio nostra causatur ab ipsis rebus agentibus in nos: necesse est, vt sic sit nostra cognitio, sicut sunt ipsæ res: sed res sunt secundum præsens, præteritum, & futurum: ergo secundum hoc necesse est nos intelligere. Deus autem intelligit omnia, non quidem secundum modum rerum, quia scientia Dei nõ causatur a rebus, sicut scientia nostra: sed è contrario scientia Dei causat rem. Nam non ideo Deus intelligit res, quia sunt: sed ideo sunt, quia Deus intelligit eas, sic esse etiam vult voluntate factiua, quæ est ad faciendum: nam tunc scientia causatur a rebus, cùm ipsæ res tanquam obiecta cognoscibilia agunt in potentiam cognitiuam: res autem non agunt in Deum, cũ sit perfectissimus: ergo non intelligit res per modum, quo sunt, licèt intelligat, quod est in rebus totum.

Deus oẽs res intelligit nõ ꝙm modũ rerũ sed ꝙm modũ suæ cognitionis.

Quia ergo modus intelligendi non accipitur ex conditione, vel modo rerum intellectarum, necesse est ꝙ sumatur ex conditione essentiæ suæ: essentia autem Dei æterna est: æternitas autem in se nihil habet pri⁹, & posterius, cùm & æternitas sit interminabilis vitæ simul tota, & perfecta possessio, vt ait Boetius de Consolat. lib. 5. prosa vltima. Necesse ergo erit, ꝙ intellectio Dei sit simul tota, & perfecta, & res intellectæ ab eo intelligantur, vt simul totæ. Si ergo Deus intelligit creationem mundi, quæ secundum seipsam preteriuit, & mortem Adę, & natiuitatem Christi, quę precesserunt secũdum se, & cursum Petri, qui nunc fluit, & natiuitatem Antichristi, quæ futura erit, necesse est vt eas intelligat modo præsentiario: sicut nos intelligimus modo presentiario nunc esse. Patet ergo naturaliter inductum ꝙ omnia, quę secundum se sunt presentia, preterita, & futura, a Deo intelliguntur per modum presentialitatis, quasi ea videat: nam sic est verum, ꝙ simul omnia cernit: nã visio sua nihil aliud est, nisi ista intellectio, quia Deus oculos non habet, sicut nos presentiario modo cognoscimus id, quod ante oculos habemus: nam inde dicitur presens, quasi presensibus ens, idest stans ante sensus nostros, s. ante visum, auditum, aut ceteros: sic ergo hęc clara sunt si clarum intellectum habes. Sicut enim naturale est nobis, ꝙ intelligamus futurum per modum futuri, & preteritum per modum preteriti, & presens per modum presentis, ita est naturale Deo intelligere presentia preterita, & futura per modum presentis. non quidem ꝙ Deus intelligat, ꝙ res presentes, preteritę, & futurę sunt præsentes, quia iste esset falsus intellectus; quod in Deo ponendum non est, sed ꝙ Deus intelligit per modum suum, quę est presentialitas: & ipsam presentialitatem, & futuritionem atque preteritionem rerum intelligit per suum modum, qui est presentialitas. Nam isti modi possunt se tenere ex parte rei intellectę, vel ex parte rei intelligentis: prout aũt preteritio, futuritio, & presentialitas sunt modi obiectorum cognitorum, coincidunt cum ipsis rebus cognitis, scilicet ꝙ sicut cognoscitur ipsum obiectum, quod est presens, preteritum, vel futurum, ita cognoscitur ipsa preteritio, & futuritio atque presentialitas, qui sunt modi rerum cognitarum: sicut qui videt rem albam simul videt sumitatem, & pluralitatem, & magnitudinem, & cętera quę sunt in illa: ita qui cognoscit rem preteritam, vel futuram simul cognoscit preteritionem, & futuritionem, vt aliqua, quę sunt nobis ipsis cognitis. Alio modo istę sunt conditiones tenẽtes se ex parte rei intelligentis, & tunc quia nos in intelligendo consequimur naturam rerum intellectarum, cùm scientia nostra causatur a rebus, sicut est cõditio rei intellectę in subsistendo, ita est modus cognitionis nostre in intelligendo, ideo futuritioni, quę est modus rei intellectę correspondet in nobis similis modus, s. futuritio: ita quòd si res futura est, necesse est nos intelligere per modum futuritionis. Et preteritioni, quę est conditio rei intellectę correspondet in nobis preteritio, quę est modus intelligendi, s. quòd ea, quę preterita sunt, per modum preteriti intelligũtur, & impossibile est nos intelligere rem preteritam cum ipsa preteritione per modum presentis: potest enim aliquis intelligere rem preteritam esse futuram, & intelliget per modum futuritionis, sed tunc errat in conditione obiecti, quia cùm ipsa sit preterita, intelligit esse futuram, si tamen non intelligat falsum, s. ꝙ intelligat rem sicuti est, necesse est vt intelligat secundũ conditionem subsistentię rei. Nam si aliquis intelligit rem sicuti est, s. quòd intelligit, quę est futura, & intelligit eam esse futuram, necesse est vt intelligat eam per modum futuritionis, qui est modus rei, s. quòd intelligat tanquam non videns eam non habens coram se: quod est in rebus, quę per modum presentiarum intelliguntur. Et si arguas ꝙ nos intelligimus aliquando res, non per modum rerum, quia modus rei est triplex, s. presentiarius, preteritionis, & futuritionis: sed interdum intelligimus aliquid, & non per aliquem istorum modorum, sicut cùm fiunt abstractiones, vt considerando hominem secundum ꝙ homo est: nã hic non est aliqua conditio predictarum. Respondetur, ꝙ quandocunque nos intelligimus, necesse est habere modum rerum, vel falsum intelligemus: ideo quantumcunque abstrahamus, non possumus exire conditionem rerum: cùm autem dicis, ꝙ non intelligimus per modũ presentialitatis, preteritionis, & futuritionis, fateor, cùm infers, ergo non intelligimus secundum modum rerum, & tamen verum intelligimus

Vnde dicatur pñs.

Deus oẽ intelligit ꝙ modũ pñtis, i. ꝙ modũ suũ, ꝙ est pñtialitas.

Nos intelligimus ꝙm cõditionẽ rerũ, & iõ intelligim⁹ ꝙ modũ preteriti pñts & futuri.

Argm cõtra dicta.

Solutio.

mus, negatur consequentia: nam preter istos sunt alij modi rerum, & non est verum ꝙ cuicunq; rei debet inesse aliquis de istis tribus. Nam res cõsiderantur dupliciter, aut ꝙm naturã, aut metaphysicaliter. Secundũ naturam prout sunt in motu necesse est, vt habeãt aliquã istarũ trium cõditionũ, & necesse est nos sub illa condõne intelligere. Res tñ metaphysicaliter sumptæ non habent conditionẽ presentialitatis, nec futuritionis, nec preteritionis: Nam equinitas solum est equinitas, vt ait Auicenna, nec nunc, nec post, nec alicubi, nec aliquando, & sic fit in omnibus abstractionibus. entia enim abstracta necessariò sunt metaphysicalia, aut dialectica, quia excedunt naturam: nam natura nõ abstrahit a materia, & motu. Sed dices: non est sic in re, sed tantum fingis. Respondetur, ꝙ non est hoc chimerizare, nec figmentare, quia vniuersalia realiter sunt præter operationem intellectus: quia sicut entia inquantum sunt hoc, vel illud, sunt præsentia, aut præterita, vel futura, loquendo semper de naturalibus: ita entia secundum ꝙ entia, idest inquantum homo, & inquantum capra, nec sunt præsentia, nec præterita, nec futura. Et patet quod supra dicebatur: nam cùm nos intelligimus Deum, non intelligentes per modũ præteriti, nec futuri, nec præsentis, dicimur verè intelligere, quia illa summa res nullum istorum modorũ in se concipit: nam cùm intelligimus entia metaphysicalia, & non intelligimus, vt præsentia, aut præteria, vel futura rectè intelligimus secundum conditionem rerum: nam sicut Dei cõditio est nulli respectui temporis subiacere: ita conditio rerum metaphysicarum vt huiusmodi, est abstrahere ab omni tali successione, aut determinatione temporali: cùm autem Deus intelligit istas res, necesse est, vt intelligat eas sicuti sunt, idest ꝙ si sunt futuræ intelligat eas futuras, & si præteritæ intelligat eas preteritas, & si presentes intelligat eas præsentes: nam si rem, quæ futura est intelligeret esse præsentem, falsus esset intellectus ille, sicut qui intelligeret hominem esse asinum: nam præteritum, & futurum aliquid sunt in re: sed non oportet ꝙ conditioni rei intellectæ correspondeat alia similis in Deo intelligente, scilicet ꝙ sicut res in se est futura, & intelligit eam esse in seipsam futuram, ꝙ intelligat eam per modum futuritionis. Nam licèt res in seipsa propter imperfectionem durationis successiuæ præsens preterita, & futura sit in Deo: tamen propter simplicem æternitatem omnia simul sunt: ergo modo præsentiario sunt. Non ergo intelliget rem futuram per modum futuri, aut rem præteritam per modum præteriti, sed rem præteritam, & futuram intelligeret esse præteritam, & futuram modo præsentiario, quia quidquid est, ei præsens est: & sic Deus intelligit rem præteritam, & præteritionem modo præsentiario: quia quod nobis in præteritum abijt, non abijt ipsi in præteritum, & intelligit rem futuram, & futuritionẽ, quia quod nobis elongatum est, ipsi adest: præsentia quoque præsentiario modo intelligit, non tamen eo modo præsentis, quo nos intelligimus. Nam presens in nobis nihil aliud est, nisi indiuisibile diuidens partes temporis, & referens eas in ordine fluendi: sicut mutatum esse referens partes motus in ordine prioris, & posterioris. Deus enim non intelligit per modum huius præsentialitatis, quia istud est medium referens partes in ordine fluendi. Qui ergo intelligit isto modo præsentialitatis, necesse est, vt etiam referat se ad ordinem fluxus: sicut qui intelligit per modum mutati esse, intelligit necessariò per modum motus cuius particulas refert, & diuidit mutatum esse. Deus ergo omnia præsentiario modo intelligit: non talis præsentialitatis, quæ habeat respectum ad diuisionem partium fluentium, sed quadam præsentialitate æternitatis simul tota, quæ non diuidit, aut refert partes alicuius successionis. Ex hoc enim maximè patet præsentialitatem illam non esse, vt nostram, quia nostra necessariò concernit preteritum, & futurum: illi autem præsentialitati, quæ est simul tota, repugnat preteritum, & futurum. Ex his etiam alterum concluditur, ꝙ impossibile est Deum intelligere res preteritas, & futuras, per modum futuritionis, & preteritionis: nam cùm intellectus verè intelligit, tali modo debet rem intelligere, quali ipsa se habet ad intellectum: si ergo res se habet ad ipsum intellectum per modum preteriti, impossibile est intellectum rectè intelligere, nisi intelligat per modum preteriti, & sic si res per modum præsentis se habet, impossibile est eam verè intelligere, nisi sub conditione præsentialitatis: vt puta si aliquid sit coram oculis meis, impossibile est me verè intelligere illud, nisi per modum presentialitatis, scilicet vt sub oculis est: ita impossibile est me verè intelligere formationem Adæ, nisi per modũ preteriti, quia realiter illa creatio intellectui meo preterita est: cùm in seipsa preterita sit. Sic ergo cùm intellectui diuino, qui est ipsa essentia diuina propter infinitatem, & æternitatem, quę est simul tota, omnia communia sunt, quia nihil abijt nec aliquid futurum sibi est, sed sunt omnia ei tanquam ea, quæ nobis coram oculis sunt: ergo impossibile est eum intelligere per modum futuritionis, si verè intelligat: sicut impossibile est nos verè intelligendo intelligere ea, quæ sub oculis sunt, vt futura. Deus autem intelligere falsè non potest, quia hoc est magnus defectus: precipuè cùm intellectus diuinus non solùm sit verus, sed etiã ipsa veritas, vt patet Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita: ergo necesse est Deum intelligere omnia modo præsentiario, quia verè ei præsentia sunt. Nam licèt in seipsis propter defectum suum habeant mensuram fluentem, & sint præsentia, preterita, & futura: tamen quantum ad Deum cuius modus est perfectissimus, scilicet æternitas non possunt esse presentia, preterita, & futura: intellectui autem nostro propter suam finitatem, & defectum res quædã in preteritum abeunt, & quędam nondum capiuntur, ideo necessariò distinguimus in eo presens, preteritum, & futurum secundum conditionem rerum, a quibus causatur scientia sua. Est namque Deo naturale res omnes intelligere per modum presentis, sicut intellectui nostro est naturale quasdam intelligere per modum presentis, alias vt futuras, alias vt preteritas: & sicut impossibile est nobis omnia presentiario modo intelligere verum intelligendo, quia sic nobis non sunt: sic impossibile est Deum aliqua intelligere per modum futuri, aut preteriti, cum nihil ei futurum, aut preteritum sit. Ex his infertur aliquod corollarium, scilicet ꝙ non est aliquod mirabile Deũ intelligere ea, quę futura sunt: sicut non est mirabile nos videre ea, quę ante nos sunt. nam sicut ea, quę ante oculos nostros sunt presentia nobis sunt, & nullus miratur, quòd nos illa videamus: ita cuncta, quę sunt, presentia Deo sunt, vt declaratum est. Nullum ergo miraculum est ipsum cognoscere ea. Si tamen aliquid ei esset futurum, impossibile esset eum intelligere illud: sed iam nec esset Deus, quia non esset infinitus, nec eternus habens durationem simul totam, nec summum bonum, quod impossibile est. In his autem altissima speculatio est, de quibus aliqualiter diximus Gen. vltimo capitulo.

Vniuersalia realiter esse.

Si intelligam⁹ dẽt sine modo pñtis præteriti, & futuri, ppriè intelligemus.

Impossibile est dẽt intelligere res pteritas, & futuras per modũ preteritionis, & futuritionis.

Nõ est mirabile dẽt intelligere ea, q̃ futura sunt sicut nõ est mirabile nos videre ea q̃ ante nos sunt.

Obiectio.

Obiectiones aduersus ea, quæ superius determinata sunt, auferuntur.

QVAESTIO. XXXIII.

SI autem dicas contra supra dicta ꝙ videtur falsum cuncta esse præsentia Deo: nam tunc passio Christi esset ei præsens, vt creatio orbis, & demersio Aegyptiorum in mari rubro, ergo oporteret, vt creatio nūc esset, & mors Christi, & demersio Aegyptiorum: sed hæc falsa sunt, quia mūdus solùm semel creatus est: & Christus iam non moritur, cū a mortuis resurrexerit. Etiam sequeretur aliud incōueniens, ꝙ passio Christi, & mors, & resurrectio Christi simul sunt: nam ista iam præterita sunt, ergo secundū istum modum loquendi Deo præsentia sunt, erit ergo tunc resurrectio cum mors est, quod videtur includere contradictionem: nam mors & resurrectio opposita sunt, s. coniunctorum separatio, quæ est mors, & disiunctorum reunio, quæ est resurrectio. Ad hoc respondetur, ꝙ istæ consequentiæ non valent: nam licèt creatio Deo præsens sit, non tamen in seipsa præsens est, & licèt mors Christi, & passio, & resurrectio, atque Aegyptiorum submersio Deo præsentes sint, tamen in seipsis præsentes non sunt, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ non sit nunc resurrectio, nec creatio orbis: nam ista consequentia valeret in nobis: quia intellectus noster consequitur modum rerum: si ergo nos verè intelligimus rem, vt præsentem, vel si nobis res præsens est, necesse est, vt in seipsa sit præsens: quia aliter verum intelligere non possumus: in Deo autem non valet consequentia, quia non consequitur modum rerum propter suam perfectionem. Et hoc patet in speculis, nam quædam specula sunt, quæ propter ignobilitatem materiæ repræsentant res modo imperfectiori quàm sint, quędam autem specula repræsentant rem sicuti est, quædam autem sunt, quæ propter suam nobilitatem repræsentant res subtiliori modo quàm sint: licèt in hoc non falsè repræsentant: nam repræsentant omnia, quæ sunt in ipsa repræsentata, & tamen nobiliori modo: quia repugnat perfectioni illius speculi repræsentare res ita grossè vt sunt, ideo necesse est, ꝙ propter suam bonitatem repræsentet rem altiori, atque nobiliori modo, & tamen ista nobilitas modi repræsentandi nō se tenet ex parte rei repræsentatæ, sed ex parte speculi repræsentantis, s. quòd propter suam perfectionem non potest imperfectius repræsentare, si autem istud speculum rem signaret perfectiori modo quàm sit, & signaret hanc perfectionem repræsentationis esse ex parte obiecti repræsentati, falsè repræsentaret, cum nō sit sic in re. Sic enim est in intellectibus, nam intellectus est quoddam speculum, quia recipit imagines, vel sunt in eo sicut in speculo sunt: licèt illæ quidem, quæ in speculo sunt, habeant conditionem materialem, s. extensionem, & quasdam alias: in intellectu autem species rerum non sunt extensæ, licèt per eas signamus res extensas, & hoc solum sufficiebat ad id, quod intendimus. Et hoc declarabo, deinde declarabo exemplum de speculis. Dico enim ꝙ intellectus noster excedit speculum, quia intellectus non est natura corporea, & speculum est quoddam corpus: ideo modus susceptionis imaginum erit perfectior in intellectu nostro quàm in speculo. Nam ista est regula generalis in omnibus entibus, & satis nota, ꝙ secundum ꝙ se excedunt agentia in perfectione naturæ, ita se excedent actiones eorum proportionaliter: & sicut se excedunt subiecta in perfectione, ita se excedent

Exemplū de intellectione nr̃a & diuina.

In intellectu nostro nō sunt spēs extensę licèt per eas signentur res extēsę.

F passiones subiectorum. Et sic patet experimentaliter: nam imagines rerum obiectarum recipiuntur in speculo, & recipiuntur in intellectu: quod patet, quia sicut homo habens speciem hominis directè respiciēs speculum obiectum homini videbit illum: sicut cum quis seipsum videt in speculo: ita aliquis habens speciem intelligibilem hominis intelliget hominem, dato ꝙ eum directè non videat: hæc tamen imago, quæ existit in speculo, non existit eodem modo in intellectu: nam in speculo existit corporaliter, scilicet extensiuè, & figuratè, scilicet secundum lineamentorum protractionem, scilicet sicut est in ipso corpore, cuius est imago. Nam sicut figura faciei humanę in ipsa facie humana est extensa: ita in speculo est extensa imago G tamen faciei humanæ existens in intellectu non est extensa, nec talibus lineamentis conclusa. Quod satis patet, quia intellectus non est extensus cùm sit spiritualis, & indiuisibilis, nullam omnino corpoream habens quantitatem. Et ista diuersitas est ex parte eius in quo recipitur imago: speculum enim cùm sit corpus, sicut ipsa res cuius est imago, recipit imaginem sub conditionibus corporalibus, scilicet extensiuè, & sub alijs modis: intellectus autem non est corpus, ideo non potest recipere illam imaginem secundum conditionem corpoream, scilicet extensiuè, & sub clausura lineamentorum. Concordant tamen istæ duæ imagines, scilicet quæ in speculo, & quæ in intellectu quātum ad modum repræsentandi. Nam sicut aliquis H habēs ante se speculum, in quo repræsentatur vnus Leo, quem ipse directè non videt, appręhendit Leonem sub extensione, ita qui habet speciem Leonis nullo Leone pręsentato nec in se, nec in speculo, intelligit per illam speciem Leonem magnum, & sic lineamētis figuratum. Nunc autem referendo totum istud exemplum conformiter ad comparationem intellectus nostri, & diuini, videbitur totum quod intendebat declarare. Nam sicut speculum est imperfectum susceptiuum respectu intellectus nostri, ita intellectus noster est imperfectum susceptiuum respectu intellectus diuini, licèt in intellectu diuino nihil suscipiatur. Imò magis distat secūdum perfectionem intellectus diuinus ab intellectu nostro, quam intellectus noster I a speculo, cùm intellectus diuinus in infinitum excedat nostrum, & noster intellectus excedit solum finitè speculum. Sicut ergo speculum, quia erat ita corporeum, & extensum, suscipiebat imaginem rei extensam, & lineatam sicut erat in ipsa re, ita intellectus noster cùm habeat esse suum in successione, quia est de infimis spiritibus, maximè propter vnionem ad corpus, suscipiet res per modum successionis, scilicet pręteriti, pręsentis, & futuri. Nam quantum ad esse pręsens, pręteritum, & futurum nihil differt intellectus noster ab alijs entibus naturalibus. Nam sicut reliqua habent suum esse in successione, ita intellectus: ergo cùm res intelligit, suscipiet eas in sę per modum pręsentis, pręteriti, & futuri: nam nihil aliud est intelli- K gere per modum pręsentis, pręteriti, aut futuri, quàm recipere istas res in se per modum præsentis, præteriti, & futuri. Et sicut intellectus noster non suscipiebat imaginem rei cum magnitudine, & terminatione lineamentorum, quia illa sunt corporalia, & intellectus noster erat spiritus: ita conformiter in Deo, non sunt istæ res per modum præteriti, & futuri: quę sunt conditiones rerum succedentium, quarum esse non est simul: quia Deus non est successiuus, sed totum esse habet simul, cùm æternitas sit mensura sua, quæ est simul tota, & perfecta possessio. Et sicut necesse est species existentes in intellectu esse sine magnitudine, ita necesse est, res exi-

stentes

stentes in intellectu diuino esse sine figuratione, & præteritione. Nam tantum, & amplius repugnat essentiæ, vel intellectui diuino successio, quantum intellectui nostro extensio, vel futuritio. Et vltimò sicut per imaginem extensam, & figuratam Leonis intelligebamus, siue apprehendebamus Leonē extensum, & figuratum: ita per imaginem, sine magnitudine, & figuratione, quæ erat in intellectu nostro intelligebamus Leonem magnum, & figuratum: sic licèt ī Deo res sint præsentes, & intelligat per modum præsentis, tamen intelligit res, quæ futuræ sunt in seipsis, & earū futuritionem: & intelligit res, quæ præteritæ sunt, & earum præteritionem: licèt nihil horum in ipso sit: sicut intellectus noster intelligit res futuras, & futuritionem per modum futuritionis. Aduerte enim diligentissime ad applicationem istius exempli, & illud tota mente reuolue, & perfecte intelliges quod volumus, s. ꝙ res cunctæ Deo præsentes sint, licèt intelligat eas futuras. Credo enim hoc clarius significari non posse quàm tibi nunc significatum est.

Tm̄ imò magis repugnat essentię diuinæ, & ītellectui eius successio: q̄tum intellectui nostro extensio.

Exemplis declaratur modus intelligendi Dei.

QVAESTIO. XXXIIII.

REDEO nunc ad aliud exemplum, quod dicebā de speculis: nam sicut sunt quædam specula signātia totum, quod est in ipsa re, & sic verè significant, & tamen non significant ita perfectè, & distinctè sicut sunt in ipsa re propter imperfectionem materiæ suæ: & alia specula sunt, quæ repręsentant id quod est totū in re, & ita perfectè vt est in re: alia autem sunt, quæ repræsentant totum, quod est in re, & verè repræsentant: tamen propter perfectionem materiæ signant perfectius, & nobilius atque subtilius, quàm sit in ipsa re: non tamen signant hoc esse ex parte rei signatæ, sed ex conditione ipsius speculi repræsentantis. Et patet hoc in rebus ipsis corporalibus. nam imagines quędam sunt, quæ non possunt consequi modum ipsarū rerum signatarum totaliter, sed quantum ad aliquid. Vt si fingatur in pariete quædam imago hominis, aut Leonis, illa consequitur conditionem rei quantum ad extensionem, & clausionem lineamentorum, non tamen quantum ad motum: nam dato ꝙ aliquis homo moueatur, non potest figura eius in pariete exprimere motum eius: hoc autē est propter imperfectionem susceptiui, s. parietis, qui est de materia valde rudi parum communicante de natura lucis. Alia receptiua sunt, quæ consequuntur res obiectas quantum ad plures conditiones: licèt non quantum ad omnes, vt receptiua specularia: nam ibi recipitur imago extensiuè, sicut in pariete, & signans extensiuè, & super hoc exprimitur ibi motus. Nam si aliquis homo moueatur, & obijciatur speculo, figura eius mouetur in speculo, & mouet manus, aut brachia, aut aperit os cęteraque, quæ sunt in ipso homine moto, quæ non erant in pariete. ratio huius est perfectio materiæ corporis susceptiui. Sed adhuc ascendendo ad susceptiua, quę cognoscunt, dicendum quòd figura hominis, vel figura alicuius alterius rei in oculo perfectior est, quam speculo: nam sic vt in speculo est, non transfertur ad phantasiam, vt immutet spiritualiter, vt autem est in oculo, transfertur ad phantasiam: nam figura in speculo est in superficie corporis: in oculo autem propter teneritudinem oculi, & humiditatum interiorum potest transire, & transit ad phantasiam, & cęteras organicas potentias interiores. Nam licèt in superficie speculi sit impressio imaginis propter esse tersum, & non porosum, tamen non pōt penetrare densitatem speculi, ita ꝙ intret profundita-

Perfectius exprimit cōdō rei obiectæ in imagine, q̄ ē ī oculo, q̄ in imagine, q̄ est in speculo.

A tem eius: in oculo autem tenero transit: ideo dato ꝙ aliquis haberet aliquas partes vitreas ī corpore affixas, vel connatas ita, vt in eis præsentarentur imagines: nō videret homo per eas, quia propter duriciē nō possent penetrare species ad interiora, nec virtus animalis sensitiua defluens à parte cerebri posset communicari talis partibus propter imperfectionem naturæ vitreę. Attendendo ad ea, quę sunt susceptiua superiora, erit dare aliquod susceptiuum, quod recipiendo imaginē rei magis consequatur, vel exprimat conditiones rei, cuius est imago, vt est potentia phantastica, vel existimatiua. Nam per potētiam existimatiuam susceptā in imagine hominis non solùm intelligetur magnitudo hominis, & non solùm motus, sed etiam percipietur B vtrum talis res sit fortis, aut debilis: nociua, aut vtilis: humida, vel sicca: terribilis, an visui delectabilis: & hoc est in omnibus animantibus perfectis. Sed adhuc ista non consequuntur, aut percipiunt per imagines illas omnes proprietates rei. Nam asinus cognoscens omnia ista per imagines receptas in phantasia, & existimatiua nō potest adhuc percipere proprietatem rei, quę est esse pręsentem, vel esse præteritam, aut futuram. Nam bruta non percipiunt tempus cùm nesciant facere relationem inter partes, quantum ad esse pręteritum, aut futurum. Ecce ergo primum genus speculorum, siue susceptiuorū, quæ non exprimunt per imaginem totam rei proprietatem propter inperfectionē suam, quia ipsum susceptiuum imaginis est imperfe- C ctum, & s̄m ꝙ magis, aut minus perfectum est susceptiuum, ita magis, aut minus exprimit de proprietatibus rei cuius est imago, donec deueniatur ad aliquod susceptiuum, quod est perfectè exprimens ipsam rem s̄m conditiones rei, & sic est intellectus noster quantum ad omnia entia naturalia, quia adæquatur eis, & concipit s̄m suas proprietates, s. secundum differentiā temporis præteriti, præsentis, & futuri suscipiendo rē sub istis proprietatibus. Tertium genus speculi est eminentissimum, quod propter suam perfectionem perfectius, & distinctius atque nobilius repræsentat rem quàm sit in seipsa res, nec tamen propter hoc falsè repræsentat: quia hoc non significatur esse ex parte rei repræsentatæ, sed ex parte perfectionis ipsius repręsen- D tantis. Et iste est intellectus diuinus, qui excedit in infinitum intellectum nostrum. Sicut ergo propter imperfectionem speculi vitrei imago, licèt ibi motū exprimat rei, non tamen potest exprimere tempus pręteritum, ita intellectus diuinus propter altissimam perfectionem cùm exprimat rem aliquam naturalē, non poterit exprimere illam rem per modum præteriti, & futuri: quia successio in re est quædam imperfectio, s. quòd non sit totum esse simul, sed aliquid ante, & aliquid post. Licèt ergo intellectus diuinus exprimat rem præteritam, & futuram, & pręteritionem, & futuritionem, tamen non potest ei inesse modus signandi p̄ pręteritionē, aut futuritionem, quia non se potest tenere talis modus imperfectionis ex parte spe- E culi perfectissimi.

Tertiū genus speculorū eminētissimū est.

Vtrum tempus possit cognosci quando futurum est.

QVAESTIO. XXXV.

AD priora ergo redeundo dicendum est, quòd partes temporis sunt simul futurę, quia omnes partes futuri temporis sunt nunc simul futurę, idest ꝙ de qualibet earum nunc est verum dicere, ꝙ est futura. Nec habent inter se aliquam antecesionē prioritatis, vel posterioritatis, cùm prioritas, & posteritas ea-

rum

rum sit influendo per comparationem ad nunc, quod distinguit prius, & posterius, vt supra declaratum est. Cùm ergo dicamus, ꝙ id quod cognosci debet, oportet ꝙ sit simul totum, & tempus futurum sit simul totum, cùm partes omnes futurę sic se habeant, ꝙ non sit inter eas aliqua antecessio, vel posteritas, quæretur vtrum tempus possit cognosci quando futurum est. Respõdetur, ꝙ licèt partes temporis futuri simul sint, quia tamen nullam earum nos cognoscimus, non cognoscemus ipsum tempus, dum futurum est, licèt sit totum simul. In tempore etiam reperitur simultas in præterito, quia sic omnes partes temporis futuri sunt simul: nam quælibet illarum particularum iam prçterita est, & non est vna ante alteram, nec succedit, cùm non sint in fluxu: ergo totum tempus illud simul est, & quia nos illas partes cognouimus, cognoscemus ipsum totum tempus: vtputa siquis cognoscat tempus triginta annorum iam præteritorum, poterit illud cognoscere, quia illud totum est, quia partes temporis eo modo, quo existunt nunc simul sunt; & coexistunt sibi: nam nunc non fluunt, cùm omnes illæ fluxerint: cùm autem fluebant, ipse fluxus tollebat eas simul esse: nunc ergo simul erunt, quia non fluunt: totum ergo tempus triginta annorũ nunc simul est, & quia de qualibet illarum particularum habuimus experientiã, dum flueret, nunc ipsum totum effluxum in prçteritũ cognoscemus. Dicendum ergo, ꝙ si quispiã cognoscere habet aliquod successiuum, non põt cognoscere illud dum prius est, quia de successiuo nihil prius est, cùm solùm indiuisibile instans præsens sit: nec potest cognosci, cùm est futurum, quia licèt totum sit, tamẽ de nulla parte experientia habita est. Cognoscitur ergo quodcunque successiuum solùm cùm prçteritum est, quia tunc solùm simul est, quæ est prima conditio cognoscibilis, secundum ꝙ de qualibet eius parte experientia posita est. Rerum autem permanentium totũ esse est simul, idest omnes partes suæ coexistunt, quia ipsum permanens nunquam est, donec omnes partes suæ simul sunt, & tunc esse incipit: ideo permanentia in præsenti cognoscuntur, quia in isto indiuisibili assignato in tempore, s. in instanti omnes partes eius coexistunt, quod non est in successiuis: nam successiua non habẽt partes coexistentes in præsenti: imò nulla pars successiui est in præsenti, sed quæcunque sit aut præterita est, aut futura. Permanentia autem ex opposito, quia nullam partem habent præteritam, aut futuram, sed quotquot eius partes sunt, tot in præsenti sunt. Potest etiam permanens cognosci totum, non habito respectu ad tempus præteritum, aut futurum, vel ad præsens. Præsens enim respectum dicit quendam ad præteritum, & futurum, ſm ꝙ medium diuidens prius, & posterius, & respectu cuius est antecessio, vel subsecutio: permanens autem abstrahit a conditione temporis. Considerandum tamen, ꝙ licèt permanens cognoscatur in præsenti, quia est totum simul, vel cognoscatur non considerando tempus: tamen aliquando permanens non cognoscitur in præsenti, sed vt præteritum est, & hoc non quidem ſm se, sed ex adhæsione alicuius successiui, quod est totũ in prçterito: Vtpote, siquis moueatur per spatium duarum leucarum, manifestum est, ꝙ illud spatium permanens, & omnes partes eius coexistunt sibi pro eodem instanti: tamen nos, qui pertransimus non cognoscimus totum illud, donec totum pertransiuerimus, & tunc cognoscitur totum quando pertransitum est. Differentia tamen satis apparet hic inter ipsum motum, qui est successiuus, & inter spatium, quod est permanens: nam antequam quis incipiat moueri omnes partes spatij simul sunt, & postquam desijt moueri, in quolibet instanti assignato omnes partes spatij simul

Redit ad id quod incepit q. 25

Successiuum nõ pt cognosci dũ pñs est sed cognoscitur cum pteritũ est.

Aliqñ permanẽs nõ cognoscit ĩ pñti sed ĩ pterito.

F manent, & sic dum fiebat motus. Non est tamen sic de motu, quia antequam inciperet quis moueri, nulla pars motus existebat, & postquam desijt moueri, nulla manet: cùm autem mouebatur instanti non permanebat aliquis motus, sed solùm mutatum esse. Ratio autem quare spatium, quod est permanens cognoscatur a nobis totum, dum totum pertransitum est, est ex conditione mensuræ: nam ibi nos cognoscimus quantitatem spatij per motum, quem habuimus super istud, & quia motus est de genere successiuorum, & non cognoscitur, nisi cùm in præteritum abijt, & mensuratum, consequitur naturam mensuræ, oportet vt permanens ipsum cognoscatur, dum pertransitum est per modum successiui, cùm abijt in præteritum.

G Et sic accedo ad propositum vnde tamdiu (licèt nõ inutiliter) digressus fueram, s. quòd decimæ debent fieri quando cognoscitur totum ipsum, de quo fieri debet decima, & quia ipsum quod decimatũ, est quoddam permanens, cognoscitur vt est simul totum. Sed quia vt dicebamus immediatè supra, non cognoscuntur omnia permanentia, vt præsentia sunt, sed vt præterita sunt quandocunq;, & hoc quando cognoscuntur per motum, vt erat de spatio, quod pertransimus, ita est dicendum hic in decimis: quia decimabilia colliguntur de agris, & ista non cognoscunt̃ nisi per collectionem: cùm ergo ista collectio finita fuerit, cognoscetur quantitas collectorum: sicut pertransito toto itinere cognoscitur quantum fuit iter. H Hoc autem dato, in alijs annis, qui non erant anni remissionis, poterat dari decima, quia cognosci poterat quantum erat ipsum, quod erat decimale, & tunc quando cognoscebatur dari poterat: nam collectis omnibus frugibus mensurabantur, & ex hoc sciebatur quota pars illarum frugum erat decima: vel postquam totum vinum congregabatur mẽsurato eo, & scito quota pars esset decima, dabatur sacerdotibus, & Leuitis: in anno autem remissionis hoc fieri non poterat: nam dominus vineæ, aut agri non poterat colligere omnes fruges, aut vuas, aut portare in domum suam: quia omnibus pauperibus, aduenis, seruis, ancillis, & mercenarijs communes erant. Non debebat ergo accipere do- I minus aliquos fructus illius anni ad conseruandum: sed accipiebat modicos, & paulatim ad vescendum, sicut qui haberet vineam, & nõ colligeret omnes vuas eius, sed permitteret omnibus volentibus comedere de eis, & ipse cum eis comedere mittendo pro paucis ipsarum ad cibum. Et sic dicitur Leuit. 25. c. de isto anno remissionis: Non colliges quasi vindemiam vuas primitiarum tuarum, idest non colliges eas totaliter, & sequitur: Annus enim requietionis est, sed erunt vobis in cibum, & seruo tuo, & ancillæ, & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinatur apud te: iumentis quoque, & pecoribus omnia, quæ nascuntur præbebunt alimentum. Patet ergo, ꝙ non posset dominus determinare, quia ipse non colligebat fructus in domum suam: ita ꝙ simul ponerentur omnes, & K postea mensuratis eis darentur decimæ, quia hic dominus nihil adducebat, nisi quod immediatè comesturus erat; & illo comesto mittebat pro pluribus fructibus, & illos in cibum sumebat, & iterum mittebat, quousque finirentur. Si enim aliquis de his, qui istos fructus sic assumebant ante assumptionem sciret quantos fructus accepturus erat, poterat in principio de fructibus nondum consumptis accipere. & soluere decimam, deinde sumere cibos illos quotidie: quia tamen hoc cognosci non poterat quousque fructus collecti essent, quia istud permanens, quod est hic decimabile mensuratur per motum, idest habetur per collectionem, non potest cogno-

Decimæ apud Hebræos in omnibus annis dari poterãt pterquam in septimo.

cognosci quousque præteritum sit, i. quousque õmnes fructus collecti sint: sed in illo anno quando fruct⁹ collecti erant comesti erant, quia simul finiebatur vtrunque: ergo non poterant decimari: nam quando habebantur, nesciebatur quota pars esset decima. Cũ autem sciebatur quanta esset decima fructuum acceptorum, iam non existebant fructus, quia non colligebantur omnes simul, sicut in alijs, sed colligebantur paulatim ſm ꝙ comedebantur. Et sic expositio ista de primitijs dandis in anno Iubilæi, & anno remissionis est conueniens valde, & innuitur ex litera, cùm solùm ponantur primitię: quia illo anno decimę dari nõ poterant: supra autem ponebantur simul decimæ, & primitiæ, quia intelligitur de alijs annis, in quibus vtrumque dabatur. fundamentum autem horum est, quia primitiæ non determinabant sibi certum modũ sicut decimæ, sed quilibet dabat, sicut volebat, si autẽ coarctarentur ad certam mensuram quemadmodum ipsę decimę, nec potuissent dari primitię nec decimę. *Deferes in domum domini Dei tui.* Idest deferes in locum sanctuarij. Nam primitiæ pertinebant ad solùm ius sacerdotum, & Leuitæ nihil communicabant de illis, sed de solis decimis, vt patet Num. 18. c. sacerdotes autem morabantur in loco sanctuarij, Leuitæ autem dispersi per alia loca, s. per ciuitates suas 48. vt patet Nu. 35. c. & licèt aliqui de sacerdotibus morarentur in ciuitatibus alijs dispersi: quando tamen veniebat tempus ministrationis eorum ibant in locum sanctuarij. Et hoc patet quia erant distributi sacerdotes in viginti quatuor vices siue sortes, & quædam sors eorum seruiebat certo tempore statuto inter eos, & alia alio æquali, & sic de omnibus: sic enim statuit Dauid cum omnibus principibus Israel, vt patet 1. Paralip. 25. c. & magis patet Luc. 1. c. s. ꝙ Zacharias pater Beati Ioannis, erat de vice Abia, vt ibi dicitur: & venit, vt intraret ad offerendum thymiama in Ierusalem hora incensorum, & vidit angelum, &c. postea sequitur in eodem c. ꝙ ipse habitaret extra Ierusalem in quadam montana, ad quam ascendit domina nostra cum festinatione ante Ioannis natiuitatem, vt famularetur Elisabeth, vt patet eodem ca. ferebantur tamen primitiæ in locum sanctuarij, vbi erat summus sacerdos, & alij qui eo tempore seruiebant, & distribuebant omnibus alijs prout eis competebat, & sic dicitur de decimis, ꝙ deberent adduci in locum sanctuarij, vt patet Mala. 3. c. s. inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc &c. *Nec coques hædum in lacte matris suæ.* Istud est quoddam cæremoniale hic interpositum, s. vt non coqueretur hędus in lacte matris tanquam in aqua.

Primitię pertinebãt ad solos sacerdotes: decimæ autem ad sacerdotes & Leuitas.

Quare dabatur præceptum de non comedendo hædo in lacte matris.

QVAESTIO XXXVI.

ALIQVI enim hoc faciebant ad delicias carnis, quia hędi sic decocti dicuntur sapidiores, & teneriores: abolet tamen dominus istam consuetudinem, vt instruat Iudæos, quia crudeles erant circa pietatem, etiam ad pecora, vt per hoc erudiantur, & ad pietatem mutuam: erant namque Iudęi crudeles, non habentes in alterutrum viscera pietatis. Volebat ergo Deus erudire eos ad hanc pietatem, & quia si id quod minus videtur inesse inest, ergo & id quod magis: sed circa bruta docebat eos pietatem habere, quæ non communicant cum eis in natura, quanto magis circa ea, quæ communicant, s. circa homines: erat aũt quędam crudelitatis imago, vt ab eodẽ res pereat, a quo originem accepit essendi. hædus aũt, vel agnus accipiunt nutri-

A mentum a lacte materno, ꝙ ergo in ipso coquantur videtur durum. ꝙ autẽ Deus erudiat nos circa pietatem ad bestias patet frequenter: nam supra 20. c. in obseruatione Sabbathi dicitur, ꝙ in Sabbatho quiescat iumentum, & in isto c. etiam mandauit ꝙ mater & filius in animalibus non immolarentur eadem die: quia vtrumque perimere crudelitatis gerit speciem, vt patet Leuit. 22. c. propter quod si aliquis inueniret nidũ, & essent ibi mater, & pulli, ꝙ non caperet vtrosq;, sed caperet filios, & permitteret recedere matrem, aut è contrario, vt patet Deut. 22. c. & hoc dicebat Deus esse causam, vt bene esset illi, qui talia faceret. Item mandauit ꝙ fructus terrarum anni septimi essent communes hominibus, & bestijs, vt patet Leuit. 25. c. s. Erunt B vobis in cibum tibi, & seruo tuo, & ancillæ, & mercenario, & aduenæ qui peregrinatur apud te: iumentis quoque, & pecoribus omnia, quæ nascuntur præstabunt cibum. Alio modo potest intelligi, ꝙ dicatur agnus coqui, vel hædus in lacte matris, quando infra octo dies coquitur, quia tunc magis est lac, quam caro, & videtur quædam asperitas animalia sic tenera, & parua occidere, & coquere, & quantum ad istam expositionem non solùm prohibetur decoctio hædi infra octo dies, sed etiam assatio: nã istud verbum, quod hic ponitur, in Hebræo non magis significat coqui quàm assari: nam significat quandam digestionem humiditatis carnium per calorem igneum: siue iste calor sit mediate aqua calefacta ab igne, & agente in virtute ignis: C aut ꝙ immediatè a calore igneo decoquatur, & hoc nos vocamus assationem, ideo litera Hebraica, vt frequenter tollat istam ambiguitatem ponit coctum aqua aliquando: quasi innuat ꝙ sit alia decoctio, quæ fit immediatè ab igne, & istum modum interdum sequitur litera nostra ponens coqui pro decoctione, vel coqui pro sola assatione, quod sic patet, q. a. supra 12. c. cum agitur de agno paschali dicitur: Non comedetis ex eo crudum quid, aut coctum aqua, sed assum tantum igni. Ibi autem in Hebræo idem verbũ ponitur, vbi dicitur assum, & coctum: sed fit adiunctio determinatiua, cùm subijcitur aqua, aut ignis. Ibi tamen constat, ꝙ nõ debebat aliquid eius coqui in aqua, sed postea Deut. 16. ca. dicitur. non poteris immolare D Phase in qualibet vrbium tuarum: sed in loco, quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet ibi nomen ei⁹ immolabis Phase vespere ad occasum quando egressus es de Aegypto, & coques, & comedes. Ecce qualiter mandat ibi agnum coqui cum supra assari solùm mandauerit: in quo patet, ꝙ ibi coqui accipitur necessariò pro sola assatione. Sic ergo hic cùm dicitur: non coques hędum, poterit accipi pro decoctione, vel assatione. Quod autem dicitur hic de hædo, de omnibus alijs animalibus intelligendum est, nam eadem ratio ex quacunque causa istud præceptum impositum fuerit. Dicit autem Andreas, ꝙ hoc intelligitur de gressibilibus, & non de volatilibus: quia gressibilia lacte materno fouentur, & nutriuntur, aues autem lac E non propinant natis, ideo licebat comedere de illis, quomodocunque vellent: licèt communiter oua vocantur lac auium, sed in eis non posset aliquid coqui sicut in lacte cum ipsa cito condensentur. Nicolaus dicit, ꝙ etiam alia causa esse potest, quia aliqui Gentiles coquebant hædos in lacte materno in sacrificijs Deorum suorum. Aliter autẽ introduci potest litera ista depensiue ad superiorem de solutione primitiarũ, sicut inducit eam auctor in libro, qui vocatur More. ꝙ Gentiles colebant Deum camporum, vt daret eis multas segetes, & alios fructus, & vt eum placarent sacrificabant hædum coctum in lacte matris suæ: quia illud sacrificium erat sibi gratissimum: nunc autem dicit dominus, quòd reddant primitias domi-

2. Exposi.

Andreas ait qꝺ istud prçceptũ intelligitur de gressibilibus.

domino, & non coquent hædum in lacte matris suæ, F idest si reddunt primitias tanta frugum copia eis aderit, ꝙ nõ indigebunt facere sacrificium alicui Deo extraneo coquendo hædum in lacte matris suæ. Et hoc innuitur Mala.3.c.s.Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit dominus, si non aperuero vobis cataractas cęli, & effudero benedictionem meam vsq; ad abundantiam.& sicut est in decimarum solutione, ita erat in primitijs: nam sicut ipsi Iudæi affigebant Deum in non soluendo decimas,& primitias:ita merebantur in soluendo quodlibet eorum, & pro vtroque dabatur frugum copia. Quòd autem Deus effigatur in non soluendo primitias,patet Mala.3.c.cum dicitur:Si potest homo effigere Deum suum,& vos cõfixistis me, G & dixistis in quo te confiximus? & respondet,in decimis,& primitijs. Vel aliter introducatur, s. date mihi primitias,& decimas,& non coquatis hædum in lacte matris suæ, quasi dicat, quia non erit necessarium, Istud sacrificium a quibusdam Gentilibus gentiliter celebrari testatur se vidisse idem Rabbi Moyses.

Alia lrę introductio.

De dijs gentilium diuersis, & de stultitia eorum.

QVAESTIO. XXXVII.

SCIENDVM autem pro hoc, ꝙ apud Gentiles erant multi dij,& in multiplici differentia,s.Selecti, H idest seorsum electi,qui erant maximi, & erant vigintiduo,vt ait Aug. de Ciuit. Dei lib. 7. & Seneca tangit idem. Alij erant Semidei, qui erant dij ex parte patrum,vel matrum,& non ex vtroque parente, & propter virtutum, & gestorum magnitudinem stellificabantur, vt patet de Romulo per Ouidium Metamor. lib.15.in principio,& de Hercule per Senecam in Tragedia decima,cuius titulus est Hercules Oeteus,in carmine nono,& sic de Perseo, & multis alijs,de quibus tangit Aug. in 2. de Ciuit. Dei,& in 6.& 7.inter quos Platonem Semideum fecerunt, vt patet 2. de Ciuit. Dei c. Tertium genus Deorum est, quod pertinet ad res naturales: cuilibet enim rei Deos assignabant, & vni rei multos Deos, vt spica habebat Deum Laturnum, I quando erat tenera, & in lacte: quando autem faciebat nodos, quia crescebat Deum Nodotum habebat: cùm autem erat magna ei Deam Segetiam præferebant. Et sic collibus Deum Iugatiuum, vallibus Deam Valloniam præfecerunt. Et isto modo tertio Deorum locuti sunt Siri ad Benadab regem Sirię, quando victi sunt a rege Achab in montibus dicentes:dij montium sunt dij eorũ, ideo præualuerunt aduersum nos, sed pugnemus contra eos in vallibus. Istud tertium genus Deorum vocatur apud poetas rustica numina,idest dij rusticani,quia non sunt in cœlo cum dijs Selectis, & cum Semideis: ideo non vocauit eos Iuppiter ad consilium de destruendo mundum per diluuium Deucalionis propter bellum gigantum K contra Deos. Fuit autem istud consilium habitum inter Deos in Palatio magno Iouis super Galaxiam; & isti cùm essent dij rusticani, non vocati sunt illuc, sed quia in terra habitabant,ne totaliter deleretur eorum mansio,noluit delere Iuppiter terras,sed solos homines deleuit, vt patet per Ouidium primo Metamo. cum dicitur,

Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Fauni,
Et nymphæ, Satyrique, & Monticolæ Syluani;
Quos quoniam nondum cęli dignamur honore,
Quas dedimus certè terras habitare, sinamus.

Inter hæc numina rusticana quorum numerum vltra trecentos,& viginti Deos Marcus Varro in lib. Sacrorum.teste Aug.lib.6.de Ciui.Dei collegit. ponitur Syluanus, vt patet in his versibus Ouidij in 2. eorum. Erat autem iste Deus Syluarum, & camporum, ideo mouebatur rusticaliter,& incedebat per agros frangẽdo frutices,& colligendo herbas: eo. enim modo, & habitu describit ipsum Virgilius in lib. Bucolicorum Ecloga decima, quæ incipit.

De Syluano cāporũ Deo, & eius sacris.

Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.

Et venit iste Syluanus, & Pan Deus pastorum ad consolandum Gallum amatorem, cum dicitur.

Venit, & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans:
Pan Deus Archadiæ venit, quem vidimus ipsi.

Gentiles ergo,vt hunc Syluanum, quem syluis atq; campis proponebant,placatum haberent ad habendã frugum multitudinem, eum & Deam Cererem sacrificijs honorabant,offerentes,& immolantes porcũ Cereri:Syluano autem lac offerebant, vt ait Horatius in libro Sermonum.

Tellurem porco, Syluanum lacte piabant.

Vtrum autem in illo lacte,qui offerebatur Syluano in sacrificium,hædus,aut agnus coqueretur,non constat ex libris poeticis, sed satis est verisimile, ꝙ coqueretur ibi: maximè cum Rabbi Moyses testetur se vidisse fieri sacrificia.De diuisione autem istorum Deorum, & aliquibus ritibus Gentilicis ad quorundam nostrorum artis poeticę ignarorum eruditionem,quę ad intellectum sacrę scripturæ multum confert,latius dicetur Deo dante super 3. Regum in cap. 20.

Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem pręparaui tibi. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contẽnedum putes, quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomem meum in illo. Qnod si audieris vocem eius,& feceris omnia quę loquor: inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Pręcederque te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Heuęum, & Iebusæum, quos ego conteram. Non adorabis Deos eorum, neque coles eos: non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Seruietisque Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infęcunda, nec sterilis terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cunctorum inimicorum tuorum coram te terga vertam: emittens Scrabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam

Deut.14. Infra 32. Deuter. 7. 22. q. 1. ca. nuptiarũ ī princ. ī gl. 3. ℣. vnde maledict. 32.q.4.ca. recurrat §. his ita.

introeas. Non eijciam eos a facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. Ponam autem terminos tuos a mari rubro vsque ad mare Palestinorum, & a deserto vsque ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores terræ, & eijciam eos de conspectu vestro. Non inibis cum eis fędus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si seruieris dijs eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

Deut.7.

Ecce ego mittam. Supra fuit posita cæremonialis atque iudicialis legislatio,hic ponitur ad conseruationem quædam promotio, & ista promotio est in promissione bonorum, s. quòd introducerentur in terrã Chanaan,& ꝙ angelus domini custodiret eos,& ꝙ daret eis hostes fugientes atque contereret ante faciem eorum. Et diuiditur in duas:quia primò ponitur obseruandi legem occasio, secundò eiusdem ad populũ recitatio,vt patet infra seq. c. *Ecce ego mittam*. Ista litera potest dupliciter exponi propter equiuocationem huius nominis angelus:nam angelus simpliciter nunciũ signat,siue sit homo,siue spiritualis substãtia,& quia illi spiritus beati ministrant Deo, & mittuntur ad nos ad procurandum salutem omnium electorum,angeli vocantur: quia totũ suũ officium in hoc est,sicut patet ad Heb.1.c.cum dicitur: Sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos,qui hæreditatem căpiunt salutis, idest propter illos, qui ad vitam beatam præordinati sunt. Potest etiam referri ista litera ad Iosue,quia iste fuit nuncius Dei,& vocatur angelus,idest nuncius sicut etiam alij homines vocantur,sicut patet de ipso Malachia Propheta, qui interpretatur in Hebræo angelus domini, & vocabatur angelus. ipse etiã vocauit omnes sacerdotes angelos,vt patet in 2.c.eiusdem,s. Labia sacerdotis custodient scientiam,& legẽ exquirent de ore eius: quia angelus domini exercituũ est. Fuit autem Iosue angelus domini,idest nuncius eius, quia mandato eius expresso introduxit Israelitas in terram Chanaan,vt patet Num.27.cùm Moysi fuisset prædictum,ꝙ moriturus erat ante transitum Iordanis, rogauit Deum,vt alium poneret loco eius, & sequitur ibi in litera: Tolle Iosue filium Nun virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eũ: qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine,& dabis ei pręcepta cunctis videntibus,& partẽ gloriæ tuæ, & audiet eum omnis synagoga filiorum Israel. Pro hoc si quid agendum erit Eleazar sacerdos consulet dominum: ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipse,& omnes filij Israel,& cætera multitudo: cumque tulisset Iosue statuit eum coram Eleazaro sacerdote,& omni frequentia populi, & impositis capiti eius manibus cuncta replicauit, quæ mandauerat dominus. De hoc Deut.3.c.& clarius Deut.31. vbi dicitur: Vocauit ergo Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel: confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram,quam se daturũ patribus eorum pollicitus est dominus: tu eam sorte diuides, & erit ductor tuus, & ipse erit tecum: nec dimittet te,nec derelinquet:noli timere,nec paueas. Ex A his omnibus satis indubitatus nuncius Dei erat Iosue ad introducendum filios Israel in terram Chanaan: sed adhuc vt magis confortaretur Deus, per seipsum, idest per angelum de cœlo missum locutus fuit cum Iosue,vt patet Iosue 1.cap.cum dicitur: Et factum est post mortem Moysi serui domini, vt loqueretur dominus ad Iosue filium Nun famulum Moysi, & diceret ei:Moyses seruus meus mortuus est: surge & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum in terram,quam ego dabo filijs Israel. Et secundum istum modum exponetur sic litera. *Ecce ego mittam angelum meum*. Idest nuncium meum Iosue,qui fuit nuncius, vt declaratum est, & missus fuit ad delendos populos Chananæorum, & introducendos Hebræos in terrã B promissam. Et dicit se missurum suadendo eis custodiam legis,quia beneficiorum exhibitio,vel certa promissio inclinat animos eorum quibus beneficium cõfertur ad amorem,& ad complacendum in omnibus ipsi benefacienti.

1. Expõ.

Iosue fuit nuncius Dei ad introducendum filios Israel i terram Chanaan.

Litera ista de Angelo mittendo non potest de Moyse intelligi.

QVAESTIO. XXXVIII.

ET non potest intelligi hoc de Moyse, quia Moyses non introduxit filios Israel in terram suam, nã C mortuus fuit in terra Moab,vt patet Deut.34.cap. sed hic dicitur,ꝙ iste angelus præcederet eos, & introduceret in locum a Deo paratum,s. in terram Chanaan. Sed dices ꝙ bene stat, ꝙ intelligatur hoc de Moyse. nam sic dicitur Deut.10.c.Dixitque mihi,vade,& præcede populum,vt ingrediatur,& possideat terram,quã iuraui patribus eorũ. Et si dicas,non introduxit Moyses populum in terram promissionis,Responderi posset, ꝙ fuit Prophetia non secundum Dei prædestinationem,sed ſm præsentem iustitiam,& conditionem eius cui fiebat:sic namque debet intelligi id,quod ponitur Deut.10.c.ergo etiam sic intelligetur hoc,ꝙ nõ dicatur ſm prædestinationem, & sic non completum fuit, tunc quando Deus ista loquebatur,de Moyse lo- D quebatur. Sed dices contra hoc, ꝙ non potest stare quia loquatur de Moyse, quia ipse Moyses loquit̃ hic dicens ex parte Dei: Ecce ego mittam angelum meũ, si autem ipse Moyses esset angelus, qui hic promittitur,nõ loqueretur sic,sed diceret: Ecce dominus mittet me coram vobis, vt introducam vos in terram ab eo paratam. Sed hoc argumentum nihil valet: nam multotiens loquitur Moyses de seipso tãquam loquatur de alio,vt patet Num.12.c. Erat autem Moyses vir mitissimus super omnes homines,qui morabantur in terra,& sæpe alibi. Dicendum autem ꝙ non potest intelligi hoc de Moyse non obstantibus superioribus, cùm Moyses non introduxerit Israelitas in terram ꝓmissam ſm ꝙ hic prædicebatur de isto angelo. Et q̃n E arguis de eo,quod habetur Deut.10.c.responderi potest dupliciter. Vno modo, ꝙ ibi non prædiceret ei Deus eum esse introducturũ Israelitas in terram Chanaan:nam ibi solum dicitur: Vade, & præcede populum,vt ingrediebatur,& possideat terram,quam iurauí patribus eorum: sed non dixit: Vade, & introduc populum in terram, quam iuraui patribus eorum. Et tunc illud verum est, nam Moyses præcessit populum Israel, vt introduceretur in terram Chanaan: nã ab eo tempore, quo dicta fuerunt ista verba Moysi in monte Horeb,vt patet ex c.9.& 10.Deut.Moyses præcessit Israelem in terram deserti, & postea in terra hostili pugnando contra Chananæum regem Arad, de quo Nu.21.c.& contra duos reges Amorrhæorum,

Doctoris determi.

Seon, & Og, vt patet eodem c. & Deut. 2. & 3. c. & pugnando contra quinque reges Madianitarum, vt patet Num. 31. c. & adduxit Iudæos per quadraginta annos vsquequo steterunt in planioribus locis campestrium Moab super Iordanẽ, vt patet Nu. 26. & 33. c. & Deuter. 3. & 4. c. præcessit ergo Moyses filios Israel ad ingrediendum in terrã Chanaan, licèt non fuit ingressus in eã vltra Iordanẽ. Alio mõ põtintelligi, quia fuerit hic prænunciatio de introductione Moysi in terrã Chanaan, ita ꝙ ipse introduceret in eam filios Israel, sed non fuit prophetia predestinationis, sed facta secundũ exigentiam status Moysi, cui hoc promittebatur, s. quòd si Moyses stetisset in eadẽ cõditione, & libertate a peccato, in qua erat, qũ fuit in Horeb vbi ista verba dicta sunt, ipse introduxisset Israel in terram Chanaan, sed quia postea peccauit contra dñm ad aquas contradictionis in deserto Sin in Cades: Deus contra eũ disposuit, vt non introiret in terram Chanaan vltra Iordanem, sic patet Nu. 27. c. cùm dicitur: Ascende in montem istũ Abarim, & contemplare inde terram, quã daturus sum filijs Israel: cunq; videris eam, ibis & tu ad populũ tuum, sicut iuit Aaron frater tuus: quia offendisti me in deserto Sin in cõtradictione multitudinis, & sanctificare me noluisti coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ cõtradictionis in Cades deserti Sin, & quasi per eadẽ verba ponitur idẽ Deut. 32. in fine, & de hoc Deut. 3. c. Nunc autem si teneamus istam solutionem argues vt ante dicebas, ꝙ sicut illa, quæ dicuntur Deu. 10. c. sunt f'm Prophetiam concernentem statũ illius, cui fit promissio per Prophetiam, ita hæc quæ dicuntur hic intelligantur. Respondetur ꝙ nõ potest stare; nam Prophetia prædestinationis semper completur, & quæcunque completur est Prophetia prædestinationis: Prophetia autẽ f'm conditionem illius, cui fit, nunquam completur: nam etiã si ille, cui fit Prophetica promissio sit in statu tali, vt merita eius hoc exposcant: tamen si completur non vocatur f'm conditionem creaturæ, sed f'm diuinam prædestinationem: nã Deus præordinauit sic futurum, & propter eius præordinationem hoc completur qualitercũque se habeat iste cui fit promissio Prophetica: nã diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum his, qui f'm propositũ vocati sunt sancti, i. qui f'm diuinum propositum, & præordinationem sancti futuri sunt, vt patet ad Rom. 8. cap. Nunc ergo cùm ista verba dicta Moysi tenendo istum secundum modum non fuerint completa, scilicet ea, quæ dicuntur Deute. 10. c. & ea, quæ dicuntur hic cõpleta fuerunt, s. quòd introducti sunt filij Israel in terram promissionis, ergo non est ista secundum dispositionem status creaturæ, sed secundum diuinam præscientiam. Concluditur ergo quòd non potest intelligi litera ista de Moyse, sed refertur ad Iosue. *Qui præcedat te.* Idest dirigat te mandando ire per istum locum, aut per illum, aut faciendo hoc, vel illud: nam licèt dux alicuius gentis non præcedat eos in ambulando, dicitur præcedere: quia sicut ille, qui viam demonstrat, & dirigit, præcedit eum, cui demonstrat, ita dux demonstrat, quò ire debeant imperando: aut quid facere debeant: sic erat in Iosue, vt patet Num. 27. ca. si ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipse, idest sacerdos magnus, & omnes filij Israel, & cętera multitudo. *Et custodiat in uia.* Quia princeps dicitur custodire suos cogendo eos, & cauendo ab hostibus, & diligenter inspiciendo ne incidant in aliqua pericula, sic enim faciebat Iosue, qui valde erat attentus in custodia populi, ne aliquis de eis periret, & si quis peribat intolerabiliter dolebat, vt patet Iosue 7. capit. quando iuit Israel in bellum contra ciuitatem Hai, & verterũt terga Iudæi, atque occisi sunt de eis triginta sex. Et tunc sequitur: Iosue verò scidit vestimenta sua, & cecidit pronus in terram coram arca domini vsque ad vesperam: tam ipse quam omnes seniores Israel, & miserunt cinerem super capita sua, & dixit Iosue: Heu domine quid voluisti transducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes eos in manu Amorræi, & perderes? vtinam vt cæpimus mansissemus trans Iordanem: mi domine Deus quid dicam videns Israelem hostibus terga vertentem? audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobabuntur: circundabunt nos, & delebunt nomen nostrum de terra. *Et introducat ad locum, quem parauí.* Idest ad totam terram Chanaan, quam Deus parauerat, idest disposuerat pro Iudæis promittendo eis illam: sicut dicitur de regno cœlorum, ꝙ bonis paratum sit ab origine mundi, imò ante mundi cõstitutionem, & gehenna a Deo parata malis ante mundi constitutionem, sicut dicitur Matth. 25. cap. scilicet. Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnũ a constitutione mundi: & malis, inquit, discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ista autem promissio de introducendo Israel in terram promissam, facta fuit Iosue, vt patet Deuter. 4. & magis Deuter. 31. cap. cùm dicitur: Vocauit ergo Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel: confortare, & esto robustus; tu enim introduces populum istum in terram quam se daturum patribus eorum iurauit dominus, & eam sorte diuides: & dominus, qui ductor est noster, ipse erit tecum. *Observa eum, & audi vocem eius.* Mandauit Deus Israeli, ꝙ teneret Iosue in magna veneratione, quia erat princeps eorum, ideo viuẽte Moyse mandauit dominus, vt faceret eum Moyses stare coram toto Israeli, & honorari a cunctis, vt patet Numer. 27. cap. cùm dicitur: Tolle Iosue filium Nun virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super caput eius: qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ: & audiat eum omnis synagoga filiorum Israel: pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum: ad verbum eius egredietur, & ingredietur ipse, & oẽs filij Israel, & cum eo cętera multitudo. *Nec contẽnendum putes.* Idest non putes, ꝙ imperium eius contemnendum est. Et probat per id quod subditur. *Quia non dimittet cum peccaueris.* Solent autem illi domini, aut iudices timere, qui vim coactiuam non habent, iste autem habet vim coercendi, & puniendi delinquentes, ideo cùm peccaueris faciendo contra mandatum eius, puniet te, vt patet Iosue 7. c. nam mandauerat Iosue, ꝙ nullus acciperet quidquam de eis, quæ erant in Iericho ex Dei mandato, & quia accepit Acham regulam auream, & ducentos siclos, & clamydem coccineam, fecit eum lapidari in valle, & omnia quæ ad eum pertinebãt, tã filij, quam vxor, & boues, & asini, & ipsum tabernaculum combusta sunt. *Et est nomen meum in illo.* Ipse mittitur nomine meo. Procurator enim, & is pro quo procurat, & nuncius, & is qui mittit eum eadem persona censentur. Vel dicitur, est nomen meum in eo, quia ipse vocatur sicut ego, i. vocatur Iosue, & in Hebraica lingua cùm propriè scribitur dicitur Iosue, i. Saluator, quasi dicat, ita est nomen suum importans salutem, sicut ego Saluator sum. Vocabatur enim Iosue prius Osea, vt patet Nu. 13. c. & Hebraicè dicebatur, osuhia. Et cùm debuit ire cũ alijs exploratoribus, vertit Moyses nomen eius, vocauitque Iosue, siue Iosuha. Et hoc addendo vnicam solam literam, quæ est prima in nomine domini Tetragrammaton, scilicet Iod, & hoc vt significaret, ꝙ Deus eum in illo itinere saluaret liberando ab hostium periculis, & discrimine viarum. Et iste Iosue habet nomen domini nostri Saluatoris: nam sicut Iosue, cùm propriè in Hebræo exprimitur dici-

Prophetia prædestinationis semp implet.

Iosue qualiter vocat nomine Christi.

dicitur Iossuha: ita nomen Saluatoris nostri, s. Iesus dicitur Hebraicè Iossuha, & sic frequenter in sacra scriptura vocatur Iosue Iesus, vt patet Ecclesiastic. 46. cũ dicitur: Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in Prophetis: qui fuit magnus secundum nomen suum. & ad Hebr. 4. cap. Apostolus vocat eum Iesum dicens: ꝙ si Iesus dedisset eis requiem, non sperassent aliam post illam diem: & loquitur de Iosue, vt patet ex his, quæ ibidem dicuntur in litera, quia loquitur de ingressu terræ Chanaan. *Quòd si audieris uocem eius.* Faciendo omnia, quæ mandauerit. *Et feceris omnia, quæ loquor.* Idest, & cum hoc compleueris mandata mea: nam ista requirebantur ad hoc, ꝙ Deus introduceret istos in terram Chanaan: posito autem ꝙ ipsi facerent ea, quæ mandauit Iosue, si tamẽ non complerent omnia mandata domini, nõ faceret Deus ea, quæ hic promittebat, quia ista conditionalia erant. Sic patet Iudic. cap. 2. Angelus domini ascendit de Galgala ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi vos in terram, pro qua iurauí patribus vestris, & & pollicitus sum ne facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorũ subuertetetis, & noluistis audire vocẽ meam: cur hoc fecistis? quamobrem nolui delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, & Dij eorum sint vobis in ruinam. Si autem isti non peccassent, nõ dimisisset Deus gentes illas, vel non dimisisset tot de illis: nam etiam relinqui aliquas earum ad exercitium bellicum totaliter filiorum Israel oportebat ne ocio torperent, & dissuetudine bellandi inepti efficerentur ad opera virilia. De his Iosue 3. cap. in principio. His ergo duobus concurrentibus, s. quòd audiret populus vocem Iosue, & custodiret omnia mandata Dei Deus esset hostis hostibus eorum. *Inimicus ero inimicis tuis.*

Quomodo Deus potest esse inimicus alicuius gentis, cum ipse omnes fecerit. Et per consequens cum Deus oderit malos, & iniquitates, quare subito non destruuntur omnes peccatores, & omnia peccata. Et an si Deus cessaret ab influentia sua, necessarium sit omnia deficere, & nihil gigni.

QVAESTIO. XXXIX.

CIRCA istud dicendum, quod videtur difficile, dubitaret aliquis quomodo Deus potest esse inimicus alicuius gentis cùm ipse omnia fecerit. Respondetur, quòd Deus nulli genti inimicus est, quia omnes ipse fecit, & si ipse aliquid odio haberet, illud permanere non posset: cùm per eius voluntatem cuncta ad esse prodierint, & per eius manutenentiam conseruentur, vt patet Sapient. 11. capit. cum dicitur: Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam: diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, quomodo enim aliquid posset permanere nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset conseruaretur? parcis enim omnibus, quia tua sunt domine: omnia ergo, quę sunt, Deus amat, & si quid esset quod nõ amaret, vel quod odio haberet, necesse esset, vt illud adnihilaret subtrahendo manutenentiam. Sed argues ex hoc, quòd Deus odit malitiam, vt patet in Psal. 5. Quoniam Deus nolens iniquitatem tu es. & alibi: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Cur ergo non delet ipsos operantes iniquitatem? Respondetur ꝙ in malis sunt duo, scilicet natura bona quã Deus fecit, & malitia quam homo per arbitrium defectibile fecit. Naturam autem bonam Deus diligit, quia in ea suam similitudinem inuenit, & sic Deus etiam dæmones diligit, & animas infęlices ęterno carceri mancipatas. aliter enim iam non essent. Secundum est malitia, quam homo fecit, & hanc Deus odit, ideo cùm dicitur Deus odisse omnes operantes iniquitatem, est sensus ꝙ odit omnes iniquitates, quas operantur omnes homines iniqui. Sed adhuc argues: omne illud, quod Deus odit, destruitur: quia non potest manere ipso nolente, & ex nullo alio habeat virtutem permanendi, sed Deus odit iniquitates, ergo destruet eas, & sic nullum peccatum erit, quia Deus destruet illud cũ ipsum odio habeat: & sic immediatè vt fieret, desineret esse, quia Deus deleret illud, & sic non esset necessaria pœnitentia, nec alia remedia, quæ Christus instituit, & Ecclesia ampliauit. Respondetur, ꝙ si Deus aliquid odisset, destrueret illud: ista autem destructio esset per subtractionem manutenentiæ eius: nã quodlibet ens habet causas sui esse: in rebus enim compositis materia & forma sunt elementa, idest partes essentialiter, & ab intrinseco componentes, & dantes esse ipsi composito. Ad generationem tamen compositi non egerunt aliquid istæ duę causæ: imò per generationem habetur harum duarum vnio, s. quòd forma sit in materia. Causalitas ergo generationis non est a principijs intrinsecis, scilicet a materia & forma, cùm non sint: sed ab agentibus, quæ sunt extrinseca. In his autem est ordo, ꝙ causa immediata, scilicet generans mouetur ex virtute aliorum agentium superiorum, & illa ex alijs superioribus, quia sic continuatur tota armonia mundi concatenata rerum concordia, vt entia optimè sint disposita, vt patet 12. Metaph. & per istum ordinem venitur vltimo ad primam causam, quia non est processus in aliquo genere causæ, vt declarat Arist. in 1. Metaph. & in 1. Ethic. & ista prima causa, vel primum agens est Deus: a quo tota virtus dependet, & magis influit in effectum quàm omnes causæ secundariæ: nam prima causa superinfluit magis in effectum quàm causa secundaria, vt patet in prima propositione libri de causis. si ergo illa prima causa subtraheret suam actionem, necesse esset omnes res redire in non ens, vel nihil generari: nam si causa non ageret, effectus non produceretur: namque a se nihil habet: sed quidquid habet a causa habet. si ergo causa totaliter cessaret, ita ꝙ nihil operaretur, necesse esset ꝙ effectus nihil esset: sic ergo cùm Deus sit causa omnium rerum totaliter licèt non immediata: necesse est, vt ipso non agente, nihil sit. Sed dices, non videtur hoc sequi: quia licèt Deus cessaret ab agendo, alię causæ subordinatæ agerent, & sic fierent omnia, quę nũc fiunt: vt si homo coiret, dato ꝙ Deus cessaret ab actione, videtur ꝙ gigneretur inde homo. Respondetur, ꝙ si Deus cessaret ab agendo, impossibile est aliquid fieri: nam sicut si homo coire nollet, non gigneretur inde homo, & erat impossibile per naturam fieri generationem hominis, quia homo, qui continebat tanquam causa virtutem effectus, s. illius hominis, qui gignendus erat, non agit: cùm ergo effectus, qui est immediatus isti causæ particularissimæ non fit, nisi ista causa particularis agat: ita in ista causa erit: quia iste homo gignens mouetur ab alia causa, cui subordinatur ad hoc, ꝙ generare possit. sicut ergo non agente homine non gignetur alius homo, ita causa, cui homo subordinatur, non influente in eum, non poterit gignere ipse homo alium hominẽ: & sit ista causa Sol: nam vt dicit Philo. in 2. Phy. Sol & homo generant hominem (licèt sint multæ causæ subordinatæ inter hominem & Solem) sicut non agente homine ad generandum, impossibile erit gigni alium, ita non agente Sole in ipsum hominem impossibile erit ipsum hominem gignere, ita ꝙ Sol per virtutem suam disponat semen humanum: nam si semen humanum non cale-

Deus diligit dæmones, & animas existẽtes ĩ inferno quia in eis natura bona est.

In agẽtib. ẽ ordo qa ab inuicẽ cãæ dependent.

Deus solꝰ magis influit in effectum q̃ oẽs cãæ simul sũptæ

Argm cõtra dicta cuius solutionẽ quę re infra q. 79.

calefieret calore solis, impossibile erat gigni homi- F
nem ex illo, vipotè si esset gelidum sicut nix. Sol ergo causalitatem habet supra hominem gignentem. Dato ergo q̃ cesset actio solis, scilicet q̃ non calefaciat semen, & disponat reducendo ad debitam proportionem caloris, & humoris, atque densitatis, & raritatis: dato q̃ homo laboret, vt gignatim, possibile erit gignere: & patet quia principium omnis actionis generatiuę rei animatæ a calore est, vnde si contingeret virile semen effundi extra vas, & nõ caderet in vas muliebre, sed in aliquo alio loco frigido, & postea aliquo modo reciperetur in matrice mulieris, impossibile esset fieri generationem ex illo semine: quia totus calor illius seminis, qui est valde delicatus, expirauit: secundum quem erat vis formatiua ad organizandũ G
fętum, & hoc patet in seminibus agrorum, s. quòd in
Quid faciat plãtas germinare
quolibet semine latet quędam caliditas in medulla, & cùm frigiditas, & humiditas temperatè adueniũt pullulat illud semen spicam, & flores, vel herbam, & hoc quia frigiditas per antipariſtasim percutit calidum, & facit coadunari, & sic fortificat actionem eius. Et propter hoc si seminibus iactis in terram iaciatis aquam calidam non germinabunt: quia caliditas non percutit ibi caliditatem, vt congreget, & fortificet eam, sed potius aperit, & facit euaporare, & postea nullo modo potest ex illo semine nasci aliqua fruges, cùm non sit ibi principium actiuum ad pullulandum, & digerendum materiam inconuertibilem in spicam, & grana. Requiritur etiam humiditas, ita vt materia tene- H
ra sit ad actionem ipsius caloris formatiui, & digestiui apta: nam si dura est, non poterit calor digerere, & formare spicam: durum enim concrescere non potest. Et ex hoc sequitur, q̃ si semen fuerit iactum sub terra, & nulla aqua venerit nisi terra sit tunc humida: dato q̃ ibi frigiditas sufficiens est, q̃ non potest generatio spicæ fieri. Etiam debet esse (vt dicebamus) illa frigiditas temperata: nam si multa frigiditas sit, semen non poterit germinare, & ex hoc sequetur quod communiter videmus, q̃ quando sunt multę pluuię simul immediatè post tempus seminationis, nullum aut modicum nascitur, quia multa, & diuturna frigiditas extinxit calorem seminis, quod germinare debebat. Ex hoc etiam sequitur, q̃ illa aqua cadens super semẽ in terra iactum, debet esse temperata, & bene digestiua: nam non solùm multa aqua extinguit calorem seminis, sed etiam si valde frigida sit. Ex quo sequitur id, quod aliquando visum est, scilicet quòd segetes non nascantur si in defectum aquæ pluuialis irrigentur aquis putealibus: nam aquæ pluuiales bene digestæ sunt a sole: aquæ autem quorundam puteorum valde frigidæ sunt indigestæ a sole, quia latent in quibusdam locis profundis, & separatis a calore, nisi puteus sit multum propinquus orificio terræ: sicut illi, qui sunt in terra valde infima atque depressa. Secus
Aq̃ fluuiales calidiores, & salubriores sunt aquis putealib⁹.
autem de aquis fluuialibus, quia illę per motum magis digeruntur, & per radios solares incidentes super eas. Et hæc est causa quare vt communiter aquæ fluuiales salubriores sunt aquis putealibus, vel aquis collectis in ipsa fontis origine. Si ergo ista, & infinita alia huiusmodi in seminibus accidant: (quæ dicere non curo ne tantum disgredi cogar) & hoc solùm ex caloris defectu, vel indispositione, quanto magis erit in generatione hominis, in qua requiritur maior harmonia inquantum homo perfectior est alijs rebus? oportet ergo istum calorem seminis seruari temperatissimum ad generationem hominis? Vnde si aliquo modo frigefiat saltem paucum, non poterit fieri inde generatio.

Cap.XXIII.

Quare immoderata virgæ virilis longitudo generationem impediat.

QVAESTIO. XL.

ET ex hoc dicit Auicenna in anathomia, q̃ magnitudo, scilicet longitudo virgæ virilis valde nocet, quia isti generare non possunt nisi rarò, quia cùm virga sit neruosa, & nerui sunt de complexione frigida, infrigidatur semen dum transit per virgam, & ad generationem ineptum est. illa namquè parua morula, qua tardat semen in defluendo per virgam virilem longam magis, quàm per eã, quæ mediocriter se habet: facit semen infrigidari. Etiam si semen sit multum calidum, & exustum, generatio fieri non potest, vel si recipiatur in loco valde calido, & secundum hoc accidunt duo. Primum q̃ illi homines, qui a multis temporibus non coierint, & sustinent continuè passionem veneream, & postea coeunt, non possunt gignere. Causa est, quia desiderium actus venerei inflammat virum. Et propter hoc a Gentilibus cupido filius Veneris, qui erat Deus amoris, pingebatur habere faces ardentes, vt ait Isidorus Etymologiarum lib. 8. ca. de dijs gentium, & tangit Seneca in Tragedia 4. carmine sexto, quod incipit.

Diua non miti generata ponto.

Inflammatio autem exurit, & semen desiccat condensans valde, & faciens carere debita humiditate, & raritate, atque habere excessiuam caliditatem, & tũc ineptum est ad generandum, quia etiam per minimã adustionem euacuatur virtus eius, quæ conseruatur in humido. Quòd autem passio, vel desiderium actus
Vide causã palloris in amantibus.
venerei inflammet satis possunt sentire amantes: dicit namque Commentator super 7. Ethic. q̃ in habentibus passionem veneream fiunt quædam inflammationes circa lumbos. Patet etiam hoc magis, quia ipsi amantes primò pallescunt, quod contingit ex combustione sanguinis subintranei facientis rubedinem, vel ruborem in superficie corporis, & sic Ouidius expertus circa talia dixit in primo libro de Arte amandi.

I *Pallet omnis amans, hic color decet amantem.*

Deinde procedente maiori inflammatione deficiente succo vegetante artus, desiccantur amantes. Vndè hoc sæpe videmus, q̃ aliqui amantes, qui amorem suum prodere non audent, paulatim conficiantur, vt aliquando moriantur: maximè illi qui patiuntur id, quod apud medicos vocatur amor hereos, de quo Auicenna lib. 2. si ergo passio hæc venerea carnẽ, quæ solida est desiccat, quanto magis ipsum semen, quod delicatum, & tenerum est?

Quare viri magnas habentes curas generare non possunt.

QVAESTIO. XLI.

K SEQVITVR etiam eodem modo, q̃ homines habentes magnas curas, rarò generent ex eadem causa, quia cura calorem incendit, qui semen desiccat. Ex hoc etiam sequitur, q̃ illi, qui multum circa studiũ vacant, tunc cùm vacant generare rarò possunt, quia studij cura exurit. Sequebatur secundum, s. q̃ non fiat generatio dato, q̃ sit temperatè calidum si suscipiatur in loco distemperato. Et ex hoc contingit, q̃ cũ aliquis
Idẽ dicendũ est de his qui nimium lẽis vacant.
accedit ad mulierem valde libidinosam, quæ multum calida est, non fiat generatio, quia caliditas matricis exurit semen virile receptũ, & conceptio nõ sequitur. Dispositiò autem seminis (vt dicebamus in viris) a sole fit, si ergo cesset actio solis, impossibile erit fieri generatio-

rationẽ. Et ob hoc sequitũr, q̃ si aliquis esset in terra frigi- A
dissima, qualis est loc⁹ sub polo arctico vel antarctico orbis, si forte per aliquod paruũ spatium ibi posset coire, non fieret generatio ex illo semine, quia tãta est loci frigiditas, quæ semen infrigidat, congelat, atque
Sub polo non est generatio.
mortificat, vt nullo modo semen virile muliebri mẽstruo vniri possit, vel si forte coniungantur ita calor seminis expirauit, excludente illũ loci frigiditate, quòd non est sibi aliqua vis digestiua menstrui muliebris, & formatiua fętus, quę sunt necessaria ad generationẽ. Et si arguas, quòd frigiditas non tollat generationem, nam aquę frigidæ sunt, sed in vndis pisces generant. Respondetur quòd existente aliquali frigiditate loci, dum tamen non sit immoderata, fiet generatio, imò sępe frigiditas loci valet ad generationem, maxime si B
fiat coitus in æstate, quia tunc loci frigiditas per antipariſtasim fortificat calorem seminis, vel percutit, & detinet, ne exhalet, quod tamen fieret, si nõ temperaretur caliditas tpis frigiditate loci cõtinentis: si tñ frigiditas sit immoderata, extinguet calorem seminis, & nõ poterit sequi generatio. Sed in hoc differentia est, quia sicut nõ est idem sanũ homni, & piscibus, vt ait Arist. 7. Ethic. c. de sapientia: ita non reputat idem locum frigidus piscibus, & hominibus: nam homines viuere non
Non est idẽ locus frigidi, & calidi pro hominib⁹ & piscib⁹.
possent in aqua, & pisces viuere non possent in aere: iõ nec erit idem locus frigidus respectu istorum ad generationem: nam ĩ aliquo loco frigido piscis generabit, in quo homo generare non posset, vtpote in aqua, sed tamen adhuc aquæ frigiditas nõ est immoderata sim- C
pliciter (licèt nobis immoderata sit): nam radij solis aquas tangunt tam radij incidentes q̃ radij reflexi, & vtrique aquas temperant, & calefaciunt in aliquo gradu tollendo eorum frigiditatem, ideo pisces in eis generare possunt, non tñ sunt cõparandæ aquę locis existẽtibus sub vtroq; polorum Antarctici, & Arctici: nã sicut nõ existente sole non sequeretur generatio, quia sol & homo generant hominem, vt patet in 2. Phy. ita non operante eo non fieret generatio: nam non esse, & non operari æqualia sunt, cùm ipsum esse causæ nobis non proficiat, nisi inquantum per actionẽ deriuat in nos virtutem suam: sed sol non potest agere in partes suppositas vtrique polorum, quia nullo modo sol eleuatur aliqualiter super partes positas sub polis, cùm D
sunt partes distantissimę mundi ab ipsa æquinoctiali, & tota Zodiaci latitudine. Sol autẽ & aliæ stellæ quidquid agunt in rebus istis, operantur per radios suos, cũ radius continue causetur ab ipsis stellis, quia sunt quędam emanationes a corporibus planetarum, & aliarũ stellarum: vbi ergo radius stellæ attingere non potest,
Radij solares duplices sunt.
nihil operatur illa stella. Radij autem solis, qui fortes radios habet, sunt duplices, scilicet quidam incidentes, & alij reflexi. Ad partes autem polis suppositas, vel existentes circa ipsas, non potest peruenire radius incidẽs, quia radius incidens fit per quandam oppositionem corporis emittentis radios ad ipsum, in quod incidũt, & hoc nullo modo potest esse in parte suppositа polo, quia ad hoc requiritur quædam eleuatio, siue direc- E
tio aliqualis corporis emittentis radios sup ipsum, q̃d irradiare debet: hoc aũt nõ est super partes suppositas alicui polorũ: nã ibi nõ eleuatur aut dirigit̃ sol: & ista eleuatio non debet esse qualiscunq; sed aliqualiter notabilis, vt videatur ascendere versus perpendicularem: nam aliqua est eleuatio, quæ ita modica, est quòd tantum agit ac si nulla foret. Hoc autem reperitur in partibus suppositis vtrique polorum: nam in dimidia parte anni, quæ est a Libra vsque ad Arietem occultatur sol illi parti mundi, quæ est sub Horizonte eius: quemadmodum occultatur nobis sol toto tempore nocturno: in alia parte dimidia anni, quæ est ab Ariete versus Libram in signis septemtrionalibus apparet A
sol: nam tunc eleuatur super Horizontem, sed illa eleuatio ita modica est, ac si nulla foret: nam maxima eleuatio solis super Orizontem terrę illius in toto anno est solum causata quanta declinatio capitis Cancri a linea æquinoctiali, & hoc in maiori eleuatione: sed ista eleuatio nihil prodest, quia vix incidere possunt radij, & si incidant multum plane nullius virtutis sunt, ideo terra illa ępetuis nebulis cooperta est, sunt enim nebulæ grossissimæ tanquam tenebræ Ægypti, de quibus tractatur 10. ca. ita, vt palpari queant. Ratio huius est intensissima frigiditas totius orbis. Ni si forte dicatur, quòd Deus faciat maiorem frigiditatem in inferno ad punitionem reorum, vt dicitur Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorem ni- B
mium: frigiditas enim condensat, vt patet in aquis gelidis. Vbi ergo fuerit maxima frigiditas (sicuti necesse est esse sub polo) erit maxima condensatio, ita quòd illę nebulæ velut corpora solida condensentur, vt manibus tractentur. Non est etiam in terra illa radius solis reflexus: nam omnis radius reflexus causatur ex incidenti radio, vt cùm alicubi directè incidit, vel quasi directè obiectu partis solidæ radius inflectitur ad aliam partem, & sicut radius incidens calefacit, ita radius inflexus: cùm ergo radij incidentes non sint sub polo, vel sunt valde parui (cùm non eleuetur sol super partem illam) & propter modicitatem virtutis non sinuntur transire radij obiectu nebularum, non poterunt fieri reflexi radij, qui ex incidentibus causantur, & sic manebit pars illa orbis æterno frigori C
subiecta, & obscura magis quàm nox propter densitatem nebularum. Frigiditas autem ista ratione satis conuincitur, exemplo etiam probatur, quia si in partibus septemtrionalibus orbis vltra Angliam, Nouergiam, & terram Scotorum, & Orcades insulas sunt loca frigidissima ita, vt flumina ibi perpetuò gelata sint, & super flumina quadrigę moueantur, & in illa terra nondum est eleuatio Poli. 60. graduum, quanto magis cùm peruentum fuerit ad insulam Thile, quæ est vltimus locus in parte septemtrionalis lateris procedendo versus polum, vt ait Boetius de consola. libr. 3. Metro. 6. scilicet.

Maxima eleuatio solis sub polo mundi est tanta quanta est declinatio capitis Cancri a linea æquinoctiali.

Seruat ei vltima Thile.

In qua dies capitis Cancri, qui maximus dies est, 24. horarum integrarum est. De quo Solinus in Polistor. capitulo de Britannia. Quædam etiam terræ citra Thile sunt, quarum maria perpetuo gelata sunt, vt patet ĩ libro de proprietatibus rerũ quintodecimo, & hoc valde magnum frigiditatis indicium est. Si ergo in his terris, vbi polus ad sexaginta graduum eleuationem non peruenit, tanta fit mutatio a nostra regione Salamantina, in qua est eleuatio Poli. 41. graduum & decemnouem minutorum: quanta erit continue augmentando sub ipso polo, vbi eleuatio est nonaginta graduum, quod est quarta pars cęli? ibi namque maximè vertex mundi attollitur. Maria ergo ibi, & flumina non solùm sunt gelida, sed vsque ad fundum gelata: ita neque admirari possumus locum illum: excogitare autem plene quid sit, non valemus. Hæc autem de frigiditate partium suppositorum polo arctico dicta sint. In polo autem
Tanta frigiditas est sub polo antarctico meridiano quanta sub polo arctico.
antarctico, qui est ad meridianam orbis partem, eadem necesse est contingere, scilicet quod sit tanta frigiditas, tanta nebularum densatio, & gelidarum aquarum induratio: quæ omnia ex paribus causis euenient, ex quibus in polo arctico, s. quia sol æquidistat vtrique, idest tãtum elongatur ab vno polorum, sicut ab altero. Diuersitatem autem diei, & noctis eandem apud partes vtriq; polo suppositа esse necesse est. Sed in-

in hoc differt, quod fit in diuersis temporibus anni: nam in dimidio anno, quo sol perambulat totam latitudinem, vel declinationem Zodiaci, scilicet a linea equinoctiali vsque ad caput cãcri, in sex signis septemtrionalibus fit vna dies continua ipsi parti suppositæ polo arctico in alijs sex signis oppositis meridianis, scilicet a Libra versus Arietem fit vna dies continua sex mensium ipsis partibus suppositis polo antarctico. Nunquid ergo tantæ frigiditati quanta sub polo est, potest comparari frigiditas fluminalium aquarum in regione nostra, & aquarum marinarum? ideo licèt in fluminibus, & mari nostro pisces sub frigida aqua generent: tamen sub partibus poli non poterit fieri aliqua generatio, cùm sol ibi nihil agat.

In partibus polorum non sunt pisces.

QVAESTIO. XLII.

SED dices quomodo ergo ibi pisces generant? Respondetur quòd nec pisces ibi generant: imò nec ibi sunt, quia tanta frigiditas nihil viuere patitur: vita autem animalis fundatur in quadam armonia, & potissime pisces ibi non sunt, quia aqua non est, sed quidquid est, gelu durissimum est. Etiam in terra illa nec arbores, nec vllæ herbæ gigni possunt, cùm deficiat ibi naturalis commixtio caloris, & humoris, ex quo omnia gignuntur, vt ait Ouidius in 1. lib. Metamor. sed est terra illa tota rigens, a terra nostra multum dissimilis. Ibi etiam pluere naturaliter impossibile est, cùm non sit calor radiorum solarium eleuans materiam trans terræ conuertibilem in pluuias, sed quidquid est, maioris condensationis est quàm requiratur ad generationem pluuiæ: in illa etiam parte orbis non solum hominum, & brutorum, auium, aut piscium, arborum, vel herbarum generatio non est: imò satis vere dici potest, quòd nulla naturalis generatio est: nam generatio semper habet primam alteratione͂ in naturalibus, alteratio autem fit a contrarijs qualitatibus, scilicet caliditate & frigiditate, humiditate cum siccitate, quibus pugna debetur, vt ait Ouidius in principio primi Metamor. loquens de materia primordiali, scilicet:

Obstabatque alijs aliud, qui a corpore in vno:
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Hęc autem contrarietas qualitatum non est sub polo, quia vbi est intentisissima frigiditas, non est aliqua pars caliditatis: & vbi est intensissima duricies, & siccitas, non est aliqua humiditas, hæc autem duo ibi intensissima sunt, scilicet frigiditas, & siccitas. Et si forte vellemus concedere ibi aliquem gradum caliditatis, ita erit remissus quòd non competit ei actio: nam esse principium agendi non competit cuilibet qualitati contrariæ, sed illi, qui habet aliquantam graduum latitudinem: hoc autem nullo modo reperietur ibi. De gradibus autem humiditatis, quin ibi sint dubium non est, quia aquæ maris vsque ad fundum gelatæ aliquem humiditatis gradum retinent, sed quid hoc refert cùm caliditas ibi nulla sit? Hoc etiam patet per Arist. 1. De generatione, & corruptione, scilicet propter acceussim, & recessum solis a nobis in circulo obliquo fiũt generationes, & corruptiones in terra, i. ꝙ accedente sole, cãtur caliditas, & recedente eo causatur frigiditas, & hæc duo contrariè subiectum alterant, & fit generatio: cùm ergo recessus, vel accessus solis respectu partium suppositarum vtrique polorum nullus sit, quia nihil operari potest ex causis supra assignatis: sequitur, quòd nulla ibi possit fieri generatio. Concluditur ergo quod supra dicebamus, sub vtroque polorum hominem generare non posse, scilicet quia deficit calor solis: sol enim est causa naturalis, cui subordinatur homo in actione naturali: & quia quantum ad illam partem orbis cessat actio illius causæ, cui homo subordinatur, necesse est, vt cesset generatio: potest tamen sub polo fieri generatio per accidens, scilicet quòd si homo, vel aliquod animal ducatur ab Angelo, vel dæmone ad illam partem orbis, morietur, & mortuo homine, quia non potest manere materia sine forma gignitur cadauer, sed talis generatio inter generationes computanda non est, cùm non acquiratur forma alicuius perfectionis, sed tollatur ea, quæ perfecta est, sicut in transmutationibus deperditis, quæ nullius perfectionis sunt. Nunc ergo sicut actio hominis, quæ est causa particularis totaliter deficit deficiente actione solis, qui est causa cui subordinatur homo: ita cùm sol non sit prima causa in concatenatione causarum naturalium: necesse est vt si illa causa, a qua sol virtutem influendi habet, cesset, quòd sol nihil poterit operari. Poteramus autem dicere solem esse subordinatum intelligentiæ portanti orbem in quo situs est: nam per motum sol influit, & motus eius est ab ipsa intelligentia mouente, sic enim dicunt magni Phylosophi, vt patet in 12. Metha. Arist. Aliqui autem volunt hoc esse Phylosophorum opinionem, sed putant non esse catolicè dictum: imò credunt aliqualiter fidei repugnare. Sed hoc nihil est: nam ipsa Sacra Scriptura testatur cęlos moueri per Angelos, vt patet Iob 8. cap. vbi dicitur, quòd Angeli sunt portantes orbem. Sed adhuc non curando de his subijciamus solem alteri causæ altiori, quæ prima est, scilicet Deo, necesse est ergo quòd sicut homo gignere non potest sole non influente propter naturalem subordinationem, & concatenationem in causalitate hominis ad solem: ita sol nullo modo poterit influere cessante virtute Dei in ipsum solem influente, & quia non solùm sol subordinatur Deo, sed etiam omnes aliæ causæ operantes, cùm ipse sit prima causa, & in qualibet coordinatione omnia necessariò reducuntur ad vnum, quod est primum, ideo vt vult Phylosophus in 1. Metha. & in 1. Ethico. ergo omnes causæ agentes in Deum reducentur, & non solùm cessante actione Dei, cessaret influentia solis, sed etiã omnium aliarum causarum, quia eodem modo dependent a Deo, sicut sol. Necesse est ergo, quòd si Deus suam continuam actionem, & influentiam in creaturis causantes, & causatas subtraheret, quòd nihil fieri posset.

Quamuis sub vtroq; polorum generatio per se fieri non possit potest tamen ibi per accidens generatio fieri.

Vtrum dato, quòd Deus vellet operari naturaliter, vt nunc operatur non augendo virtutem influentiæ, & subtraheret unã causam de concatenatione causarum, esset tunc possibile fieri omnia, quæ nunc fiunt.

Hic ponit autor. 5. pulchras conclusiones de cõcatenatione causarũ quarũ prima ponit hic & infra q. 54. de secũda conclusione q. 55. de tertia q. 56 de quarta conclusione q. 77. de quinta cõclusione. quę. 78. & fuit necessaria valde ista digresio.

QVAESTIO. XLIII.

CIRCA hanc autem materiam de subordinatione, & concatenatione naturalium causarum ponuntur quinque cõclusiones. Prima conclusio. Dato, quòd Deus vellet operari naturaliter secũdum quòd nunc operatur, non augendo virtutem influentiæ, nec diminuendo, & subtraheret vnam causam de concatenatione naturalium causarum, impossibile esset fieri multa, quæ fiunt. Verbi gratia. Ad generationem hominis concurrit homo particularis gignens, & assimilans sibi genitum. concurrunt autem, & vlterius & immediate caliditates elementales, scilicet frigiditas, & caliditas, siccitas & humiditas loci in quo fit generatio, ideo natura loci admirabilis est, & Phylosophus loca, & positiones, vel certos situs orbis ad gene-

generationem inquiri debere dicit, vt patet 7. Politicorum capit. 15. Concatenantur & vlterius corpora cęlestia super qualitates elementales. Sed vtrum omnia vnum gradum obtineant in subalternatione, & concatenatione causarum (licèt diuersimode causent) sicut omnia animalia, licèt diuersa animalia in specie gignant: tamen causę particulares sunt, qa vnũ animal non subordinatur alteri in generando, nec accipit ab illo vim generatiuam. An corpora cęlestia erunt subordinata in actione, ita quòd altior causa sit vnum cęlum quam alterum, dubitatur. Sed nos faciliter dicere possumus, quòd non solùm in corporibus supracęlestibus est diuersitas influentiæ propter diuersas qualitates eorum, sed etiam est subordinatio, & subalternatio. Nam cùm vna causa suscipit ab altera virtutem influendi, & non influeret, nisi operante illa, dicitur subordinari, vel subalternari illi: sed sic est in corporibus cęlestibus, ergo non sunt æqualiter causæ vniuersales: sed vna magis est vniuersalis, quàm altera: patet hoc, quia corpora cęlestia influunt per motum, & per lucem. De motu patet, quia sic ait Phylosophus in primo De generatione, & corruptione, quòd propter accessum, & recessum solis ad nos in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in terra: accessus autem, & recessus eius sunt motus solis declinando ab æquatore diei ad alterum tropicorum. De luce patet, quia lux est mater caloris, ideo corpora cęlestia, quę lucidiora sunt, magis calefaciũt, si ergo vnum corpus cęleste alteri tribuat aliquid horum, scilicet motum vel locum, erit ei causa vniuersalis. De motu enim satis patet, quòd vnum cęlum nõ influit in alterum quantum ad motum proprium: nam ex propria inclinatione quodlibet cęlum habet motum satis distinctum a motu alterius: sed quantum ad motum raptus bene dicetur, quòd vnum cęlum influit alteri motum: nam omnes orbes planetici cùm ipso eorum capite, scilicet cęlo stellato ab inclinatione indita ab Occidente in Orientem mouentur, & nisi aliquid esset retrahens eos ad oppositum solum motum istum haberent, scilicet quòd sol moueretur ab Occidente in Orientem, & sic omnes alij planetæ. Et non esset motus eorum per circulum rectum siue paralellum, sed tranuersaliter, scilicet quòd oriretur nobis sol ad declinationem lateris meridiani, & quando occideret, necesse esset occidere ad latus septemtrionale, vtpote, quòd oriretur nobis in capricorno, & nunquam occideret, donet veniret ad cancrum, quia ista est medietas celi, quæ est super Horizontem. Vel dato, ꝙ sit alia medietas, s. ꝙ cancer sit in opposita parte, scilicet ad partem occidentalem, & capricornus in parte orientali, decurreret sol spatium intermedium, & faceret diem artificialem, scilicet trãseundo illa sex signa. Et tunc quia cancer est signum septemtrionale, oriretur sol in parte occidentali in declinatione ad latus septentrionale, & occideret in parte orientali in declinatione ad latus meridianum, & fieret iste motus transuersalis. Cùm autem contingeret, quòd motu orbis stellati Libra staret in parte occidentis, a qua sol moueretur, & aries in oriente, vbi sol occumbere deberet, sequeretur, quòd oriretur sol in dimidia fronte orientis, & ab ortu suo vsque ad medium diem curuaretur ad partes meridianas: deinde flecteretur ad frontem orientis: si autem esset aries in parte occidentali, & Libra in parte orientali, moueretur sol in principio diei a media fronte occidentis cùm oriretur, & occideret in media fronte orientis, & a principio ortus sui inciperet declinare versus septemtrionem, & post meridiem rursus flecteretur continuè, donec occideret in media fronte orientis.

iõ lector aduerte qa tota est dulcis, & præciosa super aurũ & Topazion.

Vnũ cęlũ influit in aliud quantũ ad motus raptus.

Quare fuit necesse dare motum duplicem in orbibus cęlestibus, scilicet naturalem, & raptus. Et quæ inconuenientia sequerentur, si sol, & alij planetæ unum solum motum haberent.

QVAESTIO. XLIIII.

HAEC autem, & multa alia valde admiranda totaliter diuersa ab eis, quæ nunc sunt, acciderent, si sol, & cęteri planetæ solum motum naturalem haberent: sed altissimus rector prouidit secundum inmensam illam sapientiam, quia iste ordo non conueniebat mundo: nam inter cętera inconuenientia, quæ sequerentur, duo ad minus essent. Primum quòd dies essent valde magni: nam id quod nunc transit sol in vno anno de suo circulo transiret tunc in vna die, & vna nocte: nam vnus annus nunc completur dum sol transit omnia 12. signa Zodiaci, tunc autem in vna die, & vna nocte necesse erat transire illam: nam quandiu sol est in hemispherio nostro super Horizontẽ, est dies, cùm autem est sub Horizonte est nox: & quia tantum est hemispherum superius sicut hemispherium inferius, quod patet ex nomine cùm vocentur hemispheria, i. dimidię sphere, & ĩ toto circulo Zodaico sunt 12. partes æquales, quæ sunt 12. signa: ergo necesse est quantitatem hemispherij nostri esse spatium sex signorũ. Ad hoc ergo, ꝙ sol faceret diem existente solo motu naturali suo, necesse erat retardari in faciẽdo diẽ: quanto tempore perambularet sex signa, & alia sex, dum esset nox: nec tamen ex hoc putandum est, quia tanta esset tunc vna dies, cum nocte sua, sicut nunc vnus annus, quia nunc in transeundo totum suum circulum tardat tanto tempore, quia modicum mouetur motu naturali, cùm impediatur motu primi mobilis rapientis ad contrarium motum: posito tñ, ꝙ nõ esset primũ mobile, & solus esset motus naturalis planetarũ, velocius mouerentur, finirentq; circulũ suum, & forte sol pertransiret tunc totum suum circulũ motu suo non impedito in tãto spatio quantũ est nunc tẽpus qnque vel sex dierum modicum plus, vel minus. Et hoc conijci potest ex motu naturali lunæ, quia orbis lunæ impeditur in suo motu sicut & cętera corpora cęlestia sub primo mobili, quia tamen maxime inter omnia orbis lunaris recedit a primo mobili minus quàm omnia impeditur, ideo in 28. vel 29. diebus ſm medium motum perficit circulum suum: si autem non impediretur, manifestum est, ꝙ in satis pauco tpe pertransiret, s. in duobus vel tribus diebus: nunc ergo dato, ꝙ dies duraret tanto tpe quãtum est nunc quinque aut sex dierũ, esset magnũ inconueniens: nam, quia sol moueret tardius, ꝙ̃ nũc magis immanerent radij eius super quẽlibet locum quàm nunc: siue illa, quæ esset subiecta ꝑpendiculariter loco transitus solis, siue ea, quę distaret. Et hoc valde magnum incõueniens est, quia esset terra torrida, & sterilis, sicut arenę Libyę, & Aethiopię versus Oceanum meridianum, & sic deficeret cibus animalium. Item magna dies non conuenit actioni, & quieti somni: nox propria est ad soluendum membra sopore, & ablato hoc quod est paruum, esset maius propter noctis magnitudinem: nam nox tempus inactuosum est, idest non conueniens ad agendum, quia lux nobis viam ad agendum ministrat, & sic est in quibusdam partibus aquilonaribus in Scotia, & vltra, vbi noctes hyemales sunt magnæ: nam in quibusdam ad 24. pene horas perueniunt; ideo coguntur per noctem faces incẽdere ad agriculturam, & alios actus, sed nec sic possunt conuenienter fieri. Etiam non conueniebat tantam noctem mundo inducere, cùm nox tempus nociuum sit, dies aũt lętitiã, & salubritatẽ cunctis ministrat. Secundũ ẽt magnũ incõueniens est, quia si sic moue-

De his vide Iosuæ 10. cap.

Nunc sol modicum mouetur motu naturali suo.

Inconueniens secũdum.

moueretur sol solo motu naturali orbis sui, & nullo modo raperetur ab alio cęlo, modica terra esset habitabilis, & non sicut nunc: nam nunc sol habet magnam latitudinem, ſ. declinationem inter vtrunq; paralellũ tropicum, ſin ter caput cancri, & caput capricorni, quę est declinatio 47. graduum, vel potius latitudo, quam variat, & ideo cùm sol sic per istam latitudinem diuersas terras calefacit, & nullam totaliter vrit, & fiunt corruptiones, & generationes. Si autem sol moueretur solùm motu proprio non existente alio cęlo rapiente, nõ haberet aliquam declinationem, vel latitudinem, sed moueretur per medium cœli sui, nihil declinans ad vnam partem vel alteram: nam ista declinatio est propter varietatem polorum mundi, & polorum Zodiaci cęterorumque planetarum: nam motus principalis totius mundi fit super polos mundi, qui sunt poli primi mobilis & motus planetarum atque cęli stellati cum suo Zodiaco quantum ad motũ raptus sed quantum ad motum naturalem fit discursus, & volutio super polos propriorum orbium: miscendo aũt vtrumque motum fit latitudo illa: nam cùm vadat sol vel cęlũ stellatum, aut quilibet planeta super polos orbis sui motu naturali, ipsum primum mobile rapit, & mouet illud motu suo, & qa poli primi mobilis sunt poli mũdi, mouebitur sol super polos mundi motu raptus. Et quia in qualibet parte motus sui naturalis rapitur, oportet in quacunque parte fuerit vertatur super polos mundi. Et quia poli mundi distant a polis Zodiaci, oportet etiam vt ipsi circuli orbium planetarum, scilicet deferentes, qui diuidũt orbem ipsum cuiuslibet planetę in duas partes æquales, egrediantur ab ipso æquatore diei, quę est linea vocata ęquinoctialis diuidẽs primum mobile in duas partes æquales, sicut deferentes circuli diuidunt orbes planeticos. Et quia non est aliqua dies, in quo sol non moueatur motu proprio, ergo non est dies, in qua non recedat ab æquinoctiali versus latus septentrionale, vel australe, vel in qua nõ accedat ad ipsum, & non est dies, in qua non moueat primum mobile ipsum solem, & cęteros planetas motu raptus super polos mundi, & hoc faciens circulos, qui nobis recti videntur cùm principalis motus orbis super illos sit: necesse est omnes circulos, quos sol facit in spatio intercepto inter æquatorem diei versus vnã partem extremitatis circuli deferentis solem, & inter æquatorem siue æquinoctialem, & aliam extremitatem deferentis circuli ipsius solis declinantem ad partem oppositam, esse latitudinẽ motus solis: si autem sol non haberet motum raptus, solùm moueretur super polos suos, & nullam haberet latitudinẽ declinationis: sicut si nunc semper moueretur sol per lineam æquinoctialem nunquam declinans ab ea, non haberet aliquam latitudinem: & tunc esset magnum inconueniens, quia nunquam recederet ad diuersas partes, & non calefaceret diuersas terras faciendo eas habitabiles: nunc autem vno tempore anni sol quandam terram multum calefacit, & alio tempore aliam, & multas habitabiles facit, tunc autem si non moueretur non tenderet ad diuersas, & sed semper super eandem. Item sequeretur in censio terræ: nam si sol non haberet motum raptus, sed solùm naturalem, necesse esset, vt super eandem partem terræ directè super quàm mouebatur, vno tempore, ꝙ moueretur alio, & vsque in æternum nunquam variando, & sic incenderetur terra, & in cinerem solueret. Nunc aũt quia non transit vna die super terram super quàm præcedenti die transiuit, non est locus incensionis, licèt loca illa, in quibus sol ascendit ad perpendiculare, exusta sunt, sicut deserta Aethiopica, & Libyca interiora. Item aliud quod maximum est in cuius comparatione omnia supradicta nihil sunt, scilicet ꝙ nõ fieret aliquid de eo quod fieri Deus intendebat: nam ista corpora cęlestia influunt ad generationẽ rerum, si tũ daretur, ꝙ sol haberet solum motum naturalem, impossibile erat aliquid gigni, ergo necesse fuit esse motum raptus. Patet hoc: nã vt ait Arist. 1. De generatione, & corruptione per accessum, & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes in terra: si tamen non haberet motum raptus, nõ haberet accessum vel recessum, quia per eundem locum cęli, per quẽ moueretur vna die, moueretur in æternum. Et confirmatur hoc per rationem, quam supra faciebamus ad probandum, ꝙ non fiat generatio sub polo: nam generationes & corruptiones fiunt per alterationes pręuias: alterationes autem sunt per actiones contrarium qualitatũ, ſ. frigidi in calidum, humidi in siccum, & calidi in humidum contemperando: si ergo daretur, ꝙ sol haberet motũ solũ naturalẽ, transiret semp per eundem locũ, & nõ magis calefaceret terram vna die, q̃ altera nec minus, cùm maior vel minor calor fieret per accessum, & recessum maiorem, vel minorem. Si ergo aliquid esset calidum, vt in decem gradibus, quotidie calefieret secundum eundem gradum, & sic nulla alteratio esset, quia ad alterationem oportebat, quòd hoc quod esset multum calidum, redderetur frigidum siue minus calidum: nam diuersæ res sunt per diuersas formas, diuersæ formæ sunt per diuersas dispositiones, diuersæ dispositiones sunt per diuersas alterationes, diuersæ alterationes sunt a qualitatibus diuersis in specie, & in gradu actionis: ergo data vniformitate caloris solis in loco omni vbicunque esset, scilicet quòd quantus gradus caliditatis esset hodie in ista terra, tantus esset vsq; in æternum ex causa æqualiter agente, necesse erat res in eodẽ statu manere, & sic nihil posset generari, aut corrumpi, cum fiãt pręsupponendo opposita generatia & corrumpentia. Non debuit ergo dari motus solus naturalis orbibus planetarum, & orbi stellato: sed necessarius fuit motus raptus. Sed adhuc dato, ꝙ poneretur motus raptus, poterant stare omnia ista inconuenientia, si poli mundi, & poli planetarum atque Zodiaci essent ijdem, & ipsi axes essent ijdem. Nam dato, quòd tunc sol haberet motum naturalem, & motum raptus, in nullo differrent isti motus, nisi quòd motus naturalis solis, & cuiuslibet alterius planetæ esset ab Occidenti ad Orientẽ, & motus raptus esset ab Oriente in Occidentem: tamen vterque esset sub linea æquinoctiali: nam si polus mundi, & polus solis essent idem: esset axis mundi, & axis solis idem, & deferens solis, & linea æquinoctialis essent idem motus. Ergo suus motus qualitercunque fieret, sub æquinoctiali esset, & tunc omnia inconuenientia supradicta sequerentur, sicut ergo non debuit esse solus motus naturalis planetarum: ita non debuit esse polus planetarum, & Zodiaci idem cum polis mundi, nec ijdem axes.

Mot⁹ principalis totius mundis fit supp olos mũdi qui sunt poli primi mobilis.

Si sol haberet solũ motum naturalẽ non esset generatio.

An cęli sint contigui, vel sint omnes unum continuum, & an sint animati, & de concatenatione, & subordinatione cęlorum quantum ad maiorem uniuersalitatem causalitatis.

QVAESTIO. XLV.

CONCLVSO ergo quòd oportet dare motum duplicem in orbibus cęlestibus, scilicet motum naturalem, & motum raptus: infertur quod volebamus, scilicet quòd corpora cęlestia non sint in eodem gradu vniuersalitatis causæ, sed quædam subalternentur alijs. Pro quo sciendum, quòd apud astrologos de cęlis duplex opinio est. Quidam asserunt orbes ipsos contiguos esse, ita quòd quilibet orbis sit ab alio realiter distinctus, & diuisus, tamen vnus coniungitur alteri,

Duplex opinio de cęlis apud astrologos

teri, & contiguatur, ita quòd nihil vacuitatis maneat, sicut aqua contiguatur terræ, & tũ duo sunt. Alij volunt cęlos oẽs esse vnum continuum, sicut magna aquæ multitudo, & tũ differunt ſm virtutem, vna pars, quæ est cęlum lunæ, habet aliam virtutem quàm cęlum solis, vel quàm pars, quæ est cęlum Saturni. De his aũt, quæ sit verior, perscrutari rõnes ad pręsens non intẽdo, ne magis disgredi cogar: p̃cipuẽ cùm ſm vtrãque eodem modo sequatur, quod intendimus, ſ. subordinatio, & subalternatio corporũ cęlestium quantũ ad vltimatẽ causalitatis. Verior tũ opinio (vt satis declarare possemus, nisi multũ disgrederemur) est ꝙ cęli sunt distincti, & plures ſm numerum, & tũ sunt contigui. Et tunc oportet dare duas subalternationes q̃tũ ad maiorem vniuersalitatẽ causalitatis in corporibus cęlestibus. Prima est, ꝙ omnia corpora cęlestia subordinãtur primo mobili, quia primũ mobile est qã rapit vniuersa contra suũ motum naturalem: nam cũ ipsa tendant ab Occidente in Orientẽ, cogit ea redire ab Oriente in Occidentẽ: non tũ cogit ea redire ita velociter versus Occidentẽ, qn ipsa motu suo naturali aliqualiter moueanẽ contra Orientẽ, sicut musca in rota mouetur duobus motibus oppositis, aliàs homo, qui mouet in ęquilibra qua lapides eleuantur ad alta ędificia. Facit ergo primum mobile, ꝙ habeant declinationẽ, & latitudinẽ planetæ moti: nam si solũ naturalem motũ haberent Planetę semper moverentur per eundẽ locum, vt supra declaratũ est, ꝙ autem moueantur ſm latera, & declinationẽ est qã maxime facit generationẽ rerũ, qã intendit in motu cęli, vt ẽt supra dictum est: ergo causalitatẽ recipiunt cęteri cęlestes orbes a primo mobili, cũ per eius motum raptus habent ꝙ in diuersas mundi partes influant. Secunda subordinatio orbiũ cęlestiũ q̃tum ad motũ est, ꝙ orbes, q̃ situ altiores sunt causa motus ioferiorum orbium sunt, fit nanque omnis actio per contactũ, vt ait Arist. in 2. De generatione, & corruptione, maxime aũt in motione, quia fit motus per contactũ rei mouentis ad rẽ motã, ideo cũ primũ mobile moueat oẽs istos orbes motu raptus, solũ potest contingere ipsum orbẽ stellatum, cui applicat immediate. Si dicamus ꝙ sunt contigui, dicemus, ꝙ ex eo ꝙ tangit primũ mobile ipsum cęlũ stellatũ mouet illud, & cęlum stellatũ contingẽs orbẽ Saturni immediatũ sibi mouet illum, & sic consequẽter de omnibus alijs vsq; ad lunę orbem, qui vltimus orbium est contingẽs naturã elementalẽ. Et ista est cã quare isti planetæ non sunt æquales in tpe perficiendi suum motũ: nam præter hoc, ꝙ vnus planeta habet maiorẽ orbẽ, & cęteris paribus magis debet morari in transeundo quàm alius planeta, i. ꝙ quia Saturnus habet maiorẽ orbem quam Iuppiter, ꝙ maiori tpe indiget Saturnus ad perficiendum cursum suũ de puncto ad punctũ motu naturali quàm Iuppiter, qui minorẽ circulum habet, quia est sub circulo Saturni, & Iuppiter maiori tpe indiget q̃ Mars, & sic de cęteris. Adhuc ipsa maior coniunctio ad ipsum primũ mobile, qã cętera rapit, causat maius impedimentũ primum mobile immediate cęlo stellato q̃ cęteri, & propter hoc necesse est magis impediri in motu suo naturali quàm cęteros. Cęlum aũt Saturni magis coniungitur primo mobili, q̃ cęteri orbes planetici, ideo necesse est magis impedire q̃ cęteros, & sic Iuppiter magis impeditur q̃ Mars, & Mars magis quã sol, & sic de omnibus vsque ad lunã. Ex quo patet ꝙ quanto aliqs orbis planeticus, vel stellatus magis coniũctus primo mobili est, ꝙ fortior sit velociorque in motu raptus, & tardior in motu naturali. Et ſm hoc stellatum cęlum quod est coniunctissimum primo mobili erit in motu raptus velocius cęteris cęlis, & in motu naturali tardius, & Lunæ orbis, qui est maxime distans a primo mobili erit velocior ĩ motu naturali, & tardior in motu raptus, cęteris. Et patet primò de motu naturali: nam cęlũ stellatum siue cęli stellati ſm motum naturale tardissime mouetur, ideo quidã non putauerunt eum moueri motu naturali contra Orientem, sed solum motu ab Oriente in occidentem: tam sero enim mouetur, ꝙ magna ætas requirebatur ad experiendam diuersitatem motus eius naturalis a motu raptus: nam in centum annis mouet gradũ vnũ, q̃ licèt ſm se considerata magnitudine cęli sit aliqualis motus, tũ quantum ad nos non sentitur nisi per magnum tempus, & per instrumẽta astrologica certissima, & magnæ quantitatis, qualia fecit Ptolemæus, & inuenit hunc motum, vt finiretur iste cursus motu naturali, ita ꝙ rediret de puncto ad punctum in triginta sex milibus annorũ. Quod patet: nam cęlum diuiditur per 12. signa, quorum quodlibet continet triginta gradus, & sunt simul trecenti sexaginta gradus, qui multiplicentur per centum, quia quemlibet gradum transit cęlum illud in centũ annis exibunt in summa triginta sexmilia annorum: & iste vocatur annus magnus, in quo vt magni Phylosophi autumant, cuncta vt ante erant reditura sunt. Ex quo sequitur, ꝙ quilibet homo, qui nunc est, infinities fuit viuens, & faciens eadem, quę nunc agit, supposita eternitate mundi, & motus, & generationis, vt satis colligitur per Aristo. in 8. Physico. quod satis contra eos inconueniens est, quia Arist. ait in 2. De generatione, & corruptione: Quorum substãtia semel perit, in idem numero redire non possunt. Etiam cùm ponant materiam non appetere formas corruptas: constat tũ nobis, ꝙ iste annus magnus nunquam implebitur, quia ante erit dies iudicij, & generalis resurrectio, & cessabit motus cęli. Saturnus minori tempore, & velocius perficiet cursum suum, quia minus impediẽ, ſ. in annis 30. Iuppiter velocius perficit, i. in 12. Et mars velocius, quia in sex. Sol velocius quia in vno anno: sic de Mercurio, & Venere: Luna autẽ, quæ maximè separata est a primo mobili, velocius cęteris perficit cursum, quia in 29. diebus vel quasi. De motu raptus est in oppositum: nam illi, qui magis coniuncti sunt, velocius perficiunt motũ de puncto ad punctum quotidie q̃ illi, qui inferiores sunt. Primũ aũt mobile, quod velocissimum est, solum motum naturale ab Oriente in Occidentem habet, etiam de puncto Orientis redit ad eundem circuendo totum orbem in valde modico tpe, & forte in vna hora, vel minus. Quod patet ex raptu aliorum orbiũ, inferiorũ, quos ipsum primũ mobile mouet: nam cęlum Solis quod impetu naturali moueturcontra Orientẽ, vt tãtum distet ab ipso, mouet contra motum naturalẽ ita impetuose, ꝙ in 24. horis facit vnam circulationẽ perfectã, ergo ipsum primum mobile solum naturalem motum habens ab Oriẽte in Occidentẽ valde velociter illam finiet: & nisi forte essent alij orbes planetici, quos omittentes impetu suo retrahere deberet, moueret circuẽdo totũ mundum a puncto in punctũ quasi imperceptibiliter: stellatũ cęlũ ꝓsequenter velocius perficit circulationẽ incipiendo ab Oriente in Occidentẽ redeundo iterũ in Orientem quàm orbes planetici: & licèt in alijs nõ videatur, saltem in sole, & Luna hoc apparet: nã si nunc sit sol in puncto Horizontis Orientalis vsq; ad 24. horas perfectas, & quoddã modicum quasi imperceptibile redibit ad punctũ Orientalem. Luna aũt si nunc ponatur in puncto Horizontis Orientalis: non redibit ad illum vsque ad quasi 25. horas, quia minus rapitur, non ergo perficiet ita cito circulum causatũ p motũ raptus, sicut alij planetici orbes. Istud idem est ponendo orbes cęlestes esse vnum continuum: & tũ non sunt, vt quoddam cõtinuum valde solidum, sicut lapis, vel signum, quia tunc non possent moueri partes

Licèt primum mobile rapiat omnes cęlos ipsi tamẽ aliqualiter mouẽtur motu proprio vt patet de musca in rota.

Primũ mobile solũ habet motum naturalem ab oriente in occidentẽ & non rapitur ab aliquo.

Si cęlum ponat cõtinuũ non potest poni solidũ sicut lapis aut lignũ, quia tunc partes eiꝰ nõ mouerentur.

tes eius diuersis motibus, sicut nec partes lapidis, nec F
ligni mouentur: tũ partes cęli diuersimode mouẽtur,
quia quædam velocius, quædam tardius, & quædã ad
Orientem, quædam ad occidentem, quædam rotan-
do sicut planetę, qui mouentur in epiciclis, & quædã
planè sicut Sol, qui mouetur in solo deferente, ideo
dato, ꝙ cęlum vnum corpus continuum sit, necesse
est ponere cęlum esse quasi aquam: non quidem mol
le, nec durum, nec densum, nec rarum, quia ibi nihil
tale est, sed tale quidem quod nec diuidatur aut rum-
patur, cùm partes eius in diuersa moueri possint sicuti
est in rebus mobilibus. Et tunc cùm pars cęli, quæ est
cęlum stellatum sit coniũcta parti cęli, quæ est primũ
mobile, mouebitur ab eo ĩmediate velocissimo mo-
tu raptus, & illa pars, quæ est cęlum stellatum moue- G
bit eam partem, quæ est cęlum Saturni, & sic de alijs
partibus consequenter vsque ad Lunã, quæ est extre-
ma pars illius continui, hoc supposito, & fiet iste mo-
tus sicut in flumine vel in mari vna vnda impellit reli-
quam, & siquis facit moueri vnam partem aquæ illa
mouebit reliquam, & sic consequenter de multis do-
nec durauerit virtus primi motoris. Ex his autẽ patet,
ꝙ oẽs cęli planetici, & cęlum stellatũ sunt causę natu-
rales vniuersales, & subalternantur alteri causæ vltiori,
ſ. primo mobili, quia influit motum in oĩa rapiendo,
& si illud sic non moueretur, non haberent orbes pla-
netici nisi vnum motum, & nihil ꝓdesset ille motus,
cùm nulla generatio naturalis fieret, vt supra declara-
tum est. Etiam patet ꝙ corpora cęlestia inuicem sub- H
alternata sunt, ita, ꝙ ea, quæ inferiora sunt, subalternã-
tur omnibus superioribus vsque ad primum mobile,
cęlum nãq; stellatum nulli subalternatum est, nisi pri
mo mobili: cęlum aũt Saturni subalternatum est pri-
mo mobili, ſm ꝙ oĩa corpora cęlestia, & deinde ipsi
corpori cęlesti stellato. Nam dato, ꝙ moueretur pri-
mũ mobile, ipsum cęlum stellatum quiesceret, & nõ
posset moueri motu raptus cęlum Saturni, qa motus
fit per applicationẽ mouentis ad motum, cùm ergo
cęlum stellatum sit medium inter primum mobile,
& cęlũ Saturni: impossę erit virtutẽ primi mobilis ap-
plicari cęlo Saturni, nisi per medium, ſ. per cęlum stel
latum, & sic cęlum Ioui subalternatur cęlo Saturni:
nã dato ꝙ moueretur primum mobile cum cęlo stel- I
lato, si non moueretur cęlum Saturni nõ moueretur
motu raptus cęlum Iouis: idem de cęlo Martis, qui in
causalitate est subalternatus cęlo Iouis, & cęlum Solis
cęlo Martis, & sic de omnibus alijs. Et isto modo dice
mus, quòd Luna est causa vniuersalis, sed minus vni-
uersalis quàm Mercurius, & Venus, & cęteri planetæ.
Et Mercurius est causa vniuersalis, ac magis quã Luna
sed minus quã Venus, & Sol, & sic Iuppiter est causa
vltis, sed minus quàm Saturnus, & cęlũ stellatũ, qa id
qd inferius est, nõ põt moueri sine illo, qd superiꝰ est.

Argumenta contra superiora diluuntur.

QVAESTIO. XLVI. K

SED contra hoc argues, ꝙ non sit ista subalternatio
vniuersalitatis maioris aut minoris in corporibus
cęlestibus, quia corpora cęlestia mouenẽt per intelligẽ
tias, vt declarat Aris. 12. Meta. & concludit ibi esse 55.
intelligẽtias per numerum motuum, quia tot motus
in cęlo reperiebat. Item firmius hoc patet Iob 8. c. ex
ex auctoritate Sacræ Scripturæ, vbi dicitur Angelos
dñi portare orbes, i. ꝙ ipsi mouẽt cęlos, si ergo ipsi mo
uent, cùm proportionetur ibi motor mobili, quilibet
Angelus applicitus orbi suo ad mouendum illum,
mouebit eum sufficienter in quãta velocitate moue-
ri debet. Dato ergo, ꝙ Angelus mouens cęlum Satur-
ni cesset mouere, & cęlum illud stet: cũ Angelus mo-
uens cęlum Iouis sit alius, non propter hoc sequitur,
quòd cesset a mouendo, & si mouerit, perfectè moue
ri poterit, cùm proportionetur suo orbi, ideo non in-
digebat alio orbe adiuuante ad mouendum. Rñdetur
quòd in orbibus cęlestibus præterquam in primo mo
bili est duplex motus, ſ. motus naturalis, & motus ra-
ptus, vt satis supra inductum est, & experientia hoc in
cęlestibus corporibus percipimus: ad motum autem
naturalem sunt Angeli, qui mouent orbes, & quilibet
Angelus mouet vnum orbem ſm proportionẽ virtu
tis suæ ad ipsum orbem motum, & ipsum ẽt primum
mobile habet quẽdam Angelum forte valde magnæ
virtutis in mouendo, vtpote qui tantum corpus, & tã
velociter mouere debeat, insuper & rapere cętera cor
pora cęlestia. Vel forte sunt ibi multi Angeli mouen-
tes: magis tũ dicendum est, ꝙ vnus Angelus magnæ
virtutis est: melius enim vnus agit in vnum quã mul-
ti, si vnus habebat virtutem multorum: quia autẽ alij
orbes prẽter motum naturalem, quem habent etiam
motum raptus habent, necesse est, quòd præter An-
gelos mouentes eos motu naturali sit aliud mouens
eos contra naturam suam, & istud est primum mobi-
le, quod rapit omnes deriuãdo virtutem impetus sui
in oẽs. Et quia non potest mouere vna res aliam sine
applicatione virtutis, & primum mobile non applica-
tur per se omnibus orbibus planeticis, necesse est, vt
rapiat eos deriuãdo virtutem suam per media, ſ. ꝙ im-
mediate moueat ipsum cęlum stellatum, & illud reci
piens in se vim motus primi mobilis rapit ipsum or-
bem Saturni, & sic Saturnus Iouem, & consequenter
vsq; ad Lunam, quæ est vltimo loco sita. Hæc autem
necessaria sunt, quia cùm ponãtur duo motus in quo-
libet orbe cęlesti præter primum mobile, necesse est
esse a duobus principijs: nã in naturalibus agentibus
nihil est principium diuersorum, vel potius ꝓtrariorũ
pro eodem tempore, ergo cũ ibi duo motus contrarij
simul reperiantur, quia quodlibet mouetur simul cõ-
tra Orientem, & contra Occidentẽ: necesse est simul
pro quolibet cęlo esse duo principia motiua opposita.
Sed de his poterit aliquis dicere, quòd forte cęli mo-
ueantur ab alterutris motu naturali, & ab Angelis mo
ueantur motu raptus, qd est contra ea, q̃ diximus. Sed
hoc nullo modo potest stare, qa motus naturalis est
ille, qui fit ab intrinseco, vel quasi: motus autem con-
tra naturam est, qui est a causa extrinseca maxime
si est opposita: cęli autem omnes, quia forma spherici
sunt, apti sunt naturaliter ad motum, cùm nullum
corpus magis mobile sit, quam sphericum vel orbicu
lare, sed tamen ad motum tam velocem non sufficit
illa dispositio corporis cęlestis, sed requiritur quod-
dam principium motuum, sicut est anima ĩ corpore.

Necessarium est ponere, ꝙ corpora cęlestia a duobus motoribꝰ moueanũ præter primum mobile.

An corpora cœlestia sint animata.

QVAESTIO. XLVII.

PROPTER quod aliqui cęlos animatos volue-
runt, & ꝙ anima ipsa esset principium totius mo-
tus, sicut anima totius actionis animalis, vt patet in 2.
De anima. Sed hoc non conuenienter dicitur, quia
tunc sequeretur cęlos esse animalia, quod magnum
est inconueniens: nam corpora, in quibus animæ sunt
cuiuscũque modi, sunt organica, vt patet ex diffinitio-
ne animæ in 2. De anima, ſ. anima est endelichia siue
forma, vel actus corporis Physici organici: hoc autem
impossibile est, quia organa sunt partes diuersarum
rationum, & diuersarum denominationum in corpe
cuius sunt organa, vt patet in oĩbus corporibus anima
lium atq; plantarum: corporibus enim non organicis

animæ

In corporibꝰ vniformibus nõ sunt organa: quia omnes partes sunt eiusdem rõnis.

animæ non vniuntur, cùm repugnet eis, quia anima A
vnitur corpori, vt finis, forma, & motor, vt patet in 3.
de anima. inquantum autẽ est motor habet diuersas
operationes in corpore, diuersæ operationes exigunt
diuersa instrumenta: sicut in artificibus illi qui plura
opera faciunt, pluribus instrumentis indigent. Et hæc
instrumenta vocamus in corpore organa: quia per ea
anima operatur: in corporibus autẽ vni formibus nõ
sunt organa, quia partes oẽs sunt eiusdem rationis, &
eiusdem denominationis, sicut in terra, & in aqua, &
cęteris simplicibus elementis: in cęlo aũt non est ali-
qua diuersitas partium, ideo nõ sunt organa, nec sunt
ipsi cęli animati: patet aãs, quia cęli sunt forma vnifor
mia in diaphanitate, & raritate, vel densitate largè as-
sumptis, & nulla differentia est in eis præter hoc, ꝙ ip- B
sa astra siue fixa, siue erratica lucidiora sunt ꝓpter ma-
iorem lucis aggregationem, & densitatem partium,
sic dicit Aris. in 2. De cęlo, & mundo, ꝙ stella est den-
sior pars sui orbis: differentia aũt per densum & rarum
solùm non facit sufficienter distinctionem organicã,
cùm organa sunt partes diuersarum rationum, & di-
uersarum denominationum: nullo ergo modo sunt
organa in corporibus supracęlestibus. Item si corpora
cęlestia essent animata, ita ꝙ essent formaliter viuen-
tia, cùm illud corpus sit quantum ex materia sua, & fi-
gura, & luce, perfectius his corporibus elementatis:
necesse esset, ꝙ haberet animam perfectiorem anima
libus aliorum animalium, quia ſm perfectionem ani-
mæ, ita est perfectio corporis, & è contrario arguere
possumus a posteriori ex perfectione corporis perfe- C
ctionem animę. Cùm ergo illud corpus cęleste sit per
fectius corpore humano, si animatum esset, necesse
esset, vt anima eius esset perfectior anima humana, &
tunc arguitur sic: quantocunq; aliqua anima est perfe
ctior, tantò ipsum corpus, in quo est, habet plura orga
na: & patet hoc, quia corpus plantæ animatum est, sed
pauca organa habet, ſ. organum digestiuum, vel attra-
ctiuum, & generatiuum, organum attractiuum est ra
dix, organum digestiuum est truncus, organum gene
ratiuum est ramorum extremitas, vbi fit fructuũ ge-
neratio. In quolibet autem animali necessariò plura
organa reperiuntur, ſ. omnia ista, & aliquod organum
sensitiuum, ſ. ad minus organum tactus, sicuti est in
animalibus imperfectissimis, quæ petris naturaliter
affixa sunt, quia potentiam motiuam non habent, vt
conchilia. In alijs animalibus superioris gradus neces-
se est esse plura organa, qa omnia supradicta, & orga-
num potentię motiuæ, & sic ascendendo ad alios gra-
dus animalium in quibus sunt plura organa, vnde in
homine sunt plura organa, tam potentiarum anima-
lium, idest sensitiuarum, quàm naturalium, & sensiti-
uarum interiorum, & exteriorũ, & sic de alijs. Ratio
autem horum est, quia organa sunt in corpore instrã,
per quæ anima operatur, tot aũt sunt organa, quot sunt
potentiæ operatiuæ, & actiones ipsius animæ. Et quia
q̃to aliqua res perfectior est, tanto plures habet opera-
tiones, cùm operatio sit a forma, & cũ aliqd est forma
lius, tãto est actualius, & magis informãs, atq; in plura
potẽs: nã perfectionẽ rei ex operatione cognoscimus.
Necesse est ergo vt quanto magis aliqua anima perfe-
ctior est, tanto plura organa habeat, sed corpora cęle
stia sunt perfectiora, & animata, ergo anima illa plura
organa habebit quàm habeat corpus humanum: qd
tũ nullo modo est, nec aliquis concederet. Sed aliquis
dicet, ꝙ anima illa cęlestis solùm habet virtutem intel
lectiuam, & desideratiuã, & motiuam, vt Phylosophi
quidam voluerunt, & videtur velle aliqualiter Arist.
in 2. De anima. & ibidem tenet commẽtator. Et tunc
tolletur omnis diuersitas organorũ, q̃ est ad diuersas
operationes potẽtiarum inferiorũ, quę sunt corpora-

Organa in plantis.

Anima cęli solum habeat virtutem intellectiuam, & desideratiuã, & motiuã.

les, i. de conditione corporis, licèt non sint partes cor
porum. Sed hoc impossibile est, nam ꝙ illa anima, vel
spiritus mouens cęlum habeat solam virtutem intelle
ctiuam, & desideratiuam, atque motiuam, satis conce
dendum est, sed ꝙ illa solùm habens istas potentias sit
iuncta corpori cęlesti formaliter, & faciant vnum ter
tium in specie, sicut anima humana cum corpore hu-
mano, impossibile est, & probat ꝙ hoc supposito sint
necessaria organa: nam quia homo habet animam
& corpus, quorum per se neutrum est suppositum,
sed sunt partes speciei, nulli eorum datur actio, sed ip-
si toti composito, cùm actiones sint propriè suppoſi-
torum, vt patet in 2. & in 6. Ethicor. Et sic dicimus,
quòd anima non intelligit nec vult, sed homo intelli-
git, & homo vult. Anima autem solùm ponitur prin-
cipium intelligendi radicale, & intellectus instrumen
tale, & non solum ad hoc, sed etiam cęterarum actio-
num animalis anima principium est, & non efficiens,
vt patet in 2. De anima. Nam anima cùm sit forma, &
de ea principaliter prædicat, quòd sit natura, erit prin-
cipium motus, & quietis eius, in quo est, i. principium
agendi sui suppositi, & nõ agens, vt patet in 2. Physico.
Si ergo anima cęli est iuncta cęlo formaliter, ita quòd
det ei esse, sicuti anima humana dat corpori esse hu-
manum, quod necessariò requiritur, s. cęlum anima-
tũ est: necesse est, vt sicut de anima humana dicimus,
ꝙ non intelligit, nec vult, nec quidquã agit, sed homo
intelligit, & homo agit: ita dicemus, ꝙ anima cęli non
intelligit, nec vult, sed ipsum cęlum, quod animatum
est, intelligit, & vult. Quo dato arguitur sic, quando-
cunque sunt agentia diuersarum naturarũ, oportet
modos agendi esse diuersarum naturarum, ſ. ꝙ ani-
ma est quidam spiritus, & habet in se potentiã intelle
ctiuam, & potest intelligere etiã si sit separata: homo
autem, qui est quoddam suppositũ, vel res naturę etiã
intelligit, quia habet in se principium istius actionis, ſ.
animam, cum virtute intellectiua, est tũ homo non
substantia spiritualis vt anima, sed substantia corporea
animata, ideo necesse est, vt alius modus intelligẽdi sit
ipsius animæ, qñ est suppositũ, & alius modus intelli-
gendi ipsius hominis, & hoc satis patet in re. Nam ani
ma separata qñ iam est suppositum, & per se intelligit
& per se vult, cùm sit pure spiritualis, intelligit mere D
spiritualiter non præsupposita aliqua apprehensione
organica, vel indicatione phantastica: homo autem, q̃
alterius naturæ est, ſ. partim spiritualis, & partim cor-
poralis est, in eo quòd ista duo, ſ. corpus, & anima fa-
ciunt vnum per se, actus eius est vnicus, ſ. quòd nõ ha-
bet vnum actũ anima, & alium actũ corpus, sed vnus
actus est quicunq; ille sit ipsius suppositi: quia tũ cor-
poreus, & animatus est, intellectio illa consequit mo-
dum vtriusq; principij, ſ. corporalis, & spiritualis: nã in
eo, quòd intellectio non fit per organũ sicut visio, au-
ditio, & ipsum tangere consequitur naturã spiritualẽ
animæ. In eo autẽ quòd ad istã intellectionẽ supponi-
tur species, quæ fuerit attracta a rebus ipsis corporali-
bus per actum potentiarũ organicarum, quæ sunt de E
natura corporis, habet ipsum intelligere quandã con-
ditionẽ corporalis principij: & sic multum differt iste
modus intelligendi a modo intelligendi animæ, cùm
ipsa est suppositum, quando est separata, & debetur ei
actio: nam homo sine conditione corporali intelli-
gere non potest, scilicet sine immutatione a corpo-
re extrinseco per species, quæ sunt de natura corpo-
ris, ideo dicit Aristotel. primo Posteriorum, quòd
illa scientia caremus, cuius potentia sensitiua care-
mus ad obiectum illud: nam cęcum de coloribus
iudicare impossibile est: si tamẽ diceremus, quòd ani
ma humana intelligeret ita, ꝙ ipsa esset totaliter cõ-
plens actũ, & suppositũ agens, & non esset homo, qui

An anima cęli solum habeat virtutem intellectiuam, & desideratiuã, & motiuã.

Anima nõ intelligit neq; vult, sed homo intelligit, & vult.

intel-

intelligeret,non sequerẽt ad intellectionẽ præcedens F actus apprehensionis organicæ: sicut quando anima separata est nihil horum indiget. Sic ergo necesse est, quòd cùm alterius conditionis, & naturæ sit anima cęli quàm ipsum cęlum compositum: si ponatur esse animatum, sicut anima hominis alterius naturæ est quàm homo, necesse est ergo, quòd alius modus intelligendi sit ipsius animæ cęlestis in se, quia purè spiritualis est, quàm cęli, qui est corpus animatum. Licèt ergo anima cęli per seipsam intelligeret purè spiritualiter nulla specie exteriori de natura corporis præsupposita, sicut agit anima nostra separata, tamen ipsum totum quod est de natura corporea, & tamen animatum, vt aiunt, necesse est, vt intellectione sua consequatur conditionem vtriusque principij, scilicet quòd G partim sit spiritualis, & partim consequens naturam corporis, sicut in intellectione humana, quæ partim spiritualis est, quia sine aliqua corporis parte, & mutatione fit. Et tamen consequitur naturam corporis præsupponendo actiones specierum obiecti, quę sunt de natura corpotis, & ipsas organicas actiones. Et sic ergo aliquid erit intellectione cęli de natura, vel conditione corporis, hoc autem nihil est, nisi præsupposito actuum organicorum, quia nihil potest dari, quod sit de natura corporis, & minus tangat conditionem corporis quàm actio organorum: necesse est ergo dicere, quòd si cęlum animatum est, quòd habet organa sensitiua sicut homo, quod repugnat intentioni Phylosophorum, ergo nec vllo modo ani- H matum. Item si diceremus cęlum esse animatum, non moueretur cęlum ab aliquo alio, quod est cõtra communem modum loquendi: nam dicimus cœlum ab alio moueri. Patet consequentia, quia si esset cęlum animatum, anima esset principium motus cęlestis, cùm forma, quæ est proprie natura, sit principium motus, & quietis, ideo non moueret anima ipsum cęlum, sed cęlum moueret seipsum per virtutem suam, siue formam, quæ est anima, sicut anima non mouet hominem, sed homo seipsum mouet per animam. Item si daremus cęlum esse animatum, aut diceremus ipsam animam cęli posse mouere, aut esse principium sufficiens motus, aut non: si autem dicamus, quòd ipsa anima cęli non esset suffi- I ciens ad mouendum cęlum, cùm cęlum secundum naturam suam, & figuram sit dispositum ad motum, daremus valde magnum inconueniens, scilicet quòd aliqua forma vltimate speciei non esset sufficiens ad exercendos actos illius naturæ, quod tamen est ponere errorem in natura secundum se, quod negat Aris. in 12. Meta. dicens in fine, quòd entia nolunt male ordinari, ideo concluserunt, quòd entia sunt ita disposita, quòd meliori modo disponi non possunt. Si autem sit forma corporis, quòd non possit perficere operationes corporis mouendo, & regendo illud, imperfectio magna est, & non conuenit naturæ: tunc enim omnia perirent: vt si anima hominis esset talis, quæ non posset mouere corpus eius, ita tamen quòd K corpus non esset indispositum, scilicet per egritudinem; sic enim esset si anima cęli non posset ipsum cęlum mouere, quia non posset complere actus competentes speciei, cùm ipsum cęlum ad motum factum fit. Si autem dicas, quòd anima cęli sufficiens est mouere ipsum cęlum, tunc sequetur, quòd non ponantur intelligentiæ mouentes orbes, quia Deus, & natura nihil faciunt frustra: sed anima cęli potens est mouere ipsum cęlum, ergo superfluum est, quòd intelligentiæ moueant, ergo non ponenẽ intelligentię mouentes: sed ponuntur intelligentiæ mouentes, secundum Phylosophum in 12. Meta. & sic est secundum veritatem, quia Sacra Scriptura hoc confirmat, vt patet Iob 8. c. ergo nõ potest poni cęlum animatũ. Item si daretur cęlum animatum, necesse esset habere partes teneras, & duras, sed hoc non datur, quia totum cęlum est vni formę: ergo non potest esse animatum. Patet consequentia, quia vt probatum est, si cęlum esset animatum, haberet organa seruentia ad cognitionem, sed datis organis necesse est, vt sint quædam partes teneriores secundum naturam potentiæ sensitiuę. Nam potentia sensitiua fundatur in quodam neruo, qui durus est, & potentia auditiua fundatur in aere connaturali pelliculæ interioris, qui mollis est, & visiua fundatur in teneris humoribus cõtentis intra tunicas, & istæ sunt partes teneriores cętero corpore. Et si istæ sunt teneræ adhuc subtiliorem oportet esse naturam, in qua fundatur potentia phantastica: nam illa subtilior est. Cùm enim aliquid durius est, magis appropinquat ad naturã corporis, cùm magis subtile est, tanto magis applicatur ad naturam spiritualem: cùm ergo anima sit pure spiritus, non potest applicari vel deriuare virtutem suam in rem corporalem immediate, nisi sit quoddam cõnectens, quod est aliquo modo de natura corporis, & aliquo modo de natura spiritus, & istæ sunt potentiæ sensitiuæ, & istæ quia sunt quasi spirituales, non possunt fundari, nisi in parte, quæ aliquo modo accedat ad naturam spiritus, sicut sunt partes teneræ, de quo magis diximus supra 20. ca. Et ob hoc cùm aliquis dæmon debet loqui in aliquo corpore mortuo, requiritur vt illud corpus sit recenter mortuum, scilicet quòd non transierint duo dies vel tres: ita quòd organa locutionis nondum sint desiccata aut putrefacta, & vt teneriora sint, dæmon accipit sanguinem alicuius animalis, & perfundit lauando illa organa, vt possit applicare virtutem suam ad illa ad loquendum: nam anima præcipuè in sangui ne fundatur. Et tunc loquitur dæmon per corpus illud. Si autem a multis diebus cadauer sit, & iam corruptum, & desiccatum, nullo modo poterit dæmon per organa illius loqui: nec etiam aliqua humana anima si poneretur in eodem corpore. Necesse est ergo ibi dare partes teneras, & alias duriores quæ conseruant organa, vt circa oculum ponerentur ossa dura conseruantia organum visus, quod tenerum est: nam si totum corpus esset ita tenerum sicut oculus, prorsus inutile esset, & non posset dari nisi vnum organum, quod est inconueniens. Et non est ponendum in cęlo, cùm ibi sit vniformitas partium in natura, licèt stellæ differant a cœteris in densitate. Etiam necesse esset dare ibi diuersas qualitates, secundum quòd diuersa organa exigunt, quod non conuenit cœlesti corpori. Item si diceremus cœlum esse animatum, necesse esset ponere in eo sanguinem, & alios humores, quod esset valde magnum inconueniens: & patet, quia anima superioris gradus semper supponit omnes perfectiones animæ inferioris gradus: sicut patet in animalibus brutis imperfectis, qui animam habent maioris perfectionis, quàm sit anima arborum, & in animalibus perfectis, & brutis anima est maioris perfectionis, & præsupponit omnes operationes, & potentias animarum inferioris gradus, & sic in homine ipsa rationalis anima præsupponit omnes operationes vegetatiuę, & sensitiuæ. Cùm ergo cœlum esset animatum, anima sua esset perfectior anima humana, vt supra declaratum est, ergo oporteret, quòd haberet omnes vires animarum inferioris gradus, scilicet quòd haberet vires vegetatiuas, & sensitiuas: sicut ergo ad sentiendum non potest anima humana, vel cœlestis, vt supra declarauimus applicari corpori, nisi mediante organica potentia: ita ad vegetandum non poterit vniri sine quadam dispositione facta in membris, & ista est quædam teneritudo, & ꝯformitas qualitatum, scilicet in humido radicali, & calido naturali, scilicet vt humidum non sit cito desiccabile, & calidum non sit cito extinguibile. Et quia ista duo reperiuntur magis in sanguine. s. quia est temperatè calidus, & sufficiẽter humidus, dicitur in eo esse anima, vel vita, vt patet Leui. 7. & 17. cap. & Deute. 12. capi. s. Anima carnis in sanguine est, & ibi: Non comedetis sanguinem omnis carnis: quia sanguis illius pro anima est: sicut ergo ad hoc, ꝙ anima vniatur corpori ad vegetandũ ipsum requiritur sanguis, in quo est dispositio requisita: ita erit in cęlo si animatum est, ꝙ necesse erit ponere sanguinem: sed hoc nullus concedet, ergo nec quisquã debebit dicere corpora cęlestia animata.

Si cęlum esset animatum haberet organa sensitiua.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Si cęlum esset animatum daretur in eo sanguis, & cholera.

An possit dici, quòd corpora cęlestia habeãt animam, quæ possit illa mouere: sed non in tanta velocitate quanta nunc ab Angelis mouentur.

QVAESTIO. XLVIII.

SI autem dicas corpora cęlestia esse animata, & illã animam posse mouere cęlum, sed non posse mouere in tanta velocitate, in quanta nũc mouetur, ideo necesse esse intelligentiam mouẽtem cęlum esse. Respondetur, ꝙ hoc etiã stare non potest. Nam semper stat primum argumentum: quia si dicas animam cęli non posse manere in tanta velocitate, in quanta nunc mouetur quodlibet cęlum: quęretur an iste motus ita velox sicut nunc est sit necessarius s'm naturam ad cõseruationem vniuersi, & faciendas generationes in rebus inferioribus, quę fiunt: si aũt dicas, ꝙ non est necessarius iste motus ita velox, falsum est, quia tũc aliquid superfluum esset facere velocitatem in motu, quæ nõ est necessaria, vel vtilis ad conseruationem vniuersi. Itẽ quia sequeretur, quòd si minor velocitas esset bona, & ponitur magna quanta nũc fit, ergo entia naturalia sunt male ordinata, quod est contra Philosophũ 12. Meta. s. entia nolunt male disponi. Item esset cõtra id quod communiter dicitur, quòd res naturales non possunt melius disponi. Itẽ falsum est hoc, quia cùm nos videamus per velocitatem istam cœli res bene moueri, & semper mansit ista velocitas, qua cęli inceperunt, vel si sequeremur in verbis saltem errorem antiquorum, diceremus quòd ab æterno fuit ista velocitas, & sic res bene gubernatæ sunt, & quotidie perseuerant: & nõ fierent ista, quę fiunt, si non esset ęqualis velocitas motus cœli, quia variata causa variatur effectus, ergo ista velocitas motus cœli est bona. Itẽ aut illa velocitas motus, in qua poterat mouere anima cœli ipsum cęlum sufficiebat secũdum necessitatem naturæ, & bonam dispositionẽ naturæ, & sic dicendo superfluum erat ponere intelligentiam mouentẽ: & non solũ erat superfluum: imò etiã inordinatissimũ, cùm mundus consistat in quadã armonia, non est concedendum. Si aũt dicas, ꝙ non sufficiebat ad mouendum in tanta velocitate in quanta requirebatur ad cõseruationem naturę, sequitur, ꝙ formæ cęlestes essent imperfectę: veluti si diceremus, ꝙ anima humana poterat aliquid digerere, vel aliqualiter mouere corpus localiter, sed nec tantum dirigere quantum sufficit ad vitam, nec tantum mouere quantum sufficit ad necessitatem: & nulla esset humana anima, quę sufficienter mouere localiter, aut digerere posset. Dicere mus enim tunc animam humanam esse imperfectam secundum naturam, & hominem esse aliquid inutile, quia nec viuere posset: & diceremus naturam errare, sicut si esset aliquis artifex, qui nullam rem artificiatam perfectè secundum suam artem produceret, quod nullo modo concedendum est: ergo necesse est A nullum cœlum animatum esse. Item si cœlum animatum esset anima rationali habẽte vim intellectiuã & volitiuam haberet, liberum arbitrium, quod est facultas vtriusque potentiæ, scilicet intellectus, & voluntatis: & cùm non sit summè bonus, quia creatura est, posset peccare, & bene agere: si autem peccaret, necesse erat s'm Dei punientis iustitiam cœlos damnari æternaliter. Et tunc quæritur quomodo eis daretur pęna an claudi deberent in inferno: quocunq; enim modo dicas, ridiculum est: quia cęlum thronus Dei est, vt patet Matt. quinto cap. si aũt bene agerent, oportebat eos beatificari: quomodo ergo beatificarẽtur, cũ ipsi beati sint super eos? vtrunq; derisorium est. Itẽ si essent animati eo modo quo dictum est, quæritur B an essent talis conditionis, sicut angeli. s. vt quocunq; se conuerterent totaliter se conuerterent, ita ꝙ impęnitibiles essent si peccassent in prima conuersione, sicut angeli mali, vel impeccabiles post primã bonam conuersionem, vt angeli boni: aut essent mobiles ab opinione s'm quòd homines, qui aliquando bonum agunt, & postea vertuntur ad malum, & de malo vertuntur in bonum. Si aũt detur primũ oportet ꝙ paulo post suam creationem peccauerint, & obstinati fuerint sicut angeli mali: aut ꝙ immediate in bono confirmati fuerint sicut angeli boni: ergo cęli iam a principio mundi condemnati sunt, & cruciantur, & tunc redibit quod ante dicebamus. s. qđ non poterit dari modus pęnę cœlestium corporum: nam cũ corpora sint, C corporalis pęna dari deberet: sed nullum corpus est, quod possit agere in ipsos cęlos, cùm sint de incorruptibili materia pertinente ad quintam essentiam, & apparet, quia ipse est coniunctus orbi lunari nullo interposito, & tamen nihil agit in illum: sic namque dicit Arist. in secundo, De cęlo, & mundo, ꝙ corpora supra cęlestia non suscipiunt peregrinas impressiones. & dato quòd fieret aliud corpus de quinta essẽtia, illud nõ posset agere in cœlos puniendo, & destruendo: nam sicut ignis nõ agit in ignem, ita vnum corpus de quinta essentia non potest agere in alterum: actio enim licèt terminetur in simile: tamen fit a dissimili. i. quòd licèt agens intendat per actionem suam facere patiens esse tale, quale ipsum, tñ ipsum agens est dissimile pa- D tienti. Et si dicas: fiet alterum corpus, quod sit de altera essentia. s. de sexta essentia, vt agat in ipsum. Arguĩt, quòd non posset agere: nam omnis actio corruptiua, & afflictiua fit a contrariis, & in contraria, sed ipsi cęli, qui sunt de quinta essentia non habent ꝯtrarietatẽ aliquam: ideo qualecunq; aliud corpus esset, non posset agere in illos. Dato. n. quòd in alio essent ꝯtrarietates, non posset agere in ipsos cęlos, cùm ipsa elemẽta, quæ contrarietatem habẽt, non possint agere in quintam essentiam: maximè, quia illud corpus sextæ essentiæ, quod ad punitionem cœlorum crearetur, non posset habere contrarietatem, cùm ꝯtrarietas solùm competat quatuor essẽtiis, siue naturis elementaribus, & passio nunquam excedit suum subiectum. Si autẽ dicas, E quòd fuerunt per primam conuersionem ad bonum ꝯfirmati, sicut angeli Dei boni, necesse est eos ex tunc fuisse beatos, sed non poterit dari eorum beatitudo. Item quia tunc quæretur an motus corporum cœlestium sit eis delectabilis, an tristabilis: necesse est enim si sunt corpora animata, aut lętari, aut tristari. Si dicas, quòd motus iste est tristabilis, ergo sunt beati, & tristes: quod est impossibile: nam fęlicitas est fruitio, & transcendens omne excogitabile gaudium, omnemque tristitiam expellens, & hoc vult Aristotel. in septimo Ethicor. cap. de delectatione. Et dicit esse idẽ delectationem fęlicitati, & propter hoc felicem nominant a gaudere, idest nomen quod ponitur fœlici, secundum Græcam linguam deriuatur a gaudio.

Si corpus cęleste animatum esset cõditionis angelicæ necessarium foret quòd immediate, quòd creati essent obstinati fuissent vel in bono confirmati.

Si autem dicas, ꝙ motus ille est eis valde delectabilis, **F** sequetur quòd post diem iudicij valde tristabuntur, quia cessabit motus ille, & tempus qđ est passio motus, & tunc redit idem quod supra, s. ꝙ sint fęlices, & tristes. Si autem sint vt homines recedẽtes ab opinione, s. aliquando bene agẽtes, & aliquando male, & tũc videbitur dandum necessario, ꝙ peccauerint: quia id quod peccare potest, ꝙ in tãto tempore. s. quasi in sex mille annis nunquam peccauerit valde videtur difficile: nec vllo modo concedendũ. Et tunc dato, ꝙ peccauerit, quæritur nunquid peccatum eius per mortem Christi deletum est, quod non videtur, quia cũ Christus carnem solius naturæ humanę assumpserit, solos homines redemit, & quia peccatum nullum nisi per Christum purgari potest, necesse erit cęlos condem- **G** nari æternaliter: & dato ꝙ non peccauerint: adhuc q̃a poterãt peccare, si peccauerint, quęritur quod remediũ eis dabitur, & nullum reperietur. multa quoq; alia tam naturaliter, quã theologicè indúci possent ad eãdem probationem, sed dicta sufficiant.

An corpora cœlestia moueantur per aliquam virtutem inditam eis, & non per animas aut intelligentias.

QVAESTIO. XLIX.

CONCLVSVM ergo patet ex superioribus, ꝙ corpora cęlestia non sunt animata. Et si dicas cõtra, quia dicitur Psal. 133. Qui formauit cęlos in intelle **H** ctu. i. cęlos fecit intelligentes creaturas. Respondeẽ, ꝙ non est iste sensus literę, sed ꝙ Deus formauit cęlos in intellectu. i. ita fecit eos regulariter moueri quasi si haberent intellectũ, per quem mouerentur, & hoc quia mouentur a substãtiis intelligẽtibus. Aliquis ergo volẽs naturaliter loqui vt sibi videretur, diceret ꝙ corpora cęlestia nec sunt aĩata, nec mouentur ab intelligentiis separatis, sed ꝙ esset quædã virtus naturalis eis indita, per quã mouerenẽ illo motu, s̃m ꝙ alia corpora naturalia habẽt in se principiũ suorũ motuum. Rñdetur ꝙ nec hoc potest stare. Primò quia oĩs motus principiũ est ipsa forma rei motę, si moueaẽ res naturaliter, & aliæ ꝓprietates accidentales in re nõ sunt principia mouendi, sed solũ sunt instrumẽta, vt leuitas nõ est, ꝙ **I** mouet ignem supra, nec est radix huius motus, sed solum instrumentũ, per qđ forma agendi principiũ est: nulla ergo virtus naturalis esse poterat ĩ cęlo, quę esset eius proprietas, & esset qđ ageret hũc motum tanquã principiũ eius, oportebat ergo, ꝙ ista esset forma cęli: sed tunc cũ operatio valde ꝑfecta declaret formã valde perfectã, q̃a operatio est a forma, ergo operatio magis perfecta a magis ꝑfecta forma, & ꝑfectissima operatio ẽ a perfectissima forma, nã idẽ est in natura, quæ est principium actionis, sicut in habitu, qui suo mõ est principiũ actionis: sed habitum iudicam⁹ ꝑfectum ex ꝑfectione actus, sic patet per regulã thopicã si simpliciter ad simpliciter, & magis ad maxime: sed mot⁹ cęli est operatio valde perfecta indigẽs valde magna for **K** titudine: ẽt influens in ista inferiora valde perfecta: ergo necesse est esse valde perfectã formã cęli, a qua hęc sunt, ita ꝙ sit perfectior quã aĩa humana. nã aĩa humana imò nec multæ aĩæ humanæ simul nõ possent mouere vnum orbẽ cęlestem: sed nulla forma, quæ non est aĩa, est ita perfecta sicut aĩa, vt patet inquirendo ꝑfectiones formarũ materialiũ, ergo forma cęli est valde perfectior aĩa nostra, & est spiritus: ergo ẽt corpora cęlestia aĩata erunt, qđ supra negatum est, quia clarè probabatur oppositũ: ergo nõ erit iste mot⁹ a forma cęli. Itẽ si fieret iste motus a forma corporis cęlestis nõ diceremus, ꝙ corpus cęleste, vel ipsum cęlum mouet ab alio, sed mouet seipsum, sicut homo mouet seipsum,

Anima vna humana nec multæ simul possẽt mouere vnũ orbem cœlestem.

quia habet principiũ sui motus: cõmuniter tñ non dicimus, ꝙ cęlũ moueat seipsum. Item non põt dici, ꝙ moueatur a forma sua, quæ nõ sit aĩa: nã tanta regularitas in tanta motuũ diuersitate nullo modo esse poterat sine intellectu magno dirigente: non potest ergo dici, ꝙ cęlum moueaẽ a forma sua, vel ab aliqua inclinatione, vel qualitate sua. Concludendũ est ergo, ꝙ cęli moueantur ab intelligentiis. Circa qđ considerandum, ꝙ cęli sunt corpora inanimata habentia formas quasdam perfectas, infra tñ perfectionẽ animarũ: nec tñ coincidunt in gradu perfectionis cũ formis materialibus rerum elementariũ: nã materia ęlemẽtalis potest informari forma imperfectiori quã materia cęli, quæ s̃m se non est subiecta corruptioni & illa forma cęlestis nõ repugnat motui, nec tñ est talis, quæ possit esse principium talis, ac tanti motus: sed quia cęlum, vt moueret factum est, datæ sunt ei dispositiones conuenientes motui, scilicet circularitas, & regularitas, atque soliditas: ita vt nullo modo dissolui queat. His autem cęlis sic dispositis naturaliter ad motum circularem: intelligentię quæ vires magnas haberent, & possent mouere, & intelligerent qualiter esset mouẽdum appositę sunt.

An corpora cęlestia moueantur ab vna intelligentia, vel a pluribus, & an prima intelligentia, scilicet Deus gloriosus moueat immediate aliquem orbem.

QVAESTIO. L.

SED de his intelligentiis est dubium, vtrum prima intelligentia cùm sit virtus infinita, moueat omnia cęlestia corpora, an aliæ intelligentiæ moueant omnia corpora cęlestia, & nullum moueatur a prima intelligentia: an aliquod moueatur a prima intelligẽtia, & alia corpora ab aliis intelligentiis. Circa hoc aliter loqueretur Arist. & alij Philosophi, & aliter fides catholica. Arist. namq; & alij Philosophi non cõcesserunt primam intelligentiã esse infinitã in virtute, nec in essentia, sed solũ in duratione, in quo nõ differt s̃m ipsos a corporibus cœlestibus, quæ ponuntur ab ipsis ęterna, & tẽp⁹, & generatio, & ipsum vniuersum: & non solùm est infinitę potentiæ, sed etiã non potẽs mouere omnes orbes cũ dicant ipsum non posse mouere terram. sic enim patet in secundo De cęlo, & mũdo: ideo terra non mouetur, quia non est aliqua potẽtia potens eam expellere extra medium mundi: tantę aũt, & maioris potẽtię videtur, ꝙ mouere potest tot orbes cęlestes tantę magnitudinis, ipsamque ignis atque aeris spherã vsque ad montes altissimos, sed terrã non potest mouere, ergo non poterit mouere omnes hos orbes. Nos autem qui catholicè loquimur, aliter dicemus, cùm ponamus Deum infinitæ potentiæ. si ergo de nihilo cęlos, & cuncta ad esse produxit, facilius erit mouere illos cùm toto vniuerso. De hoc ergo apud nos dubium non existit: vtrum autem moueat est dubium. Circa hoc Aristo. in duodecimo Metaph. vbi tractat de intelligentiis separatis, & de motibus earũ, scilicet qualiter mouent cęlos dicit, quòd prima intelligentia nullum cœlestem orbem mouet: aliæ autem intelligentię, scilicet secunda, & tertia, & sic consequẽter mouent orbes: prima tñ intelligentia dicitẽ mouere alias intelligentias ad mouendum: & isto modo est cõtinuatio causalitatis diuersimode: tñ quia prima intelligentia mouet alias in ratione finis, intelligẽtię aũt aliæ mouẽt orbes in ratione causæ efficiẽtis, & sic dicit ꝙ prima intelligentia mouet in ratione amati, & desiderati, aliæ mouent in ratione amantis, & desiderantis: mouere in ratione amati, & desiderati est mouere in ratione finis, vel obiecti, idest quia ipsum ex eo, ꝙ amatur

Aristote. & aliorum Philosophorũ opinio.

Secũdum Aristo. prima intelligentia nõ mouet aliquẽ orbẽ, sed mouet alias intelligentias ĩ ratione finis.

amatur ab aliis rebus, mouet eas per amorẽ suum ad faciendum hoc, vel illud: sicut delectabile quod est in tactu, vel gustu, vel quocũq; alio modo, mouet nos ad prosequendum ipsum, & nõ mouet efficienter, ita ꝙ impellat nos sicut aĩa nostra effectiuè est mouens, sed mouet, vt amatũ, & desideratum, idest quia angeli siue intelligentiæ secundę, quia amant primam intelligentiam, & desiderant participare esse diuinũ, quod est per vniuersalitatẽ actionis, & vident non posse habere istud esse, vel causalitatẽ, nisi moueãt, & virtutes cęlorum deriuent in ista inferiora, ideo mouẽt orbes. Mouet ergo prima intelligentia oẽs, non impellendo eas, vel aliquid intrinsicè agendo in eis, sed quia summum bonũ est, & desiderant esse similes ei quantum possunt, sine inuidia tamen, quantũ nos laboramus, vt Deo similemur: quia etiã ipse mandat. s. Sancti estote, quia ego sanctus sum, vt patet Leui. 11. c. Et in hoc intelligentiæ secundæ incitantur propter eã, & sic ipsa mouet. Talem modũ mouendi attribuimus oĩb⁹ causis finalibus. s. ꝙ propter desiderium ipsarum moueamur in eas. intelligentię secundæ mouent in ratione amãtis, & desiderantis, s. ꝙ realiter, & effectiuè mouẽt cęlestes orbes applicando eis virtutem suam, & hoc faciunt ĩ ratione amantis, & desiderãtis. i. ideo mouent, quia amant, & desiderant participare esse diuinũ, & si nõ desiderarent nõ mouerent. Catholici aũt idem qđ Aris. in hac parte dicerent, sed non ex eadem radice. s. ꝙ Deus nullum cęlestem orbem moueat, & ꝙ angeli moueant eos. & ratio est, quia licèt Deus per se moueret orbes omnes, & oĩa, quę naturaliter fiunt per se ageret, nihil laboraret, aut fatigaretur, non tñ cõuenit, ꝙ Deus agat ista. Primò quia sicut in Dominis temporalibus est, ꝙ licèt dominus posset sine magno labore facere aliqua opera humilia, vel paruę conditionis, vt sunt ministeria ancillaria, tamen non agit ea, quia seruos habet, & imperat eis: sic autem Deus multos habet seruientes, sicut dicitur in Iob. Nunquid nosti numerum militum eius? & Danie. 7. cap. dicitur. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei: non ergo conueniebat Deum per se omnia ista agere. Est autem & alia ratio magis in fundamento, quia nõ conueniebat naturæ, vt Deus per se moueret: quia cùm Deus sit ens perfectissimum, correspon deret ei modus actionis perfectissimus: non. n. potest Deus aliquid agere imperfectè, cùm sit summa perfectio: modus aũt actionis ꝑfectissimę est agere in instãti: & propter hoc quidquid Deus agit, dicimus agere in instanti: nec potest agere Deus successiuè, quia cùm æternitas sit simul totum quid, actio diuina, vel mod⁹ actionis prout se tenet ex parte Dei, necesse est, vt sit perfectissimus. Si autem actio sua tempore mensuraretur, esset aliquid imperfectũ, & repugnans diuinę naturæ: nam tunc actio sua successiua esset sibi s̃m diuersa: aliquid ageret ante quod postea non ageret: & aliquid post quod antea non habebat. & hoc non solùm prout se tenet ex parte actionis rei, quæ fit, sed ex parte diuinæ actionis, in qua nullo modo ponenda est successio. Nec quisquam arbitretur nos in hoc diminuisse diuinam potestatem, quia dicimus non posse agere Deum successiuè, cùm potius augeamus: sicut cùm dicimus, quòd Deus cadere non potest, nec mori, nec mentiri, & sicut supra probauimus in isto capit. quòd impossibile erat Deum intelligere res per modũ præteriti, & futuri, licèt intelligat res præteritas in seipsis, & futuras in seipsis, & cùm motus includat formaliter successionem, & ipsum tempus, non poterat De⁹ mouere: vnde licèt fortè aliquibus videatur durum, qui fortè non acutè contemplantur: tamen secundũ veritatem sic est, quòd Deus nihil potest per seipsum solum nullo mediante mouere: potest tamen creare

Secũdę intelligentię mouent orbes ĩ ratione amãtis & desiderãtis.

Respon. secundũ catolicos.

prima rõ. Deus non mouet aliquod cęlũ, quia nõ cõuenit sibi. Secunda.

Deus quidquid agit ĩ instãti agit & non potest aliquid agere successiuè.

Licet Deus nil agat successiue potest tamen aliq̃ crea-

A aliquam creaturam sine motu, quæ moueat successiuè quodcunque corpus datum quantęcunque sit magnitudinis: & sic non est putandum Deũ frustra hæc omnia egisse: cùm tota ista armonia causarum sit necessaria ad vniuersum eo modo, quo nunc conseruatur. Si autem motus fieri posset in instanti, ita quòd nõ repugnaret ei formaliter, Deus mouere posset: sed quia necesse est, quòd quidquid Deus agat, in instanti agat propter non posse actionem suam habere modũ imperfectum, & motus non potest fieri in instanti, q̃a includit contradictionem esse motũ, & esse in instãti, cũ solum mutatum esse mensuretur in instanti: ergo impossibile erit Deũ aliquid mouere per seipsum nullo mediante. Nihil enim magis est quã dicere, ꝙ im- **B** possibile est Deũ facere aliquem esse hoĩem sine aĩa rationali, vel sine corpore: nã includit cõtradictionem esse hoĩem sine aĩa aut sine corpore. Et si dicas ꝯtra, q̃a virtutes naturales agũt semper s̃m vltimum de potentia. i. ꝙ quantum ignis calefacere potest tãtum calefacit, & quantum acqua frigefacere, aut humectare põt tantum frigefacit, vel humectat: potentiæ tñ rationales, quia liberæ sunt, ad opposita sunt. i. possunt agere contraria, nunc hoc, nunc illud: & possunt remittere act⁹ suos. i. faciendo magis aut minus. Cùm ergo deus dicatur liberrimus, poterit diminuere actionem, vel augmentare, s̃m ꝙ placuerit: si ergo Deus potest in instanti agere, quia est infinitę virtutis: poterit actionem suam diminuere, & facere successiuè, & sic po- **C** terit mouere, quod fit successiuè. Respondetur, ꝙ Deus habet potentiam liberam, vel ipse est potentia libera, quia nihil magis refert, & potest diminuere suã actionem: tñ nunquam potest agere successiuè: nam Deus non potest se diminuere, vt moriatur diuina essentia, vel vt mentiatur, vel vt peccet: nam quãtum ad hoc nulla est libertas: nam Deus s̃m quòd Deus est summe bonus est, & in se habens omnem perfectionem, quã homo excogitare potest, & vltra quã excogitare possumus: ideo sicut homo, qui essentialiter est animal rationale, non habet potentiam liberã ad hoc, ꝙ non sit animal rationale, cũ fuerit homo: ita Deus cùm sit essentialiter siue secundum quòd Deus summè perfectus non habet liberam potestatem ad hoc, **D** quòd non sit summè perfectus; ideo non potest sibi tollere per libertatem suam aliquam perfectionem: libertas autem cuiuscunque potentiæ rationalis est ad actus, qui sunt ab ipsa, & distinguuntur ab ipsa. Nam in seipsam libertatem non habet, ideo possumus velle multum aut paucum, & facere multum aut paucum, quia isti sunt actus posteriores libero arbitrio, & possunt regulari per illum. Sic ergo Deus potestatem liberam habet in res ipsas, quæ fiunt ab eo, & distinguuntur ab eo: & sic potest remittere actum suum, & intendere: imò Deus nunquam agit ad extra s̃m vltimum de potentia. Potentia namque Dei est infinita: nunquam tamen aliquid infinitum egit in rebus. Intra se autem aliquid infinitum, non quidem agit, **E** sed gignit, vel spirat, & non ipsa deitas, vel tres personæ: sed pater filium infinitum, & coæqualem sibi atque coæternum gignit, & genuit, & pater, & filius spiritum sanctũ amorem cõem eis coæqualem, atque coæternum spirant. Ibi ergo infinitum est, sed non fit nec causatur. In rebus autem, quæ sunt extra Deum Deus potestatem habet, quia non sunt id, quod Deus: in eo autem quod intra est potestatem non habet: nam pater non habet potestatem in filium, nec filius, & pater in spiritum sanctum: ideo pater non potuit gignere filium perfectiorem quàm genuit, nec imperfectiorem, & sic de spiritusanto, res autem sic, quia Deus potest facere hoĩem perfectum, & magis perfectum, & minus perfectũ: & sic de aliis

turam sine motu facere quę moueat successiuè.

Deus non potest seipsum diminuere.

Deus nunquam agit ad extra secundum vltimum suę potentiæ.

rebus ſ'm q̃ voluerit. poteſt ergo Deus minuere id qd̃ F
eſt in creatura, quia hoc nõ dicit in Deo imperfectio-
nem, ſed non poteſt minuere quod eſt intra ſeipſum:
q̃ autem Deus faciat aliquam rem multum perfectã
aut modicum perfectã, nõ eſt in re: ideo liberrimum
eſt Deo intendere, vel remittere. Sed q̃ Deus illam rẽ
faciat ſucceſſiue, vel i inſtãti tenet ſe ex parte ſucceſſio
nis diuinæ: & ſi faceret ſucceſſiuè, cùm ſucceſſio ſ'm
ſe ſit aliqua imperfectio actionis, eſſet imperfectio in
actione diuina, quod nullo modo concedendum eſt:
nam ſicut ſupra probatum eſt, Deus intelligit res, quę
præſentes ſunt, & quæ præteritæ, & quæ futuræ: tamẽ
nec intelligit per modum pręteriti nec futuri, & im-
poſſibile erat eum facere per modum pręteriti aut fu
turi: ita etiam Deus aget res, quæ in ſe ſucceſſiuè ſunt G
vel menſuratur eſſe eorum ſucceſſiuè; tamen nõ po-
terit eas agere ſucceſſiuè. Sed adhuc argues: Deus eſt
liberior homine: ſed hõ poteſt liberè remittere actio-
nem ſiue in eo qd̃ fit, ſiue in actione ipſa, ergo Deus
poterit in vtroque remittere, & intendere. Antecedẽs
patet de homine, ponamus q̃ ſortes poteſt portare de
cem libras per duas leucas in tribus gradibus velocita-
tis, & poteſt remittere actionem iſtam atque portabit
quinque libras in vno gradu velocitatis per vnam leu-
cam: poteſt etiam facere vnam domum magnam in
vno anno, & poteſt remittere actionem faciendo di-
midiam partem eiuſdem domus in duobus: ſic ergo
Deus non ſolùm poterit intendere, & remittere virtu
tem ſuam quantũ ad id, quod fit, ſcilicet faciendo ho- H
minem perfectiorem aut minus perfectum, ſed pote-
rit etiam remittere actionem, ſcilicet quòd ſicut in in-
ſtanti faciebat: ita poterit ſucceſſiuè facere remitten-
do actionem. Reſpondetur, quòd non poteſt ſtare:
nam non eſt ſimile, quòd homo remittat actum ſuũ
quantum ad maiorem velocitatem, & minorem: &
quòd Deus remittat deducendo ſe ad faciendum in
inſtanti: dependet enim hoc ex eo, quod antea dice-
batur, ſcilicet q̃ potentia libera habet poteſtatem in
his, quæ extra eam ſunt, & non in ſeipſam: nam volũ-
tas non habet poteſtatem in ſeipſa, ſed in actu ſuo, qui
eſt ab ea: voluntas autem noſtra diſtinguitur realiter
ab his duobus, ſcilicet ab eo, quod fit, & ab ipſa actio-
ne ſua: nam nulla potentia creata eſt idem realiter cũ
ſuo actu: & iſta duo a voluntate ſunt, ſcilicet actus & I
id, quod fit per actum: Deus autem vel diuina volun-
tas ſolùm diſtinguitur realiter ab eo, quod fit, idеſt ab
ipſa creatura facta, & a factione paſſiua, q̃ eſt proprie-
tas eius quod fit: nõ diſtinguitur tamen realiter a ſua
actione, quia nihil aliud eſt actio Dei, quã ipſe Deus,
cùm ibi non ponatur diuerſitas pręterquam per reli-
giones, vt ait Boetius in libro de Trinitate, ſcilicet in di
uinis omnia ſunt vnum, vbi non obſtet religionis diu-
erſitas. Si ergo Deus libertatem haberet ſuper ſuam
actionem, haberet libertatem ſuper eſſentiam ſuã: qd̃
eſt impoſſibile dicere. Ergo q̃ Deus faceret aliqd ſuc-
ceſſiuè, eſſet dicere, quòd diuina eſſentia menſuratur
tempore: nam idẽ eſt in Deo ſua eſſentia, quod in vo-
luntate ſua actio: non eſt ergo eadem ratio, q̃ Deus ha
beat poteſtatem ſuper ſuam actionem, & poſſit eam
remittere ſic, quòd voluntas habeat libertatem ſuper
ſuam actionem, & poſſit eam remittere. Sed adhuc
argues, quòd cũ in qualibet productione rei ſint duo,
ſcilicet actio, quę ſe tenet ex parte agentis, & factio, q̃
ſe tenet ex parte eius quod fit: ita in diuina actione,
cùm aliquid producit in rebus: & tunc detur, quòd li-
cet Deus aliquam rem agat ſucceſſiuè, tamen ſucceſ-
ſio non ſe teneat ex parte actionis diuinæ, ſed ex par-
te factionis rei: & tunc nullum inconueniens dabitur.
Reſpondetur, quòd hoc eſt impoſſibile, nam ſi factio
eſt ſucceſſiua, neceſſe eſt actionem eſſe ſucceſſiuam,
quia ſi Deus per ſe ſolum agit rem, quandocunq; res
fieret, Deus ageret eam: ſed dato, quòd factio, quę eſt
paſſio rei, quę fit, eſſet ſucceſſiua, neceſſe eſſet actionẽ
Dei eſſe ſucceſſiuam: nam proprium eſt actionis in-
ferre ex ſe paſſionem, & proprium eſt paſſionis infer
ri ex actione, & tunc data factione rei, an quandocũ-
que illa factio eſt, ſit actio, & ſi dicas quòd ſit, tunc cũ
iſta factio nunc eſt, & ante hoc erat, & poſt hoc erit,
cũ ſit in ſucceſſione: ergo actio diuina ante hoc erat,
& poſt erit in ſucceſſione: ita quòd vna pars ſit, quan-
do altera nondum eſt, quod repugnat Deo infinito.
Si autem dicas quòd actio diuina non eſt ſemper quã-
do factio eſt, ſequitur quòd illa factio eſt increata, & Nõ poteſt
improducta; quia cũ ſit ſucceſſiua, quælibet pars eius eſſe paſſio
dabitur eſſe, quando non producitur: quia qd̃ non ha- dum non
bet cauſam producentẽ, nõ producitur: vel ſi dicas, q̃ eſt actio a
producitur includit contradictionẽ: quia qd̃ producit qua ſequi-
ab alio producitur; & nõ poteſt eſſe paſsio, dum nõ ſit tur.
actio, a qua ſequit: ergo nõ mẽſurabitur ſucceſſiuè fac-
tio, ſicut nec actio, vel vtraq; mẽſurabit. Itẽ cũ Deus
aliquam rẽ creat, actio Dei tẽpore, non menſuratur: &
ipſa factio rei, quæ vocatur creatio, nõ menſuratur, er-
go è contrario cùm ipſa rerum factio mẽſuretur, Dei
actio menſurabitur. Item cùm voluntas noſtra ali-
quid vult facere per potentias executiuas, & cũ actua-
liter exequitur ſicut ipſa factio exterior, quæ eſt ædifi-
catio paſſiua eſt ſucceſſiua, ita ipſa actio noſtra eſt ſuc
ceſſiua: ita ergo in Deo vtrunque ſe habet eodem mo
do: nam ſi factio rerum eſſet ſucceſſiua, quæ cauſare-
tur ab actione Dei, ita actio Dei eſſet ſucceſſiua. Nam
ſicut tota actio cauſat totam paſſionem, ita pars actio- Nihil eſt in
nis cauſat partem paſſionis: ſed nos damus ſupponen- paſſione:
do vt iſti volunt factionem rerum menſurari: ita ergo quin ſit cau-
dicemus actionem Dei habere partes: nam nihil eſt ſatum ab
in paſsione quin cauſatum ſit ab actione, ergo eodẽ actione.
modo erit: niſi forte dicas, quòd ideo in factione, quæ
eſt ex parte rerum eſt ſucceſsio, & non ex parte actio
nis: quia non poteſt ſuſcipi in rebus actio Dei ſecundũ
ꝓditionẽ ſuã, ideo licèt in actione diuina nõ ſucceſſio
eſſet, eſset tñ ex parte rei, q̃ fit propter conditionẽ ma-
teriæ ſuſcipientis. Sed falſum eſt, nam hoc non repu-
gnat materiæ recipere factionem per modum, quo
Deus egit: & patet, quia materia de nihilo creata eſt,
& in materia ſubito a Deo creatur aña: neceſſe eſt er-
go dicere, quòd cùm materia poſsit recipere omnem
modũ actionis diuinę, ſi in ea fiat ſucceſsio in factione,
neceſſe eſt etiam, q̃ in Deo ſit quod eſt ſucceſſio in a-
ctione diuina: ſed in Deo non poteſt poni ſucceſſio,
cùm actio ſua quantũ ſe tenet ex parte eius nihil aliud
eſt, quàm ipſa eſſentia eius, & eſſentia non habet ſuc-
ceſſionem, quia eſſe Dei eo q̃ eſt æternum ſimul to-
tum eſt: ergo non poteſt dici q̃ Deus moueat aliquid
per ſeipſum: repugnat enim Deo perſeipſum imme-
diatè aliquid mouere: nam ſi mouere deberet cęlum,
cùm in motu ſit ſucceſſio: & per hanc ſucceſſionem
illa pars, quæ ante fuerat in Oriente erit poſtea in Oc-
cidente: ita Deus non ſucceſſiuè, ſed ſimul faciet eã- K
dem partem cœli ſtare in Orienre, & Occidente, & in
qualibet alia cœli parte, in qua per motum ſtare poſ-
ſet. Concludendum igitur, quòd ſi Deus volebat fa
cere cęlos moueri in tanta velocitate, in qua nunc mo
uẽtur, cùm ipſe per ſe nullo modo poſſit mouere, nõ
quidem propter defectum potentię (vt putauerunt
Philoſophi) ſed propter imperfectionem motus, quę
non poteſt cadere in Deo, vt declaratum eſt. Cõuenit
autem huiuſmodi actus creaturę, cuius eſſe menſura-
tur ſucceſſiuè, licèt eſſentia ſimul ſit. Cœli ergo qui
ſ'm ſuam figuram ad motum naturaliter diſpoſiti ſũt
a Deo, non per ſe mouẽtur: ſed apponit angelos cęlis,
qui eos mouent; & iſti angeli ſum tantę virtutis, &
non

non plus, vt mouere poſſint orbem, quem mouẽt in
tanta velocitate, & non plus: & tunc cũ ſemper agat
ſecundum vltimum, in quod poteſt, & non ſit fatiga-
bilis: manebit conformitas motus: de quo magis di-
ximus ſupra 20. c. Redeũdo ergo ad id, qd̃ ſupra diceba
mus: cũ cęli habeant duos motus. ſ. motũ naturalẽ, &
motũ raptus: neceſſe eſt, vt ſint a duob' principiis, quo
rũ vnũ principium eſt angelus, vt ſupra declaratũ eſt.

An vnum cęlum poſſit moueri ab altero motu naturali.

QVAESTIO. LI.

SED quæretur an principium motus naturalis cuiuſ
libet cęli ſit ipſe angelus, vel aliud cęlum. Non po-
teſt dici, q̃ vnum cęlũ ſit principium mot' naturalis
alterius cęli, quia mot' naturalis eſt ab intrinſeco, vel
ab aliquo, quod eſt loco intrinſeci. ſ. loco formę. Vnũ
autem cęlum multum eſt extrinſecum alteri cęlo, er- B
go non moueretur aliquod cęlũ quantum ad motum
naturalem. Item quia ſi diceremus vnum cęlum mo-
ueri naturali motu ab alio cęlo: neceſſe eſſet dicere di
uerſimode motum naturalem in cęlo: nam licèt vnũ
cęlũ ab alio moueatur, & diceremus illum eſſe natu-
ralem motum, & tñ non omne cęlũ mouetur ab alio
cęlo, quia tunc eſſet proceſſus in infinitũ in cęlis. erit
ergo aliud cęlũ quod ab alio non mouetur cęlo: & ne
ceſſe eſt dicere etiam illum naturalem motum habe-
re, ergo motus naturalis, non eſt in cęlo aliquo quod C
moueatur ab alio cęlo. Item ſi motus naturalis vnius
cęli eſſet ab alio cęlo, cùm conſtet, q̃ angeli mouent
cęlos (vt latè declaratum eſt): ergo angeli mouerẽt
motu raptus, cùm nõ maneat alius motus: ſed hoc nõ
eſt conueniens, cùm motus raptus neceſſe fiat ſuper
aliud corpus, ita q̃ ipſum quod duobus motibus mo-
uetur. ſ. motu raptus, & motu naturali: neceſſe eſt, vt
ſuper ipſum quod rapit, & mouet motu naturali mo-
ueatur naturaliter tranſiẽs aliquid, vt cùm muſca mo-
uetur per rotam motu ſuo a principio intrinſeco per-
tranſeundo ſpatium in rota, ipſa rota incipiens moue-
ri mouebit muſcam rapiendo eam motu oppoſito: dũ
pertranſibit muſca ſemper aliquid in rota. ſi autẽ ipſa
rota non eſſet ſpatiũ, per quod poſſet pertranſire mu-
ſca, & raperetur ab ea, ſolùm moueretur motu raptus,
& non moueretur motu naturali, quia non habet in
quo moueatur: ſic enim angelus eſt aliquid, quod nõ
habet ſpatium: ſi ergo rapiat aliquod cęlum, faciet eũ
redire retrorſum, & non mouebitur naturaliter, cùm
angelus non ſit corporeus, nec habeat ſpatium aliqd̃,
ſuper quod naturaliter moueri poſſet cęlum. Conclu
ditur ergo, q̃ angeli mouent cęlos naturaliter. Et tunc
ſi dicas dato q̃ vnus angelus moueat cęlum vnum na-
turaliter: tamen alius angelus mouebit ex oppoſito
motu raptus. Reſpondetur, quòd hoc nõ poteſt ſta-
re per hanc rationem ſuprapoſitam: nam in quolibet
cęlo præter primum mobile ponimus duos motus. ſ.
naturalem, & motũ raptus, & iſtos duos motus ſimul
eſſe neceſſe eſt, vt ſemper moueatur quodlibet infe-
riorum cęlorum ſub primo mobili duobus motibus:
ſi tamen daremus, q̃ angeli mouerẽt motu raptus, im-
poſſibile eſſet, & patet, quia ſi duo angeli ex oppoſitis
partibus, & ad oppoſitas partes mouerent idẽ cęlum:
neceſſe eſſet aut nullũ motum habere, aut ſolũ vnum
ſi aut illi duo angeli erant in potẽtia æquales, & tunc
cùm ab æqualitate non proueniat actio, nec motus,
neuter moueret, & eſſet cęlum manens. ſi autẽ vnus
ſuperaret, ille qui ſuperaret, ſi tãtum ſuperaret, vt pre-
ter æqualitatem graduum potentiæ ſuæ ad potentiam
alterius haberet potentiam ad mouendum cęlum,
quaſi ſi nullus obſiſteret moueret cęlum, ſi autẽ non,
Alph. Toſt. ſuper Exodi

A non poſſet mouere: ſi tñ vnus eorum moueret quã-
cunque eſſet, impoſſibile erat alterum mouere, cùm
non ſit aliquis illorum angelorum ſpatium, ſuper qd̃
motus fieri poſſit: neceſſe eſt ergo dicere quòd mo-
tus raptus fiat ab alio cęlo. Et ſic redeundo ad reſpõ- Epilogus
ſionem argumenti, quod longe ante hoc fiebat. Di- quæſt. 46.
cendum, quòd licèt angeli moueant orbes, ille motus
eſt quantum ad motum naturalem, & non quantum
ad motum raptus, & ſtat in veritate, quod dicebatur,
ſcilicet quòd corpora cęleſtia ſunt cauſæ vniuerſales,
& tamen non in eodem gradu, quia eſt duplex ſubal-
ternatio: vna omnium cęleſtium corporum ab ipſo
primo mobili in quantum ab ipſo mouentur, & alia
inter ſeipſa, ſcilicet quòd cęlum, quod eſt inferius, eſt
ſuperalternatiuum quantum ad cauſalitatem illis, qui
ſupra ſunt, vt Luna ad Mercurium, & omnes alios, &
Mercurius ad Venerem, & omnes ſuperiores: & hoc
eſt, quia ab eis immediate mouentur ſecundum mo
tum raptus, vt declaratum eſt.

Secunda ſuperalternatio corporum cœleſtium.

QVAESTIO. LII.

SECVNDVM, in quo ſubalternabantur corpo-
ra cęleſtia, eſt in luce: nam ſicut vnum corpus cęle
ſte adiuuat alterum ad cauſalitatem mouendo ipſum,
& poſtea per motum ipſum corpus cęleſte operatur:
ita per lucem, quia lux eſt mater caloris: & per calo- C
rem corpora cœleſtia in hæc inferiora operantur, pa-
tent hæc primum, quia ideo ſol tantum calefacit hęc
inferiora, quia tantum lucidus eſt: nam luna cùm to-
to hemiſpherio cęli ſtellati, & cùm cœteris planetis,
non poſſunt calefacere per noctem iſta inferiora, ſi-
cut ſol calefacit per diẽ: hoc autem eſt, quia lucidior
eſt ſol omnibus aſtris, quæ per calorem operentur in
iſta inferiora, & patet, quia ideo ſol magis operatur, qa
effectiuè calidior eſt cęteris. Nã naturaliter ex humo-
re commixtis omnia fiunt, vt ait Ouidius Metamorp.
lib. primo tractans de diluuio deucalionis, & genera-
tione Phitonis ſerpentis. Et ob hoc cùm loquimur de
cauſalitate corporum cęleſtium, ipſum ſolẽ ſolum no
minamus, tanquam ipſe totam actionẽ habeat, ſic pa D
tet in 2. Phyſic. cùm dicitur: Sol, & homo generant
hominem. Non ſolùm ſol & homo, ſed cum cœteris
aſtris, & ipſo homine generãt hominem, excellẽtia tñ
ſolis ad alios planetas in ſola luce eſt, & corporis ma-
gnitudine: nam nullum corpus planetæ tantum eſt ſi-
cut ſolis corpus, ſed hoc ad cauſalitatem modicum re
ferebat, niſi eſſet magnitudo lucis, quia quilibet plane
ticus orbis maior eſt, quaſi incomparabiliter corpore
ſolis: tñ orbis modicum valde influit propter lucis par
uitatẽ, & partium raritatẽ, quantum aũt ad iſtã lucem
eſt ſubalternatio in cauſalitatis vniuerſalitate. nã illud
corpus qd̃ alteri influxerit claritatẽ (cùm ipſa ſit prin-
cipium influendi) erit cã vniuerſalior altero cęlo, cui
lucem influit: in hoc ãt cùm ſol ſit corpus habens ma E
gis de luce in toto cęlo: neceſſe eſt altera corpora cęle
ſtia ei ſubalternari: nã cęteris corporibus cęleſtib' ſol
lucem cõmunicat. Qd̃ patet in Luna: quia ei dat lucẽ:
& cũ cõtingit eam totã ſubintrare vmbrã terræ, obte
nebrat, & fit eclypſis. Patet ẽt hoc in ipſo eclypſi ſola-
ri: nã cũ luna ſupponitur ſoli, pars inferior lunæ nigra
apparet, quia non illuminatur a ſole: & ſicut luna lu-
cem a ſole recipit, ita & cætera aſtra, quia radij ſolis
diriguntur ad oẽm differentiam poſitionis: cũ ſit ſol
corpus ſphericum, ſed non videtur in aliis ita clare,
vt in Luna: nam Luna eo, quòd eſt infra ſolem, & in
parte inferiori cœlorum ſubintrat vmbram terræ,
& cauſatur eclypſis, vbi plane patet, quòd lucẽ, quàm
ante

Nulla potentia creata eſt idem cum ſuo actu realiter.

Angeli mouent cęlos naturaliter.

ante habebat, a se non habebat sed a sole. Alia autem astra sunt in partibus superioribus. f. in cęlis supra solē, quemadmodum cęlum stellatum, & Saturnus, Iupiter, & Mars. Isti autem non possunt eclypsari, quia vmbra terrę non accedit ad eos. Etiam quia non accedūt sub sole, vt supponantur ei, & eclypsent eum, appareāt que defectus eorū sicut apparet defectus lunę in eclypsatione solis: astra autem, quę infra solem sunt. f. Venus, & Mercurius nō eclypsantur, quia non subintrat vmbram terræ, & in hoc non poterit patere defectus eorum: si autem in eclypsi solis subiiciantur soli, vel aliàs, quia sunt circa solem, latent intra piramidem radiosam, vel potius columnam: & postea claudunturradij, & non videtur defectus eorum: de luna autem quia est in parte inferiori non fit idem, quia luna cùm a radiis occultetur, vel tota, vel in parte, quia ipsa nobis propinquior est, vmbra pyramidalis non clauditur vsque ad terram, ideo videtur eius defectus. De aliis autem stellis fixis, aut planetis aliquo modo tamen videri potest, q̃ lumen a sole recipiant. & hoc prodit scintillatio stellarum: quia stellę sunt tāquam corpora specularia bene tersa: sicut ergo nunc cùm in corporibus specularibus istis inferioribus bene tersis radij solares impingunt, resiliunt, & fit scintillatio: quod nō contingit in corporibus non bene tersis, sicut in terra aut rudibus lapidibus. de hoc patet in tertio lib. perspectiuę communis propositione 17. Est ergo hęc secunda subalternatio corporum cęlestium inter se quantū ad influentiam lucis, & f̃m hanc omnia corpora cęlestia subalternātur soli pręter cęlum illud empyreum, quod nec mobile, nec visibile est. Et si dicas: non videtur, q̃ omnia corpora cęlestia possunt subalternari soli: nam supra dicebamus, q̃ omnia subalternabantur primo mobili, deinde q̃ inferiora subalternabātur superioribus. Et sic sol subalternabatur primo mobili, deinde cęlo stellato, & Saturno, Ioui, atq; Marti: quomodo ergo subalternabuntur rursus isti cęli ipsi soli? Respondetur, q̃ non est inconueniens, q̃ idem subalternetur alicui, & subalternet ipsum. non quidem in prædicatione locuta, sed in causalitate naturali. nā subalternatio causalitatis magis vniuersalis, aut min⁹ vniuersalis fit ex diuersis principiis agendi, & quia contingit solem secundum vnum principium agēdi. f. f̃m lucem influere in omnia corpora cęlestia, erunt omnia sibi subalternata f̃m lucem: & quia contingit secundum motū alia corpora in ipsum agere, quia mouent eum motu raptus, vt supra declaratū est, ergo non repugnat eadem respectu sui ipsorum subalternare, & subalternari: patet ergo ex omnibus supra positis de modo subalternationis corporum cęlestium, quantū ad causalitatem, siue secūdum motum, siue f̃m lucē. Post causas vniuersales, quę sunt cęli, ponūtur alię causę, quę sunt angeli: nam sic dicebamus, q̃ cęli inter se subalternantur quantum ad motum, quia vnum moueretur ab altero, ita omnes cęli subalternantur angelis, tanquam causis vniuersalibus, quia ipsi mouēt omnes cęlos, & nō solùm sunt causa motus naturalis, sed etiam motus raptus nam, vt supra declaratum fuit, angeli mouēt omnes cęlos motu naturali. f. quilibet angelus vnum cęlum. Et quia motus raptus causatur in omnibus cęlis ex virtute corporis primi mobilis, quia ipsum immediate mouet cęlum stellatum, & cęlum stellatum mouet Saturnum, & sic de cęteris vsque ad Lunam: nam vsque illuc continuatur virtus impetus eius deriuando per media: istę autem motus, quo primū mobile rapit secum alios orbes est ei naturalis, & fit ab angelo, sicut cęteri. Ergo ipse angelus etiam est mouens motu raptus non immediatè, sed mediante primo mobili, quod mouet per contactum impellendo: & consequenter alij orbes ad inuicem se expellūt, scilicet superiores impellunt inferiores. Post angelos causa vniuersalior est, quę est simpliciter prima, & influens in omnia. f. Deus: nam Deus mouet angelos ad mouendum corpora cęlestia, vt supra declaratum est: licèt in hoc erat quędam differentia, quia Philosoph⁹ dicebat, q̃ angeli mouebant cęlos, & mouebantur ad hoc à Deo in ratione amati, & desiderati. i. ī ratione finis, quem concupiscimus: nos aūt non solùm in ratione finis fieri dicimus, sed etiam in ratione efficientis. Et hoc dupliciter. Primò quia efficit influendo. f. q̃ si non influeret Deus in angelis conseruando esse eorū, non solùm non crearent, sed etiam non essent. & in hac influentia dat eis virtutem influendi. f. mouendo corpora cęlestia. Secundò mouet eos effectiuè, quia Deus mandauit eis tanquā creaturis suis rationalibus, & capacibus præcepti, q̃ mouerent orbes cęlicos, & ipsi ad mandatum eius mouent. Ecce ergo breuiter causarum naturalium catenata cōnexio. Primò est ipsa causa particularis. f. iste homo ad gignendum hominem, & iste asinus ad gignendū asinum, & sic de aliis, & ista non est causa vniuersalis, cū non agat ad oēm generationem. Deinde sunt qualitates elementales existentes in loco generationis: tertiò est Luna: deinde angelus mouens cęlum Lunę, deinde Mercurius, & post angelus mouens Mercuriū, post Venus, & deinde angelus mouēs cęlū Veneris, deinde Sol, & post angelus mouens cęlum Solis, deinde Mars, & post angelus mouens cęlū martis: post est Iuppiter, deinde angelus mouens cęlū Iouis, deinde Saturnus, & post angel⁹ mouens Saturnū: deindè cęlū stellatū, & post angelus cęli stellati, deinde cęlū primi mobilis, & post angelus fortis, qui mouet cęlum illud, & est origo quasi totius motus cęli.

Astra quæ sunt supra solem eclypsari non possunt.

Oia corpora cęlestia soli subalternantur: quantū ad lucem pręter cęlum empireū.

Obiect.

Respons.

Post causas vniuersales, quæ sunt cœli ponuntur angeli, qui etiam causæ vniuersales sunt.

An cęlum empyreum influat in hęc inferiora.

QVAESTIO. LIII.

CAELVM autem empyreum quidam theologi ponunt influere in hęc inferiora. Sed non multū videtur. Primò quia omnis influentia fit per motum, & lucem: per motum namque: nam si corpora cęlestia nō mouerentur, generatio nulla sequeretur, dato q̃ essent multa luminaria sicut sol, quia vt supra declaratum est, generationes fiunt per alterationes, & corruptiones, hæc aūt pręsupponunt contrarietates, si aūt corpora cęlestia non mouerentur, dato q̃ illuminarēt hęc inferiora, & calefacerent radiis suis: quia tn̄ semp̃ eadem loca calefacerent, & eodem modo, ergo nunquam esset ibi contrarietas, nec consequenter generatio. In cęlo aūt empyreo motus nullus est, quia est ad quietē spirituum beatorum, & corporum: non ergo cōpetebat ei motus: cū aliqua corpora beata ibi nunc sint, sicut est Corpus Domini nostri Iesu, quoniā ad cęlos ascendit, & corpus beatissimę Virginis, vt piè creditur. Hęc autem non conueniebat moueri, sed in summa tranquilitate manere tam animę, quàm corporis, quia vna sine altera perfectè non fit. Item probatur, quia ad influendum non solùm requiritur motus, sed etiam lux: nam dato, quòd ipsi orbes planetici moueantur, influentia a solo planeta est, & hoc quia in corporibus orbium valde pauca lux est, & si aliqua est, non potest agere in hæc inferiora propter raritatē partium orbis ipsius. In cęlo empyreo hoc quidē est: quia si lux aliqua est tamen videbitur esse modica, vel saltem non potens influere. Etiam dato, quòd multa lux esset, non potens esset influere propter disiunctionem siue raritatem partium, quia non est illud cœlum grossius aliis. Item quia sicut aliqui cęli facti sunt ad influendum in ista inferiora, & & conseruādum generationem dum homo est in via, & nondum natura est perfecta vltimatè, ita debuit fieri aliud cęlum ad conseruationem naturę humanę iā perfectę: & illud cęlum non quidem est ad influentiam, sed ad solam electorum continentiam: nam sicut isti cęli inferiores poterant continere beatos, & tamen non continent, sed solùm seruiunt ad influendum in inferiora: ita cęlum empyreum licèt potuisset fieri ad influendum, & continendum: non tamen debuit fieri ad influendum, vt excellentius esset, quod conseruaret in patria, quàm quod generaret, & cōseruaret in via. Item quia operatio Dei est, & operatio naturæ, cùm operatio naturæ per ipsum Deū fit: sed sic est, q̃ natura fecit vnū ad vnū, & nō vnū ad plura, sicut ars, quæ facit vnum ad plura propter indigentiam, vt gladium delphycū pro paupere, vt ait Arist. 1. Politic. cap. 1. ergo Deus solùm aget vnum ad vnum: sed cœlum Empyreum factum est ad continentiam beatorum, ergo non debebat fieri ad influentiam. Item q̃cunq; natura aliquid producit ad efficiēdum aliquid, dat ei omnes dispositiones necessarias ad id, quod fieri debet, cùm natura non deficiat in necessarijs: sed ad influendum in hæc inferiora requiruntur duo, scilicet quòd sit lucidum, & quòd moueatur, vt supra dictum est, & nihil horum est in cœlo Empyreo, ergo cęlum Empyreum non influit in hæc inferiora. Item substantiæ spirituales per se non possunt influere in substātias corporales, nisi fortè sint tales, quæ totam contineant naturam in potentia: sicut Deus licèt sit purè spiritus, potest influere in omnia, licèt nō influat per motum, sicut supra probatum est, sed causandō subito in aliquo aliquam perfectionem, sicut in istantī creat. Alij autē spiritus, sicut angeli, & dæmones non possunt per se influere in substantias corporales, cùm nullam virtutem corporalem contineant, de quo diximus supra septimo capitulo: sed agunt in inferiora per aliquas naturales qualitates applicando naturalia actiua passiuis, & videntur facere mirabilia, cùm tamen nihil ipsi faciāt: dato quòd id quod videtur verum sit: nam illud natura efficit: cęlum autem empyreum, licèt corpus sit, ideo non est totaliter spirituale: tamen est quasi spirituale, quia non est de materia aliorum cęlorum: imò non dicitur esse de materia, & sic illud est sexta essentia: quod autem de materia non est, non conuenit cum rebus materiatis in natura quouismodo: ideo actio illius esset talis, quæ nullo modo ageret ad creationem alicuius rei in istis elementatis: sicut actio intellectus angelici aut voluntatis nihil agit ad creationem istorum inferiorum per se. Quòd autem dicitur de spiritibus non potentibus aliquid influere, verū est, si ponantur vt causę effectiuæ solum, secus autem si ponantur vt causæ formales, quia causa formalis propter intimiorem vnionem, quam habet ad id cui⁹ est forma: potest influere in id, cuius est forma operando, & efficiendo diuersa, & ad hoc habet in corpore ipso qualitates subseruientes actibus suis. Concluditur ergo, quòd cęlum empyreum non influat in res naturales: ergo in ordinatione subalternatarum causarum naturalium non debet poni cęlum empyreum, sed post angelum fortem mouentem primum mobile, immediate sequitur Deus, qui est principium, & finis naturæ. Alij autem angeli, qui non sunt mouentes istos orbes, non sunt causæ naturales, nec possunt aliquid influere in corpora, possunt tamen spiritus influere in alterutrum, scilicet vnus angelus in alterū purgando, perficiendo, & illuminando, qui sunt actus hierarchici, vt declarat Dionys. in libro de Angelica hierarchia.

Prima ratio, q̃ non.

Cęlū empyreū nō est de materia aliorum cęlorū nec de aliqua materia nec de 5. essētia: sed est sexta essentia.

Cęlū empyreū non mouetur: sed est ad quietē spirituū beatorum.

Secunda.

Tertia.

Reddit ad quæst. 43. vnde digressus est de concatenatione causarum.

QVAESTIO. LIIII.

NVNC ergo posita concatenatione causarum naturalium in toto ordine suo, redeundū est ad exēpla conclusionis huius, scilicet quòd si Deus nihil augeret de virtute influendi, si influeret eo modo, quo nunc influit, & auferretur vna causa de concatenatione naturali causarum, multa, quæ nunc fiunt impossibile esset gignere aut fieri. Et patet, si debeat generari homo, tollatur causa particularis, quæ est iste homo gignens, & est prima in concatenatione causarum ascendendo: dato quòd operaretur virtus loci conseruās & corpora cęlestia, & angeli eorū mouendo, & influēdo, & Deus operaretur solū f̃m illā virtutem, f̃m quā nūc influit, impossibile esset gigni hominē, quia null⁹ homo, qui est causa particularis ibi aliquid ageret. Et tiā dato, q̃ homo particularis ageret ad generationē quātū posset vacando coitui, & tn̄ non esset causalitas causę primę vniuersalis. f. virtutes elementales existentes in loco conuenientes ad generationem, dato quòd influerent omnia corpora cęlestia, & angeli eorum, & ipse Deus: tamen non fieret generatio, quia deficiebat concatenatio causarum, & ad hoc reducitur: vt si quis coeat in loco frigidissimo excessiuè, vt sub altero polorum mundi vel prope. Reducitur etiam excessiua caliditas faciens euaporare virtutem seminis, quia tunc impossibilis est generatio, vt supra declarauimus. Ad hoc etiam reducitur, cùm quis accipit talem cibū, per quem generare nō potest dato quòd, semen effundat: quia qualitas illius alimenti repugnat generationi. Et iam deficiet generatio, si deficiat operatio lunę, & angeli eius, qui requiritur in formando fętu. & sic si sol obscuretur, ita quòd nullam lucem effundit, cùm alia corpora cęlestia mendicent virtutem lucis, & caloris a sole: necesse est vt cętera luce deficiant: & non poterunt operari cùm operatio sit per lucem causando calorem, & non solùm si sol obscuretur, sed etiam si stet immotus cum toto orbe suo, & omnes alię causę concurrāt cum ipso Deo, non poterunt gignere hominē: nam sole non agente, non solū priuabitur actio eius, quæ est pręcipua in generatione hominis, cū dicatur: sol, & homo generant hominem, vt patet in secundo Physic. sed actio omnium inferiorum orbium, quia omnes mouentur ab orbe solis, quantum ad motum raptus: cùm ipse tangat cęlum Veneris, & cęlum Veneris tangat cęlum Mercurij, & cęlum Mercurij tāgat cęlum Lunę. Si autem cęlum Solis staret, cùm mot⁹ raptus omnium orbium dicatur esse a primo mobili, & omnis influentia fit per contactum, & medium. si virtus primi mobilis non moueret cęlū solis, non posset deriuare virtutem suam in res alias, & in cęlos inferiores mouendo illos rapiendo, & sic de oībus aliis. Fūdamentū huius est duplex. Primū quia sicut causa particularis se habet ad effectum suū particularē, quia eū producit, & nisi ipsa ageret nō causaret effectus, quia ipsa est cā eius: ita quelibet alia causa vniuersalis habet cām sub se, quę nō est tā vniuersalis, & tenet eā sicut effectus: nā sicut iste hō particularis influit virtutē suam generādo hoīem, ita natura loci influit in ipsū hoīem particularē gignentē, & ita corpora cęlestia influūt in corpora elementalia, quę sunt locus generationis naturaliū rerū, & influit Mercurius i Lunā, & Ven⁹ in Mercuriū, & sic consequēter de aliis: nā sicut in dialecticis ponimus speciē specialissimā, quę ita est species, q̃ nū quā est genus, & ponimus genera generalissima, q̃ ita sunt genera, q̃ non sunt species: & genera subalterna, quæ sunt species, & genera ad aliud, & aliud tūmpta:

Causa vniuersalis cōparatur ad causā min⁹ vniuersalem tanquam causa ad effectum.

vt ait Porphyrius in Isagogis suis: ita in naturali concatenatione causarum quidam sunt effectus, qui ita sunt effectus, quòd nullo modo sunt causæ: sicut ipsę res, quæ sunt; & quædam sunt ita causę, quòd nullo modo sunt effectus, quod est in sola prima causa vltima in concatenatione naturalis causalitatis: intermedia aũt sunt sicut genera subalterna: nam sicut genus subalternũ respectu alicuius vniuersalioris est species, & respectu alicuius inferioris est genus: ita quælibet causa respectu alicuius causę vniuersalioris est effectus, quia illa causa vniuersalior realiter influit in eã sicut causa in effectum, ideo sicut deficiẽte causa particulari, necesse est deficere ipsum effectum: ita deficiente vna causa vniuersali, necesse est deficere omnes causas vniuersales inferiores. Secundum fundamentum est, quia in concatenatione naturali causarũ virtus tota influendi deriuatur ab vno, scilicet ab ipso principio naturę continente eminenter omnem perfectionem: ista autem influctia est quasi aqueductus, a quo propriè nomen accepit ab influendo: sicut ergo via, quæ ductu vel alueo continuato, per quẽ aqua defluit ab vno originario loco, si aliud medium de aqueductu auferatur, quantumcunque cęteræ partes continuentur, si alicubi discontinuum est: non poterit continuari fluxui aquæ, sed aliorsum deuiabit: ita cùm a prima causa, idest a Deo influat tota virtus naturæ in angelos mouentes, & ab angelis in ipsa coniuncta sibi cęlestia corpora, si aliquod cęleste corpus, vel aliqua alia causa concatenationis huius defecerit, non poterit continuari virtus influentię, & tollentur generationes, & sic est de catena rupto vno nodo, & de magno fune secta, vel fracta aliqua parte intermedia.

In concatenatione naturali causarum virtus tota influẽdi causatur ab vno.

An in concatenatione causarum deficiente aliqua ex causis, sit possibile aliquid gigni in illa specie.

QVAESTIO. LV.

2. conclus. principalis in materia de concatenatione causarũ tacta supra quæst. 43.

SECVNDA conclusio sit in hoc, quòd in concatenatione causarũ stante hypothesi, scilicet q̃ Deus non augeat, nec minuat suam influentiam, & deficiat causa particularis, impossibile est aliquid gigni in illa specie cuius est causa particularis, & si deficiat aliqua causa vniuersalis qualiscunque illa sit, aut quantumcunque particularis, necesse est deficere omnem generationem. Patet hoc, nam causa particularis est individuum alicuius speciei rei generabilis, & corruptibilis: ideo virtutem suã influxiuam solùm dirigere potest ad res illius speciei, cùm hoc solùm continuat in virtute, si ergo cesset influẽtia illius causę particularis, cùm non possit continuari virtus influendi a causis superioribus, dempta illa causa vltima, sicut supra dicebatur, non poterit virtus superiorum causarum continuari illi speciei, & sic in illa specie necesse est deficere generationem. Secunda pars patet, scilicet quòd si aliqua causa vniuersalis de concatenatione deficiat, necesse est deficere generationem: vt si ponatur, quòd nõ influat sol cũ ipse potissime agat ad generationes & corruptiones, deficiet generatio, & corruptio: maximè quia eo deficiente omnes inferiores orbes cessarent influere; cùm non posset deriuari virtus influentiæ primæ in ipsos discontinuato ordine: quia fuit ablatum medium, scilicet solis orbis cùm nõ moueatur, & non cõtinuabitur motus raptus primi mobilis per ipsum ad alios orbes: & non solũ si auferatur influentia solis, quę est multum vniuersalis, sed etiam ablata prima causa vniuersali, quæ est conueniens qualitas elementalis in loco generationis, non fiet vlla generatio: vt frigiditas temperatissima loci est qualitas elementalis loci, quia tamen non conuenit generationibus cùm omnes fiant ex contemperato calido & humido, non fiet vlla generatio, sicut diximus sub polis mundi, vbi nihil omnino gignitur nisi per accidens. f. de homine viuo, quòd efficiatur cadauer. Et isto modo cessabit post diem iudicij generatio, & corruptio in his inferioribus: quia tollentur causę medię. f. cęlorum influentiæ, erunt namque tunc cęli immoti.

Si aliqua causa vniuersalis deficiat de cõcatenatione nature necessariũ est cessare omnẽ generationẽ.

An in causis concatenatis prima causa possit influere sine secunda.

QVAESTIO. LVI.

3. cõclusi. de causarũ concatenatione tacta sup. q. 43.

SIT tertia conclusio, quòd in cõcatenatione causarum naturalium prima causa interdum influit sine deriuatione virtutis per materiam. Pro quo sciendum quòd Deus, qui prima causa est, vt omnibus cognitũ est, dupliciter agit. Vno modo agit (etiam si improprie dicamus) ad intra, idest intra essentiam diuinam: & hic non est aliqua causalitas, nec productio, aut factio, sed nec influentia, aut concatenatio, sed vna persona gignit alteram, & duæ spirant vnam. Et quantum ad hoc non dicitur ipsa deitas prima causa, nec secunda, nec tertia, imò nec causa, quia ipsa nec gignit, nec gignitur, nec spirat, nec spiratur: quia ista sunt prędicata notionalia competentia personis solis. Alia namque fit prędicatio de essentialibus, alia de notionalibus. Pater autem, & filius, & spiritusanctus habent istos actus notionales, licèt non proprie vocãtur actus. Adhuc tamen nec hic aliqua persona est prima causa, aut secunda, quia in diuinis ad intra tollitur omnis causalitas, & factio, & cętera quæ dicunt maiorẽ, & minorem perfectionem: cùm in Deo omnia sint coęqualia. Alia actio Dei, quæ vocatur actio, est ad extra, & ista est duplex. Quædam est ad conseruationem vniuersi, & regulationem eius: alia est ad quasdam demonstrationes bonitatis, & potestatis eius, & quasdam necessitates. Quantum ad istam secundam operationem, quæ est ad demõstrationem bonitatis, & potestatis suę, & ad quasdã necessitates nostras, ipse est causa, sed non influit per concatenationem cãsarum, sicut est in operatione miraculorum, quæ interdum fiunt ab ipso per se, vtpote, quia sunt infinitæ potentię: vt suscitare mortuos, & illuminare cęcos, & conuertere substantiam panis, & vini in verum Corpus Christi. Nam hæc nullo ministerio indigent: cũ per nullam rem tanquam per ministerium diuinę voluntatis fieri possint: sed per ipsum solùm: quia potẽtia infinita, quæ requiritur in his faciẽdis, nulli creature cõmunicari potest: aliqua autem alia facit per aliquam aliam creaturam, non tamen per concatenationem causarum naturalium, sicut portare Abacuc per capillum verticis de Iudęa in Babylonem, & iterum ducere in Iudęam, vt patet Danie. 15. cap. nam hoc angelus Dei fecit. Sic etiam miracula facta in Aegyptiorum punitione, & liberatione Hebręorum: & in hoc quòd plueret manna, & sic de cęteris: nã non influebat hic Deus sicut ad generationem hominis, & equi per concatenationem mediam omnium causarum. Et ista est ratio, quare illa non vocantur naturalia, qã naturale est, quod a virtute primi agentis per concatenationem omniũ causarum influentium descendit. Ista autem non habent omnes causas naturales, sed solam diuinam voluntatem, interdum solam, & interdum cum angelico ministerio. Alia operatio Dei est, qua ipse tanquam prima causa, & origo totius virtutis rerum influit ad generationem, & conseruationem omnium rerum naturalium, & in hac actione nõ deriuat immediate virtutẽ suã in res ipsas: sed

In operatione illa qua Deus miracula facit ad demõstrationem bonitatis suę non operatur per cõcatenationem naturæ.

Quare miracula nõ dicũtur fieri naturaliter.

sed obseruat totam concatenationem, vt virtus sua deriuetur ad res per varia media, & susceptiua: & in hoc vocatur Deus causa naturalis, quantum ad alia autem semper est supernaturalis: & in hac deriuatione virtutis ad causandas, & perficiẽdas res naturales interdum totam virtutem complectiuam rei generandę deriuat per concatenatas sibi causas: interdum autem non. Quòd autem aliqua res sit perfecta, est per suam primam perfectionem, siue primum actum, quæ est forma substantialis: ideo donec adueniat forma substantialis, res non est perfecta; imò nec est, cùm forma sit actus, & substantialiter actuet. i. det esse substantiale. Ideo est duplex influentia: quædam quæ est ad dispositionem materiæ, quæ sine virtute omnium naturalium causarum non fit. Alia est ad perfectionem rei dispositæ, & cùm possit res perfici per vnicam influentiam continuatam, scilicet quòd perfectio substantialis adueniens, non excedat naturam dispositionũ causatarum per eadem disponentem influentiam influit prima causa totam virtutem per concatenatas causas, & sic est in generatione omnium rerum naturalium præterquàm in homine, quia in illis dicimus esse formas materiales, scilicet conuenientes dispositionibus inductis in materia, & potest educi de virtute materię, siue potentia factis prioribus dispositionibus, & sic eadem influentia, qua materia disponitur, forma gignitur, quia ipsa educitur factis præcedentibus dispositionibus, nulla alia actione cõcurrente ad eductionem formæ. Et non oportet (sicut quidam volebant) ponere tunc datorem formarum, quia cùm ipsa forma materialis non excedat perfectionem dispositionum causatarum in materia, ipsa educetur per se, idest nullo agente: si autem poneretur dator formarum, oporteret dicere, quòd illa forma data ab illo excederet virtutem dispositionum causatarum in materia: ita quòd factis illis dispositionibus, adhuc non esset necesse animam sequi, nisi dator formarum eam daret. Sed dicendum est iuxta sententiam Aristotelis, quòd formæ materiales educuntur de potentia materiæ, idest quòd materia est in potentia naturali ad omnem formam: & potest de ea educi: quòd autem postea ipsa disponatur, est reducere eam ad actũ, idest id quod erat in ea in potentia facere esse in actu: & non est putandum, quòd per influentiam causarum naturalium super materiam ipsa efficiatur in potentia ad formam, ita q̃ ante non extitisset in potentia ad formam: nam si materia non esset in potentia ad formam: impossibile est, quòd per aliquam posteriorem actionem, sit in potentia ad formam.

Eadem influentia est qua materia disponitur, & forma generatur, & hoc vniuersaliter præterquã homine.

Quid sit materiam esse in potentia ad formam.

QVAESTIO. LVII.

QVID autem est materiam esse in potentia ad formam? Respondetur, quòd non est materiam habere formam latentem, & postea per actiones influentium corporum apparere, nam ista non est generatio: tamen ipsa forma quando existit, quia ipsa est actus substantialis, necesse est, vt substantialiter actuet id, in quo est. Apparere autem, vel non apparere, nihil est de esse, vel non esse. Et istum modum secuti sunt, qui posuerunt Chaos, scilicet Anaxagoras, & Anaximander ponentes in quolibet omnia esse, scilicet in homĩe esse infinitas partes capræ, & infinitas partes auri, & argẽti, & lapidis, & ignis, & cuiuslibet alterius rei. Aliter enim dicebant non posse ex hominis corpore fieri capram, aut ferrum, aut argentum, vel terra, cuius contrarium experimur, & quia omnium Phylosophantium hæc fuit vna sententia, q̃ quodlibet quod fieret, fieret ex ente: necessarium putabant ad generationem ferri, vel auri de homine, ponere in homine partes ferri, & auri, & sic de alijs rebus. Et cùm dicebatur istis, si in qualibet re sunt partes infinitæ cuiuslibet rei, quare non apparent in homine partes auri, & argenti, & lapidis? respondebant, quòd ideo non apparebant, quia erant valde paruæ, scilicet indiuisibiles. Et quando arguebatur cõtra eos: si in qualibet re sunt infinitæ partes auri, & infinitæ partes argenti, & ligni, atque cuiuslibet rei, & vnum infinitum non sit maius alio, non erat ratio, quare magis vocaretur illud individuum aurum, quàm asinus, aut homo, quia tot partes auri, sicut asini, & sicut hominis ibi erant. Responderi poterat ad hoc, quòd quantum ad numerum, nõ erant plures partes auri, vel argenti in homine, quàm partes hominis, quia cuiuslibet rei erant infinitæ partes, sed quantum ad quantitatem cõtinuam erant maiores. Sicut dicimus, quòd tot partes sunt eiusdem proportionis in grano milij, sicut in cęlo, sed non sunt tot partes eiusdem quantitatis. Fundamentum autem est, quòd quodlibet continuum quantuncunque paruum, est diuisibile in infinitum, partes autem eiusdẽ quantitatis, non reperientur ęquales: nam si diuidatur cęlum per spatia pedalia reperientur multa pedalia in cœlo: in grano autem milij, vel auri non reperietur, nec vnum pedale: ita in qualibet re licèt essent infinitę partes auri, & argenti, & hominis, tamen non erat ille aurum, & argentum, & homo: sed denominabatur ab eo cuius partes erant maiores. Et sic dicebant, quòd in rerum natura nihil erat, quod esset sincere homo, idest purè homo, vel purè lapis, & sic in accidentibus, nihil erat purè album, aut purè nigrum, sed quodlibet habebat partes aliarum rerum admixtas, & nigredinem continere partes albedinis, & rubedinis, & albedinem continere partes nigredinis. Isti autem nihil dicunt generari, aut corrumpi, & in hoc propriè loquuntur: si foret verum eorum præsuppositum, sed dicebant congregationem, & segregationem, scilicet quòd congregatio homogeneorum erat generatio, & segregatio homogeneorum erat corruptio, scilicet quòd in qualibet re sunt infinitæ partes omnium aliarum rerum: tunc autem dicitur congregatio homogeneorum, cùm coniungunt partes eiusdem speciei, vt partes hominis, & capręę, & sic de alijs, cùm ergo cõgregabãtur partes hominis fiebat homo, cùm autem mediabant Etherogenea, idest partes alterius rei, vt partes capræ, & leonis, aut lapidis corrumpebatut hõ. Nec tamen erat putandum, quòd isti vocarent cõgregationem homogeneorum generationem, ita quòd ad hoc, q̃ appareret homo, aut fieret, oportebat congregari pure omnia homogenea, idest quòd omnes partes essent partes hominis: nam tunc non essent infinitæ partes cuiuslibet rei, in qualibet re, sed quælibet res esset sola habens partes suæ naturæ, & tolleretur sic Chaos, maximè cùm ipsi dicant, quòd nihil est sincere homo, idest nihil est, qd̃ sit purè homo, aut purè capra, & sic de alijs rebus, sed quodlibet habet alterum secum admixtum. Sed vocabant ipsi cõgregationem homogeneorum, qñ in aliqua re plura coniũgebãtur de partibus hominis, quàm de partibus capræ, idest q̃ maiores partes hominis ibi essent, q̃ aliarum rerum, & tunc erat homo, & sic fiebat capiti per cõgregationem homogeneorum, & quælibet alia res. Segregatio autem homogeneorum, quæ vocatur corruptio, non erat, quòd ab aliqua re tollerentur omnes partes homogeneę. i. q̃ si aliquis deberet desinere esse, q̃ deberem oẽs partes hominis auferri ab eo: nam nunquã hoc poterat fieri f̃m eorum positionem, quia tunc daretur, q̃ illa res, q̃ gignereẽ per hominis corruptionẽ, nihil habebat de partibus hominis, qd̃ ipsi nolebant.

Qualiter ponentes Chaos respondebãt ad argu. de infinitaê partium.

Apud ponẽtes Chaos, nõ erat ꝓpriè generatio, & corruptio.

Voca-

Vocabant ergo ſegregationem, quando plura Etherogenea, ſcilicet maioris quantitatis mediabant inter homogenea, vt ſi inter partes hominis, quæ ſunt homogeneæ inciperẽt mediare maiores partes aſini, aut lapidis, quæ vocantur Etherogeneę reſpectu partium hominis, licèt in ſe ſint homogeneę, ſicut partes hominis. Huius opinionis auctor Anaximander fuit, quem Anaxagoras ſecutus eſt, & hunc ſecutus fuit Empedocles, licèt aliqualiter diuerſificauerit, quia iſti poſuerunt Chaos fuiſſe æternum, & ſemper manere Chaos. Empedocles autem poſuit fieri mutationem, quia interdum dicebat corrumpi Chaos, & gigni quatuor elementa, & interdum corrumpi quatuor elementa, & gigni Chaos. Et non dixit quid foret principium alterius, an Chaos principium elementorum, an elementa principia Chaos, illi autem ponebant Chaos eſſe primum ſimpliciter, & ante omnes res, & ante cœlos, & terras, & omnia. De hoc Ouidius Metamor. lib. 1. in principio, dicens:

Anaximãder primꝰ Chaos poſuit.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia, cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe.
Quem dixere Chaos, rudis, indigeſtaque moles.
Nec quidquam niſi pondus iners, congeſtaque eodem.
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.

Iſta tamen dicta Ouidij de Chaos magis conſonant productioni materiæ primæ, & factioni rerum ex materia illa, quàm huic Chaos quod iſti ſtulti ponunt: nã ſi totum illud principium primi libri Metamor. legatur, & inſpiciatur, neſcio in quo diſcrepet à poſitione catholica, niſi quia non ponit materiam eſſe creatam, ſicut nos aſſerimus. Et multum differt poſitio Empedoclis à poſitione illorum duorum, quia illi nulla elementa ponebãt eſſe, nec fieri hominem, aut aliquam aliam rem ex elementis, ſed dicunt hominem fieri ex partibus hominis exiſtẽtibus actualiter in qualibet re, & ferrum ex partibus ferri exiſtentibus in qualibet re. Et ſicut nos ponimus materiam primam eſſe principium ſimpliciter, nec fieri ex aliquo altero, ita ipſi ponunt iſtas partes rerum exiſtentes in Chaos, & ſic omnes partes rerum ſunt æquè primæ, cùm non ex alijs, nec ex alterutris, ſed omnia ex ipſis erãt, quæ ſunt tres conditiones primorum principiorũ, vt declarat Ariſt. circa medium primi Phyſi. in capit. 7. tex. 41. & ſic iſta poſitio multum irrationabilis eſt. Empedocles autem adhuc rationabilius loquebatur: ideo non eſt ipſe propriè computandus inter eos, qui ponunt Chaos: nam Empedocles generationem, & corruptionem verè concedit, ſicut & nos: nam non ponit latere in Chaos partes hominis, aut capræ, aut alterius rei, quæ actu exiſterent, ſed elementa ſolũ, & deinde eductis elementis à Chaos, non manebat Chaos, & ex illis elementis fiebant tranſmutationes, & generationes rerum elementarum, & corruptiones. Corruptis autem rebus, in elementa poterant conuerti. Rurſus elementa in Chaos, & ſic non vocabat Empedocles Chaos mixtionem omnium partium rerum confuſam atque indiſtinctam, ſicut Anaxagoras, & Anaximander, nec dicebat in homine latere partes auri, & argenti, & lapidis, ſed eſſe purè hominem, & purè capram, & purè album, & purè nigrum, & omnia alia dicit hic ſecundum quòd Ariſto. præter hoc, ꝙ ponit elementa fieri ex Chaos, & rurſus Chaos ex elementis, nihil enim aliud vocat Chaos, niſi confuſam, & indiſtinctam elementorum commixtionem: ita vt non videatur quid ſit terra, aut aqua, ignis, vel aer, ſed ſit totus vnus vultus naturæ, vt ait Ouidius Metamor. lib. 1. ita etiam quòd non ſit ibi aliqua pars carnis, aut oſſis, aut auri, vel argenti, ſicut in Chaos Anaxagorę, & Anaximandri.

Qualiter Empedocles aggrigentinus Chaos ponebat, & quo ab alijs differebat.

Rationabilius Empedocles ſiculus locutus fuit de Chaos, q̃ alij Chaos ponentes.

F Fieri autem elementa ex Chaos, nihil aliud eſt, quàm ex cõfuſione illa procedere determinata quatuor elementa per diuinum intellectum ſeparantem, vt dicebat Empedocles. Fieri autem Chaos ex elementis, nihil aliud eſt, quàm elementa ſeparata, & manifeſta redire ad illam confuſionem. Et iſtam opinionem tenuerunt plures Poetarum, quia etiam ipſe Empedocles Poeta fuit, vt teſtatur Horatius in Satyra ad Piſones in fine, cùm dicit.

Dicam, Siculique Poetæ
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles: ardentem frigidus Aethnam
Inſiluit: falſis liceat perire Poetis.

G Et hanc opin. tangit Lucanus in 1. lib. de Bello Iulij Cœſaris, & Pompei, & ſæpe Seneca in Tragedijs: & qa Empedocles dicebat aliqn ex elementis fieri Chaos, & ex Chaos fieri elementa, fatebatur nunc nullum eſſe Chaos, ſed ipſa per ſe elementa. Timebant tamen Poetæ propter peccata hominum eſſe ſuperuẽturam confuſionẽ illam, & cuncta reditura in Chaos. Et hoc exclamauit Lucanus in primo libro de Bello Iulij Cęſaris, & Pompei. Sed poſitio duorum prædictorum, ſcilicet Anaxagorę, & Anaxamãdri irrationabilis eſt. Primò enim quia deficit in motiuo ſuo; ideo namque mouebantur ad ponendum Chaos quaſi ex natura rerum, quia dicebant, quòd nulla res poteſt fieri ex non ente, cùm hoc ſit contra intentionem omnium Phyloſophorum: licèt verum ſit oppoſitum, ipſi tamen intelligere non valuerunt: & quia ipſi videbant fieri hominem ex aſino, dicebant neceſſe eſſe ponere partes hominis in aſino, & partes cuiuſlibet alterius rei, cùm quælibet altera res ex aſino fieri poſſit. Sed iſtud motiuum non eſt ſufficiens, nam ipſi deficiunt hic neſcientes diſtinguere de ente, putãtes ens dici de ſolo ente in actu: ideo dicentes: ſi homo fit ex ente, quòd fiat ex partibus hominis, quę actualiter ſunt partes hominis. Hoc namque licèt verum non ſit ſimpliciter, ſcilicet quòd omne quod fit ex altero fit, tamen conceſſo hoc, non ſequitur quod ipſi volunt: nam ens eſt duplex, ſcilicet ens in actu, & ens in potentia: quod autem fit non fit ex eo, quod eſt totaliter, ſcilicet in actu ſecundum quòd in actu, quia tunc id quod eſt in actu ſecundum quòd in actu fieret recipiendo formam, quod includit contradictionem, nec rurſus fieret ex non ente ſimpliciter, ſcilicet ſecundum quòd nõ ens, ſed ex eo quod aliquo modo eſt ens, & aliquo modo non ens, vt patet per Phyloſophum circa finem primi Phyſicorum. Licèt ergo homo fiat ex aſino, & non poſſet fieri ex non ente, tamen nõ eſt neceſſe poni ibi partes hominis, quia fit ibi ex ente, & non ente, ideſt ex eo, quòd eſt in potentia homo, licèt in actu non ſit homo. Reſponſiones etiam iſtorum ad obiecta non tenent. Primò enim quando reſpondent, quòd licèt in qualibet re ſint partes infinitæ cuiuſlibet alteriꝰ rei, & tamen ſunt indiuiſibiles, & non videntur, non poteſt ſtare, quia tunc iſtæ partes non componerẽt, quia corpus eſt ex partibus ſuis, ſed corpus eſt diuiſibile, ergo partes ſunt diuiſibiles. Nam vt ex non quantis non fit quantum, & ex non lineis non fit linea, & ex non corporibus non fit corpus: ita ex non diuiſibilibus nũquam fiet aliquid diuiſibile: corpora autem omnia diuiſibilia ſunt, ergo neceſſe eſt componi ex diuiſibilibus, & nullo modo ex indiuiſibilibus. Ad aliam reſponſionem, quando dicebatur, quòd licèt in qualibet re eſſent infinitæ partes alterius rei, tamen denominabatur ab illa, cuius partes maiores ſunt, non poteſt ſtare: nam tunc ſequeretur, quòd quælibet res eſſet homo, & capra, & leo, & ferrum, & ſic de cœteris, quia quæli-

Timebant Poetę propter peccata hominũ cuncta in Chaos reditura.

Motiuum opinionis Anaxamãdri, & Anaxagorę.

Reſp. ponentium Chaos nõ ſoluunt argumenta contra eos facta.

quælibet res denominatur à forma ſua, quod patet, quia in qualibet re eſt principium determinatum ad agendum, & per illud res eſt, per quod agit, cùm forma ſit actus primus, & ab ea procedat actus ſecundus, & hoc facit res denominari. Si ergo aliquæ partes denominantur humanæ, neceſſe eſt, vt ſint humanę per formam humanam, ergo in qualibet re ponetur forma humana, & conformiter forma caprina, & ſic de cœteris, ſicut homo, & quælibet res erit capra, & leo, & ferrum, & ſic de omnibus alijs, cùm in eo ponantur formæ omnium rerum: hoc autem nullus concederet, nec eſt intelligibile. Item homo, & aſinus in ſpecie differunt. Differentia autem horum eſt accidentalis: nam quòd ille, qui habet plures, & maiores partes hominis quàm capræ, ſit homo, cùm habeat tot partes aſini, & lapidis, licèt non tantas, eſt differre accidentaliter, ſcilicet per quantitatem, cùm magis, & minus ſint quãtitates cõtinuę: ergo non poteſt aſſignari, quòd qui maiores partes humanas haberet quàm aſininas, eſſet homo, & qui maiores aſininas quàm humanas, eſſet aſinus. Si autem tollatur hoc manebit argumentum in vigore ſuo, ſcilicet quòd non eſt maior ratio, quare habens tales partes, vocetur homo, q̃ aſinus, vel capra, aut ferrum. Vel ergo quælibet res erit ſimul omnia, vel nihil horum erit, ſi detur Chaos: ſed neutrum ipſi concedunt, quia nulla res eſt omnes res, nec etiam concedunt, quòd nulla res ſit. Et ſequitur hoc poſito Chaos, vt ipſi ponunt: ergo impoſſibile eſt ſic ponere.

An detur latitatio formarum in materia.

QVAESTIO. LVIII.

CIRCA materiam etiam alij peccant ponentes formas eſſe in materia, non ſecundum actum cõpletum, ſed diminutum. Hoc etiam non eſt dicendũ, quia forma ſimplex eſt ſiue ſit ſpiritualis, ſiue illa, quã vocamus formam materialem, cuius ſignum eſt, quia in inſtanti gignitur, & non eſt ſicut diſpoſitiones, quę ſucceſſiuè habentur, vel ſicut partes corporum: nam in his poteſt dari perfectum, & imperfectum, & pars, & totum: in ſimplicibus autem ſecus eſt, quia vbicunque ſunt tota, ſunt & perfecta, ſcilicet quantum ad ſuũ eſſe: ſi autem ſint imperfecta quantum ad bene eſſe accidentale, nihil hoc refert. Quòd ergo daretur forma eſſe actualiter in materia, & non eſſet quantum ad eſſe perfectum, ſequeretur multa inconueniẽtia, quaſi ea, quæ ponebantur ad poſitionem Chaos, quia forma ſubſtantialis eſt actus primus, & vbicunque eſt, dat eſſe rei, & denominat: ergo cùm in qualibet materia ponerentur omnes formę eſſe iſto modo, quia materia eſt in potentia ad omnem formam, denominaretur quælibet res eſſe omnes res, ita quòd homo eſſet capra, & leo, & ferrum, & omnia alia: quod includit contradictionem. Et ſi dicas, quòd dato, quòd ſint omnes iſtæ formæ ſubſtantiales modo imperfecto in materia, non denominabunt, nec dabunt eſſe, ſicut eſt de formis accidentalibus: nam accidentales formę nõ denominant in qualibet latitudine graduali, ſed in qualibet magna. Nam ſi ſit in duobus gradibus aliqua albedo, vel in tribus, non denominabit, ſed magis erit niger, aut pallidus, vel alio colore coloratus. Ergo in ſubſtantialibus formis ipſa forma, quæ eſt perfecta denominabit, & quæ eſt imperfecta non denominabit. Non valet, quia non eſt ſimile: nam formæ accidentales intenduntur, & remittuntur gradualiter, formæ autem ſubſtantiales non intenduntur, nec remittuntur, ideo bene ſunt aliqui gradus albedinis, & ꝙ nõ ſit albedo, vt in aliqua rubedine ſunt duo gradus albedinis, & tamẽ ibi nulla albedo eſt, & ſic de nigredine: in forma autem ſubſtantiali non eſt ſic, quia non habet intenſionem gradualem, ideo vbicunque aliquid eius eſt, neceſſe eſt, vt tota forma ſit. Item ſi daremus, quòd formæ ſunt in materia modo imperfecto, aut dicerentur ſic eſſe, quia aliqua pars eis deficit, aut quia aliqua perfectio, vel gradus ei deficit. Si autem dicas, quòd forma eſt imperfectè in materia antequam educatur per generationem, eo ꝙ nõ habet adhuc omnes partes ſuas, ſequeretur, quòd forma eſſet quantum aliquod diuiſibile, cui partes aduenirent, hoc autem falſum eſt, nec aliquis concedit, cùm formę iſtæ ſint ſubſtantiæ, & non quantitates. Item ſi forma eſſet, quia nõ habet omnes partes ſuas, ſequeretur, quòd forma eſſet compoſitum, quia compoſiti eſt in ſubſtantialibus habere partes: aliarum autem rerum non: nullus tamen concedet formam eſſe compoſitum. Item ſi forma eſſet imperfecto modo in materia, & poſtea in generatione eſſet perfectè, quia adueniret ei aliqua pars, quę deficiebat, non diſtaret forma in perfectione à materia, quia ſicut perficeretur materia, ita perficeretur forma aduenienie ei perfectione: ſed hoc inconueniens eſt, cùm dicamus formam nõ perfici, ſed eſſe actum, vel perfectionem materiæ. Item quia ſi adueniret aliquid formæ imperfectę, ſcilicet quòd perficeretur, ipſa eſſet ſubiectum generationis: nam ſubiectũ generationis eſt, quod perficitur in generatione recipiẽdo aliquid: ſed forma iſto modo reciperet aliquid, ſcilicet partem aduenientem, ergo eſſet ſubiectum generationis: hoc autem nullus dicit, cùm omnes dicant materiam ſolam eſſe ſubiectum, & formam eſſe terminum generationis, ſcilicet id quod intenditur à generante. Si autem dicas, quòd forma eſt in materia imperfecto modo, ſcilicet quia licèt non deficiat aliqua pars quantitatiua, deficit tamen aliquis gradus perfectionis: falſum eſt, nam tunc ſequeretur, quòd eſſe ſubſtantiarum eſſet intẽſibile, & remiſſibile, vel quòd haberet latitudinem, quod omnes negant: nam eſſe ſubſtantiarum eſt in indiuiſibili, ſicut eſſe numerorũ: ſic enim ait Ariſto. in 10. Metaphy. quòd ſpecies ſunt, ſicut numeri: in numeris autem ſic eſt, quòd addita vna vnitate, quæ eſt aliquid indiuiſibile, mutatur ſpecies numeri, & ſi ſubtrahatur vnitas, eodem mõ mutatur ſpecies numeri: ergo in ſubſtantijs quocunque poſito de ſubſtantia rei eſt tota res, aut nihil eſt de re. Et patet, quia ſi formę ſubſtantiales conſiſterent in perfectionibus gradualibus, ſicut formæ accidentales, neceſſe eſſet, vt acquirerent per motũ, vt formę accidẽtales: nã accidẽtales qualitatiuę acquiruntur p alterationẽ, & accidentales quantitatiuę acquiruntur per augmentationem, & diminutionẽ: ſed hoc falſum eſt, quia ad formas ſubſtantiales eſt generatio, & corruptio, quæ non ſunt motus, ſed mutationes. Item ſi eſſent graduales habentes latitudinem, ſicut formę qualitatiuę, ſequeretur, quòd acquirerentur ſucceſſiuè: nam nulla albedo tota acquiritur in inſtanti (niſi à Deo crearet,) ſed ſucceſſiuè acquiruntur gradus eius: ſed acquiri formam ſubſtantialem ſucceſſiuè eſt impoſſibile, cùm dicamus in inſtanti educi de potentia materiæ: ergo non eſt gradualis. Concluditur ergo ex prædictis, ꝙ non poſſunt ſtare formæ in materia ante eductionem ſuam ſecundum eſſe imperfectum. Neceſſe eſt ergo redire ad poſitionem Ariſtotelis, ſcilicet quòd formę nullo modo actualiter præfuerint in materia ante generationem, niſi fortè quidditatiuè, ſcilicet quòd in eadẽ materia numero ſtetiſſet aliqua alia forma eiuſdem ſpeciei, ſed quòd omnes formæ præcedãt in materia ante generationem in potentia, & cùm ſit generatio educitur forma de potentia materiæ.

Si formæ ſubſtantiales cõſiſterent in gradualibus perfectionibus acqrerentur per motum.

Quid sit formam eſse in potentia materiæ, vel formam educi de potentia materiæ.

QVAESTIO. LIX.

SED quæret aliquis, quid eſt formam eſſe in potentia materiæ. Dicendum quòd non vocatur eſſe formam in potentia materiæ, quòd in materia poſſit recipi talis forma, vel talis: nam tunc diceremus, quòd anima eſt in potentia materiæ, quia recipitur in materia, ſcilicet in corpore noſtro, ſed hoc omnes negant, dicentes intellectum ſolùm eſſe diuinum, ideſt animã rationalem, & eam ſolam educi ab extra: ſic enim ait Ariſt. in libro de animalibus, & nullo modo educi de potentia materiæ. Idem etiam de artificialibus formis: nam formæ artificiales ſunt inducibiles in potẽtiam materiæ, & non educibiles de potentia materiæ. Illæ namque educuntur de potentia materiæ, ad quas matetia eſt in potentia naturali: illæ autem inducuntur in potentiam materiæ, ad quas materia eſt in potẽtia obedientiali. Artifex habet ligna in potentia obedientiali, quia per habitum artis mouet in eis quamcunque formam voluerit, ſiue quadraturę, ſiue rotunditatis, vel quomodolibet aliter: quia iſta forma, non per aliquam virtutem materiæ, ſed per potentiã artificis cauando, & apponendo inducitur: & ipſa ligna nõ ſunt in potentia naturali ad aliquam talem formam, quia nulla virtus naturæ poteſt talẽ formam in materia ipſa facere. Eſt autem materia reſpectu quarundã formarum in potentia naturali, & non obedientiali: ſicut ſemẽ humanum eſt in potentia naturali ad hoc, vt homo inde gignatur, & hoc ex virtute ipſius ſeminis, & actione naturalium cauſarum: & non eſt in potentia obedientiali, quia non poterit gignere homo de ſemine ſuo capram, aut aſinum, aut ferrum, etiam ſi velit, ſed ſolùm hominem: ſicut poteſt carpentator ligno inducere quamcũque figuram voluerit p ſuam artem. Et ſicut materia artificum eſt eis in potentia obeditiua: ita Deo omnis materia eſt in potentia obeditiua. Nam licèt materia hominis non ſit in potentia obeditiua ipſi homini, vt gignat quidquid velit, eſt tamen in potentia obeditiua Dei, ſcilicet quòd poteſt de materia illa facere quidquid voluerit. Nam de ſemine humano poteſt gignere capram, & de ſemine caprino poteſt facere aurum, & hoc eſt propter infinitam potentiam, & continere totam virtutem naturę: nam nos non habemus in potentia obeditiua ſemẽ noſtrum, quia ſolùm potẽtia noſtra eſt ſecundum naturam. Et non ſolũ Deus habet iſta in potentia obeditiua, ſed in potentia naturali. Etiam quia Deus ſecundum quòd eſt agens ſuper naturam, omnia ei obediunt, & facit qualiter vult. Secundum tamen quòd eſt caput concatenatæ connexionis cauſarum ſunt ei omnia in potentia naturali, vt alijs cauſis agẽtibus exiſtentibus in eadem concatenatione. Iſtæ autem formæ ad quas materia eſt in potentia naturali, dicuntur educi de potentia materiæ; illæ autem ad quas materia eſt in potentia obedientiali dicuntur induci in potentiam materię: & eſt diuerſitas, qa educi de potentia materiæ idem eſt, quod quaſi exire ab ipſa materia, vel per virtutem materiæ: & cùm materia eſt in potentia naturali ad formam, ideſt, quia ſecũdum naturam ſuam, ſcilicet ſecundum virtutes receptas in materia ab agentibus ipſa determinatur ad illam formam, & non ad aliam, dicitur educi, quia non ponitur ab extra, ſed quaſi ab intra ab vtero ipſius materiæ educitur. Cùm autem materia non eſt in potẽtia naturali ad aliquam formam, ſed in potentia obeditiua, non dicitur educi forma de potentia materiæ, quia non educitur quaſi ab intra de virtute materiæ, ſed ille, qui habet materiam illam in potentia obeditiua, ponit eam in materia. Sic enim videtur artifex formam artificialem non extrahere de virtute materiæ, cùm ibi nõ ſit, nec ipſa ad aliquid tale determinata ſit, ſed imprimit eam ipſi materiæ artificiatæ: & Deus non educit animam de potentia materiæ, ſcilicet de corpore quaſi ſteterit in virtute corporis, quia non habebat corpus aliquam talem virtutem, vt anima poſſet de potentia eius educi, ſed dicuntur iſtæ formæ induci in potentiã materiæ, ideſt quòd materia poteſt recipere eas, & inducuntur ad extra in ipſam materiam, vt forma artificiati non de virtute ipſius rei artificiatæ educitur, ſed de virtute artificis. Nam ſicut illę formę educuntur de potentia materiæ, quæ determinantur ſic, vel ſic ex natura materiæ: ita illæ inducuntur ab artifice, quę determinantur eſſe tales, vel tales in ipſa materia ex virtute artificis: nam ex eo, quòd artifex habet habitum, per quem poſſit cauſare talem, aut talem figuram, dicitur ipſa figura eſſe de natura artificis, & virtute eius: ideo licèt in materia recipiatur, non educitur de potentia materiæ, ſed inducitur in potentiam materię, ideſt non exit de virtute materię, ſed ab alio ducitur in materiam, quaſi ab extra ducatur, & ponatur in materia: ſic eſt de anima rationali, quę non educitur de potentia materię, ideſt quòd non eſt in materia aliqua virtus, per quam poſſit cauſatis in eam diſpoſitionibus pullulare talis forma tantę perfectionis: ideo licèt materia poſſit eã recipere, tamen non poteſt de ea educi: ergo cùm anima primò eſt in corpore non dr̃ educta de potentia materię, ſed inducta in potentiam materię, ideſt ducta ab extra ſine conditione naturali in materiam potentem eam recipere. Notandum autem quòd ſiue forma inducatur in materiam, ſiue educatur ex potentia materię, ſemper materia eſt in potentia receptiua, ideſt quòd poteſt talem formam recipere, & per eam informari: ſed aliquando materia ſolùm poteſt recipere illam formam, ita quòd non repugnat ei recipere eam, tamen non eſt in ea aliqua virtus, per quam poſſit cauſari in ea talis forma, ſcilicet quòd ipſa materia determinetur ad illam formam concurrente ſuper eam actione naturalium cauſarum diſponentiũ & determinãtium, & iſto modo dicitur forma induci in potentiam materię, vt forma rotunditatis, aut quadraturæ, vel altera figura. Nam iſtam poteſt recipere ipſum lignum, vel lapis, non tamen educitur de potẽtia materię, quia non eſt aliqua virtus in materia, ſiue à ſe, ſiue cauſata ab agentibus naturalibus ſecundum quam determinetur ad rotunditatem magiſquàm ad quadraturam, imò nec ad aliquam figuram determinantur. Aliquando materia poteſt recipere formam, quia ei non repugnat, & prẽter hoc ab agẽtibus naturalib⁹ ſunt cauſatę in materia tales diſpoſitiones, ſecundum quas determinatur materia ad talem formam, & non aliquam alteram formam, ſicut ſemen equinum eſt quędam materia, quę eſt in via generationis, & poteſt ſuſcipere formam equi, ita quòd non repugnat ei: & non ſolùm habet hoc, ſed etiam in ſe habet diſpoſitiones cauſatas ab entibus naturaliter agentibus, ſecundum quas educi debet forma, ideſt ſecundum quas determinatur materia illa ad talem formam talis ſpeciei, & non ad aliquam aliam, & ſic forma equina educitur de potentia materiæ, & non inducitur. Sciendum autem quòd quęlibet pars materiæ ſignatæ, ideſt quælibet pars materiæ quamcunque nos aſſignauerimus, eſt in potentia ad quamcunque formam non corruptam, vel non exiſtentem in altero, vel pertinentem ad materiam eiuſdem conditionis, non tamen poteſt ſuſcipere eam ſub alijs diſpoſitionibus. Primò dicitur, quòd materia non eſt in potentia

De titulo iſtius quęſtionis infra q. 66.

Materia eſt in potẽtia naturali reſpectu quarundã formarum & eſt in potentia obediẽtiali reſpectu aliarum.

Quid ſit educi de potentia materiæ.

Quare formæ artificiales dicuntur induci in potentia materię.

Siue forma inducatur ĩ materia, ſiue educatur, ſemp materia eſt in potẽtia receptiua.

Qũo quęlibet pars materię ſignatæ ſit ĩ potẽtia ad quamcũq; formam.

tentia ad formam corruptam, quia deſiderium materiæ eſt deſiderium naturale, & deſiderium naturale nunquam eſt ad impoſſibile: habere autem formam corruptam eſt impoſſibile, quia quorum ſubſtantia ſemel perit, in idem numero redire non poſſunt, vt ait Ariſt. in 2. De generatione, & corruptione: ergo nulla materia eſt in potentia ad formam corruptam, vel appetit eam. Secundò materia non eſt in potentia ad formam iam genitam, quia forma iam genita, aut eſt in ipſa materia, quæ deſiderat, & tunc non poteſt eam deſiderare, vel eſſe in potentia ad illam, quia deſiderare eſt non habitorum: amor autem eſt præſentium quibus fruimur, vel delectamur in eis, & ſic materia habet in forma acquiſita appetitum, qui eſt complacentia, & nõ appetitum qui eſt deſiderium, & eodem modo non eſt in potentia, cùm ſit iam in actu eius, & actus ſiue paſſiuus, ſiue paſſio diſtinguitur contra potentiam, ideſt quòd ſiue ſit actuare, ſiue actuari non eſt eſſe in potentia: ſi autem forma ſit in alia materia, quàm in ea, quæ deſiderat eam: impoſſibile eſt, quòd deſideret per fundamentum, quod ante ponebamus, ſcilicet quòd deſiderium naturale nunquã eſt ad impoſſibile, ſed impoſſibile eſt, quòd aliqua materia habeat aliquam formam alteri materiæ inexiſtentem: ergo non deſiderat eam. Quòd ſit impoſſibile habere illam, patet, quia formę, quę inexiſtunt non poſſunt tranſire de materia in materiam, ſicut accidens non poteſt tranſire de ſubiecto in ſubiectum. Cùm autem res ipſa corrumpitur forma ẽt non eſt, vt cùm equus moritur, forma equi corrumpitur: ideo non poteſt adnenire alteri rei: nam forma, quæ educitur de potentia materiæ, eſt in potentia materię: ſed manifeſtum eſt, quòd illa forma, quæ realiter eſt in aliqua alia materia, quòd non eſt in potentia huius materiæ: nam tunc ſequitur, quòd aliqua res eſſet in duobus, ſcilicet in eo quod informat, & in eo quod eſt in potentia ad illam. Item quia forma, ad quam materia eſt in potentia, nõ eſt, ſed poteſt acquiri, vel generari: forma autem, quæ in alia re eſt, iam genita eſt, & acquiſita. Etiam non ſolùm non eſt vna pars materiæ in potentia ad formã, quæ eſt in alia parte materię, ſed nec eſt vna pars materiæ in potentia ad eandem formam numero, ad quam alia materia eſt in potẽtia, dato quòd illa forma adhuc in nulla materia genita ſit; vt ſi iſta pars materiæ aſſignata eſt in potentia ad vnam formam aſini: nam licèt quælibet alia pars materiæ ſit in potentia ad aliquam formam aſininam, tamen non eſt in potentia ad eandem formam aſininam numero, ad quam erat in potentia alia pars materiæ. Et patet, quia deſiderium naturæ eſt ad poſſibile; ideo materia quæ naturaliter deſiderat, non erit in potentia ad id, quod impoſſibile ſit eam habere, quia hoc includeret contradictionem: ſed impoſſibile eſt, quòd vna pars materiæ habeat illã formam numero, ad quam alia pars materię eſt in potentia, ergo non eſt in potentia ad eam. Antecedens patet, quia ſi aliqua materia eſt in potentia ad aliquam formam, poterit illa forma gigni in materia illa: ſi ergo duæ materiæ ſint in potentia ad eandem formam numero, neceſſe eſt, vt illa forma bis gignatur, ſed nõ poteſt aliquid bis gigni, niſi ſemel fuerit corruptum: ergo neceſſe eſſet tunc, quòd illa forma poſtquã corrupta eſſet, gigneretur, quod negat Ariſt. & ſatis rationabiliter in 2. De generatione, & corruptione, ſcilicet, quorum ſubiectũ totaliter ſemel perit, in idem numero redire non poſſunt, ſed forma ſubſtantialis, cùm ſit ſimplex, qũ perit tota perit, ita quòd nihil eius manet, ſicut cùm acquiritur, tota acquiritur, ergo poſt corruptionem non poterit redire. Etiam (quia ſicut dicebatur ſupra) materia non eſt in potentia ad formam corruptam. Tertiò dicebatur, quòd materia non eſt in potentia ad formas conuenientes materię alterius conditionis: vt materia horum inferiorum eſt ſubiecta tranſmutationibus, materia autem cęleſtium non eſt ſubiecta tranſmutationibus, ideo formæ conuenientes huic materiæ, quæ educuntur de potentia materiæ, neceſſe eſt, vt non ſint tales, quales ſunt formæ materiæ ſuperioris, cùm iſtæ ſint formæ eductę de cõditione materiæ tranſmutabilis, & per tranſmutationem: illę autem non eductę ſunt de potentia materię tranſmutabilis. Cùm autem forma educta de potentia materiæ conſequãt diſpoſitiones cauſatas in materia, & ſit de natura illarum, & diſpoſitiones cauſatæ in materia tranſmutabili per trãſmutationem differãt à diſpoſitione materiæ illius ſuperioris, quæ caret tranſmutatione, nec quidquam in ea acquiritur per tranſmutationem, ergo non poterunt tales formæ induci in iſtam materiam. Sic etiam ipſa corpora cœleſtia habentia diſpoſitiones ſine tranſmutatione, non ſunt in potentia ad habendum formas materiæ inferioris.

Materia non eſt in potẽtia ad formam q̃ genita eſt.

Materia vna nõ eſt in potẽtia ad formã alteri⁹ materię.

An vna materia poſſit eſſe in potentia ad formam alterius materiæ.

QVAESTIO. LX.

SED circa id quod dicebamus, ſcilicet quòd vna materia non ſit in potentia ad formam alterius materiæ. Obijciet aliquis, quòd poſſit materia vna eſſe in potentia, & appetere formam alterius materiæ, vt cùm eſt anima rationalis in ſorte, materia illa perficiẽt per illam formam, quę eſt forma partis, tamen alia materia, ſcilicet materia Platonis, vel materia lapidis erit in potentia ad illam animam, cùm illa poſſit informare materiam, quę eſt nunc ſub lapideitatis forma, & ſi poteſt informare, ergo materia poterit per eam informari, & ſi poteſt, eſt in potentia ad eam: nam non eſt hic id, quod in alijs formis ſubſtantialibus: nam alię nõ poſſunt tranſire de ſubiecto in ſubiectum, nec etiam anima, & quantum ad hoc eſt ſimilis omnibus alijs tã ſubſtantialibus, quàm accidentalibus; ſed cùm corrũpitur ſubiectum, corrumpuntur aliæ formę materiales, quia de conditione materię ſunt, & ſunt aliquid quo res eſt, & tamen ipſę non ſunt quod eſt: anima autem rationalis non corrumpitur corrupto compoſito, quia eſt ſpiritualis; ideo vno compoſito corrupto poterit informare aliam partem materię. Et iſta fuit poſitio multorum antiquorum, vt ipſius Pythagorę, ſicut recitat Ouidius 15. libro Metamor. dicit enim, quòd animę non pereunt cùm de corporibus exeunt, ſed in alia corpora tranſeunt, & aliquando in corpora bouum, aliquando hominum, aliquando caprarum, & ſic de cœteris rebus. Et dixit ſe fuiſſe olim quendam militem nomine Euphorbus in Bello Troiano, & mortuum à Menelao rege Spartarum: ſed poſtea p multa ieiunia cognouit ſe fuiſſe illum militem iam mortuum: & tamen dicebat, quòd quandocunque intrabat ſic anima in aliquod nouum corpus, obliuiſcebatur ſui, & omnium, quę egerat in priore corpore. Vnde ob hoc prohibebat comedi carnes, & cùm ſummo ſtudio incitabat ad hoc omnes homines, & ad frugum, & fructuum cibum transferebat: de quo Ouidius ſic inquit.

Opinio Pythagorę de animarum circulatione.

Quia Pythagore prohibuit carniũ comeſtionẽ.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, ſunt fruges, ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſua, tumidæ & in vitibus vuæ.

De admonitione autem, vt non timerent mortem, & tranſitu animarum per corpora ſic ſubiungit ex auctoritate eiuſdem Pythagorę.

O genus

O genus attonitum gelidæ formidine mortis.
Quid styga, quid vmbras, quid numina vana timetis?
Materiem vatum, & falsa pericula mundi.
Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, nouis habitant domibus: manentque receptæ.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore Belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso hasta minoris Atridæ.

Istam opinionem tenuit Ouidius Poeta: vnde dixit se habuisse animam Homeri, qui fuit valde magnus Poeta, & inter Græcos potissimus: hanc enim dixit esse eandem, quæ ante fuerat anima Pythagorę, & deriuauit eam per quinque succedentes inuicem in illa anima: nam primò dixit illam animã fuisse Euphorbi secundum quòd testabatur ipse Pythagoras huius opinionis caput, & postea fuit in Pythagora, non quidem quòd in Pythagora fuisset immediatè post mortem Euphorbi, quia multo tempore post Bellum Troianũ natus fuit Pythagoras: deinde ista anima fuit in quodam Poeta, qui dicebatur Homerus, de quo non intellexerat Pythagoras: sed dixit hoc Poeta Ouidius, & & iste Homerus habuit illam animam secundo loco: deinde tertio loco fuit hæc anima in quodam Pauone, & post quarto loco fuit in Pythagora, & post in Ennio Poeta, vt quidam volunt computare. Sed melius computatur aliter, vt patebit ex intentione Persei reprehendentis, scilicet quòd computentur quinque successiones. Et primò dicitur fuisse ista anima in Homero Poeta, qui vocatur Męonius, siue Męonides, & hoc non curando de Euphorbo milite, quem expressit Pythagoras: secundò fuit in quodam cygno: tertiò fuit in Pythagora: quartò fuit in quodam Pauone: quintò in ipso Ennio dormiente in monte Parnaso inter Musas. Sed Perseus Satyricus sequens rerum veritatem arguit ipsum Ennium dicentem, sic se habuisse animam Homeri, & ob hoc accepisse scientiam eius Poeticam, de quo in sexta Satyra, sic dicit.

Cor iubet hoc Ennij, postquàm destertuit esse
Męonides quintus Pauone ex Pytagoreo.

Et in hoc exprimit ipse ordinem, quem supra dicebamus, scilicet quòd Ouidius in quinto loco ab ipso Homero qui Męonius dicebatur, cùm dicitur.

Mæonides quintus.

Etiam notatur quòd ipse Ennius habuerit animam illam per mortem cuiusdam Pauonis, qui eam habuit in quarto loco, cùm dicitur.

Pauone ex Pythagoreo.

Idest quòd ipse Ennius factus fuit quintus ab Homero suscipiendo animam eius ex Pauone, idest post mortem cuiusdam Pauonis, in quo erat ista anima. Et notatur etiam quòd ista anima fuerit tertio loco in Pythagora, cùm dicitur.

Pauone ex Pythagoreo.

Idest quòd ipse Pauo erat Pythagoreus, quia susceperat animam à Pythagora mortuo eo: & sic in isto versiculo notantur quatuor gradus, in quibus fuit ista anima, scilicet quintus, quartus, tertius, primus, & de secundo subticetur, qui fuit intermedius, & iste fuit quidam cygnus, in quo fuit immediatè post ipsum Homerum. Ad hoc quæsitum respondetur, ꝙ illud dictum superius, scilicet quòd materia vna, non est in potentia ad illam formam numero, ad quam est altera in potentia, licèt applicetur ad omnes formas: magis tamen tenet in formis, quæ sunt in potentia materiæ: ita quòd educantur de potentia materiæ, & non inducantur in potentiã materiæ: nam quando aliqua materia est in potentia ad aliquam formam educibilem de potentia eius, magis determinat eam sibi, quã quando non est materia talis de cuius potentia educatur ipsa forma, quam debet habere: vtroque tamen modo verum est. Forma namque, quę est in potentia materiæ, & educibilis de potẽtia materię, propter duo non potest esse in potentia alterius materiæ. Primò, quia cùm hæc forma sit in potentia huius materiæ, non potest esse in potentia illius, quia nulla res eadem numero naturaliter est in duobus. Secunda ratio est, quia postquam vna res habet illam formam, non potest ad alteram rem venire, nisi corrumpatur, & iterũ gignatur: hoc autem impossibile est, quia quæ semel totaliter pereunt, in idem numero redire nõ possunt, vt supra dictum est: sed ad hoc, quòd esset in alia causa, quæ esset in potentia ad illam formam, necesse erat formam iterum gigni. Quando autem sunt formæ, quæ non educuntur de potentia materiæ, vt animę rationales, & formæ artificiatæ, & similia, solùm est vna ratio, scilicet secunda: quia ad hoc, quòd essent duæ partes materiæ in potentia ad illam formam, oportebat corrumpi, & gigni iterum. Prima autem ratio ibi non est, quia cùm non sit illa forma in potentia materiæ, non determinat sibi illam ista materia, vel illa, sicut in alijs, quæ educuntur de potentia materiæ. Sed adhuc circa hoc distinguendum est, quia sunt quædã formæ inducibiles in potentiam materiæ, quę sunt corruptibiles, sicut sunt formę artificiatę: alię autem sunt inducibiles in potentiam materiæ, quę non sunt corruptibiles, sicut animę rationales. De primis datur vna conclusio, quòd impossibile est vnam materiã artificialem esse in potentia susceptiua ad formam artificialem, cuius est altera materia artificiabilis in potentia susceptiua: prima ratio est, quia si aliqua materia est in potentia ad aliquam formam, poterit illam aliquando recipere, & quando receperit, necesse est, vt gignatur in illa. Si ergo alia materia artificialis esset susceptiua huius figurę in numero, necesse esset, vt illa posset gigni, & quando reduceretur ad actum, scilicet vt actualiter reciperet, necesse esset, vt actualiter gigneretur illa forma in alia materia: cùm ergo aliqd bis gignitur, necesse est, vt semel corruptum fuerit, qa quod est non gignitur, & sic illa forma artificialis deberet corrumpi, & postea gigni, quod est impossibile, quia quorum substantia semel perit, in idem numero redire non possunt. Vel si fortè dicas, quòd non gignatur iterum de vno subiecto in alterum sine corruptione sua: sed hoc impossibile est, quia nulla forma accidentalis est potens migrare: corrumpi quidem possunt, migrare autem minime. Item non potest vna materia esse susceptiua eiusdem figurę numero, cuius est altera, quia tunc eadem figura numero, quę nunc stabat in vna materia, poterat esse in altera: hoc autem impossibile est, quia ipsę figurę indiuiduales, quę sunt realiter existẽtes, accipiunt esse à substantijs: ideo cùm in alio subiecto essent, haberent aliud esse, & necessariò perderent esse quod recipiebant ab illo subiecto, & sic implicat cõtradictionem eandem esse figuram, quę esset in vno subiecto, & quę esset postea in altero. Et patet hoc per indiuidua substantialia. Principium namque differendi in speciebus est forma, vel in generibus: principium autem differendi in indiuiduis est materia signata. Et patet, quia licèt homo habeat corpus, & asinus, & sic de alijs speciebus, sunt tamen diuersa corpora, & nunc differunt per ipsa corpora, sicut est modus differendi disparatorum, scilicet quòd vnum non est alterum, tamen principiũ differendi asino, & homini nõ fuit materia sed forma.

Et

Forma, q̃ ẽ educibilis est de vna potentia materiæ, non est in potẽtia alterius materiæ.

Impossibile est materiam artificialẽ esse ĩ potẽtia ad formã ad q̃ est ĩ potentia alia materia artificialis.

Principiũ differẽdi ĩ generationib⁹ & speciebꝰ ẽ forma, in indiuiduis autem materia signata.

Respõs. ad argum.

Et patet sic, quia non ideo damus nos distinctos esse hominem & asinum, quia materia hominis & asini sunt distinctæ, sed ideo distinguuntur duæ materiæ, quia homo & asinus sunt distincti. Et patet magis clarè, scilicet si nos velimus facere hominem & asinũ, nunquid poterit esse in eadem materia numero? Manifestum est, ꝙ non: sed semper oportebit facere duas partes materię numero: sed non è contrario, scilicet quòd si sunt duæ partes materię numero distinctæ, ꝙ oporteat necessariò hominem, & asinum gigni. Vel vt dicatur loquendo vniuersalius quomodocunq; ꝙducuntur res diuersarum spẽtierum, nunquid oportet dare partes materiæ distinctas numero? Manifestum est, quòd sic: sed si dantur partes materiæ distinctæ numero, non propter hoc sequetur, quòd gignatur res diuersarum specierum: nam possunt gigni res eiusdem speciei existente distinctione duarum partiũ materiæ, & sic patet, quòd naturæ non differunt per materiam, sed per formam: ita quòd forma, siue quidditas est principium differendi inter res diuersarum specierum, & non materia. In indiuiduis autem eiusdem speciei aliter oportet assumere differẽtiam: nam non differunt per formam, sed per materiam signatã, idest per hęceitatem conditionis materiæ, vt Sortes, & Plato, qui in eadem specie sunt, non differunt p formam. Et si dicas, imò videtur, quòd indiuidua eiusdem speciei differunt per formam substantialem, quia sicut homo iste, & ille asinus differũt per formas suas specificas, ita Sortes, & Plato differunt per formas suas numerales, quia habent duas animas, & istæ duæ animæ faciunt eos duos, & est impossibile istas duas animas in vna re non distincta numero esse. Respondetur, ꝙ hic non respicitur ad id, per quod res differunt, quando sunt actualiter: nam tunc per omnia, quæ habent, differunt: scilicet si sint duo homines, vel duo equi, nihil est in vno equo, per quod non differat ab alio equo: nam siue albedo, siue nigredo, siue quodlibet alterum accidens in alterutro eorum existens eos differre facit, cùm impossibile sit aliqua duo, quæ in ambobus sunt, esse idem, & isto modo differunt duo equi per albedinem, quæ est in eis, quia impossibile est albedinem, quæ in vtroque est esse eandem numero, & differunt per quaslibet partes corporis hoc modo: ideo quantum ad hoc nõ est specialius, quòd duo homines differant per duas animas, quàm quòd differãt per duos pedes, quia duo pedes vnius non sunt duo pedes alterius. Hic autem dicimus non de eo, quod facit res iam existentes differre, sed de eo, quod est principium differendi, scilicet quod fecit, vt res diuersę nascerentur, & sic cùm Sortes, & Plato sint duo homines, differunt: si autem ambo essent vnus homo, non differrent. Queritur ergo quid fuit principiũ faciens, vt essent duo homines. Respondetur, quòd istud principiũ necessariò debet poni materia signata, idest materia cum conditionibus suis, & quantitate: nam non ideo duæ partes materiales segregatæ sunt, quia duæ animæ Sortis & Platonis hoc requirebãt: sed ideo duę animæ creatæ sunt, quia duæ partes materiæ segregatæ erant, quibus non poterat vna forma induci. Sic ẽt quare iste asinus, & ille asinus habẽt formas distinctas numerales, ratio est, quia semen, quod erat pars materialis, ex qua fuit factus iste asinus, & semẽ ex quo fuit factus alius asinus, erant distincta, & si totum hoc semen, ex quo iste asinus factus est, & ex quo alius, fuisset vnum, & decisum ab eodem asino, simul in matricem fœmellę, natus fuisset solùm vnus asinus: cùm ergo existentibus duabus partibus seminis, vel duabus partibus cuiuscunque materię, necesse est duas animas induci, vel duas alias quaslibet formas, & si sit tota vna materia, impossibile est duas animas, vel duas quascũque formas inform are illam, ergo principium differẽdi in rebus eiusdem speciei est materia signata, scilicet cum quantitate, & alijs conditionibus: sicut ergo est in substantijs tam speciebus, quàm indiuiduis, ita est in accidẽtibus tam speciebus, quàm indiuiduis. Nam duo indiuidua accidentis diuersarum specierum differunt ex forma, idest ex quidditate, vel natura speciei, vel generis, dato quòd non differant per subiectum, vt patet, quia albedo ista particularis, vel figura non differunt primò ex natura subiecti, licèt sint in diuersis substantijs, quia dato quòd sint in eodem subiecto, differunt: vt ista albedo, & ista figura, quæ sunt indiuidua accidentium diuersarum specierum, erunt distincta, & nunquam erit idem numero, vel idem realiter ista albedo, & ista figura, & tamen sunt in eodem subiecto adęquato: si tamen differrent ex natura subiecti, cùm subiectum sit vnum, & idem, essent ista albedo, & ista figura idem numero, & re: falsum tamen est, quia quomodocunque ponantur, semper erunt duo, & necessariò different. Accidentia autem eiusdem speciei, & solo numero differentia habent principium differendi à distinctione sola subiectorum: nam idem est subiectum in accidentibus eiusdem speciei, quod materia in indiuiduis substantialibus eiusdem speciei, & sicut materia signata est principium differendi in indiuiduis substantialibus eiusdem speciei: ita subiectum est principium differendi in indiuiduis accidentalibus eiusdem speciei. Nam si duo albedines sunt in duobus subiectis, illę ideo sunt duæ, quia sunt in duobus subiectis, & si vnum subiectum esset, necesse esset vnã solam albedinem esse: & si sunt duo subiecta, & debẽt informari albedine, necesse est, vt duæ albedines sint: vnam namq; albedinem informare duo subiecta impossibile est: in accidentibus tamẽ diuersarum specierum, licèt subiectum sit vnum, siue multa, necesse est differre ipsa indiuidualia accidentis: non agit ergo subiectum ad differentiam diuersarum specierum, & tamen subiectum est tota ratio differendi inter indiuidua accidentalia eiusdem speciei. Et ob hoc communiter dicitur, quòd impossibile est in eodem subiecto numero duo indiuidua accidentis eiusdem speciei existere, & hoc siue subiectum sit spirituale, siue corporale. De spirituali, vt in anima vna numero impossibile est existere duos habitus grammaticæ, sed vnum solùm: in diuersis tamen animabus sunt diuersi habitus grammaticæ eiusdem speciei. Si tamen indiuidua eiusdem speciei ex seipsis haberent aliquod principium differendi, possent esse duo indiuidua eiusdem habitus grammatici, vel duo indiuidua habitus Dialectici in eadem anima, sicut possunt existere duo indiuidua diuersorum habituum, scilicet vnus habitus grammaticus, & vnus habitus Geometricus, & sic de cœteris: nam isti non differunt ex subiecto, quia dato quòd nullæ sint in eodem subiecto adęquato sunt, scilicet in intellectu. Ex his patet quòd dicebamus, scilicet quòd impossibile est duas materias artificiabiles esse susceptiuas eiusdem figurę numero: nam includit contradictionem. Quod patet, quia cùm accidentia solo numero differẽtia accipiant totam rationem differendi ex subiectis, si aliqua figura indiuidualis vnius speciei est in aliqua materia, recipit ab illa materia indiuiduationem, scilicet quòd sit ista figura: triangulus enim recipit, quòd sit iste triangulus, ab isto subiecto, in quo est. Dicendo autem, quòd duæ materiæ possunt recipere, vel sunt susceptiuę eiusdem figuræ numero, est formaliter dicere duas indiuiduationes, vel duarum indiuiduationum totalia principia: duæ autẽ indiuiduationes sine duobus indiuiduis non sunt: ergo dicendo vnam figuram esse susceptibilem à duobus subiectis, vel duo subiecta esse susceptiua eiusdem

figuræ

Obiectio.

Solutio.

Quod est principium faciẽs esse duos homines.

Accidẽtia solo numero differẽtia per subiecta differunt.

figuræ est dicere vnam figuram numero esse duas figuras numero, quod implicat contradictionem, & sic vera est conclusio, quòd impossibile est in formis per artem inducibilibus in potentiam materiæ duas materias artificiabiles esse in potentia ad eandem figuram numero. Aliæ erant formæ, quæ non educuntur de potentia materiæ, sed inducuntur in potentiam materiæ, & sunt incorruptibiles, sicut sunt animę, quę inducuntur in potentiam materię, & non educuntur de potentia eius, cùm non sit aliqua virtus in materia secundum quam educeretur anima per generationem ad esse, sed inducitur ab extra. In his autem minus adhuc existit dictum illud primum, quàm in omnibus alijs formis, siue quæ educuntur de potentia materiæ, siue quæ inducuntur. Erat autem dictum, quòd non erat vna materia in potentia ad illam formam numero, ad quam alia materia erat in potentia: nam hic cessant causæ assignatę in prioribus: prima, scilicet, quòd duæ materiæ non sunt in potentia ad eandem formam, qa tunc vtraque determinata esset ad illam formam, & illa forma esset in vtraque in potentia, cùm sit de vtraq; educibilis, sed vnum numero nunquam est in diuersis, ergo non sunt illæ duæ materię in potentia ad illam formam. Hic autem non habet locum, quia anima non est educibilis de potentia materiæ; ideo nõ determinat eam sibi ista materia, vel illa secũdum virtutem suam. Cessat etiam secunda ratio, quę non cessabat in alijs formis inducibilibus in potentiam materiæ: nam aliæ formæ, siue educibiles de potentia materiæ, siue inducibiles in ea sunt corruptibiles, & quia imprimũtur subiecta per generationem, necesse erat si forma eadem duobus subiectis imprimi deberet, q̃ bis generaretur, scilicet semel in quolibet: bis tamen generari præsupponit semel corrumpi, & post corruptionem ad esse redire, quod impossibile est, qa quorum substãtia semel perit, in idem numero redire non possunt: in anima autem non est idem: nam anima non gignitur, sed compositum est, quod gignitur, cũ anima non fiat præsupposita materia. Aliæ autem formæ fiunt præsupposita materia, & istæ gignuntur, & ibi gignitur vtrumque, scilicet forma, & compositum, licèt forma tamque terminus, & compositum p complementum resultantiæ. Ideo non diceremus, quòd anima gigneretur bis, dato quòd duo corpora, vel multa essent in potentia ad eandem formam, quę est anima: nam nec etiam semel gignitur. Etiam non est ibi inconueniens, scilicet quòd corruptum redeat in idem numero: nam anima non perit per mortem hominis, ideo siue reuertatur ad idem corpus, siue ad alterum, non sequetur hoc inconueniens.

Aia rationalis nõ gignitur, sed cõpositũ gignitur.

Quid loquantur Phylosophi, & catholici de animæ immortalitate, & resurrectione, & qualiter catholici defendere debent resurrectionem esse possibilem.

QVAESTIO. LXI.

CIRCA hoc sciendum, quòd aliter loquerentur nos catholici, aliter loqueretur Aristoteles, & Phylosophi: nam Aristoteles, & cęteri, licèt cõcedant animas post mortem carnis viuere, cùm omnes Phylosophi, qui aliquid intellexerunt, maximè post tempus Socratis, eas immortales dixerunt: fuit namq; (vt memoriæ nostræ traditum est) Socrates primus inter Phylosophos Grecorum, qui animas asseruit immortales: ante eum namque rara, aut nulla Phylosophia fuit: post eum verò, qui Aristotelis, atque Platonis, & aliorum coętaneorum magister, fuit omnes animam esse incorruptibilem tenuerunt, sed quòd anima post mortem reuniri possit corpori alicui formaliter impossibile crediderunt. Ideo quando Paulus prædicabat corã Phylosophis Athenienslb. de idebant eum vocantes seminiuerbium, quia resurrectionem corporum prædicaret, vt patet Act. 17. capit. quia ipsi nullo modo hoc cõcipere poterant: nos autem resurrectionem ex fide tenemus, ideo post mortẽ dicimus adhuc animam corpori reuniendam. Phylosophi ergo, qui impossibilem tenebant esse resurrectionem, non concederent animam eandem posse duo corpora informare: nam desiderium naturæ non est ad impossibile, sed impossibile putabant esse resurgere, ergo non erat materia in potentia ad illam formam, quia tunc appeteret impossibile, & cùm difficilius sit animam, q̃ fuit in vno corpore, quod iam cadauer est, in aliud corpus informandum migrare, quàm redire in corpus suum, quia est maior differentia inter animam & aliud corpus, quàm ad corpus, quod reliquit: sed impossibile putant redire in corpus, quod reliquit, quia tunc concederent possibilem resurrectionem, imò aliquam factam fuisse, & fieri, quia de tot, quæ sunt in potẽtia aliquod reduceretur in actũ, ergo non concedent, quòd duæ partes materiales sint in potentia susceptiua ad vnam animam, idest quòd vtraq; pars materialis possit eam recipere. Circa hoc autem considerandum quid diceret veritas catholica, & recta ratio Phylosophyca: nam istos, qui Phylosophi nominantur, vt Aristoteles, & cœteri, non simpliciter Phylosophos nominamus, cùm nõ fuerint, quia errauerunt in proprietatibus concatenatarum causarum naturalium, scilicet in conditione primæ causæ, à qua deriuatur tota virtus naturæ; ideo licèt isti dicant aliquid asserendo, vel negando, non debemus dicere, hoc est secundum Phylosophiam, sed secũdum Phylosophos quosdam errantes. Phylosophiam autem falsum nullum asserit, nec verum aliquod negat, licèt nõ omnia vera cognoscat, de quo longiorem tractationem fecimus super Prologum primum positum in principio totius Biblię, quæ vocatur Epistola ad Paulinum. Dicendũ ergo circa hoc, quòd nulla duo corpora, vel nullæ duę partes materiæ sunt susceptiuę eiusdem animæ rationalis, vel sunt in potentia ad eas: pro quo reducendum est ad memoriam, quod supra dicebam⁹ de principio differẽdi indiuiduorum eiusdem speciei, scilicet quòd differunt per materiã. Nam non ideo Sortes, & Plato sunt duo homines, quia duas habent animas: nam nõ est ista prima ratio differendi: sed ideo sunt duo, quia partes materiæ eorum sunt duæ. Et patet, nam non fuissent duæ animæ, nisi fuissent duæ partes materiæ segregatæ: si autem fuisset tota vna materia, non factæ fuissent duæ animæ, cùm duæ animæ non possunt informare eandem materiam. Et si duæ partes materię essent, necesse esset esse duas animas, quia vna anima non potest informare duas partes materię segregatas. Ergo cùm Deus multas animas creat, ideo facit eas differẽtes, quia differunt partes materiales, quas informare debent, & nisi essent illę partes materiales, non factæ fuissent illę animæ. Cùm ergo anima recipiat, quòd sit distincta numero ab alia anima per vnibilitatem ad hanc signatam materiam, idest materiam quãtam, & figuratam, & qualificatam, cùm istam vnibilitatem non habeant duæ materiæ, ergo non esset in potentia susceptibili à duabus partibus materiæ, vel duæ partes materiæ non sunt susceptiuæ illius, & includit contradictionem. Nam si ideo anima recipit, quòd sit vna per vnibilitatem ad istam materiam signatam, idest propter hoc est vna, quia est vnibilis huic materiæ signatę, & non solùm propter hoc est vna, sed etiã propter hoc est ens: nam non communicaretur ei esse, nisi esset ista pars materialis signata informanda.

Socrates primus inter Phylosophos asfuerit animã esse immortalem.

Phylosophi nõ cõcedũt duo corpora esse in potẽtia ad eandẽ animã, qa tunc sequeret resurrectio, q̃ negant.

Aristot. & alij Phylosophi non debent dici Phylosophi simpliciter.

Quæ sit materia signata.

Includit contradictionem duas partes materię esse in potẽtia ad eãdẽ animã.

Si autem dicamus, quòd duæ materiæ sunt in potentia ad eandem animam, diceremus necessariò, quòd vtrique posset vniri formaliter, aliàs desiderium naturæ esset ad impossibile: si autem vtrique posset vniri: ergo haberet vnibilitatem ad vtramque. Et tunc hoc dato sequitur formaliter, quòd vna anima sint duæ animæ, scilicet quia ista anima, ideo est vna, & ideo accepit esse, vt vniretur isti parti materiæ: sicut ergo ab vnibilitate ad vnam partem materiæ, anima est vna, & suscipit indiuiduationem, ita ab vnibilitatibus duabus, scilicet ad duas partes materiæ recipiet anima duas indiuiduationes, ergo erit duo indiuidua, & duæ animæ: quia si solùm vnibilitas ad vnam partem materiæ causat vnitatem, ergo vnibilitas ad duas partes materiæ causat dualitatem. Includit ergo contradictionem duas partes materiæ esse in potentia ad eandem animam: quia hoc esset dicere vnam animã esse duas animas. Non tamen includit contradictionem aliquam idem corpus habere potentiam ad animam, quæ stetit in eo, & iam, corrupto composito, separata est: nam ipsa forma non est corrupta, sicut alię formę inducibiles in potentiam materię corrumpuntur, vel educibiles de potentia materiæ. Etiam non sequitur inconueniens, scilicet quòd vna anima sit duæ animæ: nam ista anima accepit indiuiduationem per vnibilitatem ad istam materiam signatam, quòd ergo iterum informet materiam signatam, non augetur, vel multiplicatur vnibilitas, cùm maneant ijdem termini vnibilitatis, si eadem materia numero sit, & eadem forma numero. Si autem multiplicarentur hic vnibilitates (quod fit mutato altero terminorum istius relationis) necessariò mutaretur vnitas animæ, & indiuiduatio, cùm ab vnitate materiæ signatæ suscipit indiuiduationem.

Qualiter catholici defendere debent resurrectionem esse possibilem.

QVAESTIO. LXII.

ET per istum modum defendere debent catholici resurrectionem corporum, quam Christus annunciauit iuxta doctrinam Beati Petri prima Cano. cap. 3. scilicet: Parati estote reddere rationem omni poscenti de ea fide, quæ in vobis est. idest quòd fideles Prelati, qui literati debent esse, & habere fidelem sermonem, & potentes esse exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere, vt patet 2. ad Timoth. 1. cap. debent esse taliter dispositi, vt potentes sint reddere rationem, scilicet defensiuam de fide sua, idest de omnibus, quæ credunt, & quæ sperant, & non coguntur reddere rationem demostratiuam, scilicet quòd quidam credibilium articulorum non habent causas, cùm ipsa res credita sit primum ens, scilicet Deum esse trinum & vnum, & quæ non habent causas demonstrari non possunt, quia demonstratio est syllogismus faciens scire, & est semper per priora, quæ sunt causæ rei, & inquantum sunt causę, & non sophystico modo, quod est secundum accidẽs, vt patet in primo Posteriorum: ergo non coguntur aliqui de Christianis, etiam peritissimi, demonstrare ista, cùm formaliter repugnat ea demonstrari, quia non habent causas, quæ sunt medium demonstrationis: quædam autem credibilia sunt, quorum causa solum est ipsa voluntas, vt quòd Deus creauerit mundum, & quòd filius Dei carnem assumpserit, & moriendo nos redemit, & sic de cœteris. Voluntatis autem illius non potest dari aliqua causa necessaria, ita quòd vrgeret ad faciendum hoc, & nullo modo possit velle, aut facere contrarium: ideo eodem modo non possunt ista demonstrari, quia repugnat liberè fieri, quæ cogente causa efficiuntur: in nullo ergo generaliter articulo fidei demonstratio dari potest, licèt ad quædam fit persuasio, quæ est per quædam signa, & posteriora: omnia tamen ista tenentur defendere catholici, qui dignitatibus præsunt, vt declarat Apostolus 1. ad Timoth. 1. capit. in auctoritate supra allegata dando rationem, quomodo ista non sint inconuenientia. Et hoc non est difficile: nam licèt ista demonstrare (cùm causas non habent) impossibile sit: tamen defendere ea, quia vera sunt, non est valde difficile: vero namque omnia consonant existentia, idest omnia vera, vt ait Aristoteles in primo Ethycorum. Cùm ergo ista vera sint, impossibile est, vt aliqua veritas, siue Phylosophica, siue Mathematica, vel qualiscunque eis repugnet: ideo quantuncunque aliquis arguat contra articulos fidei, impossibile est eum vera concludere, cùm verum non contradicat vero. Et si aliquando videantur hęretici fortiter arguere, vel concludere, erit hoc ex defectu intellectus nostri, vel quia ipsi falsa præsupponunt, quę nos non perpendimus, aut malè inferunt, quod non intelligimus: scienti tamen nihil difficile est respondere omnibus infidelium, aut hęreticorum argumentis: facta autem ista distinctione, quæ ponebatur supra, scilicet aut de inclinatione, vel vnibilitate animæ ad corpus, in quo fuit, aut ad corpus, in quo nunquam fuit: patet euidenter non includere aliquod inconueniens esse resurrectionem. Sed nec circa hoc aliquis turbetur, quia licèt anima indiuiduetur per materiam signatam secundum quòd illi est vnibilis: tamen separata anima à corpore, non tollitur illa indiuiduatio, cùm anima sit immortalis, & non perdit esse, quod semel acquisiuit: nam corpus, vel pars materiæ fuit principium distinctiuum, vt illa anima esset vna, & hoc fuit finaliter, & aliquo modo effectiuè, idest quòd Deus istam animam fecit esse istam, quia fecit eam in ista materia. Ex eo enim, quòd Deus fecit eam, accepit esse animam, & ab eodem accepit, quòd esset vna anima distincta ab alia anima: sed hoc non accepit ab eo absolutè, sed ab eo faciente eam huic materiæ vnitam, & si fecisset eam non vniendam materię, non potuisset distincta esse ab alia anima in numero, sed à quocunque distingueretur in specie ad minus distingueretur, quia solam essentiam suam haberet, quæ est simplex. Et quia distinctio illa esset per solam essentiam, necesse esset, vt esset essentialis distinctio, quia per essentiam nulla alia, quàm essentialis fieri potest, & ista ad minus est distinctio in specie: ideo differret illa anima creata à Deo, & non vnita, nec vnibilis corpori à qualibet alia re, quantuncunque conueniret cum ipsa ad minus in specie. Et sic dicimus de omnibus intelligentijs, siue angelis, quòd duo angeli non sunt in eadem specie, quod satis clare probari posset, sed ad præsens non intendo.

In nullo articulo fidei demostratio dari potest.

Quamuis aliqs contra fidẽ fortiẽ arguat: nihil tamẽ concludẽ potest.

Quãdã articuli fidei non habẽt causam.

Quũ aia à corpore separata ẽ distincta numero, & à quo tale eẽ accepit.

Quia est impossibile animas à principio omnes simul fuisse creatas.

QVAESTIO. LXIII.

EX quo sequitur illos dicere impossibile, qui dicũt omnes animas à principio simul creatas, & postea per tempus infundi corporibus à Deo; nam tunc necesse esset eas differre in specie, cùm non haberẽt materiam signatam per vnibilitatẽ, ad quam indiuiduarentur: hoc autem impossibile est, quia si animę essẽt diuersarum specierum, cùm dent esse corpori, & dent

eo modo,quo ſunt, facerent ipſa compoſita reſultantia eſſe ad inuicem diſtincta in ſpecie, ſicut forma aſini, & forma capræ, quia ſunt diuerſarum ſpecierum, faciunt, ꝙ aſinus, & capra ſint diuerſarum ſpecierum. Et non ſolùm non potuerunt à principio eſſe creatæ omnes animæ, ſed etiam nec vna eſſe potuit quouſq; homo formaretur,quia cùm anima non contineat rationem perfectam ſpeciei,non poterat fieri, niſi in eo cuius pars eſt,vel verius in eo quod actuando complet totam eſſentiam ſpeciei:quia omne,quod eſt, cōpletè eſt:vel daretur, quòd vna anima crearetur, & illa non eſſet vnibilis corpori tanquam partes naturæ, ſed contineret in ſe totam rationem ſpeciei,ſicut angelus quilibet,qui continet totam naturam, ideo non eſt vnibilis formaliter alicui corpori,ſicut anima,& ob hoc poteſt per ſe creari: anima autem licèt non recipiat eſſe à corpore, ſed potius det eſſe corpori, tamen non poteſt recipere eſſe ſuum perfectum, niſi in corpore, cū ſit pars,& partes non dicuntur partes, niſi in toto: angelus autem non eſt pars alicuius ſpeciei, ſed continēs totam ſpeciem, ergo poteſt creari non exiſtente aliquo alio:quia tamen anima non eſt de natura materię rerum corruptibilium, ſed aliquid ſpirituale, ſed ſine corpore eſſe accipere non poteſt: eſſe tamen acceptū ſine corpore conſeruat, & erit poſtea diſtincta numero ab omnibus alijs animabus, quia illam indiuiduationem ſemel accepit per vnibilitatem ad materiam ſignatam.

Quamuis aīa nō recipiat eſſe à corpore, tñ nō pōt creari, niſi corpore.

An anima ſeparata poſſit informare aliud corpus poſtquam receſſerit à primo, & an poſſint animæ migrare de corpore in corpus, vt Phyloſophi multi dixerunt.

QVAESTIO. LXIIII.

SED quæres nunquid anima ſeparata à corpore poſſit poſtea informare aliud corpus. Dicet fortè aliquis,quòd ſic,quia Deus,qui fecit eam,poterit eam ponere in alio corpore,& informabit illud. Reſpondendum videt, quòd anima vnius corporis nullo modo poſſit informare alterum corpus poſtquam receſſerit à primo corpore:nam licèt Deus vnam animam exutam corpore ponere poſſit in quocunque loco voluerit diffinitiuè, ſicut angelus diffinitur loco ſuo, vt declaratum ſupra tertio, & vigeſimo capitulo: tamen non poteſt facere, quòd vniatur formaliter cuilibet rei, ſicut impoſſibile eſt, quòd angelus informet aliquod corpus: nam licèt angelus ſpiritus ſit, & ſimplex, ſicut anima noſtra, quia tamen continet totam ſpeciem ſuę rationis,& eſſentiam,non poteſt vniri formaliter alicui rei, vt det ei eſſe, licèt poſſit ei vniri, vt motor mobili, mouendo rem illam per applicationē virtutis ſuæ. Dare autem eſſe formaliter,(quod eſt dare virtutem per intrinſecum,) non eſt pertinens ad id, quod totaliter eſt eſſe in actu, quemadmodum eſt angelus: nam entia, quæ ſunt in actu, licèt poſſint deriuare actionem, non tamen poſſunt deriuare eſſe, quia hoc formæ ſoli conuenit, quæ non eſt ens perfectum, ſed eſt perfectio alterius. Ita ergo anima alicui corpori eſſe dare non poterit, quia illud corpus eſt tale, quod non habet armonias conuenientes ad hoc, quòd anima ei vniri poſſit, & virtutem atque eſſe ſuū communicare. Poterit tamen illi rei applicari localiter, vel ſecundum virtutem motiuam, vt quòd aliqua anima ponatur in aliquo lapide, ſicut animæ, quæ ſunt obligatæ igni infernali, & illa quam Gregorius reperit in gelu cruciamina patientem. Et de hoc nullus dubitat, ſed omnes conformiter aſſerunt impoſſibile eſſe animam noſtram dare eſſe formali-

Dare eſſe formaliter qđ ē dare eē ſm virtuté p itriſecū nō cōueniteiqđ ē totaliter ens i actu.

F ter alicui lapidi, etiam ſi perdat formam ſubſtantialem lapidis. Si tamen manſerit in illa duricie, & denſitate, atque frigiditate, quam tenebat dum eſſet lapis, quia iſtæ diſpoſitiones repugnant animæ requirenti certam armoniam. Sicut ergo anima noſtra non poteſt informare alia corpora, quàm humana, eo quòd reperit ibi ſuam armoniam: & in alijs, ſecundum quòd ſic manent, impoſſibile eſt reperiri: ideo illa non informat: ita, quia illa diſpoſitio, ſecundum quam anima vnibilis eſt corpori, non reperietur in alio corpore, niſi in illo cuius eſt: ergo non poterit in alio eſſe: & patet, quia anima ſuſcipit vnitatem diſtinctam contra omnes alias, & indiuiduatam ex vnibilitate ad ipſam materiam ſignatam, & cum iſta ſi-G gnatio materiæ non reperitur in aliqua alia re, (quia nulla alia pars materiæ eſt iſta materia) & ipſa eſt hæc anima: quia eſt huius materiæ, & perfectio eſt, ideo non poterit dare eſſe alteri corpori, quia ſi daret ei eſſe eſſet perfectio eius, ſed non poteſt eſſe perfectio eius, cùm non acceperit eſſe in ea, ſed in altera materia: ergo nunquam erit forma alterius, ſicut formę accidentales indiuiduales diſtinguuntur, & accipiunt eſſe vnum per ſubſtantiam, & non poteſt eſſe vna albedo ſubiecti vnius in altero ſubiecto, quia iam non eſſet albedo illa, ſed altera, cùm perderetur illud eſſe, ſecundum quod dicebatur eſſe iſta albedo, ſcilicet eſſe in illo ſubiecto: ita anima cùm recipiat eſſe iſtam animam ex iſta materia ſignata: nunquam poterit in-H formare, niſi iſtam materiam, quia ſi poneretur, quòd informaret aliam materiam, eſſet iam alia forma, cùm reciperet diſtinctionem ex vnibilitate, & actuali vnione ad hanc materiam, & perderet vnibilitatem illam primam indiuiduantem, & non eſſet eadem, quæ prius erat, vel ſi eſſet eadem, daretur quòd vna anima eſſet duæ animæ, quod includit contradictionem. Et ſi dicas, non eſt ſic de animabus, ſicut de indiuiduatione accidentium, quia accidentia non poſſent poni in aliquo alio ſubiecto, nam corrumperentur, anima autem non corrumpitur. Reſpondetur, quòd dato, quòd accidentia indiuiduata per potentiam diuinam migrare poſſent, ita qūòd albedo papyri auferretur, & poneretur in aliqua alia re: I tamen illam ſecundam rem non informaret, nec eſſet albedo eius, quia deficeret in re illa ratio ſubiectilitatis, ſcilicet quòd albedo eſſet ab illo ſubiecto, quod requirebatur ad hoc, vt informaret illud ſubiectum. Ita in anima rationali, licèt Deus poneret vnam animam ſeparatam in aliquo corpore, illud tamen non informabit: ſed erit ibi, ſicut ſunt dæmones intra ventrem arrepticiorum, & eorum, qui habent phytones, ſicut patet Actuum decimoſexto capitulo, de puella illa, quæ habebat phytonem, quem expulit Beatus Paulus. Non tamen dabit eſſe, quia deficit ratio vnibilitatis, quia non eſt iſta materia ſignata, ſecundum quam, & à qua recepit anima humana, quòd ſit vna, & diſtincta ab omnibus alijs animabus K numeraliter. Concludendum ergo eſt, quòd vna anima humana poſtquam à corpore ſeparata eſt, non poteſt informare aliud corpus humanum, quàm illud quod ante in formatione erat, & per cuius vnibilitatem acceperat eſſe vnam. Si tamen diceremus, quòd Deus poſſet vnam animam ſeparatam alteri corpori inducere, & ꝙ formaliter eam illi vniret, vtpotè, ꝙ animam Socratis mortui poneret in corpore Platonis, & animam Platonis poneret in corpore Socratis, ſequeretur, ꝙ non eſſent iam illi homines, q̄ ante fuerant, Et ratio huius eſt, qa in cōpoſitis eſſentia accipit̄ à materia, & forma, cū vtrumq; dicat̄ pars eſſentialis rei. Cùm ergo eſſentia rei cōſiſtat in indiuiſibili, ſi anima Socratis inducatur alicui corpori, qui non eſt corpus

Si aīa ſeparata à corpoř à Deo ponatur in alio corpore à ſuo, nō informabit illud.

Socratis,

Socratis, ſed Platonis, cùm anima non cōtineat totam eſſentiam rei, ſed materia, & forma, ille qui reſultabit ex anima Socratis cum corpore Platonis vnita, non erit Socrates, quia tunc daremus, quòd Sortes, ſiue Socrates totus eſſet ex anima Socratis, & corp⁹ ſuum non eſſet pars eſſentiæ ſuæ: ergo talis homo non erit Socrates. Etiam iſte homo non erit Plato, quia iſte homo ſolùm continet corpus Platonis: corpus autē, qui eſt pars materialis non continet totam eſſentiam rei: ideo vbi fuerit ſolum corpus Platonis, non erit Plato, ſi ſolum corpus ſit. Eodem modo de alio homine, qui ſit reſultans ex corpore Socratis, & anima Platonis è contrario, quàm in primo: nam ibi ſolùm eſt anima Platonis, ideo non eſt Plato, quia anima ſola non cōtinet totam eſſentiam Platonis, & ibi ſolùm eſt corpus Socratis: ideo non eſt Socrates, quia corpus non continet totam eſſentiam. Et ſicut ante ex illis duobus corporibus, & duabus animabus reſultabunt Socrates, & Plato: ſi autem iſto modo miſceantur, erunt duo homines, & non erunt Socrates, nec Plato: ſic enim eſſet, cùm nunc anima Beati Petri ſit in vita æterna, & anima Beati Pauli eodem modo, & poſt in reſurrectione, quando coniuncta fuerit anima Beati Petri corpori eius, erit Beatus Petrus, & ante non erat, cùm iſta eſſent diſiuncta. Et ſic redibit Beatus Paulus, vt ſit Paulus, cùm nunc non ſit Paulus propter eſſe iſta diſiuncta: ſi tamen in reſurrectione Deus poneret eam animam, quæ fuit Beati Petri in corpore, quod fuit Beati Pauli, & animam Beati Pauli in corpore, quod fuit Beati Petri, fierent per reſultationem duo homines, qui non eſſent Beatus Petrus, nec Beatus Paulus, ſed quidam alij duo homines, qui nunquā ante fuerant, & Beatus Petrus, & Paulus, nullo modo eſſe poſſent. Et ſi in reſurrectione omnes animas permutaret eo modo, quo dictum eſt, ita quòd nulla anima poneretur in corpore, quod ante informauerat, præſuppoſito quòd illud informare poſſet, ſequeret̄, quòd nullus homo de illis, qui fuerunt in hoc ſeculo eſſet ibi, ſed quidam alij homines nouiter geniti, vel potius facti. Ad dictum autem Pythagoræ, quod ſupra allegabatur ex verbis Ouidij negandum eſt quidquid dicit, cùm dicit ſe fuiſſe Euphorbum militem, & cùm dicit migrare per omnia corpora quæcunque parata inueniet, & interdum migrare in corpora beſtiarum, & cùm dicit, quòd iſto modo aliquis poſſet comedere carnes patris ſui, aut matris, vel cęterorum propinquorum: hæc enim omnia impoſſibilia ſunt repugnantia rationi, & Phyloſophiæ, atque catholicis documentis. Et primò quod difficilius erat, & magis videbatur poſſe eſſe verum, ſcilicet quòd anima alicuius morientis trāſeat in alium: nam (vt probatum eſt) anima quælibet recipit, quòd ſit vna per vnibilitatem ad corpus, in quo creatur, & ſi deberet in aliud corpus tranſire, cū illud ſit alia materia ſignata, neceſſe eſſet, vt iſta aīa haberet aliam vnibilitatem, cùm variatis terminis, vel altero terminorum relationis, neceſſe eſt multiplicari, & variari ipſum medium, ſiue relationē, quæ recipit eſſe ab eis: ſed iſta anima recipit indiuiduationem, ſcilicet quòd eſſet iſta per hanc vnibilitatem, ergo recipiet aliam indiuiduationem per aliam vnibilitatem; ſed duæ indiuiduationes faciunt duo indiuidua: ſicut duæ humanitates faciunt duos homines: ergo iſta anima erit duæ animæ, quod includit contradictionem: ergo anima, quę fuit Euphorbi militis mortui in Bello Troiano, non fuit anima Pythagoræ, nec Homeri, nec Ennij Poetæ. Et ob hoc Perſeus Satyricus Poeta, qui acutius, quàm Pythagoras iſtam veritatem contemplatus eſt, irriſit dictum Ennij Poetæ, ſequentis opinionem Pythagoræ, vt patet in ſua ſexta Satyra. Item ſi vna anima tranſiret in alterum corpus,

Si Deus in reſurrectione oēs aīas pmutaret nō pmāeret aliquis hō de his, q geniti fuerant.

A cùm habitus ſpeculatiuus, & practicus ſint in intellectu, & habitus virtuoſi ſint in voluntate, & maneant iſta ſubſtantia, & illi habitus radicaliter inhęſerunt, neceſſe eſſet, vt cùm in aliud corpus tranſiret, manerent ei iſti habitus, & ſecundum eos facilius intelligeret, nec oporteret quemlibet addiſcere, ſed aliqui naſcerentur docti. Cùm enim intellectus ſit principium intelligendi, ſic intelligit, vt eſt diſpoſitus, vel habituatus, ſed in iſta anima manent habitus tam ſpeculatiui, quàm practici: ergo ſecundum eos poſtea intelliget. Plato autem circa hoc reſponderet ſecundum ſuam poſitionem (licèt ipſe non tenuerit hoc, quòd dixit Pythagoras) tamen dixit aliquid quod ſatis conformabatur huic: ſaltem ad ſoluendum iſtud argumen-B tum, ſcilicet quòd anima antea quàm corpori vniatur, cognoſcit omnia naturalia, quæ cognoſcere poſſet exiſtens in corpore quantuncunque perficiatur, ſed in vnione ad corpus propter materiæ imperfectionem obliuiſcitur omnium, quæ ſciuerat, ſed poſtea per doctrinam excitatur illa cognitio, quæ ante fuerat, & ſic noſtra ſcientia, quæ nunc acquiritur nihil aliud eſt, quàm memoratio, ſiue reminiſcentia eorum, q̄ obliti ſumus. Hoc autem tangit ſatis Boetius in libro 3. de Conſolat. Metro. 12. quod incipit.

Quid ſentiat Plato de migratione animarū q̄uo obliuiſcā tur omnia.

Quiſquis profunda mente veſtigat verum.

Et concludit, quòd ſi Platonis Muſa verum perſonat, quod quiſque diſcit, immemor recordatur. Et C hunc modum reſpondendi videtur ſecutus ipſe Pythagoras dicens, quòd anima vnius exiens de corpore, & intrans corpus alterius obliuiſcebatur ſui. Ideo neſciebat cuius anima fuerat. Ipſe autem dicit ſe cognouiſſe, quòd anima ſua fuerat anima Euphorbi militis Troiani per multa ieiunia, quæ, ſcilicet diſponerēt organa ad intellectionem, vt intellectus totaliter eſſet purus ad intelligendum quidquid vellet. Sed hoc nō poteſt ſtare: nam cùm in aliquo intellectu imprimunt̄ habitus ſpeculatiui, ſiue practici, & firmiter manent, & anima tranſeat in aliud corpus, dato quòd propter indiſpoſitionem organorum adhuc multum tenerorum non poſſit homo per illum habitum intelligere, ſed cùm temporis tractu, & conuenientia ciborum D deducantur organa ad talem diſpoſitionem, vt intellectus poſſit eis vti conuenienter: incipiet intelligere perfectè ſecundum illum habitum, & non indigebit, vt iterum doceatur: ſed videmus, quòd nullus homo eſt, qui non indigeat doctrina, ſaltem vt declarentur ei termini artis, qui nullo modo ſciri poſſunt perfectè, aut aliquo modo conuenienter intelligi ab intellectu, niſi prius doceamur, quantuncunque intellectus acutiſſimus ſit: cognitis autem terminis artis alicuius, aliquis intellectus propter magnum lumen ſuum poterit ſe deducere in perfecta intellectione omnium concluſionum artis, vel multarum ſaltem: ſed de hominibus nullum videmus, q nō indigeat magiſtro quātum ad aliquid, ſcilicet quantum ad terminos artis: er-E go nullius anima tranſit in alterum. Patet conſequētia, quia cùm ille, qui habet habitum alicuius ſcientiæ ſpeculatiuæ, vel practicæ non ſolùm cognoſcit concluſiones, ſed etiam terminos artis, cùm ipſe, qui illam animam ſuſcepit incipiat in tempore, quo impedimētum organorum ſit ablatum intelligere ſecundum habitum illum, non ſolùm intelliget concluſiones, ſed etiam cognoſcet terminos: ergo non indiget magiſtro ad aliquid, ſed per ſe ſolum omnia intelliget quāta intelligebat alius, cuius illa anima fuit. Et hanc opinionem tenuit Ouidius Poeta, & vt ſe magnum Poetam fore iactaret, dixit ſe accepiſſe animam Homeri, qui fuit maximus Grecorum Poetarū, vt quaſi ex hoc pateret eum ſcire oīa, q̄ Homerus Poeta cognouiſſet.

Q̄uodictā Pythagora poſſit ſtare.ſ.ꝙ ipſe ſe cognouerit militē Euphorbum.

Plato non ait in coniunctione aiarum ad corp' abradi omnem scientiam, sed impediri mole carnis.

Manifestatur hoc magis, quia Plato non dicit in coniunctione animę ad corpus totaliter abradi scientiam, sed impediri mole carnis ne intelligat ea, quæ ante intelligebat. Et Pythagoras etiam dicit per ieiunia posse recuperari scientiam, quæ fuit ante in eo, qui viuebat per illam animam. Est ergo sic habitus impeditus, & non abolitus. Sicut ergo est in naturalibus, ꝙ si aliqua res habeat virtutem ad aliquid operandum, & prohibeatur ab aliquo agente, non oportet, quòd ad hoc, ꝙ illa res agat, quòd ab aliquo adiuuetur, sed solũ, quòd tollatur prohibens agere: vt si lapis per suam grauitatẽ potest descẽdere deorsum, & ponatur aliquid, in quo teneatur ne descendat, ad hoc ꝙ exerceat actum suũ. ſ. vt descendat, non oportet, quòd ab aliquo adiuuetur impellente eum deorsum, sed quòd solum tollatur illud, quod prohibebat actionem. Sic etiam patet in habitibus scientificis: si enim aliquis sit Geometra, vel Physicus ſm habitum, & postea efficiatur Ebrius, vel somnolentus, vel incurrat maniam, aut epilepsiam, vel similes passiones, in ꝗbus vetatur totaliter actus intellectus, non possunt illi sic se habentes (licèt habitum habeant) tunc intelligere, quia non sunt dispositi organa. Cùm autem venerint ad congruam organorũ dispositionẽ, non oportet, vt iterũ addiscant: sed ablato impedimento organorum immediatè incipient perfectè intelligere, vt antea: ergo sic esset de anima habituata speculatiuo habitu, vel practico si trãsiret ad aliẽ corpus, quòd ablato impedimento organorũ reductis eis ad congruam dispositionem inciperet intelligere perfectè ſm habitum, quem ante habebat habens illã animam, & ꝗ manet in illa anima: ideoq; non indigebit aliquo mõ doctore: sed nullus est, qui non indigeat doctore eo modo, quo supra expositum est, ergo non transit vna anima de vno corpore ad aliud. Aliud erat quod dicebat Pythagoras ſ. ꝙ ipse fuerat Euphorbus miles in Bello Troiano interfectus à rege Menelao. Sed quia hoc erat confirmatio positionis suę, sicut positio falsa erat, ita & hoc falsum est. ſ. ꝙ nunquã anima sua fuit in Euphorbo, nec in Homero, nec in Pauone, aut aliquo hominũ. Et eędem rationes militant contra exemplum, quę militabant contra principalem positionem. Aliud erat dictum Pythagorę. ſ. ꝙ animæ hominum trãsibant interdum in corpora bestiarum, cùm reperiebãt ea prępara ad susceptionem formæ.

Confutatur aliud dictum Pythagorę, quòd animæ possunt transire in corpora bestiarum.

QVAESTIO. LXV.

CONTRA istam positionem militant argumẽta facta supra: nam si anima vnius hominis nõ poterat trãsire in corpus alterius mortuo priori: à fortiori non possent trãsire in corpora bestiarum, cùm eadem ad minus inconuenientia sequantur. Sed præter hoc adhuc sunt alia inconuenientia. Et est primum, quia omnis forma presupponit debitas dispositiones in materia, in qua debet suscipi, sed dispositiones corporis humani, & corporis bestiarum non sunt eędem: ergo anima humana nunquam potest recipi in corpora bestiarum. Patet hoc, quia ad hoc, quòd aliqua forma recipiatur in aliqua materia, vt aliqua aĩa in aliquo corpore, requiritur in corpore debita magnitudo: nam si ponatur aliqua pars materiæ tanta, sicut vnus digitus, vel vnus palmus, non poterit ibi recipi aĩa humana, ꝗ dato ꝙ possent fieri organa valde parua, & delicata, cũ sit magna organorum pluralitas, & paruitas materiæ, non poterit aĩa humana vegetare illud corpus, ꝗ tam parua organa non possunt esse conuenientia ad explẽdas organicas operationes animę conuenientes, vt vegetet corpus. Etiam si detur aliqua pars materiæ tãta, sicut vna magna turris, illa non poterit vegetari ab aliqua aĩa humana, ꝗ a non est tantorũ viriũ, vt complere possit operationes requisitas ad sanitatem tanti corporis, sed est dare certã perihodũ magnitudinis, in qualibet specie ad hoc, quòd informaret materia per formã illius speciei: & sic est de rebus cuiuscunq; speciei, quę reqrũt debitã magnitudinẽ. Et ob hoc diuersę species hãt diuersas magnitudines in rebus naturę. ſ. in indiuiduis suis, & res vnius speciei nõ pueniunt ad magnitudinem conuenientẽ alteri speciei. De hoc Aris. in 2. de Aĩa. c. de vegetatiua, & nutritiua potentia sic ait: Omnium natura cõstantiũ positus est numerus magnitudinis, & augmenti. Requiritẽ et ad introductionẽ aĩæ, vel alterius formę in materiã debita figuratio, siue organizatio: sicut videmus in fetu humano, & in fętibus aliorum aĩalium, & in ipsis arboribus: nam nulla arbor potest talr figurari, sicut hõ, aut sicut capra, vel alie res naturales, ꝗ a non posset fieri digestio sufficiẽs, si essent arbores in parte superiori grossiores, ꝗ in trunco, ꝗ est locus digestionis. Requiruntẽt debitę qualitates: nam aliæ qualitates sunt in materia, cùm introducit aĩa humana, ꝗ cùm introducit forma eqna, aut caprina. ſ. alia teneritudo partium, & alius gradus caliditatis, aut frigiditatis, & sic de cęteris. Ista aũt non sunt eadẽ in oĩbus naturalib' rebus, nec in oĩbus aĩalibus: imò nec in vno aĩali sunt, sicut in alio, si respiciantẽ diligenter, ꝗ a vel in supficie corporis in figuratione mẽbrorum, vel intra cutem in diuisione corporum semp reperiet aliqua diuersitas quantitatis, & organizationis, & cęterarũ qualitatum, ꝗ sint necessarię ſm naturam ad introductionem formæ. Si autem dicas, quòd sic, hr intentum. ſ. quòd cũ in bestijs non sit talis dispositio, qualis in corpore humano, quòd non poterit ibi introduci aĩa humana, & sic cessabit dictũ Pythagorę. Si autem dicas, quòd non sunt necessariæ istæ dispositiones, sequetur quòd natura frustra occupatur in faciendo. Constat namque, quòd plus laborabit natura in faciẽdo dispositiones organizationes, & quãtitatiuas dimensiones, quæ sunt in corpore humano, cùm plures sint, & subtiliores, quãm faciendo dispositiones, & organizationes in corpore vnius vermis, vel colibri: si ergo non sunt magis necessarię ad introductionem animę rationalis istæ dispositiones, quàm illę, erat superuacuus labor naturæ: quod nullo modo concedendum est, cũ entia naturalia sint ordinatissima, vt patet circa fin. 12. Metamor. Etiam patet, quod sint necessariæ, quia aĩæ hoĩum, & bestiarũ habẽt diuersas virtutes operatiuas, & quia operationes vegetatiuę, & sensitiuę presupponunt organa, ergo ſm numerum virtutum operatiuarum, sic requiritur numerus personarum, & diuersorũ organorum: ergo non debent esse tales dispositiones organicæ, vel dimensiones, p brutorũ aĩabus, sicut pro aĩa humana: ꝗ a si aliqua aĩa hãs multas potentias operatiuas vniretur alicui corpori habenti pauca organa, non posset exercere operationes suas: ideò non posset teneri colligata illi corpori. Item si non essent necessaria ista lineamenta, & multiplicitas organorum in corpore humano ad introductionem animæ nostræ, sed posset introire in corpus aliarum dispositionum, sicut est corpus bestiarum variatum: eadem ratione possent introire in corpora distinctiũ valde dispositionũ, sicut sunt corpora lapidum, & arborum, atq; aliorum naturalium: sed hoc valde inconueniens est, quòd anima humana informet lapidis materiam manentẽ sub illa figuratione, & densitate, & frigiditate, atque vniformitate, & nullus hoc concederet tanquam valde absurdum: ergo nec transeunt in corpora bestiarum. Item si animæ humanæ ex eo, ꝙ non requiruntur determinatas dispositiones, vt dicis, possunt transire in corpora

Aĩa si pot informare corp' tam paruę quãtitatis sicut est digitus, nec tã magnę, vt est turris magna.

Quãtitatis, & organizationis & qualitatũ sunt necessariæ ad introductionẽ formæ.

pora bestiarũ: ergo animę bestiarum conformiter nõ requirentes debitas dispositiones: possunt gigni in corporibus humanis: & sic alij forẽt bestię hãtes corpora humana, qd absurdũ valde est: fr ergo hoc nõ cõcedit, nec ẽt alterũ ꝑcedi debet, ꝗ a equalis cã ẽ absurditatis. Item videtur hoc esse impossibile: nã operatio cuiuslibet rei est ſm formam, q̃ habet, quia forma est principium totius operationis, & actionis, sicut materia est principium ipsius passiuę mutationis: sic. n. ait Arist. 3. Phys. ꝙ sicut motus dat cognosci naturæ: ita operatio facit cognosci formam. Et hoc idem in 2. de Anima, vbi innuit animam esse principium omnium actionũ corporis. Cùm ergo variantur formæ, necesse est variari actiones: si igitur in corpora bestiarum interdum transirent animę humanę, necesse esset, vt corpora bestiarum haberent easdẽ actiones, quas homines hãt. ſ. vt intelligerẽt, & vellent, & facere cętera in hunc modum, quæ pertinent ad prudentiam, & actiones humanas: sed nulla bestia est, quę habeat actus humanos, nec nũquam in se est: ergo nunq̃ animam cuiusquam hominis intrauit in corpora bestiarum. Nec valet si dicas quasdam bestias habere prudentiam, vt sunt vulpes, & taxones, siue castores, vel simię, vt communiter dr, quia videntur habere actus quosdam similes actib' humanis. Sed de his dicit 6. Ethy. Arist. ꝙ non ppriè habent vim prudentię, quæ est iudicatiua de bonis, vel malis agibilibus: sed quandam potẽtiam prouisiuam ad vitam, quę est quędam naturæ solertia: sed ob hoc, ꝙ simię in quadam figuratione vultus, & in quibusdã cautelis humanam prudẽtiam, & figuram imitantur, Poetica licentia occasionem habuit dicendi eas fuisse olim magnos hominum populos, sed à Ioue in simias conuersos retenta prioris naturæ quædam saltem leui effigie: de quibus Ouidius Metam. lib. 7. Item & fortĩ' probantur predicta. ſ. ꝙ nunq̃ transeat anima humana in corpora bestiarum: nam licèt in compositis esset ĩa accipiatur à materia, & forma: ipsa tã forma est, q̃ dat esse materiæ, & determinat ad certam speciem actuãdo eam: ſm ergo varietatem formarum, ita sunt varietates specierum: sed anima humana ẽ quædam forma specifica distincta ab alijs formis specificis: ergo ipsa dabit corpori, in quo fuerit esse ſm suam speciem: necesse est, ergo ꝙ vbicunq; anima rationalis formaliter vnita fuerit, ꝗ a sit illud hõ. Si ergo anima hoĩs cùm exit ab homine, intraret in corpore bestię organizato, & disposito ad recipiendum formam, necesse est, vt illud corpus recipiat esse humanum, & iam non erit bestia illud cõpositum, & tũc falsum erit, ꝙ animę humanę sint in bestijs, sed in hominib': sed hoc est impossibile, ꝙ aliqua bestia fit hõ: ergo impossibile est aĩam humanam intrare corpora bestiarum. Aliud dictum Pythagorę erat, ꝙ si homines comederẽt carnes pecorum, ꝙ posset aliquis comedere carnes patris sui, aut matris, vel aliorum charorum, & ista erat vna causa, quare interdicebat ipse esum carnium. Sed hoc non põt stare, quia argumenta oĩa facta in superioribus, militant cõtra hoc, qd ipse ponit, quasi ꝑ corrollario. Sed adhuc præter illa sunt alia specialiter contra hoc. ſ. ꝙ non possint esse carnes illius pecoris carnes alicuius hoĩs: ideo nemo sic comedendo comedet carnem patris sui, aut matris, quia dato ꝙ aĩa humana possit transire in corpora bestiarum, & informare ea tã, sicut supra dicebamus, si Deus poneret animam Beati Petri in corpore, quod ante fuit Beati Pauli, & aĩam Beati Pauli in corpore quod fuit Beati Petri: iam nullus eorum esset Petrus, aut Paulus, sed essẽt duo alij viri nouiter formati, qui nunq̃ ante extitissent: ita hic cùm aĩa alicuius viri poneret in corpore alicuius bestiæ, & informaret atq; inde resultaret compositum, quod esset hõ: tã ille nõ esset pater alicuius viri, quia iste hõ non erat ille, cuius aĩa ibi erat: nam anima non complet totam essentiam in compositis: sed anima, & corpus: sed ibi sola anima viri prioris est, ergo non est ibi vir ille prior, qui fuerat pater alicuius alterius, & consequẽtes nec carnes eius. Et dato ꝙ anima compleret essentiam rei totam. ſ. ꝙ vbi esset anima, esset homo, cuius esset anima: daretur tunc, quòd ex eo, quòd anima alicuius viri mortui introiuerat corpus alicuius bestiæ, ꝙ illud compositum resultans ex aĩa humana, & illo corpore bestiæ eẽt vir, qui ante fuerat, & tunc si vir, qui ante fuerat, fuit pater aliquorum, ẽt dicetur, ꝙ istud compositum tale sit pr illorum genitorum, & tã si aliquis de filijs viri prioris comedat de carnib' illius corporis, in quo est aĩa patris sui, licèt illud compositũ sit pater suus, tã nõ comedat carnes patris sui, quia carnes patris sui, de quibus iste filius decisus est: corruptæ sunt recedente anima, & istę in quibus nunc est, nõ sunt carnes patris sui, sed carnes alicuius bestialis corporis. Conclusum ergo ex superioribus patet, ꝙ positio Pythagoræ circa migrationẽ animarum in varia corpora, sit totaliter erronea.

Resp. ad tacitã obiectionem.

Aliud dictũ Pythagoræ.

Positio Pythagoræ, d̃ migratiõe aĩarum est penitus erronea.

Quid sit potentia ꝑpinqua, & remota materiæ, & an potentia materiæ sit infimus gradus in perfectione rerum. Et an materia denudata à forma corporeitatis sit spiritus, & habeat aliquam contrarietatem.

QVAESTIO. LXVI.

NVNC autem redeũdum est ad id, quod ante inchoauimus. ſ. qd sit esse formam in potentia materiæ, & iam diximus, ꝙ non est hoc latitarę res in ęstuadam confusione, & mixtura, & postea prodire ad esse, quia hoc est Chaos, quod improbauimus: nec esse formam in potentia materiæ dr, ꝙ sit materia sui quòddam esse imperfectum, qd actualiter tã existat, & postea perficiatur, cùm gignitur: nam & hoc demonstratum est fore impossibile in superiorib': nec dicitur formas esse in potentia materiæ, cùm inducantur in potentiam materiæ, & materia possit eas recipere, quia tunc diceremus formas artificiales esse in potẽtia materiæ, cùm inducantur in potentiam materiæ, & materia possit eas recipere: etiam animas rationales diceremus esse in potentia materiæ, cùm materia possit illas recipere, qñ à Deo funduntur, aliàs nulla anima esset in corpore, nisi corpora possent eas recipere: tã nec dicimus formas artificiales esse in potentia materiæ, nec aĩam rationalem esse in potentia seminis. Dicendum ergo, ꝙ formam esse in potentia materiæ nihil aliud ẽ, quàm materiam habere quandam virtutem, siue multas virtutes, q̃ non sunt formę alicuius generis: sed proprietates materiæ, ſm quas factis ab agentibus naturalibus talibus, vel talibus dispositionibus sequat forma immediatè in materia, illo apponente eam, vel deducente à foris, vel creante de nihilo, ſm quòd in generatione asini, aut arboris patet. Est enim materia omnium generabilium, & corruptibilium huius conditionis, ꝙ si agentia naturalia agant in ea, disponendo varijs modis, sic, vel sic, insurget ea forma asinina per modum cuiusdam subitę pullulationis, aut eductionis tanquam illa anima asinina lateret in illis dispositionibus, cùm tamen nunquam ibi præfuerit ſm se totam, aut ſm aliquid sui. Est autem ista potentia materię duplex: quædam propinqua, alia remota. Dicitur autem potentia remota, quãdo materia habet virtutem, siue potentiam ad hoc, ꝙ de ea educatur talis, vel talis forma, & tamen nondum est determinata ad illam formam, sed potest habere reliquam, quia determinatio ad hanc, vel illam formam est ex dispositionibus varijs agentium naturalium: vt verbi gratia materia terræ, quæ est nunc sub forma terræ purè est in potentia

Quid sit potẽtia remota materię.

ad esse capram, & forma caprę est in potentia illius materiæ: non est tñ ista potentia propinqua, sed remota, quia licèt habeat virtutem, siue potentiam, vt talis forma ex ea educi possit, non tñ est determinata ad illam formam, ſ. q̃ immediatè debeat recipere illam formã, & nullam aliam ante, qa ista determinatio fit p varietatem actionum naturalium agentium, & cùm istę dispositiones non præcesserint, non est determinata ad formam caprę, sed pōt multas alias ante eam recipere.

Quid sit potētia p̃ pinqua materiæ.

Est autem potentia propinqua materiæ, cùm non solùm habet materia potentiam, siue virtutem, vt, factis quibusdam transmutationibus, inducatur in eam forma talis, vel talis, sed ēt agentia naturalia causauerunt tales dispositiones, ſm quas determinata est illa materia ad formam talẽ, ita q̃ non potest aliam habere ſm illas dispositiones: vt cùm decisum fuerit semen hircinum in matricem caprę, illa materia est in potentia ad formam capræ, & est in potentia propinqua, quia non solùm potest educi de materia illa forma caprę, quia in hoc non differt ab alijs partibus materialibus, cùm de qualibet possit educi forma capræ, sed etiam est sic determinata, vt ſm illas dispositiones non possit educi alia forma de potentia materiæ: ſm.n. q̃ sunt diuersæ formæ in potentia materiæ, ita oportet, q̃ sint diuersi modi educendi eas ad esse: modi autem educendi ad esse sunt dispositiones receptæ in materia ab agentib⁹ naturalibus. Sunt autem istę virtutes materię ſm quas recipere potest diuersas formas: quædam proprietates absolutę de natura materię: & sunt inditę ipsi materię corruptibilium in creatione sua, vt recipere possit formas, quæ educantur de virtute eius, & non sit necesse adduci ab extra, vel creari; & has virtutes Phylosophi communi nomine vocant potentias, & appetitus. ſ. potentiam absolutam, & potentiam respectiuam: appetitum absolutum, & appetitum respectiuum. Aliquis tñ putabit, q̃ ista potentia materiæ non sit aliqua virt⁹, vel qualiscunq; perfectio. Et falsum est: nam licèt, vt ait Arist. in ſi. 7. Ethy. melius sit habere, q̃ fieri. i. pfectio maior est, q̃ aliqua res habeat omnia, quibus indiget, ita vt nullo indigeat: tñ q̃ sit in potētia ad illa, & possit recipere ea, & compleatur per hoc sua indigentia, perfectio est aliqua, vt res possit recipere in se aliq̃ perfectionem, & patet hoc, quia non omnis materia potest recipere formam asini potentia propinqua, sed solùm illa, quæ est determinata ſm actionem variam naturalium causarum concatenatarum: nec omnes materiæ possunt recipere formam equi immediatè, sed solùm determinatè, & possunt recipere alias formas imperfectiores: ergo iudicabimus perfectiorem esse materiã, quæ potest recipere formam equi, q̃ q̃ potest recipere formam asini, & eam, quæ potest recipere immediatè formam asini, q̃ eam, quæ immediatè recipere potest formam arboris, vel vermis; si ergo aliqua materia est magis perfecta propter posse recipere formam magis perfectam, & minus perfecta propter recipere formã minus perfectam: ergo habebit perfectionem per hoc quod est suscipere formam quamcunq; : ista tñ perfectio est infimus gradus naturæ: ideo in coordinatione rerum perfectarum naturaliter ascendendo scalariter ad magis perfecta, ponimus tanquam primum, & infimum gradum pfectionis materiam primam: deinde ponimus elementa ſm gradus perfectionis suæ: post hæc autem gradualiter elementata, & post corpora cęlestia, deinde res purè spirituales, vt animas, & consequenter angelos, donec deueniamus ad finem concatenationis, quæ est in Throno infinitæ perfectionis. ſ. in Deo. Sed dicet aliquis, q̃ esse in potentia ad recipiendum formam, non sit aliquis gradus perfectionis saltem primus, & imperfectissimus, quia materiæ, quę dicuntur esse in potentia propinqua ad recipiendum

Potentia materiæ ē virtus, & proprietas absoluta ipsius materię de natura eius.

Potentia materiæ ē virtus & pfectio eius

Perfectio materiæ ē vltim⁹ gradꝰ naturæ.

Obiectio.

formas, vocantur magis perfectè, vel minus perfectæ, non ſm hoc, q̃ sunt susceptiuæ illius, vel illius formæ: sed ex hoc, q̃ habēt dispositiones perfectiores: istę aūt dispositiones quædam formæ sunt accidentales, ideo ex eis videtur contrahere materia quādam maiorem, vel minorem perfectionem, & non ex hoc, q̃ est in potentia ad recipiendum. Respondetur, q̃ bene arguit: verum namq; est, q̃ materia non habet maiorem, vel minorem perfectionem ex hoc, q̃ est in potentia ad perfectiorem, vel imperfectiorem formam, sed ex ipsis dispositionibus, quæ faciunt materiam esse in potētia propinqua, & ipsę dispositiones sunt formæ qualitatiuæ habentes gradus perfectionis: nam aliàs dareẽ, q̃ omnes partes materię essent equaliter perfectę ſm q̃ in potentia sunt, quia non est aliqua pars materiæ, q̃ non sit in potentia ad omnem formam. i. ad formam cuiuscunq; speciei & sic non erit vna in potentia ad pfectiorem formam, q̃ alia, quę est de potentia remota: quātum autem ad potentiam propinq̃, si vna materia est perfectior altera, hoc est propter pfectiores dispositiones, quæ sunt formæ. His tñ non obstantibus esse in potentia ad recipiendum formam est quidam gradus perfectionis, dato q̃ sit valde paruus: nam melius est esse in potentia ad perfectionem, quæ nondum hr̃, & q̃ postea habeatur, quàm q̃ sit aliqua res carẽs perfectione, siue non habens eam, & tñ non possit eam habere. Patent autem hęc per comparationem ad intellectum: nam intellectus est possibilis, siue passibilis & non habens aliquam intellectionem ſm se, vel aliq̃ speciem, sed est in potentia ad omnes species, & intellectiones: habent se intellectus noster, & materia prima proportionaliter: nam sicut perfectio materiæ est ipsa forma, ita perfectio intellectus nostri est ipsa species intelligibilis, vel intellectio, & sic materia prima non est de natura sua determinata in aliqua forma actualiter, sed est in potentia ad omnes, ita intellectus noster non est in actu alicuius speciei, scilicet quòd naturaliter determinet sibi aliquam speciem, vel intellectionem, sed est in potentia ad omnes.

Responsio

Similitudo iter materiam primam, & ĩtellectum possibilẽ.

De natura intellectus possibilis.

QVAESTIO. LXVII.

ET si arguas contra hoc, quia dicitur communiter, q̃ naturaliter sumus in habitu principiorũ speculatiuorum, principia autem sunt propositiones quędã primæ, & per se notæ. propositiones autem sunt ex terminis: ergo cùm nos naturaliter habeamus principia, naturaliter habebimus terminos illarum propositionum, cùm propositio prę̃supponat terminum tanquã partem suam essentialem, & illi termini sunt species intelligibiles: ergo naturaliter habem⁹ aliquas species intelligibiles. Respondetur, q̃ intellectus noster, (vt dicebamus) naturaliter est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, vt ait Arist. in 3. de Anima: sed postq̃ est in corpore acquirit species per actum organorum transducendo eas ad phantasiam, & post ad intellectũ: si aūt nos naturaliter haberemus oẽs species rerum inditas, vel concreatas, non indigeremus aliquo organo ad hoc, q̃ intelligeremus, & patet, quia solùm seruiũt organa ad recipiendas species obiectorum. Ad ipsum autem intellectus actum non proficiunt, quia non intelligit intellectus per visum, nec per auditum, nec per aliquod organum: solùm ergo proficiunt ad percipiendas species rerum, super quas vertens se postea intellectus intelligat. Nam non solùm non operatur intellectus per organa, sed etiam in ipso actu intellectus nō est necesse esse actum organi, quia dato, quòd nō videamus actualiter visibilia percepta intelligimus,

Si intellectus haberet species rerũ inditas vel cōcreatas, nō indigeret organis.

Intellect⁹ nō intelligit per organum.

Et

Et dato quòd non audiamus audibilia percepta consideramus. Si tamen non apprehenderimus per visum aliquam rem, aut per auditum, nunquam poterimus intelligere aliquid de colore, vel aliquid de voce: sic.n. ait Arist. 1. Poste. quòd illius obiecti scientia caremus, cuius sensitiua potentia ad obiectum illius caremus, & ob hoc cęci non iudicant de coloribus: si tamen intellectus hominis cœci haberet naturaliter speciẽ colorum, intelligeret colores, sicut illi, qui vident eos. Et ob hoc angeli ad intelligendum pfectè omnes res naturales non indigent potētijs sensitiuis, quia omnium rerum species eis concreatæ sunt, vt patet in libro de causis in propositione illa, q̃ dicitur intelligentia plena est formis, idest speciẽbus intelligibilibus. Et dato q̃ nos non haberemus species omniũ rerum intellectui nostro inditas, vel concreatas: sed haberemus aliquas, etiam si nunquã haberemus actũm alicuius organi intelligeremus circa illas: sed videmus, quòd si deficiant actus organici ad apprehẽsionem specierum nihil intelligim⁹, quia sicut cęcus à natura circa colores nihil pēnitus iudicat, & surdus à natura nihil omnino de vocibus, ita qui alijs carerent potentijs sensitiuis circa obiecta illarum potentiarum prorsus nihil intelligerẽt: ergo qui omnibus potētijs organicis careret nihil omnino intelligeret: si tñ nos haberemus aliquas species naturaliter inditas, vel concreatas: intelligeremus per illas non indigentes aliquo actu organico: sicut cùm semel quis habuit per visum speciem albedinis ad intelligendum per illam non oportet, vt iterum, & iterũ videam⁹: sed vnica visio sufficit, p̃ eterna intellectione, quia semel species accepta est: ergo videtur, quòd naturaliter intellectui nostro non inest aliqua species intelligibilis, sed est tanq̃ tabula rasa. Quando autem obijcis, q̃ cùm intellectus noster naturaliter sit in actu principiorum, & principia præsupponũt terminos intellectuales, qui sunt species: ergo naturaliter habem⁹ species aliquas. Dicitur quòd non est sensus, quòd nos sumus naturaliter in actu principiorum. i. quòd quãdo creatur à Deo intellect⁹ noster, & infunditur corpori, quòd cōcreetur sibi habitus principiorum, & sicut intellectus naturaliter est intellectus, q̃ ita sit naturaliter in actu principiorum: & non solùm quando intellect⁹ noster creatur, nō habet habitus principiorum speculatiuorum: sed etiam nec toto tempore, quo stat fętus in vtero, nec etiam immediatè, vt exit vterum, sed aliq̃ citius, aliqui tardius sunt in habitu principiorum, & aliqui non sunt in actu principiorum in tota vita sua, qa nunquam vertunt se circa aliquam speculationem veritatis speculatiuę. Habentur autem ista principia per acquisitionem, sicut & cōclusiones, scilicet quòd nos nati incipimus videre, & audire, & habere cęteros act⁹ organicos, & per hos attrahũtur species ad phātasiam, quibus intellectus informatur, & apprehendit simplicia per illas species, & quia inter aliquas species rerum apprehensas est, tñ manifesta regulatio, vel habitudo intellectus apprehendens illas species simplices apprehendit complexionem earum, & facit eam cognoscẽs facillimè habitudinem, quę manifestè innascitur inter tales species apprehensas, & illud complexum vocatur principium, vt si aliquis apprehendat totum, & apprehendat partẽ cognoscendo istas species signantes simpliciter, & absolutè res ipsas, quia tamen inter ipsas res innascitur quidam respectus, vel habitudo intellect⁹: apprehendendo has species apprehendit pariter habitudinem, scilicet maioritatis, & minoritatis, & format complexionem dicens totum esse maius sua parte, & hoc est principium vnum de cōmunissimis inter speculatiua. Et quia intellectus firmiter, & sine dubio hoc intelligit, radicatur illud intellectum in ipsa potentia intellectiua, & illud cognitum sic firmiter manens vocatur habitus principiorum. Iste ergo est modus causandi habitum principiorum. Cùm autem dicis, q̃ intellectus noster naturalis est in actu principiorum, & non in actu conclusionum, est sensus, q̃ intellectus noster per suam naturalem virtutem actuatur illis intelligibilibus complexis, quæ sunt principia: sed non actuatur lumine suo, vel virtute sua naturali intelligibilibus, quæ sunt conclusiones. Ad quod sciendum, quòd sicut materia prima est in potentia ad omnẽ formam, & tamen non potest reducere se in actum alicuius formæ per se, sed indiget exteriori agente disponente eam, & educente formam de potentia materię, vt sit actualiter in ipsa materia: ita intellect⁹ licèt sit in potentia ad omnia naturalia intelligibilia, quę non excedunt perfectionem eius, tamen non potest se reducere in actum illorum intelligibilium, idest facere se actualiter intelligentẽ, nisi reducatur ab alio, q̃ educit potentiam ad actum, idest facit intellectum possibilẽ, idest qui erat in potentia intelligens esse in actu intelligentem. Sicut ergo ponimus, causas naturaliter agentes in illa cōcatenatione sæpe dicta, reducere materiã, quæ est in potentia ad formam ad habēdam formam in actu, ita datur aliquid qd̃ intellectum nostrum reducat de potentia intelligendi ad esse actu intelligẽtem. Sed in hoc est differentia quædam inter materiam, & intellectũ, qa materia nihil habet in se, per qd̃ se possit reducere in actum alicuius formæ, nō est enim aliqua forma quantuncunq; paruę perfectionis, ad q̃ materia ex sola virtute sua possit se reducere in actu. Et si dicas contra, quia materia secundum se determinat sibi corporeitatẽ, ergo ad istam naturaliter se poterit reducẽr. Respondetur q̃ corporeitas de formis substantialibus est quasi imperfectior, & sub hac materia prima fuit creata, vt postea inde acciperentur, & distinguerentur res, & sine hac nunquam reperitur: nam licèt cœteras formas materia prima per transmutationem perdat, corporeitatem, quātuncunq; trãsmutẽt, nunq̃ perdet. Quòd autem nō perdat nunq̃ materia corporeitatem, non est ex natura sua, ita q̃ ipsa determinet sibi istam formã magis q̃ cęteras, qa non determinat istã magis, quàm aliquam aliam, sed fit ex impotentia agentium transmutatiuam: nã omnis actio fit à conrrarijs, simile enim nunq̃ agit in simile, quia calditas directè nunq̃ destruit caliditatem, & frigiditas nunq̃ destruit frigiditatem, sed potius conseruat: sed dissimile corrumpit dissimile, & sic qualitates, quæ directè habēt oppositacorrumpuntur directè, & formæ substantiales corrũpuntur indirectè, quia fundātur in dispositionibus illis qualitatiuis: vt si frigiditas directè corrumpit calditatem: ita aqua, quæ est frigida indirectè corrumpit ignem, qui est calidus: & sic de cęteris, scilicet quòd aliquid quod est humidum indirectè corrũpet id, quod est siccum: quando tamen id quod est agens reduxerit passum ad suam similitudinem, non pōt vltra agerẽ in ipsum corrumpẽdo, sed potius incipiet conseruare. Si ergo aliquid quod est calidum, scilicet ipse ignis inceperit agere in aliquid frigidum, vel humidum, sicuti est ipsa aqua, quamdiu repererit ibi contrarietatem corrumpet, & quia forma substantialis fundatur in dispositionibus qualitatiuis rei passæ, quæ contrariantur dispositionibus qualitatiuis formæ ignis, non solùm corrumpetur forma illa, quæ est dispositio, sed etiam forma substantialis. Etiam ideo ipsum, in quod agit ignis, si dimittatur agere ignis, reducetur, quousq; fit sicut ignis, scilicet vt sit ignis verus: sicut cùm ligna comburuntur, & conuertuntur in ignem, vel redibit in aliquid, quod est simile igni totaliter in qualitatib⁹, licèt non sit ignis secundum substantiam, & hoc est cinis, qui est calidus, & siccus totaliter, sicut ignis: nullam in se frigiditatis, aut humiditatis partem retinens.

Angeli nō indigēt potentijs organicis.

Si qs oīb⁹ potētijs organicis careret nihil intelligeret.

Principia habēt p acqsitionem sicut cōclusiones.

Intellect⁹ possibilis p se acqrit principia, sed p virtutē suã non pōt cōclusiones acquirere.

Qualitates quę habent oppositionẽ directè corrumpunt: formę aūt substantiales per accidens.

Quare ignis non conuertit cinerem totaliter in ignem.

QVAESTIO. LXVIII.

QVARE autem per actionem ignis non reddun-
tur hæc totaliter in ignem. Respondetur, quòd
hoc accidit propter grossiciem materię, quia quędam
res compactissimæ materiæ sunt, quæ non sunt per a-
ctionem, vel potentiam alicuius creaturę tantum sub-
tiliabiles, vt conuertantur in verum ignem, cuius ma-
teria rarissima, atq; subtilissima est: fiet autem eodem
modo de aliqua re multum frigida: sicuti est de aqua
gelida, vel de niuibus, aut grandine, quę si agant in ali-
quid oppositum quantuncunque corruperint, & trās-
mutauerint, nihil magis possunt transmutare ipsas res
calidas, & humidas, quàm vt conuertant in suam tota-
lem similitudinem, scilicet vt faciant eas aquam, vel
niues, aut faciant habere æqualitatem aquarum, & ni-
uium, scilicet vt sint frigidæ, vt aquę, vel niues. Aliqua
tamen immutantur fortissimè per aquas, vel niues, &
redduntur frigidiora aquis, vel niuibus, & tamen non
fiunt aquæ, vel niues. Causa est, quia quædam materię,
ita sunt duræ, quòd non possunt conuerti per actionē
alicuius creaturæ in tenerितudinem aqueam, sicut du-
rissimum, atq; compatissimū saxum: sicut ignis quas-
dam res non poterat conuertere in ignem, conuerte-
bat tamen in cinerem, quæ retinet totaliter qualitates
ignis, non tamen conuertebatur in ignem, quia mate-
ria illa grossa non erat subtiliabilis tantum ab aliqua
creatura, quòd ascenderet ad gradum raritatis ignęæ:
& sicut dicimus de ista actione calidi in frigidum, vel
humidum, & de actione frigidi in calidum, & humi-
dum, quæ sunt duę actiones fortissimę, ita dicemus de
actione humidi in siccum, & sicci in humidum, quæ
sunt minores actiones, scilicet quòd quantuncunque
vnum corpus subiectum cōtrarietati agat in alterum,
nō poterit magis corrumpere, quàm vt reducat eum
ad similitudinē suam, s. vt ignis reducat in ignem qd-
quid destruxerit, & aqua cōuertat in aquam quidquid
cōuerterit, & corruperit, & sic de sicco, & de humido.
Dato tamen, ꝙ ista fiant, id quod trāsmutatur semper
manet intra genus corporeitatis, quia id quod trāsmu-
tat alterum, est corporeum, & non potest magis cor-
rumpere, quàm vt sibi assimilet. Et quia omnia agen-
tia corrumpentia sunt corpora elemētata, vel ipsa ele-
menta, vel agunt secundum virtutem elementarem,
(quod dico propter corpora cęlestia, quæ nec sunt ele-
menta, nec elementata, agūt tamen causando calidita
tem, & frigiditatē, & cœteras qualitates elementares)
ergo id quod corrumpitur necesse est, vt redeat per il-
lam transmutationem ad aliquod genus corporis ele-
mentati, vel elemēti, & sic nunquam materia, quæ est
subiectum trāsmutationis exuetur corporeitate. Imò
repugnat formaliter, ꝙ aliquid corrumpatur naturali-
ter ab aliquo agenti corporeo, & per corruptionem il-
lam deducatur ad non esse corpus. Si tamen agens es-
set spirituale, & corrumperet, quia illud nō est corpo-
reum, non esset necesse, vt per corruptionem reduce-
ret ipsum transmutatum in corpus aliquod, posset.n.
deducere in non corpus, quia non est similitudo spi-
ritualis agentis ad corpus. Et isto modo posset materia
per corruptionē formarum ab aliquo agenti spirituali
reduci ad hoc, vt etiam ipsam corporeitatem perdat.
Istud tamē spirituale esse tale debet, vt nullo modo sit
corpus, aut agens per virtutem corporis, quod dico, p-
pter angelos, & dæmones. Nam licèt quilibet de an-
gelis bonis, vel dęmonibus ageret secundum vltimum
suę potentiæ, non posset tamen corrumpere aliquam
rem naturalem, vt deduceret ad non corpus, & mane-
ret materia absque corporeitate. Ratio huius est, quia
angeli non habēt aliquam virtutē agendi in hęc natu-

Repugnat formaliter alicui corpori, ꝙ ab agente naturali corporeo in nō esse corp. reducatur.

F ralia mō corruptiuo, generatiuo, aut alteratiuo, aug-
mentatiuo, vel diminutiuo, nisi per naturales qualita-
tes: quia istę trāsmutationes fiunt per contrarietatem,
angeli autem non habent tales in se virtutes, nec con-
tinent in virtute sua totam naturam, ita ꝙ per cessatio-
nem influentię eorum cesset ipsa natura: ideo si agere
debent, necesse est, vt mutuent qualitates actiuas ab ip
sis elemētis, & hoc non quidem, quòd ipsi in substātia
sua recipiant aliquam caliditatem elementarem, quia
hoc includit cōtradictionem, sed quòd accipiant ipsa
corpora elementaria, & vtantur eis tanq̄ instrumentis:
ideo omnis actio angelorum est applicare actiua passi-
uis, sicut si nos applicaremus ignē distantem ante hoc
alicui spicę, ita vt iam propinquus esset, & posset com-
G burere, & antea non posset comburere, non tamen di-
ceretur propter hoc agere ipse, qui applicabat ignem,
sed ipse ignis: huiusmodi autem est actio angelorum,
ideo nō differt actio angelorum ab actione rerum na-
turalium, cùm angeli nō sint habētes in se principium
actionis, sed sunt ministri. Et tunc sicut antea diceba-
mus, quòd res naturalis non poterat corrumpere aliā
rem, quin eam corporeā relinqueret, & vltra hoc non
poterat destruere formā corporeitas, imò implicabat
cōtradictionem: ergo cùm angeli eodem modo ege-
rint per ista naturalia agentia applicita passis, non pote
runt corrumpere tantum aliquam rem, vt faciāt eam
non corpus. Deus autem si agat in aliquod corpus
corrumpendo illud, non aget per virtutē aliq̄ elemen-
H tarem tanq̄ per actionem transmutatiuam, quæ est à
contrario, & per motum, quia includit contradictionē
Deum agere per motum, vt supra declarauimus. Et iā
quia actio sua isto modo non posset esse in instanti, cū
motus necessariò dicat successiuam acquisitionē: ideo
non posset sic agendo aliquam rē subito corrumpere,
vel destruere. Nam non solū includeret contradictio-
nem ex parte Dei, sed etiam ex parte rei; ideo si Deus
rem aliquā vellet corrumpere, ita quòd si esset corpus
vellet facere eam nō corpus, etiam si omnia naturalia
agentia seruiant ei ad libitum, tū non posset corrum-
pere per aliquā applicationem alicuius virtutis creatę,
sed necesse esset, vt per seipsum ageret, quia non esset
aliquod creatum, quod possit esse instrumentum hu-
I ius actionis: corrumperet ergo Deus talem solo isto
modo, qui est tollere suam manutenentiam, qua res
sunt, & sic necessariò res in nihilum rediret, ita ꝙ illud
corpus, nihil esset, nec in materia, nec in forma. Vel si
vellet subtrahere solam manutenentiā corporeitatis,
& non manutenentiam ipsius materię, quod quidem
fieri posset, quia corporeitas, & materia ipsa differunt
realiter, sicut in omnibus rebus materia & forma, &
tunc maneret materia sine forma. Antecedens autē
quod dicebat patet, scilicet quòd Deus non posset cor-
rumpere corporeitatem materiæ, per aliquam creatu-
ram tanquam per aliquod instrumentum: nam repu-
gnat hoc formaliter, quia oēs creaturę, per quas Deus
ad hoc ageret, sunt corporales: includit autem contra-
K dictionem, & repugnat toti rationi, atque naturę, vt ali
quod corpus habeat virtutem, per quam aliud corpus
corrumpatur vsque ad non corpus, vt declaratum est,
& patet simile in creatione, qa licèt Deus possit vnā rē
naturalem calefacere, aut infrigefacere paliq̄ virtutem
elementarem applicitam illi rei, aut per voluntatem
suam solam creando in re illa frigiditatem: tū creare
aliquam rem solū vno modo potest, s. per suam poten
tiam, & non per aliquod instrumentum: quia nullum
est instrumentum, cui possit communicari virtus infi
nita, quæ requiritur in creatione. Quòd ergo Deus nō
possit creare per instrumētum, vel corrumpere mate-
riam primam ad non corpus per instrumentū, nō est
defectus potentiæ Dei, sed defectus instrumenti: quia
nulla

Angeli qñ operantur non accipiunt aliq̄ qualitatē elemētalē in essentia sua, sed accipiūt illā tāq̄ instrumentum.

Si Deus aliqd corpus corrūpat faciēdo si eē corpus nō poterit operari p virtutē elemētalem.

Deus creationem p solam suā virtutem facere potest, & nō per aliqd instrumentum.

nulla creatura est, quæ tantā virtutem recipere possit.
Isto ergo modo materia poterit manere sine corpo-
reitate: & tū tunc nō poterit seipsa reducere ad corpo-
reitate: nec aliqd naturalę agēs poterit eā reducere ad
corporeitatē. Si tū forma corporeitatis esset ei deter-
minata, ipsa ex natura sua reduceret se in ipsam, (licèt
ab aliquo agēte priuaretur ea): sicut aqua quæ habet
frigiditatem virtualem, & formalem, & determinat si
bi naturaliter frigiditatem, si per actionē alicuius agen
tis priuetur ea, ipsa reducet ad eam per naturam suam,
faciēdo se frigidam, etiam si nulla res eam frigefaciat.
Quòd autē nullum agens naturale possit in eā agere
deducendo eam ad corporeitatem patet, quia omnis
actio naturalis fit per contactum. s. quòd agens tangat
ipsum passum, vt patet in 2. De generatione, & corru
B ptione: sed ea, quę corporalia sunt, non possunt tange
re incorporalia, cùm ibi debeat fieri contactus per di-
mensiones quantitatiuas: si autem materia reduce-
retur ad esse non corporeum, non possent tangere eam
res naturales, quæ omnes sunt corporales. Et contra-
rio tū potest fieri, ꝙ res spirituales tangant corporales,
& agant in eas: sicut anima nostra agit in corpus no-
strum. Ratio diuersitatis est, quia omnis susceptio fit
secundum modum suscipientis, quia sunt vt mensura
& mensuratum: patet enim in aqua, & mēsura aquę,
quia si mēsura est quadrata, aut trigona, siue sphęrica,
talem figuram accipiet aqua: cùm ergo aliqua res vir-
tutem suam deriuat in aliam ad agendum in ea, recipi
tur illa virtus in illa secundum naturam rei suscipiētis:
C si ergo id, in quo recipitur aliqua virtus sit spiritualis,
oportet vt recipiatur spiritualiter: si aūt res suscipiens
sit corporalis, oportet vt recipiatur virt. corporaliter.
Cùm ergo res spiritualis agit in corporalem, quia res
corporalis debet recipere corporaliter. i. secundū con-
ditionem corporis, s. diuisibiliter, necesse est, vt ipsa res
spiritualis deriuet virtutem suam corporaliter, idest
extensiuè, & non diuisibiliter. Et quia res purè spi-
rituales secundū se indiuisibiles sunt, non possunt se ap
plicare rebus corporalibus diuisibiliter s̄m essentiam
suā: possunt tū virtutem suam deriuare diuisibiliter. s.
ad istam partem corporis, & ad illā, & ad omnes alias:
nam sicut quantitas vnitur quātitati per applicationē
dimensionū, ita spiritualis res applicatur rei quantæ p
D applicationē dimensionū virtutis. s. ꝙ sicut corpus est
latum & longum & diuisibile, ita virtus illa applicetur
secundum latum, & longum, & non indiuisibiliter. Et
quia omnes res spirituales habentes potentiā ad agen-
dum possunt applicare virtutem suam rebus corpora-
libus corporaliter. i. diuisibiliter, & secundum exten-
sionem: ideo non repugnat alicui rei spirituali, ex eo
ꝙ spiritualis est, in rem corporalem agere. Quando
autem res corporalis debet agere in spiritualem, quia
spiritualis est ibi susceptum, necesse est, vt susceptio
fiat spiritualiter. i. secundum conditionem spiritus: est
autē spiritus aliquid indiuisibile, ergo necesse est, ꝙ
virtus deriuetur indiuisibiliter. Si autem deriuetur in-
diuisibiliter, impossibile est in eum agere: res autem
E corporales, quia diuisibiles sunt, deriuant virtutē suā
corporaliter, idest diuisibiliter: spiritus autem non po-
test recipere non indiuisibiliter: ergo corpus non po-
terit agere in rem spiritualem. Repugnat ergo ex hoc
alicui corpori, quòd possit agere in rem spiritualem.
Et sic ignis Inferni nullo modo potest agere ī animas,
vel dęmones directè: sed agit per voluntatem Dei se-
cundum quendam modum spiritualem, vt Deus di-
sposuit: de quo nunc dicere non est locus. Materia
autem prima si denudetur forma corporeitatis: (licèt
non sit spiritualis cùm sit materia) habet se tamen spi
ritualiter, scilicet indiuisibiliter, quia diuisio est ratio-
ne quantitatis, vt patet in primo Physico. si ergo non

Res spirituales possunt agere in res corporales, & non econtrario.

Materia prima denudata forma corporeitatis licèt non sit

A sit corporea, non erit quanta nec diuisibilis. Et iste est
modus spirituum, & tunc sicut non potest agere ali-
quod corporale in vnum spiritum, quia indiuisibilis
est, ita non poterit agere in materiam nudatam corpo
reitate: quia indiuisibiliter se habet. Non ergo pote-
rit aliquod agens naturale reducere materiam primā
ad corporeitatem per actionem suam. Item oīs actio
naturalis fit per quandam alterationem, & cōtrarieta-
tem, prēter motionem localem: si ergo deberent age-
re res naturales in materiam primam priuatam corpo
reitate, necesse esset, vt ista actio fieret per contrarie-
tatem, sed in materia nudata corporeitate nulla cōtra
reitas esse poterit: ergo nullum naturale agens pote-
rit in ipsam agere. Patet hoc, quia ignis non potest a-
B gere in ignem, quia sunt similes, & frigidum frigidū
alterum non corrumpit, nec humidum potest corrū-
pere humidum, sed ipsum siccum, & sic semper a cō
trarietate fit actio, in similibus autem nulla. Et ob hoc
licèt ignis sit corpus multum actiuum, tamen non po
test agere in orbem lunę, cui est immediatissimus: ita
quòd licèt superficies ignis connexa, & superficies or
bis lunaris concaua se contingant: tamen nullo mo-
do corrumpit orbem lunæ: nam in illo nulla contra-
rietas est: ideo ita repugnat ignem comburere orbem
lunę, vel immutare, sicut vnum ignem comburere al
terum ignem: cōrpora namque cęlestia non suscipiūt
peregrinas impressiones, idest qualitates corruptiuas.
Q̄ autem in materia prima nudata corporeitate, non
C possit esse contrarietas, patet quia istæ qualitates con-
trariæ dicuntur qualitates elementales: ideo solū re-
periuntur in elementis, vel in his, quæ fiunt ex elemē-
tis: materia autem nudata corporeitate nihil partici-
pat cum elementis, ergo non habebit istas contrarie-
tates. Etiam quia istæ qualitates fundantur in quanti-
tate, & coextenduntur ad extensionem eius: si autem
sit aliquid non habens quantitatem: nec etiam habe-
bit frigiditatem, & sic de cęteris qualitatibus. Et si for-
te dicatur, quòd illæ qualitates possunt conseruari in
indiuisibili, sicut substātia quanta per aliquam poten-
tiam reducitur ad esse indiuisibiliter. Est tunc dicen-
dum, quòd illæ qualitates non sunt taliter, vt sint prin-
cipium agendi, vel patiēdi: quia (vt ante dicebamus)
D sunt iudiuisibiliter, & non potest in eis recipi actio ab
ipso, quod diuisibile est. Et sic nullo modo materia
reducta ad non corpus, posset per actionem alicuius
naturalis agentis induere formam corporeitatis. Et
sicut non possent agentia naturalia, ita nec angeli, nec
dęmones, quia actio istorum circa res corporales, est
applicando actiua passiuis, & sic coincidit cum natura
li actione, vt supra declarauimus. Deus autem solus
posset materiam non corpoream reducere ad corpo-
reitatem, quia continet virtutem totius naturæ, & per
eius voluntatem cuncta, quæ sunt, esse accipiunt: non
tamen poterat Deus per aliquod agens naturale tan-
quam per instrumentum hoc facere: non quidem, ꝙ
Deus non posset dare tantam virtutem, sed quia repu
E gnat alicui creaturæ recipere tantam virtutem, & pa-
tet hoc, quia facilius est aliquid destruere, quā cōstruc
re illud. Sed vt declārauimus supra, non poterat Deus
per aliquam rem naturalem, tanquam per instrumen
tum, tollere corporeitatem, ergo nec poterit causare
eam siue producere per actionem alicuius creaturæ
instrumentaliter. Etiam si per se Deus agere velit, nō
poterit per motum producere illam formam corpo-
reitatis: nam repugnat Deo agere per motum solū:
ergo manet sibi, quòd si Deus in materia nudata cor-
poreitate velit producere corporeitatem, quòd non
poterit alias quam per creationem facere: sicut non
poterat eam destruere, nisi per subtractionem suæ vir
tutis gubernatiuę, & manutenentis omnium.

Spiritus habet se tamen sicut spiritus.

An in materia prima denudata a forma corporeitatis possit esse cōtrarietas.

Qualitates actiuę in quantitate fundantur, & coextēdūtur ad extensionē.

Repugnat ipsi Deo agere p motum.

Duæ

Duæ sunt formæ quæ produci possunt per creationem, scilicet anima rationalis, & corporeitas.

QVAESTIO. LXIX.

EX quo infertur corrolariè, quòd in rebus naturalibus infra corpora cęlestia duæ sunt formæ, quæ per solam creationem ad esse produci possunt, scilicet forma perfectissima, & forma imperfectissima. Perfectissima quidem est anima, & hæc sine creatione produci non potest: imperfectissima autem est forma corporeitatis, & hæc etiam (vt inductum fuit) sine creatione ad esse nunquam producitur. Concluditur ergo quod supra dicebatur, scilicet ꝙ materia, licèt sit in potentia ad omnes formas, nullā tamen sibi naturaliter determinat, ad quam se ex natura reducat, nec etiam ad ipsam corporeitatis formam. Et sic patet quod dicebatur. s. ꝙ est differentia inter materiam, & intellectum: nam licèt intellectus sit in potentia ad omnem speciem, & intellectionem, & materia ad omnem formam: tamen materia non potest se reducere ad actum alicuius formę, idest ad habere actualiter aliquam formam: intellectus autem potest se reducere naturaliter in actū alicuius intellectionis: ad hoc enim, quòd illud, quod in potentia est in actum reducatur, est necessaria virtus reducens. materia prima nullam virtutem habet, per quam se reducat: ideo ad reductionem ad actum alicuius formæ indiget extrinseco agente disponente: intellectus autem licèt non habeat virtutem, quæ reducat eum in actū omnium intelligibilium, quia tunc omnia per se intelligeret, habet tamen quandam virtutem, quæ potest reducere eum in actum aliquorum intelligibilium: sunt namque quædam intelligibilia valde parua, quæ pauco labore intelliguntur, cùm manifesta sint secūdum se, & ad ista sufficit virtus intellectus, vt se reducat in actum illorum intelligibilium, ad quæ erat in potentia, idest vt se reducat ad actualiter intelligere aliqua, quæ antea solū in potentia intelligebat, idest quòd ea poterat intelligere, sed nōdum intelligebat.

Virtus, per quā intellectus se reducit in actum aliquorum intelligibiliū est intellectus agēs.

Ista autem virtus, per quam intellectus noster se reducit in actum aliquorum intelligibilium sine alio educente ad actum, vocatur in nobis intellectus agens, & ob hoc distinguimus in nobis intellectum agentem & intellectum possibilem: non quidem quòd isti sint in nobis duo intellectus, siue duæ potentię, nec sunt in vno intellectu duæ res distinctæ realiter sicut faciūt realem distinctionem inter habitum, & habitum, vel inter potentiam, & habitum. Est enim idem realiter intellectus agens, & possibilis; sed nos distinguimus eum sic, quia possibilis, & passibilis, siue potentialis idem sunt. Est namque anima nostra, cùm sit infima forma, vel infima perfectio inter omnes res spirituales: sunt enim omnes substantiæ spirituales intelligentes, & dum aliqua substantia spiritualis perfectior est tanto magis intelligens est, & perfectiori modo. Cùm autem perfectissima res spiritualis fuerit, perfectissimè intelliget, quæ autem inter omnes imperfectissima fuerit impfectissimo mō intelliget per regulā Arist. si simpliciter ad simpliciter, & magis ad maximè: perfectissimus autem modus intelligendi est oīa simul in actu intelligere, & ad nullum esse in potentia: imperfectissimus modus est nihil esse secundum naturam in actu intelligentem, sed ad omnia esse in potentia: medius modus est esse secundum in actu quantum ad quædam intelligibilia, & quantum ad quædam in potentia. Et sic nos distinguimus in substantias spirituales tres gradus, scilicet Deum, qui est

F substātia spiritualis perfectissima, & angelos, qui sunt substantiæ mediæ, & animas nostras, quæ sunt infimæ in genere substantiarum spiritualium. Deus ergo intelliget omnia simul, & naturaliter est in actu omniū. Angeli autē ad aliqua intelligibilia erunt in actu, & ad aliqua in potentia: in actu sunt quantum ad omnium intelligibilia naturalia, siue principia, siue conclusiones: ita quòd nihil de naturalibus ignorant: sunt autē in potentia respectu summorum intelligibilium, scilicet respectu eorum, quæ de Deo cognosci possunt: ideo multi angeli fuerunt, quos aliqua de misteriis nostræ redemptionis latuerunt, donec facta sunt, & adhuc ipsis factis quidam eorum nondum intelligebāt. Et isto modo multę veritates de Deo latent angelos,
G quia ipsi nesciunt de hominibus, qui nunc viuunt, qui saluandi sint, aut qui condemnandi, nisi cùm Deus revelat aliquibus eorum. Et de istis secretis, & altis intelligibilibus plura cognoscunt illi, qui natura perfectiores, & Deo coniunctiores sunt, quàm alij: & propter hoc ponūtur actus hierarchici, scilicet perficere, purgare, & illuminare, quia quidam angeli qui sunt superiores perficiunt, purgant, & illuminant alios inferiores: vt declarat Dionysius in libro de Angelica Hierarchia. Si autem angeli omnia cognoscerent, non possent esse inter eos isti actus hierarchici, quia quod perfectum est, & illuminatum vel potius luminosum, perfici, & illuminari non potest. vltimum gradum perfectionis tenēt animæ nostrę in substātiis
H spiritualibus, ideo corrispondet eis imperfectissimus modus intelligendi, & iste est esse totaliter in potentia ad intelligendum, idest ad omnia intelligibilia esse in potentia: & nullum naturaliter habere in actu. Conformis modus est in rebus corporalibus: nam sicut in spiritualibus perfectio rei est intelligere: ita incorporalibus perfectio rei est in forma: id ergo quod est inter corporalia perfectissimum, habet perfectissimam formam; quod minus perfectum minus perfectam formam: quod autem habet gradum minimū perfectionis, nullam habet formam: sed est in potentia ad omnem formam: & huiusmodi est materia prima: sic ergo oportebit assignare in intellectu nostro, quòd cū sit inter substantias intelligentes tenens gradum imperfectissimum, quòd non habebit naturaliter aliquod intelligibile in actu, sed erit in potentia ad
I omnia: quod autem in potentia est ad aliquid, vocatur potentiale: cùm ergo intellectus noster sit in potentia ad omne intelligibile, vocatur potentialis, vel potentialis, vel possibilis, idest non actuatus secūdum naturam: sed potens actuari. Aliqui etiam vocāt eū intellectum materialem, idest quòd sicut materia nō est naturaliter in actu alicuius formæ, sed in potentia ad omnes, ita intellectus noster est in potentia ad omnes intellectiones, & est modus metaphoricus. Et qa Deus non reliquit istum intellectum ita nudum, quin daret ei aliquam virtutem, per quam posset se reducere ad actum intelligendi aliquorum, ad quæ erat in po
K tentia, secundum illam virtutē non est intellectus potentialis, sed est reducens se de potentia ad actum: & quia ista reductio est actio, ideo intellectus quantum ad istam virtutem vocatur agens, idest seipsum ad intelligendum actualiter reducens. Idem tamen intellectus, qui est agens, est possibilis: vocatur tamen possibilis, & agens secundum diuersa, quia secundum ꝙ intellectus est in potentia ad intelligere vocatur possibilis: secundum autem, quòd ipsemet intellectus per virtutem suam facit se actu intelligentem, reducendo se de potentia ad actum, dicitur intellectus agēs.

Si angeli cognoscerent naturaliter oia nō possēt esse inter eos actus hierarchici.

Quare intellect⁹ noster vocatur possibilis potētialis, & materialis.

Vtrum

Vtrum intellectus agens intelligat, vel intellectus possibilis, aut intellectus potētialis. Et an intellectus agens & possibilis differant realiter, vel formaliter. Et de lumine intellectus agētis quid sit. Et quomodo Deus vel angelus illustrant intellectum ad intelligendum in via, & in patria.

QVAESTIO. LXX.

SECVNDVM superius dicta cessat quorundam fatua nimis quęstio, qui terminos q̄stionis suę non intelligunt, scilicet vtrum intellectus agens intelligat vel intellectus potentialis: & vtrum species intelligibiles sint in intellectu agente, vel intellectu possibili. Ista namque præsupponit istos duos intellectus realiter distinctos esse, aliàs in se nulla esset: veluti si quis quæreret quis est beatificabilis, vel damnabilis homo, vel risibilis: nam vtrunque & beatificabile, vel damnabile est, cùm vtrunque idem sit. Eodem modo ad istam quæstionem stultam respondere possumus dupliciter: vno modo nō tam propriè, & dicemus quòd tam intellectus agēs, quam possibilis intelligunt, quia vterque idem intellectus est, & non potest intelligere intellectus possibilis, quin intelligat intellectus agens, & è contrario, sicut nō potest beatificari homo, quin beatificetur risibilis, & è contrario. Alio modo, & proprius respondere possumus, quòd nec intellectus possibilis intelligit, nec agens, sed intellectus, qui est potentia intellectiua, & nec intellectus potentialis habet species, nec agens, sed intellectus, qui est potentia. Ratio huius est, quia licèt ista duo formaliter differentia sint inter se, idem tamen realiter sunt, & sunt ipsa potentia intellectiua: tamen intellectus, f̄m quòd agens solum reducit se de potentia ad actū. Reducere autem de potentia ad actū non est intelligere: sed facere intelligere; intellectus autem, f̄m quòd possibilis solū est in potentia ad intelligendum: cū autem intelligit, non est in potentia f̄m huiusmodi: sicut cùm materia recipit formā, non est in potentia, quia actuata est, ergo intellectus non intelligit inquantum possibilis, nec inquantum agens, sed inquantum potentia intellectiua: ergo loquendo formaliter, nec intellect⁹ agens intelligit, nec intellectus possibilis, sed intellectus: & eodem modo patet de hoc, quod est habere species, s. quòd species sunt in intellectu, qui est potentia, & nō f̄m quòd est agens, nec secundum ꝙ est possibilis. Imò si vellemus formalius loqui, dicemus ꝙ species intelligibiles, & habitus intellectiui sunt in intellectu, prout est memoria: & actus intelligendi sunt in intellectu, prout est intellectus. Memoriam namque doctores nostri ab intellectu distinxere, & hoc vt reperirēt in nobis rationem imaginis ad tres personas, quę attenditur in his tribus cū suis actibus: sed f̄m rem intellectus non est distinctus a memoria: sicut n. intellectus possibilis, & intellectus agens sunt vnus intellectus non distinctus realiter, sed dicuntur agens, & potentialis propter modum diuersum se habendi intellectus, s. quia aliquo modo est in potentia ad intelligere, & aliquo modo reducit se ad actum intelligendi: ita intellectus, & memoria distinguntur, quia intellectus dicitur quantum ad intelligere. memoria dicitur quantum ad retinere: eadem tn̄ potentia facit vtrunque: quia intellectus intelligit, & retinet in se id, quod intelligit: nec oportet ꝙ aliud sit id, quod est intelligens, & aliud quod retinet id, qd̄ intellectū est: sed solū ponitur memoria ad retinendum: ergo non est ponenda memoria tanquam aliqua potentia animę distincta realiter ab intellectu. Si enim poneremus memoriam potentiam distinctam ab intellectu, vt retineret ea, quæ concepta, & intellecta sunt: cùm

Intellect⁹ agens, & possibilis differunt formaliter sed non realiter.

Nec intellect⁹ agēs nec possibilis intelligit, sed intellect⁹.

Memoria non distinguitur realiter ab intellectu.

A etiam ponamus aliqua esse volita, & dētur species volitionis, siue pertinentes ad voluntatem, sicut sunt species, & habitus pertinentes ad intellectum: ergo dare tur alia potentia memoratiua, quę retineret volita: sicut datur memoratiua, quę retinet intellecta: & tunc daremus quatuor potentias aīæ rationalis: quod absonum est, & nemo vnquam fatebitur. Et propter hoc Philosophi, qui ista abundantius, quā multi theologorum perscrutati sunt, in aīa rationali solam intellectiuam, & volitiuam potentias posuerunt, quia non considerabant ponere, vel inuenire in aīa nostra rationē imaginis, quod theologi prēcipuè attenderunt: & pp quod posuerunt memoriam in anima nostra. Nec tn̄ ex hoc dicunt memoriam esse realiter distinctam ab intellectu, si recte attendas. Si tn̄ nos velimus tenere istum modum. s. vt dicamus memoriam, intellectum, & voluntatem esse in anima, non debemus dicere, ꝙ in intellectu sunt aliqui habitus, vel species intelligibiles, sed in memoria: quia memoria si ponitur solū ad retinendum omnia, quę pertinent ad intellectum, & sunt manentia, debent collocari in memoria: habitus autem manens est, & species intelligibiles, siue termini mentales, quod idem est, manentes sunt: ergo in memoria poni debent, vel dabitur memoria frustra, vel omnino non ponetur. Ea autem, quę pertinent ad intellectum, & sunt transeuntia, quemadmodum actus intelligendi, necessariò ponuntur in intellectu: nam memoria solùm illud recipit, quod retinere debet: actus autem intelligendi noster, cū sit de transiēs, C impossibile est eum retineri. In proprie ergo valde loquuntur, qui ponunt memoriam, & dicunt esse aliquē habitum intellectus, vel speciem in intellectu. Quia ergo secundum veritatem memoria nihil aliud est, q̄ intellectus, sed ponitur distincta propter perfectā rationem imaginis, cùm theologicè locuti fuerimus, vbi necessaria est imago trinitatis, ponemus memoriam: cùm autem locuti fuerimus Philosophicè, solū intellectum, & voluntatem asseremus. Quantū ad id, quod supra tetigimus de lumine intellectus agentis nobis dato, per quod nos reducimur in aliqua intelligibilia actualiter intelligendo, ad quæ eramus in potē tia, dicendum quòd Deus voluerit in hoc facere maiorem gratiam intellectui nostro in spiritualibus, quā D materiæ primę in corporalibus: nā materia prima inter corporalia ita est in potentia, ꝙ non habet in se aliquam virtutem, per quā reducat se in actum alicuius formę: intellectus aūt noster ita est in potentia, ꝙ habet aliquid, per quod se in actū alicuius intellectionis reducere potest. Ita namque conueniebat ad bonum ordinem rerum: nam maius inconueniens erat, ꝙ intellectus noster non haberet aliquid, per qd̄ se in actū reduceret, quā ꝙ materia prima nō haberet virtutem ad se reducendum in aliquam formam: nam materia prima actuatur per agentia naturalia in primēntia formas educendo de potentia ad actū: & istę formę sunt permanentes: nam vna forma maneret in materia valde magno tempore, imò in ęternū, nisi ab aliquo naturali agenti corrumpatur: & sic non est necessaria cōtinua actio naturalium causarum reducendo materiā de potentia ad actum. In actibus intellectus per ꝙtrarium est, quia sicut materia perficitur, & actuatur formis, ita intellectus actuatur, & perficitur intellectionibus: forma tn̄ materiæ impressa est permanens: ideo non indiget, vt immediatè reducat naturale agēs materiam de potētia ad actum, cùm illa forma impressa sufficiat, intellectiones autem sunt transeuntes: ideo si immediatè postquam intellectus intellexit aliquid, non reducatur iterum in actum alium intelligēdi, est in potentia pura: & sic agens reducens intellectū nostrum de potentia ad actum debet habere actionem conti-

De lumine intellectus agentis.

Si intellectꝰ noſter non haberet aliquid ꝑ quod ſe reduceret ad actum, oporteret ꝙ quando deberet intelligere Deus, vel angelus ei aſſiſteret.

continuam, vel quaſi continuam: ſi ergo intellectus noſter non haberet virtutem agentem, ideſt reducentem eum de potentia ad actum quintum ad quædam intelligibilia, oporteret, ꝙ quando intelligere deberemus, ſemper aſſiſteret nobis pręſentia alicuius angeli nos inſtruens, vel Deus ſpecialiter ad intelligendum eleuans: & ſi non eſſet cõtinue hoc, eſſet aliquod tempus, in quo homo deficeret a perfectione humana, ſ. ꝙ nihil poſſet intelligere, & cõſequenter nec velle, cū vnum conſequatur ad alterū; & nec bonos actus ageret nec malos: quia actus bonus, vel malus eſt ſm electionem, electio autem eſt appetitus præconſiliati, & tunc non poſſemus conſiliari: ergo nec bene, vel male agere: & ſic in tēpore illo nihil differemus a beſtiis. Sequereturq; alterū inconueniens. ſ. quòd cū homo feciſſet aliqua, qñ intelligeret motus a Deo, vel ab angelo illuſtrante intellectum noſtrum, ꝙ poſtea ceſſante illa illuſtratione, & nobis nihil intelligentibus, nec intelligere valentibus, & motis per Phantaſiam, & affectiuam vim, quæ ſunt principia agendi inferiora, in quibus communicamus cū beſtiis, deſtrueremus oīa, quæ ante intelligentes feciſſemus: ſicut beſtiæ nõ intelligentes deſtruunt ea, quæ homines faciunt: totaliterque ſimiles eſſemus furioſis, qui habent lucida interualla. i. qui aliquādo furiunt, & aliquando ſanę mētis ſunt, & ea quæ rectè prudenterque cùm ſanę mentis eſſent fecerunt, in tempore quo inſaniunt penitus deſtruunt: & per iſtū modum nihil aliud eſſet vita humana, niſi quędam pęnitus perdita inordinatio ex ſtulto, & ſenſato compoſita. Si aūt dicamus, ꝙ Deus, vel angelus continuè nobis pręſentes eſſent nos illuminādo, vt intelligeremus, ſequerentur alia incõuenientia. Primum eſt, ꝙ homo careret pęnitus libero arbitrio, & non poſſet mereri, nec demereri, nec bonus aut malus eſſe: quod pęnitus contra intentionem conditoris eſt, & repugnat perfectioni vniuerſi. Patet conſequētia, nam liberum arbitrium eſt facultas intellectus, & voluntatis. i. quòd per intellectum iudicantem, qui eſt radix libertatis, & per volūtatem eligentem faciat hō libere quod voluerit: ſi aūt nos intelligeremus ex ſola Dei illuſtratione, vel angelica inſtructione nõ habentes in nobis aliquam virtutem reducentē quouis modo intellectum de potentia ad actum, ſolū eſſemus intelligentes per illā intellectionem, quā Deus in nobis cauſaret, nec poſſemus aliquod iudicare, niſi quod ipſe imprimeret: ſicut materia, quæ nõ habet virtutē naturalem ad reducendum ſe in actum, ſolū habet illam formam, quā imprimit agens naturale: ideo eſt purè paſſiua, & per ꝯſequens non libera: & tñ ſi haberet aliquā virtutem reducentē ſe ad aliquā formam, nõ reciperet ſolū quamcunq; formam ei imprimeret agens, ſed ipſam ēt, quā ipſemet ſibi cauſaret ſe reducēdo de potentia ad actū: eſſet ergo in intellectu tūc neceſſitas & nulla radix liberi arbitrij, & ſolū intelligeret id, qđ imprimeretur ei ſiue practicum, ſiue ſpeculatiuū. Et quia voluntas conſequitur intellectum iudicantē, ita ꝙ nullo modo poteſt eligere ꝯtra id quod iudicat intellectus, ſi intellectus totaliter eſt neceſſarius, voluntas ēt non poterit aliud eligere, nec erit ſibi imputandū, ꝙ faciat hoc vel illud, quia nõ poteſt aliud velle. Sic aūt eſt de potentiis ſenſitiuis: quia ex eo ꝙ potētia ſenſitiua totaliter eſt paſſiua, quia non ponitur ibi viſus agens, & paſſibilis ſm ꝙ in intellectu, nec auditꝰ agēs & poſſibilis, ſed totaliter ipſum obiectum actuat ipſā potentiā organicā, eſt ipſa potentia organica purè paſſiua. Nam nõ eſt in potentia noſtra, quæ tangibilia tangamus, nec eſt in poteſtate nr̃a, quas voces audiamus: ſic. n. neceſſariò eſſet in intellectu, ſi intellectus totaliter actuaretur ab aliquo extrinſeco reducēte eū de potentia ad actum: quia ſolū illud intelligeret, qđ impri-

Potentiæ ſenſitiuæ ſunt totaliter paſſiuę.

F mereret agens reducens ad actū: ſicut ſolū videmus ea, quę obijciuntur nobis, & in nos agunt: non eſt tñ ſic, quia tunc ſicut nõ ſumus mali, vel boni ex hoc, ꝙ audimus, vel videmus bona, vel mala: ita nõ eſſemus boni, vel mali in iudicando bona, vel mala, cū vtrunq; ſit æqualiter neceſſarium, quia ab agente exteriori eſt, & nullo modo in potētia noſtra: tñ falſum eſt: quia qui bene iudicant, boni vocantur, qui aūt mala agendū eſſe iudicant mali ſunt, & ex hoc dānantur. Item patet quià intellectus noſter aliquā nunc habet libertatem: nam quantū ad hoc quod eſt recipere tales, vel tales ſpecies intelligibiles, nõ eſt aliquo modo in poteſtate noſtra: & ex ea parte neceſſitamur ſm impreſſionē obiecti: tñ ꝙ poſtea intellectus ſm ſuam virtutē agentem G ſm quā reducit ſe de potentia ad actū cõuertat ſe ſuper illam ſpeciē, & de potentia intelligente faciat ſe actu intelligētē, aliquo modo eſt in poteſtate nr̃a. Nā ex ea parte, qua recepti ſumus totaliter ſumꝰ neceſſitati: ex ea aūt, qua ſumus agentes ſm virtutē agētē intellectus noſtri, quodā modo liberi ſumus, & poſſumus mutare intellectiones. ſ. ꝙ aliquis nunc iudicabat non eſſe fornicandum, vel ante iudicabat eſſe fornicandū: & nunc iudicat abſtinendum: ſi tñ nos nõ haberemus intellectum agentē. i. quandam virtutē, quæ eſt in intellectu noſtro, ſed totaliter intelligeremus per acctuationem principij extrinſeci reducētis nos ad intelligere: non poſſemus variare iudicium, ſed ſm ꝙ nobis imprimeretur ita intelligeremus: ſicut materia talem H formā habet qualis ſibi imprimitur, & potentia viſiua talem viſionē recipit, quale viſibile pręſentatur: & tūc paſſio nihil ageret. Nam dato, ꝙ inſurgeret fortiſſima paſſio, vel ad iram, ſiue ad actum venereum, cū principium extrinſecum reducēs nos ad actualiter intelligēdum reduceret ſemper ad eandem intellectionē, impoſſibile eſſet cõtrarium iudicare, cū non eſſet in nobis principium, per quod ꝯtrariū intelligamus. Itē nõ ſolū exiſtente paſſione, ſed ēt ſine paſſione poſſumus aſſentire diuerſis intelligibilibꝰ, ſm quòd voluerimus & in captiuare intellectū noſtrū ad id, ad quod voluerimus: ſic. n. agimus circa fidē: nā cū intellectus noſter lucidę rationi aſſentiat, & circa quoſdam de articulis fidei nobis hic nõ videtur eſſe ratio ad talia, ſed magis I ad oppoſitum: tñ captiuamus intellectū noſtrū in obſequium Chriſti, & facimus intellectum noſtrū aſſentire illis propoſitionibus difficilibus: nullum tñ iſtorū ſequeretur, agendo a principio extrinſeco. Et ſi dicas, quòd dato, ꝙ intellectus noſter illuſtraretur a Deo ad intelligendū, nõ ſequitur ꝙ careamus libero arbitrio, ſed poſſumus ꝯtraria iudicare. Sicut enim dicimus de gratia quantum ad voluntatē, quia gratia naturā non mutat, vel tollit, ſed perficit: ita nec illuſtratio Dei ſup intellectum noſtrum nõ tolleret liberum arbitrium. Et patet nunc in aliquibus, quos Deus ad ꝯtemplanda altiſſima ſupernaturaliter eleuat hic in via: & tamen non mutatur liberum arbitrium: & patet de illis, qui ſunt in patria, qui illuſtrantur diuina viſione: nam ibi K liberū arbitriū non tollitur, ſed perficitur atq; corrigitur: ergo nec tolleretur ſi dęmones illuſtrarent reducendo nos de potentia intelligēdi ad eſſe actu intelligentes. Falſum eſt, quia non eſt ſimile de illuſtratione illa, quam nunc Deus facit ſiue in via ſiue in patria humanis intellectibus: nam nunc eſt in nobis intellectus agens, qui eſt virtus intellectus noſtri, qua reducit ſe intellectus de eſſe in potentia intelligētē ad actum intelligentem: & tamen quia iſta virtus eſt modica, & reſpectu quorundam intelligibilium non ſufficit: Deus illuſtrat intellectum noſtrum, ideſt facit illā virtutem eſſe maiorem, dando ei ad tempus, vel ad ſemper quandam virtutis excellentiam, ſecundum quam ſufficiat ſe reducere de potentia in actu reſpectu omnium

De differētia illuſtrationis, qua poſſemus à Deo illuſtrari in via & ī patria.

nium

nium intelligibilium, & nõ ſolum naturalium, ſed ēt multorum ſupernaturalium, quia tñ id quod Deus illuſtrat nihil aliud eſt quàm quædam lux immiſſa, ſm quā intellectus noſter ſubtilius, & excellentius reducit ſe de potentia ad actū, quàm aliàs faceret: tñ ſemp principium huius actionis eſt intellectꝰ noſter, quem ipſe ſe reducit, licèt receperit virtutem ſecundū quā poſſit melius ſe reducere: & ſic manet libertas quædam radicalis. Si tamen Deus eſſet id, quod nos reduceret de poſſe intelligere ad eſſe actu intelligentes, & non eſſet aliud principium agēs in nobis, purè pateremur, & nõ eſſet in intellectu noſtro aliqua radix libertatis. Patet hoc exemplo manifeſto, vtpote ſi nos infirmi eſſemus, & non potentes ambulare ad aliquem locum, quem vellemus, ſi Deus raperet nos in turbine, ſicut rapuit Eliā, vt patet quarto Re. cap. 2. nos ſolum eſſemus patientes, nec eſſet in poteſtate noſtra, ſic vel ſic moueri, quia principiū agendi pęnitus eſt ab extra. Si tñ nobis non potentibus ambulare Deus tantā fortitudinem in organis motiuis poneret, & tātam velocitatem, vt poſſemus ambulare in vna die centum leucas, & ambularemus eas, licèt iſta virtus inſtrumentalis ad ambulandum eſſet nobis a Deo collata, tamen motus iſte in noſtra poteſtate eſſet, & poſſet ambulare, quando vellemus, & ceſſare cum placeret, & hoc quia principium agendi in nobis eſſet. ſ. anima: & ipſa vis motiua muſculorum, licèt illam Deus augmētaſſet: ideo in iſto actu merebamur, & in alio non merebamur, cùm principium agendi non ſit in nobis. Sic namque cùm Deus illuſtrat intellectum noſtrum habentem quandam virtutem reducendi ſe de potentia ad actum intelligendi intendendo illam virtutem, ſolū miniſtrat inſtrumentum: principium tñ agendi reducens ſe de potentia ad actum, ſ. ipſe intellectus in nobis eſſet: ideo actus haberet quādam radicalē libertatem. ſi tñ ipſe Deus per ſe reduceret nos de potentia ad actum, & intellectus noſter nullo modo ſe reduceret, ſed totaliter eſſet poſſibilis, nullo mõ poſſemꝰ habere liberum arbitrium: multum ergo fuit neceſſariū ad hoc dare in nobis intellectum agentem reducentē nos de potentia ad actum. Item ſi homo non haberet intellectum agētem, non haberet aliquem actum proprium humanum, ſed hoc eſt incõueniens, quia quęlibet ſpecies habet propriū actum: ergo neceſſariū fuit dare in intellectu noſtro virtutem agētē, vt homo haberet proprium actū, qui eſt principalior inter ſpecificas naturas corporeas vniuerſi. Cõſequentia patet, quia ille actus dicitur eſſe alicuius rei, qui eſt a principio intrinſeco illius rei, qui autem ſunt a principio extrinſeco non ſunt noſtri: ſi tñ detur, ꝙ nos non habeamus intellectum agentē, nullum actū humanū habebimꝰ, cuius principium ſit in nobis: ergo nullum actū haberemus carentes intellectu agente. Pro quo ſciendum, ꝙ actus humani dicūtur eſſe illi, qui ſunt per intellectum, & voluntatem: nam, vt ait Ariſto. in ſexto Ethico. duo ſunt principia actuum humanorum, ſ. intellectus, & voluntas: ſenſus autem (vt ipſe ibi dicit) nullius actus principium eſt, ſed inſtrumentum: ſi tñ nos dicamus, ꝙ in nobis non eſt intellectus agens, nõ eſſet principium in nobis quantum ad aliquē actum intellectus & voluntatis: voluntas namque licèt principium ſit actus humani, primum tamen principium eſt intellectus continens radicem libertatis. Et ex eo, ꝙ intellectus iudicat, voluntas vult. Et ſi nihil intellectus iudicaret, nihil voluntas eligeret, aut vellet. Et ſi aliquid intellectus iudicat, voluntas contrarium eius eligere, aut velle non poteſt. Et iſte eſt modus, quo intellectus continet radicaliter libertatem, ideſt principiatiuè, quam voluntas continet formaliter, & completiuè. Eſt ergo ipſe intellectus ſimpliciter principiū

Exemplaris declaratio qualiter illuſtratio Dei q̃dam tollat lib. arb. & quędā nõ.

Si non haberemus intellectū agētē nullum actū proprium humanū haberemꝰ

Licèt volūtas ſit principium 2ꝰ actꝰ humani: intellectus tamē eſt primū principiū continens radicem libertatis.

A actus humani: voluntas autem ſecundarium eſt, & ꝯſequens. Si tamen nos tollamus intellectum agētem, cùm intellectus agēs ſit id, per quod nos habemus in intellectu radicalem libertatem, & eſt intellectus principium liberæ actionis, ceſſabit intellectus noſter, & ſic principium actionis noſtræ: quia non determinaremur tunc ad intelligēdum, ſecundum quòd vellemꝰ, ſed ſm quòd agens intellectum mouens (quod eſſet extrinſecum) actuaret intellectum: & tunc actio tota potius diceretur eſſe ipſius principij exterius mouentis, quā intellectus noſtri, qui purè patiens eſt. Et licèt voluntas noſtra, etiam hoc exiſtēte non cogatur, quia iudicium ab ipſo intellectu eligit: tñ non eſt iſte actus purè liber, quia voluntas non poteſt agere contra iudi B cium intellectus: & tamen hic intellectus non habeat radicalem, nec etiam voluntas habebit perfectè actū liberum formaliter. Neceſſe erit ergo hoīem carere oībus actibus, & nulliꝰ actus humani eſſe principium ablato intellectu agente: ergo neceſſarius fuit. Item ſi daremus, vt ante dicebamus, quòd non haberemus intellectum agentem; & ſicut nunc ꝯtinuè, vel quaſi continuè reducimur ad actu eſſe intelligentes per virtutem agentem intellectus noſtri, ita reduceremur ad actualiter intelligendum continuè per actum Dei illuſtrantis nos, vel per aliquem angelum illuminantem, impoſſibile eſſet nos aliquid agere: nam nec comedere poſſemus, nec bibere, nec ad aliquid alterum diuertere, vel ſi ad comedendum, aut bibendum, aut aliquā C alteram actionem quantumcunq; breuem diuerteremus, neceſſe eſſet tunc nos intellectione priuatos, vt beſtias fore, aut vt mamacos, vel epilenticos, ſiue freneticos, qui rationis vſum in ipſa ęgritudine pęnitus perdiderunt: ſed hoc non conueniebat nullatenus perfectioni ſpeciei humanæ: quia ſic neceſſe erat perire: ergo oportuit ad neceſſitatem perfectionis, & vitę humanę dari intellectū agentem in nobis. Conſequentia patet, nam ad hoc quòd intellectus noſter ſuſciperet intellectionem, cū illa totaliter cauſaretur a principio extrinſeco, & nos totaliter eſſemus paſſiui recipiētes illam, oportebat, vt totaliter ſe ꝯuerteret ad ipſum actuantem eum in intelligendi actu. Patet hoc in aliis potentiis: nam potentiam viſiuā totaliter actuat obie- D ctum per ſpeciem, & non eſt ibi neceſſaria aliqua alia virtus intrinſica, vel extrinſica: ſi tamen potentia viſiua non attendat ad viſibile, non videbit: eodem modo cùm nunc intellectus noſter aliquo modo reducatur de potentia ad actum per magiſtros, qui ſunt agentia extrinſeca: non poſſumus per eorum actionē nos aliquid intelligere, niſi illuc intellectum noſtrum ꝯuertamus. Sic ergo ſi Deus vel angelus deberent nos continuò illuſtrare reducendo nos ad eſſe actu intelligentes, neceſſe eſſet ſemper attendere intellectū noſtrum: & ſi attēderet ſemp, neceſſe eſſet ſemper carere omnibus aliis actibus: ſicut cum nos conuertimus ad doctrinam magiſtrorum nil alterum agere poſſumus: & ſic nunquam comederemus nec biberemus, E nec aliquid alterū ageremus, quod totaliter repugnaret intentioni Dei condentis humanam naturam. Si autem aliquando comederemus, aut biberemus, impoſſibile eſſet tunc nos quidquam intelligere, quia ad recipiendum intellectionem requiritur attentio, quæ eſſe non poteſt conuertēdo nos ad alios actus. Ergo quando aliquid ageremus neceſſe eſset nos agere ſicut aſinos aut alias beluas, nihil penitus intelligentes: fruſtra ergo tunc eſset hominē eſse rationalem, cùm nullus actus humanus poſset dirigi ſecundum rationē: quia in ipſa actione ceſsaret actus intellectus. Hęc autem, & pleraque alia abſurdiſſima ſequerentur, ſi non haberemus intellectum agentem. Sapiētiſſimus ergo conditor ad perfectionē, & neceſſitatem ſpeciei

Si intellectus noſter a Deo vel angelo illuſtraret, non poſſemꝰ comedere nec bibere, aut aliqđ alterum facere.

humanę

humanę inseruit intellectui nostro, qui est possibilis, quandam virtutem, per quam se posset aliqualiter reducere de potentia ad actum: & materię primę nō indidit aliquam virtutem agētem, per quam reduceret se de potentia ad actum formę: quia in intellectu nostro necessaria erat virtus agens, & in materia prima non erat necessarium principium reducens, vt ex pręlibatis liquidum est. Hæc autem dicebamus, quia intellectus noster dicitur esse naturaliter in actu principiorum, & non in actu conclusionum.

Qualiter intelligendum sit, quòd intellectus noster sit in actu principiorum naturaliter.

QVAESTIO. LXXI.

PRO quo notandum est præsuppositis præmissis, quòd intellectus noster est in potētia ad omne intelligibile: & tamen non potest intelligere actualiter, nisi reducatur de potentia ad actum. Ista reductio est per principium agens. Habet aūt intellectus noster quoddam lumen sibi insitum, de quo dicitur in Psal. quarto: Signatum est super nos lumē vultus tui domine: quod vocamus intellectum agentem, siue virtutē agentem ex rationibus supra assignatis: & quia istud lumen est paruum, ideo non sufficimus nos reducere per lumen istud in actum oīum intelligibiliū, sed reducimur in ea, quę ſm se euidentiorem hn̄t cognitionem, & faciliora sunt: & ista sunt illa complexa, quæ fundantur super terminos, inter quos facilis est habitudo cognitu: sicut inter istos duos terminos mentales, totum, & pars, importatur quædam habitudo, vel respectus, qui innascitur totius ad partem: ideo apprehensis puris siue simplicibus terminis, in quibus nullus labor est aut subtilitas: cùm hæc a potentiis sensitiuis inferioribus apprehendantur, cognoscitur etiā per illud lumen modicum intellectus nostri habitudo totius, super quam fundat intellectus istam complexionem, quæ est, quòd totum est maius sua parte: & sic apprehensis quibusdam aliis terminis, inter quos leuis cognitu est habitudo, format intellectus noster quandam complexionem reducens se de potentia ad actum per modicum illud lumen intellectus, quia hæc intelligibilia erant facilia: Sicut ad faciendum paruas res paucę vires sufficiunt. Et ista talia intelligibilia sic formata per actum intellectus nostri vocātur principia, & hoc siue in practicis siue in speculatiuis: nam ista differentia solùm est ex terminis: quia si termini sint de agibilibus, complexiones factę de illis terminis pertinent ad practica, & sunt principia practica: si autem termini illi pertineant ad speculabilia, complexiones facere de eis sunt speculabiles: & vocantur principia speculatiua. Vocantur autem istæ complexiones principia propter duo. Primò quia ista naturaliter primò intelligimus: impossibile est enim aliquā conclusionem verè intelligere, nisi ab istis primò inceperimus. Secundò quia istę cōplexiones sunt quędam vię manuductiuę ad intellectionem omniū aliarum complexionum, quæ non sunt ita notæ. Dicitur autem intellectus noster naturaliter esse in actu principiorum, quia ista principia cognoscunt per paruum illud lumen intellectus nostri, non adhibito aliquo altero lumine alicuius exterioris principij, vt magistri, vel Dei. Ea namque naturaliter dicuntur facere res, quæ faciunt a principio intrinseco: nam quod fit per naturam est naturale, intelligere autem principia est per naturam: ergo est naturale. Patet, quia natura est principium motus, & quietis eius, in quo est primo, & non secundum accidens, vt patet in secūdo Phy. Quęcunque ergo nos intelligimus per solum lumen intellectus agentis, quod est nobis naturale, quia inest intellectui nostro, & non est extrinsecum, nec sumus in potentia ad illud, intelligimus naturaliter: sed principia quia maximè sunt cognoscibilia per solum lumen intellectus agentis, intelligimus, & actuamur in eis, nullo extrinseco addito: ergo principia naturaliter intelligimus, vel sumus naturaliter in actu principiorum .i. per naturam, scilicet per principium intrinsecum solum possumus nos reducere in actum principiorum, idest ad actualiter cognoscendū principia. Sic enim diceremus de materia prima: si enim materia prima haberet aliquam formam naturaliter inexistentem, vel saltem haberet aliquam virtutem, secundum quā reduceret se in actum alicuius formę, diceremꝰ quòd materia prima est naturaliter in actu alicuius formæ, idest naturaliter per principium intrinsecum potest se reducere ad habēdum actualiter illam formam: quia tamen non habet virtutē ad reducedum se in actū alicuius formę, nō dicitur esse in actu alicuius, sed ad omnes equaliter est in potentia. Nos autem ad principia (quia facillima cognitu sunt) non indigemus aliquo principio extrinseco reducente nos de potētia ad actū, sed ipsi nos reducimus per actum intellectus nostri, siue per virtutem agentem: ideo naturaliter sumus in actu principiorum. Non sumus tamen naturaliter in actu conclusionum, quia non sufficimus per lumen intellectus nostri (quod paucum est) reducere nos de potentia intelligendi ad esse actu intelligentes illas cōclusiones: sed indigemus lumine intellectus alicuius exterioris, per quod lumen intellectus noster excitetur: vel ipsa intelligibilia faciliora reddanē: & propter hoc habemus magistros, qui nos erudiunt circa hæc, quæ per nos intelligere non valemus. Et quia lumen magistri est extrinsecum, licèt concurrat cum intellectu nostro agente, quia tamen totum principium intelligendi non est hic intrinsecum, sed potius primum principium, quod mouit intellectum nostrum, fuit hic lumen magistri, quod est nobis extrinsecum, & non naturale, non sumus naturaliter in actu conclusionum sicut per nosipsos. Aliquando etiam intelligile est tantum, & difficile, ad quod non sufficit lumen exterioris magistri, & tunc requiritur lumen supernaturale, scilicet lumen angelicum vel diuinū: & sic erat in Prophetis, qui per lumen diuinū difficillima cognoscebant, scilicet ea, quæ nunquam fuerant, nec habebant in natura aliquam radicem essendi.

Quare q̄dam propositiones vocantur principia ī intellectu.

Si materia prima haberet aliquā virtutem per q̄ se reduceret ad aliq̄ formam: esset ī actu alicuiꝰ formę naturaliter.

Quando intellectus noster adiuuatur a lumine exteriori.

QVAESTIO. LXXII.

SCIENDVM autem ꝙ dupliciter intellectus noster adiuuatur a lumine exteriori, vt reducatur in actum intelligendi, de potentia intelligendi. Nam aliquando intellectus noster suscipit lumē, per quod illustratur, vt magna cognoscat. Interdum nullum lumen recipit: sed ipsa, quæ magna, & difficilia cognitu videbantur, per lumen extrinsecum clara fiunt, & intellectui nostro, etiam cùm paruo lumine suo, satis ad intelligendum facilia. Primum modum in nobis solus Deus facit, qui intrinsecè intellectum nostrum tangere potest vigorando eius lumen, vel augendo, per quod postea intellectus noster magna visibilia contemplatur, etiam si illa non reducantur in clariorem formam: & hunc modum non possunt ange-

angeli, vel homines in nobis creare, quia non possunt directè illustrare intellectum nostrum augendo lumen, vel vigorando, quia nullus in animam nostram influere potest nisi Deus: licèt angeli, & dœmones possunt disponere phantasiam, quæ est aliquid corporale per aliqua agentia corporalia applicando actiua passiuis, secundum quòd conuenit actioni naturæ in his inferioribus naturalibus: ideo quando aliquam veritatem in nobis causare habent, mouent nos ad extra aliquas propositiones reuelando, vel eas clariores quàm fuerant efficiendo. Et istum modum tenent magistri inter homines, vel omnes docentes complexiones terminorum: quia solùm extrinsicè agendo eleuant, & illustrant intellectum nostrum faciendo nobis intelligibilia ea, quę antea intelligi non poterant. Ad hæc tamen cooperatur intellectus noster agens, idest lumen intellectus nostri reducendo intellectum nostrum in actum eorum, quæ ante reducere non poterat, per quoddā extrinsecum adiutorium. Si autem nos non haberemus intellectum agentem, per quem nos reducere posemus in actum intelligēdi, lumen communicatum a magistris nostris nullo modo prodeset, quia ipsi non influunt in intellectum nostrum, sed solùm disponunt intelligibilia exterius, vt clariora fiant: si tamen careremus intellectu agente, dato quòd proponerentur nobis aliqua clarissima, nullo modo intelligeremus, quia intellectus noster solùm eset in potentia, & nullo modo in actu: nec posset reduci in actu, nisi per aliquid, quod imprimeret ei intellectiones agendo in eum intrinsicè. Talem actionem non habet vnus homo super intellectum alterius, sed solam extrinsecam: ideo si aliquis homo careret lumine intellectus per quod se reduceret in actum, dato quòd omnes homines eum edocerēt, nihil magis inde intelligeret, quàm si nullus eum docuisset: sed requirebatur, vt tangeretur intrinsecè influendo in eum intellectionem, quod ad Deum conueniebat. Ad argumentum autem, per quod nitebaris probare quòd actualiter intellectus noster sit actuatus aliquibus speciebus intelligibilibus, cùm naturaliter sit in actu principiorum, quę sunt complexa ex terminis: ergo & ipsos terminos naturaliter habebimus. Respondetur, ꝙ non est sensus quòd aliquis naturaliter sit in actu principiorum, idest quòd a creatione intellectus sui habeat principia speculatiua, aut practica in actu, scilicet quòd sicut anima cùm creatur naturaliter habet secum intellectum, & voluntatē, quæ sunt potentię eius, & non potest eas postea acquirere: quòd ita habeat aliquos terminos mentales sibi connatos, & contemporaneos, qui ꝯcreati fuerint illi animæ: sicut angelicis spiritibus aliquę species cōcreatę sunt, vt per eas omnia intelligant: nam si talis modus animę nostræ inesset, tunc non nasceretur vt tabula rasa, quēadmodum ait Arist. in tertio De anima. Etiam sequeretur, quòd nos sine aliquo actu organico possemus cognoscere res, cùm iam haberemus species earum: & nō essent necessaria organa, quę solùm ad hoc ponuntur, vt per ea causentur species rerum exteriorū, & deriuentur successiue per ipsas organicas potentias ab exterioribus in interiores, donec reducantur in actum intellectus, idest donec infigantur ipsę species intellectui nostro, quibus fixis non indigemus actu organico ad intelligendum: ideo si antea sic speciem habuissemus, sicut cùm recepimus per actum organicum, nullo modo indigeremus organis, sicut nec angeli indigent organis, vt supra declarauimus. Est ergo sensus, quòd nos sumus naturaliter in actu principiorum, nō quòd naturaliter sine aliquo nostro actu muint intellectui nostro termini principiorum, vel ipsa principia, quæ complexa sunt, sed quòd in intellectu nostro est quoddam lumen, per quod solum sine aliquo extrinseco adiutorio possumus nos reducere in actum principiorum, idest quòd licèt ante non cōsideraremus illa, vel intelligeremus: tamen postea cùm considerare volumus, per lumen nostrorū agens solum reducimur, & actuamur in principiis, nullo alio agente extrinseco adiuuante. Et quia illa, quæ a principio intrinseco fiunt, naturaliter fiunt, ista actuatio circa principia est naturalis, idest totaliter a principio intrinseco, vel a natura. Et dicimur actuari principiis naturaliter ad differentiam conclusionum, quia non sumus naturaliter in actu conclusionum, idest quòd non possumus ipsi nos reducere de potentia ad actualiter intelligendum conclusiones per solum lumen intellectus agentis, quod est intrinsecum: sed adhuc indigemus quodam extrinseco lumine, scilicet alicuius docentis, vel Dei influentis. Vtrunque autem horum intellectui nostro nō naturale est: sed extrinsecum: ideo non reducimus nos naturaliter in actum conclusionum, vel non sumus naturaliter in actu conclusionum per principium extrinsecum: sicut in actu principiorum per principium intrinsecum totaliter.

Angeli vel dęmones possunt disponere phātasiam nostrā per agentia naturalia ad aliquid intelligēdū.

Angelicis spiritibus species cō creatę sunt quibꝰ omnia intelligunt.

Argumentum contra determinatur, & declaratur quomodo intelligatur, quòd intellectus agens est omnia facere: & possibili: omnia fieri.

QVAESTIO. LXXIII.

ET si arguas contra hoc, quòd non solùm per virtutem intellectus nostri, qui est agens, reducimur in actum principiorum, sed etiam in actum conclusionum, vt ait Aristot. in tertio De anima, scilicet quòd intellectus agens est, quo est omnia facere: & intellectus possibilis est, quo est omnia fieri. Facere est reducere aliquam materiam ad actum alicuius formæ artificialis, & conuenit principio actionis, scilicet habenti habitum artis. Fieri est reduci de potentia in actu, idest aliquid quod habebat potentiam ad esse, & nondum erat, quòd recipiat esse actualiter, & illa passiua informatio, vel potius reductio ad formam vocatur fieri: hæc eadem attribuuntur intellectui agenti, & possibili: nam intellectus agens est omnia facere, idest est, per quem reducitur intellectus noster ad actualiter intelligendum: & intellectꝰ possibilis est, quo est omnia fieri, idest intellectus possibilis est, per quem sumus in potentia ad recipiendum omnes intellectiones, vel vt actuemur in omnibus intellectionibus: scilicet quòd sicut per intellectum possibilem sumus in potentia ad intelligendum omnia, & nullum actualiter intelligimus: ita per intellectum agentem reducimur, & efficimur actualiter intelligentes in omnibus. ecce enim quomodo æquiparantur hic intellectus possibilis, & intellectus agens: quia sicut per possibilem sumus in potentia ad omnia intelligibilia, ita per agentem reducimur ad actualiter intelligendum omnia: ergo non solùm naturaliter sumus in actu principiorum reducendo nos per intellectum agentem, qui est principium intrinsecum ad actualiter intelligendum: sed etiam erimus in actu omnium conclusionum naturaliter, cùm intellectus possibilis sit, quo est omnia fieri, & intellectus agens, quo est omnia facere. Respondetur, quòd verum est intellectum agentem esse quo est omnia facere, idest aliquid, per quod reducamur in actum omnium intelligibiliū ita, quòd nullum

lum intelligibile est, in cuius actu nos sumus, idest quòd actualiter intelligamus, ad quod non reducti fuerimus per actum intellectus agentis: & tamen cũ hoc stat, quòd sumus naturaliter solùm in actu principiorum, & non sumus naturaliter in actu conclusionum, licèt ad vtrunq; nos reducamus per actum virtutis intellectus nostri agentis se reducendo. Sed vna est naturalis actuatio, scilicet circa principia, quia per solum principium intrinsecum, idest per solum lumẽ intellectus agentis reducimur in cognitionem principiorum: & talis reductio vocatur naturalis, quia est per solum principium intrinsecum. Reducimur ẽt in actum conclusionum per lumen intellectus agentis: sed quia non sufficit hoc lumen ad nos reducendum, sed requiritur quoddam alterum, quod est extrinsecum, & est primum, ista actuatio non vocatur naturalis, quia quæ naturaliter fiunt, solùm sunt per principium intrinsecum. Sunt tamen quidam homines, qui non solùm se reducunt in actum principiorum per lumen intellectus agentis, sed etiam in actũ conclusionum: quod fit ex duobus. Primò ex ipsa magnitudine luminis intellectus agentis: nam si paucum lumen, quod in quolibet homine reperitur, sufficit ad reducendum nos de potentia intelligendi ad actualiter intelligendum principia, quando istud lumen increuerit, sufficiet ad reducendum nos in actũ aliquorum intelligibilium, quæ difficiliora sunt: & dum maius fuerit in maiora reducemur intelligibilia nos actuando: & ex hoc accidit quosdam homines aliis acutiores esse, & cito cognoscere rerum veritates, & multi istorum ad talem gradum luminis intellectualis perueniunt, ita vt quasi magistro exteriore ad cognoscendas veritates plurimas non indigeant: quas quidem alij vix a magistris ipsis sæpius audientes cum magno labore suscipiunt: quod facit luminis paucitas in intellectu. Accidit etiam interdum hoc ex alia causa, scilicet ex magna dispositione, & armonia organorum: nam intellectus noster præsupponit ad actum suum actũ organicum, ita ꝙ nihil intellige re valet cuius speciẽ directè, vel indirectè per organa nõ acceperit. Cùm ergo ista presupponat, & ad actualem eius cognitionem siue speculationem oporteat esse actualem conuersionem intellectus super phãtasmata, vt ait Aris. in 3. de aĩa. s. Oportet ĩtelligentẽ circa phantasmata speculari. i. necesse est, quòd ille, qui actualiter intelligit, dum actualiter intelligit, conuertat se actualiter super phantasmata: ergo contrahet intellectus aliquam conditionem intelligendi ab istis organis, scilicet quòd si organa sunt indispositа, species presentabuntur valde indispositę, & intellectus per eas non poterit habere perfectam, & facilem intellectionem. Sic enim patet circa potentiam visiuã: nam cùm quis habet oculos ophtalmicos, idest patitur ophtalmiam, quæ est quędam passio oculorũ, ea, quæ sunt nigra, vel rubea, vel alterius coloris subalba videntur ei, vt ait Aristot. in nono Ethic. Est autem ophtalmia quædam passio oculorum, quando sub oculis est quoddam apostema subalbidum, & facit ipsas species visibiles quandam subalbedinem contrahere, & eo modo repręsentare: & tunc taliter patientes omnia subalba iudicant. Cùm ergo ex corruptione, vel deordinatione alicuius interioris organi, vtpote phantastici, vel sensus communis, necesse est intellectus recipiens speciem, vt illa species prauè atque distortè repręsentet secũdum corruptionem organi, in quo est. Cũ ergo sunt organa bene disposita fit facilis intellectio. Inde est, quòd illi qui ebrij sunt, nihil intelligere valeant: quia vinum multum multiplicat fumos, qui exhalantur, & ascendunt ad cerebrũ, vbi est phantastica potentia in suo organo, & replentur tunc omnia illa organa grossis fumositatibus, & perturbant ipsas phantasticas species, & cęterorum organorũ interiorum, & quia intellectio fit per conuersionem ad phantasmata, quæ tunc perturbata, & infecta sunt, non potest quisquam per ea intellig ere. Ex hoc etiam conuincitur, quòd intellectus intelligat per actualem conuersionem ad phantasmata. Nam si intellectus per speciem intelligibilem intelligeret, & non requireretur aliqua conuersio ad phantasmata, non differret vtrum phantasmata essent bene disposita, aut male ad hoc, quòd aliquis actualiter intelligeret: videmus tamen contrarium, quia cùm phantasia est perturbata, non possumus quidquam intelligere, nisi valde prauè: ergo requiritur actualis conuersio intellectus super phantasmata, cùm intelligimus actualiter. Patet consequentia, nam ideo non perturbamur in intelligendo actualiter, licèt habeamus pedes male dispositos, aut bene, quia non fit aliqua conuersio actualis intellectus super aliquam virtutem existentẽ in pedibus ad actualiter intelligendum. Sed dices non est simile, quia in pedibus non est aliqua vis cognitiua, cuius actum præsupponat intellectus ad hoc, quòd postea possit intelligere: in phantasia autem est vis cognitiua, cuius actum præsupponit intellectus ad hoc, quòd actualiter intelligat, licèt cùm intelligit non conuertatur actualiter super phantasiam: ideo impedita phantastica potentia per fumositates contenebrantes, & inficientes ipsas species phantasticas, non erit possibile intelligere. Respondetur, quòd hoc nihil est, nec habet aliquem colorem: nam si intellectus assumit species intelligibiles a phantasia, quando est bene disposita, & reponãtur illę species in intellectu, & per illas debeat fieri intellectio, nulla facta conuersione ad phantasmata, nihil refert, quòd species phantasticæ bene disponantur siue malè, etiam si totaliter deleantur: cùm intellectus nullo modo dependeat ab eis, vel requirat ea actualiter ad intelligendum. Sic patet de potentiã visiua: nam ad hoc quòd aliquid intelligamus de coloribus, oportet vt videamus ad accipiendum species, sed acceptis illis non requiritur postea actus potentię visiuę, imò dato quòd auferantur oculi, postea intelligemus albedinem, & cęteros colores dum manserint species: ergo sic erit in phantasia, quòd dispositio sua bona, vel mala nihil faciet ad actum intelligẽdi si intellectus accepit species, cùm potentia phantastica erat bene disposita, & non sit actualis conuersio super phantasmata, quando debet intelligere non magis requireret intellectus potẽtiam phantasticam ad intellectionem suam, quàm potentiam visiuã, vel auditiuam: cùm vtriusque actus præsupponatur precessisse ad hoc, quòd actualiter intelligat. Si tamen potentia visiua existat bene disposita, & apprehenderimus colores aliquarum rerum, & traductæ fuerint species eorum ad interiora: etiam si postea incurramus ophtalmiam rectè iudicabimus de coloribus rerum, quas ante vidimus, etiam si actualiter sumus ophtalmi. Et hoc est, quia non fit actualis conuersio intellectus nostri ad intelligendum super omnes existentes in potentia visiua. Si ergo eodem modo non fiat conuersio ad species retentas in phantasia, quando actualiter intelligimus: nihil referet species phantasticas esse perturbatas per fumos surgentes in ebrietate, vel in somnio, quia eadem ratio est de vtroq; necessario, ergo concludendum est, quòd ad hoc, ꝙ intellectus intelligat debet se actualiter conuertere super phantasmata, quæ sunt species reseruatę in potentia phantastica.

Quidã per lumen intellect⁹ agentis nõ solum se reducũt in actũ principiorum, sed etiam conclusionum.

Ex dispositione, & armonia organorum intellect⁹ noster multũ se eleuat ad intelligendum.

Cap. 5. tex. 39.

Ophtalmia quid sit.

Quid per uersitatis intellectus incurrat ꝓpter ꝓbrietatem.

Si intellectus nõ cõuerteretur super phãtasmata ad intelligendum nihil magis reqreret potẽtiam phantasticam q̃ potentiam visiuam.

An ad perfecte intelligendum etiam cibi conuenientes adiuuant.

QVAESTIO. LXXIIII.

EX hoc etiam ꝙ dispositio organorum bona facit ad subtiliter intelligendum adiuuantur homines per cibos conuenientes, & destruuntur per malos cibos. Quidam namque cibi sunt, qui valde corrumpunt organa phantastica, & generaliter omnia interiora organa, & potentias, quia fumi ascendentes ex eorum digestione sunt disconuenientes armoniæ organorum, de quibus ad medicos magis spectat, nec locus iste explicatius de hoc fieri sermonem requirit, licèt aliqua dici possent. Inter cætera autem, quæ nocent, vini superabundantia totaliter destruit: ita ꝙ in ebrietate causata a vino cessat actus intellectus perturbatis omnibus organis interioribus, & indispositis speciebus: ideo dixit Salamon Ecclesiast. 2. cap. Cogitaui a vino abstrahere carnem meam, vt corpus meũ transferrem ad sapientiam. Vinum tamen interdum iuuat si temperatè sumatur: maximè quantum ad quasdam complexiones corporum. Quædam autem ita pessima sunt in cibis, & potibus, ꝙ semel sumpta omnem actum intellectus auferant delendo omnes species phantasticas, & cæterorum organorum: non quidem ꝙ ex hoc cesset omnis actus intellectus, sed ꝙ species remanentes in organis, ita destruunt, quòd nullo modo homo reminiscatur eorum, quæ ante fecerit: cùm memoria fiat per species reseruatas in cellula memoratiua, quæ est organum interius, & ideo licèt postea alias species appræhendat, & habeat nouas intellectiones, tamen quia priores species, per quas fiebat pręteritorum memoria abrasæ sunt, cessat memoria omnium præteritorum. Et huiusmodi dicunt esse quendam fontem in Archadia, quem si quis potauerit, subitò omnium priorum, quæ cognouerat obliuionem incurrat, de quo Isidorus Ethic. lib. 13. & in libr. 15. De proprietatibus rerum. Ex hoc etiam conuincitur, quod supra dicebamus, s. ꝙ intellectus intelligat per actualem conuersionem super phantasmata: nam recordatio rerum præteritarum fit per species earum manentes, & dum illę species manent, potest fieri recordatio, cùm autem abolitæ sunt, impossibile est aliquid recordari: si ergo intellectus intelligeret per species in se existentes, & non conuerteretur actualiter ad species manentes in phantasia, nihil magis referret eas ibi esse, quam abolitas esse, sed illis abolitis per illam aquam pestiferam destruentem totam organorum armoniam, & delentem species, non potest fieri recordatio aliqua: ergo dependet intellectio ex speciebus phantasticis, scilicet quòd ad hoc, quòd aliquis actualiter intelligat oporteat actualem fieri conuersionem intellectus super phantasticas species.

Quædam semel sumpta omnẽ actũ intellectus auferunt.

Tempora natiuitatis, & locorum conuenientia satis adiuuant ingenij acumen, & subtilitatem.

QVAESTIO. LXXV.

ETIAM propter dispositionem organorum dicimus quędam tempora natiuitatum meliora fore ad subtilitatem eorum, quæ nascuntur quàm alia: etiam quædam loca meliora sunt alijs: nam loca, quæ sunt ad extremitates orbis valde inconuenientia sunt ad bonam dispositionem intelligendi: nam homines habitantes circa polum arcticum, scilicet in parte multum Septemtrionali, propter terræ frigiditatem continentem spiritus ne exhalent, sunt homines multum animosi, & ad prudentia atq; sapientiam inepti: sicut videmus gentes vltra Angliam versus polum, & ascendendo per latus Septemtrionale versus Orientalem plagam, in quibus partibus barbari multi sunt circa Pontum, quemadmodum ait Aristo. in 7. Ethicor. Etiam tendendo ad partem multum meridianam per deserta Aethiopica, & Libyca sunt gentes multum bestiales quasi pœnitus rationis vsu carentes, quos magis hominum monstra quàm homines esse diceremus: partes autem mediæ, quemadmodum est quartum, & quintum clima, & tertium, quæ aliqualiter sunt temperata habent homines aptos ad sciendum: hoc autem est, quia influentiæ illorum temporum, & locorum ad conuenientem organorum dispositionem efficiunt: licèt ergo aliquando (quod valde rarum est) eueniat, vt quis tantum lumen intellectus, & dispositionem conuenientem organorum habeat, vt non solùm seipsum in actum principiorum se reducere valeat, sed in actu conclusionum plurimarum: quia tamen communiter lumen intellectus nostri ad reducendum nos in actum principiorum sufficit: dicimus nos naturaliter esse in actum principiorum. non tamen tollitur ex hoc, quin ille, qui secundum lumen intellectus sui reducit in actum conclusionum, idest naturaliter se reducat in actum conclusionum.

In mundi extremitatibus sunt homines multũ bestiales, & penitus vsu rationis carentes.

Concludit similitudinem inter intellectum, & materiam.

QVAESTIO. LXXVI.

VISO ergo qualiter intellectus noster sit naturaliter in actu principiorum, patet quod volebamus principaliter, scilicet quòd materia prima, & intellectus noster sint similes: nam sicut materia prima est in potentia ad omnem formam, ita intellectus noster est in potentia ad omnem intellectionem. Et sicut materia prima non determinat sibi naturaliter aliquã formam: ita intellectus non habet naturaliter aliquã intentionem, quæ nascatur cum eo, licèt dicatur in actu principiorum naturaliter, quia licèt nihil habeat cùm corpori infunditur: tamen per quoddam lumen sibi intrinsecum reducit se in actum principiorum. Ex quo intendebamus concludere, ꝙ licèt materia nullam formam secundum naturam suam habeat: tamen eo ꝙ potest recipere omnem formam, habet quędam gradum substantialis perfectionis, sed est minimus: quia posse perfici, quædam perfectio est, scilicet magis quàm non habere perfectionem, nec posse suscipere eam, sicut est de intellectu: quia dato ꝙ intellectus noster susceptiuus sit, & passibilis, tamen quandam perfectionem dicit, cùm possit perfici forma perfecta, dato ꝙ non consideretur, ꝙ intellectus noster habet in se quandam virtutem agentem, fm quam se actuat cùm se conuertit sup phantasmata, vt supra declaratũ est de potentia materiæ, & sicut ante inceperamus dicuntur educi formæ, non ꝙ fuerint ante in materia secundum se totas, vel secundum aliquid sui: sed quia Deus dedit materiæ, vt esset susceptiua formarum. Sed fortè aliquis putabit, ꝙ suscipere

re formas non ſit perfectio,quia purè eſt paſſio,& pati non videtur dicere perfectionem. Reſpondetur,ꝙ eſſe ſuſceptiuum formę quędam perfectio eſt,ſicut eſſe ſuſceptiuum viſionis: nam non quælibet res eſt ſuſceptiua viſionis: videre tamen paſſio eſt, quia eſt pura immutatio ab obiectio in potentia potente recipere. Et ſi dicas, ꝙ non eſt ſimile, quia pati a viſibili eſt potentia,& non reperitur in omnibus rebus;tamen non eſt ſimile de recipere formam,quia nulla pars materię eſt,quæ non poſſit recipere formam. Reſpondetur,ꝙ hoc etiam nihil valet: nam ſenſus tactus,qui eſt paſſiuus,in omnibus animalibus eſt, & tñ dicit in eis quandam perfectionem:recipere autem formam quędam perfectio eſt:tñ minor eſt alijs naturalibus perfectionibus, nec poteſt in tota coordinatione perfectionum reperiri aliquid minus.Dicitur autem forma educi de potentia materiæ,quia materia eſt talis conditionis, ꝙ factis in ea quibuſdam naturalibus diſpoſitionibus ſequitur forma ad illas diſpoſitiones, ita ꝙ nec ipſa forma creatur,quia præſupponitur ipſa materia, in quam agatur,ex qua oriatur forma:nec tamẽ forma fit,quia non producitur ex altero tanquam ex parte ſua. Dicit materia eſſe in potentia ad formam, quia ipſa eſt talis conditionis, ꝙ in ea cauſari poteſt forma nõ ducta ab extra,ſed conueniens naturæ. Et dicitur educi de potentia materiæ, non ꝙ poſſit imprimi materiæ, quia tunc anima eſſet in potentia materiæ,quę eſt rationalis,& formæ artificiales, quod falſum eſt, vt ſupra declarauimus: ſed tunc educitur,quando naturaliter ſequitur forma in materia,factis diſpoſitionibus in materia naturali ab agentibus,ita ꝙ ipſa agentia non cauſant formam tanquam aliquid procedens ab eis: ſicut radius procedit a ſole,aut vis impulſiua: ſiue impetus ab impellente:nec eſt aliquid quod exiſtebat in materia, ſed eſt aliquid quod immediatè ſequitur ad diſpoſitiones,& in inſtanti gignitur,ſiue educitur. Et quia non eſt in agente, nec procedit ab agente, ſed in ipſa materia conſequitur ipſas diſpoſitiones perfectas, eſt in potentia materiæ. Sequitur autem tunc forma in materia finitis diſpoſitionibus,quia forma eſt de natura illarum diſpoſitionum, & modicum excedens ſm perfectionẽ illas diſpoſitiones: ideo ad illas productas ſequitur: licèt per ſe non producatur ab aliquo,cùm fiat vel ducatur ad eſſe in inſtanti. Ille tñ,qui cauſat diſpoſitiones ad quas ſequitur forma, dicit gignere formam. Ex quo ſequitur, ꝙ quando forma inducenda multum excedit perfectione diſpoſitiones ipſas factas in materia, ꝙ non ſequatur immediatè ad diſpoſitiones factas in materia,nec dicitur reduci de potẽtia materiæ, ideſt ꝙ non ſunt ſufficientes diſpoſitiones factæ in materia, vt immediatè ſequatur poſitis eis illa forma,quia ad hoc deberet eſſe eiuſdem conditionis. Et ſic dicimus de anima, ꝙ nõ educitur de potentia materiæ,quia factis diſpoſitionibus in materia organizando corpus nõ ſequeretur anima immediatè poſt illas diſpoſitiones, niſi Deus immediatè crearet illam: & ſi fortè aliquando noluiſſet creare eam,dato ꝙ diſpoſitiones per ipſum,& alia agentia naturalia fuerint factæ in materia,tamen non ſequeretur anima,& maneret ſic fętus organizatus, & non animatus. In alijs tñ rebus poſtquam diſpoſitiones factæ ſunt in materia ꝑ agentia naturalia, ſm ꝙ requirit forma illius ſpeciei, etiam ſi Deus vltra non agat, neceſſariò ſequitur forma per diſpoſitiones præcedentes, quia non excedit forma illa diſpoſitiones illas: anima autem rationalis excedit ſm perfectionem omnes diſpoſitiones cauſatas ab agẽtibus naturalibus, quia omnes illæ ſunt corporales,anima autem merè ſpiritualis eſt:cæteræ autẽ formæ vocantur materiales,& ſm veritatem ſic ſunt;

Si aliqñ Deꝰ nollet aĩam rõnale creare remaneret fętus organizatus: ſed nõ aĩatus.

F quia licèt non ſint partes materiæ, nec aliqua proprietas accidentalis materiæ, eſt tamen quædam virtus de conditione corporis aliqualiter ſimilis alijs diſpoſitionibus corporalibus,& immediatè ſequens ad eas. Eſt namque hoc ſicut dicimus in partibus naturæ, ſiue principijs ſpeciei (vt communiter appellamus) quia poſita anima, & corpore ſimul formaliter vnitis, ſequitur neceſſaria riſibilitas ex ſola vnione horũ, quia non excedit riſibilitas iſta duo principia ſm perfectionem,& illam riſibilitatem nullus cauſat, ſed illa per ſe ſequitur poſitis principijs:ideo ille,qui gignit hominẽ dicitur gignere riſibilitatem, licèt ſm ſe eam nullus gignat, vel producat:ita hic poſitis diſpoſitionibus factis in materia, ſequitur forma. Hæc autem omnia G dicta ſunt ad probandum illam tertiam concluſionem, quam ſupra ponebamus,ſ.ꝙ in concatenatione cauſarum naturalium(licèt vna cauſa influat in aliam:& ſic continuando) tamen interdum cauſa prima influit in concatenatione cauſarum ad conſeruandam naturalium rerum perfectionem, & non per medias cauſas. Nam cùm aliqua naturalis actio fit, oportet vt cauſa prima primò influat, quæ deriuat virtutem ſuam in omnes,quæcunque illa actio fuerit. Et ſi iſta actio ſit ad cauſationem,vel conſeruationem formarum,quæ educantur de potentia materiæ,influet cauſa prima ꝑ medias, deriuando virtutem ſuam in eas:ſi autem illa forma de potentia materię educibilis non ſit, influit ipſa prima cauſa ad cauſandam illam formam,& non H per medias cauſas, ſicut eſt in creatione animæ, quia anima non educitur de potentia materiæ, ſicut cæteræ formæ,ſed per ſolam creationem. Quando autem creare debet, influit virtutem ſuam per medias cauſas ad creandam animam, quia ad creationem requiritur virtus infinita: ſi autem Deus per alias medias cauſas operaretur creationem,cùm virtus deriuetur ſemper ab agente per ipſum inſtrumentum, neceſſe eſſet, vt tota illa virtus,per quam Deus erat deriuetur per cauſas medias agentes, ſed virtus qua Deus creat eſt infinita,ergo oportuiſſet, vt communicaretur virtus infinita rebus creatis,quod eſt impoſſibile:ergo cùm animam creat,non operantur cęli,nec aliæ cauſæ naturaliter concatenatæ: præcipuè quia cœli corpora ſunt: I quidquid ergo recipiant corporaliter recipiunt, & quidquid agunt corporaliter agunt:anima autem quidam ſpiritus purus eſt:ergo cœlum non poteſt influere in animam, non ſolùm ad creandum eam, ſed nec etiam ad influendam in eam poſtquam creata eſt, vt declarauimus ſupra: ergo hoc modo Deus, licèt ponatur prima cauſa in concatenatione naturalium cauſarum, tamen circa influentias in tales formas, vel ad producendum eas, non deriuat virtutem per media agentia.

Aĩa rõnalis ſola eſt ſpiritualis cæteræ aũt formæ naturales ſũt

Si Deus aliqd creare debet,non influit per medias cãs.

K

An in concatenatione cauſarum vna cauſa vniuerſaliter ceſſante, ceſſent omnes generationes, & corruptiones,& deſtruantur etiam omnia corpora,& res naturales,& etiam ipſa materia prima.

QVAESTIO. LXXVII.

QVARTA concluſio ſit circa hoc,ꝙ ablata actione vnius cauſæ naturalis vniuerſalis de concatenatione cauſatum, vel ceſſantibus omnibus ab agendo præter primam, ceſſante etiam ipſa prima quantũ ad actionem naturalem ceſſarẽt omnes generationes rerum, & deſtruerentur res naturales in formis ſuis:

non

Quarta cõclõ de materia cõcatenationis cauſarũ tacta ſupra q.43.

non tñ erat neceſſe deſtrui omnia corpora, vel ipſam materiam. Patet hoc,nã vt ſupra dicebatur,ſi tollatur aliqua cauſa particularis,quæ eſt vltima in tota concatenatione cauſarum deſcendendo, tunc impoſſibile erit, ſi Deus non augeret virtutem influxiuam, ꝙ gigneretur aliquis homo, ſic etiam ſi tolleretur aſinus, qui eſt particulare agens,nunquam poſſet gigni aſinꝰ, quia diſcontinuaretur virtus naturalis, cùm nõ poſſet deriuari immediatè a cauſa vniuerſali in effectum particularem,præcipuè quantũ ad effectus perfectos, vbi requiritur cauſa particularis eiuſdem ſpeciei: ſ. ad generationem hominis requiritur actio hoĩs,& ad generationem equi requiritur actio equi aſſimilantis genitum in ſpecie. Et ſicut ceſſantibus cauſis particularibus ceſſant effectus in illa ſpecie, cuius cauſa particularis ceſſat, ita ceſſante aliqua cauſa vniuerſali,quæ ſe extendit ad omnia cauſata naturalia,neceſſariò ceſſabũt generationes omnium naturalium: cùm virtus cęleſtiũ omniumq; cauſarum concatenatarum deriuetur per media:ſi ergo ablato vno medio non poterit continuari virtus, & ceſſabit actio: quanto magis ſi ceſſent oẽs cauſæ naturales? Ex hoc ſequitur, ꝙ ſub polis mundi non ſit generatio, nec corruptio, quia iſtæ generationes fiunt per actiones cauſarum naturalium concatenatarum, ſed ſub polis ceſſat iſta actio, ergo ſub polis non fiet generatio. Quòd autẽ ibi ceſſet patet,quia influentia primę cauſæ deriuatur in res naturales ꝑ alias cauſas,quę ſunt inferiores,& ſunt corpora cęleſtia,deriuatio tñ ipſa eſt in ipſis ſtellis orbium,quę per motũ, & lucem ſuam deriuant virtutem ſuam in omnia naturalia: ergo cùm ſub polis mundi non poſſit eſſe talis influentia ſtellarum erraticarum,& ſolis qui præcipuè influit,cùm non erigantur iſti planetæ ſuper partes ſubiectas polis:ita vt radij ab eis deriuati incidant in partes illas directè,vel reflectantur,vt ſupra declaratũ eſt, non poterit eſſe ibi aliqua actio,i.generatio,vel corruptio,ſ.vt res viuens illuc adducta ꝑꝑ exceſſiuã frigiditatẽ moreret̃,& ſic fieret generatio cadaueris,in qua,qa potius perdit̃ aliquid,q̃ acquiratur,nõ eſt cõputãda inter generationes. Ex hoc ẽt ſequit̃,ꝙ poſt diẽ iudicij non erit generatio,vel corruptio in his inferioribꝰ, & ꝯñr nec in ſuperioribus: nã nunc fit generatio ꝑꝑ influentiam corporũ cęleſtiũ,ſed poſt diẽ iudicij ceſſabit influentia corporũ cęleſtiũ,quia illa eſt ꝑ motũ, & lucẽ, ſed poſt diẽ iudicij non mouebunt̃, ergo non erit generatio,& non naſcent̃ herbæ, nec arbores,nec alia aĩalia in terra. Et ſi dicas, ꝙ non vr̃ ex hoc ceſſatura generatio, nam dato ꝙ corpora cęleſtia non moueãtur, tñ illuminabunt: & ſicut nunc per motũ diuerſas partes illuminant calefaciũt,& in illis fit generatio,& corruptio,ita licèt nõ fiat tunc generatio, & corruptio in tot locis, quia non calefaciunt planetæ tantã terrã, cũ non moueantur in illa, tñ terra, ſuper q̃ erunt,vel verſꝰ q̃ radios ſuos dirigent nihil vr̃ eſſe cauſæ quare nõ fiat ibi generatio,& corruptio. Rñdetur, ꝙ non erit tunc aliqua generatio,vel corruptio in toto vniuerſo, nam licèt corpora cęleſtia aliquas partes orbis illuminẽt eo modo,quo nunc illuminant,& calefaciant eo modo, quo nunc calefaciunt: tñ nõ poterit eſſe generatio,& corruptio,quia oĩs generatio ꝑſupponit alterationes: alteratio aũt fit à cõtrarijs qualitatibus,vt à frigiditate, & caliditate, & humiditate, & ſiccitate cõtra ſe inuicẽ agentibus. Cùm aũt ceſſauerit motus corporũ ſupra cęleſtiũ,exiſtente ſole immoto ſuper aliquã partẽ terræ,influet ſemper eodem modo, ſuper eadem partẽ terræ,i.in eodẽ gradu caloris:& vbi ſemel fuerit calor, ſemper erit calor,& nũquã frigiditas: & vbi ſemel frigiditas,nunq̃ calor: vbi aũt eſt qualitas ſemꝑ eiuſdem ſpeciei,impoſſibile eſt eſſe alterationẽ, nec ꝯñr generationẽ: ideo nullo modo tunc aliquid generabit̃: cũ

Sub polis mundi nõ eſt poſſibilis aliqua generatio vel corruptio naturaliter.

Poſt diem iudicij nõ erit gñatio & corruptio in his inferioribus.

Ceſſante motu cęli nõ ſolũ ñ gignerent̃ aliqua: ſed ẽt res genitæ corrũperentur.

A in oĩbus partibus terrę erit difformitas vniformiter ſe hñs,ſ.vbi frigiditas ſemꝑ frigiditas,nec maior,nec minor,& ſic de cæteris: generatio aũt contrarietatẽ præſupponit ſimul,ſ.vnũ cõtrariũ agere in alterum: & nõ ſolũ ceſſarent generationes rerũ, ſ. ꝙ non fierent vlteriores generationes herbarũ, aut arborũ, vel aĩalium, ſed etiam ea,quæ exiſterent,corrumperentur. Sed dices:non vr̃, ꝙ fieret corruptio, ceſſantibus omnibus cauſis ſuperioribus,ſ.corporibus cęleſtibus:nã generatio,& corruptio,hñt ſe eodẽ modo:cum vtrumq; fiat contrarijs:ſi ergo tunc ꝑꝑ ceſſare motũ corporũ cęleſtiũ ceſſaret ꝯtrarietas,cũ oẽs res ſe haberent vniformiter difformiter,ſ.vbi frigidum frigidum,vbi calidũ calidum,& ſic de alijs: ergo non poterit fieri corruptio. B Rñdetur,ꝙ ceſſante motu corporũ cęleſtiũ,nõ poteſt fieri generatio,in qua acquiratur forma alicuius perfectionis in re,quæ requirat virtutem agentẽ, ſed poterunt fieri quædã generationes, in quibus potius eſt ꝑdere formã, quã acquirere formã: quia tñ ſemper ad corruptionẽ ſequitur generatio, & ad generationem corruptio,neceſſarium eſt ibi poni aliquã formã,quæ non requirat aliquã virtutẽ ad ſui generationẽ,ſed potius virtutis defectũ:ſicut dicebamus de generatione, quæ fit ſub polis mundi, vel circa partes polorum, ſ. ſi aliquod aĩal illuc adductum fuerit,præ frigore morietur,& generabitur forma cadaueris, ad quã gignendã nulla perfectio requiritur: tales aũt poſſent fieri ceſſante motu corporum cęleſtium,ſed nõ continuarent, i. C nõ fierẽt multæ generationes,& corruptiones. Quòd autẽ fiant corruptiones ceſſante ꝯtinuo motu celorũ, & nõ fiant generationes,in quibus inducantur formę perfectæ,ſatis euidenter apparet. Primò ab intrinſeco, nã animalia,& arbores,& herbę ex contrarijs compoſita ſunt:ꝯtraria autẽ in ſe agerent, & vnum corrumperet alterũ,& ſic non maneret forma ſubſtantialis, q̃ requirebat pręcedentem qualitatiuam diſpoſitionẽ: & hoc neceſſariũ erat, quia ipſæ qualitates intrinſecè adiuuarẽtur a qualitate loci,ſ.aliqua illarum: & illa ſuperans deleret alteram. Secundò fieret iſta corruptio, dato ꝙ nõ corrumperetur res ab extrinſeco, vtpotè ſi ponerentur qualitates eius contrarię in magna armonia: tñ corrumperetur a natura loci,quia ceſſante mo- D tu cęleſti neceſſe eſt,vt q̃dam partes orbis, verſus quas ſol nõ dirigeret̃,eẽnt valde frigidę,ſ.partes illæ,q̃ diſtarent multum a ſole,ſiue ſm longitudinẽ,ſiue ſm latitudinẽ: ſm longitudinẽ quidẽ, vtpotè ſi ſol maneret immotus in oriente, partes illæ,quæ ſunt in occidẽte, quas non tangerent radij ſolis,eſſent valde frigidæ: vel ſi maneret ſol in loco occidentis noſtri: partes Indorũ (vbi orientem nuncupamus) eſſent valde frigidæ: & iſta vocatur longitudo: partes etiam diſtãtes a ſole ſm latitudinẽ eſſent valde frigidę,ſ.meridianę,& ſeptemtrionales: partes aũt illæ,quæ eſſent ꝓpinquæ loco eleuationis ſolis,ſ. terra illa, ſuper quam eſſet ſol perpendiculariter,vel partes ꝯiunctæ ipſi terræ,ſuper quas eleuatus eſſet ſol,vtpotè quinquaginta, vel ſexaginta gra- E dus,aut aliquid plus eſſent ſatis calidę: ergo hoc dato cùm res compoſitæ (maximè viuentes) conſiſtant in quadã armonia calidi,& humidi;& illarum qualitatũ, ſi manerent res tales in aliquibus partibus mundi, diſtantibus a ſole, eſſent inualidæ magna frigiditate: & illa frigiditas loci corrumperet rẽ: ſicut ſi aliqua res viuens, quæ habet moderatã qualitatem duceretur, vt maneret ſub polo,vel circa polũ,neceſſe eſſet propter magnam frigiditatem mori: ita & tunc. Res autẽ illæ, quæ manerent in locis valde calidis, cũ caliditas eſſet ibi perpetua,corrumperetur humiditas, & deſiccaret̃ res:& deduceretur ad talẽ indiſpoſitionem, ſ. vt aĩa in tali corpore manere non poſſet: vel q̃libet alia forma, quæ requireret armoniã elemẽtaliũ qualitatũ periret.

Sicut res ꝑducūtur in esse per contrarietatē; ita ēt ꝑ cōtrarietatē in esse cōseruanē.

Tertia causa corruptionis rerum esset, quia res istę cōpositæ sicut generantur, ita corrumpuntur, & conseruantur: quia res per quascunq; causas nascitur, per easdē dissoluitur, sed res generantur per contrarietatē, ita oportet, ꝙ conseruentur per aliqualē contrarietatē, & corrumpantur per contrarietatē aliam: non tñ se hñt eodē modo istæ contrarietates, quia ad generandū rē, oportet esse excessum qualitatis agentis ad eā, quæ est in passo, vt reducatur ad quandā armoniam ipsum, qđ fit: ad corruptionem aūt oportet esse excessum alicui⁹ qualitatis super armoniam. Cōseruatio autē etiam fit per contrarietatē, non quidem agendo semper in vnā qualitatē, sed quia res ex eius cōtrarijs constat, ad eius conseruationē oportet agere in eam contrarijs modis ad conseruandū quodlibet contrariorū illorū constituentiū armoniam: nā si supra rē, quæ habet armoniā quatuor elementaliū qualitatum semper influeretur vniformiter, i, semper influeretur calor, aut semp frigiditas, vel quodlibet aliorum, necesse esset, vt illa qualitas in composito cresceret super armoniam, & corrumperet compositū: ideo ad cōseruationē armoniæ qualitatum oportet actionē conseruatiuā esse alternatiuā qualitatum contrariarum. Et ob hoc nunc, quia nos ex quatuor qualitatibus cōtrarijs habemus armoniam quandam cōuenientē formæ specificę, & generaliter oīa aīantia oportet conseruari in nobis, & quia si semper esset influxus vnius modi, cresceret qualitas illa, nam variantur super nos quolibet anno quatuor tpa conuenientia quatuor qualitatibus, quas illa tpa principaliter hñt: nam ver ad humiditatem ꝑficit, qa humidum est: & æstus ad calorē, quia calida valde est: & autumnus ad siccitatē, quia est complexionis siccæ: hyems aūt ad frigiditatem, quia frigida est, & sic quælibet qualitas suo tpe roboratur, & nulla earum perit: quod tñ fieret si semper esset tale frigus, quale in hyeme, aut talis æstus sicut in æstate. Cessante autem motu cęli necesse est, vt res illę, quę manerent in locis valde frigidis perderent armoniam qualitatum, cùm nullo modo influeret super eas calor, & sic corrumperētur: sic etiam de illis, quæ sunt in partibus calidis, cùm nūquam super eas frigiditas, aut humiditas influeret. Ista tñ corruptio (ſm ꝙ dicebatur in conclusione illa posita) non duraret: nam solùm res corrumperentur, donec redirent ad conformitatem loci, in quo essent: deinde nulla esset corruptio, vtpotè si cessante motu cęli in partibus multum frigidis, essent aliquæ res habentes armoniam qualitatum, necesse esset, vt a frigiditate loci excessiua corrūperetur caliditas rei, & consequenter forma substantialis, quæ existebat manente illa armonia, destructa iā illa non posset manere, & ista corruptio non multum duraret, ita ꝙ sępius in eadem materia fieret generatio, & corruptio, quia solùm esset ibi agens frigiditas, quę sola non agit directè ad generationem, sed magis ad corruptionē: & quia illa frigiditas loci excessiua aget in rem, donec reddat eā, ita frigidam, sicut est ipse locus: nam semper est tāta actio agentis inualescentis super passum quousque reddat illud simile sibi, & vltra non est actio: & quia multæ formæ sunt, quæ cum frigiditate magna existere non pñt, corrumpentur illæ formæ, & manebit res sub illa forma speciali, quę compatiatur secum maximā, aut saltem magnam frigiditatem: & non impossibile erit fieri corruptionem, aut generationem. Conformiter aūt esset de locis valde calidis, & siccis per solis pñtiā, aut directionem aliqualem super loca illa: nā cùm ibi caliditas loci semper ageret, cresceret caliditas rei armonicę, & corrumperetur armonia desiccata humiditate: & tam diu fieret corruptio in parte illa materię, quousque expellantur omnes formæ gradatim aduenientes, quæ non possunt secum compati tantam cali-

Idō 4. anni tpa distincta sunt, vt in eis vicissim dñent 4. qualitates, & per mutationē conseruet armonia.

F ditatem. Cùm aūt peruentum fuerit ad illam formā, quæ pōt stare cum tanta caliditate, non fiet amplius in parte illa mundi generatio, nec corruptio: & per hunc modum poteris applicare generationē, & corruptionem in alijs locis terrę ſm qualitates, quę ibi perpetuò dominarentur, & tunc dato, ꝙ nunc cessaret motus celorū vl̃r, & non mouerentur amplius, necesse esset mori oēs hoīes, & bestias, & arbores perire, & tam diu corruptionem fieri, quousq; causaretur in ipsis corporibus eorū qualitas loci cōtinentis: & sic manerent cadauera informia hoīum, & iumētorū, & ipsę arbores desiccatæ, & in quibusdam locis exustæ, in alijs marcidæ, & valde indecentia, & tollentia pulchritudinem, & perfectionē vniuersi: ideo Deus ante iudiciū (quia

G facturus est, vt cęli quiescant, & sequeretur in his inferioribus id, quod dictum est) immittet ignem suum flagrantem, & deuorantem omnia, & oīa elementata consumentem, & dissoluentem vsq; in pura elementa, & manebit pura terra, & pura aqua, & purus aer, & ignis: sordes aūt manentes ex combustione, quę non potuerint redigi in puritatem elementorum colligentur in viscera terræ, & inuoluentur in ipsis damnati in inferno. Deinde quia manebūt corpora elementaria in suis qualitatibus æqualiter, & nō habebunt in quid agant: ideoq; erit pax perpetua, & status pulcher rerū. Patet & quod dicebatur, s. ꝙ cessantibus omnibus istis causis naturalibus agentibus, ꝙ non propter hoc corrumperentur oīa corpora: quia actiones causarū natu-

H ralium sunt ad generationes, & corruptiones istorum inferiorum: sunt tñ quædam formæ, quas naturalia agentia non pñt destruere, nec generare, s. forma multum excellens, sicut aīa humana, & forma infima, s. corporeitatis forma, vt supra satis probauimus. Elemēta autem solùm hñt formā corporeitatis: nā prçter elementa non posset res magis denudari formis, nisi vt deueniret ad incorporeum: ideo nullo modo possent agere corpora celestia ad corruptionē corporum elementalium, vt facerent non esse elementa, licèt agendo in ea poterant conuertere vnum in alterū ſm partem. Ista tñ corruptio tunc cessabit, quia redibunt elementa ad suam propriā æqualitatem qualitatum, s. ꝙ ignis erit in tali gradu caliditatis, ꝙ non possit agere in

I aerē, nec pati ab aere, & aer in tali gradu humiditatis, & caliditatis, vt non possit agere in aquam, nec pati ab aqua, & aqua in tali gradu humiditatis, vt non patiatur a terra, & isto modo se habebunt oīa elemēta post diē iudicij: & ipsorum elementorum creatio in tali armonia fuit, vt vnum non possit alterum corrumpere, nec ſm totum, nec ſm partem: sed fit corruptio eorum ad inuicem, ſm ꝙ adiuuantur a corporibus cęlestibus, s. ꝙ corpora cęlestia aliqñ influunt frigiditatem, & tūc confortatur terra, & ignis patitur ab aere, & diminuitur: alio tpe influitur frigiditas, & patitur aer ab igne, & aqua ab aere, & terra etiam ab aere, & iste est modus mutandi vices rerum: tunc autem reductis eis ad istā æqualitatem non erit aliquis locus corruptionis.

K Dicebatur etiam ꝙ cessante prima causa influere naturaliter, i. dato ꝙ Deus non influeret super res istas tollendo influentiam, quam facit vt causa naturalis, non corrumperentur elementaria corpora. Et patet, nam virtus influentiæ diuinæ, deriuatur per medias causas naturales, quia non agit immediatè in res, s. per seipsum, quia illa non poterat esse per motum (vt probatum fuit supra) quia hoc repugnat Deo, sed esset creando res, vel subito producendo, dato ꝙ produceret in materia: nam licèt Deus possit agere non præsupposita materia (quod est potentiæ infinitę, quando per seipsum solum agit) tamen non requiritur ad hoc ꝙ per se solùm agat, ꝙ agat non præsupponendo materiam: satis est enim ꝙ agat in instanti, & hoc semper requi-

Si nūc cessaret mot⁹ cęli vl̃r necesse esset oēs hoīes mori, & oēs arbores, & bestias ꝑire.

Post diem iudicij elementa nō poterunt corrūpere seipsa: qa ad æqualitatē qualitatū reducta erunt.

Cessante prima causa ab īfluētia sua naturali non corrūpent corpora elemētalia.

requiritur: impossibile namq; est Deum per seipsum agentem successiuè agere, vt declaratum fuit supra: ꝑ causas autem naturales deriuando in eis virtutem suā agit successiuè ſm modum agēdi ipsarum causarum, nullam aliam virtutē vt Deus naturaliter agēdo, & vt est prima causa influit quam eam, quæ per causas intermedias deriuatur: nihil ergo tunc refert, ꝙ Deus ab agendo cesset, vel ꝙ cessent aliæ causæ naturales, vel vna de causis naturalibus: nam quacunq; cessante (vt dictum est) tota virtus, & actio ceterarum cessaret, vel inutilis esset: quia non posset continuari rebus ipsis, super quas actio esse debebat: sicut in continuis detracto aliquo de medio non potest deriuari aliquid ab vna parte in alteram: si ergo cesset Deus ab agēdo, inquātum est causa naturalis, cùm ab ipso tota virtus influxiua deriuetur per alias causas inferiores, aliæ causę nihil poterunt influere, cum careant virtute agendi, & influendi: etiam si Deus influat in causas immediatas mouēdo eas per modum supra declaratum, & aliqua causa media de causarum concatenatione non agat, cùm per illam tota virtus deriuari debeat in inferiora, erit ibi status, & nulla virtus deriuabitur in res inferiores: nihil ergo magis refert quantum ad influentiam naturalem, ꝙ Deus cesset quantum ad solam naturalem influentiam, vel ꝙ faciat cessare aliquam causam naturalem de medijs causis: sed cessante vna causa naturali agere, aut cessantibus omnibus non corrumperentur omnia corpora: ergo nec cessante Deo quantū ad solam naturalem influentiam. Et si quædam corpora sunt, quæ non pereunt cessante naturali actione, a fortiori adhuc manebit materia prima: nam facilius est corpora destruere quàm materiam, ideo post diē iudicij cessante motu cęli, & actione naturali, non est aliquod miraculum manere elementa, & materiam primam sub ipsis elementis: esset tamen miraculum, si cessante omni actione naturali, & motu celesti maneret homo, & cætera animalia in sanitate, & vita per aliquantum tempus: sicut est miraculum viuere aliquod animal magno tempore sine cibo, & potu.

Cessante Deo ab opat̃ōe ſm ꝙ ē causa naturalis, cessabunt oēs aliæ causę.

Vtrum cessante omni actione primæ causæ necesse sit cessare generationes rerum, & genita cuncta destrui, & etiam materiam primam.

QVAESTIO LXXVIII.

QVINTA conclusio sit, ꝙ cessante omni actione causæ primæ necesse est cessare generationē rerum, & res generantes destrui, & corrumpi omnia corpora, & etiam ipsam materiam. Pro quo sciendū, ꝙ Deus dr̃ causa prima, & habet actiones duas in reb⁹ extra. Prima est ſm quam res producit ad esse cū vult, siue cùm voluit, non supponendo materiam, nec faciendo successiuè. Et quantum ad istum modū Deus non vocatur prima causa, quia prima causa dr̃ per respectum ad alias causas: Deus autē in isto modo actionis non habet aliquam causam subordinatam sibi, qa virtus, quæ requiritur ad actionem huius est infinita: infinitum autem non potest communicari creaturæ: si tñ Deus alias causas subordinatas haberet in isto genere agendi, necesse esset, vt virtus sua deriuaretur per illas, & tota virtus, quæ ad actionem requirebatur descenderet per illas ad ipsam rem, quæ fit: sicut deriuat virtus agendi tota agentis ad passum per instr̃m: non ergo habet aliquas causas subordinatas in ista actione, ideo ipse nō est prima causa quantum ad istā actionē. Alia actio Dei est, quæ dr̃ naturalis, quia ēst ſm modū naturæ, s. per motum, & contactum: nō quidem ꝙ in actione Dei motus, aut successio fit: sed quia ipse deriuat virtutem quandam in res, & illam deriuant res in

Quinta conclusio de cōcatenationis causarum materia tacta supra q. 43.

Deus ꝙ tū ad creationem nō est cā prima.

A alias per motum, & successionem ſm suam conditionem. Et quantum ad istam actionem Deus dr̃ prima causa, quia ipse est, a quo tota virtus influentiæ naturalis deriuatur. Et quia nō deriuatur ab ipso immediatè in res, quæ fiunt, sed per quædam media, s. per angelos mouentes, & per orbes cęlestes motos, & consequenter per corpora elementaria quousque deueniatur ad causam particularem cuiuslibet actionis, in qua terminatur tota concatenatio: & illa immediatè agit in ipsum effectum nulla alia intermedia causa. Et quantū ad hoc est dare coordinationē, in coordinatis autem, in quibus non est procedere in infinitum, necesse est dare primum, & ſm, & sic de alijs, quia in ista coordinatione tota virtus deriuatur a Deo, & cętera ab eo ac-

B cipiunt, dr̃ Deus prima causa. Nunc ergo prima causa, quæ Deus est, si solùm tolleret actionē suam naturalē, s. non influendo virtutem, quam nunc influit in causas illas subordinatas, vt in nos influant: non ex hoc perirēt omnia corpora, nec materia prima, vt in superiori conclusione probatum est: si tñ cessaret omnis eius actio, i. si cessaret omnis causalitas, quam ipse habet super istas res inferiores, necesse esset, vt omnia perirent. Et patet, quia si omnis eius causalitas cessaret, necesse esset, vt cessaret causalitas naturalis: sed per naturalem causalitatem cessantē cessaret generatio, s. ꝙ nihil gigni posset, & cessarent res, quæ hñt formas non compatientes secum magnam frigiditatem præter armoniam, & magnam causalitatem, vt præced. c. declaratū

C est: & sic non solùm non generarentur res, sed etiam genitę perirent licèt nō omnes, vt declarabatur supra: si tñ cessaret omnis eius actio, non solùm cessaret naturalis, sed etiam quædam alia, quæ est infinitæ virtutis correspondens creationi, s. quòd sicut Deus per suā potentiam eduxit res ad esse de nihilo: ita per potētiā infinitam conseruat eas in esse, ne redeant in nihilū, cum ex se esse non habeant. Ita namque se hñt substātiæ omnes comparatæ ad Deum, sicut se hñt substantiarum accidentia comparata ad substantias. Nā sicut ad esse accidentium, cùm causantur, necesse est existere substantias, de quibus, & in quibus causentur: ita & ad conseruationem requiruntur substantiæ, quia sine illis accidentia non erunt: nam destructis primis sub-

D stantijs, quæ sunt subiecta, impossibile est aliquid aliorum remanere, s. nec substantias secundas, nec accñtia substantiarum, vt ait Arist. in prædicamento subst. Fūdamentum est, quia accidentia non hñt esse a se: ideo non solùm quantum ad causare, sed etiam quantū ad permanere indigent semper influentia subiectorū in hoc, quòd semp ab eis esse recipiunt, cum eis insunt, substantiæ autē sic se hñt ad Deum, ꝙ substantię creatæ nō hñt aliquod fundamētū, quod ſm se esset ens, i. quod non fuisset eductū ad esse per creationem, quod est accipere esse de nihilo, sed a se haberet esse: sicut Deus, & ipsę personæ diuinæ non acceperunt esse per creationem, aut factionem, vel causationem aliquam: sed per se sunt: nam deitas a seipsa est. Sicut ergo acci-

E dens, quia de se non ens, sed quia entis, vt ait Arist. in 7. Meta. in princ. i. ꝙ accidentia nullum hñt esse nisi qđ sunt a substantiis, non potest manere nisi semper recipiat influentiam ab eo, a quo esse suscepit: ita omnes substantię create de se nullum esse habebant, nisi quia causata sunt: ideo nō solùm indiguerunt virtute Dei, vt prodirent de nihilo ad esse aliquid, sed etiam continua manutenētia indigent virtutis illius infinitę Dei, ne de aliquo redeant ad nihilum. Si ergo cessaret ista Dei manutenentia, necesse esset res in nihilum prolabi, & non solùm corpora elementaria deficere, sed etiam materiam primam. Res namque compositæ accipiunt esse intrinsecè per materiam, & formam, & manentibus his, necessario manet res, si hæc

Deus dr̃ cā prima ī quantum totam virtutem agēdi influit ī causas sibi subordinatas.

Oēs substātiæ creatæ cōparatæ ad Deū se habent sicut acc. ñ. ad substātiā cōparata.

Nisi Dei manutenētia eēt oīa ī nihilum tenderēt.

hæc coniuncta sint: tamen ista etiam indigent conseruatione: nam materia ex nihilo esse susscepit; ideo in nihilum velociter reditura esset, nisi continuo manuteneretur ab illo, per quem esse recepit; idem de forma, & fortius, quia forma dependet ex materia generaliter, præter eam, quæ conditionem materiæ excedit, sicuti est anima nostra, si ergo materia indiget cõseruatione, a fortiori indigebit conseruatione forma, quæ instabilioris esse est; ergo partes compositi non existent ablata illa conseruatione Dei continuo influentis esse. Istæ ergo res compositæ, quæ essentiam ex materia & forma habent, vt manifestum est, nisi à Deo conseruentur, esse desinent; & sic dicitur de istis. Dicendum etiam erit de rebus spiritualibus, sicut sunt angeli, & animæ nostræ, in quibus essentia est ipsa natura rei composita ex materia, & forma, sed simplex, cùm solam compositionem actus, & potentię, & esse, & essentiæ recipiant: de quibus nunc non est dicendũ per singula. Istę namque naturæ a Deo esse acceperunt, & de nihilo sunt, & in nihilum cito redituræ, nisi a Deo conseruentur. Eadem enim ratio in omnibus creatis est, vt conseruatione continua Dei ad essendũ indigeant, siue simplices sint, siue compositæ, s. quòd ex nihilo esse sumpserunt. Par ergo in omnibus interitus esset, si Deus omnia non seruaret, & hoc modo Deus destruere potest res, cùm voluerit, s. subtrahẽdo manutenentiam, & tunc cessaret esse rei cessante causa conseruante.

Materia ex nihilo esse susscepit iõ in nihilum reditura esset, nisi Deus eam cõseruaret.

Respondetur ad argumentum factum in principio q. 39. quod dedit causam, tam longæ disgressioni a q. 39. vsque nunc.

QVAESTIO. LXXIX.

ET secundũ hoc respondebitur ad argumentum factum in principio q. propter quam hæc, ad quæ tãtum disgredi coactus sum, dicta sunt, cum arguitur: Deus destruit omnia, quæ odit, vt patet Sapient. 11. ca. sed Deus odit iniquitatem, vt patet Psal. 5. ergo Deus destruet omnia peccata, vel destruit ea, ita vt penitus nihil sint. Respondetur q̃ destructio, quam Deus facit in aliqua re est ſm modum supra determinatum, s. q̃ subtrahit ei manutenentiam essendi, & necessariò deficit. Rebus autem compositis, quarum essentia est per materiam, & formam, quæ intrinsecè componũt: tunc etiam subtrahitur cùm partibus eius manutenentia auferitur, s. q̃ Deus non conseruat esse materiæ, & formę. Rebus autem simplicibus tunc manutenentia subtrahitur, cùm ipsum esse, vel natura earum a Deo nõ conseruatur, ideo hęc potest Deus destruere, quia habent esse; id autem quod nihil est, Deus subtrahere non potest esse, nec destruere ea: vt Deus non potest destruere chimeram, nec subtrahere ei esse, quia nullum esse habet simplex, vel compositum: peccatum autem huiusmodi est, quia non ens est, cùm formaliter culpa quædam est. Culpa est carentia debitarum circunstantiarum in actu, quod autem est non ens, nõ potest Deus conseruare, nec concausare ad illud: & si hoc nõ potest, nec etiam poterit subtrahere esse, quia soli illi esse subtrahitur, cui esse donatum est. Peccato esse non datur, ergo nec poterit ei subtrahi esse: sicut cæcitati non potest subtrahi esse, quia non est ens: ergo non potest subtrahere peccatum, quia non est ens, licèt oderit illud. Quomodo ergo potest odire, quod non est? Respondetur, q̃ Deus non dicitur odisse peccatum, quia nollet q̃ in actu nostro esset defectus circunstantiarum debitarum in esse. Si autem obiciatur q̃ Deus potest destruere peccata, quia Ierem. 43. c. dicitur: Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me.

Deus peccatum destruere nõ potest.

Quomodo Deus peccata odiat cũ nõ sint.

F Respondetur quòd peccata propriè non delentur, ita quòd accipiatur delere pro ipsa subtractione essendi, sed accipitur delere, i. non imputare ad pœnam: nam Deus legem statuit, vt quicunq; peccaret, æternis cruciatibus obnoxius subiaceret, & quia per pœnitentiam tollit nobis istam obligationem, quæ inducta fuerat pro peccato, dicitur delere iniquitates, siue peccata: nõ tñ quòd directè deleat aliquid, cùm peccatum nihil sit. Sed adhuc argues: si Deus odit malitiam, cùm habitus vitiosus sit malitia, vt habitus intemperantiæ, & iniustitiæ, & sic de cæteris: nam generaliter omnis habitus malus est malitia, vt ait Arist. in 1. propositione 7. Ethic. s. quòd tres sunt species rerum circa mores fuiendarum, malitia, bestialitas, & incontinentia. Malitiam vocat omne malum habitum, qui tñ ad hoĩes pertinet. Bestialitatem quandam maliciam, quæ non est verè malitia, quia nõ pertinet ad homines, sed quędam enormitas pertinens ad bestias. Incontinentia dicitur omnis mala dispositio, quæ nondum est habitua ta: licèt accipiendo proprius sit circa ea, quæ est intemperantia. Sunt ergo malitiæ omnes mali habitus: sed Deus odit malitiam, & destruit id, quod odit, ergo destruit omnes malos habitus. Respõderet fortè aliquis, quòd sicut Deus odit peccatũ, & tñ non potest id delere, quia non est ens, ita Deus odit malum habitum, sed non destruit, nec destruere potest, quia nõ est ens, sicut nec peccatum. Sed hoc nullo modo põt stare: nam necesse est dicere habitum rerũ eas esse, quia oĩs habitus est de prima specie qualitatis, ergo ẽ qualitas: sed qualitas est ens reale, ergo habitus malus est ens reale. Rũdendum ergo, quòd habitus malus dicitur esse malus, nõ quòd in se aliquod malum habeat, sed qa inclinat ad aliquod malũ, ideo in se quoddam ens est: nec ſm se Deo displicet. Et patet, quia habitus malus existit cum vero amore Dei, nec Deus aliquem damnat, aut punit, quia habet malum habitum, sed quia malum actum exercet. Et ratio est, quia habitus non dependet ita a libertate nostra, sicut actus: nam nos sumus domini actuum nostrorum a principio actus vsq; ad finem eius: possumus enim incipere, cum voluerimus, & finire cum voluerimus, vel dimittere actum: sed non sumus domini habituum nostrorum semp, sed solùm a principio antequam gignatur. postquam autem genitus est habitus, non est in potestate nostra eum habere, vel non habere: nam dato quòd nolimus eum habere, necessitabimur habere, donec dissuetudine, & contrarijs actibus deleatur. Licèt enim in potestate alicuius fornicatoris sit, quòd non fornicetur amplius, non tñ est in potestate sua, quòd non habeat habitum intemperantis circa fornicationem, sed habebit donec, sicut causatus fuit ex frequentatis actib', ita pereat ex contrarijs actibus frequẽtatis. Et ob hoc cùm quis ad Deum cõuertitur, nõ mandatur ei, quòd dimittat malum habitũ tanq̃ non sit in potestate eius, sed malum actũ. Dicẽdum ergo, quòd habitus malus nõ habet in se aliquid malitiæ, nisi ſm id ad quod inclinat: qñ actualiter inclinat nõ est in se aliquod malũ, quod exosũm teneri debeat sicut malus actus, cũ bene cõpatiantur secum omnes actus meritorios, ideo Deus non odit malum habitum, sicut odit malum actum. *Et affligam affligentes te.* Idest si aliqui populi, vel gẽtes voluerint te affligere, ego affligam eos, sicut patet de Amorrhæis, qui obseruabant introitum Iudæorũ in terram illam circa torrentẽ Arnon, & scopuli, in quibus erant inclinati sunt, & oppresserunt eos, vt patet Num. 21. Patet etiam de duobus regibus Amorrhęorum Seon, & Og, qui volebant delere Hebræos, quos ipsi vniuersos cum populis suis peremerunt in ore gladij, vt patet Deutero. secundo, & tertio capitulo. Idem de omnibus regibus Chananæorum, qui congrega-

Habit' malus non dẽ malus ſm se, sed ſm q̃ inclinat ad aliquod

Malus habitus secũ compatiũtur omnes actus meritorios.

gregabantur cõtra Iosue, & Israelitas, vbi Deus ipse afflixit eos per se pugnauit faciendo magnam diem, ita q̃ sol staret immobilis, & postea eodẽ die immittendo lapides grandinis ad occidendum illos, & plures occiderunt grandines, quàm antea occiderat gladius Hebræorum, vt patet Ios. 10. c. *Præcedetque te.* Loquitur ad populum, i. ante te, ò populę, ibit angelus. *Angelus meus.* Idest Iosue, qui est nuncius meus a me destinatus, vt te introducat in terram illam. *Et introducet te ad Amorrhæum.* Certificatur hic populus, q̃ Iosue, qui destinatus erat eis dux a Deo, introducturus erat eos in terram promissionis. *Ad Amorrhæum, Ethæum.* Nominantur hic sex populi, & intelligitur alius populus septim', s. Gergeseus, quorum terram etiam Deus tradidit in manus Hebræorum. De isto tamen populo septimo, rarissimè fit mentio, s. solùm Gen. 15. cap. & Deut. 7. Et aliqui volunt, q̃ non fit mẽtio de illo, quia non pugnauit cum Israel, sed eis introeuntibus recessit de terra, vel quia eis libenter se tradiderunt. Sed falsum est, quia in lib. Ios. fit mentio, q̃ Iosue pugnauerit contra Gergeæos, sicut contra cæteras gentes: sed non exprimuntur semper, quia fortè erat paruus populus, vel quia positis alijs populis sex, satis intelligeretur aliorum denominatione ipse Gergeæus, maximè cum aliàs, s. in Genesi nominatus extiterit.

A

B

Quare solum numerantur septem gentes.

QVAESTIO. LXXX.

SED quæres de alijs populis, quia Gen. 15. c. promittuntur Abrahæ terræ decem gentium, & ista promissio complenda erat in posteris, s. in filijs Iacob, qui nunc erant in deserto. Quomodo ergo solùm promittuntur hic septem gẽtes etiam adnumerato ipso Gergeæorum populo, qui hic subticetur. Respondetur, q̃ ista terra, quę promissa fuit Abrahę non fuit totaliter data filijs Iacob, sed quædam pars eius fuit data filijs Loth, & quædam filijs Esau, ita q̃ filij Esau, acceperunt vnam de istis gentibus, & filij Loth erant duo, s. Moab, & Amon, & possederunt terras duarum gentium istarum, & sic manent septẽ aliæ gentes ad dexteram eorum in possessionem filijs Iacob, ideo hic, & in alijs locis, vbi fit promissio Israelitis solùm promittuntur istæ septem gentes. De hoc latius Gen. 15. & Deut. 7. c. dictum est. *Quos ego conteram.* Idest licèt isti manibus Hebræorum occiderentur, tamen Deus dabat fortitudinẽ Iudæis, vt possent pugnare contra eos, & dabat eis audaciam, quia aliàs nullo modo auderẽt inuadere populos tam robustos. Sic patet Deut. 7. c. cum dicitur: Si dixeris in corde tuo plures sunt gẽtes istæ, quàm ego, & quomodo potero delere eas? noli timere, sed recordare, quę fecerit dominus Pharaoni, & cunctis Aegyptijs, sic faciet cunctis populis, quos metuis: insuper & Scrabones mittet dominus Deus tuus in omnes, donec deleat eos, qui te fugerint, & latere potuerint. Et Deut. 8. c. dicitur: Ne diceres in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recordaberis domini Dei tui, q̃ ipse vires tibi præbuerit. Quomodo autem verè dicatur, q̃ Deus contriuit illos, quos Iudæi suis manibus occiderunt, & de diuersis modis agendi Dei dicetur Deute. 8. cap. Alio modo potest exponi tota ista litera de angelo, qui præcedebat Israel in columna nubis. *Ecce ego mittam angelum.* Dicitur Deus missurus angelum loquens de futuro, quasi nondum misisset, iam tamen miserat eum, quia a die qua recesserunt de Ramesse incipientes iter versus mare rubrum, incepit præcedere columna ignis dirigẽs viam, vt patet supra 13. c. In hac autem columna erat quidam angelus, qui mouebat eam, & faciebat stare cùm volebat: nam nõ poterat moueri hæc nubes impetu ventorum, sicut mouebantur aliæ nubes, quia iste erat motus a ratione factus, q̃ moueretur in diuersas partes, & interdum contra motum aliorum ventorum, & stabat etiam quandoque, cùm alij venti mouebantur. Res autem naturalis non habens rationem, nihil tale facere poterat: ergo necessariò dandum est, q̃ ibi esset angelus mandato Dei mouens illam nubem. Et hoc patet supra 14. c. cum dicitur: Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum stetit. Iste autem angelus præcedebat semper eos. Hic autem promittitur, vt mittendus, cum tamen missus fuerit, quia solùm curatur de præcessione futura ad introitum terræ hostilis, s. in terram Chanaan. *Qui præcedat te.* Idest totum populum, licèt ista præcessio principaliter intelligatur quantum ad introitum terræ Chanaan, tamen de toto itinere verum est: nam semper præcedebat nubes exercitum, siue castra Israelitarum, vt patet supra 13. c. s. Nunquam defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. Et ista columna præcedebat, cum mouerentur, vt viderent Israelitæ, per quem locum itinerandum erat. *Et custodiat in uia.* Angelorum officium est custodire. Sed quidam dantur ad custodiam vnius singularis personæ. Alij dantur ad custodiam vnius populi: & de his dicit Psal. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, idest angeli custodiẽtes populos. Alij autem dati sunt ad custodiam regnorum, & magnarum gentium, & isti angeli plura custodiunt, dũ sunt de maiori ordine, & maioris virtutis. De his dicitur Dan. c. 10. cum loquebatur Gabriel ad Danielem, & dixit, q̃ angelus princeps regni Persarum restiterat viginti & vno diebus, & dicit ibi Michaelem esse vnum de primis principibus populi Iudæorum. Procurant autem isti angeli salutem, & statum illius, cui deputati sunt, siue sint angeli vnius personæ, de quibus dicit Christus Matth. 22. loquens de paruulis: Angeli eorũ semper vident faciem patris mei: siue de angelis populorum, & prouinciarum, vt patet de istis, de quibus nũc diximus: nam angelus, qui erat princeps Persarũ, viginti & vno diebus pugnauit contra Gabrielem volens conseruare honorem regni Persarum faciens ne redirent Iudæi de Babylonica captiuitate: Gabriel autem, quia defendebat populum Hebraicum, cui præerat, volebat, vt redirent Iudæi in terram suam: & hęc pugna inter eos duranit viginti & vno diebus, donec venit Michael, qui erat de principibus primis Iudęorũ, vt patet eodem ca. Dan. & adiuuit Gabrielem: & cognita fuit Dei voluntas, s. q̃ vellet Iudęos redire in terram suam, & reædificare templum, & tunc cessit princeps Persarum Michaeli, & Gabrieli, & sicut isti angeli desiderant conseruationem status, & honores illorum populorum, quibus præsunt: ita & intensius desiderant eorum bonitatem, & conuersionem ad Deum. Quod patet, quia omnis, qui ordinate diligit, magis mouetur in id, quod melius est, quàm in id, qd̃ non est ita bonum: sed angeli ordinate valde diligunt, cum boni sint, & in bono confirmati: ita q̃ malum operari non possint. ergo cùm salus animę multo sit religibilior prosperitate corporis etiam ſm doctrinam Arist. præponẽtis bonum, quod est interius, i. in anima, bonis exterioribus, quę a fortuna, & quę sunt a natura in ipso corpore: igitur angeli magis desiderant salutem animę in illis, quos custodiunt, quam temporalẽ statum, vel honorẽ. Isti autẽ angeli custodiunt a periculis eos, quibus præsunt, cũ Deus illos custodiri vult. Cùm autem exigentibus peccatis suis merentur incidere in magna pericula, deseruntur ab angelica custodia

C

D

E

De custodia angelorum.

Angeli populos custodientes procurant salutem, & honorẽ illorum.

Inter angelos ẽt pugna est.

Michael vnus de principib' primis Iudęorũ erat

Angeli homines custodientes a periculis eos seruãt qñ id Deus vult.

stodia saltem quantum ad aliquid. Et quia in via multa pericula sunt, datur nobis in via præcipuè custodia angelica. Et sic orauit Tobias angelicam custodiam assistere, dicens: Tob. 5. c. Bene ambuletis, & dominus sit in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscũ. Et est ista comitatio ad duo: primò ad dirigendum in via, ne erremus, & sic dicebatur supra, præcedet te, s. ad dirigendum. Et isto modo exponit Rabbi Salomon illud, quod habetur Gen. 37. de Ioseph: cum dicitur: Inuenit eum vir in agro errantem, & iste reduxit eum ad rectam viam: quem virum dicit Rabbi Salomon esse Gabrielem. Nam Dan. c. 9. dicitur: Et ecce vir Gabriel. Secundò ponuntur ad liberandum a periculis. Et de hoc dicitur hic, qui custodiat te. *Et introducat ad locum, quem paraui.* Iste angelus introduxit eos illuc, quia nubes illa nũquam deseruit eos per noctem, nec per diem, donec introierunt terram Chanaan, vt patet supra 13. cap. & angelus mouebatur in illa, vt patet supra 14. c. ergo nec angelus deseruit eos. Imò postquã nubes cessauit, quia castra mouebant in Galgalis, & ibant viri pugnatores ad diuersa loca hostium ad pugnandum: postquam etiam cessauerat mãna, vt patet Iosue 5. c. adhuc manebat angelus iste, & præcedebat exercitum Hebræorum, & conuertebat in fugam hostes.

An Michael esset maior princeps populi Iudæorum, qui eos præcedebat monens nubem.

QVAESTIO. LXXXI.

QVIS autem iste angelus fuerit, qui præcedebat Israelitas, & mouebat nubem dubium est. Sed satis rationabiliter, & aliqualiter euidenter dici potest fuisse hunc Michaelem: cuius fundamentum est, quia sicut angeli dati ad custodiam cuiuslibet hominis se habent, q̃ illi exercent omnia, quæ in salutem illius commendati sibi exerceri oportet: ita & illi, qui sunt dati alicui loco procurant ea, quæ pertinent ad illum locum: ergo etiam illi, qui præsunt alicui genti, vel prouinciæ exercebunt ea, quæ pertinent ad salutem illius prouinciæ. Patet ista consequentia de angelo principe gentis Persarum: nam de eo dicitur Dan. c. 10. q̃ procurabat attentissimè viginti & vno diebus, contra Gabrielem angelum, & postea contra Michaelem, vt manerent Iudæi in Babylonem, quod redundabat ad salutem animæ Persarum, & Medorum, & ad honorem eorum, & non erat aliquis alius angelus, qui ista procuraret, nisi princeps Persarum, sed Michael erat maior princeps Iudæorum, vt patet Dan. c. 10. ergo ad eũ pertinebat procurare, & exercere ea, quæ maximè pertinebant ad Iudæos, cuiusmodi erant custodia in itinere a periculis, & directio viarum, & introductio ad possidendam terram hostilem: ergo nulli videtur, cui magis conueniat ista ductio nubis, & præcessio quàm Michaeli. Item Deus poterat omnia per se facere, sed quã magnus dominus est, per ministros suos operatur: & hoc tam circa naturalia, quam circa supernaturalia: in naturalibus enim Deus operatur calorem non per seipsum (licèt possit) sed per ignem; & operatur frigiditatem, & humiditatem non per seipsum, sed per terram, & aquam: & sic de cæteris rebus. Sicut n. quantum ad istam naturalem operationem Deus, habet causas inferiores subministrantes concatenatas, vt declaratum fuit supra, ita quantum ad quandam administrationẽ spiritualem habet ministros sibi subiectos, & sunt isti angeli, vt ait Apostolus ad Heb. 1. s. Sunt ad ministratorij spiritus in ministerium missi. Istis n. omnia, quæ in mundo regendã, & conseruanda sunt, distributa sunt, siue quantum ad singulares personas, siue quantum ad populos, siue quantum ad regna, & prouincias, vt supra assignabatur. Sicut ergo in naturalibus causæ subordinatæ Deo ad istos effectus naturales producendos non variantur, ita q̃ aqua aliquando calefaciat, vel ignis frigefaciat, & sic de cæteris: eodem modo ergo in illa administratione angelica non mutabuntur ministrantes ab illo ordine dato a Deo: sed Michael est, cui s̃m diuinam ordinationem competunt ea, quæ sunt maxima negocia in populo Israelitico, quia ipse est de principib̃ primis Israel, vt patet Dan. c. 10. ergo videtur, q̃ istud negocium, de quo hic dicitur quod maximum erat, ipse exercuerit portando nubem, & custodiendo Israelitas in via: & postea effugando atque conterendo hostes eorum. Si autem velis dicere, q̃ iste fuit Gabriel, quia dicitur Dan. c. 10. & in omnibus illis visionibus, quomodo ipse veniebat ad Danielem reuelans ei secreta de populo suo, & quomodo ipse pro salute Iudæorum pugnauit viginti & vno diebus cum angelo, qui erat princeps Persarum, quæ non videntur pertinere ad alium quàm ad eum; qui erat princeps Hebræorum: ergo ipse Gabriel tanquam princeps eorum conuenienter ista exerceret. Responderi potest, q̃ non multum refert vtrum magis Michael, quàm Gabriel: magis tamen videtur, q̃ ista fecerit Michael, quia ista erant maxima negocia populi Israelitici, & adhuc maiora quàm pugnare pro reditu Iudæorum in terram suam, quia ibi solùm pugnabatur pro tribu Iuda, & Beniamin, hic autem dirigebantur omnes tribus duodecim, & ipsi Leuitæ, & omnes introducturus erat iste angelus in terram Chanaan: ergo ista ad maximum principem Iudæorum pertinebant: sed Michael erat maximus, & primus princeps Hebræorum, vt patet Dan. c. 10. etiam si Gabriel esset de principibus Hebræorum: ergo ad Michaelem magis ista pertinebant. *Ad locum quem paraui.* Iste non est aliquis locus specialis, s. vna ciuitas, aut oppidum, vel castrum, sed tota terra promissionis, quæ vocatur locus, accipiendo largè locum. *Quem paraui.* Quia Deus parauerat atque elegerat terram istam pro Iudæis, vt ibi manerent, & coleretur nomẽ eius in ea. *Obserua eum, & audi vocem eius.* Dicebat dominus vocẽ huius angeli esse audiendam: nam iste est angelus, qui loquebatur Moysi, & mandabat omnia, quę Deus volebat fieri: & signum huius est: quia aliquando loquebatur de columna nubis, quam mouebat, vt patet Nu. 12. c. cùm dicitur de Maria, Aaron, & Moyse, q̃ Deus vocauit illos, & postea sequitur, q̃ cùm illi venissent, descendit dominus per columnam nubis, & stetit ante introitum tabernaculi: sic patet Num. 12. c. *Nec contemnendum putes.* Quòd non deberet putare Israel, q̃ vox illius angeli contemnenda esset, s. q̃ non complerentur mandata eius. *Quia non dimittet cum peccaueris.* Idest si aliquo modo peccaueris non obediendo eius voci, vel aliàs, non dimittet peccatum tuum: sed puniet te: omnes namq; punitiones factę in Iudeos peccantes in deserto fuerunt factæ per angelum, s. ascensio ignis, quando murmurauerunt pre labore itineris, & plaga facta in sepulchris concupiscentiæ: de quibus Num. 11. c. & aliæ res præter eas, quæ exprimuntur factæ manibus hominum; quemadmodum fuit occisio eorum, qui adorauerunt vitulum: de quo infra 32. ca. *Et est nomẽ meum in illo.* Idest ipse mittitur nomine meo ad vos; ideo tanquam me habere debetis, non quidem q̃ eum colatis dicentes esse Deum: sed q̃ omnia, quæ mandauerit, quia ex parte mea mandat, faciatis. Dicitur angelus habere nomen domini, quia legatus, siue nuncius, & is cuius legatus est, pro vna persona computantur, & procurator, & ille pro quo procurat. *Quòd si audieris vocem eius.* Scilicet obediendo in omnibus, quæ mandat. *Et feceris ea, quæ loquor.*

Sicut Deus quantũ ad naturalem operationẽ habet causas subordinatas sibi ad ministrantes, ita et q̃tũ ad operationẽ spiualem.

Idest

Idest & custodieris omnia mãdata mea iam data: nam hæc omnia requirebantur ad hoc, q̃ Deus faceret id, quod sequitur. Si enim Iudęi obseruare vellent solùm omnia mandata Dei iam data, & nõ audirent vocem Angeli, non esset Deus hostis hostibus eorum, quia nõ obediebant illi, cui dñs mandauerat obediri, & nomine eius mittebatur: si autem audirent vocem Angeli opere complentes quod imperatur, & non custodirent mandata Dei iam data, nõ esset Deus hostibus eorum hostis, quia contemnebant imperium eius, requirebatur ergo vtrumque. Nam si aliquis contemnat legislatorem in aliquibus, etiam si in alijs obediat, morte dignus est: sic enim cùm Deus mãdauerit præcepta supra posita, & rursus dabat loco sui Angelum directorem, qui præesset castris Hebræorum, & mandaret sibi obediri tanquam præsentanti nomen eius, si vox Angeli contemneretur Deus contemnabatur. *Inimicus ero inimicis tuis.* Quasi dicat si tu facis ista, licèt omnes populi mei sint, & ego omnium eorum salutem, vitam, & vtilitatem attendo tanquam rector politiæ non attendens directe ad vtilitatem alicuius singulariter, sed vtilitatem publicam: tamen ego intendam hic specialiter bonum tuum, & delebo gentes, quæ inimicantur tibi tanquam inimicarentur mihi, licet mihi nullus inimicus sit. *Et affligam affligentes te.* Dicuntur inimici, qui malum alteri cogitant, & deseruerant. Affligentes dicuntur, qui alicui malum infligunt. Quocunque ergo modo fieret, siue aliquis odio haberet Hebræos, siue malum eis infligeret Deus ad vtrumque respondet, quia odio haberet odientes ipsos Hebræos, & mala cogitaret cogitantibus ipsis mala, & mala infligeret eis, q̃ Iudæos affligebant. Sed nec in hoc Deus est alicui genti fauorabilis, vel partialis, vt sępe cõsueuerunt nostri iudicantes ex personarum affectione causarum merita peruertentes, quia Deus p̃sonarum acceptor non est, sed in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est illi, vt patet Actu. 10. ca. sed in omnibus quę agit, respicit bonum commune, sicut legis executores, qui personę publicæ sunt reddentes, vel distribuentes vnicuique quod suum est. Et tũc bene distribuunt, cùm non attendunt directè, vel specialiter vtilitatem alicuius personæ, sed bonum commune, ad bonum commune ordinant leges positæ s̃m quamque politiam, vt patet in 5. Ethi. ideo tunc iudices recte iudicant, qñ in iudicando legis regulam prosequuntur. Summa autem regula omnium agendorum est ipsa mens diuina errare non potens, cunque aliquid Deus agit, mentem suam respicit tanquam legem, quam sequendo nec personam accipit, nec errare potest, quia legem sequitur, & iustissimam, & non solùm talia sunt iusta, quia mens diuina illa facienda esse iudicat, sed etiam considerata humana ratione, & instituere talia iusta sunt. Omnes namque homines in ratione conueniunt, vt saltem principia practica eis insint, & communia sint, sicut sunt principia speculatiua. Vident ergo omnes homines, q̃ quando iudex alicuius politiæ attendit bonum illius communitatis, & secundum illud distribuunt cuilibet, quod distribuendum est, rectè agit: si autem in ista distributione interdum aliquibus distribuatur lucrũ, & honor, alijs autem distribuatur pęna, & damnum, non ex hoc iniustum est, quia iudex est æquator inter iniustitias: nã iniustum agens habet magis de lucro, iniustũ patiens habet multum de damno, & nihil de lucro: recurrunt ergo litigantes ad iudicem tanquam ad mensuram, vt æquetur quod magis, & quod minus est in vtrisque, vt ait Arist. in 5. Ethi. tunc ergo si aliquis iniustè alicui nocuit, qui nocuit dicitur magis habere de lucro accipiẽdo large lucrum, vt dicit Phylosophus, qui autem nocumentum sustinuit habet multum de damno, & nihil de lucro, ergo iudex æquabit istos, ei, qui nocumentum intulit, pęnas inferẽdo propter illum, cui intulit nocumentum, & sic videtur saltem ipsi patienti, q̃ iudex prosequatur eum quasi inimicum, & adiuuet alium, pro quo sententiam fert in causa, cùm tñ nullũ fauorem sequatur, sed merita causæ hoc expostulant, s. vt hunc adiuuet, & illum destruat, sic enim Deus facit. Nam iustum est omnem hominem subditum esse Deo, vt patet 2. Mac. c. 9. & q̃ oẽs homines sequãtur dictamen rectæ rationis, & Deo se non subijciens eos, qui Deo se subijciũt affligit, ideo dignus est, vt pęnas magnas patiatur, nec fauorem obseruat, vel personã accipit, aut aliquo modo iniustus est: sic ergo Deus facturum se promittebat, s. q̃ si Iudęi omnia Dei præcepta, & Angeli sui seruarẽt, iusti essent, si verò aliqua gens eis nocere cuperet, aut noceret, iam iniusta erat, quia iustis iniustè nocebat, merebantur ergo, vt talem gentem Deus acriter puniret, nec quisquam de hac punitione, quin recta existeret dubitare valebit. Hoc autem facturus erat Deus, si hostis esset hostibus Iudæorum, & si affligeret affligentes eos, quando ipsi mandata eius custodirent, ergo nulla personarum acceptio hic erat. *Præcedetque te Angelus meus.* Mouens columnam nubis ante te in motione castrorum, & hoc per totũ desertum, qñ necessaria fuit columna nubis. Cùm autem in terra Chanaan non fuit necessaria, præcedebat ille Angelus ad pugnandum contra hostes Hebręorum, & ipse declarabat quid agendum foret. Sic patet Ios. 5. c. nam existentibus castris Israelitarum in Galgalis, & nescientibus quid agere deberẽt apparuit Angelus dñi Iosue, & dixit ei, qñ circundaret, & caperet Iericho, & ipse Angelus vel per se solus, aut adiuuãtibus alijs Angelis destruxit muros Iericho faciens eos subito corruere, vt patet Ios. 6. c. hæ namq; Angelicę operationes sunt, quia Deus per se nihil horum operatur habens sub se ministros. *Et introducet te.* Scilicet totum populum, qui tempore illo relictus esset. *Ad Amorrhæum.* Ad hos introducturus erat Angelus dñi Israelitas cum nube, quæ vsque illuc peruenit, sed cùm ad eorum terminos accessisset, relicta nube, introducebat eos ad loca istarum gentium. quia qñcunque irent ad pugnandum contra aliquam gẽtem istarum, Angelus introducebat eos præcedens, & cõuertẽs in fugam hostes eorum. *Quos ego conteram.* Idest licèt vos multos eorũ manibus vestris trucidetis, ego tamen omnes illos deleo, quia eos in manus vestras trado delendos, vt supra declaratum fuit. *Non adorabis Deos eorum.* Posuerat hic quomodo introducẽdi erãt in terram Chanaan, & deleturi erant hostes, quia tñ illæ gentes idolatræ erant, & habebant Deos aureos, argenteos, lapideos, ligneos, & metallinos, ad quos colendos Iudęi valde proni erant ex mala assuetudine terræ Aegypti, ideo admonet, ne cùm terram illam introiuerint, Deos terræ illius adorent, & istam eandẽ admonitionem fecit Moyses Deut. 7. ca. cùm diceret delendos esse istos septem populos, subintulit: Sculptilia eorum igne combures, nec concupisces aurum, & argentum, ex quibus facta sunt, nec assumes ex eis quidquam ne offendas, propterea quia abominatio est domini Dei tui: nec inferes quippiam de idolo in domum tuam, vt fias anathema, sicut & illud est, quasi spurcitiam detestaberis, & velut coinquinãtum, ac sordes abominaberis, quia Anathema est. *Nõ adorabis Deos eorum.* Omnis cultus idoli, qualiscunque ille fit, ideo prohibitus erat, quia tantum Deum dehonorabant, quantum Deum alienum honorabant. Inter omnes tamen cultus duo præcipua sunt. Primũ adoratio, quæ erat inclinatio magna capitis, vel aliorum membrorum coram ipso. Secundum erat sacrificare eis, & adhuc hoc potissimum erat, ideo non debebat

Si aliquis in quibusdam contemnat legislatorẽ & ĩ oĩbus alijs obediat, mortem merebitur.

Summa regula omnium agẽdorum est mens diuina errare nõ potẽs.

Litigantes ad iudicẽ recurrunt tãquã ad mẽsuram, vt eis iustũ distribuat.

tale

tale quid exhiberi eis, deitatem in eis protestans. Primum notatur cùm dicitur: adorabis, secundum notatur cùm dicitur. Coles. *Nec facies opera eorum.* Idest opera illarum gentium, quia non solum cultus ab eis exhibitus idolis illicitus erat, sed etiam cęremoniæ cęteræ in viuēdo erant pessimæ, quia auguribus, & diuinationibus studebant. Sic patet Isa. c. 2. cùm dicitur de peccatis Iuda: Augures habuerunt, vt Phylisthijm. Leges etiam eorum malæ erant, & generaliter tota conuersatio, ideo tota eorum vita Iudæis prohibita est, vt patet Iere. 10. c. cùm dicitur. Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis cęli nolite metuere, maxime autem vacabant gentes istæ infandis libidinibus pecorum, & coitibus masculorum, cum sororibus quoque, & alijs gradibus (ratione saltem dictante) prohibitis, in quibus nullam boni, & mali, equi, & iniqui distantiam faciebant. Sic patet Leui. 18. c. cùm Moyses vetuisset illicitos coitus, & infandos, intulit. Custodite legitima mea, atque iudicia, & non facietis ex omnibus abominationibus istis tam indigena quàm colonus, qui peregrinantur apud vos: omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terrę, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam: cauete ergo, ne & vos similiter euomat cũ paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. *Sed destrues.* Scilicet Deos eorum siue sint picti (quod superficiale solum est) siue sint statuæ corporeæ: nam cõburi debebant omnia talia, vt patet Deut. 7. c. *Et confringes statuas.* Statuæ dicuntur a stando, & sunt imagines corporeæ, lapideæ, ligneæ, siue metallinæ, imagines verò pictæ, quia per se non stant, cũ sint quædam qualitates, per se stare non possunt, ideo statuę non vocantur. *Et seruietis domino Deo vestro.* Nullum alium Deum coletis deserẽdo eum, nec etiam alium Deum coletis cum eo, sicut faciebant Samaritani, qui Deum cęli timebant, & dijs suis sacrificabant, vt patet 4. Reg. 17. c. vtrumq; horum Deo abominabile est, sed se solum vult coli, sicut patet supra in litera, qui immolat dijs occidatur ad seruitium latriæ. *Vt benedicam panibus tuis.* Idest & benedicam, vel multiplicabo segetes tuas, & fructus agrorum tuorũ. Benedictio namque augmentum importat semper. De hoc Isa. 1. cap. Si feceritis, & in mandatis meis ambulaueritis, bona terrę comedetis. De hoc Deut. 7. & 28. & Agg. 1. & 2. Mal. 3. c. *Et aquis.* Hæc vitam humanam continent, & pecorum, sic dicitur Eccl. 29. c. Initium vitæ hominis panis, & aqua: pecora etiam in aquis sustentantur, deficiente autem illa omnia iumenta agri siti intereunt. Vel accipit aqua pro hymbribus, & tunc dando hymbres dat omnia bona, cùm aqua faciat terram germinare: & hoc promisit eis Deus Deut. 11. c. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego præcipio, vt diligatis dñm in toto corde vestro: dabo pluuiam terræ vestrę temporaneam, & serotinam, vt colligatis vinum, frumentum, oleum, & fęnum ex agris ad pascenda iumẽta, & vt ipsi comedatis ad saturitatem. *Et auferam infirmitatem de medio tui.* Idest vt non sit aliqua pestis in terra vestra, vel aliæ infirmitates vniuersales, quæ solent euenire ad pęnam malorum, ideo cùm isti subiecti erant Deo, nõ lędebat eos vlla infirmitas: sic enim fuit in exitu de Aegypto, quando attenti, & deuoti erant ad dñm: nam tunc nõ erat inter eos aliquis infirmus, vt patet Psal. 105. cùm dicitur. Et exierunt in auro, & argento, & non erat in tribubus eorum infirmus. Et ob hoc, cum steterunt in Mara, vbi primò dicit Deus constituisse in deserto præcepta, & iuditia, dixit eis. Si audieris vocem dñi Dei tui, & quod rectũ est coram eo feceris: cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non ponam super te, vt patet Exod. 15. E contrario autem, cùm peccarent comminabatur eis Deus infirmitates pessimas Aegypti, vt patet Deut. 28. ca. s.

Cũ Iudæi erant Deo subiecti non erat inter eos pestis nec alię infirmitates.

percutiat te dñs vlcere pessimo in genibus, & in suris, ita vt sanari nequeas. Hæc autem inducuntur ad suadendum Iudæis, vt Deum verum colant: suadentur enim homines ad aliquid p bona data, aut bonorum certa promissa, & quia vnicuiq; tale bonum videtur, qualis ipse est, vt ait Arist. in 2. Ethic. & isti erant vulgares homines, ideo promisit eis bona vulgaria. Hęc autem duo principaliter sunt, s. abundare in omnibus exterioribus pertinentibus ad vitæ necessitatem, s. cibis, potibus: secũdum est bona corporis habitudo, quam sanitatem dicimus: nã diuitiæ sine sanitate nihil sunt, nec est earum iocunda possessio, cùm desit earum desiderata fruitio, quæ in sola sanitate habetur: ergo ista duo bona vulgaribus cõcederet, se in immensum fælicissimos reputarent. Expressius ergo posuit Deus hæc, quia cęteris maiora sunt s̃m eorum opinionem. Alia autem sunt bona vulgaria his cõnexa, vel quæ cõnexè desiderantur, quæ expressius promisit Deus Iudæis bene agentibus, vt patet Deut. 28. c. vbi est catalogus benedictionum atque maledictionum. Subiungit autem hic Deus aliud bonum, quod est consequẽter desideratiuum, s. multiplicitas in prole: nã, & hęc a vulgaribus intensius appetuntur: cùm dicitur. *Non erit in fęcunda atque sterilis.* Aufertur multiplicatio prolis propter ineptitudinem viri, aut vxoris laborantium ad generationem. Quicunque autem eorum male se habeat non fiet generatio, ideo Deus promittit, q̃ dabit eis fęcunditatem in vtroque sexu: in viris quidem ad gignendum in fęminis vero ad concipiẽdum. Hic autem vtrumque refertur ad fęminam, s. sterilis, & in fęcunda, sed diuersimode: nam aliquando fęminę nõ concipiunt ex ineptitudine viri, quia frigidus est, aut maleficiatus coire non potens, vel quia semen ex parte eius valde ineptum est, ita vt generationi non congruat; cùm tamen semen muliebre aptum sit, & tunc dicitur mulier infęcunda, sed non sterilis. Dicitur aũt sterilis, quando ex parte sua ineptitudo est, vt tollatur conceptus. Vtrunq; autem Deus auferre promisit: nõ tm̃ est intelligendum, q̃ penitus nulla sterilis, nec infęcunda esset in terra Hebræorum, quia etiam ipsis bonis existentibus aliqui moriebantur non potentes habere filios, sed signat, q̃ daret Deus tantam multiplicationem Iudæis, q̃ quasi nulli viderentur esse carentes prole in tanta prolis multitudine, quãta erat in singulis Hebræorum populis. *Numerum dierum tuorum implebo.* Idest faciam, quòd viuatis vita perfecta, scilicet tanto tempore quanto naturaliter viuere poteratis.

Vitam diuturnam vulgares existimant unum de maximis bonis.

QVAESTIO. LXXXII.

ISTVD est ad bonum, quod valde desiderãt vulgares homines, s. vitam longam: nam quid prodest homini desideranti bona, quæ sunt huius sęculi, habere hæc omnia: etiam si cumultatissima habebat, dum tamen pauco tempore victurus fit in eis. Maius namque desiderium causatur, cùm quis frui incipit bonis, quę videntur, & dum maxime illis frui poterat, aufertur de terra viuentium. Tanquam ergo magnã partem humanæ beatitudinis ponit, vitam diuturnã, & ista dicitur esse quædam securitas a gladio hostili. Nam dato q̃ non crassarentur pestes, si hostes irruerent vitam immaturam adimebant, cùm autem dicitur, q̃ complerent numerum dierum suorum, signatur, q̃ non caderent gladio hostili: & ob hoc cũ Deus volebat designare Iudæis beata tempora, dicebat, q̃ adhuc pueri luderent in plateis, & senes ambularent innixi super baculos suos, quia per hoc tollebantur duo

duo magna mala, s. pestis, & hostilis persecutio, pestis namque maxime crassatur in pueris, ideo quãdo ipsa est deficiũt pueri de plateis. Aliud malum est hostilis inuasio, & quando ista est in ciuitatibus, omnes siue iuuenes, siue senes gladio corruũt. Quòd ergo ipsi sint super baculos suos præ multitudine dierum, signat magnitudinem præteritæ, & præsentis, & temporum præteritorum salubritatem, in quibus non fuerunt pestes, vt isti tam senes morerentur, & sic Ier. in li. Tren. deplorans magnam cladem a Babylonijs inflictam, dicit cecidisse in terram pueros, & senes Tren. c. 2. & Zacha. cùm de reędificandę Ierusalem gaudio, & prospe ritate futura loqueretur dixit, in platea Ierusalem adhuc futuros senes super baculos suos, & pueros in plateis, cum dicitur. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalẽ, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum, & plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. *Terrorem meum mittam.* Hic ponuntur quædam alia bona pertinentia ad ingressum terræ promissionis, s. quia Iudæi audientes populos illos multos esse, & manere in terra natiua, timebant intrare ad aggrediendum, inuadẽdumq; eos, Deus autem promittit hic, q̃ taliter ipse in cutiet timorem suum illis, q̃ non possint resistere in facie Iudæorum. *Terrorem meum mittam.* Idest iste terror, qui incutiet Chananæorũ septẽ populis, non erit tuus, idest causatus a te propter magnitudinem, & robur tuum, quia s̃m veritatem ista non sunt in te respectu illarum gentium, quia illæ sunt multo plures, & fortiores q̃ tu, vt patet Deut. 7. c. sed erit terror meus, idest ego causabo in eas, vt te timeant, qui aliter timẽdus non eras. *In præcursum tuum.* Idest ego mittã istum timorem, vt currat ante te, & intret in terram illam antequã tu intres. Et hoc est quod signat pręcurrere. Fuit enim hoc quia Deus causauit in eis ex auditione miraculorum, & fortitudine operum, quæ Deus faciebat propter Hebręos, quendam timorem validum, vt patet Ios. 2. c. cùm dicitur ex verbis Raab ad exploratores. Noui q̃ tradiderit vobis dominus Deus terrã: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ: audiuimus, q̃ siccauerit dominus Deus aquas maris rubri ad introitum vestrum, q̃n egressi estis ex Aegypto, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhæorum Seon, & Og, quos interfecistis, & hæc audiẽtes pertimuimus, & elanguit cor nostrũ, & non remansit in nobis spiritus ad introitum vestrũ. *Et occidam omnem populum, ad quem ingredieris.* Idest omnes de terra Chanaan, ad quos inuadendos intraueris, occidam: sic enim fuit, sed non completum fuit in toto tempore Ios. nec in tempore Iudicum, sed tpe Salomonis regis, vt patet 3. Re. 5. & 2. Paralipo. 8. cap.

Quare ista promissio non fuit completa tempore Iosuæ.

QVAESTIO. LXXXIII.

QVARE autem non fuerunt vsque ad illud tempus traditæ omnes gentes occisæque a populis Iudæorum, fuit ratio triplex. Prima fuit propter peccata Israelitarum: nam Deus posuerat cum eis pactum, vt daret eis terram illam, duntaxat vt ipsi non facerẽt vllas amicitias cum hominibus terræ illius, quod quia non seruauerunt, Deus noluit tradere in manus eorum gentes illas, vt patet Iud. 2. c. Secunda causa fuit, ne si tota terra immediatè traderetur Israelitis, maneret magna pars eius carens habitatore, & multiplicarentur bestiæ terræ contra incolas. Decuit ergo, vt paulisper occiderẽt gentes Chananæorum, sicut ipsi incipiebant multiplicari. Et hæc causa subditur immediatè, cùm dicitur. Non eijciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant cõtra te bestiæ, paulatim expellam eos de conspectu tuo. Tertia fuit ad vtilitatem ipsorum Iudæorum, vt essent viri fortes, & ad bella doctissimi. Si enim immediatè omnes illos habitatores terræ tradidisset dominus in manus Iudęorum, maneret terra in pace magna composita, & virtus senio torperet, fierentq; qui postea nascerentur indocti ad bellicos insultus, & omne virile exercitum: hæc causa exprimitur Iud. 3. c. in principio, de his dicetur Deut. 11. c. super parte. Omnis locus quẽ calcauerit pes vester erit vester. *Cunctorumque inimicorũ tuorum terga uertam.* Idest faciam, q̃ aliqui nunquã possint tibi resistere: nam dato, q̃ Iudæi præualerent contra Chananæos in omnibus bellis, si tamen cum magno labore, & duro suorum discrimine, & ambiguo euentu belli certarent, sicut cęteræ gentes pugnabant, confestim animo deficerent, eos aggredi nõ volentes: & in hoc erant satis paruę conditiones. Et ob hoc cùm inconflictu contra ciuitatẽ Hai accidisset 36. viros de Israelitarum pugnatoribus gladio hostium in fuga cõcidisse, vehementer conterritus iacuit Iosuæ coram arca clamans, & dicens. Mi domine quid dicam videns Israelem hostibus suis terga vertẽrem, vt patet Ios. 7. c. *Coram te terga vertam.* Idest licèt antequam te viderint veniant ad te, faciam tamen, vt mox, vt coram te steterint, terga vertant, & hoc erat ad consortandum Hebræorum corda, vt sic magis auderent hostibus incursare. Ad hoc etiam fecit Iosuę vt principes Israel, & alij ponerent pedes suos super colla Reg. q̃nq; quos viuos ceperant, vt sic discerent non timere eos, vt patet Ios. 10. c. si autem aliquando Iudæi hostibus suis terga verterunt, fuit ex demeritis suis, ipsi namq; malè conscij sibi demerebantur, vt in eis facta promissio impleret, potissime cùm ipsa conditionalis foret, & conditio ex parte Israelitarum non staret. Sic patet de pugna eorũ contra ciuitatem Hai, & ceciderunt de Israelitis terga vertentibus 36. viri vt patet Iosuę 7. c. *Emittens crabones.* Sic dicitur Deut. 7. cap.

Crabrones quid sint, & quomodo Chananeos affligebant.

QVAESTIO. LXXXIIII.

DICVNTVR autem Crabrones muscæ genitæ de cadaueribus equorum, & istę impetebant oculos Chananæorum, ita q̃ nõ permittebant eos viuere, vel forte impediebant a pugna, & isti Crabrones erant venenati, ita vt occidere possent homines, sic dicitur Deut. 7. & insuper Crabrones mittet dñs Deus tuus in eos, donec deleat omnes atq; disperdat, q̃ te fugerint, & latere potuerint. Rab. Abrahã Aben Ezra dixit esse istos Crabrones quandam infirmitatem, quæ occidebat Chananæos fugientes, & latentes, & laxabant vires eorum, donec fugerent, nec consistere possent coram Israelitis. Aliqui de nostris dixerunt esse hic Metaphoram, s. q̃ per Crabrones aculeis pungentes signantur timoris aculei, quos Chananęi conceperãt, ita vt fugere compellerentur. Sed hoc non est rectè dictum, quia isti Crabrones occidebant omnes fugiẽtes, sed non est verisimile, q̃ fugientes timore deficerent, maxime omnes, dato, q̃ aliqui deficere possent. Chaldaica translatio dicit Crabrones esse paruas auiculas, quæ oculos Chananæorum impetebant, & hoc verũ est, quia siue dicamus esse Crabrones quod est nomẽ eius animalis alati, quod de equo nascitur, siue alias quascunque auiculas, necesse est tamẽ, vt ea animalia fore dicamus: nam Sap 12. c. vbi hæc ponuntur, dicit q̃ Deus immisit vespas in hostes Iudæorum, s. in Chananæos ad exterminandum eos. Vespæ autem animalia parua sunt volantia, quæ stimulos infigunt. *Qui fugabunt.*

gabunt Heuæum. Ponuntur hic tres populi, non quidem quòd in hos solos pęna ista fuisset inflicta: nam omnibus par pęna populis fuit, vt videtur Deut. 7. c. vbi positis omnibus illis populis, dicit dominus se immissurũ Crabrones, qui deleant omnes de istis populis, qui effugere potuerint, sed non curat scriptura ponere eos dẽ totiens reperitos: nam etiam duobus positis intelligerentur cęteri: nec est aliqua causa specialis, quare magis expresserit scriptura hos tres quàm aliquos de alijs populis, sed quia positura erat aliquos de eis ad intelligendum cęteros, posuit quos voluerit, non enim referebat ponere Iebusæum, Pherezæum, & Amorrhęũ.

Antequam introeas. Idest isti Crabrones venient in terram illam, & facient fugere istos Chananæos antequã intrarent Iudæi in terram illam. Et est sensus, ꝙ per aliquot dies, aut menses antequam introirent Israelitę in terram Chanaan, misit Deus in terram illam plagam Crabronum, vt non possent aperire oculos, & pungebant vultus eorum, & quæcunq; corporis nuda atrociter, ita vt Chananæi fugerent a facie eorum absconderentes se, & hoc eis fuit futuræ inguentisque cladis durum initium. Et cùm ante aduentum Israelitarum talibus propter eos cruciatibus vexarentur, maiores sibi crediderunt ad eorum principia reseruatos, & sic inceperunt timere atque contremere, & elanguit cor eorum, nec remansit vllus spiritus iuxta verba Raab Iericho intinæ ad exploratores. Incipientibus autem pugnare Israelitis cum Chananeis (licèt in libro Iosue subticeatur, quia non omnia scribuntur) credendum est, ꝙ isti Crabrones insilirent magno impetu in eos, ita vt compellerentur terga dare Iudęis, vel non videre super se incurrentem hostem. Nec ista est absonum, quia scriptura illud innuit futurũ; licèt postea illud nõ recitet factum, quasi satis intelligatur ex præcedentibus, ꝙ postea etiam si non recitetur factum fuerit. Simile namq; in historijs gentium reperimus, & refert Tit. Liu. 9. ab vrbe cõdita, quòd cum Dictator Romanorum nomine Furius Camillus contra Gallos, qui Romã vastaturi veniebãt, cum Romanis legionibus obuius exisset, quidam de Gallis inter cęteros strenuus vir ob singularẽ gloriam de Romanis aliquem ad singulare certamen, si vellet congredi, exorabat, cunque eius corporis proceritatem virtutisque valentiam multi Romanorum formidassent, vnus eorum electus iuuenis, qui ab euentu postea Marcus Coruinus extitit nominatus, conditionem pugnæ susceptum se obtulit. Cunque inito certamine Gallus in Romanum magno impetu veheretur, velut subito confracturus, coruus quidam Romanõ affuit, qui ita fortiter atque pertinaciter Galli vultum impetijt, vt eum quasi orbũ redderet, quo Roman' admirabiliter aditus de Gallo faciliter triumphauit. De his etiam Paul. Oros. lib. 3. de Ormesta mundi. *Non eijciam eos a facie tua anno vno.* Quandocunque Iudæi aliqua Dei promissa recipiebant, si exigentibus eorũ demeritis, vel quomodolibet alias promissum non impleri cõtingeret, vel saltem aliquid eius deficere, vehementer consternabantur mente, & perdebant animum, sicut fuit in præcedenti promissione, scilicet quòd omnes inimici eorum terga eis verterent: Cùm autem in bello contra ciuitatem Hai propter peccatum furti de anathemate Iericho cecidissent 36. viri vehementer doluit Iosuæ, & consternatus est ipse, & totus Hebræorum exercitus, vt patet Iosuæ 7. c. quia ergo hic promiserat etiam omnes hostes eorum delere, si ergo immediatè vt introuissent in terram Chanaan, & pugnauissent cõtra gentem illam, & non deuicissent atque cępissent loca eorum, sicut postea euenit, quia multis diebus permanserunt Chananæorum multi in terra illa, conturbarentur, & putarent Deum non custodiuisse promissa. Declarat ergo hic dicens, quòd licèt daturus sit eis totam illam terram Chananęorum, tamen non dabit totaliter immediatè, sed paulisper vsq; ad tempus Salomonis. Quare autem tempore Salomonis magis quàm precedentibus temporibus hoc factum fuerit, Deu. 12. c. declarabitur. *Anno vno.* Non solùm non expulit in anno vno, sed etiam nec in quadringentis annis, quia, tempore introitus Iosuę cum Israelitis in terram Chanaan quousque subiecti fuerũt totaliter regi Salomoni transierunt anni 440. Quod sic patet, a tempore, quo Hebræi exierunt de Aegypto vsque ad tempus, quod incepit Salomon ędificare templum domino, quod fuit anno 4. regni sui, quando etiam oẽs gentes, quæ relictæ fuerant, subiectę sunt transierunt anni 480. vt patet 3. Reg. 6. c. ab his autem subtrahantur quadraginta anni qui fluxerunt ab exitu de Aegypto, vsquequo intraret Iosuæ in terram Chanaan, vt patet Ios. 5. c. & in multis alijs locis, manebunt 440. anni, qui fluxerunt a tempore, quo incepit pugnare Israel contra Chananęos vsque ad tempus, quo totaliter subiecti fuerunt tempore Regis Salomonis. *Ne terra in solitudinem redigatur.* Idest ne terra Chanaan fiat deserta: nam, vt dicitur Deute. 7. c. gentes populorum septem Chananæorum erant valde plures quàm Iudæi, ideo occupabant maiorem terram, quàm possent tunc Hebræi occupare, si ergo totaliter desererentur terræ Chananæorum interfectis omnibus illis, vel fugenitibus de terra, maneret magnam pars terrę Chananæorum carens habitatoribus, ideo non decebat, vt immediatè omnes traderentur in manus Iudæorum. *Et crescant contra te.* Idest contra totum Israelem, cui loquebatur ista Moyses. *Crescant bestiæ.* Scilicet feræ magnæ, vt leones, vrsi, & lupi, atque dracones; cęteraque bestiarum atque reptilium genera. Ista namque multiplicantur in terra solitudinis. In terra autem habitata non possunt crescere, quia confestim extirpantur ab hominibus, & fugiunt faciem hominis: si autem istæ bestiæ multiplicarẽtur, magnum inde damnum atque periculum Israelitis futurum erat, quia illæ bestiæ pecora eorum depopularentur, & segetes atque omnia fructa demolirentur, ipsosque interdum habitatores terrę vorarent. Hic sola hæc causa exprimitur, sed aliæ duę fuerunt, quibus obstantibus, vel fauentibus, non traditi fuerũt confestim Chananęi in manibus Iudęorum, quas supra descripsimus. *Paulatim expellam de conspectu tuo.* Confestim vt intrauerunt Israelitæ in terram Chanaan, ga ibi erat satis populus multus, dedit confestim eis Deus tantam partem, quanta sufficeret ad habitationem eorum, & ad accipiendum istam terram occidit Iosuę 31. reges illorum populorum, licèt non accepit totam terram illorum regũ, de quo Ios. 12. c. Deinde sicut paulatim succrescebat populus Hebręorum, ita acquirebantur aliqua loca expulsis Chananęis. *Donec augearis, & possideas terram.* Idest donec venias ad maximam tuam multiplicationem: Nam tunc dabo tibi totam terram, quàm possessurus es. Non tamen est intelligendum, quòd aliquo tempore Israelitę habituerint totam terram eis promissam expulsis hostibus. Nam dato, quòd tempore Salomonis, quando erat maxima multiplicatio, & flos populi Israelitici, traditę fuerunt gentes istę in potestate Salomonis, tamen non habitauerunt Israelitæ totam terram illam, sed accepit eos Salomon in tributarios, vt patet secundo Paralip. octauo capitulo. *Ponam autem terminos tuos.* Quia dixerat quam gentem, & quot possessuri erant terras, subdit qui sint termini harum terrarum.

Per aliquot dies antequam intrarent Israelitæ in terram p. mis. misit Deus Crabrones ad affligẽdũ hostes eorum.

De Marco Coruino pugnante cõtra Gallum. & de coruo adiuuante.

A tẽpore quo introierunt Israelitę terram. promissionis vsque quo totaliter eam sibi subiecerunt, transierunt anni 440.

De

De terminis terrę promissæ, de quo vide Iosuæ primo auctorem latius.

QVAESTIO. LXXXV.

ET ponuntur isti termini in multis locis, & multipliciter: nam Gen. 15. c. vbi primò ponuntur termini terræ promissæ Abrahæ dicitur. A flumine Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem dabo semini tuo terram hanc. Et ponuntur ibi termini illius terræ a duabus partibus mundi, scilicet a septemtrionali plaga, ad quam est Eufrates veniens de terra Parthorum, qui sunt in latere septemtrionali apud montem Caucasum: Flumen Aegypti est quoddam parvum flumen in parte septentrionali Aegypti, vbi coniungitur terræ Palæstinorum. Terra autem Palæstinorum fuit pars terræ promissionis, licèt nunquam eam habituerint Israelitæ, sed solùm tempore Salomonis subiecta fuit, deinde recessit ab Israelitis, & isti duo termini ponuntur pro terra omniũ duodecim tribuum. Ponuntur etiam isti termini Deut. 11. c. & dicitur. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate vsq; ad Mare Occidentale erunt termini vestri. Et in hac assignatione ponuntur termini a tribus partibus mundi, scilicet a meridie, cùm dicitur. A deserto, quia ad meridiem terrę Chanaan sunt deserta Arabica magnę solitudinis, quæ mediant inter Aegyptum & terram Chanaan, & ideo terminus est, cum dicitur hic. A deserto. Et cum dicitur Gen. 15. c. vsque ad flumina Aegypti, quia iste fluuius Aegypti est in confinio Aegypti & Palæstinæ, & ibi sunt deserta Arabica latè porrecta versus orientem. Tangitur terminus a septentrionali parte, cum dicitur. A Libano, & flumine magno Euphrate. Nam Libanus in septẽtrionali latere est terræ illius, cuius signum est, quia de radicibus montis Libani oritur Iordanis gemino fonte diuisus, donec in vnum Alueum coeat, & circuens frontem orientalem, vt patet Nu. 34. ca. labitur vsque ad mare Salsissimum, quod est mare Sodomorum, vt patet Ios. 3. c. & ista terra est in latere meridiano terræ promissionis, vt satis liquet in multis locis. Item quia Libanus tangit pro maiori parte Tyrum, & Sidonem, vt patet 3. Reg. 5. c. vbi Salomon misit ad Hyram regem Tyri, vt faceret seruos suos cędere ligna in monte Libano ad constructionem templi, & tamen Libanus in parte contingentię lateris septentrionalis, & occidentalis est. Tangitur, etiam idem secundus terminus, in quantum dicitur. Et flumine magno Euphrate. Nam flumen Euphrates, & Libanus mons ab eadem parte sunt, scilicet a parte septentrionis respectu terræ Chanaan. Tangitur, tertius terminus, scilicet occidentalis in quãtum dicitur. Vsque ad mare Occidentale, idest quod circũdat terram Chanaan in fronte Occidentali, quia ipsa terra est in principio Asię a parte Occidentis: nam mari Mediterraneo Asiæ ab alijs duobus partibus mũdi seiungitur. Terminus autem Orientalis hic non tangitur. In ista litera ponuntur duo termini terræ huius, scilicet terminus Occidentalis, & terminus aliqualiter orientalis, & aliqualiter Meridianus: nam mare rubrum, quod hic ponitur transit per deserta Arabiæ, & intrat terram Aegypti, & transit apud terram Palęstinæ quæ est pars terræ Chanaan. Et potest accipi hic, quòd sit terminus aliquo modo inclinans versus oriẽtem terræ Chanaan, & hoc circa confinia lateris meridiani, & frontis orientalis, quia apud terram Idumeæ, quæ est in confinio lateris meridionalis, & orientalis, est mare rubrum, scilicet litus Asiongaber, qui est iuxta Hailam in litore maris Rubri in terra Idumeæ, & sic videtur, quòd illa pars Idumeæ, apud quam est mare rubrum, quòd sit coniuncta terræ Israelitice, scilicet Chanaan. Sed hoc non potest esse, nisi aliqualiter in fronte orientali. Item patet adhuc, quòd tangat istud mare rubrum frontem orientalem terræ Chanaan, quia quando Moyses mortuus fuit, & prędicauit ante hoc totum Deuter. Israeli erat in fronte orientali terræ Chanaan, quia erat ante Iordanem, & Iordanis est frons orientalis terræ illius, vt patet Nu. 34. c. Etiam quia erat in terra duorum regum Amorrhæorum, & illa dicitur esse ad Orientem terræ Chanaan; vt patet Nu. 32. c. Sed Moyses ibidem existens, & prædicans, dicebatur stare apud mare Rubrum, ergo frons orientalis terræ Chanaan tangit in aliquo mare Rubrum. Antecedens patet Deu. 1. c. in principio, cum dicitur. Hęc sunt verba, quæ locutus est Moyses, & ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri contra mare Rubrum, & Pharan, & Tophel, & Laban. Et hæc est veritas certissima, quam satis clare videres, si posses considerare figuram frontis orientalis terræ Chanaan, quam satis colligere potes ex his, quę ponũtur hic, & Deut. 1. & 2. c. Poterat autem aliquo modo dici, quòd mare rubrum sit hic terminus a parte meridiana; quia mare Rubrum trãsiens per deserta Arabica intrat Aegyptum, fluitque ab orientali parte eius vsque ad occidentalem per latus septentrionale, licèt postea versus occidentem flectitur a rectitudine, & rẽdit versus meridiem, & ibi tendẽdo per latus septẽtrionale Aegypti tangit extremitatem terræ Palæstinorũ, quæ est in fine terræ Chanaan procedendo versus meridiem ad terram Aegypti: melius tamen est, quòd sit terminus a parte orientali, imò considerando sequentes terminos, nõ potest aliter dici. Tangitur autem hic alius terminus, s. occidentalis, cum dicitur. Vsque ad mare Palæstinorum, idest mare Phylisthinorum, qui habitabant in littore maris, & istud est mare qd Deut. 11. c. vocatur mare occidentale: nam est mare mediterraneum, & est ad occidentem terrę Chanaan. tanguntur autem alij duo termini. Iterum autem ponuntur termini terræ Chanaan Nu. 34. c. & ponuntur explicatius, & sunt termini a quatuor partibus mundi, sed non ponuntur ibi termini, sicut in omnibus supradictis, quia termini terræ in qua habitauerunt nouem tribus, & dimidia non differunt secundum terminum australem, & septentrionalem, & occidentalem, sed solùm quantum ad terminum orientalem, quia terra duarum tribuum, & dimidię est in capite orientalis frontis terrę aliarum nouem, & dimidię tribuum, vt dicitur Num. 32. cap. ita namque confessę sunt duę tribus, & dimidia se habere possessionem ad oriẽtem terrę Chanaan, & distinguuntur istę duę terrę Iordane diuidente, in libro autem Nu. ponitur ambitus terrę nouem tribuum, & dimidię, & ideo ab oriẽte ponitur terminus Iordanis fluuius, vt patet Nume. 34. cap. *A mari rubro.* Quod est apud terram Idumeę, & est in fronte orientali terrę Chanaan in quadam parte eius circa confinia lateris meridiani, & orientis. *Vsque ad mare Phylisthinorum.* Mare Phylisthinorũ vocatur mare quod est ad occidentem terrę Chanaan, quia ibi habitabant Phylisthiim (nam ibi erant ciuitates eius magnę) dicitur mare Phylisthinorum. Et quia est ad occidentalem partẽ terrę Chanaan, vocatur mare occidentale, vt patet Deu. 11. c. scilic. A deserto & Libano, & flumine magno Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Et sunt isti duo termini positi orientalis, & occidentalis, ideo immediate sequuntur alij duo termini eiusdem termini, scilicet meridianus, & septentrionalis, cum dicitur. *Et a deserto.* Iste est terminus a parte meridiana: nam a parte meridiana terrę Chanaan sunt magna deserta Arabica, q̃ aliquo modo mediant inter Aegyptum & terram Chanaan, & iste terminus meridianus ponitur Deut. 11. c. cum dici-

Ad radices mõtis Libani oritur Iordanis.

dicitur. A deserto, & Libano, vsque ad mare occiden- F
tale erunt termini vestri, & Nu. 34. etiam dicitur hoc
idem, scilicet quòd termini terræ Chanaan incipient
in meridiana parte a solitudine Sin, q̃ est iuxta Edom,
scilicet solitudo Sin dicitur magnum desertum arabi-
cum, in quo erat Cadesbarne, vt patet Num. 20. capit.
Vsque ad fluuium. Scilicet vsque ad Euphratem, voca-
tur hic Euphrates fluuius non expresso aliquo alio no
mine per excellentiam propter suam magnitudinẽ:
sic enim dicitur Ge. 15. ca. Semini tuo dabo terrã hanc
a flumine Aegypti vsque ad fluuium magnũ Euphra-
tem. Est enim Euphrates vnum de quatuor flumini-
bus Paradisi: de quo magis diximus Gen. 2. cap. Et est
iste fluuius septentrionalis terræ Chanaan. Quod satis
apparet ex assignatione huius litteræ: nam ponuntur G
termini contrario modo se habentes, scilicet orienta-
lis, & occidentalis simul, quia sunt directè oppositi, &
isti erant mare Rubrum, & mare Palesthinorum. De-
inde ponũtur Meridionalis, & septentrionalis, scilicet
desertum, & flumen Euphrates, sed constat, quòd de-
sertum est ad meridiem, ergo flumen Euphrates est
ad septentrionẽ. *Tradam manibus vestris habitatores terræ.*
Ad quid proficiebat Iudæis assignatio terminorum terræ suæ. Ista designatio terminorũ ad duo proficiebat. Primo
quia scirent Iudæi, contra quos pugnare deberent:
nam contra istos bellum iustum habere poterant, &
non solùm iustum, sed quasi necessarium, quia Deus
interdixerat eis nullas ferire amicitias cum gentibus
illarum terrarum, & imperauerat nullum vitæ relin-
quere, sed debere viros, & fœminas magnos, & paruos H
vniuersos vsque ad interemptionem delere, vt patet
Deut. 20. capitulo, contra gentes vero, quæ extra hos
terminos essent non poterant gerere iustum bellum,
nisi ex aliqua emergenti causa, vtpote si inuaderent fi-
nes eorum, vel vllas intulissent iniurias, aut secundum
quosdam alios modos, quibus inducitur iustè bellum,
si autem contra alias gentes Iudæi inirent certamina
ob nullam aliam causam, nisi vt terram earum possi-
derent, iniustum erat bellum, nec traderet illas gentes
Deus in manus Hebræorum. Secundum ad quod pro
ficiebat diffinitio terminorum erat ad sciẽdum quan-
titatem sortium distribuendarum: mandauerat nam-
que Deus diuidi terram Chanaan in duodecim partes
secundum duodecim tribus, ita vt pluribus daretur I
maior pars, & pauciorib⁹ daretur minor, vt patet Nu.
26. & 34. c. sed hoc non poterant facere, nisi cognita
quantitate totius terræ diuidendæ, ergo oportebat
eam totam secundum suos limites diffinitam esse.
Tradam in manibus vestris habitatores terræ. Idest habitato-
res huius terræ tradam in manu vestra, sed non habi-
tatores aliarum terrarum, ideo si contra aliarum terra-
rum habitatores bella geratis, scitote non esse traden-
dos eos in manus vestras. *Et eijciam eos de conspectu vestro.*
Idest faciam quòd non maneant in terra illa resisten-
tes vobis. Non est intelligendum, q̃ Deus voluerit ex-
pellere Chananæorum populos de terra illa, ita quod
fugere eos compelleret, sed omnes mandabat occidi,
nec aliquo modo poterant licitè Iudæi dimittere
eos viuos siue vendendo, aut seruituti suæ subij-
ciendo, sed cogebantur eos occidere. Dicitur ta-
men eijcere de conspectu Iudæorum, idest quòd non
manerent in conspectu Iudæorum cadentes per mor-
tem, omnis namque, qui moritur, a facie hominum
tollitur, cùm sepelitur, & de superficie terræ aufertur.
Sic dicitur Deut. 6. c. scilicet ne quando irascatur furor
domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie
terræ. *Non inibis cum eis fœdus.* Idest non facies cum eis
aliqua pacta, vel conditiones pacis.

Prima expositio huius particulæ præsentis capituli.

QVAESTIO. LXXXVI.

ET potest hoc dupliciter intelligi. Vno modo, q̃
Israelitæ intrantes terram Chanaan cum subijce-
rent aliquam gentem bello, vel quæ sese eis sponte tra
deret, non poterant facere cum eis aliquas conditio-
nes pacis, scilicet faciendo eos tributarios, vel venden-
do in seruos, vel subijciendo sibi, aut spoliando rebus
suis, & nudos liberosque abire permittendo: nam si
hoc facerent nõ erat dubium eos contra Deum com-
mittere, & Deus etiam non seruaret eis pactum, quod
pepigerat cum eis. Sic patet Iudi. 2. c. cùm dicitur. An-
gelus domini ascendit ad locum flentium, & ait, Edu-
xi vos de Aegypto, & introduxi vos in hanc terram,
pro qua iurauí patribus vestris, vt nõ facerem irritum
pactum meum, ita duntaxat, vt nõ feriretis fœdus cum
habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuertere-
tis, & noluistis vocem meam audire, cur hoc fecistis?
quamobrem nolui delere eos a facie vestra, & dij eo-
rum sint vobis in ruinam. Secundo modo potest intel
ligi, quòd non facerent cum eis fœdus, idest vt si con-
tingeret manere gentes illas in terra Chanaan aliquan
to tempore, donec expellerentur, quòd non facerent
interdum cum eis aliqua fœdera ad communicandum
quouis modò, quia istæ amicitiæ, & fœdera causant
quandam similitudinem in moribus, & ritibus: istò
modo declaratur infra 34. Caue ne vnquam ineas pa-
ctum cum habitatoribus terræ illius, qui tibi sint in rui
nam. Et subditur: Sed aras eorum confringe, & lucos
eorum succide. Et rursus: Ne ineas pactum cum ho-
minibus illarum nationum, ne cùm fornicati fuerint
cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet
te quispiam, vt comedas de immolatis. Etiam vocan-
tur fœdera compositiones matrimoniales, quæ causant
maximam familiaritatem: nulla enim maior familia-
ritas esse potest, quàm viri & vxoris, qui in omnibus
sibi communicant, & hoc maxime adduceret vnum
ad errandum, si alius erraret, sicut Salomon in senectu
te prauus, & inueteratus dierum malorum ex amore
fœminarum Gentilium, quibus matrimonialiter se
coniunxerat, ad hoc tandem illici potuit, vt varios
Deos coleret, variaque templa illis struere, vt nõ contri-
staret delicias fœminarum, vt patet 3. Re. 11. c. ideo
prohibentur maxime talia fœdera, vt patet infra 34. &
Deut. 7. cum dicitur. Nec vxorem de filiabus eius accis
pies filijs tuis, ne postquam ipse fuerint fornicatæ, for-
nicari faciant filios tuos in Deos suos. Idem de filia po-
nitur Deut. 7. cap. quòd non esset danda gentibus in
vxorem: nam eadem ratio subsistit. *Nec cum dijs eorum.*
Omnes q̃ profitent aliquã religionẽ dicuntur facere pactũ cum Deo.
Cùm dijs pactum, siue fœdus initur, quando quis aliqd
ad Dei cultum se facturum vouet & isto modo om-
nes, qui profitentur aliquam religionem, dicuntur fa-
cere pactum cum Deo, sic nos in Baptismo fœdus
cum Deo inimus, quia cum fidem eius profitemur,
K abrenunciaturos Satanæ cùm omnibus pompis eius,
& ei subijciendos promittimus, ipse autem vel eccle-
sia loco eius, vt pactum perfectum constet vtriusque
partis sentẽtia confirmatus, promittit nobis per fidem
nos habituros vitam æternam stante hypotesi promis-
sionis nostræ, & hoc modo Deus pepigit pactum cũ
Iudęis, vt daret eis excellentiam super cęteros populos
si audirent vocem eius, & ipsi se eius vocem exauditu
ros professi sunt, vt essent specialis populus eius, vt pa-
tet supra 19. c. scilicet. Si audieritis vocem meam, & cu
stodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de
cunctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eri-
tis mihi regnum Sacerdotale, & gens Sancta: hoc pa-
ctum prohibebat Deus ne facerent Israelitæ dijs gen-
tium,

tium, scilicet promittendo, quòd eos colerent, vt da-
rent eis aliqua bona temporalia: multi namque simi-
lia pacta cum dæmonibus faciunt, scilicet se eis ani-
mam suam sponte oblaturos, dum tamẽ huic eorum
desiderio satisfaciant. Tunc autem iste modus satis
existebat, cum dæmones in simulachris loquerentur
deludendo homines, & eis talia pacta fieri poterant si-
cut & sæpe ab eis responsa quęrebant, & ex ipsis simu
lachris vox quædam respondens audiebatur. *Non habi-
tent in terra vestra.* Idest non permittatis eos sub condi-
tione aliqua habitare in terra vestra. Aliquando ta-
men Deus non permittebat eos tradi in manus Israe-
litarum ex causis supra assignatis, & tunc nulla erat
Hebræis imponenda offensio: si tamen ipsi potentes
eos extirpare de terra reciperent in tributarios, vel se- B
cundum quandam aliam conditionem permitterent
morari in terra, peccatum illis graue erat. Vel intelli-
gitur hoc, quòd non permitterent eos habitare in lo-
cis quos ipsi accepissent, ita quòd aliqui Chananæi in-
ter eos morarentur, & hoc maius peccatum erat, si in
eodem loco simul Iudæi & Chananæi habitarẽt per-
mittentibus illos Hebræis, *Ne forte peccare te faciant in
me.* Scilicet deducendo ad cultum deorum suorum,
quod satis promptum erat, si concederetur omnibus
communicatio, quia Gentiles allicerent eos inuitan-
do eos, & aliquando darent eis de cibis dæmonibus
immolatis, vt patet infra 34. ca. *Peccare te faciant in me.*
Idest comittendo idolatriam. Non dixit solùm pecca-
re te faciant, sed peccare te faciant in me, quia istud C
peccatum est contra Deum vehementer: nam licèt in
omni peccato Deus offendatur: in nullo tamen ma-
gis quàm in hoc, quia peccatum ideo malum est, quia
contra Deum, & includens in se formaliter odium
diuinæ voluntatis. Cùm autem aliquid magis contra
Deum est, maius peccatum est, sed idolatria est magis
contra Deum quàm cętera peccata, quę communiter
nos existimamus magna, ergo est maior cęteris. Quòd
autem sit magis contra Deum, patet per exemplum
de legislatore humano: nam omnis, qui peccat agit
contra legem, qui autem contra legem agit, in legisla
torem committit, quia lex sortitur effectum, & vim
ex potestate, & auctoritate legislatoris: omnis ergo,
qui peccat, iniuriam facit legislatori. Sed ista iniuria D
potest esse dupliciter. Quia aliquando ipsum factum,
in quo causatur iniuria, est directe cõtra legislatorem,
aliquando est contra alterum directè, sed ex transgres-
sione legis causatur iniuria legislatori. Primo modo
dicitur esse peccatum directè contra legislatorem.
Vnde sciendum, quòd in quolibet actu peccati prohi-
bito in aliqua lege causatur duplex iniuria, si sit talis
actus, qui in aliquam personam dirigi possit. Vna est
iniuria, quæ fit legi, quia contra eius prohibitionem,
aut vituperium quicquam geritur. Secunda iniuria est
ipsi personæ, ad quam ipse actus tendit, qui in se malus
est, & etiam si lex non esset de illo posita, fieret iniuria,
aut damnum datum ei, cui talia inferrentur vtpote si
foret lex posita, quòd nullus alterius bona diriperet,
tunc si quisquam quæ alterius sunt caperet, primò cõ-
mitteret in legem, quæ vetuit furtum fieri, & quia in-
iuria legis est iniuria legislatoris, esset in hoc facto
iniuria facta legislatori, inquantum est persona publi-
ca. Secũda iniuria illata hic accipiendo large iniuriam
(nam magis debet vocari damnum, cùm tangat res,
& non personam) fit ei, cui bona furto subtrahuntur:
nam dato, quòd nulla foret in hoc lex posita: tamen
tolli nequibat, quin ablatis rebus huius furto, & in-
commodum sequeretur, & damnum. Tunc datur
regula, quòd quando in peccato vtraque iniuria tan-
git legislatorem, est peccatum directe contra legisla-
torem, vtpote stante lege supradicta de non subtra-

Nullo peccato Deus magis offenditur q̃ idolatria.

Duplicit̃ causatur iniuria contra legislatorem.

Si stãte lege de non furãdo qs furet̃ bona legislatoris dupliciter eũ offendit.

hendo furtiuè res alterius, siquis furetur res ipsius le-
gislatoris, dupliciter peccat. Primò quia agit iniuriam
legi vetãti furtum, & hęc iniuria est ipsius legislatoris.
Secundò est iniuria, siue damnum legislatori, quia
damnum rerum ablatarum ipsi incumbit. Et dato,
quòd Lex non existeret posita, istud damnum esset ip
si ferenti legem: istud ergo peccatum est directè in le-
gislatorem. Sicut ergo reperitur in legislatore huma-
no, ita in Deo reperitur, qui legem in mentibus no-
stris indidit naturalem, contra quam facientes in ip-
sum committimus, tradidit & præter hanc quandam
aliam in moribus, quæ actiones humanas particula-
rius explicuit. Et hæc fuit tam Lex vetus pro tempore
suo, quàm nouum testamentum pro semper. Agen-
do autem contra istam legem Dei, est duplex iniuria
in quolibet actu. Prima, secundum quam Deum of-
fendimus, quia præceptis eius repugnauimus. Secun-
da qua alicui nocuimus, ad quem actus iste dirigeba-
tur: vtpote lege diuina sancitum est non occidere, non
furari, siquis autem furetur, aut occidat, committit in
legem, & hæc iniuria pertinet ad Deum, qui est legis-
lator: secundò iniuria facimus proximo, quem occi-
dimus, aut percutimus, siue cui bona auferimus, sed
ista secunda iniuria non fit Deo, quianec ei quicquam
furto subtrahimus, nec eum occidere valemus, ideo
licèt hic contra Deum peccetur, tamen non est pec-
catum directè contra Deum, quia non venit ei vtraq;
iniuria. Si autem aliquis neget Deum, aut colat ido- Si aliquis neget Deũ aut idolũ colat duplex iniuria Deo est.
lum, necesse est esse hic duplicem iniuriam. Prima est,
quia contra eius legem agimus vetante habere Deos
alienos, in idolatria autem semper tenetur aliquis
Deus alienus, ergo erit ex hoc iniuria Deo, sicut in
omnibus alijs actibus. Secunda iniuria est, quia tolli-
tur honor debitus alicui: nam cultus latriæ est quidam
actus soli summo bono debitus: si ergo aliquis exhi-
beat istum cultum alicui alteri, nõne fecerit iniuriam
ei, cui istum honorem abstulerit: nullus inquam de
hoc dubitare valebit, sed Deus est illud summum at-
que infinitum bonum. Ergo cùm alijs rebus talem
honorem impenderimus, illi summo Deo debitum
honorem subtrahimus, & in eum delinquimus, velu-
ti cùm alicui homini res suas auferimus, & longe am-
plius in quantum honoris precium vtilium rerum exi
stimationem excedit: erit ergo idolatria directè con-
tra Deum, quia in ea vtraque iniuria Deo euenit, ideo
recte in litera dictũ est. Peccare te faciãt in me, idest si
cum eis communicas inducent te ad tale peccatum,
quod est directè contra me. Et ex hoc sequit̃ id, quod
communiter dicimus distinguentes peccata, & præce
pta, scilicet quòd quædam præcepta ordinant in Deũ,
& quædam ordinant in proximum, cùm tamen om-
nia ordinent in Deum: & quædam peccata dicimus
esse in Deum, quædam verò in proximum: cùm ta-
men omnia sint in Deum: sed vocantur præcepta di-
rigentia in Deum, quando dirigunt nos circa tales
actus, in quibus totus actus tendit in Deum, & in nul- Quando aliqs peccat in pręceptis primę tabulę dupliciter Deum offendit.
lum alterum, & dicuntur peccata in Deum, quando
vtraque iniuria, quæ in peccato est, tendit in Deum,
& hoc fit in præceptis primæ tabulæ, ideo illa dirigunt
in Deum. In præceptis autem secundæ tabulæ solùm
est vnam iniuriam contra Deum reperire, scilicet si
transeamus agentes in legem: ipsum tamen factum
nõ tendit in Deum, sed in proximum, vt adulterium,
furtum, & homicidium, & cętera, ideo non dicun-
tur dirigere ista præcepta in Deum, & subditur hic in
litera quid sit hoc peccatum, quod est directè in Deũ.
Si seruieris dijs eorum. Seruire autem dijs alienis idolatria
est. Dicitur autem idolatria cultus, vel honor alicuius
imaginis, vel statuæ, quia idolatria ab idolis originem Quid idolum vocetur.
trahit, idolum autem vocatur quæcunque imago rei,
quo-

quocunque modo pingatur, aut ſculpatur: nam, & F
ipſas ſpecies viſibiles, cùm in ſpeculis ſunt vbi propriè
exprimuntur, aut in pupilla, quæ naturæ ſpecularis
eſt, ab alijs cernuntur, græci idola vocant non tamen
ſolùm eſt prohibitus nomine idolatriæ cultus ſtatua-
rum, aut imaginum: nam nec Angelum quemquam,
vel dæmonem aut humanum ſpiritum colere licet:
quia tamen vulgares ſola quæ ſenſibilia ſunt conſide-
rantes, cultum ſuum Deo debitum rebus corporali-
bus impendebant, ſpirituales res vix intelligentes, a
communioribus totus cultus indebitus Idolatriæ no-
men ſortitus eſt. *Quod certe erit tibi in ſcandalum.* Hic
eſt duplex ſenſus ſecundum quòd iſtud relatiuum,
quod, poteſt referri ad duo: ſi enim referatur ad illa
ſuperiora, ſcilicet non inibis cum eis fœdus, nec habi- G
tabunt in terra veſtra, eſt ſenſus, quòd ſi habitent, cer-
tiſſimè erit ſcandalum Iſraelitis, quia non erat dubiũ,
quòd inde ſequeretur eis declinare ad cultum Idolo-
rum: occaſio autem faciendi aliquod turpe, aut quo-
cunque modo malum vocatur ſcandalum, & in hoc
non erat dubium quin Iudæi allicerentur ad cõlen-
dum Deos Gentium, ſi inirent amicitias cùm Genti-
libus, vel ſi permitterent eos habitare in terra ſua, ſi-
cut poſtea factum fuit. Alio modo poteſt referri iſtud
relatiuum, quod, ad illud quod immediatè dicebatur,
ſcilicet nec inietis fœdus cum dijs eorum, nè peccare
vos faciant in me ſi ſeruieritis eis. Et tunc accipitur
ſcandalum non pro occaſione peccandi, ſicut ſupra
dicebatur, quia ipſe Deorum cultus, & fœderatio cum
eis peccatum eſt: ſed accipitur pro occaſione pœnę:
nam ſi Iſraelitę colerent Deos alienos, certiſſimè erat
eis occaſio pœnę: nam Deus puniebat eos magis, quã
pro alijs peccatis, tradens illos in manu diripientium,
& occidentium, vt patet in omnibus libris Hyſtori-
cis Sacræ Scripturæ, & maximè in libro Iudicum, vbi
tot ſunt direptiones, quot Iudices.

EX TIPOGRAPHIA RAMPAZETANA.

UNIVERSITARIA GRANADA